rent, orat pro eis in Miſpah, vbi erãt cõgregati. Cõgregant peliſtim aduerſum Iſraël, Timet
Iſraël, & Semuele orãte, & offerẽte agnũ lactẽtẽ intonat de cœlo dñs, cæduntur peliſtim, Reſti
tuunt vrbes quas tulerãt peliſtim.
8 ¶Senio cõfectus Semuel, filios cõſtituit iudices. Illis nõ ambulantibus in paternis vijs, filij
Iſraël regẽ petunt, Cõtriſtatur Semuel, orat ad dñm, iubet deus vt illis pareat lege præpoſi
ta regis ſuper eos regnaturi.
9 ¶Mittit Chis de tribu Biniamin Saúl filiũ ſuũ electũ, bonũ, magnũ, & pulchrũ ad quærẽdũ
aſinas quæ perierãt cũ puero, & quũ trãſiſſet per mõtẽ Ephraím, & terrã Saliſáh, & ſahalim,
& Iemini, & nõ inueniſſet, cum eſſet in Suph, cõſulẽte eius puero, ingreſſi vrbẽ vt ſuper aſi-
nis conſulãt prophetã, occurrit illis Semuél, aſinas nũciat inuẽtas, ad prãdiũ ſecũ ducit, &
eũ futurũ regẽ prædicit, locatur in capite inuitatorũ. Ponitur armus ante illũ, quẽ reſeruari iuſ
ſerat, ſciẽs illũ, reuelante deo fore venturũ.
10 ¶Vngitur Saúl in regẽ, dantur ei à Semuele tria ſigna, iubetur Semuelẽ expectare ad ſeptẽ
dies, Requieſcit ſuper eũ ſpiritus, fit vir alter, & inter prophetas prophetat. Venit Semuel in
Miſpáh, & cõgregato populo, applicatis omnibus tribubus, deprehẽditur trib° Biniamin,
& illa per familias applicata & domos deprehenſus eſt Saúl, & quæſitus nõ eſt inuẽtus, Con
ſulitur dñs, inter vaſa abſcõditus nũciatur, deductus ad populũ ab humero & ſuprà maior eſt
omni populo. Viuat rex clamat populus.
11 ¶Caſtrametato Nachás Hãmonite cõtra Iabes Ghilhád, mittũt viri Iabẽs nũcios in Ghib-
háh, Audit Saúl, cõciſos boues mittit in oẽm Iſraël, ſic fiendũ nũciat ijs qui nõ fuerint ſecu
ti Saúl, & Semuél, Cõgregantur vt vir vnus trecẽta & triginta milia, mane percutiũt Hãmo-
nitas, ex ijs qui euaſerũt nec duo ſimul fuerũt Iterũ cõſtituitur Saul rex in Ghilghál. Rex cũ
populo lætatur.
12 ¶Senio confectus Semuel interrogat populũ an tulerit quidpiã alicuius, nũ aliquẽ oppreſ-
ſerit. Et quũ reſpõdiſſet quod nõ, memoratis beneficijs dei vſq; ad illũ diẽ, hortatur vt deũ
timeãt, illiq; ſeruiãt, alioq; cõtra ſe habituros deũ. Et quũ eſſet meſſis triticea orãte Semuele
fiũt tonitrua, & pluuiæ. Timet populus, & petẽdo regẽ ſe peccaſſe cõſitetur, Monetur vt dñm
nõ derelinquat, nec deos ſequãtur alienos, ne pereant.
13 ¶Saúl electis tribus milibus viris, reſiduũ populi remittit ad domos ſuas. Percuſſo præſide
Peliſtim à Ionathán, peliſtim cũ triginta millib° currib° & ſex milib° equitib°, & populo vt
arena maris, caſtrametantur in Michmás, fugiũt & ſe abſcõdũt hebræi, Offert Saúl holocau
ſtũ, Stulte egiſſe, & propterea regnũ eius nõ fore ſtabile dixit Semuél. Recẽſito Saúl populo
qui erat ſecũ, inuẽti ſunt ſexcẽti viri ſine gladio.
14 ¶Trãſit Iehonathán cũ armigero inter duos dentes petræ manibus, pedibuſq; repẽs ad præ
fectũ peliſtim, nil patri indicãs, & habito victoriæ ſigno, quũ percuſſiſſet circiter viginti vi
ros, cõturbantur, fugiũt, ſe inuicẽ necãt peliſtim, Hebræi trãſfugę, & qui ſe abſcõderãt cũ Saúl
cõgregati, perſecuti ſunt peliſtim, & fuit ſalus magna, edixit Saul ne quis ederet vſq; ad ve-
ſperã, Ionathán quũ nõ audiſſet edictũ pauſillũ deguſtauit mellis, & illuminati ſũt oculi ei°
populus deficiẽs comedit è præda boues & oues cũ ſanguine, Mactant deinde iubente Saúl
ſuper petrã, & ſine ſanguine edũt. Cõſulitur deus an perſequi debeãt hoſtes, & nõ reſpõdente,
ob cuius delictũ proueniat, ſorte pięcta deprehẽſus eſt Iehonathán comediſſe paululũ mel-
lis, morti adiudicatus, eruitur à populo. Liberat Saúl Iſraël ab inimicis qui erãt in circuitu.
Recenſentur filij Saúl.
15 ¶Iubet deus per Semuelẽ Saúl regi vt perdat Hãmalẽc ab homine vſq; ad animãtia. At ille
cõgregato exercitu percuſſo Hãmalẽc, ab homine vſq; ad animãtia cõtẽptibilia, regi Agag
& pinguibus parcit animantib° cõtra præceptũ dei. Pœnitet deũ cõſtituiſſe regem Saúl. Se-

nu él tota nocte orat, Increpat regē de inobediētia, excuſat ſe rex ꝙ bona animātia ad ſacri-
icandū dn̄o. At ille parere ꝙ̄ ſacrificare ſatius eſſe probat, & illū e regno pellendū prædicit
quod & pallij ſciſſio præ ſe tulit, Adoratoꝗ dn̄o, Semuél ſcindere iuſſit regē Agág.
¶ Iubet deus Semueli, vt cornu oleo impleto cū vitula pergat in Bethlehem perinde ac ſi
oret dn̄o immolaturus, vt vnū é filijs Iſái vngat in regé, inuitato Iſái ad victimā. Sanctifi-
catis itaꝗ Iſái ac filijs eius, & ad victimā inuitato Iſái, quū an̄ Semuelē trāſiſſent ſeptem filij
Iſái & illos ſe nō elegiſſe, dixiſſet dn̄s, vocatur minor rubeus, pulcher & oculis & aſpectu, &
iubēte dn̄o illū vngit in regé, & ſuper eū māſit ſpiritus dn̄i, At ſpiritu malo turbāte Saul iu
ber quæri virū bene ſciētē pſallere cithara. Laudat ab vno e ſeruis ipſe Dauid, & iuſſu Saúl,
Iſái filium Dauid cum munerib⁹ mittit ad regem, & pſallente Dauid recedebat ſpiritus ma
lus à Saúl.
¶ Congregatis peliſtim, & Iſraelitis ad præliū, Gholiáth gygas peliſtæus inter vtrāꝗ aciem
ſtans, inuitatis Iſraelitis certa cōditione ad ſingulare certamen, exprobrat aciebus Iſrael, Iſái
vocato Dauid qui pecudes paſcebat, mittit enxenia ad tres filios cum Saúl militantes cōtra
peliſtim, paret Dauid, & audita vociſeratione in caſtris, currit ad acié, audit peliſtæū expro
brātē, & a pluribus certior factus de pręmio dādo occidēti peliſtæū, offert ſe ad ſingulare cer
tamen dicens ſe leonē & vrſum occidiſſe, Armis inſtruitur, At cū nō poſſet armatus incede
re, ſumptis baculo, ſunda & quinꝗ lapidib⁹, & peliſtæū illū cōtēnēte aggreditur & infixo
in frōte lapide deijcit, & proprio necat mucrone, Iſraelitæ tum & hoſtes perſecūtur, & eorū
diripiunt caſtra.
¶ Saul retinet Dauid, Anima Ionathán iūgitur animę Daúid, & inito fœdere, Ionathán &
veſtes & arma ſua Dauidi elargitur & à rege præficitur bellatoribus, & ab omnibus diligi
tur. A die tn̄ qua audiuit mulierū choros cantātes Saúl percuſſit mille & Dauid decē milia,
torue illū aſpexit, & pſallētē corā ſe iuxta morē, lācea voluit cōfodere, fit tribunus eiectus e
domo, pollicet̄ illi filiā Meráb, ſed datur Hadrieli, Offert filiā alterā Michál, quæ diligebat
Dauid ſi centū ſibi afferat peliſtinorū præputia, At ille ducēta attulit, & filia vxorem accæ
pit, ꝗ̄ ꝗ̄ illū rex odio proſequitur.
¶ Hortatur Saul & Ionathán, & ſeruos ſuos vt Dauid occidāt At Ionathán iubet Dauidi vt
ſe abſcōdat donec patrē alloquatur. Refert patri bona quæ fecit Dauid, iurat pater non illū
necaturū Ionathán reducit Dauid ad Saul, plaga magna peliſtæos Dauid cædit. Saul malo
ſpiritu agitatus iterū lācea percutere Daúid nititur, Mittit nūcios ad domū Dauid vt cuſto
diatur mane occidēdus. Depoſito Dauid per feneſtrā Michál, eius vxor, ſimulachro in lecto
poſito illū ægrotare aſſerit, & patre, nūcijſꝗ deluſis, patri ſe excuſat, pgit Daúid ad Semuél
& ambo eūt in Naioth Mittit illuc nūcios tertio vt eū tollant. Sed viſo cuneo prophetātiū,
propheiāt & nūcij, pergit illuc & rex, & cū illis pariter et ipſe prophetat tota die.
0 ¶ Fugit Dauid e Naioth, cōqueritur cū Iehonathán de patre illius, At Ionathán pollicetur fa
cere quicquid voluerit Daúid. Cōueniūt vt patris cognitā iniquitatē infra triduū in prādio,
ſibi manifeſtet iactis ſagittis, & dicēdo puero Sagittæ vltra te ſunt, & inito fœdere cū Iona
thán, abſcōdit ſe Daúid. Cognita ſecūda die patris malitia, dato ſigno ſequēti die, arma per
puerū in ciuitatē remittit, poſt oſcula & fletus Dauid in pace dimittitur.
1 ¶ Pergit Daúid in Nob ad Achimelech ſacerdotem Cur ſolus, eſſet interrogatus, ob regni
negociū reſpōdet Daúid. Petēte Daúid panes, & reſpondēte ſacerdote nō eſſe apud ſe niſi pa
nes ſanctos quib⁹ veſci fas nō eſt niſi mūdis, quū Dauid ſe eſſe dixiſſet mundū, & in neceſ-
ſitate cōſtitutū, ſctōs accæpit panes, Doégh ſeruo Saul corā dn̄o demorāte, & accæpto Da-
uid gladio, q fuerat Gholiáth, quū alia nō eſſent arma, fugit ad Achis regē Ghath, & cogni
tus à ſeruis regis inſaniā pręſe ferebat ne perimeretur.
2 ¶ Exiſtente Daúid in ſpelūca Hadullā, veniūt ad eū parētes, ac fratres eius, & domeſtici pa-
tris eius, & grauati ære alieno, & amari animo ad quadringētos viros, & fit eorū princeps.
Locatis deinde parentibus apud regē Moáb, iubēte Ghad ꝓpheta trāſit in terrā Iehudah in
ſaltū Chareth. Interim Saúli cōquerēti de filio, & alijs qui nō reuelabāt ſibi vbi eſſet Dauid
Doég edomæus, vidiſſe illū in Nob, & à ſacerdote panes, gladiūꝗ accępiſſe, denūciat. Vo-
catū ad ſe Achimélech ſacerdotē cū vniuerſa familia octoginta quinꝗ videlicet viros lineū
ephód portātes interfici iubet, occiſis etiā omnib⁹ qui erāt in Nob, & animātibus, præter
Ebiathár filiū Achimélech, qui fugit, ad Daúid, & vniuerſa illi nūciauit.
3 ¶ Peliſtæis pugnātib⁹ ꝯ Chehilah, & aras diripientibus, cōſulto dn̄o Daúid ſecūdo, pgit in
Chehiláh, percutit peliſtæos plaga magna, & pecudes diripit Quod vt audit Saul, congre-
gat exercitū, vt illic eū obſideat. At Dauid cōſulto dn̄o, quū nouiſſet eius aductū, & prodi

tionem virorum Chehiláh, inde recedens Saulem fruſtrauit voto ſuo. Et cum eſſet Dauid
in deſerto Ziph, venit ad eum Iehonathán, & ꝯfortato Dauid, & fœdere renouato, diſcedit.
At Saúl benedictis Ziphæis qui illi nũciauerant vbi eſſet Dauid, pergit ad quærendũ Da
uid, qui iam in deſertũ abierat Mahón, pergit Saúl in deſertum Mahón Sed impetum fa-
cientibus peliſtæis in occurſum pergit illorum.
24 ¶Cognito Saúl ꝙ Dauid eſſet in deſerto Henghédi, cum tribus milibus electis pergit ad
quærendum eum. Et dum in ſpelunca, vbi latebat Dauid, vẽtrẽ purgat, volentes eum occi
dere, cohibet, ſed pallij eius oram abſciſam, egreſſo cõmõſtratam, ne obtrectatoribus aures
præbeat, rogat, ne canem mortuum, & pulicem vnum perſequatur obſecrat, quumvi iam il
li donauerit, flet Saul, iuſtiorem illum appellat ꝙ inimico pepercerit, & regnaturũ illũ inclamat,
mat, & ne eius ſemen deleat, iurare per dominũ, iubet.
25 ¶Mortuo ac ſepulto Semuele Dauid deſcẽdit in deſertum Parán, Mittit decẽ pueros ad Na
bál virum magnum ac diuitem tondentẽ pecudes, vt in die bona aliquid cõdonet. Negat il
le. Accingi iubet ſuos armis Dauid Nunciat puer vnus Abigháil vxori Nabál qui fuerint
Dauid, & viri eius erga ſe in deſerto, & quid pueris Dauid reſpondit Nabal. Quæ mox præ
miſſis muneribus quæ parauerat it obuiam Dauidi deſcendenti ad perdendum Nabal &
omnem eius domum, placat multis verbis Dauid, & ſuſceptis muneribus ad ſuos reuertitur.
Reuerſa Abigháil viro iam ebrio nil indicat. Mane omnibus cognitis, cor eius emoritur &
vt lapis efficitur, & poſt decem dies à domino percutitur. Poſthac miſſis nuncijs Dauid ad
Abigháil eam capit vxorem.
26 ¶Saúl pergit in deſertum Ziph ad quęrendũ Dauid. At Dauid cognito eius aductu, & loco
vbi fuerat caſtrametatus, deſcẽdit nocte cum Abiſái in caſtra, & cohibito Abiſai ne regem
occideret, dũ illis ſoporatis, regis accipit lanceã, & ſcyphũ aquæ, & cõſcenſo monte à longe
ſtans, magna voce increpat Abnér principẽ militiæ ꝙ ſuum nõ cuſtodierit dominũ. Agno-
ſcit vocem Saúl. Queritur cum illo Dauid cur illum perſequatur, qui illi nõ nocuit, qui bo
na pro malis retribuit. Peccatũ ſuũ fatet Saúl, & lãcea reſtituta Saúl ad ſuũ locum reuertit.
27 ¶Surgit Dauid cum ſexcentis viris, & vxoribus, & pergit ad Achis regem Ghath, Qui tra
didit ei Sicligh ad habitandũ Et quũ occidiſſet Gheſuritas, Ghirzitas, & Hamalechitas ne-
mine penitus relicto, animantia & veſtes diripuiſſet, interrogatus ab Achis quo iuiſſet, con
tra meridiem Iehudáh, Ierachmeeli, & Cheni ſe iuiſſe dixit.
28 ¶Congregantur peliſtim in Sunẽm vt pugnent cum Iſraël, Saul vero & omnis Iſraël caſtra
metantur in Ghilbóah, Conſulit Saúl dominum, & non reſpondet ei, pergit in Hendór mu
tato habitu ad mulierẽ pythonẽ habẽtẽ. Iurat mulieri ꝙ nõ perdet eã, Iubet ſuſcitari Semue
lem, ſuſcitatus Semuel increpat Saúl, moriturum eum cum filijs, & caſtra tradenda in ma-
num peliſtím ſequenti die prædicit, ob illius inobedientiam. Timore correctus Saúl, ac fa
me confectus cadit in terram, & quũ renuẽtẽ edere coegiſſent ſerui eius, ipſa nocte diſcedũt.
29 ¶Peliſtim caſtrametatis in Aphéc, perſuadent regi vt hebræi ad ſuum locum reuertantur.
Obtemperat rex, & Dauid ad ſuum locum reuertitur.
30 ¶Diruta, & combuſta Sicligh, & mulieribus, liberiſq; tam populi quã Dauid ac virorum ei9
ductis captiuis ab Hamalechitis, flens vehementiſſime Dauid, ac viri eius, & conſulto Da-
uid domino, cum quadringentis viris perſecutus eſt eos & inuento ægyptio, ac refocillato
qui erat ſeruus cuiuſpiam Hamelechitæ, iurat ei Dauid ꝙ eum non occidet, ſi ducat eum ad
Hamalechitas. Inuenit Hamalechitas comedentes, & bibentes, ac tripudiãtes, Exceptis qua-
dringentis qui fugerũt, oẽs occidunt, captiui & captiuæ à maximo vſq; ad minimũ, oues,
boues, gregeſq; reducunt. Diuidit præda cũ ijs qui laſſi remãſerãt ad ſarcinas, mittuntur &
munera ſenioribus Iehudáh amicis Dauid.
31 ¶Pugnãt peliſtim, cæduntur Iſraelitæ i mõte Ghilbóah, occidũt tres filij Saúl, perſequunt ia
culatores Saúl, Saúl & eius armiger ſeipſos interficiũt, fugiũt qui erãt in trãſitu vallis, & in
trãſitu Iardẽn relictis vrbibus. Altera die interfectos ſpoliãt. Abſciſum caput Saúl figit in
muro Bethſán, arma vero in tẽplo Haſtaróth ſuſpendunt. Quod viri fortes Iabés audiẽtes,
tota nocte ambulãtes, corpora Saúl ac filiorũ eius auferũt, cõburũt, oſſa ſepeliunt, ſeptẽq;
ieiunãt diebus.

II DEcimus liber eſt idẽ cũ priori apud hebræos, latinis appellet ſecũd9 Semuél, Græ
cis eſt βασιλέιων δεύτερος. i. Regnorũ ſecũdus, latinis cõmuniter. Secũdus regũ.
Et primo quidẽ capite agit de nũcio q tertio die mortuo Saul, ſciſſis veſtibus ve
nit ad Dauid è caſtris Saúl afferens ei & diadema & armillã eius, quẽ ĩn interfi-
ci iuſſit, eo ꝙ Saúl (quãquã diu nõ poterat viuere) morte affecit, & de planctu, & la-

mentatione ſuper Saúl,& Ionathán eius filium.
¶Cōſulto dn̄o aſcēdit Daúid cū viris ſuis in Chebrón,& cū vxorib⁹ ſuis, vbi à viris Iehu
dáh vnctus fuit in regē,& miſſis nūcijs laudat viros Iabés qui ſepelierāt oſſa Saul, & Ieho
nathán, Iſbóſeth filius Saúl quadragenarius cōſtituit̄ rex ſup vniuerſum Iſrael præter tri-
bū Iehudáh. Venit Abnér princeps militiæ cū ſeruis Iſbóſeth in Ghibhon ex vna parte pi
ſcinæ,cui occurrit Ioáb princeps militiæ cū ſeruis Daúid ex altera parte piſcinæ,& ludētes
duodecim ex vtraq; parte ſeſe interficiunt, cædūt̄ Iſraelitæ à ſeruis Daúid,fugiētē Abnér,
perſequit̄ Haſael,& nolentē declinare ad dexterā,vel ſiniſtrā,occidit ipſe Abnér, Ioab pſe
quitur vſq; ad ſolis occaſum filios Iſrael.Clamat Abnér ad Ioab vt auertatur à ſuis fratri-
bus,Qui pulſata buccina, ne populus ſuus amplius perſequatur, reuocat, & in Chebrón
reuertitur.
¶Recenſentur filij Daúid,qui nati ſunt in Chebrón, Abnér ingreſſus ad Riſpáh increpat̄
à rege Iſbóſeth,Indignatus Abnér nuncijs miſſis ad Daúid, vt pāgat ſecū fœdus, ſeniores
alloquitur Iſrael,& filios Biniamín de regno trāſferēdo ad Daúid, & ducta ſecum Michal
filia Saúl,vt iuſſerat Daúid ipſi Abnér,venit ad Dauid,& facto illi conuiuio,diſpoſitiſq;
rebus cum Daúid,quū recederet,reuocatus à Ioab, in medio portæ dolo occiditur a Ioab
ꝓpter Haſahel,quē ille interfecerat.Sepelitur i Chebrón p̄cedēte Ioáb & ei⁹ populo ſciſſis
veſtibus,& ſequente Daúid cum planctu & facta lamentatione vſq; ad ſolis occaſum ie-
iunauit.
¶Audita morte Abnér,Iſbóſeth & filij Iſrael terrētur.Bahanáh, & Rechāb principes tur-
marū,p̄ciſum caput Iſbóſeth in cubiculo dormientis,deferūt ad Daúid,quos Dauid inter
fici iubet,& p̄ciſis manibus ac pedibus ſuper piſcinā in Chebrón ſuſpendi,capite Iſbóſeth
ſepulto.
¶Vncto Daúid in regē ab vniuerſis tribubus Iſrael in Chebrón,& inito cū eis fœdere corā
dn̄o,perrexit Daúid in Ieruſalaím vbi habitabat Iebuſéus, & captā arcē vocauit ciuitatē
Daúid. Aedificatur domus regia è lignis cedrinis.Enumerant̄ cōcubinæ & vxores eius &
filij q naſcunt̄ in Ieruſalaím.Diffundūtur Peliſtim ſemel & iterū in valle Rephaim, quos
Daúid cōſulto dn̄o percuſſit,cōbuſtis illorum ſimulachris.
¶Daúid collectis triginta milib⁹ viris electis,& populo,acceptā arcā dei quæ erat in domo
Abinadab in Ghibháh ponūt ſup plauſtrū nouū,ducētib⁹ plauſtrū filijs Abinadab Achio
& Huzzá,p̄cedēte Achio,Daúid ſequente & populo ludētib⁹ diuerſis muſicis inſtrumētis,
& quū extēdiſſet Huzzá manū ad arcā declinantē,pcuſſus á dn̄o mortuus eſt. Turbatur Da
úid,& timēs introducere arcā in domū ſuā,poſuit eā in domo Hobededóm, vbi trib⁹ man
ſit mēſibus. Audiēs Daúid dn̄m benedixiſſe domui Hobededóm ac bonis eius, reducēs ar
cā in ciuitatē ſuā,imolat boues, & bubalos,& accintus Ephód lineo tota virtute ſaltat co-
rā arca,qď videns Michál eius vxor, deſpicit eū in corde ſuo,Locata arca i loco ſuo,obla-
tis holocauſtis,ꝑtitis populo placētis,carne,& vino,domū reuerſus increpat̄ à Michál ei⁹
vxore. At ille inqt.Corā dn̄o vilior ſiā q potius me q̄ patrem tuū elegit.
7 ¶Cogitāti Daúid domū ædificare dn̄o,mittitur ad eū Nathán ꝓpheta qui dicat ei hacten⁹
ſe habitaſſe in tabernaculo,& nō quæſiuiſſe à filijs Iſrael domū,& ꝙ eius ſtabiliet regnū,&
ꝙ non ipſe ſed filius qui naſcetur ex eo domū ædificabit ſibi. At Daúid his auditis gratias
agit deo, p̄cās illū vt ſtabiliat,quæ pollicit⁹ eſt,benedicta eius domo.
8 ¶Percutit Daúid Peliſtim,& humiliat,percutit Moáb,percutit Hadarhézer regē Sobáh,
percuſſis Aramæis qui in eius venerāt auxiliū.Congratulatur Toi & benedicit ei de expu
gnatione Hadarhézer. Scuta aurea,vaſa aurea,& argētea,& ænea cōſecrat Daúid domino
quæ cæpit ex gentibus quas ſubegit.
9 ¶Daúid reſtitutis agris Saul cōmēſalem facit Miphibóſeth filiū Iehonathān claudum cura
agrorum demandata Sibæ ſeruo Saúlis.
10 ¶Mortuo Náchas rege Hammón, memor Daúid beneficiorum eius, mittit ſeruos ſuos
ad conſolandum Chanón eius filium.Chanón vero non ad ſe conſolandum, ſed ad explo-
randum terram,ſuadentibus principibus, illos miſſos arbitratus, raſa dimidia barba, &
præciſis ad nates veſtibus remittit, Iubet illos Daúid manere in Iericho quoad illorum
barba creſcat. Interim Hammonitæ conducto magno exercitu parant ſe ad bellum. Occur-
rit illi Ioáb cum Abiſái fratre eius & robuſtorum exercitu, fugat Ioáb aramæos,& Ham-
monitæ fugiunt à facie Abiſái. Congregantur iterum Aramæi omnes. At Daúid congre
gato exercitu interficit ſeptingentos currus, & quadraginta milia equitum cum Sobách
principe exercitus.

11 ¶ Vaſtat Ioáb Hāmon, & obſidet Rabbáth, Interim Dauíd cū Bathſebah vriæ vxore cō-
miſſo adulterio, virū Vriā ad ſe è caſtris vēire iubet, interrogatū quo pacto res belli ſe ha-
beant, cū munere remittit ad vxorē, & quū non iuiſſet, ſcriptis ad Ioáb literis, illū poni iu-
bet, & relinqui in loco vbi interfici poſſit. Interfectū luget eius vxor, & luctu tranſacto fit
vxor Dauíd, & parit ei filium Qđ dño diſplicuit.

12 ¶ Mittitur Nathán ꝓpheta ad Dauid, & præpoſita parabola diuitis et pauperis qui vnā
dūtaxat agnā habebat, cū Dauid ſententiā contra ſe tuliſſet, reꝑhenditur & de adulterio, &
de homicidio, & gladiū nō receſſurū e domo eius, ſurrecturūq; è domo eius virū qui ei⁹ ſtu-
pret vxores, prædicitur, Die ſeptimo ꝑcuſſus a dño puer natus moritur. parit Bathſebah
alterū filiū quē vocauit Selemoh. & quia dilexit eū dñs appellat⁹ eſt & Iedidiáh. Pergit Da-
uíd ad pugnādū cōtra Rabbáth, & illa expugnata, & diademate regis illius ſibi impoſito,
diuerſis Hāmonitas ſupplicijs interfici iubet.

13 ¶ Adamat Amnón filius Dauíd Tamar ſororē Abſalóm & præ amore ægrotat, Conſilio
Ionadab amici eius cubat ſuꝑ lectum, viſitatus a rege, & poſtulata Tamár vt parato cibo e
manu illius comedat, cū iuſſu regis veniſſet, illā vi oppreſſā a ſe abijcit, & maximo proſeq-
tur odio Clamat Tamár cinere ſparſo ſuꝑ caput, ſciſſiſq; veſtibus. Cognito Abſalóm ſtu-
pro, eā tacere iubet, & Amnón odio habet ob ſtuprū. Iraſcitur admodū & Dauíd poſt duos
annos quū tōderētur oues Abſalóm inuitatur rex cum ſeruis ſuis, & cum noluiſſet ire, coe-
git eū vt mitteret Amnón cū alijs filijs ſuis, Iuſſu Abſalóm ſerui occidunt Amnón, quum
eſſet iocundus corde, fugiunt cæteri filij, nūciata regi filiorū morte, ſciſſis veſtibus iacet in
terra, & dicēte Ionadáb ob odium Amnón dūtaxat occiſum, veniunt filij regis, & magnus
fit planctus. At Abſalóm fugit in Gheſſúr, & ibi tribus annis manſit.

14 ¶ Cognito Ioáb propenſum eſſe cor Dauíd ad Abſalóm, vocata muliere te cohita, & poli-
tis verbis in ore illius indutam lugubri veſte mittit ad regē, quæ viduā ſe præ ſe ferens, &
duos ſe habuiſſe filios quorum vnus qui alterum occiderat, quærebatur ad mortē, pſuadet
regi ad reducendum filiū Abſalóm Cognouit Dauíd conſilium Ioáb fuiſſe cū illa. Vñ mit-
titur in Gheſſúr ad reducendū Abſalóm. Reductus manere iubetur in Ieruſaláim, regiſq; fa-
ciem non videre. Elapſis duobus annis quū vocaſſet Ioab, & noluiſſet ire, eius poſſeſſionē
ſuæ vicinā cōburi iuſſit. Quo audito Ioáb iuit ad illum & miſit ad regē, vt vel eū interfice-
ret, vel ſineret eū faciem eius videre. Et cū veniſſet ad regē, oſculat⁹ eſt eum rex.

15 ¶ Abſalóm manēs iuxta portā oēm virum qui habebat cauſam, aut litem oſculatur, & bo-
na & recta habere verba fatet̃. ſed non eſſe qui illis faciat iudiciū, & optare ſe dicebat fore
ſe iudicē, vt illis faciat iuſtitiā, vt ſic hoīm corda ad ſe traheret. Deinde facultate ſoluēdi vo-
ta à patre accepta, ꝑgit in Chebrón ductis ſecū ex Ieruſaláim ducētis viris, & vocato Achí-
thóphel cōſiliario Dauíd, cōtra patrē cōiurat & miſſis nuncijs in oēs tribus Iſrael, iubet, vt
audito ſonitu buccinę, clamēt oēs. Viuat rex Abſalóm. Audita cōiuratiōe, egredit̃ Dauíd
ex Ieruſaláim dimiſſis in domo decē cōcubinis, & remiſſis in ciuitatē arca, Sadóc ſacerdote
cū leuitis, & Chuſái arachite amico ſuo ad diſſipādū cōſiliū Archithóphel: iubet vt q̄ in vr-
be viderint vel audierint, per Achimáhas filium Sadóc, & Iehonathán filium Ebiathar ſi-
bi ſignificent.

16 ¶ Sibę deferēti ad regē cū duobus aſinis panes, vuas paſſas, ficus, & vtrē vini, & dicēti Mi-
phibóſeth præſtolari illo die regnū ſibi reſtitui, elargitur Dauid oīa bona Miphibóſeth.
Venit Dauíd in Bachurim, Simhi de familia domus Saúl illi maledicit, ꝓijcit in illū & la-
pides & puluerē: clamās. Egredere vir ſanguinū, Abiſái volētē auferre illi caput, increpat
& qđ ſinat eū maledicere ꝑcipit, Ingreſſo Abſalóm Ieruſaláim occurrit illi Chuſái clamās.
Viuat rex ꝓteſtās ſe illi⁹ velle eſſe, & cū illo manere, quē dñs & populus Iſrael elegerit. Ab-
ſalō aūt, cōſulēte Achithóphel ingredit̃ ad cōcubinas patris ſui quas domi dimiſerat.

17 ¶ Quū Achithóphel cū duodecim milib⁹ viris pſeq vellet Dauíd laſſū, & ſolū illū occide-
te reducto populo q cū illo erat, vocat Abſalóm Chuſái amicū Dauíd, dñi nutu vt diſſipa-
ret cōſiliū Achithóphel, & qđ cōſilij dederit Achithóphel: quū dixiſſet nō eſt inquit hac vi-
ce bonū cōſiliū Achithóphel, tū ꝙ pater tu⁹ & q cum illo ſunt, viri fortiſſimi ſunt & amari
aīo, tū ꝙ pater tu⁹ cū alijs nō morabitur Sed cōgregato oī populo à Dan, vſq; Berſebah, pſe-
quere illū & cōprehēdes, q̄cūq; eſt in ciuitate munita, placet & regi & oī populo ei⁹ cōſiliū
Achithóphel vidēs nō eſſe factū ſcđm cōſiliū ſuū, domū reuerſus ſeipſum ſtrāgulat, Dauíd
certior factus per Achimáhas, & Iehonathán de conſilijs datis cum ſuis omnibus trāſit Iar-
dén, & pergit in Machanáim deſertum vbi quæ neceſſaria erant miniſtrarunt Subi, Ma-
chir & Barzilai Abſalón vero cū omni Iſrael tranſiuit Iarden.

¶David cõſtituẽs tribunis ac cẽturiõib⁹,& tribus ducib⁹ Ioáb, Abiſái,& Ithái, prohibit⁹ à
populo ne ipſe congrediatur,mittit in occurſum Iſraël in ſaltum Ephráim, iubens ducibus
vt benigne ſe habeant cum Abſalóm,Congreſſi ceduntur viginti milia de Iſraël qui erant
cum Abſalóm,ſylua plures conſumente ꝙ̃ gladius,Fugit Abſalóm,& tranſiens ſubter con
denſam quercũ ſuſpenſus remanet inter cœlum,& terram.Ioáb hoc audito ſumptis tribus
telis,fixit illa in eius cor,& pulſata buccina ſubſiſtere fecit populum,ne perſequeretur Iſraël
proiectus Abſalóm in foueam aceru⁹ magnus lapidum ponitur ſuper illum prohibet Ioáb
ipſi Achimáhas ne nunciet dauidi quæ geſta ſunt,miſſo Chuſi,Habita demum currẽdi &
nunciandi facultate ſua importunitate, prætergreditur Chuſi, At mortem Abſalóm non
nunciat,quam quum indicaſſet Chuſi,turbatus eſt rex,& i thal amũ conſcẽſus portę flebat
Abſalóm fili mi,fili mi Abſalóm.

¶Vertitur ſalus in luctum flente rege,Rogat Ioáb regem vt egreſſus loquatur ad cor populi,
amiſurus alioqui vniuerſum populum.Stetit rex in porta,& vniuerſus populus coram illo.
Certant tribus Iſraël ad reducendum regem:Monentur viri Iehudáh,ne ſint ad reducẽdum
nouiſſimi.Hamaſæ promittitur principatus pro Ioáb,mittunt ad regem vt reuertatur,Ve-
nit rex ad Iarden.Veniunt viri Iehudáh in Ghilghál vt regi occurrant,& eum cum ſuis tra
ducant ſcapha,It obuiam Simhi cum mille viris de Biniamín & postulata venia, remittit
iniuria.Siba quoq; cum filijs,& ſeruis regi obuiam venit,excuſanti ſe Miphiböſeth cur re-
gem non fuerit ſecut⁹,vt cum Siba diuidat agros,præcipitur. Barzillái qui regem in deſer-
to pauerat,rex oſculatus eſt,Chimhám eius filio ſecum ducto.Amne aũt tranſmiſſo quum
eſſet rex in Ghilghál,quæritur Iſraël cur ipſi primum non fuerint vocati ad trãſmitendũ re-
gem,& viris Iehudáh reſpondentibus ꝙ rex illorum eſſet propinquus,decem illi contra ſe
habere partes in rege teſtantur.

0 ¶Clangit buccina Sébah,clamans,Non eſt nobis pars in Dauid,Reuertatur Iſraël ad ſuas
domos. Tum Iſraël relicto rege ſequitur Sébah.Ingreſſus Dauid domum, decem concubi-
nas claudi præcepit, vt inſtar viduarum vſq; ad mortem viuerent.Mittitur Hamaſa vt in
triduũ viros cõgreget Iehudáh Sed illo tardãte iubet Rex Abiſái vt cũ ſeruis Ioáb, & Che
reti,& pelethi,& alijs robuſtis,pſequat Sébah,obuiã it Hamaſá ipſi Ioáb Salutat eũ Ioáb,&
dolo occidit, Obſidet Ioáb ipſum Sebah in vrbe Abeláh,proijcitur caput Sebah per mu-
rum,dimittitur popul⁹, & Ioáb in Ieruſaláim reuerſus fuit ſuper oẽm exercitum Iſraël.

1 ¶Quum fuiſſet fames tribus annis continuis,vt deus indicauit,ob Ghibhonitas iniuſte à
Saúl occiſos,interrogati Ghibonitæ quid vellent ad peccati expiationem,ſeptem petunt fi
lios,duos filios Riſpah,quos peperit ipſi Saúl,& quinq; filios Michâli filię Saúl,quos pepe
rit Hadrieh(Nam Miphiboſeth pepercit Dauid propter iuſiurandum dñi)Quos quum ac-
cepiſſent,cruci pariter affixerunt,ſeruante Riſpáh eorum corpora,ne ab auibus, aut. beſtijs
conſumerẽtur,Sepeliuit autem Dauid eorum oſſa cum oſſibus Saúl,& Iehonathán in ſepul
chro Chis patris Saúl & propitius fuit deus terræ.Fuit autẽ aliud bellum cum peliſtím, in
quo deficiente Dauid,cum Iſbenob è filijs Harapháh,voluiſſet eũ occidere,Abiſái percuſ-
ſo philiſtęo,eum liberauit,& ex eo tempore noluerunt eum amplius egredi ad bellum.Tres
alij de genere Harapháh à ſeruis Dauid recenſentur occiſi.

2 ¶Canticum recenſetur Dauid,quando dominus liberauit eum ab omnib⁹ inimicis.

3 ¶Referunt verba nouiſſima Dauid,& nomina virorum fortium quos habebat,& pręcipua
quorundam facinora.

4 ¶Iratus deus concitat Dauid ad numerandum populum.Vocato itaq; Dauid principe mi
litiæ iubet vt diſcurrens per omnes tribus Iſraël à Dan vſq; Beerſébah, vniuerſum nume-
ret populum,Qui poſt nouem menſes,& viginti dies reuerſus,numerũ regi tradidit,& fue
runt virorum fortium educentium gladium,de Iſraël quidẽ octingẽta milia. Iehudáh vero
quinquaginta milia Cõfitet Dauid domino ſe peccaſſe,veniã precatur Sed dominus,miſſo
Gad, vt vnũ è tribus eligat,optionem dat,aut ſeptem annos famem, aut tribus menſibus
fugere coram hoſtib⁹ aut demũ trib⁹ dieb⁹ peſtilentiã,& ratus meli⁹ eſſe icidere in man⁹ dei
ꝙ̃ i man⁹ hominũ,elegit peſtem Immiſſa ergo peſte à Dan vſq; Beerſébah, moriunt ſeptua
ginta milia virorũ & quum angelus manum ſuam miſiſſet ad perdendum Ieruſaláim,miſe-
rante deo prohibit⁹ quieuit.Emptis autem Dauid area Araunnáh Iebuſei,bob⁹ & lignis,&
ædificato altari,iubente Ghad,& oblatis holocauſtis,& pacificis,propitiatur dominus ter
ræ & plaga reſtringitur.

VNdecimus liber eſt hebræis prior liber Melachím.i.regum, græcis βασιλειῶν τρίτη.i. Regnorũ tertius, Latinis tertius regum.
¶ Et primo quidẽ capite Abiſagh ſunamites adducit̃ ad regẽ ſenio confectum, vt eũ calefaciat, foueat & ei miniſtret Adonijah filius Dauid, fauentibus Ioab, & Ebiathár ſacerdote, regnare diſponẽs, immolatis ouib⁹ & bobus, & pinguibus iuxta lapidẽ Zocheleth, inuitat oẽs filios regis præter Selomoh, & oẽs viros Iehudah ſeruos regis pter Nathán, Benaiáhu, & fortes At Bathſébah, ſuggerẽte Nathán, ingreſſa ad regẽ. Nõne (inqt illa) iuraſti mihi ꝙ filius me⁹ Selomoh poſt te regnaret, & quõ te ignorante Adonijáh regnat? & narratis q̃ fecerat Adonijah, ſuperueniens Nathán repetit quæ dixerat Bathſébah, Vocari Dauid iubet Bathſébah, & iurat ei per dominũ ꝙ Selomóh eius fili⁹ regnabit. Deſcẽdit aũt Sadóc ſacerdos, Nathán, Benaiáhu, Cherethi, & pelethi, iubẽte rege, & deduxerũt Selomóh ſup mulã regis i Ghichón, & vncto Selomoh, tubis clãgẽtib⁹ clamat ois populus Viuat rex Selomoh, & aſcẽdit ois popul⁹ poſt eũ canẽs tibijs, & præ clamore ſcindi videbat̃ terra. Audito clamore Adonijáh, & q ſecũ erãt, cũ certiores fuiſſent facti à Iehonathán filio Ebiathar, omniũ quæ fieri iuſſerat rex, & Selomóh regẽ conſtitutũ, territi oẽs abierũt in viã ſuã. & Adonijáh tenẽte cornua altaris præ timore, miſit ad eũ rex vt ad ſe veniret, & adorato rege, ad domum ſuam abire præcipitur.
2 ¶ Breui moriturus Dauid præcipit filio vt in vijs dei ambulet, Ioab, q dolo necauit Abnér,
& Hamaſa & Simhi q male dixit ei nõ ſinat pacifice ad ſepulchrũ deſcẽdere, filios Barzillai
miſericordia proſequatur, & cõ mẽſales faciat. Moritur Dauid, & ſepelitur i ciuitate ſua. Firmatur regnũ Selomoh Adonijahu petens Abiſágh ſunamitẽ i vxorem, occiditur, Ebiathar ſacerdotio priuatur, Ioáb tenẽs cornua altaris interficitur, Sadóc fit ſacerdos Simhi præcipitur, ne tranſeat torrentem Chidrón, præceptum tranſgreſſus necatur.
3 ¶ Selomoh filiã parhóh regis Aegypti ducit vxorẽ. Immolatis mille holocauſtis in Ghibhón, Selomóh conſpecto in ſomnis dño, qcqd vult petere iubetur. petẽti cor intelligens ad iudicandũ populũ, cũ corde intelligente, datur diuitiæ & gloria, offert holocauſta & pacifica. Altercãtibus duabus meretricibus ſup filio viuo, & mortuo, cognitę matri, quæ filiũ, ne diuideretur, rogabat, reddi præcipit viuũ filium. Audito regis iudicio timet Iſrael.
4 ¶ Recenſentur principes Selomóh, eorũq; fũctiones, qbus puincijs, vrbibus, locisq; præerãt duodecim principes alentes Selomóh & eius domum ſinguli ſingulo menſe A flumine peliſtim vſq; ad Aegypti terminũ dñabatur Selomóh Cibus domus eius erãt viginti chori ſimilæ, & ſexaginta chori ſimilæ, decẽ boues pingues, & viginti paſcuales, & centũ pecudes, pter ceruos, capreas, bubalos & gallinaceos ipiguatos, & erãt ei quadragita milia equorũ, & duodecim milia eqtes. Et fuit Selomóh ſapientior oi homine, & locutus eſt tria milia parabolas, & cãtica qnq; milia. & locutus eſt de arboribus, animalibus, volatilibus, reptilib⁹, ac piſcibus.
5 ¶ Chirám rex tyri mittit ſeruos ad Selomóh, & p domo dei ↄſtruẽda vt exqſierat Selomóh, mittit ei ligna cedrina, & abiegna At Selomoh quotãnis Regi Chirám præbet viginti milia choros tritici, & viginti choros olei E triginta milibus viris qui pro tributo dabantur à filijs Iſrael, decem milia viciſſim per menſem erant in lebanón, erant & ſeptuaginta milia baiuli & octoginta milia cæſores lignorũ, & ter mille & trecenti præfecti operum, & pro fũdamento iaciendo lapides grandes ac precioſos adduci præcepit.
6 ¶ Anno ab ingreſſu ex Aegypto quadrigenteſimo octuageſimo anno quarto menſe ſecundo regni Selomoh, cœpit Selomóh ædificare domũ domini, & quum ædificaretur lapide pfecto, nec malleus, neq; ſecuris in domo domini audita ſunt, & anno vndecimo, menſe octobri perfecta eſt domus domini cum veſtibulo, feneſtris, thalamis, oſtijs, oraculo, cherubim, & alijs ad illam ſpectantibus.
7 ¶ Aedificat Selomoh domum ſuam, & domũ ſaltus cum colũnis, trabibus, tectis, portis, poſtibus, porticu, atrio minori & maiori, fudit & Chirán duas colũnas æreas cum capitellis, quas ſtatuit Selomóh in porticu templi, fudit & mare cum tuberculis, duodecim bobus, decem baſib⁹, clauſuris, quatuor rotis, quatuor humeris, decem cõchis, malogranatis, & alijs pro templo vaſis, & quinq; candelabris.
8 ¶ Menſe ſeptimo.i. ſeptembri, congregatis ſenioribus, principibus, & vniuerſo populo Iſrael, præcedente rege cum omni populo, & oues, bouesq; innumeros immolantes, ẽ tabernaculo arca deducta, in oraculo locatur, & ſacerdotibus egreſſis nubes gloriæ domini, totã replet domum, At Selomóh verſa ad populum facie, benedixit congregationi Iſrael. Deinde ſtans ante altare expanſis manibus, preces ad deum fundit vt eius oculi ſint aperti ſup-

domum,& ſuas,ac populi exaudiat preces quum peccauerint,& conuerſi precati fuerint in illius domo tēpore belli,ac famis,necnon & alienigenarum preces & completa oratione,& benedicto populo,immolatis ſacrificiis pacificorum, ſanctificato medio atrio, dimittitur populus octaua die.

¶Conſpicitur dominus in ſomnis Selomoni, preces eius exauditas aſſerit, & regnum eius firmandum ſi ambulauerit in viis patris ſui, alioqui excidenda, & domus,& regnum, Dat Selomóh viginti vrbes Regi Chiram, ſed non placent viſæ Parhóh rex Aegypti, combuſta,Ghàzer,& populo necato, dat illam pro munere filiæ ſuæ vxori Selomóh,Selomóh vrbibus ædificatis,tributarios reddit populos qui remanſerant ex Emoræis, Chitæis, periſæis,chiuuæis & Iebuſæis. filia parhóh è ciuitate Dauid deſcendit in domum ſuam. Aedificatur Milló,offert Selomóh ter in anno pacifica. Mittit nauem in Ophír pro auro.

¶Regina Seba audita fama Selomóh,venit in Ieruſaláim ad tentandum regem,& quum indicaſſet ei omnia,& vidiſſet domū,cibos,habitacula,miniſtros, veſtimenta eorum, pincernas,habuiſſetq; omnia quæ optabat,beatos illius prædicat ſeruos,& auro,aromatibus,lapidibusq; precioſis Selomoni elargitis,in terram ſuam reuertitur, pondus auri quod veniebat ad Selomóh annuatim deſcribitur, fecit ducēta ſcuta,& trecētos clypeos ex auro,& thronum eburneum ſex habens gradus cum quatuordecim leonibus & pocula omnia aurea Quod quidem aurum nullius fermè erat æſtimationis illo tempore ob illius copiam. Munera quæ Selomoni deferebantur, recenſentur.

¶Adamat Selomóh mulieres alienigenas multas. Nam fuerunt illi vxores reginæ ſeptingētæ,& concubinæ trecentæ contra legis præceptum quæ declinare fecerūt eum poſt deos alienos Haſtóreth videlicet, Milchón,Chemós,& Moléch,& ſimiles,quibus & ſuffiebat,& immolabat. Qrobrem iratus deus ſciſſurum ſe regnum illius è manu filii eius relicta illi vna dūtaxat tribu propter Dauid,prædicit. Aduerſarium ſuſcitat illi Hadad edomæum, qui paruulus fugerat in Aegyptum à facie Dauid,& Ioáb,& receptus fuerat à rege Aegypti data illi in vxorem cognata ſua,Hic audita morte Dauid in terram ſuam reuerſus eſt. Rezón quoq; fuit aduerſarius Selomóh,Iarobham filius Nebath leuat manum cōtra regē, Deus per Achiiáh prophetam pollicetur illi decem tribus Iſraél, & domum firmam, ſi dei præcepta cuſtodierit. Selomóh quum regnaſſet quadraginta annis, moritur, & Rechabham eius filius regnat.

¶Mortuo Selomóh,& Iarobhám reuerſo ex Aegypto, ꝯgregatio Iſraél,q venerat i Sechém ad ꝯſtituēdū Rechabham,regem,rogat illū,vt iugum graue ſibi à patre impoſitū,alleuiet. Iubet vt poſt tres dies redeant. Conſulit ſeniores ſuper hac re,vt benigne reſpondeat populo,& illi morem gerat conſulunt At ille ſeniorum conſilio relicto, vt iuuenes ꝯſulerant,aggrauaturum ſe illius iugum reſpondit. Tum populus exclamauit dicens. Quæ nobis pars in Dauid, & abiis vnuſquiſq; in domum ſuam,& lapidibus obruto Adurám, quē ad illos miſerat Rex,regem conſtituunt Iarobhám. Congregat Iachabhám octoginta millia virorū electorum de Iehudáh,& Biniamín,vt pugnet cū Iſraél,ſed iubēte deo per Semeiah prophetam,reuertitur vnuſquiſq; in domum ſuam. Aedificat Iarobhām Sechém,& ne populus ſi pergeret in Ieruſaláim ad ſacrificia ad Rechabhám conuertatur, duobus conflatis vitulis & vno poſito in Bethél,altero in Dan,inhibens Iſraéli ne aſcendant in Ieruſaláim,iubet vt illos adoret,conſtituta ſolennitate menſe octauo, quintadecima die menſis, offert holocauſta.

¶Iarobhám ſtante ſecus altare in Bethel ad ſuffiendū, clamat vir dei qui venerat ex Iehudáh contra altare dicens. Altare, altare, ſic dixit dominus Ecce filius naſcetur domui Iehudah Ieſiiáhu nomine, & immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum, & hoc ſignum Altare ſcindetur,& cinis effundetur. Extendit manum Iarobhám vt capiatur, mox areſcit, nec poteſt eam retrahere, Altare ſcinditur,& cinis effunditur, precatur rex virum dei vt deum oret pro reſtitutione man⁹. Orat,& reſtituitur vt prius erat. Sed inuitatus à rege noluit cum illo comedere ob dei prohibitionem. Inuitatur ab altero propheta ſene qui erat in Bethél, Reuertitur cū illo, comedit,& bibit, prædicitur mors ob inobedientiam, à leone occiditur, Stant leo, & aſinus iuxta cadauer Nunciatur ſeni prophetæ, Impoſitum ille cadauer aſino, & ad ſuam ciuitatem reductum, ſepelit & plangit,& filiis iubet, vt ſuum cadauer iuxta cadauer viri dei ſepeliant. Porro Iarobhám à via mala non eſt conuerſus, Sed fecit è populo ſacerdotes excelſorum.

¶Anno decimooctauo regis Iarobhám, regnauit Abiiám ſup Iehudáh trib⁹ ānis,& ābulauit in pctis pr̄is ſui,& fuit bellū īter ipſū,& Iarobhám & mortu⁹ ē,& ſepult⁹ ē in ciuitate Dauid. Regnauid aūt Aſa fili⁹ ei⁹ ꝓ eo,& fecit rectū iꝯſpectu dei. Abſtulit ſcorta maſcl'ea, idola patrū

ſuorũ,& matrẽ ab imperio remouit,combuſto eius idolo,Bahaſá rex Iſrael aſcendit contra
Iehudah & ædificabat Ranáh, At Aſá miſſis auro & argẽto ad Benhadad,fœdus cũ illo init
Qui miſſis principibus cõtra vrbes Iſrael,ceſſare fecit ædificationẽ Ramáh. Rex vero Aſá
congregato vniuerſo Iehudah è lapidib⁹,& lignis Ramáh, ædificauit Ghébah Biniamin.
Moritur Aſá,& ſepelitur in ciuitate Dauid. Anno ſecundo Aſá,regnauit ſup Iſrael duobus
annis Nadab filius Iarobhám, Nã illo occiſo, regnauit Bahaſá,qui perdidit omne ſemen
Iarobhám.
16 ¶Sextodecimo Iehú filius chanani dãdã prophetat domũ Bahaſáh vt domũ Iarobhám,&
mortuũ ex illo in ciuitate comedendũ à canibus,in agro vero ab auibus deuorãdũ. Mortuo
Bahaſá regnauit Eláh filius eius duobus annis. Hũc ebrium occidit zichri princeps mediæ
partis curruũ,& percuſſit omnẽ domũ Bahaſá nõ relicto mingente ad parietem.i.cane,& re
gnauit ſeptem diebus. Nã populus Iſrael audita morte regis cum Homri obſedit Tirſah. Et
cũ vidiſſet zichri captã ciuitatẽ,ſeipſum cũ palatio ſuccẽdit. Fit tum ſeditio in populo vna
pars ſequebatur,Tibni,altera Homri qui præualens duodecim annis regnauit in Tirſáh,&
ædificauit Somron.i.Samariam,& fuit peior cæteris regibus,qui eũ præceſſerunt. Illo mor
tuo peſſimus Acháb filius eius viginti duobus annis regnauit in Somrón: Hic,accepta Izé
bel filia regis Sidomorũ in vxorem,facto luco adorauit Báhal.
17 ¶Decimoſeptimo Eliáh tiſbites,quũ dixiſſet Acháb ꝙ nõ erit illis annis pluuia,nec ros,iu
bente deo abſcõdit ſe in torrẽte Cherith de quo bibebat,coruis mane & veſpere carnẽ & pa
nem illi afferentibus,& torrente ſiccato,præcepto dei abijt in Sarphath ſidoniorum & cum
vidiſſet mulierem viduam colligentem ligna habẽtẽ paululũ farinæ in hydria,& puſillum
olei in lenticula,iubet vt afferat ſibi paululũ aquæ & ſubcinericiũ panẽ,& in verbo dñi pol
licetur ꝙ farina illa & oleũ non deficient donec deus dederit pluuiã. Mortuũ deinde filiũ vi
duæ,reſuſcitauit oratione.
18 ¶Decimooctauo. Daturus pluuiam deus. iubet Eliiáhu vt Acháb ſe oſtendat. Erat aũt Regi
Acháb magiſter domus Hobadiáh vir deum timens,qui quũ Izebel occideret prophetas
domini,centum abſcondit in ſpelunca,paſcens eos pane,& aqua. Huic iuſſit rex,vt pergeret
ad fontes,& torrentes,& quæreret hærbã pro iumẽtis & inter eundũ occurrens illi Eliiáhu,
mittit illum ad Acháb vt ſuũ nũciet aduentum. It obuiã Acháb,& an ſit ille qui conturbat
Iſrael interroganti,illum eſſe turbatorem,quia dereliquit mandata domini,quum dixiſſet,
congregat Acháb,iuſſu Eliiáhu,filios Iſrael,& prophetas Báhal,& luci in mõte Carmel &
dicente Eliiáhu ad populum ne claudicarent in duas partes,Sed dominum,aut Báhal,ſi de⁹
eſt,ſequerentur,& populo non reſpondente,& propoſita conditione ꝙ ille ſit deus qui per
ignem ſacrificantem exaudierit,iubet prophetis Báhal vt conciſo iuuenco,& lignis impoſi
to ſine igne,clament ad Báhal,& ſi per ignem exaudierit,ipſe ſit deus & quũ obrẽperaſſent,
& à mane vſq; ad meridiem clamaſſent Báhal exaudi nos,et non exaudiret,illudens illis Eli
iáhu clamate inquit voce maiore forſan.n. deus veſter eſt in bello,aut in itinere,aut dormit
Et quum paruiſſent,& non eſſet qui exaudiret,vocato Eliiáhu populo & è duodecim lapi
dibus altari ædificato,et aqueductu facto in eius circuitu,paratis lignis,et impoſito iuuen
co conciſo ſuper ligna,et duodecim hydrijs aquæ ſuper illa effuſis,precatur Eliiáhu domi
num exaudi me domine,exaudi me vt agnoſcat populus iſte ꝙ tu es dominus,tum ignis è
cœlo veniens holocauſtum,ligna,lapides,puluerem,et aquam conſumpſit,et populo con
fitenti dominum eſſe deum,iubet vt in torrente Chiſón vniuerſi prophetę Báhal iugulen
tur,et Acháb dixit vt comederet,et biberet quia ſonitum multæ pluuiæ audiebat,et conſcẽ
ſo mõte Carmel,& orante Eliiáhu fit primum nubecula,deinde contenebratur cœlum, fit
vẽtus,& magna pluuia. Acháb reuertit̃ in Izrehel,currẽte ante illũ Eliiáhu.
19 ¶Fugit Eliiáhu à facie Izebel mortẽ illi minanti,et quum eſſet in deſerto ſubtus geniſtam
quãdã,& mortẽ à domino poſtulaſſet,obdormiuit,excitatus ab angelo,& ſemel et iterũ ad
caput ſuum inuentis pane ſubcinericio,& ſcypho aquæ,comedit et bibit,et ambulauit in
fortitudine cibi illius quadraginta diebus,et quadraginta noctibus vſq; ad montẽ dei Cho
reb et quum eſſet in ſpelunca,ex illa egredi iuſſus,ſtetit in monte coram domino,et poſt vẽ
tum magnum,commotionem,ignem,et auram tenuem,quũ tranſiſſet dominus,iuſſit Eli
ſáhu vt reuerſus in deſertũ Dãmeſec,vngeret Chazael regem ſuper Arám(ſiue Syriã)& Ie
hu ſuper Iſrael,et Eliſáh in prophetam et quum inde tranſiſſet,et reperiſſet Eliſáh arantẽ,
proiecit pallium ſuum ſuper eum At ille relictis bobus,et oſculatis patre et matre quũ ma
ctaſſet par boum populo,et comediſſet,ſecutus eſt Eliiáhu.
20 ¶Vigeſimo. Benhadád rex Arám ꝯgregatis exercitu ſuo,et triginta et vno regibus, obſeſſa

Somrón, poſtulatis a rege Achab auro, argento, vxoribus, ac filijs, & omnibus rebus con
cupiſcibilibus domus eius, & domorũ ſuorũ ſuorũ, quũ nõ acquieuiſſet Achāb, poni præ
cipit iſtrumenta bellica cõtra ciuitatẽ. Pollicetur dñs per prophetã tradere ĩ manu Achāb
oẽm illorum multitudinẽ per pueros principũ ꝓuinciarũ, Achab ipſo bellum inchoante.
Egrediuntur ducẽti triginta duo pueri principũ prouinciarũ, & poſt eos ſeptẽ milia de po
pulo, & quũ ſuis iuſſiſſet Benhadād vt viuos illos caperẽt, illi cõtra ꝓcurrũt ſinguli ſingu
los cõtra ſe venientes, fugiũt Aramæi. At populus cũ Achāb magna illos clade afficiunt.
Benhadād equo euaſit. Sequẽti anno illũ reuerſurũ prædicit ꝓpheta Rex Arām cum exer
citu vt prior fuerat, mutatis regibus in duces, pugnaturus in campeſtri, & nõ in mõtibus
ꝙ deos montium putaret hebræis auxiliari, venit in Aphéc, & repleuerunt terrã. At filij
Iſraél veluti duo parui greges illis eunt obuiam. Et ſeptima die ꝓmiſſa per prophetã illis
victoria, congreſſi centũ milia peditũ necant, reliqui fugiunt in ciuitatẽ Aphéc. Ruit mu-
rus vrbis, & viginti ſeptem milia interficit. Veniunt ſerui Benhadad qui fugerat, accin-
cti ſaccis, & cum funibus ad collum, vitã poſtulantes ipſius Benhadal. Ad ſe venire iubet
Achāb & fœdere cum illo inito, dimittit. Occurrit Achāb reuertenti vnus è ꝓphetis opta
facie pileo, & ꝓpoſito illi iudicio. ſic ait dñs inquit. Quia dimiſiſti virum obnoxiũ mor-
ti erit aĩa tua pro aĩa illius.

¶ Achāb, petita vinea Nabóth, Izrehelitæ, & non obtenta, triſtis ſup/ lectũ accumbit. At
Izébel eius vxor miſſis literis ſigillo regis obſignatis, ad ſeniores ciuitatis illius, iubet Na
both falſo accuſatum de contumelia in deũ, & regẽ, lapidibus obrui. Capit Achāb vineã
Nabóth, vbi cũ eſſet ait illi Eliiāhu in loco vbi linxerunt canes ſanguinẽ Nabóth, lingent
& tuum, & ſuccidet dñs de te mingentẽ ad parietẽ. Canes quoq; comedẽt Izébel intra ante
murale Izrehel. His auditis Achāb ſciſſis veſtibus induitur ſacco, ieiunat, & dormit in ſac-
co, & quia ſe humiliauit, nõ adduxit dñs malum in diebus eius, ſed in diebus filij eius.

¶ Achāb itur⁹ ad bellũ ꝯ Ramóth Ghilhād cũ Iehoſāph rege Iehudāh, ꝯſulente eodẽ rege Ie-
hudāh, interrogatis ferme qngẽtis ꝓphetis, & rñdentib⁹ ꝙ aſcẽdat, qa tradet in ei⁹ manu, in
terrogat Micháiehu ꝑ ꝓphetã dñi, Qui adiurat⁹ vt veritatẽ diceret, Vidi inqt vniuerſum
Iſrael ſup/ mõtes diſperſum abſq; paſtore. Et quũ diceret dñm dediſſe ſpiritũ mendacẽ in o-
re aliorũ vatũ, percuſſit illũ Sidchiiāh in maxillã, & rex iuſſit illũ poni in carcerem donec
reuerteret ĩ pace. At Micháiehu. Si reuerſus fueris ĩ pace, nõ eſt locut⁹ mihi dñs. Iuſſit Rex
Arām ſuis principibus, vt nõ pugnarẽt niſi cõtra regẽ Iſraél. Ingreſſus itaq; rex Iſraél præ-
lium mutatis veſtibus, ſagitta vulneratus, veſperi mortuus eſt, & populi ad ſuas ciuitates
reuerſi ſunt. Sepulto rege in Somron, quũ lauarẽtur currus, & arma in piſcina Somron, ca
nes eius linxerũt ſanguinem Iehoſāphath, regnauit viginti quinq; annis ſuper Iehudāh, &
fecit qđ rectũ eſt in oculis dñi. At Achaziāhu filius Achāb fecit malũ in oculis dñi, & am-
bulauit in via patris ſui, & matris ſuæ, & adorauit Bāhal.

DVodecimus eſt ſecũdus Melachím. i. regũ. ſ. qui hebræis eſt idẽ cũ priori, Latinis:
quartus regũ, Græcis vero regnorũ quartus.

¶ Et primo quidẽ capite cõtinetur ꝙ quũ cecidiſſet Achaziāhu è cancello in cœ-
naculũ, miſit nuncios vt inquireret per Beelzebúb deũ Hecron an eſſet victur⁹
de infirmitate, It obuiã Eliiāhu (iubente angelo) nuncijs regis, & illũ penit⁹ de-
nunciat moriturum. Quod vt ex nũcijs cognouit rex, miſſos ad eũ duos quinquagenarios
cũ quinquaginta viris, cõſumpſit ignis ĩ cœlo, Cũ tertio qui ſe ꝓſtrauit corã Eliiāhu pre-
cans pro ſua, ſuorũq; ſalute, præcepit angelus vt iret, & quũ veniſſet ad regẽ, dixit illũ mo-
riturũ, quia cõſuluerat deum Hecrón, & mortuo rege regnauit Iehoram filius Achāb eo
ꝙ regi non fuit filius.

¶ Aſcenſurum Eliiāhu per turbinẽ in cœlũ, Eliſāh nõ dimittit, neq; per gentem in Bethel,
Iericho, & Iarden. Quin ꝓphetantes illi dñi ſui ablationẽ, vt taceãt, iubet & ipſum Eliiāhu
comitatur ad Iarden. Eliiāhu pallio inuoluto percuſſa aqua, atq; diuiſa, cũ Eliſāh amne
trãſmiſſo, præcipit ipſi Eliſāh vt petat quicquid vult, duplicẽ illius poſtulans ſpiritũ, erit
inquit hoc ſi videris, quando tollar à te Aſcendente Eliiāhu per turbinem in cœlum, cla-
mat Eliſāh pater mi, pater mi. Eliſāh, Eliiāhu pallio quod ceciderat, percuſſo, & diuiſo Iar-
dén, per ſiccum tranſit Occurrunt ꝓphetarũ diſcipuli ipſi Eliſāh, & ab illo multa importu-
nitate, facultate habita quærendi Eliiāhu mittunt ad quærẽdum illũ quinquaginta viros
robuſtos, Sed illo nõ inuẽto, redeũt. Eliſāh rogãtibus viris Ierichó peſſimas aquas ſanat
ſale in illas ꝓiecto Maledictus pueris qui illi illudebant, quinquaginta duo ex illis, ab vr-
ſis lacerati ſunt.

¶ Iehorám cũ Iehoſaphàth rege Iehudáh,& rege Edóm, Profect⁹ ad ꝑliũ contra regẽ Moab,
q̄ defecerat ab Iſraël nõ ꝑſoluto tributo, deficiẽte aqua caſtris,& iumẽtis, ꝯſulit Eliſáh, qui
deferẽs honorẽ regi Iehoſáphath, iuſſit fieri foueas multas i torrẽte & ſine vẽto, & pluuia,
manè repletæ ſunt foſſæ aquis. Surgũt mane Moabitæ,& rubras videntes aquas arbitrãt
inter ſeſe reges digladiatos eſſe, dũ ꝓgũt ad ꝓ dã, cædũtur, vrbes eorũ deſtruunt, agri lapidi
bus replent, fontes obturant, arbores incidunt fructiferæ. Tum rex Moab cũ ſeptingẽtis
viris irrũpere quærẽs ad regẽ Edóm,& nõ valens, quũ filiũ ſup murũ obtuliſſet in holo
cauſtum, turbatus Iſraël, in terrã ſuam reuertitur.
4 ¶ Mulieri vxori iã cuiuſdam è diſcipulis ꝓphetarũ, quũ creditor in ſeruos filios eius tolle
re vellet,& nõ haberet niſi vas olei, iubet Eliſáh vt i vaſis multis à vicinis poſtulatis, oleũ
infundat clauſo oſtio. Obtẽꝑat, oleo vaſa replentur oĩa, ſoluit creditori,& de reſi duo cũ fa
milia viuit.
5 ¶ Sunamiti hoſpitæ ſuæ Heliſáh pollicetur filiũ,& deinde mortuũ reſuſcitauit. Iubet Heli
ſáh tp̃e famis puero ſuo, vt coctũ pulmẽtũ diſcipulis miniſtret ꝓphetarũ, q coctas colocyn
tidas illis offerẽs, quũ nõ poſſent edere, iniici farinã in ollã iubet,& ad hũc modũ comede-
runt. Viginti panes centũ apponuntur viris, comedunt oẽs & ſupereſt ex illis.
6 ¶ Nahamán ſyrus leproſus princeps militiæ, ꝑſuaſiõe puellæ Hebręæ, cũ literis regis Sy-
riæ, aſſumptis argẽto, aureis, ac veſtibus mutatorijs, venit ad regẽ Iſraël vt eũ à lepra cu-
raret. Turbat rex, iubet Eliſáh vt ad ſe veniat. & lotus ſepties in Iardẽ n præcepto illi⁹, mũ
datur à lepra. Regreſſus munera offert, ſed ille renuit accipere. At Ghechazi abeũtẽ ſequit,
poſtulat talẽtũ argẽti,& duas veſtes mutatorias, Receptis duobus talentis argẽti & veſti-
bus reuertitur, Interrogatur quo ierit, negat ſe quoquam iuiſſe. & quum omnia ſe vidiſſe
teſtatus fuiſſet Eliſáh, lepra inquit Nahaman tibi ac ſemini tuo adhærebit. & egreſſus eſt
leproſus.
7 ¶ Cædẽtib⁹ ligna diſcipulis ꝓphetarũ apud Iardén, vt ad hitãdũ, locũ anguſtũ dilatarent,
quũ cecidiſſet ferrũ vni⁹, mutuo acceptũ, in aquã, Eliſáh præciſum lignũ mittit in aquã,&
ſupnatãs ferrũ tolli ꝓcipit. Pugnãte rege Syriæ cũ Iſraël, quũ ſepius eius inſidiæ regi Iſraël
ꝑ Eliſáh fuiſſent detectæ,& ob hoc rex Arám quẽpiã e ſuis ꝓditorẽ putaret, dixit vnus è
ſeruis ei⁹ Eliſáh ꝓphetã etiã q̃ in penetralib⁹ loquebat, indicare regi Iſraëli. Mittit ille cur
rus, eqtes,& exercitũ copioſum in Dothán vbi erat Eliſáh, & puero Eliſáh timẽti, plures
eſſe ſecũ q̃ cũ illis oſtẽdit. At Aramæi ꝑcante Eliſáh, cæcitate ꝑcuſſi ducunt in Sõrón, ape
riunt eorũ oculi,& vidẽt ſeſe in medio Somrón, iubet Eliſáh, vt ſimul ac comederit ac bi
berint, ad dñm ſuũ reuertant. Obſidet Benhadád Sõrón, fames valida inuadit vrbẽ, caput
aſini octoginta vẽditur argẽteis,& qnq; argenteis quarta ꝑs cabi ſtercoris colũbarũ, ma-
tres ſuos comedũt natos. Turbatus rex amputaturum ſe caput Eliſáh, iurat miſſo nuncio,
cui vt oſtiũ claudatur, iubet Eliſáh.
8 ¶ Eliſáh dicente, Cras hoc tp̃e ſatũ ſimile denario vno,& duo ſata ordei vno vẽdent dena
rio, dux ſup cuius manũ innitebat rex, Etiã inquit Si deus cœli cataractas aperiat, impoſ-
ſibile eſt. At Eliſáh videbis ait & nõ comedes. Quatuor itaq; leproſi q erãt in porta, repu-
tantes ſe prorſus morituros ſiue vrbẽ ingrediãtur, ſiue inibi maneãt, crepuſculo caſtra adeũ
Euangelium lucę folio.23.
Euangelium Ioannis. fo.37.
Epiſtola pauli ad Romanos fo.47.
Epiſtola prior ad Corinthios. fo 52.
Epiſtola poſterior ad Corinthios fo.56.
Epiſtola ad Galathas. fo.59.
Epiſtola ad Epheſios fo.61.
Epiſtola ad philippenſes fo.63.

¶Epiſtola ad Coloſſenſes.fo.64.
¶Epiſtola ad Theſſalonicēſes prior.fo.65.
¶Epiſtola ad Theſſalonicenſes poſterior fo.66.
¶Epiſtola ad Timotheū prior fo.67.
¶Epiſtola ad Timotheū poſterior.fo.68.
¶Epiſtola ad Titum fo.69.
¶Epiſtola ad Philemonē fo.70.
¶Epiſtola ad Hebræos fo.70.pagi.2.
¶Acta Apoſtolorū fo.74.
¶Epiſtola Iacobi fo.87.
¶Epiſtola petri prior fo.88.
¶Epiſtola petri poſterior fo.89.
¶Epiſtola Ioānis prima fo.90.
¶Epiſtola Ioannis ſecunda et tertia.fo.91.
¶Epiſtola Iehudæ fo.92.
¶Apocalypſis.fo.92.
¶Liber interpretationum nominum hebraicorum in fine.

¶Caſtigationes erratorum quæ inter imprimendum contigerunt quas quiſq̧ exacte expendat ne hallucinetur ſunt tamen nonnullæ conſulto omiſſæ quod ſint cognitu per faciles, aut quia inter legendum non occurrerunt, nonnullæ forſan & ſuperſtitioſius annotatæ vt quū literę ſunt inuerſæ. Et quæ caſtigantur non vt ſunt ſcripta. Sed vt ſcribi debēt poſuimus cōmuniter.

¶Geneſis.

¶Capite.2.¶9 cōcupiſcibilem &.3.¶24.pro Adam ſcribe hominē & 15. ¶2.dele ſyllabamus &.19.¶3.eis,&.21.¶3.Saráh,&.24.¶4.Chamelis,&.26.¶20.ſuper &.27.¶34.vehementiſſime,et.30.¶31.maculis,&.¶41.creuit,&.44.¶10.iuuentus,et.49 ¶10 pro deinter pedes eius, ſcribe ē pedib⁹ eius.&.¶18.Ghad &c. dele et ſcribe Ghad exercit⁹ ſuperabit eum, et ipſe ſuperabit demum.

¶Exodus.

¶Ca 1.¶12.agro,&.¶20.omnem,&.2.¶20.habitare,&.12.¶12.dele in,et.¶17. veſtros. &.14. ¶3.dele ſuper,&.¶4.proquia ego, ſcribe quod ſum,&.18.¶10.vos,&.26.¶6 tabulæ,&.28. ¶3.loqueris,&.¶14.dele in fine termini pectoralis,& ſcribe finitimas,&.30.¶23. quinquaginta,&.34.¶26.pepigi,&.34.¶30.ad eū &.35.¶16.funiculos,et.39 ¶8.ſuperhumeralis.

¶Leuiticus.

¶Ca 4.¶30.effundet,et.5,¶8.contra,et.9.¶4.et,bouem,et.10.¶19.peccato,et.11.¶30.dele vnū aut,et.16.¶23.induerat,et.¶26.extra.et.¶32.altare,et.17.¶3.extra caſtra,et,¶8.obtulerit, et.19.¶13.non,et.20.¶5,familiam.

¶Numeri.

¶Ca.4.¶1.Et,et.¶9.hyacinthinū,et.5.¶8.dele redimens,& ſcribe propinquus,et.8.¶18.dedi, et,9.¶22.diſcedebat,et.10.¶3.dele ſa.&.¶28.Midianitem,& 16.¶29.aperuerit,et.¶30 cōſummaſſet,et.18.¶31.pinguedinē,et.21.¶26.Dele parabolātes,et ſcribe qui parabolas ſcribunt.et.22.¶5.cui benedixeris,et.¶28.illuſiſti,et.24.¶6.oſſa,et.26.¶40.Dan et.31.¶10. combuſſerunt.

¶Deuteronomium.

¶Ca.2.¶32.filios,et.12.¶31.cōbuſſerūt,et.13.¶13.impulerunt,et dele eorum.et ſcribe ſuæ,et.22. ¶5.quia,et.23 ¶4.malediceret,et,25.¶18.poſſideat eam,et.28.¶65.in manib⁹,et.32.¶14. ſugere,et.32.¶11.habentium.

¶Iehoſuah.

¶Ca.5.¶13.aduerſarijs,et.7.¶7.faceres,et.15.¶18 peteret.et.¶44.mari,et.17.¶12.eſſent,et.18. ¶8.Surrexerunt,et.22.¶4.proficiſcimini et.24.¶9,cum,et.24.¶17.fecit nos.

¶Iudicum.

¶Ca.4.¶20.quiſq̄,et.5.¶14.dele fortib⁹,et ſcribe mihi inter fortes,et.6.¶11.fugeret,et.9.vbicunq̧ ſcribitur domini aut dominos Sechém, ſcribe viros Sechém,et.¶27.biberunt,et.10. ¶9.dereliquimus,et.11.¶10.Ghilhád,et.12.¶2.ſeruaſtis,et.15.¶2.haberes,et.¶7. vindicabo,et.¶18,inuocantis,et.16.¶16,Nazireus,et.17.¶2.mille,et ¶4.eos,et.19.¶23. malefaciatis,et.20.¶37.buccinæ.

¶Ruth.

¶Ca.4.¶14.dele ſibi,& ſcribe tibi.

¶Semuel.1,

¶Ca.4.¶2.caſtrametati,et.¶9.Aegyptum,et.¶20.circa,et.5.¶4.ſurrexerūt mane incraſtino, et.6.¶12.direxerunt,et.7.¶3.vniuerſam,et.¶13.lapidem,&.10 ¶1.lenticulam,et eodē.¶hæreditatē,et.12.¶14.exaſperaueritis,et.¶21.ne declinetis,et.15.¶14.quis,et.17.¶7.lanceæ,

et.¶53.ad Abner:et.18.¶7.ſuos,et.20.¶18.diligeret,et.¶34.dolore,et.19.¶20.et viderunt
et.21,¶7.demorabatur,et.23.¶26 mõtis,et eodẽ.¶viri,et.25.¶25.quæſo,et.¶38.fere,et
28.¶25.iugulant,et.29.¶10.illuceſcet,et.31.¶1.fugerunt.

¶Semuel.2.

Ca.1.¶1.Siclágh,et.¶4.fugit,et.2.¶32.trecẽtos et ſexaginta viros et.3 ¶14.Iſbóſeth,et.¶35.
occumbat,et.4 ¶4.effectus eſt et.6.¶19 poſt ſe ſcribe diſcooperiendo,et.7.¶3.Nathán,et
¶4.fuit,et.¶8 è tribubus Iſrael,et.8.¶13.reuerteretur,et 10.¶3.conſolatores,et.¶5.viri,et
¶13.fugerunt,et.14 ¶10.adduc,et.17.¶10.Ipſe,et.18.¶1.qui,et.¶11.appẽderem,et.19.¶28.
conuiuas,et.¶48.pluſq̃ tu,et.20.¶4.mihi,et.¶8.manu,et.23.¶21.virga.

¶Regum.1.

Ca.1.¶8.pinguia,et.¶8.pinguia,et.¶27.coram,et.¶29.dele ſi.et.3.¶10.poſtulauerat,et.4.
¶6.vniuſcuiuſq̃,et.¶28.parabolarum,et.5 ¶16.principes,et.7.¶14.omne,et.8.¶20 ſur-
rexi,et.10.¶15.ſexagita,et.11.¶1.Chiteças,et.14.¶6.præ te fers,et.15.¶2.Abſalóm et.19.¶12
poſt vox adde tacita et.20.¶27.duo.et.21,¶12.prædicate.

¶Regum.2.

Ca.2.¶8.diuiſerunt,et.¶24.maledexit,et.3.¶2.malum,et.4.¶10.declinabit,et.5.¶5.Iſrael
et.6.¶8.cõſiliatus eſt.et.7.¶13.ſicut vniuerſa multitudo.et 8 ¶9.viuam.et.10.¶2.veſtri,et
11.¶2.filia,et.18.¶1.regis.et.¶4.Nechuſtám;et.¶17.miſit,et.19 ¶3.pariẽdi,et.¶29.fami-
lia,et.23.¶21.et ſepelierunt,et.25 ¶20 ſua.

¶Paralipoménon.1.

Ca.3.¶8.ſororem,et.4.¶24.dele Nethanim,& Ghedera,et ſcribe loci plantationum,et ma
ceriæ,et.7.¶9 ſortes,et 10.¶6.eius,et.13.¶2.leuitæ,et.16 ¶37.iugiter,et.17.¶7.inimicos
et.18.¶13.omnes,et.19.¶11.fratri tuo,et.21.¶22.areæ,et.28.¶9.ei.

¶Parali.2.

Ca.1.¶13.regnauit,et.2.¶6.ſuffiendũ,et.5.¶13.laudando,et.9.¶10.Algumím,et.10.¶10.digi
tus,et.13.¶6.contra,et.16.¶2.et.¶4.Benhadad,et.17.¶6 remouere et.¶14.numeri,et.19.
¶10.vos,et.21.¶19.regnaret,et.25.¶4.morietur,et.¶18.cadas,et.26.¶21.domini,et.34.
¶21.quærite,et.¶32.fecit.et.31.¶5.p̃ mellis,ſcribe dactyli.et.35.¶8.largiti ſunt,et.36.¶14.
gentium,et eodem.¶domini.

¶Hezrá.

Ca.4.¶23.exemplar,et.10.¶13.vis.

¶Nechemiáh vel Hezrá.2.

Ca.7.¶67.Equi eorũ,et.9.¶8.inueniſti,et.¶35.pro.N.ſcribe.¶et.13.¶10.pars.

¶Eſtér.

Ca.1.¶21.principũ,et 6.¶2.iuuentũ & eodem.¶indicaſſet et.¶8.regium,et.¶14.quod,et.8.
¶16 Iehudæos.

¶Iiób.

Ca.3.¶15.abortiuus abſconditus.¶24.euenit,et 4.¶12.ſuſcæpit,et.¶20.veſperã.et.5.¶2.ira
cundiã,et.6 ¶30.lingua,et eo.¶palatũ et.7.¶2.pro ceruus,ſcribe ſeruus et.¶12.cetus et.13.
¶19 qui diſceptet,et.15.¶2.ſcientiã,et.18.¶19.ſuperſtes,et.19 ¶4.morabitur,et.¶7.exau-
diet,et.20.¶9.ſicut et.¶17.torrentes,et.¶19.cõſregit,et.21.¶20.oculi,et.24.¶7.fecerunt,
et.¶9 impij,et.29.¶23.vt,&.¶25.ſpinas,&.31.¶22.equitare,et.¶28.iniquitas,et ¶29.ha
bentis,et.¶38.pariter.et.36 ¶3.ſummã,et.39.¶30.aſpiciẽt,et.41.¶15.eius,et.42.¶7.Te-
manitẽ.

¶Pſalterium.

Pſalmo.9 ¶38.cõterat,et.17.¶37.pſequar,et.23.¶6.quærẽtiũ,et.29.¶4.Canite,et,30.¶20.
tabernaculi,et 31.¶7.cuſtodies me,et.40.¶7.aduerſum et.41.¶4.pro doloris ei^,ſcribe in
firmitatis,et.43.¶24.faciẽ,et.47.¶7.maris,et.¶8.exercituum,et.48.¶11.aſſimilatus.et
50 ¶1.multitudinẽ,et.54.¶15.mors,et poſt viuẽtes,ſcribe quia mala.et.64.¶1.ſcribe laus
deus et.66.¶3.confiteanſ,et.¶6.nobis,et.70.¶24.erubuerũt,et.74.¶6.aquilone,et.77.
¶1.veſtrã,et.96.¶2.iuſtitia,et.103.¶26.formaſti.et.¶29.puluerẽ,dele ſequens rem,et.106.
¶33.aquarũ,et.111.¶7.cor et.118.¶70.cor eorũ et.¶129.aĩa,et.143.¶13.dele creſcẽtes,et ſcri-
be auctæ,et.148.¶3.luna.

¶Parabolæ.

Ca.1.¶28 pro eo quod,et.2.¶22.dele abradentur,et ſcribe deſtruenſ,et.3.¶4.dele vnum in,
et.5.¶3 palatum,et 6 ¶28.ambulabit,et.8.¶18.obrizo et.¶22.principio,et 10 ¶4.facit,et
12.¶25.viri,et 14.¶16.poſt ſed adde ſtultus,et.17.¶12.dele non,et ſcribe q̃.et.23.¶5.faciẽt.
et.¶29.væ,et.24.¶8 habentem.et.27.¶20.facies.

¶Eccleſiaſtes.

Ca.2.¶9.ſtetit,&.4.¶6.requie,&.7.¶10.hoc,&.9.¶11.etiam,&.10.¶7.ſeruos,&.12.¶1.trã
ſire,Item quia,Item erunt.

¶Canticũ canticorum.

Ca.4.¶12.poſt ſpõſa adde fons obſirmatus,&.7.¶2.venter

¶Ieſahiah.

¶Ca.1.¶15.meos,&.¶8.repleta,&.¶20.veſpertilionē,&.3.¶12.viā,&.5.¶17.dele aduenæ,& ſcribe qui peregrināt ur,&.¶24.ligna &.9.¶2.melle,&.10.¶27.a collo,&.11.¶4.terrā,& 13.&.¶10.orationes,&.¶12.obrizū.&.¶13.contremiſcet,&.14.¶5.pro ipſorum ſcribe impiorū ver.5.&.¶4.p tributū ſcribe plena auro &.¶13.dele ppl's & ſcribe arida.¶22.dn̄s,& 16.¶8.añ vſq; ſcribe optimas vites ei°.¶10.vineis,reſonabūt,&.25.¶12.munitionē:&.26. ¶17.partiri,&.¶20.ingredere,&.28.¶1.poſt pinguiū adde q ſunt,&.¶15.mūdās,&.¶.17. i uſtitiam,& 31.¶7.vnuſquiſq;,&.37.¶8.prælīantē,&.¶22.altitudinē,&.¶31.introibit, &.38.¶13.garriā,&.41.¶6.incudē,&.¶22.maleſaciatis,&.44.¶14.quercum,&.¶18.vt non intelligant,&.¶21.præuaricationē,&.45.¶20.ſui,&.¶25.in dn̄o,omne,&.49.¶20. tranſmigrato lege demigrans,&.51.¶11.hærba,&.52.¶5.dominatores.&.53.¶2.virgultū &.¶7.tondentibus eā.&.55.¶1.argentū,&.59.¶12.nos,&.65.¶12.numeraboq;.

¶Irmeiah.

¶Ca.2,¶7.contaminaſtis,&.¶9 hac,&.¶24 hanc,ſurgendo,&.11.¶16.fructu, formoſam & dele pulchrā,&.12.¶13.meſſuerūt,&.13.¶18.pro tota ſecūdo loco poſitū ſcribe cū vniuerſis,&.20.¶ .inimicorū,&.22.¶18.frater,&.23.¶4.deficiēt,&.26.¶13.mali,&.31.¶19.cōuerſus & ¶40.cinerē ſcribe cineris locū.&.32.¶12.patrui mei.¶23.vt facerēt,&.35.¶1.qđ &.¶16.firmauerunt.&.37.¶7.igni,&.38.¶3.hæc,&.40.¶15.percutiet, omnes Iehudæi, &.41.¶16 paruulos,& 42.¶17.euaſor,&.51.¶13.locuples,& ¶56.ianiter,&.52.¶20.duodecim,&.¶28.tranſferre fecit.

¶Threni.

¶Ca 1.¶10.extēdit,&.2.¶13.medebitur,&.4.¶22.diſcooperuit.

¶Iechezchel.

¶Ca.2.¶10 lamētationes &.5.ver.11.pro cōfringā ſcribe diminuā &.6.¶11.dn̄s,&.7.¶7.celeuſma ſcribe,Echo.&.8.¶9.circuitū.et.¶17.miſerebor,&.13.¶6.dn̄s,&.¶20 dixit,&.¶23.de. Et.19.¶8.pro in ſanguine tuo ſcribe in ſimilitudinē tui.&.20 ¶1.le moribus,&.21.¶8 dicēdo,&,28.¶18 polluiſti,&.¶26.dedi,&.30.¶12.locutus,&.32.¶23 deſcenderunt,&.¶24. interfectorū,et.33 ¶30.verba,&.34.¶15.iudico,&.36.¶23.in vobis,i oculis,& 40.¶42. anteriori,&.41.¶22.Hæc,& 44.¶23.docebūt,&.¶25.patrē,&.47.¶13.vnuſquiſq;,darē

¶Daniel.

¶Ca.1 ¶9.dele incaptiuitate veſtra,& ſcribe ſecundū ſimilitudinem veſtrā,&.¶9.noſtri,&.3. ¶2 congregandū,&.5.¶5 contra,&.¶20.humiliabar,&.7.¶7.beſtia,&.8 ¶24.magnificabit ſe,&.¶26.faceret,&.9.¶18.attende,&.11.¶2.contra.

¶Hoſcah.

¶Ca.1.¶4.domū,&.¶6.miſericordiā,&.2.¶1.arena &.10.¶5.ſcribe.Qui prius ſuper eum exultauerant..

¶Ioel.

¶Ca 2.¶23.lætemini..

¶Hamos.

¶Ca.5,¶17.coluber..

¶Micha,

¶Ca.1,¶2.audite,&.¶9.plagæ:.

¶Nachum.

¶Ca.1,¶3.impune nō,&.3.¶10,cōpedibus,&.¶7.locuſta..

¶Chabacuc.

¶Ca.1,¶15.congregabit..

¶Sephaniah..

¶Ca.2.¶7.dele eius,& ſcribe eorū,&.3.¶19.claudicantem..

¶Zechariah.

¶Ca.13.¶3.& mater..

¶Thobiah..

¶Ca.1.¶6.ſepulturā,&.8.¶5,dominio,&.12.¶1.recæpit &.¶4.te & nunc..

¶Sapientia,.

¶Ca 2,¶3.nos,&.10.¶5.laborum,& 12.¶2.nequā &.¶3.inquirent &.13.¶1.ſpecie.

¶Eccleſiaſticus.

¶Ca 3.¶4.illius,&.4.¶2.rogationem,&.7.¶11.dele deus,&.9.¶2.ſaltatrice,circunſpicere,, & 14.¶7.cogitabit,& 26.¶2.mouetur,&.¶4.ſancta,&.30.¶9.minuūt,&.32.¶4.et qui & 33.¶9.multam,&.34.¶1.alterius,et,¶6.dominus,&.35.¶1.Qui,et.¶5.exaudiet,,

&.35,

&.35.¶.7.donec tollat.&.36.¶.2. Alleua,&.¶. 6.locuti ſunt, &.40. ¶.3. oïa.&. 45. ¶.6 expaueſcit,&.44.¶.2.narrantes,&.47.¶.2.ſono.

¶Baruch.

Ca.j.¶.4.illi,&.4.¶.4.ſenem,&.6.¶.4.ne.

¶In prologo Maccabæorum.dita.j.Maccabæorum.

Ca.4.¶.4.exercitus,&.5.¶.8.erat.

¶Matthæus

a.2.¶.6.redirent,&.5.¶.20.adulterium,cõcupiſcendum,&.10.¶.5.eſt,&.12.¶. 12.deſolat, &.13.¶.9.honoris,&.21.¶.24.occiderunt,&.23.¶.6.inttans,&.¶.9.debitor, &.25.¶.19. infirmus.

¶Marcus.

a.2.¶.12.cur faciũt,&.4.¶.13.queadmodũ,&.6.¶.7.tecepũt.&.¶.12.dimidiũ.&.10.¶. 20. ſaluum,&.11.¶.8.dele delicta nobis,&.14.¶.19.peccatorũ,&.15.¶.22.inuoluit.

¶Lucas

a.1.¶,31.ſanctorũ,&.¶.33.puer ꝓpheta,&.3.¶.3.exciditur,&.¶.9 qui fuit Haminadáb, q fuit Sale,&.5.¶.2.laxabo,&.¶.3.Simonẽ,&.¶.4.ciuitatibus,vir,&.¶.5 infirmitatibus &.¶.7.tibi,&.¶.8.ſcribæ,cogitatis,incredibilia,&.¶.11. dixerunt, vero, Et. 6.i. erant, & ¶.13.potes, tuo,&.¶.15.eã,&.8.¶.14.eũdũ, &.¶.15.fimbriã,&.¶.16. cõſtringũt, potẽtiã, &.9.¶.2.domũ,&.¶.5.emamus,&.¶.10.maieſtate,&.¶.17.noie tuo,dęmonia,&.12.¶. 6. dic,&.¶.17.aduerſus nurũ,&.13.¶.2.quidã,eã,&.¶.11.hodie,&.16.¶.11.omnia, iter nos, &.17.¶.4.parato,&.¶.6 eundũ,&.¶.8.videre,&.¶.11.ſeruare,&.18. ¶. 1.teuerebatur, & ¶.8.in illud,&.19.¶,1.i et pãbulabat dele et, &.¶.3.dicẽtes,&.¶.6.cẽtũ qſq;, &.¶.7.qa,& ¶.11.Bethaniã.dñs,&.¶.17.et emẽtes,&.20.¶.1.vno,&.¶.8.mirati,&.¶.12.mortui,et,21. ¶.3.ego,et.¶.4.regnũ,&.¶.5.oibus,&.¶.9.hæc,et.¶.10.ſunt,et.22.¶.2.ſpopõdit,&.¶.3. miſit, At,et.¶.9.benefici,et.¶.10.diſpono,&.¶.19.quidã,affirmabat, ait aũt,&.23.¶.17. actæ ſũt,et.¶.21.poſitũ,reuerſæ,et.24.¶.6.in illa,&.¶.9.intrauit, et.24.¶.12.verba.

¶Ioannes.

.1.¶.16.Nethanél, &.c.1.pro Ieſúah ſcribe dñs,et ¶.4.donum,et.¶.10.Maſſiách,et.¶.17 hora,&.5.¶.2.fiebat,&.¶.10.bona,et,6.¶.1.ſedebat,&.¶.3.panes.&.¶.5.vnus,adde hic,. &.¶.13.dixit,&.¶.22.dicebat,Iſcariota,et.7.¶.12.eũ,et.¶.15.itaq;,&.8.¶.2. interrogãtes, .¶.10.infernis,dixi,et.¶.13.crediderãt,&.¶.20.mortuus,et.9.¶.10.cõuiciati,et.¶.11. po uiſſet,et.10.¶.7.habet,habẽtis,&,¶.11.immũdũ,et.11.¶.16.ligatos,&.12.¶.1 pedes,et.¶. .ẽ,&.14.¶.6.autẽ.&.16.¶.4.eũ,et.17.¶.10.Sed,et.19.¶.3.clamabant.,

¶Epiſtola ad Romanos.

Ca.1.¶.1.oĩbus,gratia,et.2.¶.2 benignitatis, et dele in,&. 5,¶.6.delicto,&.6. ¶.5. gra a.obediuiſtis,et.7.¶. 2.dele vnũ viuente,&.¶.9.iam ego,et.10.¶.4.diuitijs,affluens in nes, &.11.¶.5.quãto,et.13.¶.5.ſomno,magis,&.14.¶.1.iudicet,et.15.¶.11.liberer,&.16. .4.ſorotem.

¶Epiſtola ad Corinthios prior.

4.¶.2.cordiũ,vnicuiq;,et.4.¶.7.quidã,et.¶.7.quid ſcis,et.9.¶.4.cæteri,et.¶.9.certat ¶.10.feriens,et.11.¶.2.tõdeatur,&.¶.3.ꝓpter,et.6.nõ,et.12.¶.3.vero prophetia,et.14. .8.deum,et.¶.12 agnoſcat.

¶Epiſtola ad Corinthios poſterior.

.¶.4.ne cõſideremus in nobis ipſis,&.¶.5.erga nos,&.¶.7.lenitate,et. 9.¶.1.cõplures, 10.¶.1.cæterum,et.¶.3.iſtiuſmodi,et.11.¶.1.ſuſtinetis.

¶Ad Galatas.

.¶.2.vero,&.¶.3.autẽ,et.3.¶.5.deum,& 5.¶.2.abboliti,et.6.¶.2.onera.

¶Ad Epheſios.

.¶.4.in fine pacem vobis,et.4.¶. 5.dele audiitate,et.5.¶.5.ſint,et.¶.8.tradidit, et.¶. carnem,et.6.¶.2.correctionem.

¶Ad Philippenſes.

.¶.1.qin,dele q,&.2.¶.2.oiſq;.& eo.¶.dele ſit qđ eſt i fine,et.¶.6.ſim,et.3.¶.5.habetis.

¶Ad Coloſſenſes.

.¶.4.cõmonentes,et.¶.7.ad.

¶Ad Theſſalonicẽſes prior.

.¶.3. omni veſtram,et.4.¶.4.qui dormierunt.

¶Ad Timotheum prior.

¶.5.Ieſúah,et dele dignus primo loco poſitum, &.3.¶.4.modeſtas,familijs,et.6.¶.7. ipſis.

¶ Ad Timotheum poſterior.

¶ Ca.1.¶.5.ſanorum. ¶ Ad Philemonem.

¶ Ca.2.Chriſtum. ¶ Ad Hebræos.

¶ Ca.6.¶.1.ſiquidē,&.8.¶.3.loquitur illis, &.9.¶.3.manifeſtatā,&.11.¶.6. appellat⁹,&.¶.8. credidiſſent,&.13 ¶.2.corpore,&.¶.12.fratres. ¶ Acta apoſtolorum.

¶ Ca.3.¶.4.nos,&.¶.5 peccata,&.5.¶.3.mihi,&.6.¶.2.ſermonis,&.7.¶.5.genus,&.¶.10. duos,&.10.¶.1.introeuntē,&.14.¶.9.ſunt,&.16.¶.1.noīe,&.17.¶.6 pſequebantur.

¶ Iacobus

¶ Ca.2.¶.5.mihi ſidem. ¶ Epiſtola Petri prior.

¶ Ca.2.¶.2.ſummum,&.¶.3.non. ¶ Apocalypſis.

¶ Ca.6.¶.5.pro Dñe ſcribe tu qui es dñs,& eodē.¶.dele illis ſingulæ & ſcribe ſingulis,&.11 ¶.6.occiſa,& 13.¶.2.beſtiæ,&.18.¶.4.flent,&.19.¶.4.equis,&.21.¶.5.habebat.

¶ Et hæc pdictis impreſſis errata comperi Iob.11.¶.6.pro quia ſcribe & ſcito quod, Et.12.¶.5. ante qui ſcribe opulētis.&.16.¶.7.p fuerit ſcribe fuero.

¶ Hoſe.8.¶.13 pro canem ſcribe carnem.

¶ Ioan.Franciſcus Picus Mirandulæ Dominus, Sancti Pagnino Luceñ.prædicatorū ordinis. S. P. D.

Dici non facile poſſet quantū honeſtæ,ſyncereq́ꝫ voluptatis perceperim, ꝙ ingē ti fuerim perfuſus animi gaudio,quum tuis literis factus ſum certior perductas eſſe(vt aiunt) ad vmbilicū in vet⁹ teſtamentū interptatiões tuas. Quid enim aut iucūdi⁹,aut vtilius oīb⁹ q ſacris verſant in literis cōtigere potuit ꝙ ſūma,& diligētia,& cura,ex hebrȩa in latinā trāſlata linguā diuina illa monumenta? Ego qdē(vt de me dicā)poſt latinas,& græcas literas multis laboribus verſatas,quū nihil aut parū pfeciſſe videar, vt antiqua ipſa nr̄æ religiōis arcana prſus haurirē, niſi & hebræas pdiſcerē,cōducto hebræo Iſacio.Iochanæ illi⁹ quem Ioannes Picus patruus meus ſibi magiſtrū aſciuit,filio,eo vſus ſū pceptore. Sed bellis,q̄ plurima mihi illata ſunt,īpedit⁹,& quibus incūbebā voluminib⁹ abſoluēdis diſtract⁹,ꝙ parū a calce pmouerim,tu ipe teſtis,cui me poſtea erudiēdū tradidi. Nā ꝙꝙ matura ætate,& etiā puecta,nōnulli magnos in literis hebræis pgreſſ⁹ fecerūt,haud tn̄(par referas pari),ſi à primis vt aiūt vnguiculis, ſtridētia illa,et anhelātia verba reſonauerint.Quo magis pbādus labor ille tuus, & egregie pertinax diligētia,in impēdēdis annis ꝗnꝙ ſup viginti tranſlatiōi tuæ qua nō ſenes mō,& decrepiti,ſed pueri balbutientes, & infantiſſimi(modo ignari latinæ linguæ penitus nō fuerint)cōpotes futuri ſint omniū myſteriorū.In philoſophia vero naturali,& indiſputatrici, quæ nūc plurimū in vſu theologia cādidati, præter illa,& cōdiſcent,& admonebunt, tractari multas q̄ſtiones apud ſe(ei anxias quidē plurimū),quas eruditiſſimi viri vix ope longi ſubſellij diſſoluant, Quæ quidem quam faciles,ꝙ nullo nexu pplexæ ſint,tua ipſa interpretatiōe manifeſtū fiet. Tātū abeſt,vt q te ſummis efferre laudib⁹ deberēt,cape anſam calūniæ merito poſſint.Inania enim illa obiectamēta laboraſſe Hieronymū in vtroꝙ teſtamēto,ac partim interpretis,recognitoris partim & caſtigatoris officio pſunctū. Quo fieri vti fruſtra nūc tātū opæ inſumat inuertēdis in noſtrā linguā lr̄is ſacris.Nā pter ātiquā illā ipſi⁹ Hieronymi cēſurā,in eos hoīes,q qđ ipſe interptaret ſacra i quo ferebāt aīo,nec poſt lxx.interptes,poſt Theodotiōis,& Aquilæ æditionē,poſt hexaplos Origenis noui quicꝙ ſapors admittebāt in aīm,& pter nouā illā Eraſmi,qua vituperatiōibus hmōi,ac multa quidē,& eruditiōe,& diligētia,cum rn̄dit verbis,tn̄ factis oſtēdit ſe in caſtigando laudē,& quidē pcellētē mereri,nō inanis laboris noīe,aut ↄdēnari,aut ſuſpectū habere debere. Illud certe auſim affirmare,ſi integrā illā ſentētiam legerem⁹,quā rogatu Damaſi pōtificis tulit Hieronymus,cū ea exēplaria,q̄ cū græca cōſentirēt veritate,decreuit.Si diligētiā ei⁹ in veteri teſtamēto, vertēdo inuiolatā,cōſeruatāꝙ haberemus,ſi obelos,& aſteriſcos agnoſceremus,& pter ea, ſi execratiōes ad illos, qui ei⁹ ipſius deſcribebāt libros,viguiſſent ad vſꝙ noſtra tēpora,fruſtra tū laborare,q facta facerēt. At quū vtrūꝙ teſtamētū non parū multis locis vitiatū,qui græcæ et hebraicæ ſciunt aīaduertāt,q̄ iniuria id cōdēnare,qđ laudibus ornari maxime inter bona iudicia cōuenit? An Clemēs pōtifex de libris ediſcēdis, & libris trāſferēdis legē tulit in cōcilio Viennæ habito? Quis aūt noua,& corrupta exēplaria, veterib⁹,& incorruptis cōferat? Qui linguas à quibus p diuerſos traduces ad latinos deuenere nō nouerit Fuit & Auguſtini illi⁹ magni ſentētia,relata à Gratiano inter pōtificia decreta, veteris teſtamēti fidem,de voluminib⁹ hebræis examinādā Nā noui quidā veritatē præter Hieronymū,et innūeros alios,ipſe quoꝙ Auguſtin⁹ ſaxit,græci normā ſermōis deſiderare.Quod ſi Hieronymi,et Auguſtini ſęculo in literis pegregie florēti,tanta erat diffici

tas incorruptæ ſeruandæ lectionis quid poſt Gothos et Vuandalos ſumus aliud dicturi, ꝙ multa confuſa corrupta plæraq; facile fuiſſe: Sicubi aut vicinia literæ ſuaſit interpolandū aut inuertēdū quippiā qđ ignari facilius ꝑciperēt, aut indoctorū inſinuauit ꝑtinacia diſcipulis delendū, aut inducendū, quo magis ipſorū ſententia fulciref. Vt igitur qui de turbidis fluctis ſyncere potare nequeunt, ad purū fontē ꝓ reſtingenda ſiti, iure ſe cōferunt, ita q̄ i variarū vtriuſq; tranſlationū, quibuſdā quaſi Labyrinthis fatigati, regiū iter nō facile inueniunt, ad originē hoc eſt ad græcæ, et hebraicæ linguæ primordia, vnde illa ipſa Labyrinthi fila religata ducūtur, ſeſe recipere debent. Quibus tu quātū attinet ad vetus teſtamentū non ſuffragatus modo fueris, ſed laborē dempteris, ſi ſe tibi qui eas ignorant literas, plane crediderint. Vale Calen. Iunij. A partu virginis. M.D.xviij.

¶ Io. Franc. Picus Sancto Lucenſi ſuo. S.

QVum mecū & noſtræ ætatis & aliquot ſæculorū ſtudia reputo: multi eorū q literis operā & diligētiā impēderūt cōperiendę veritatis grā, Mihi plane ſimiles eis viſi ſunt, q æſtu fauces excruciati, expoſito añ ipſorū oculos aquæ fonte puriſſimo, aut cœnoſos gurgites, aut ſemiturbidos canales exqrerēt reſtiguēdæ ſiti Duplici (ni fallor) noīe culpādi, & ꝙ ea qua preſſi ſunt moleſtia nō leuanf, & ꝙ fruſtra plurib⁹ q̄rūt qđ magno emolumēto paucis cōſequi poſſent. Nā dū ꝑ Aethnicorum ꝓborū doctrinas quaſi ꝑ lutulētos aquarū alueos, multis etiā circūactos meandris, meliores ānos terūt, ꝓlexiu ſitculoſæ mētis vero ſaturādæ, magno tū tēporis diſpēdio fruſtra ſudantes & ſitim inflāmātes, q̄ſitū eunt id, cuius cōpotes facile fierēt ſi aīaduerterēt in vicinia poſitū, nō fontē ſcilicet, nō flumē, ſed vaſtiſſimū oceanū viuę & dulcis aquę, eūdēq; & breui gyro cōcluſum & hauſtu facile, hoc eſt vtriuſq; facratū literarū inſtrumētū, vbi qcqđ ad rerū notitiā eā qua paraf fœlicitas, magna ſit, atq; oib⁹ oim mortaliū expetita votis, nō oium tñ actionib⁹ quæſita, & late patet, & nō multis laborib⁹ apphēdi pōt. Occurrerēt multa facillime hoc i negotio diſſerēda. Sed qm̄ & alias alibi hac de re ſcripſim⁹, ꝓcipueq; in libris de ſtudio diuinæ humanęq; ꝓhiæ editis itra nr̄æ iuuētutis exordia, & nuꝑ maiore & cura & diligētia & ope vanitas doctrinę gētiū a nobis detecta eſt, & xp̄ianæ diſciplinæ veritas celebrata, ſex voluminib⁹ ſub examinis titulo publicatis, lō retrahā vela, mecū tm̄mō reuoluens & pritis et ſuꝑioris æui i ꝓphanis voluminib⁹ verſandis & inanē & nimiā curioſitatē. In tractādis aūt ſacris illaudatū: neglectū, plenūq; diſpēdij. Nā ſi ꝯſtat orpheū cognitis quę ſcripſerat Moſes Palinodiā ceciniſſe, Si orphei imitator Homer⁹, quē gētiū cōſenſus lrāꝝ principē, & Iuſtinianus Imperator ois virtutis patrē appellauit. (Ita eſt eū antiquitas demirata) ſi Homerus inq̄ vt eſt a vetuſtis atq; doctiſſimis noſtrę religiōis authorib⁹ traditū, & maloꝝ hoim pœnas poſt obitū, & ſuperboꝝ gigātū fractos auſus, & cœli terræq; conditā molē, & terreſtrē paradiſum, didicit à Moſe, & a Regū ſanguinis ꝓpheta luciferi caſum: quē poſtea luſit & i pœna Titij, & In Oti & Ephialtis pugna, & in Achillis ſcuto, & i horto Alcinoi & in deiciendo ἄτην ab olympo, quid cauſę eſt vt qui carminibus oblectanf indidem vereanf addiſcere nō qđ delectet immō, ſed etiā maxime iuuet nō qđ ludāt aut iocenf, ſed qđ ſerio iāq; iter ſubſternāt fœlicitati: Eoq; alacrius atq; iucundius, qñ nō ſolū Homero & Orpheo, ſed et gētiū dijs, quos illi ſuis plurimū celebrarūt nugis, vetuſtior oim pene hiſtoricorū, gręcorū cōſenſu Moſes, etiā prius fuerit author heroici carminis illuſtriū ſcriptorū teſtimonio. Si Pythagoras atq; eū in vltramūdanis rebus ſecutus plato, ſecutus & in ęgyptia peregrinatione a ſacris literis didicere multa, & in ꝓprios philoſophię libros trāſtulere, quod nō ſolū Numenius Hermipp⁹ alijq; gētiū philoſophi, ſed nō parū multi q̄q; nr̄æ religionis theologi ſcriptū reliquerūt. Illud ſane literis mādatū eſt Platonē, cū alia tū precipue ideas à Moſe nō rite decerpſiſſe, Iouis hortos ab irriguis Solomonis cāpis euulſos ſuis libris inſeruiſſe & attici Moſis cognomētū apud nōnullos obtinuiſſe pythagoreos, & reſurrectionem corporū, extremiq; iudicij metā, in aīm admiſſas in decimū de. R. P. librū ſub reſurgētis ſpecie militis tefudiſſe. Si Clearchus peripateticus & poſt Clearchū alij Ariſtotelē a viro Iudęo per doctū, memoriæ ꝓdiderūt. Deniq; ſi alij quoq; gētiū magni & celebrati authores poetæ, oratores, philoſophi magnis laborib⁹ ꝑ ſacrarū literarū pelagus eremigarūt ſuæ & alioꝝ ſiti & inedię cōſulturi, cur nos aut pudet aut piget in earū dulci & trāquillo oceano ſedare ſitim: & nr̄is rhetib⁹ balenas vice opſonioꝝ i litt⁹ ducere, vñ illi minutos piſciculos male compactis hamis extraxerūt: & pauca. n. ex illis diſſeruerūt, & iter diſſerēdū ſategerūt ꝟitatis nitorē vel falſis ſuꝑſtitiōib⁹, vel īfirmis iūctis atq; iter ſe pugnacib⁹ obnubere neq;. n. poterāt cęcutiētib⁹ ai oculis purā lucē ſplēdidiſſimi iuſtitiæ ſolis īueri. Maxima itaq; cū reſtēt pacata ꝑtrida, ſęꝑq; ſuꝑſit, quo ꝓficias, Sunt em̄ diuina illa & auguſtiſſima ſcripta, humani aūt &

anguſti cogitatus noſtri,Num ab illis potius ceu magiſtris probatiſſimis atq; diuinis diſce
mus q̃ ab humanis improbatiſq; diſcipulis? Qui paucis veris etiam in ſyncere perceptis
plura falſa miſcuerunt Narrare auſim niſi vererer excedere pręſcriptũ epiſtolæ terminũ,q̃
pręcellentem q̃ ſyncerã q̃ copioſam & facilem veritatẽ ex omnibus diuinis libris haurirem
nobis datũ eſt,& q̃ omnia illis humana ſcripta longiſſime ſubſidant, & q̃ non difficulter
in ſingulis omnia in omnib' ſingula liceat inuenire,tam & ſi aliquanto conſpectius aliqua
è quibuſdã partibus eluceant,vt Dei omnipotentia & rerum naturæ primordia in Moſis
voluminibus.Dei iuſtitia eiuſdemq; veridica promiſſa in naue filij ſcripto.Dei clementia
& protectio mirabilis oſtenſa diuinitus,in Regũ,& Ducum,& populi Iudęorum geſtis.Dei
prouidẽtia nũq̃ ſatis celebrata in prophetarũ oraculis & Iobi carminibus.Delectus,& mo-
deratio degendæ vitæ,rerum pereũtium contemptus,ſyncerus amoris in deum impetus,in
ſolomonijs monumẽtis.Atq; iſthęc omnia in eius patris diuina voce ſepe laudati numero-
ſis hymnis.In quibus pręter alia delitefcebat opertũ quod dei filius aperuit, quod ei' apo-
ſtoli diducto litterę cortice reuelarũt,Num & hęc ipſa quęſo te in ſacris literis,& facilius di
ſcerẽt & fœlicius multo q̃ alijs in lucubrationibus affectiones entis,q̃ fundamenta relatio
nũ,q̃ de ſubiecto doctrinarũ laborioſas & anxias quęſtiones,q̃ alia parum vtilia ne dicam
vana quibus identidẽ affligũtur irrequieta mente & laſſata ſemper nunq̃ ſatiata. Pręſto.n.
occurrit viro acris ingenij in quod argumenta fundere queat.Contra adſunt mediocriter do
cto & in literarijs conflictibus verſato, Vnde repelli argumẽta poſſint.Nã qui pręter anti-
qua dialecticæ pręcepta & nouas regulas,etiã noſtræ tempeſtatis morẽ inter diſputandũ,&
concipiendi quęcũq; imaginationi occurrũt.& minutiſſime quę occurrerũt diſtinguẽdi,vt
hinc inferre inde referre literalia queas prælia,probe percalluit,& necti poſſe quoquomo-
do quod offertur,& pariter ſolui poſſe quod connexũ eſt,nullo erit pacto negaturus. At ſol-
ui ſcripta ſacra non poſſe Ieſus deus & homo ſua voce ſanxit Adde q̄ theologorũ nomẽ,qd'
a ſacris literis plane ſortiti ſunt,vniuerſaliter prophanare,cum eas aut poſt habẽt,aut pluſ-
q̃ par eſt miſcent inaniter humanis inuentis:pura.n.illa a pura luce profecta, puris animis
auide ſuſcipienda ſunt.Sed ante omnia purganda eſt acies mentis,ab omni vitiorũ inquina
mento,ſumpta.ſ.fide ſaluberrimo purificandi cordis antidoto:quo prauæ pelluntur affe-
ctiones efficacius,q̃ praui humores helleboro,Quo tñ vſus fertur carneades,vt eos eijceret
alioqui nocituros contemplabundę menti,Deinde opus eſt aſſiduo pertinaciq; ſtudio,inde
feſſa cura vigilantiſſimaq; diligentia.Quo magis te ſancte iure optimo laudandũ cenſeo.
qui ſacras colere literas,nõ deſiuiſti,qui ipſum eorũ occeanũ tui ingenij & ſtudij naui ſepe
ſulcaſti,& q̃ ſupernatarũt,tanq̃ inutiles algæ,librariorũ errata,quodam quaſi diligentiæ
zephyro pepuliſti.Quare vt pergas oro,vt quod agis agas maturius quibus poſſum virib'
obteſtor,quo tandẽ quod inchoatum habes & multis annis verſatum in manibus & cũ he
bręo exemplari frequenter collatũ vetus teſtamentũ,perite etiã ex Iudęorũ propria lingua in
noſtram eorũ & literis approbantibus,magna ex parte conuerſum,aliquando perficere &
in publicũ dare poſſis.Nihil.n.veram theologiã noſſe volentibus,aut gratũ magis aut vti
le facturus es,q̃ ſi nouo teſtamẽto quod nuper ad gręcũ exẽplar caſtigatũ plurimi leguntve
tus etiã habuerint tua diligentia & opera in noſtrã ex hebręa lingua rite tranſlatũ.Qua qui-
dem in re non poſſum non habere & tuo & omniũ in literis ſacratis bene audientiũ nomine
gratias Leoni Decimo Pont.Maximo quem ex tuis literis accepi opem tibi contuliſſe non
paruã,vt iuuare queas ipſarũ literarũ ſtudioſos interpretatione tua,ſecutus.n.exemplum eſt
hinc Laurentij Medicis Parentis ſui,Cuius fauore & impenſis magna(ſic dixerim) græciæ
pars migrauit in Latiũ,Hinc Damaſi Põtificis.Cuius patrocinio curaq;,& caſtigata gręca
olim per Hieronymum,& cõuerſa in latinũ hebręa ſacrarũ litterarũ monumenta,Adeo tñ
viciata tot ſęculorũ decurſu,vt noſtris tẽporibus veræ ſtudioſi Theologiæ,& Damaſi redi
uiuã curã,& Hieronymi operã ſubinde renaſcentẽ ſepenumero deſiderauerint.Vale.Mirã
dulę.Vndecimo Calẽn.Iulias Anno A partu virginis.M.xxi.

¶Clementi ſeptimo põtifici maximo Sanctes pagninus Lucẽſis Theologorũ
infimus. S. P. D.

LEo decimus tuæ Beatitudinis frater,cui tu Clemens pontifex maxime, veluti iu
re quodã hæreditario ſuffectus es,in moderãda petri nauicula,me quũ Rhomæ
agerẽ,accito,quã olim elucubrauerã vtriuſq; inſtrumẽti trãſlationẽ,vt ſibi oſtẽ
derẽ,benigne ac perhumaniter iniũxit.Is quũ aliquot vidiſſet quinterniones,&
ex ijs cætera ſuo præclaro expẽdiſſet ingenio,volo inquit vt meis impẽſis totus
trãſcribatur liber,& typis,exacte reuiſus,excudatur,Tũ vt nouit tua beatitudo nõ modo

ꝑ ſcribis, verũ etiã ꝓ parãdis ijs, quæ opus erat, excuſſioni impẽſas ſuppeditauit, & ſequẽti deinde anno nõnulla excuſſa fuerũt. Sed ꝓh dolor illo poſt hac breui ex humanis ſubtracto, graui oĩm mœrore, intermiſſa ſunt oĩa, Quo vulnere ſaucius, quũ neminẽ cernerẽ, q meis lucubratiõib⁹ ſuppetias ferret, Italia demigrãdũ cenſui, Aueniõemq; ꝯceſſi cũ eiuſdẽ vrbis Reuerendiſſimo legato, vbi pacto ferme triẽnio, quũ mei nõ fierẽ voti cõpos, cũ ob calcographorũ penuriã, tũ ob impẽſarũ inopiã, Lugdunũ petere decreui. Quo quũ appuliſſem, multoſq; inueniſſem amicos Florẽtinos, q me ſæpius declamantẽ Florentiæ audierant, ac multa polliciti eſſent, in ſinu (vt aiũt) admodũ gauiſus ſum. Deinde viſitato meo nepote Franciſco Turco, & expoſita mei aduentus cauſa, ne inquit formidet cor tuum, nec mœrore ꝯficiaris. Quæ opus erũt ꝓ vita degẽda, & ꝓ excudẽdis arcanis literis & ſi alij defuerint, ſuppeditabo. Quibus verbis exhilaratus gaudio, rogatuſq; à ciuib⁹ illis florẽtinis cõcionari ſtatui in ꝓxima quadrageſima ꝙ multos audierim Lutheriana infectos hæreſi. Qua pacta deo opãte nõ citra aĩarũ multarũ lucrũ, quũ iam Florẽtini ciues inter ſeſe ſtatuiſſent certã pecuniæ ſummã quotãnis ꝓ alimẽtis, & alijs quæ forẽt opus mihi exhibẽdã, ſũmo ſtudio ac oĩ cura, vt noſtra ſcripta excuderẽtur operã dare cœpi, impreſſiſq; hebraicis inſtitutiõib⁹, impẽſas oẽs ſuppeditãtib⁹ Frãciſco nepote meo, ac Dñico Berto affini meo, Iacoboq; de Giũtis bibliopola Florẽtino, cœpimus noſtrã vtriuſq; inſtrumẽti trãſlationẽ excudere vna cũ libro de interꝑtatiõe noĩm tũ hebraicorũ tũ græcorũ, quæ arcanis reperiũtur in literis. Qđ eo lubentius effeci, certior ab amicis factus ꝙ hiſce ſtudijs ſummopẽ delectaris, faueſq; admodũ Clemens quintus põtifex maximus in dicto Viennæ concilio, vt eſſent in Chriſtianorũ academijs qui hebræas, qui græcas publice ꝓfiterent̃ lr̃as ſanxit, tu iã coactis viris aliquot peritis, nouã ꝑſſime trãſlationẽ, cõdis ſacrarũ literarũ, vt quæ in ijs vel temporũ vetuſtate, vel librariorũ incuria, aut hæreticorũ malitia, ſunt admiſſa peccata, errataq; per illã poſſit lectiõis ſacræ fides reſtitui. Eo enim periculoſius in ijs peccatũ admittitur, quo ſublimiora ſunt quæ tractãtur. Quæ ſi quo caſu male tradita accipiãtur, hæreticis, ꝑuerſiſq; hoĩbus, ſiniſtrã errãdi anſam, infidelib⁹ riſum noſtri, atq; ꝯtẽptum præbitura ſunt. Quã quidẽ ad rẽ, quãtũ afferat cõmoditatis, multiplex linguarũ cognitio, ignorat nemo. Nã quũ oẽs arcanæ, ſacræq; literæ, hebraice, aut græce fuerint ſcriptę, abſq; linguarũ peritia nõ potuerũt ad nos cõmigrare, vt interim taceã rerũ maximarũ, vtiliũq; myſteria, quæ in noĩm latẽt interꝑtatiõibus. Sed plæriq; alienis (vt aiunt) lubẽter cernentes oculis, & alienis ambulãtes pedib⁹, nõ ſyncere ſacras tractãtes lr̃as, habemus inquiunt in mãib⁹, & diui Hieronymi trãſlationẽ & noĩm hebraicorũ expoſitionẽ, qđ inſuꝑ op⁹ eſt alia æditione? Primũ illud aĩaduertãt q hæc dicũt, illã nõ eſſe diui Hieronymi expoſitionẽ, Sed Philonis vt nõnulli arbitrant̃. Qui liber adeo vicioſus diuo viſus eſt Hieronymo vt ꝗ̃ꝗ̃ de illius erroribus malle ſe dicit reticere ꝙ loqui, ꝑmultis tamen in dictionibus exponẽdis, maniſeſte ab eo diſſenſerit. Quis præterea hebraice vel mediocriter eruditus nõ ſtomachetur, & moleſte ferat, quũ plura ac diuerſa ſignificata, q̃ vario modo dictionibus ſcriptis, atq; enũciatis ſuapte natura cõueniũt, ſub vnã videat dictionẽ temere conſtipata? Nec parui refert ſacris in literis (q̃ ſpũ ſancto ſunt æditæ, & p ꝓphetas, apoſtoloſq; conſcriptę,) alienã a veritate ipſa afferre interꝑtationẽ, præſertim doctorib⁹: prædicatoribuſq; veritatis, quib⁹ diuinas nõ licet ignorare literas. Sed cœlũ inquiũt ſacrarũ literarũ extẽdit̃ ſicut pellis. Fateor. At nõ eſt lacerandũ, diſcerpẽdũq;. Sed minima inqunt ſunt hęc. At in minimis maximos turpiter labi, & hallucinari, nõ eſt minimũ, vt iterim taceã ꝙ ijs minimis maxima excutiunt̃, Nã myſtica ſenſa, quæ maxima putãt, ceu fundamẽto, ſenſui (vt aiũt) innitunt̃ literali, ijſq; minimis interꝑtamentis. Magna dolia tenuiſſimis viminibus, ne vinũ effundat̃, ligata tenent̃. Rudera minima ſunt, At ijs minimis maxiorũ moles ædificiorum fulciunt̃. Viliſſima eſt cõcha, & precioſum, candidũq; ꝯtinet margaritũ. Vilis eſt ſiliqua, Sed nobile continet granum. Hiſce igitur in minimis (Sic enim ipſi appellant,) his in verbis, dictionib⁹, ſyllabis, apiculiſq; literarũ, maxima diuinæ ſapientiæ cõdita ſunt myſteria. Taxauit & diuus Hieronymus eximios nõnullos græciæ ſcriptores, q hiſtoricũ contemnentes ſenſũ, ſuo arbitratu maluerũt in allegorijs ludere. Hæc vt ſciret minima & ipſe nullos fugit labores, nec Iehudæos aſpernatus eſt doctores. Huius ego ſtudiũ æmulatus, imitatuſq; multis annis ſacras verſaui literas: hebræorumq; in eaſdẽ cõmentaria, vt roſis è ſpinis, & melle è fauis, circũſtrepẽtib⁹ apibus lectis, ſtudioſis ſacrarum literarũ, quæ multo tempore, multis vigilijs didiceram, citra inuidiã communicarem, viamq; panderẽ præclaris ingenijs ad excutienda diuinæ ſapiẽtiæ myſteria, quæ ego vel ob ingenij tarditatẽ, vel ob eruditionis, ſermoniſq; inopiam præſtare non valeo, vt in dei templo non duo æra

minuta vt ego cũ paupercula vidua in gazophylaciũ, Sed aurũ, argẽtũ, vniones, cæteroſq;
lapides precioſos offerre quærant. Nos vt pauperes agricolæ, nouale ſpinis, tribuliſq; ple-
nũ ſarculo noſtrarũ lucubrationũ repurgauimus aperuimus, vt valuimus, cãpũq;, vt illi ſa
to optimo ſemine, huberes metant ſegetes. Nos quippe fontem luto, cœnoq; perturbatum
vtcunq; purgauimus, quo ipſi è puriſſimo fonte hauſta dulci aqua, & ſuam, et aliorum poſ
ſint reſtinguere ſitim. Quibus, ſi hæc minima placere, cognouerim⁹, hoc eſt ſimplicẽ vtriuſ
q; inſtrumenti tranſlationẽ, ac librũ de nominũ interpretatione, poſt hæc ædemus, & anno
tationũ libros ſex in vetus, ac nouũ inſtrumẽtũ, vt rationẽ eis reddamus, quid, cur mutatũ
ſit, & diuerſas explicemus interpretationes, quæ vnica interpretatione, aut vnico verbo red
di nõ poſſunt, ſimulq; ſenſa pandamus obtruſa, & quæ ad myſteriorũ pertinent rationẽ, cõ
mõſtremus. Vetus inſtrumẽtũ omni qua valuimus diligentia ac vigilãtia, ſideq;, iuxta he-
braicã vertimus veritatẽ. & hebraicorũ nominũ ſyluã propriẽ, germanæq; reddidimus ſcri
ptioni, vtq; etiam recta pronunciandi ratio, conſtaret, accentus per impoſitas virgulas, ex
preſſimus, Quod & in nouo factitauimus inſtrumẽto, in ijs dũtaxat nominibus, quæ in ca-
nonicis veteris inſtrumẽti codicibus repperiunt̃ paucis exceptis quæ cõſulto, vt erãt, dimi
ſimus, Verbũ verbo reddidimus, (vbi reddi potuit) vt arcanis (q̃tũ fas eſt) literis deferre-
mus, ſimul ac ijs qui hebræas perdiſcere cupiũt literas, faceremus ſatis. Periphraſi tamen nõ
nũq; vti opus fuit, ꝙ ſenſus al's commode, exprimi non potuerit. Quod omnes fecerunt in-
terpretes, præcipue diuus Hierony. vt in noſtris annotamentis cõmõſtrabimus, in quibus
& diuerſa & cõplura plærũq; exprimentur ſenſa, ijſdem ex verbis & Diuũ Hieronymũ pro
noſtra virili defendemus, quem vt ſanctũ, vt peritiſſimum, & colimus, et adoramus, cuius
æditionẽ in veteri inſtrumento, neq; conuellimus, neq; dãnamus neq; mutamus, neq; ca-
lũniamur vllo pacto, q̃q; ab illo plæriſq; diſſentimus in locis, quod & alijs vſu venit docto
ribus, qui in ſumma Chriſtianæ fidei conſentientes, aliud legunt vt Cyprianus, vt Hilari⁹
vt Ambroſius, vt Auguſtinus, apud quos nõ modo diuerſa, ſed & pugnantia comperiun-
tur, q̃q; eam, quæ paſſim legitur, Diui Hieronymi germanã æditionẽ haud quaq; eſſe arbi
tramur, Nam omnia ferme nomina tam in græcis, q̃ in latinis codicibus ſunt corrupta, &
tot pene ſunt varietates, quot codices, (vt ex libro noſtro de nominũ interpretamentis per
facile eſt videre, quẽ duodecim etiã peruetuſtis examinatis exemplaribus latinis ad commu
nẽ ædidimus vtilitatẽ,) vt interim taceã quæ à librarijs ſunt deprauata, & eruditulis & pa-
rum attentis mutata vt ſæculum pro ſacculo prouer. 14. & volũtatẽ pro voluptatem pſal-
mo. 26. & pſalmo. 41. fontem pro fortem, & exultationes pro exaltationes pſalmo. 199. &
negationem pro affirmationẽ gene 8 de coruo, & nomina adiectiua, vel ſubſtãtiua pro vr-
bium nominibus in Michea, & id genus multa, quæ noſtris annotamentis indicauimus.
Quot ſint præterea gloſſemata textui inſerta, qui vel Lyræ legerũt cõmentaria haud quaq;
ignorant. Citant ſæpius doctores ſuis in commentarijs varias codicum lectiones, de quib⁹
iudicare non poſſunt, qui hebræas, græcaſq; literas ignorãt, q̃q; nonnunq; ipſa codicum,
lectionũq; varietas, non mediocriter ipſis conducat doctoribus, dum quod vnus habet per
peram, aut ſuboſcurius, alter habet rectius, ac clarius, qua & ſe adiutũ Diuus quoq; fatetur
Auguſtinus. Ad hæc multis in locis in ſuis commentarijs Diuus Hieronymus aliter legit,
atq; exponit, q̃ in cõmunibus habeatur codicibus, imo & plæraq; retractat, & ſe deceptum
verbi ambiguitate ob transferendi celeritatem ingenue fatetur. Melius inquit reor etiam
propriũ errorem reprehendere, q̃ dũ erubeſco imperitiã confiteri, in errore perſiſtere. Quis
enim fuit vnq; ita doctus, qui alicubi non ſit hallucinatus? Arbitror virum illum ſanctum
multa alia, ſi occurriſſent, aut ſibi oſtenſa fuiſſent, eadem cauſa, aut certe ſui præceptoris im
peritia, ne dicam impietate, retractaſſe. Qui hebræas, qui græcas deguſtarunt, aut profeſſi
ſunt literas hanc noſtrã æditionem cum hebraicis in veteri, & cũ græcis in nouo conferant
inſtrumento, & exacte expendant, & quod minus aſſecuti ſumus ingenij tarditate, aut ſicu-
bi aberrauimus, moneant, doceant, emendent amice, præſertim tuæ beatitudinis noui in-
terpretes, quos eruditos eſſe haud quaq; addubitamus, qui ſua in tranſlatione eos inueniẽt
cenſores, qui fuerint ipſi in aliena, & me ad palinodiam paratiſſimum comperient, imo &
cenſor mihi futurus ſum in annotamentis, ſicubi lapſus fuero, ſicubi me (vt homo) erraſſe
deprehendero incogitantia, aut imperitia, vt interim taceamus ꝙ & me, & omnia mea ſedi
apoſtolicæ, omni qua valemus humilitate ſubmittimus, ac pariſienſi academiæ. Potuiſſe-
mus plæraq; et Latinius, & elegantius efferre, ni ſuperſtitioſis quibuſdam offendiculo fore
formidaſſemus, qui nefas eſſe ducunt vſq; à literis, ac ſyllabis, diſcedere. Proinde communi
æditioni, quæ diui putatur Hieronymi, quoad fieri potuit, hebraica manente ſententia, ac

veritate,nos ipſos accomodauimus Debetur aũt tibi hoc opus Clemẽs pontifex maxime, tum iure quodã(vt præfati ſumus)hæreditario,quod leoni decimo fratri tuo illud debebam,cui ſucceſſiſti,tum ꝙ vniuerſali præſideas eccleſiæ,& tua interſit de literis ſacris decernere,tum ꝙ omnium bonarum literarum ſemper amator extitiſti. Ex Lugduno. Calẽ. Ianu. M.D.xxv.

¶ Sanctis Pagnini Lucẽ. ſacræ Theologiæ Doctoris,cõcionatoriſq; apoſtolici in ſuã virtuſq; inſtrumenti æditionem Prologus.

PAulus ille vas electionis,quũ alias,tũ in epiſtola ad Timotheũ,ſacras,arcanaſq; literas magnis effert præconijs,ꝙ deũ optimũ,maximũ habeãt authorẽ,ꝙ nihil æq; ac ſacræ literæ ad bene,beateq; viuẽdũ,cõducat,ꝙ vniuerſos refellat errores,ꝙ perfectos ſuos reddat auditores,& ad omne op⁹ bonũ paratos ac inſtructos. At tu inquit perſiſtito in his quæ didiciſti,& quæ tibi cõcredita ſunt,ſciẽs à quo didiceris,& quod à puero ſacras literas noueris,quæ te poſſunt eruditũ reddere ad ſalutẽ,per fidẽ quæ eſt in Chriſto Ieſuah. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata,& vtilis ad doctrinã,ad redargutionem,ad correctionem,ad inſtitutionem,quæ eſt in iuſtitia vt integer ſit dei homo,ad omne opus bonũ apparatus.Porro quid emolumẽti,quid ve,vtilitatis,habeat diuerſa doctrina in altera ad eũdẽ epiſtola his conſequi͛,& explicat verbis. Si quis diuerſam ſequitur doctrinã,& nõ accedit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſuah Chriſti,& ei quæ ſecundũ pietatẽ eſt doctrinæ,is inflatus eſt,nihil ſciens,Sed inſaniẽs circa quęſtiones, ac diſputationũ pugnas,ex quibus naſcitur inuidia, contentio, maledicentia, ſuſpitiones malæ,ſuperuacaneæ cõflictationes hominũ mente corruptorũ,& quibus adẽpta eſt veritas qui exiſtimãt quæſtũ eſſe pietatẽ.Hæc Pauli verba ſi toto pectore,totiſq; animis,noſtri expenderent,penſitarentq; theologi,ac ſermonis diuini præcones,humanarũq; literarũ profeſſores qui ſacras neglıgũt literas agnoſcerẽt ſuã ſapiẽtiã nõ è ſupernis deſcẽdere, ſed terrenã,animalẽ,ac dæmoniacã eſſe.Nã quæ è ſupernis eſt ſapiẽtia primũ quidẽ(vt Diuus ꝓdidit Iacobus)caſta eſt,deinde pacifica,modeſta,tractabilis, plena miſericordia,& fructibus bonis,abſq; diiudicatione,ſine ſimulatione,agnoſcerẽt faſtidita dei pura,ſimplici,germanaq; ſapientia,inanibus ſophiſticiſq; nõ eſſe vacandũ quæſtiunculis,nec in tot argumẽs, cõgreſſibus,diſputationib⁹ inextricabilibus ętatẽ eſſe cõterendã,cõtẽptis ijs, quæ operepręcium eſt diſcere,doceréq; Quippe nimiũ altercando veritas amittitur,circa veritatem aberratur Collatio inter dei ſeruos eſſe debet,non altercatio.Sunt enim ineruditæ quęſtiones, quas reijcere,et aſpernari monet apoſtolus.Stultas inquit,& ineruditas quęſtiones reſpue, ſciens eas parere pugnas.Et rurſus.Hæc admone conteſtans corã dño,ne verborum pugnas ſequãtur,ad nullã vtilitatẽ,ad ſubuerſionẽ audientiũ Cæterũ prophanas vocũ inanitates prætermittito. Ad maiorẽ enim proficiunt impietatẽ creſcẽtibus videlicet in dies ambitioſis contentionibus.Quippe quo magis admittuntur,hoc magis ſerpunt,atq; ſuccreſcũt. Et tamen hiſce ſtudijs,quæ humana prodidit induſtria ardenti animo mortales incumbunt, pro his digladiantur,ſingula in his diſquirunt,excutiunt,rimantur,iterum,atq; iterum relegunt,exoſculantur,amplectuntur. Attollit ſtudijs ſuum quiſq; authorem,& emori citius exoptat ꝗ authoris ſui patrocinium deſerat. Platonicos Pythagoricos,Academicos,Stoicos,Cynicos,Peripateticos,Auerroiſtas,Thomiſtas,Scotiſtas ſe eſſe iactant,illorũq; dogmata penit⁹ habẽt cognita,memoriter tenẽt,de inſtãtibus,de relationib⁹, de quidditatib⁹, ac formalitatibus diſputant, Hæc ſolum ſtudia,erudita,ſubtilia,ac ſeraphica arbitrantur. At ſacræ literæ vnicum habent authorem,doctoremq; deũ patrem,qui nec falli,nec fallere poteſt,(Sunt enim diuinitus inſpiratæ)& vnicum eius,ac cõſubſtantialẽ filiũ qui ei⁹ eſt ſapiẽtia(quẽ ille pręcipit,vt audiamus.Hic eſt inquit filius meus dilectus:in quo mihi cõplacitum eſt, ipſum audite)& vnicũ paracletũ ſpiritumſanctũ,qui ſuggerit omnia, cuius vnctio docet nos omnia,quæ ad veram conducunt fœlicitatem.Non enim inquit apoſtolorũ princeps doctas(aut arte compoſitas)fabulas ſecuti notã vobis fecimus domini noſtri Ieſuáh Chriſti potentiam,& aduentum,ſed qui oculis noſtris aſpeximus illius maieſtatem. Acceperat enim à deo patre honorem,& gloriam,voce ad ipſum delata huiuſmodi à magnifica gloria.Hic eſt ille filius meus dilectus in quo mihi complacitum eſt. Et hanc vocem nos audiuimus è cœlo delatam,cum eſſemus vnà cum illo in monte ſancto, Et habemus firmiorem prophetieum ſermonem,cui dum attenditis,ceu lucernæ apparenti in obſcuro loco,recte facitis,donec dies illuceſcat,& lucifer exoriatur in cordibus veſtris,ſi illud prius noueritis ꝙ omnis prophetica ſcriptura non ſit priuatę interpretationis. Non enim volũtate humana allata eſt olim ꝓphetia,ſed à ſpirituſancto impulſi locuti ſunt ſancti dei

homines. Tantum ergo ſacræ præſtant literę, ijs quę humano proueniunt ingenio, quantum deus præſtat homini, filius dei filio hominis, ſpiritus dei ſpiritui hominis. Hæc vna, ſolaq́ arcana ſcriptura ſemper vera, in cunctis vera, nullos in ſe continet errores, Recti ſunt ſermones eius, non eſt in eis prauū quid, neq́ peruerſum ꝙ eius author deꝰ ipſe ſit prima, puraq́ ac ſyncera veritas, & eius filiꝰ, ſpirituſq́ ſanctus, vna, eadēq́ ſit veritas, cæteræ oēs diſciplinæ, & vniuerſæ ſciētiæ, multis reſperſæ ſunt erroribus, ꝙ earū authores homines extiterit. At omnis homo mendax. Miranda canunt, ſed non credenda poetæ, qui non modo mores inficiunt hominū. (Nā corrūpūt bonos mores colloquia mala) verum etiam fidē euertunt, diuoſq́, deoſq́ ſuis infamant carminibus, & in exēplū ſuorū trahūt facinorę, vt ſtupra quæ illi feruntᷣ admiſiſſe, lubentiſſime ſequantur, ac imitentᷣ. Et ꝗꝗ illis forſan nō credūt, igniculos tn̄, incentiuaq́ ſuarū capiūt libidinū, At multa inquiunt vera canunt poetæ ſed vera nullis falſitatibus permixta quis nō præferēda cenſet? Et quū hominis cogitatio a puero prona ſit ad malū dubio procul, quæ falſa ſunt, humanus ſequitur corruptus affectus. Inſpice iuuenū mores, qui poetarū fabulis toto incūbūt pectore, vna cū ſuis authoribus, videbis illos repletos omni iniuſtitia, ſcortatione, verſutia, auaritia, malicia, plenos inuidia, cōtētione, dolo, malis p̄ditos moribus, ſuſurrones, obtrectatores, deriſores, cōtumelioſos: elatos, excogitatores malorū, parētibus immorigeros, pactorū haud quaq́ tenaces, alienos à charitatis affectu, neſcios fœderis, immiſericordes. At cōtra qui arcanas, ſacraſq́ literas toto pectore: totis cōplectunᷣ, & proſequunᷣ animis, plenos bonitate, lenitate, benignitate, pace, gaudio, māſuetudine, tēperātia, fide, charitate Scortatio vero & omnis immūdicia, aut auaritia, ne nominatur quidē inter eos. Alij rhetorū ἐπιχειρήματα, καὶ ἐπιφωνήματα ſimplici, & efficaciori, relicta veritate, omni proſequunᷣ ſtudio, ꝗꝗ ī ſua lingua hoc eſt hebraica (ꝗtū ad vetus attinet inſtrumētū) nō caret eloquētia, & mira, ac decora varietate, præſertim Iiob, hymnorū hoc eſt pſalmorū libri, ac Ieſahiah Rhetorū eſt ſuadere, ac diſſuadere hoc eſt ad aliq̄d eligēdū, aut dicēdū, agēdū ve exhortari, aut ne quid eligaᷣ, aut dicatur, agatur ve dehortari. Suaſor opus eſt oſtēdat, hæc ad quæ exhortaᷣ, iuſta, legitima, vtilia, honeſta, iucūda, & perfacilia factu eſſe, vt puta deū colere, honorare parētes, amicis benefacere, beneficijs gratiā referre, vt cætera omittamus, quæ promiſſionē habēt vitæ, quæ nūc eſt & futuræ, incōmodorū omniū, malorūq́ euitatio, & ea ex quibus ſplendor, & illuſtris honos in eos qui illa geſſerint, emanaturus eſt, quæ gaudio afficiūt, & id genꝰ, ad quæ oīa efficaciſſime arcanę hortanᷣ literæ. Alij eā q̄ circa mores eſt facultatē, ſacris audent præferre literis, ꝙ per eam verā ſe putent fœlicitatē poſſe ꝯſequi, quā tn̄ cōſequi nō valent, niſi finē ad quē omnia quæ agūt, referre oportet, agnoſcāt, niſi quibus rebus ad eū perueniaᷣ, teneāt. At de fœlicitate maxima fuit inter philoſophos cōtentio, & de virtute cōtrouerſia. Sed arcanæ literæ citra omnē controuerſiam, quis ſit finis humanæ vitæ, quibus rebus paretur, edocent. Habetis inquiūt fructum noſtrum in ſactificatione, finem vero vitā eternam, Et ſi vis ad vitā ingredi, ſerua mandata, Quid autem ſit vita eterna, paucis cōſequūtur, & exprimunt verbis. Hæc eſt inquiunt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quem miſiſti Ieſiiah Chriſtum Hoc ignorauit Eudoxus, hoc neſciuit Ariſtippꝰ, Epicurus, atq́ Democritus Hoc haud quaq́ nouit Plato, aut ſciuit Ariſtoteles, à quo tamen totius vitæ ratio, pendet, quo ignorato velut in tenebris cæcutientes. non tam per callem aliquem proſpectū, quam per oblatam ſemitam, fortuito ambulamus. Sacræ præterea literæ, quæ ad mores ſpectant omnium vt parabolarum liber, & Eccleſiaſtici, ac paulinæ epiſtolæ, & cæterę id genus apoſtolicę doctrinæ ſyncera veritate, profundiſſimis ſententijs, ac mira facilitate omnibus pręſtant libris, qui de moribus à quibuſcunq́ conſcripti ſunt philoſophis, Nec extrarijs dumtaxat verum etiam intraneis quibuſcunq́ morbis ſaluberrima conferunt pharmaca, ac remedia, quæ ne nouerunt quidem vniuerſa philoſophorum turba. Quis mentis compos vel breuiſſima illa in monte deprompta dominica verba quibus non modo finis, verum etiam quibus vijs nanciſci valeat, oſtenditur, dictis oīm nō p̄ferat philoſophorū. Inania et vana, et ex frigido deprōpta cerebro, ianes, vaniq́ hoīes locuti ſunt, q̄ cor ad deū diligēdū nō inflāmār, q̄ cordis nō purificant oculū, nec ſanctimoniā præbent, ſine quibus deus conſpici nequaq́ pōt. At contra ſacræ literæ veluti lucerna ſunt pedibus noſtris, ne offendamus ad lapidem, & lumen ſunt ſemitis noſtris, ne per tenebroſas impiorum vias, veluti cœcutientes, ambulemus. Ignita ſunt earum eloquia ceu lampades ignis, atq́ flammarum. Ignitum inquit pſaltes. eloquium tuum, & ſeruus tuus dilexit illud. Audite quæſo, & ipſum quoq́ omnium deum per Irmeiah, prophetā dicentē. Halocoh deuari ca es, neúm adonái vchepatthis iephoſés ſalah. i. Nōne verbum

meū eſt veluti ignis, & tanq̄ malleus conterēs petrā? Veluti palea ſunt philoſophorum verba. At dei verbu vt purū triticū cibus eſt hoīm, illa iumentorū. Et quid paleis ad triticū ait dn̄s? Porcorum ſunt ſiliquæ, rhetorū ac philoſophorū verba, dei vero verba ſunt vt puriſſima ſiligo, vt vniones precioſiſſimi. Vt ſcoriæ ſunt illorum verba, vt putū, caſtū, ſeptieſq; purgatum. Purgatū aurū, diuina ſunt eloquia. Illa nō protegunt, Sed inermes reddunt homines ac oī ſpe permanentis vitæ, ſuos exuunt ſequaces, At dei verba vt ſcutū ſunt omnibus ſperantibus in eis, & veluti gladius quo noſter extruditur hoſtis. Illa mentes auertunt à deo, qui eſt omniū principiū ac finis, in quo ſolo vera conſiſtit hominū fœlicitas, & ſummū bonū, Sed dei verba animos etiā impiiſſimos ad deū cōuertunt, & inſipiētes breui efficiunt ſapientiſſimos, Illa, è cœnoſis hauriuntur riuulis, ac lacubus, hæc è puriſſimo ſcaturiunt fonte diuini pectoris. Illa q̄ à vaniſſimus emanarint hominib⁹, vanitatis ſunt folia, hæc à ſumma veritate profecta, folia ſunt ad ſanitatē gētiū. Illa mentibus hominū ſunt infrugifera, imo plurimū officiūt, hæc veluti bonū ſemen in terrā bonā ſatū, fructū reddunt, trigecuplū, ſexagecuplū, ac centecuplū. Complura de rerū natura, de rerū principiis diſſerūt philoſophi, ſed nulla prorſus ratione fixa, ſtabilia, immobiliaq;. Quidā indiuidua, expertiaq; corpora partiū, et moles atq; meatus, rerū earū omniū quæ cōſpiciunt cōtinere naturā aſſeruerunt, & ortus, occaſuſq; cōcurſionibus, ſemotionibuſq; corpuſculorū eorū partibus vacantiū fieri, validiorem connexionem durationis cauſam eſſe. Nonne araneorū ſtamina, ii texuerunt, qui per tenues a deo cauſas, exiguaq; principia, cœli, terræq;, ac maris primordia cōſtare prodiderūt? Ii ſine gubernatione vlla prorſus, adminiſtrationeq; hoc vniuerſum eſſe, ferriq; caſu, fortunaq; putarunt deū negantes. At arcanæ, ſacræq; literæ, ne in talia incidamus abſurda, ne mundū principio carere arbitremur, ne mūdū ab æterno vnà cū deo fuiſſe putemus, imprimis cōtinuo verbis, deū rerū omniū opificē, creatorēq; hoc exordio citra omnē cōtrouerſiam fixa, ſtabili, ac immobili ſentētia inſinuant. In principio (inquiunt) creauit deus cœlum, & terrā. Sed quis hanc ſcripſit cōmentationem? Nēpe Moſch. Hic eſt Moſch. quē parhonis filia in filiū adoptauit regioq; more præceptoribus adhibitis educauit ac erudiuit, qui ſummo amore iuſtitiā proſecutus ad necem vſq; ob improbitatis odiū, malos, vicioſoſq; puniuit, qui ab iis expulſus, in quos ipſe bn̄ficia cōtulit, ad Aethiopiam profectus, quadraginta annos contēplationi ſe dedit, qui tyrannidis aſpernatus faſtū, ærūnas populi dei, calamitateſq; ſubire maluit, q̄ breui tēpore peccando voluptate potiri, qui natus annos octoginta deū vidit, quoad homo videre poteſt, imo vero vt cæterorum contigit nemini, teſte deo. Si quis inquit fuerit inter vos propheta dn̄i in viſione videbor ei, vel per ſomniū eū alloquar. At nō talis eſt ſeruus me⁹ Moſch, qui in tota domo mea fideliſſimus eſt. Ore ad os ipſum alloquar. Is igitur qui deum vidit facie ad faciē, ſacrarum primus eſt enarrator ſcripturarū. Hic quæ ab ipſo deo percæpta ſunt nobis diſſeruit quinq; voluminibus Geneſi, exodo, leuitico, numeris, deuteronomio, in quib⁹ dei prædicat omnipotentiam in rerū creatione, diuinam exprimit iuſtitiam in impiorū perditione, confuſas refert ob ſuperbiam linguas, patriarcharūq; texit hiſtorias, vſq; ad Aegypti introitū. Decē refert plagis cæſum Aegyptum q̄ hebræos, (iubente deo) noluerit emittere, decem quoq; diuina enarrat præcepta, quibus homo verā nāciſcit fœlicitatē. Sacrificiorū deſcribit rit⁹, ac ſacerdotū veſtes, quæ cœleſtia ſpirant ſacramēta. Numeri arithmetici, māſiones filiorū Iſrael, cœleſtibus referta ſunt ſacramentis. Deuteronomiū euangelicā præfigurat, ac præ ſe fert legē, deū iubens vt diligamus toto corde, toto animo, totis viribus, quod maximum omnium eſt mandatorū Hunc ſequitur Iehoſuah qui typum domini geſtis ac nomine gerens, Iardēn cū filiis tranſiit Iſrael, non citra magnū miraculū, hoſtiū ſubuertit regna, ſolem cœlo firmauit, victori populo terrā diuiſit, Dei clemētiā ac protectionē mirabilem inſinuauit. Sed iam librorū miſſos faciamus authores, imo reuera dei miniſtros, dei ſummi ſcribas Audiamus autē veritatis verba, nō ab humana ſapiētia, ſed à ſpū ſancti vera doctrina prolata, quæ nō ab auditoribus laudē, atq; plauſum expetūt, ſed eorū qui docentur ſalutem affectant, quæ è cordibus noſtris omnes amouent errores. In iis perfecta reperitur theologia, vaticinia vēturi Chriſti, futuri iudicii terror, reſurrectionis ſpes, gloriæ promiſſio, iuſtitiæ ſeueritas, prudentiæ documēta, fortitudinis robur, modeſtiæ decus, atq; ornamentū, pœnitentiæ modus, patientiæ remedia, & quicquid demum poſſis excogitare Beati qui hæc dei ſcrutantur teſtimonia, Da Deus optime, vt non nihil emolumenti ex tuis capiam literis Non enim deſidero vulgaria iſta ac paſſim obuia videlicet opes, multam auri vim, vtq; viris imperem, atq; multa poſſideam mancipia, veſtes ſplendidas ac delicatas, tum argentum et ebur, breuiter ſi quid eſt præterea rerum precioſarum, non potando q̄ maxime hilareſce-

re,opipare,cœnare,vociferari ſæpius ὥστε πίωμεν.Ergo bibamus ludere,certare teſſeris
ſuffragijs creare reges,famulos in conuiuium adhibere,laſciuo corporis motu ſalitare,nõ
medulatius alio canere in conuiuio,non demum,ſenex repueraſcere. At qui iſtis nihil mihi
eſt opus deus optime,maxime ad bene,beateq́ꝫ viuendũ,Quippe impijs ac ſceleſtis homini
bus ſunt cõmunia,Porro quid potiſſimũ cupio,quid abs re poſtulo: Nẽpe vt te agnoſcam
agnitum diligam,amen,colam,amato demum fruar,Quod vt aſſequar opus eſt ſacris lite
ris.At nõ omnes ἐπακοῦσαι τῶν σοφῶν λόγων ἄξιοι. Hæ ſint mei luſus,meæ voluptates,meæ
oblectationes.meæ cantiones,vt cũ pſalmographo dicere valeam ſimiroth haiuli chucche
cha bebeth megurai.i.Cantiones fuerũt mihi præcepta tua in domo(aut loco)peregrinatio
nũ mearum.Et rurſus vethorathcá ſahaſuhái.i.Et lex tua ludi mei. Et Irmeiah vaihi deuar
cali leſaſón.i.Et fuit verbũ tuũ mihi in gaudiũ. Illis fluminũ inſtar fluat ſuaue vinũ,fons
mellis,lactiſq́ꝫ,mihi dei eloquia,dei iudicia,dei verba ſunt methuchim middehas, venõ-
feth ſupim.i.dulciora melle & fauo fauorũ,Exquirãt curioſi quæ,q̃ta ſit,& quã ob cauſam
diſſecetur,dimidiataq́ꝫ fiat,curq́ꝫ vtrinq́ꝫ gibboſa cornuta ve videatur luna,mihi ſat eſt lu-
næ,ſtellarũq́ꝫ omniũ conditorem totis complecti animis,qui numerat multitudinem ſtel-
larum,et omnibus eis nomina vocat.Præſtantiſſimos illi ſibi deligant philoſophos,ſubli
miloquos,& cœleſtium rerum peritos viros vt perdiſcant principia neſcio quæ ac fines,
tum inſecabilia,inania,ſyluas,ideas,atq́ꝫ id genus alia eis quotidie offundant,mihi ſat eſt
vnũ noſſe principium,ac finem verum deum qui eſt α alpha & ω mega principium & fi-
nis,ex quo omnia,per quem omnia,in quo omnia.At qui forenſibus implicantur cauſis,
qui publica gerunt negocia,qui varia ſequuntur artificia,qui vxores,liberos ac familias
habent,non eſt inquiunt noſtrũ ſacras legere literas,ſed monachorum,qui nullis pene cu-
ris diſtrahuntur,qui vitam continenter agunt,qui mũdo dixerunt vale,qui veluti in por-
tu ſedentes,rebus vehementer tutis fruuntur,qui procul ſedent à conflictu,ij profecto quie
ta tranquillitate,omni ſecuritate ſacris in literis & verſari poſſunt et philoſophari. At nos
innumeris diſtrahimur curis,ac velut in medio mari fluctuãtes,multis velimus,nolimuſ-
q́ꝫ peccatis innodamur,& obſtringimur,& vt perpetuo ſtantes in acie,frequentes accipim⁹
plagas,vxores nos prouocant,filij contriſtant,inſidiantᷣ hoſtes, inuident amici,vicini in
ſectantur,paupertas nos moleſtat,domeſticorũ amiſſio luctũ adfert,proſperitas inflat,ad-
uerſitas deijcit ac diſcruciat,decora facies,et corporis nitor per oculos rapit,verbũ obſcœ-
num in aures ingreſſum rationẽ perturbat,arte modulata cãtio labefacit animi cõſtantiã,
odor aſpirans à mulierculis comprehendit & captiuos abducit,Vndiq́ꝫ tela in nos volitãt,
vndiq́ꝫ oppugnamur,in medio laqueorum incedimus.Itaq́ꝫ illorum eſt ſacras euoluere li-
teras.Immo reuera magis veſtra q̃ illorum eſt literas euoluere ſacras,qui negociorum vn-
dis iactati præſidio egeris ſcripturarũ,& illarũ ſolatio qui in huius mũdi ſalo perpetuo flu-
ctuatis,& illarũ remedijs qui frequẽtius vulnera,accipitis et plagas.Nã qui ſani ſunt phar
maco non egent ſed qui male habẽt,Et qui innumeris oppugnãtur telis,indeſinẽter à diui
nis ſcripturis armaturã ſumere operepretium habent,Qui vulnera quotidie accipiunt,&
medelam accipere neceſſe eſt.Alioqui quæ ſpes ſalutis: Porro fieri non poteſt vt quiſq́ꝫ ſalu
tem aſſequatur:ni perpetuo ſacris verſetur in literis,nec eminus venientia diaboli ſpicula
quiſpiã depellere poterit, ni ſedulo literas perlegerit ſacras,per quas & vis omnis diaboli
ca propellitur.Ipſe etiam per ſe librorũ aſpectus(Chryſoſtomo teſte)ſegniores nos reddens
ad peccandũ.Siue.n.quippiã auſi fuerimus eorum quæ prohibita ſunt,noſq́ꝫ ipſos reddide
rimus pollutos,reuerſi domum,conſpectiſq́ꝫ libris,acrius nos condemnat conſcientia,red-
dimurq́ꝫ conſtantiores ad eadem repetenda rurſum ſiue in ſanctimonia perſtiterimus,ex li-
bris reddimur tutiores,firmioreſq́ꝫ.Nã ſimulatq́ꝫ tetigit aliquis euangelium,mox compo.
ſuit ſuam ipſius mentem,& à rebus mundanis abduxit. Idq́ꝫ ex ipſo ſolo aſpectu. Quod ſi
acceſſerit diligens lectio,non aliter q̃ in ſacris adytis,rebus diuinis vacans anima,ſic repur
gatur,meliorq́ꝫ redditur,deo cum ipſa per illas ſcripturas colloquẽte.Quid igitur inquiũt,
ſi non intelligamus ea,quæ continentur libris: Maxime quidem etiã ſi nõ intelligas illic re
condita,tamen ex ipſa lectione,multa naſcitur ſanctimonia.q̃q́ꝫ fieri non poteſt vt omnia
ex æquo ignores.propterea ſiquidem ſpiritus gratia diſpẽſauit,quo publicani,piſcatores,
tabernaculorum opifices,paſtores,apoſtoli idiotæ,illiterati per hos libros ſalui fierent,ne
quis idiotarũ ad hanc confugere poſſit excuſationem,vt omnibus facilia conſpectu eſſent
ea quæ dicuntur,vt et opifex,& famulus,& vidua mulier,& omnium hominum indoctiſ

ſimus, ex audita lectione aliquid lucri, vtilitatiſq; reportaret. Nō. n. ad inanem gloriam vt Ethnici, ſed ad audientiū ſalutē hæc omnia compoſuerunt, quos ab initio deus dignatus eſt gratia ſpiritus. Si quidem hi qui ſunt à Chriſto alieni philoſophi, dicendi artifices, rhetores, ac librorum conſcriptores, non quod in cōmune conducit, quærentes, Sed illud ſpectantes, vt ipſi ſint in admiratione, etiam ſi quid vtile dixerint, hoc quoq; quemadmodum in caligine quadam ſapientiæ, conſueta illis occuliauit obſcuritas. Apoſtoli vero ac prophetæ omnia contra fecerunt, manifeſta claraq; quæ prodiderunt expoſuerunt omnibus, veluti communes orbis doctores, vt per ſe quiſq; diſcere poſſit ea quæ dicuntur è ſola lectione. Et hoc antepronuncians propheta ait, Erunt omnes docti a deo, & non dicet quiſq; proximo ſuo, noſce deum, quoniam omnes noſcent me a minimo ipſorum, vſq; ad maximū eorum. Et paulus inquit. Et ego fratres veni ad vos nō per excellentiā ſermonis, aut ſapientiæ nuncians vobis myſterium dei. Et iterum ſermo meus, & prædicatio, non in perſuaſoriis humanæ ſapiētiæ verbis, Sed in oſtenſione ſpiritus & virtute. Et rurſum. Loquimur. n. ſapiētiā inquit non ſæculi huius, neq; principū huius ſæculi, qui corrumpuntur Cui. n. nō ſunt manifeſta, quæcūq; in euangelio ſcripta ſunt? Quis autē audiens beatos eſſe mites, beatos miſericordes, beatos mūdos corde, cęteraq; huiuſmodi, deſiderabit præceptorem, vt aliquid eorum diſcat, quæ dicuntur? Quin etiam ſigna, miracula, hiſtoriæ, nonne cuiuis nota, manifeſtaq; ſunt? Prætextus iſte eſt & cauſatio, pigritiæq; velamentum. Nō intelligis quæ inſunt, quomodo poſſis aliquando intelligere quæ ne leuiter quidē inſpicere velis? Sume librum in manus, lege hiſtoriam omnem, & quæ nota ſunt, memoria tenens, ea quæ obſcura ſunt, parumq; manifeſta, frequenter percurre, Quod ſi non poteris aſſiduitate, lectionis inuenire, quod dicimus, accede ad ſapientiorem, vade ad doctorem, communica cum his ea quæ ſcripta ſunt, declara vehemens ſtudium Et ſi viderit te deus tantam animi promptitudinem adhibere, non deſpiciet tuam vigilantiam ac ſollicitudinem. Verum etiam ſi nullus homo te docuerit, quod quæris, ipſe ſine dubio reſerabit Memento Eunuchi reginæ Aethiopum, qui quum eſſet homo barbarus, innumeriſq; diſtentus ſollicitudinibus, & vndiquaq; circunſeptus negociis, nec intelligeret quæ legebat, legebat tamen in curru ſedens. Quod ſi in via tantam præſtitit diligentiam, cogita qualis fuerit domi verſans. Si tempore profectionis non ſuſtinuit abſq; lectione manere, multo minus domi ſedens. Si nihil intelligens legebat, nec deſtitit à lectione, multo minus poſtq; didicerat. Nouit propenſum illius animum deus ſtudiumq; amplexus eſt, miſit illi doctorem ilico. Verum non adeſt philippus, ſed ſpiritus qui mouerat philippum adeſt. Ne neglexerimus noſtram ſalutem dilecti. Hæc omnia ſcripta ſunt propter nos ad correctionem noſtri. Magna aduerſus peccatum munitio eſt ſcripturarum lectio, magnum præcipitium, profundum barathrum ſcripturarum ignoratio, magna ſalutis perditio, nihil ſcire ex diuinis legibus. Ea res & hæreſes peperit, ea vitam corruptam inuexit. Hoc ſurſum deorſum miſcuit omnia. Nam, fieri non poteſt, vt quis ſine fructu diſcedat, qui aſſidue, attenteq; ſcripturarum lectione fruatur. Itaq; ne negligamus nobis parare libros, ne circa vitalia vulnus accipiamus, nec aurum defodiamus, Sed nobis ipſis recondamus theſauros librorum ſpiritualium. Aurum quidem quum maxime creſcit, tum maxime inſidiatur poſſidentibus, libri vero repoſiti, multam adferunt habentibus vtilitatem. Hæc os aureum merito appellatus tertia de lazaro concione. Et in quarta de eodem concione ita loquitur. Verum quoniam ipſe (nempe diues) audiens ſcripturas contempſerat, deriſerat, fabulas eſſe quæ dicebantur, crediderat, erga hæc ſicut ipſe erat affectus ita habebat opinionem & de fratribus ſuis Illi inquit ſic opinantur, quod ſi quis ex mortuis redierit, non diffident illi, neq; deridebunt, Sed potius auſcultabunt iis quæ dicentur. Quid igitur Abraham. Si Moſen, & prophetas non audierunt, nec ſi quid ex mortuis reſurrexerit, credent. Idq; verum eſſe declararunt Iudæi, qui quoniam Moſen & prophetas non audierant, neq; quum mortuos vidiſſent excitatos crediderunt. Verum nūc quidem lazarum occidere conabantur, nunc rurſus in apoſtolos impetum faciebant, ꝙuis multi iam ex mortuis ſurrexerant, quo tempore crux prædicabatur. Vt vero & aliunde cognoſcas quod grauior ſit ſcripturarū ac prophetarū doctrina, ꝙ ſi quid à mortuis reſuſcitati

renuncient,illud conſidera quod quiſquis mortuus eſt ſeruus eſt. Quæ vero ſcripturæ lo-
quuntur,locutus eſt dñs.proinde etiã ſi mortuus reuiuiſcat,etiã ſi angelus è cœlo deſcẽdat
maxime oim credendũ eſt ſcripturis.Nã angelorũ herus mortuorũ pariter ac viuentiũ dñs
ipſe eas condidit.Et alia in Homilia Scripturarũ lectio cœlorũ eſt reſeratio prophetarũ ora
dei ſunt os. Tale vero os nihil dixerit obiter.Ne igitur nos obiter,& aliud agẽtes audiamus
Et.n.ſi hi qui fodiũt metalla,ne minima quidẽ fruſtula prætereunt, verũ vbi nacti fuerint
aliquã venã aureã,meatus omnes exacte circũſpiciũt,multo magis hoc facere nos oportet
in ſcripturis.Et tamen in metallis difficile eſt inuenire quod venantur. Et.n. quũ & metal-
la ſint terra,& aurũ nihil aliud ſit ꝗ terra,ipſa quoqꝫ naturæ communio,ſimilitudoqꝫ celat
aſpectũ eorũ quæ quæruntur. Attamen ne ſic quidẽ deſiſtunt illi,ſed omnẽ adhibent diligẽ
tiã,quãtũuis ſimulatqꝫ viderint,ſciant quod vere ſit terra,qđ vere ſit aurum. In ſcripturis
autem non eadem eſt ratio.Non n.proponitur aurũ terræ comixtum, Sed purũ eſt aurum.
Eloquia inquit dei pura,argentum igni exploratum,probatum terræ,Siquidem ſcripturæ
non ſunt metalla,quæ indigeant operarijs.Sed theſaurum præbent paratum ijs qui quæ-
runt opes in ipſis reconditas.Satis eſt.n. introſpexiſſe, vt omni expleti fructu diſcedatis.Sa-
tis eſt tantũ aperuiſſe,vt ilico videas gemmatũ ſplendorem.¡Hæc autem mihi non temere
dicta ſunt,neqꝫ fortuito produxi ſermonẽ,Sed ob id quod ſunt homines quidam opifices,
qui poſtea quã ſacros libros in manus ſumpſerint,deinde reppererint vel annorum nume-
rum poſitũ, vel nominũ recenſionẽ,ilico prætercurrunt,& incuſantibus reſpondent,nomi
na tantũ ſunt,neqꝫ quicꝗ habent vtilitatis.Quid ais.Deus loquitur,& tu audes dicere, nul
la eſt dictorũ vtilitas? Et.n.ſi ad nudã ſcripturã aſpexeris tantum,dic mihi nonne reſiſtes cũ
ſtudio,repoſitaſqꝫ ſcrutaberis opes Sed quid loquor de tẽporibus,& nominibus, titulíſqꝫ?
Diſce ꝗtum valet vnius tantũ literulæ adiectio,ac deſine tota contẽnere noĩa. Patriarcha
noſter Abrahám,hic prius dictus eſt Abrám,poſt hæc vero nomine commutato dictus eſt
Abrahám,pater eſt oim gentiũ:& vnicũ elementũ adiectũ tantũ principatũ vindicauit iu-
ſto(verũ de noibus alio tẽpore differã.)Quãtus aũt fructus ſi cognoſcatur,rurſum ꝗtũ dã-
nũ ſi ignoretur aperiendũ eſt. Ac primũ quidẽ id à rebus tẽporarijs demõſtrabo. Teſtamẽta
tabulæqꝫ de nuptijs,de debitis,deqꝫ reliqs contractibus,niſi in frontiſpicio conſulũ annos
habeãt pſcriptos,nullã ex ſeſe vim habẽt.Sic in frontiſpicio literarũ addunt conſulũ noĩa,
vt oibus quæ ſubijciuntur,præluceant,quæ ſi ſuſtuleris,lumen ſuſtuleris.ꝓpterea oẽ dati,
acceptiqꝫ negocium,ſiue cum amicis,ſiue inimicis,ſiue cũ famulis,ſiue cũ procuratoribus
& œconomis agatur,hac eget cautione,& vbiqꝫ menſes: annos,ac dies ſubſcribimus. Qđ
ſi tantum valeat ea res in negocijs temporalibus,in ſpiritualibus multo amplius profuerit.
Siquidem hoc declarat ꝓphetias eſſe prophetias.Neqꝫ enim aliud quicꝗ eſt propheta,ꝗ
rerum venturarum enarratio Proinde qui neſcit tem pora eorum quæ dicta ſunt, quæ ve
euenerunt, qui poterit homini contentioſo demonſtrare prophetiæ certitudinem? Hinc
nobis & aduerſus gentes certamina,contentioneſqꝫ,quum noſtra demõſtramus antiquio-
ra,ꝗ quæ apud illos habentur.Hinc nobis aduerſus Iudæos infœlices multis opus eſt de-
monſtrationibus ad euincendam veritatem Aduerſus Iudæos in quam miſeros, qui ob tẽ
porũ ignorantiã in grauiſſimum errorẽ ꝓlapſi ſunt.Nã ſi audiſſent patriarchã dicentem.
Non deficiet princeps ex Iudá,& dux de femoribus eius donec venerit cui repoſitũ eſt, Si
qꝫ obſeruaſſent exacta diligentia aduentus dominici tempora non incidiſſent in Antichri-
ſtum à Chriſto dilapſi.& quẽadmodũ in agris termini colũnæqꝫ non ſinunt arua cõfundi,
ſic tẽpora non ſinunt cõfundi res geſtas .Hæc diuus ille Chryſoſtomus.Quum igitur arca
næ literæ cæteris præſtent dignitate,veritate, vtilitate multiplici, toto illas pectore com
plectamur,exoſculemur.& ſi opus fuerit pro illis digladiemur,moriamur perpetuo victu
ri. Siquidem norũt illæ ſuos amatores perpetua vita donare. At iam receptui canẽtes ver
ba ipſa audiamus,perlegamuſqꝫ,

¶ INCIPIT LIBER QVI HEBRAICE DICITVR BERESITH, ID EST IN PRINCIPIO, ET GRECE GENESIS, LATINE GENERATIO, INTERPRETE SANCTE PAGNINO LVCENSI PRAE. ORDI. CONCIONATORE APOSTO.

I N PRINCIPIO
creauit deus cœ-
lum, et terram.
¶ Et terra erat
deſolata, et īanis:
et tenebrę erant
in ſuperficie uo-
raginis, et ſpiritꝰ
dei ſufflabat in ſu-
ꝑficie aquarū.
¶ Et dixit deus.
Sit lux. Et fuit lux. ¶ Et uidit deus lucem ꝙ
eſſet bona, et diuiſit deus lucem, à tenebris.
¶ Et uocauit deus lucē diem, et tenebras uo
cauit noctē. Et fuit ueſpera, et fuit mane dies
unus. ¶ Et dixit deus. Sit firmamentū in me-
dio aquarum, et diuidat aquas ab aquis. ¶ Et
fecit deus firmamentum, et diuiſit aquas, quæ
erant ſub firmamento, ab aquis quæ erant ſu
per firmamētū. Et fuit ita. ¶ Et uocauit deus
firmamētum cęlum, Et fuit ueſpera, et fuit ma
ne dies ſecundus. ¶ Et dixit deus. Cōgregē-
tur aquę quæ ſunt ſub cęlo in locum unum, et
appareat arida. Et fuit ita. ¶ Et uocauit deus
aridam terram, et congregationem aquarum
appellauit maria. Et uidit deus ꝙ eſſet bonū.
¶ Et dixit deꝰ. Germinet terra germē, hęrbā
ſeminificantem ſemen, arborem fructiferā fa-
cientē fructum in ſpecie ſua, in qua ſemē eius
ſit ſuper terram. Et fuit ita. ¶ Et protulit terra
germen, hęrbam ſeminificātem ſemen in ſpe-
cie ſua, et arborem facientē fructum, in qua ſe
mē eius fuit in ſpecie ſua. Et uidit deus ꝙ eſſet
bonum. ¶ Et fuit ueſpera, et fuit mane dies
tertius. ¶ Et dixit deus. Sint luminaria in fir-
mamento cęli, ut diuidant diem à nocte, et ſint
in ſigna, et tēpora, et dies, et annos. ¶ Et ſint
in luminaria ī firmamēto cęli, ut illuminēt ter-
ram. Et fuit ita. ¶ Et fecit deus duo luminaria
magna, luminare maius ad dominiū diei, et lu
minare minus ad dominium noctis. Et ſtellas.
¶ Et poſuit eas deus in firmamēto cęli, ut il-
luminarent terram. ¶ Et ut pręeſſent diei, ac
nocti, et diuiderent lucem, à tenebris. Et uidit
deus ꝙ eſſet bonum. ¶ Et fuit ueſpera, et fuit
mane dies quartus. ¶ Et dixit deus. Repere
faciant aquę reptile animę uiuentis, et uolatile
uolet ſuper terrā in ſuperficie firmamēti cęli.
21 ¶ Et creauit deus cetos magnos, et oēm ani-
mam uiuentem repentem, quam repere fece-
runt aquę in ſpecie ſua, et omne uolatile alatū
ſecūdum ſpeciem ſuam. Et uidit deus ꝙ eſſet
22 bonum. ¶ Et benedixit eis dicēdo. Creſcite,
et multiplicate uos, et replete aquas ī maribꝰ,
23 et uolatile multiplicet ſe in terra. ¶ Et fuit ue
24 ſpera, et fuit mane dies qntꝰ. ¶ Et dixit deꝰ.
Producat terra animā uiuentem ſecundū ſpe-
ciem ſuam, iumentum, et reptile, et beſtias ter
25 rę ſecūdum ſpeciem ſuam. Et fuit ita. ¶ Et fe-
cit deus beſtias terrę ſecūdum ſpeciem ſuā, et
iumentum ſecūdum ſpeciem ſuam, et omne re
ptile terrę, ſecūdum ſpeciem ſuā. Et uidit deus
26 ꝙ eſſet bonum. ¶ Et dixit deus. Faciamus ho
minem ad imaginem noſtram ſecūdum ſimili-
tudinem noſtrā, et pręſit piſcibus maris, et uo
latili cęli, et iumento, et omni terrę, et oī repti
27 li reptāti ſuper terram. ¶ Et creauit deus ho
minem ad imaginem ſuam. Ad imaginem dei
creauit illum, maſculū, et fœminā creauit eos.
28 ¶ Et bn̄dixit eis deus, et dixit ad eos deꝰ. Cre
ſcite et multiplicate uos, et replete terram, et
ſubijcite eam, et dominemini piſcibꝰ maris, et
uolatili cęli, et omni beſtię reptanti ſuper ter-
29 ram. ¶ Et dixit deus. Ecce dedi uobis omnem
hęrbam ſeminātē ſemen, quę eſt in ſuperficie
omnis terrę. Et om̄is arbor in qua eſt fructus
arboris ſeminans ſemen, uobis erit in eſcam.
30 ¶ Et omni beſtię terrę, et om̄i uolatili cęli, et
omni reptanti ſuper terram, in quo eſt anima
uiuens, omne olus hęrbę in eſcam. Et fuit ita.
31 ¶ Et uidit deus om̄e qđ fecerat et ecce bonū
ualde. Et fuit ueſpera, et fuit mane dies ſextꝰ.

Cap̄lm. 2.

1 E T perfecti ſunt cęli, et terra, et om-
2 nis exercitus eorū. ¶ Et perfecit
deus die ſeptimo opus ſuum, quod
fecerat, et requieuit in die ſeptimo
3 ab omni opere ſuo, qđ fecerat. ¶ Et benedi-
xit deus diei ſeptimo, et ſanctificauit illū, quia
in illo requieuerat ab omni opere ſuo, qđ crea
4 uerat deus, ut faceret. ¶ Iſtę ſunt generatio-
nes cęli et terrę, quando creati ſunt, in die qua
5 fecit dominus deus cęlum, et terrā. ¶ Et om-
ne uirgultum agri, anteq̄ eſſet in terra, et om
nem hęrbā agri, anteq̄ oriretur, quia nō plue
re fecerat dn̄s deus ſuper terram, et homo nō
6 erat, qui coleret terram. ¶ Et uapor aſcende-
bat, et irrigabat uniuerſam ſuperficiem terrę.
7 ¶ Et formauit dominus deus hominem è pul
uere terrę, et inſpirauit in faciem eius ſpiracu-
lum uitę. Et fuit homo in animam uiuentem.
8 ¶ Et plantauit dominus deus ortū in Hēden

ab oriente,et poſuit ibi hoiem,quē formaue
9 rat. ¶ Et germiare fecit dñs de⁹ ē terra oēm
arborē cōcupiſcibilē uiſu,et bonā ad ueſcēdū,
et arborē uitę i medio orti, et arborē ſciētiæ
10 boni,et mali. ¶ Et fluuius egrediebatur ex
Héden,ad irrigādū ortū, et inde diuidit, et
11 eſt in quattuor capita. ¶ Nomē unū Piſón,
Ipſe circuit totā terrā Chauiláh,ubi ē aurū.Et
12 aurū terrę illi⁹ bonū. ¶ Ibi ē bdelliū,et lapis
13 onychinus. ¶ Et nomē ſcdi fluuij Ghichón.
14 Ipſe circuit oēm terrā Aethiopię. ¶ Et nomē
fluuij tertij Chiddéchel.Ipſe uadit āte Aſſúr.
15 Et flumē q̄rtū eſt Peráth. ¶ Et tulit dñs de⁹
hoiem,et poſuit eū in orto Héden,ut coleret
16 eū,& cuſtodiret eū. ¶ Et p̄cepit dñs de⁹ hoi
dicendo.Ex oī ligno orti, comedendo come
17 des. ¶ At de ligno ſciētiæ, boni,et mali,nō
comedes,q̄a i die quo comederis ex eo,mo-
18 riēdo morieris. ¶ Et dixit dñs de⁹.Nō ē bo
nū eē hoiem ſolū,faciā ei adiutoriū qd̓ ſit co
19 rā eo. ¶ Et formauit dñs de⁹ ē terra oēm be
ſtiā agri,et omne uolatile cęli, et adduxit ad
Adā ut uideret qd uocaret illud.Et oē qd̓ uo
20 cauit Adā aię uiuētis,eſt nomen ei⁹. ¶ Et uo
cauit Adā noīa oī iumēto et uolatili cęli,et oī
beſtię agri. Et Adę nō iuenit adiutoriū quod
21 eēt corā eo. ¶ Et cadere fecit dñs de⁹ ſopo
rē ſup Adā,et dormiuit. Et tulit unā ē coſtis
22 ei⁹,et clauſit carnē p ea. ¶ Et ędificauit dñs
de⁹ coſtā,quā tulerat ex Adā i mulierē, et ad
23 duxit eā ad Adā. ¶ Et dixit Adā. Hac uice
os ex oſſib⁹ meis,et caro ex carne mea, et uo
cabitur Viriſſa, quia ex uiro ſumpta eſt iſta.
24 ¶ Idcirco relinquet uniſqſq; p̄trem ſuū, et
matrem ſuā,et adhęrebit uxori ſuę,et erunt
25 caro una. ¶ Et erāt ambo nudi, Adā et uxor
eius,et non pudebat eos. Caplm.3.

1 ET ſerpēs erat callidior omni be
ſtia agri,quā fecerat dominus
deus.Et dixit ad mulierē. Ve-
re dixit deus, non comedetis
2 ex omni arbore orti? ¶ Et di
xit mulier ad ſerpentē. De fru
3 ctu arboris orti ueſcimur. ¶ At de fructu
arboris quæ eſt in medio orti, dixit deus.
Non comedetis ex ea,et non contingetis eā,
4 ne forte moriamini. ¶ Et dixit Serpens ad
5 mulierem. Non moriēdo moriemini. ¶ Scit
enim deus ꝙ in die qua comederis ex ea,ape
riuntur oculi ueſtri et eritis ſicut Dij,ſciētes
6 bonū,& malum. ¶ Et uidit mulier, ꝙ bona
eſſet arbor ad ueſcēdum, & ꝙ deſiderabilis
eſſet oculis,& cōcupiſcibilis arbor ad intel-
ligendū,et tulit de fructu ipſius,et comedit,
deditq; etiam uiro ſuo ſecum, & comedit.

7 ¶ Et aperti ſunt oculi amborū ipſorum,et
cognouerunt, ꝙ nudi eſſent, & conſuerunt
8 folia ficus,& fecerunt ſibi cingulos. ¶ Au-
dieruntq; uocem domini dei ambulantis per
ortum ad auram diei:& abſcondit ſe Adam,
et uxor eius à facie domini dei,in medio ar-
9 boris orti. ¶ Vocauitq; dñs deus Adám, et
10 dixit ei.Vbi es tu? ¶ Et ait.Vocem tuam au
diui in orto,et timui,quia nudus erā, & ab-
11 ſcōdi me. ¶ Et dixit. Quis indicauit tibi,ꝙ
nudus eſſes? Nōne ex arbore quā pręcepi ti-
12 bi, ut non comederes comediſti? ¶ Et ait
Adám.Mulier quam dediſti ut eſſet mecum,
13 ipſa dedit mihi de arbore,& comedi. ¶ Di
xitq; dñs deus ad mulierem. Cur hoc feciſti?
Et ait mulier.Serpens errare fecit me,et co-
14 medi. ¶ Et dixit dñs ad ſerpentē.Quia feci
ſti hoc,maledictus eris pre omni aīali,et pre
omni beſtia agri.Super uentrem tuū gradie
ris,& puluerem comedes oibus diebus uitę
15 tuę. ¶ Et inimicitias ponā inter te,& inter
mulierē,et inter ſemen tuū,et inter ſemē ei⁹,
ipſum cōteret tibi caput,et tu cōteres ei calca
16 neū. ¶ Ad mulierē dixit Multiplicādo mul
tiplicabo dolorē tuū, et conceptū tuū cū do
lore paries filios,et ad uirū tuū erit deſide-
17 rium tuū.Et ipſe dñabitur tibi. ¶ Adę uero
ait.Quia paruiſti uoci uxoris tuę, & come-
diſti ex arbore de qua pręcepi tibi dicēs, nō
comedes ex ea, maledicta terra ꝓpter te. In
labore comedes ex ea cūctis dieb⁹ uitę tuę.
18 ¶ Et ſpinā et tribulū germinabit tibi,& co
19 medes herbam agri. ¶ In ſudore uult⁹ tui,
ueſceris pane,donec reuertaris in terrā,q̄a
ex ea ſumpt⁹ es,q̄a ex puluere es et i puluerē
20 reuerteris. ¶ Et uocauit Adā nomē uxoris
ſuę Chauuáh,q̄a ipſa erat m̄r oim uiuētium.
21 ¶ Fecitq; dñs deus Adę & uxori eius,tuni-
22 cas pelliceas,& iduere fecit eos. ¶ Dixitq;
dñs deus.Ecce Adā fuit ſermo unus ex nobis
ſciēdo bonū,& malū.Et nūc,ne forte mittat
manū ſuā,& ſumat etiā de arbore uitę,et co
23 medat,& uiuat in ſclm. ¶ Emiſit eū dñs de
orto Héden,ad colēdū terrā, ex qua ſumpt⁹
24 fuerat. ¶ Et eiecit Adā,et collocauit ab oriē
te orti Héden Cherubim,& flāmeū gladiū,
uerſatilē,ad cuſtodiendū uiā arboris uitę.

Caplm 4.

1 ET Adám cognouit Chauuáh uxorē
ſuā,et concępit, & pepit Cáin,et di
2 xit. Acqſiui uirū à dño. ¶ Et addi-
dit,ut pareret fratrē ei⁹ Hébel.Et erat Hébel
paſtor pecudū & Cáin erat colens terram.
3 ¶ Et fuit,in fine dierū adduxit Cáin de fru
4 ctu terrę oblationē dño. ¶ Et Hébel etiam

ipſe addidit de priogenitis pecudū ſuaꝝ, et
de adipe earum. Et reſpexit dn̄s ad Hébel, et
ad oblationē eius. ¶ Et ad Cáin & ad obla-
tionē eius nō aſpexit: Et irat⁹ eſt Cáin ualde,
et cōcidit uult⁹ ei⁹. ¶ Et dixit dn̄s ad Cáin
Vt qd eſt ira tibi? Et ut qd cōcidit uult⁹ tuus?
¶ Nōne ſi bn̄ feceris ncuia erit? Et ſi nō bn̄-
feceris in porta peccatum cubat? Et in te erit
appetitus eius, et tu dn̄aberis ei. ¶ Et dixit
Cáin ad Hébel fratrē ſuū. Et fuit, cū eſſent in
agro, ſurrexit Cáin cōtra Hébel fratrē ſuū,
et occidit eum. ¶ Et dixit dn̄s ad Cáin. Vbi
eſt Hébel frater tuus? Et ait. Nō noui. Nunqd
cuſtos fratris mei ſum ego? Et dixit. Quid fe
ciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me
è terra. ¶ Et nunc maledictus eris ſup terrā
quę aperuit os ſuū, ut ſuſcipet ſanguinē fr̄is
tui ē manu tua. ¶ Qn̄ coles terrā non addet
ut det fructū ſuū tibi Vagus, et ꝓfugus eris
in terra. ¶ Et dixit Cáin ad dn̄m. Maior eſt
punitio mea q̃ ut feram. ¶ Ecce eiciſti me
hodie à facie terrę, et à facie tua abſcondar,
et ero uagus, et ꝓfugus in terra. Et erit. Oīs
qui inuenerit me, occidet me. ¶ Et dixit ei
dn̄s. Propterea oīs q occiderit Cáin, ſeptēpli
citer uīdicabit. Et poſuit dn̄s ſignū i Cáin ut
nō peuteret eū oīs q inueniſſet eū. ¶ Et egreſ
ſus ē Cáin à facie dn̄i, et hītauit in terra. Nód
ad oriētē Héden. ¶ Et cognouit Cáin uxo-
rē ſuā, et cōcępit, et peperit Chanóch. Et ędi
ficauit ciuitatē, et uocauit nomen ciuitatis,
noīe filij ſui Chanóch. ¶ Et nat⁹ eſt ipſi Cha
nóch Hirád, & Hirád gēuit Mechuiaél. Et Me
chuiaél genuit Methuſaél, & Methuſaél ge-
nuit Lémech. ¶ Et accępit ſibi Lémech duas
uxores nomē unius Hadáh, & nomē ſecūdę
Silláh. ¶ Et genuit Hadáh Iabál. Ipſę fuit
p̄r ihabitātis tētoriū, & iumēti. ¶ Et nomē
fr̄is ei⁹ Iubál. Ipſe fuit p̄r oīs tenētis cytharā
et organū. ¶ Et Silláh etiā ipā pepit Tubál-
cáin malleatorē acuētē oē opificiū ęreū & fer
reū & ſoror Tubalcáin fuit Nahamáh. ¶ Et di
xit Lémech uxorib⁹ ſuis Adáh, et Silláh. Audi
te uocē meā uxores Lémech. Auſcultate elo
quiū meū: Si uiꝝ occidero ī uulnere meo, et
pueꝝ ī liuore meo. ¶ Quia ſeptēplr̄ uīdica-
bit cáin, et lémech ſeptuagīta, et ſeptē ¶ Et
cognouit Adám adhuc uxorē ſuā, et pepit fi
liū, et uocauit nomē ei⁹ Seth, Quia poſuit mi
hi de⁹ ſemē alterū ꝓ Hébel. Quia occidit eū
Cáin. ¶ Et ipſi Seth etiā natus eſt filius, &
uocauit nomē ei⁹ Enós. Tunc cęptū eſt inuo-
cari nomen domini. Caplm̄. 5.

ISte eſt liber generationū Adám, in
die qua creauit deus hominem. Ad

similitudinē dei fecit illū. ¶ Maſculū et fe-
2 minā creauit eos, et bn̄dixit eis, & uocauit
nomē eorū Adám in die qua creati ſūt. ¶ Et
3 uixit Adám trigīta, et cētū annos, et genuit
ad ſilītudinē ſuā, ad imaginē ſuā, & uocauit
4 nomē ei⁹ Seth. ¶ Et fuerūt dies Adā, poſtq̃
genuit Seth, octingēti anni, & genuit filios,
5 et filias. ¶ Et fuerūt oēs dies Adā qb⁹ uixit
nongēti anni, & triginta anni, & mortu⁹ eſt.
6 ¶ Et uixit Seth qnq; annos, & cētū annos,
7 et genuit Enós. ¶ Et uixit Seth poſtq̃ ge-
nuit Enós ſeptē annos, & octingētos annos,
7 et genuit filios, et filias. ¶ Et fuerūt omnes
dies Seth duodecim anni, & nongenti anni,
9 et mortuus eſt. ¶ Et uixit Enós nonaginta
10 annos, & genuit Chenán. ¶ Et uixit Enós
poſtq̃ genuit Chenán, quindecim annos, et
octingentos annos, & genuit filios et filias.
11 ¶ Et fuerūt oēs dies Enós, qnq; ān̄i, & nōgē
12 ti ān̄i, & mortu⁹ ē. ¶ Et uixit Chenán ſeptua
13 gīta annos, & genuit Mahalalél. ¶ Et uixit
Chenán poſtquā genuit Mahalalél quadra-
ginta annos, & octingētos annos, & genuit
14 filios, et filias. ¶ Et fuerūt oēs dies Chenā,
decē anni, & nongenti anni, et mortuus eſt.
15 ¶ Et uixit Mahalalél qnq; ān̄os, & ſexagin
16 ta annos, & genuit Iéred. ¶ Et uixit Maha-
lalél, poſtq̃ genuit Iéred, triginta annos, et
octingentos annos, & genuit filios et filias.
17 ¶ Et fuerūt oēs dies Mahalalél qnq;, & no-
naginta anni, & octingēti ān̄i, et mortu⁹ eſt.
18 ¶ Et uixit Iéred duos, & ſexagīta ān̄os, &
19 centū annos, & genuit Chanóch. ¶ Et uixit
Iéred poſtq̃ genuit Chanóch, octigētos an-
20 nos, & genuit filios, & filias. ¶ Et fuerunt
oēs dies Iéred duo, & ſexaginta ān̄i, & nōgē
21 ti anni, & mortu⁹ ē. ¶ Et uixit Chanóch qn
q; & ſexaginta annos, & genuit Methuſé-
22 lach. ¶ Et ambulauit Chanóch cū deo, poſt
q̃ genuit Methuſélach trecentos annos, et
23 genuit filios & filias. ¶ Et fuerunt omnes
dies Chanóch qnq; & ſexaginta anni, & tre
24 cēti anni. ¶ Et ambulauit Chanóch cū deo
25 & nō fuit, quia tulit eū deus. ¶ Et uixit Me
thuſélach ſeptē, et octoginta annos, & cētū
26 annos, et genuit Lémech. ¶ Et uixit Me-
thuſélach poſtq̃ genuit Lémech, duos, et
octoginta annos, et ſeptingentos annos, et
27 genuit filios, & filias. ¶ Et fuerunt om-
nes dies Methuſélach nouem, & ſexaginta
28 anni, & nongenti anni, & mortuus eſt. ¶ Et
uixit Lémech duos, & octingentos annos, et
29 centum annos, & genuit filium. ¶ Et uo-
cauit nomen eius Nóach dicendo. Iſte con-
ſolabitur nos ab opere noſtro, & à dolore

manuum noſtrarum de terra cui maledixit
30 dñs. ¶ Et uixit Lémech poſtq̃ genuit ipſe
Nóach, quinq̃, et nonaginta annos, et quingẽ
31 tos annos, et genuit filios, et filias. ¶ Et fue-
runt omnes dies Lémech ſeptẽ, et ſeptuaginta
anni, et ſeptingẽti anni, et mortuus eſt.

Caplm. 6.

1 ET erat Nóach quingentenarius, et
genuit Nóach, Sem, Cham, et Ie-
2 pheth. ¶ Et fuit, cum cępiſſent ho
mines mlˀtiplicari in ſuperficie ter
3 rę, et filię natę eſſent eis. ¶ Viderũt filij prin
cipum, filias hominũ, q̄ pulchrę eſſent, et accę
perũt ſibi uxores, ex omnibus, quas elegerãt.
4 ¶ Et dixit dominus. Non erit ut in uagina ſpi
ritus meus in homine in ſęculum, eo q̄ ſit etiã
caro. Et erunt dies eius centũ, et uiginti anni.
5 ¶ Gygantes fuerunt in terra in diebus ipſis,
Et etiam poſtq̃ ingreſſi ſunt filij pricipum, ad
filias hominũ, genuerũt eis. Iſti ſunt potẽtes,
6 qui à ſeculo fuerunt uiri nominati. ¶ Et uidit
dominus, q̄ multa eſſet malitia hominũ in ter
ra, et q̄ omnis imaginatio cogitationũ cordis
7 cor℞, tantũmodo eſſet malum omni die. ¶ Pę
nituit dñm, q̄ feciſſet homines in terra, et do-
8 luit in corde ſuo. ¶ Et dixit dominus. D ele-
bo hoïes, quos creaui à ſupficie terrę, ab ho-
minibus uſq̃ ad iumentum, uſq̃ ad reptile, et
uſq̃ ad uolatile cęli: q̄a pęnitet me, q̄ fecerim
9 ea. ¶ Et Nóach inuenit grãm in oculis dñi.
10 ¶ Iſtę ſunt generatiões Nóach. Nóach uir iu
ſtus, perfectus fuit in generatiõibus ſuis. Cum
11 deo ãbulauit Nóach. ¶ Et genuit Nóach tres
12 filios, Sem, Cham, et Iépheth. ¶ Et corrupta
eſt terra coram deo. Et repleta eſt terra iniqui-
13 tate. ¶ Et uidit deus terram, et ecce corrupta
erat, quia corruperat omnis caro uiã ſuã ſuper
14 terram. ¶ Et dixit deus ad Nóach. Finis oĩs
carnis uenit corã me, quia repleta eſt terra ini-
quitate à facie eorũ, et ecce ego diſperdo eos
15 cũ terra. ¶ Fac tibi arcam è lignis ghópher.
Nidos facies in arca, et bituminabis eã intrin-
16 ſecus, et extrinſecus bitumine. ¶ Et hoc mo-
do facies eam. Trecentorum cubitorũ erit lon
gitudo arcę, quĩquaginta cubitorum latitudo
17 eius, et triginta cubitorũ altitudo eius. ¶ Fe-
neſtrã facies arcę, et in cubito cõſumabis eã ſu
perne: et oſtium arcę in latere eius pones. Infe
18 riora, et ſecũda, et tertia facies. ¶ Et ego ecce
ego adduco diluuiũ aquarũ ſuper terrã, ut di-
ſperdam omnem carnem, in qua eſt ſpũs uitæ
19 ſub cęlo. Oĩe quod eſt in terra morieť. ¶ Et
ſtatuam pactum meũ tecum, et ingredieris ar-
cam tu, et filij tui, et uxor tua, et uxores filiorũ
20 tuorum tecum. ¶ Et ex omĩ uiuente, ex omni
carne, bina ex omnibus introduces in arcam,
21 ut uiuãt tecũ, Maſculus, et fęmina erũt. ¶ Ex
uolatili ſecundũ ſpeciem ſuam, et ex oĩ iumẽto
ſecundum ſpeciem ſuam. Ex omĩ reptili terrę
ſecũdum ſpeciem ſuam, bina ex omĩbus ingre
22 dienť ad te, ut uiuant. ¶ Et tu cape tibi ex om
ni eſca, quæ comeditur, et cõgregabis tibi, et
23 erit tibi, et eis in eſcã. ¶ Et fecit Nóach, ſecũ-
dum omnia quæ pręcepit ei deus, ſic fecit.

Caplm. 7.

1 ET dixit dominus ad Nóach. In-
grędere tu, et omnis domus tua
arcam, quia te uidi iuſtũ coram
2 me in generatione iſta. ¶ Ex
omni iumento mundo capies ti
bi ſeptena ſeptena, uirũ, et uxo-
rem eius. Et ex iumẽtis quæ non mũda ſunt bi
3 na, uirum et uxorem eiˀ. ¶ Etiam ex uolatili
cęli ſeptena, ſeptena, maſculum, et feminã, ut
4 uiuifiſcent ſemẽ in ſupficie oĩs terrę. ¶ Quia
poſt dies adhuc ſeptem ego pluo ſuper terrã
quadragita dies, et quadragita noctes, et de-
lebo oẽm ſubſtãtiã, quam feci à ſupficie terrę.
5 ¶ Et fecit Nóach ſecundum omnia quę prę-
6 cepit ei dominus. ¶ Et Nóach erat ſexcen-
tenarius, et diluuium fuit aquarum ſuper ter-
7 rã. ¶ Et ingreſſus eſt Nóach, et filij eiˀ et uxor
eius, et uxores filiorum eius ſecum in arcã pro
8 pter aquas diluuij. ¶ Ex iumento mundo, et
ex iumento, qď non erat mundum, et ex uola-
9 tili, et ex omni qď reptat ſuper terram. ¶ Bi-
na, bina ingreſſa ſunt ad Nóach in arcam, ma-
ſculus, et femia, quẽadmodum pręcepit deus
10 Nóach. ¶ Et fuit poſt ſeptem dies, aquę dilu-
11 uij fuerunt ſuper terram. ¶ In anno ſexcẽte-
ſimo annorum uitę Nóach, in menſe ſecundo,
in ſeptimadecia die mẽſis, in die hac, rupti ſũt
oẽs fontes uoraginis magnę, et feneſtrę cęli
12 apertę ſunt. ¶ Et fuit pluuia ſuper terrã qua-
13 draginta dies, et quadragita noctes. ¶ In ipſo
met die ipſe ingreſſus eſt Nóach, et Sem, et
Cham, et Iépheth filij Nóach, et uxor Nóach,
et tres uxores filiorum eius ſecum in arcam.
14 ¶ Ipſi, et omnis beſtia ſecũdum ſpeciẽ ſuam,
et omne iumentum ſecũdum ſpeciẽ ſuam, et
omne reptile, quod reptat ſuper terram ſecũ-
dum ſpeciem ſuam, et omne uolatile ſecũdum
15 ſpeciem ſuam, omnis auis, omne alatũ. ¶ In-
greſſa ſunt ad Nóach in arcam bina bina ex oĩ
16 carne in qua erat ſpũs uitę. ¶ Et ingreſſa ſũt
maſculus & fęmina ex oĩ carne ingreſſa ſunt,
quẽadmodum pręcepit ei deus. Et clauſit do-
17 minus ſuper eum. ¶ Et fuit diluuium quadra
ginta dies ſuper terram, et multiplicatę ſunt
aquę, et eleuauerũt arcã, et eleuata ẽ ſup terrã.

18 ¶Et roborauerunt ſe aquæ, et multiplicatę
ſunt ualde ſuper terrā, et ambulauit arca ſuper
19 faciem aquarum. ¶Et aquę roborauerunt ſe
ualde ſuper terram, & operti ſunt oēs mon-
20 tes excelſi, qui erāt ſub toto cęlo. ¶Quin-
decim cubitis ſuperne roborauerūt ſe aquę
21 et operti ſunt montes. ¶Et mortua eſt om-
nis caro, quę reptat ſup terrā, tā de uolatili
q̄ de iumento, & beſtia, & oīni reptili, quod
22 reptat ſup terrā, & omni hoīe. ¶Omnia in
quoꝝ facie erat anhelitus ſpūs uitę, ex omni
23 bus quę erant in ſicco, mortua ſunt. ¶Et
deleuit oēm ſubſtantiam, quę erat ſup faciē
terrę, ab hoīe uſq; ad iumētum, uſq; ad repti
le, & uſq; ad uolatile cęli, & deleta ſunt è ter
ra, & remanſit tm̄ Nóach, et qui cū eo erant
24 in arca. ¶Et roborauerunt ſe aquę ſup ter-
ram quinquaginta, & centum dies.

Capl'm.8.

1 ET recordatꝰ eſt deus Nóach, et oīs
beſtię, et oīs iumenti, quę erāt cū
eo in arca, et trāſire fecit deus uē
tum ſuper terram, & quieuerunt
2 aquę. ¶Et clauſerunt ſe fontes abyſſi, et fe
neſtrę cœli, et prohibita eſt pluuia de cœlo.
3 ¶Et reuerſę ſunt aquę quæ erāt ſup terrā,
eundo, et redeundo, et defecerūt aquę in fi-
4 ne quinquaginta, et centū dierū. ¶Et requie
uit arca in mēſe ſeptimo, in ſeptima decima
5 die menſis ſup montem Araráth. ¶Et aquę
ibāt & deficiebāt uſq; ad mēſem decimum,
In decimo, in una menſis uiſa ſunt cacumina
6 montiū. ¶Et fuit, in fine quadraginta die-
rū, apuit Nóach feneſtram arcę, quā fecerat.
7 ¶Et miſit coruū, et egreſſus eſt, egrediē
do, et redeūdo, donec ſiccarētur aquę quę
8 erāt ſuper terrā. ¶Et miſit columbā a ſe, ut
uideret, an alleuiatę, eſſent aquę quę erāt ſu
9 per faciem terrę. ¶Et nō inuenit columba
requiē plātę pedis ſui, et reuerſa eſt ad eum
in arcā, qa aquę erant in ſuperficie oīs terrę.
Et miſit manū ſuā, & accępit eā, & introdu-
10 xit eā ad ſe in arcā. ¶Et expectauit adhuc
ſeptē dies alios, & addidit, ut mitteret colū
11 bam ex arca. ¶Et uenit ad eū columba tpe
ueſptino, et ecce foliū oliuæ raptū erat i ore
eius. Et cognouit Nóach q̄ alleuiatę eſſent
12 aquæ q̄ erāt ſuper terram. ¶Et expectauit
adhuc ſeptē dies alios, et miſit colūbā, et nō
13 addidit, ut reuerteret̄ ad eum ampliꝰ. ¶Et
fuit in uno & ſexcēteſimo anno, in primo, in
una mēſis, ſiccauerunt ſe aquæ q̄ erant ſuper
terrā. et remouit Nóach operimentū arcę. Et
14 uidit et ecce ſiccauerūt ſe facies terrę. ¶Et
in mēſe ſecundo, in ſeptima, et uigeſima die
15 menſis, aruit terra. ¶Et locutus eſt deus ad
16 Nóach dicendo. ¶Egredere ex arca, tu, et
uxor tua, et filij tui, et uxores filiorū tuorū
17 tecū. ¶Omnē beſtiā, quę eſt tecū, ex oī car
ne, tam de uolatili, q̄ de iumēto, et oī reptili
qđ reptat ſup terrā, educ tecū, et repant in
terrā, et creſcāt, & multiplicētur ſup terrā.
18 ¶Et egreſſus eſt Nóach, et filij eiꝰ, et uxor
19 eius, et uxores filiorū eiꝰ ſecū. ¶Oīs beſtia
oīne reptile, et oīne uolatile, oīne qđ mouet̄
ſup terrā ſcđm familias eoꝝ, egreſſa ſunt ex
20 arca. ¶Et ædificauit Nóach altare dño, et
tulit ex oī iumēto mūdo, et ex oī uolatili mū
21 do, & obtulit holocauſta in altari. ¶Et odo
ratꝰ eſt dñs odorē quietis. Et dixit dñs in cor
de ſuo. Nō addā, ut maledicā ultra terrę pro
pter hoīem, qa cogitatio cordis homīs mala
eſt à pueritia ſua, et nō addā ultra, ut pcutiā
22 oīne uiuens quēadmodū feci. ¶Adhuc oēs
dies terræ, ſementis, et meſſis, et frigus, et
eſtus, et eſtas, et hyems, et dies, et nox non
ceſſabunt.

Capl'm.9.

1 ET bñdixit deus Nóach, et filijs eiꝰ
et dixit ad eos. Creſcite, & multi-
2 plicamini, & replete terrā. ¶Et
timor ur̄, & pauor ur̄ erit ſup om-
nē beſtiā terrę, & ſup oē uolatile cœli. Oīa q̄
mouere faciet terra, et oēs piſces maris ma-
3 nui ueſtrę tradita ſunt. ¶Oīne reptile, qđ
eſt uiuēs, uobis erit in eſcā, ſicut germē her
4 bę dedi uobis oīa. ¶Verūtn̄ carnē cum aīa
5 eius, ſanguinē eius, nō comedetis. ¶Et pfe
cto ſanguinē ueſtrū, aīaꝝ ueſtraꝝ requiram,
de manu oīs beſtię, requirā illū, & de manu
hoīs, et de manu uiri frīs eius, requirā animā
6 hoīs. ¶Qui effuderit ſanguinē hoīs i hoīe,
ſanguis eiꝰ effundet̄, qa ad imaginē dei fecit
7 hoīem ¶Et uos creſcite, & multiplicamini
generamini in terra, et multiplicamini in ea.
8 ¶Et dixit deꝰ ad Nóach & ad filios eiꝰ ſecū
9 dicendo. ¶Et ego ecce ego ſtatuo pactum
meū uobiſcū, et cū ſemine urō poſt uos, et cū
oī aīa uiuēte, quę ē uobiſcū, tā de uolatili, q̄
de iumēto, & oī beſtia terrę uobiſcū ex oībꝰ
10 egreſſis arca, et oī beſtia terrę. ¶Et ſtatuā
pactū meū uobiſcū, et nō excidet̄ oīs caro
ultra ab aquis diluuij, & non erit ultra dilu-
11 uiū, ut diſpdat terrā. ¶Et dixit deꝰ. Hoc eſt
ſignū fęderis, qđ ego do inter me, & inter
uos, et inter oēm aīam uiuētē quę ē uobiſcū
12 in gñatiōes ſęculi. ¶Arcū meū ponā in nu-
be, et erit in ſignū fęderis inter me, et inter
13 terrā. ¶Et erit cū obnubilauero nubē ſup
14 terrā apparebit arcus in nube. ¶Et recor-
dabor fęderis mei, qđ eſt iter mę & iter uos,

& inter oēm aīam uiuentē cū omnī carne: et
uō erit ultra aqua ad diluuium, ut diſperdat
15 omnem carnem. ¶ Et erit arcus in nube,
& uidebo illū, ut recorder pacti perpetui in
ter deū, & inter oēm animā uiuentē cū omni
16 carne, quæ eſt ſup terrā. ¶ Et dixit deus ad
Nóach. Hoc eſt ſignū fœderis, qđ ſtatui in-
ter me, & inter oēm carnē, quæ eſt ſuper ter
17 rā. ¶ Et fuerunt filij Nóach qui egreſſi ſunt
de arca, Sem, Cham, & Iépheth. Et Cham eſt
18 pater Chenáhan. ¶ Tres iſti filij Nóach. Et
19 ab iſtis ſperſa eſt omnis terra. ¶ Et incœpit
20 Nóach colere terrā, et plātauit uineā. ¶ Et
bibit de uino, & inebriatus eſt, et diſcoope-
21 ruit ſe in medio tabernaculi ſui. ¶ Et uidit
Cham, pr̄ Chenáhan, turpitudinem pr̄is ſui,
& nūciauit duobus fratribus ſuis in platea.
22 ¶ Et tulerūt Sem, & Iépheth ueſtimentū,
et poſuerūt ſuper humerū ſuū, et eūtes auer
ſa facie, operuerūt turpitudinem patris ſui,
Et facies eorꝫ erant auerſæ, et turpitudinē pa
23 tris ſui non uiderūt. ¶ Et expergefactus eſt
Nóach à uino, et cognouit qđ fecit ſibi filiꝰ
24 eiꝰ minor. ¶ Et dixit Maledictꝰ Chenáhan,
25 ſeruus ſeruorꝫ erit fratribꝰ ſuis. ¶ Et dixit.
Bn̄dictus dn̄s deus Sem, et ſit chenáhan ſer-
26 uus eis. ¶ Dilatet deus Iépheth, et habitet
in tabernaclis Sem, et ſit Chenáhan ſeruus
27 eis. ¶ Et uixit Nóach poſt diluuiū treceētos
28 annos. Et quinquagīnta annos. ¶ Et fuerūt
oēs dies Nóach nongēti anni, quinquaginta
anni, et mortuus eſt.

Capl'm. 10.

1 ET iſtæ ſunt gn̄ationes filiorū Nóach
Sem, Chám, et Iépheth. Et nati ſūt
2 eis filij poſt diluuiū ¶ Filij Iépheth
Ghomer, et Maghóh, et Madai, et Iauán, et
3 Tubál, et Méſech, et Tirás. ¶ Et filij Ghó-
mer, Aſchenáz, et Ripháth, et Togharmáh.
4 ¶ Et filij Iauán, Eliſáh, et Tarſis, Chittím,
5 et Dodanim. ¶ Ab iſtis ſeparatæ ſunt īſulæ
gentium ſecundū terras ſuas, ſingulæ ſecun
dum linguā ſuā, ſecundū familias ſuas in gē
tibus ſuis. Et filij Cham, Chus, et Miſráim, et
6 Puth, et Chenáham. ¶ Et filij Chus, Séba,
Chauiláh, et Sabthah, et Rahamáh, et Sab-
thecah. Et filij Rahamáh, Sebá, et Dedán.
7 ¶ Et Chus genuit Nimrod. Ipſe cœpit eſſe
8 potens in terra. ¶ Ipſe fuit potens uenator
corā dn̄o. Idcirco dr̄, Sicut Nimród potēs ue
9 nator corā dn̄o. ¶ Et fuit principium regni
eius Babél, et Erech, et Achád, et Chalneh in
10 terra Sinhár. ¶ E terra ipſa egreſſus eſt Aſ-
ſúr, et ædificauit Ninueh, et Rechobóth ci-
11 uitates, et Chálach. ¶ Et Réſen inter Ninueh,
12 et inter Chálach. Ipſa ē ciuitas magna. ¶ Et
Miſráim genuit Ludím, et Hanamim, et Le-
habím, et Naphthuchím, et Pathruſím, et
Chaſluchím, Vnde egreſſi ſunt Peliſtím, et
13 Chaphthorím. ¶ Et Chenáhā gēuit Sidón
14 priogēitū ſuū, et Cheth ¶ Et Iebuſi, et Emo
15 ri, et Ghirghaſi. ¶ Et Chiuui, et Harchí, &
16 Siní. ¶ Et Aruadí, et Semarí, et Chamathí.
Et poſtea ſparſæ ſunt familiæ Chenahanæi.
17 ¶ Et fuit terminꝰ Chenahanei à Sidón in-
grediētē te Gherár uſq; ad Hazzáh, donec in
grediaris Sedóm, et Hamoráh. Admáh, et Se
18 boím uſq; ad Láſah, ¶ Iſti filij Cham per fa
milias ſuas, per linguas ſuas in terris ſuis in
19 gentibus ſuis. ¶ Et ipſi Sem natꝰ eſt. Etiam
ipſe eſt pr̄ oīm filiorꝫ Héber, frater Iépheth
20 maior. ¶ Filij Sem, Helám, et Aſſúr, et Ar-
21 phachſád, et Lud, et Arám. ¶ Et filij Arám,
22 Hus, et Chul, et Ghéther, et Mas. ¶ Et Ar-
phachſád genuit, Sélach, & Selach genuit
23 Héber. ¶ Et ipſi Héber nati ſūt duo filij, no
men uniꝰ Péleg. Quia in diebꝰ eius diuiſa eſt
24 terra, et nomen fr̄is eius Iochthán. ¶ Et Io-
chthā genuit Almodád, et Séleph, et Chaſar-
25 máueth, et Iárach. ¶ Et Hadorám, et Vzál,
et Dichláh, et Hobal, et Abimaél, et Sebá.
26 ¶ Et Ophír, et Chauiláh, et Iobáb. Oēs iſti
27 filij Iochthán. ¶ Et fuit habitatio eorꝫ à Me
ſáh. donec ingrediaris Sephár mōtē oriētis.
28 ¶ Iſti filij Sem per familias ſuas, per lin-
29 guas ſuas, in terris ſuis, i gētibꝰ ſuis. ¶ Iſtæ
familiæ filiorū Nóach per generatiōes ſuas,
in gentibus ſuis. Et ab iſtis diuiſæ ſunt gētes
in terra poſt diluuium.

Capl'm. 11.

1 ET erat omnis terra labij unius,
2 et uerborum eorūdem. ¶ Et
fuit, cum proficiſcerētur ipſi
ab oriēte inuenerunt campū in
terra Sinhár, et habitauerunt
3 ibi. ¶ Et dixerūt ſingulus ad
proximum ſuū. Affer, laterificemus lateres,
et comburamꝰ ad combuſtionem. Et fuit eis
later pro lapide, et lutum fuit eis pro cemen-
4 to. ¶ Et dixerunt. Affer, ædificemus nobis
ciuitatem, et turrim, et caput eius in cœlum,
et faciamus nobis nomen, ne forte diſperga
5 mur ſuper faciem omnis terræ. ¶ Et deſcen
dit dominus, ut uideret ciuitatem, et turrim,
6 quam ædificabant filij hominū. ¶ Et dixit
dominus. Ecce populus unus, et labiū unum
eſt oībus ipſis. Et hoc eſt incipere eorum, ut
faciant. Et nunc non prohibebitur ab eis, qđ

cogitauerunt,ut facerent. ¶ Aſſer deſcēdamus,et cōfundamus ibi labium eorū, ut non audiant unuſquiſq; labium proximi ſui. ¶ Et diſperſit dominus eos inde ſuper faciē omnis terræ,& ceſſauerunt ædificare ciuitatem ¶ Propterea uocauit nomen ei⁹ Babél quia ibi confudit dominus labiū omnis terræ, & inde diſperſit eos ſuper faciem omnis terræ. ¶ Iſtæ generationes Sem. Sem filius cētū annorū genuit Arphacſád duob⁹ annis poſt diluuiū. ¶ Et uixit Sem poſtq; genuit Arphachſád, quingētos ānos,& genuit filios et filias. ¶ Et Arphachſád uixit quinq; et triginta annos,et genuit Sélach. ¶ Et uixit Arphachſád poſtq; genuit Sélach tres annos,& quadringētos annos,& genuit filios & filias. ¶ Et Sélach uixit triginta ānos,& genuit Héber. ¶ Et uixit Sélach poſtq; genuit Héber tres annos,et q̄drīngētos annos, & genuit filios, et filias. ¶ Et uixit Héber quatuor,et trigīta annos , et genuit Pélegh. ¶ Et uixit Héber poſtq; genuit Pélegh trigīta ānos,et quadrigētos ānos,et genuit filios et filias. ¶ Et uixit Pélegh triginta annos,et genuit Rehú. ¶ Et uixit Pélegh poſtq; genuit Rehú nouem annos,et ducentos annos, et genuit filios, et filias. ¶ Et uixit Rehu duos, et triginta annos, et genuit Serúgh, ¶ Et uixit Rehú poſtq; genuit Serúgh ſeptem annos,et ducētos annos, et genuit filios et filias. ¶ Et uixit Serúgh triginta annos,et genuit Nachór. ¶ Et uixit Serúgh poſtq; genuit Nachór ducētos annos,et genuit filios,et filias. ¶ Et uixit Nachór nouē et uiginti ānos et genuit Térach. ¶ Et uixit Nachór poſtq; genuit ipſe Térach nouē et decē annos,& genuit filios et filias. ¶ Et uixit Térach ſeptuaginta annos,et genuit Abrám,Nachór,& Harán. ¶ Et iſtæ ſunt generationes Térach. Térach genuit Abrám,Nachór,& Harán.Et Harán genuit Loth. ¶ Et mortuus eſt Harán coram Térach patre ſuo in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaſdím. ¶ Et accæpit Abrám,et Náchór uxores. Nomen uxoris Abrám Saraí,& nomen uxoris Nachór Milcháh filia Harán patris Milcháh,et patris Iſchác. ¶ Et fuit Saraí ſterilis. Non erat ei natus. ¶ Et tulit Térach Abrám filiū ſuum, et Loth filium Harán,filiū filij ſui, & Saraí nurum ſuā, uxorem Abrám filij ſui. Et egreſſi ſunt cū eis de Vr Chaſdím ut pergerent in terram Chenáhan: et uenerunt uſq; ad Charán,& habitauerūt ibi. ¶ Et fuerunt dies Térach quinq; anni, et ducenti anni, et mortuus eſt Térach in Charán.

Caplm.12.

1 ET dixit dominus ad Abrám,
Vade tibi è terra tua,& è cognatione tua.& è domo patris
tui,ad terram quam uidere faciam te. ¶ Et faciam te in gen
2 tem magnā, & benedixi tibi,
& magnificaui nomē tuum, & eſto benedi
patri tuo,& comedet,ut bñdicat tibi ante-
11 ꝗ̄ moriar. ¶ Et dixit Iahacób ad Ribcháh
matrē ſuam. Ecce Heſaú frater meus eſt uir
12 piloſus,& ego uir lenis. ¶ Si forte palpaue
rit me pater meus,ero in oculis eius tanꝗ̄
qui errare facit,& uenire faciam ſuper me
13 maledictionem,& non benedictionē. ¶ Et
dixit ei mater ſua. Sup me ſit maledictio tua
fili mi. Verūtamē obedi uoci meæ,& uade,
14 cape mihi ¶ Et perrexit.& accæpit,& at-
tulit matri ſuę. Et fecit mater eiꝰ cibos,quē-
15 admodum dilexit pater eius. ¶ Et accæpit
Ribcháh ueſtes Heſaú filij ſui maioris con-
cupiſcibiles,quæ erant apud ſe in domo,
16 & induit Iahacób filiū ſuum minorē. ¶ Et
pelles hædorū caprarū induere fecit manus
17 eiꝰ,& leuitatē colli eius. ¶ Et dedit cibos,
& panē,quos parauerat in manu Iahacób fi
18 lij ſui. ¶ Et uenit ad patrē ſuū,& dixit. Pa-
ter mi. Et dixit. Ecce adſum. Quis es fili mi?
19 ¶ Et dixit Iahacób ad patrē ſuū. Ego ſum
Heſaú primogenitus tuus, Feci quēadmo-
dum locutus es ad me. Surge nunc,ſede,&
comede de uenatione mea,ut bñdicat mihi
20 anima tua. ¶ Et dixit Iſchác ad filiū ſuum.
Quid eſt hoc? Feſtinaſti,ut uenires fili mi. Et
dixit. Quia occurrere fecit dñs deus tuus
21 coram me. ¶ Et dixit Iſchác ad Iahacób.
Appropinqua nunc, & palpabo te fili mi,
22 utrum ſis ipſe filiꝰ meus Heſaú,an nō. ¶ Et
appropinquauit Iahacób Iſchách patri ſuo,
& palpauit eum,& dixit. Vox,uox Iahacob
23 eſt,& manus manus Heſaú. ¶ Et non agno
uit eum,quia erant manus eius,ſicut manus
14 Heſaú fratris ſui piloſæ. Et bñdixit ei. ¶ Et
dixit. Tu es ipſe filius meus Eſaú? Et dixit.
25 Sum. ¶ Et dixit. Appropinquare fac mihi,
& comedā de uenatione filij mei,ut benedi
cat tibi aīa mea. Et appropinquare fecit ei,
16 & comedit. Et attulit ei uinū,& bibit. ¶ Et
dixit ad eum Iſchác pater eius. Appropin-
27 qua nūc,& oſculare me fili mi. ¶ Et appro
pinquauit, & oſculatus eſt eum. Et odoratꝰ
eſt odorē ueſtimētorꝫ eius,& benedixit ei,
& dixit. Vide odorē filij mei,ſicut odorem
28 agri,cui benedixit dñs. ¶ Et det tibi deus
de rore cœli,& de pinguedinibus terræ,&
29 multitudinē frumenti & uini noui. ¶ Ser-
uiant tibi populi,& incuruēt ſe tibi populi:
eſto dominus fratribus tuis,& incuruent ſe
tibi filij mr̄is tuę. Maledicētes tibi maledicti
30 erunt,& benedicētes tibi benedicti. ¶ Et
fuit,quando compleuit Iſchác benedicere
Iahacób,& fuit uerūtamē egrediēdo egreſ
ſus erat Iahacób à facie Iſchách patris ſui,
31 Heſaú frater eiꝰ uenit à uenatione ſua. ¶ Et
fecit etiā ipſe cibos,& attulit patri ſuo. Et
dixit pr̄i ſuo. Surgat pater meꝰ,& comedat
de uenatione filij ſui,ut bñdicat mihi anima
32 tua. ¶ Et dixit ei Iſchác pater eiꝰ. Quis es?
Et dixit. Ego ſum filius tuus, primogeni-
33 tus tuus Heſaú. ¶ Et expauit Iſchác pauo-
re magno uehementiſſime, & dixit. Quis?
Vbi eſt,qui uenatus eſt uenationē,& attu-
lit mihi,& comedi ex omnibus anteꝗ̄ ueni-
res,& benedixi ei, etiam benedictus erit.
34 ¶ Cum audiſſet Heſaú uerba patris ſui,cla
mauit clamore magno,& amaritudine affe
ctus eſt uahementiſſime. Et dixit patri ſuo.
Bñdic mihi,etiā ego filiꝰ tuꝰ ſum pater mi.
35 ¶ Et dixit. Venit frater tuus doloſe,& ac-
36 cæpit benedictionem tuam. ¶ Et dixit. Ve
re uocatum eſt nomen eius Iahacób,& ſup-
plātauit me iam duabus uicibus. Ius meum
primogeniti accæpit,& ecce nunc accæpit
benedictionem meam. Et dixit. Nunquid nō
37 reſeruaſti mihi benedictionē? ¶ Et reſpon-
dit Iſchác, & dixit ad Heſaú. Ecce dominū
poſui eum tibi, & omnes fratres eius dedi
ei in ſeruos,& frumentū,& uinum adiūxi
38 ei. Et tibi nūc quid faciā fili mi? ¶ Et dixit
Heſaú ad patrem ſuum. Nomne benedictio
una eſt tibi pr̄ mi? Benedic mihi. Etiam ego
filiꝰ tuus pr̄ mi. Et eleuauit Heſaú uocē ſuā,
39 & fleuit. ¶ Et reſpondit Iſchác pater eius,
& dixit ad eum. Ecce de pinguedinibꝰ ter-
ræ: erit habitatio tua, & de rore cœli de-
40 ſuper ¶ Et gladio tuo uiues,& fratri tuo
ſeruies Et erit,quando dominaberis,fran-
41 ges iugum eius à collo tuo. ¶ Et odio ha-
buit Heſaú Iahacób propter benedictionē,
qua benedixit ei pater eius, & cogitauit
Heſaú in corde ſuo. Appropinquabunt dies
luctus patris mei,& occidam Iahacób fra-
42 trem meū. ¶ Et nūciata ſunt ipſi Ribcháh
uerba Heſaú filij ſui maioris,& miſit, & uo
cauit Iahacób filium ſuum minorē,& dixit
ad eum. Ecce Heſau frater tuus conſolatur
43 ſe propter te,ut occidat te. ¶ Et nunc fili
mi obedi uoci meæ, & ſurge, fuge ad La-
bán fratrem meum in Charán, & habita
cum eo dies aliquot,donec quieſcat furor
44 fratris tui. ¶ Donec auertatur furor fra-
tris tui à te,& obliuiſcatur eorum quæ fe-
ciſti ei. Et mittam,& accipiam te inde. Vt
45 quid orbabor ambobꝰ uobis die una. ¶ Et
dixit Ribcháh ad Iſchác. Anguſtijs affe-
cta ſum in uita mea propter filias Cheth. Si
accæperit Iahacób uxorē de filiabꝰ cheth,
ſicut iſtas de filiabꝰ terræ,ut qd ē mihi uita?

Capl'm 28.

ET uocauit Iſchác Iahacób, & be-
nedixit ei, & præcepit ei, & dixit
ei. Non capies uxorem de filiabus
Chenáham, ¶ Surge, uade in Pa-
dán Arám ad domũ Bethuél patris matris
tuæ, & cape tibi inde uxorem de filiabus La
bán fratris matris tuæ. ¶ Et deus omnipotẽs
benedicat tibi, & creſcere faciat te, & multi
plicare faciat te, & ſis in cœtum populorũ.
¶ Et det tibi benedictionẽ Abraham, tibi,
& ſemini tuo tecum, ut hæreditate accipias
terram peregrinationum tuarum, quam de-
dit deus ipſi Abrahám. ¶ Et miſit Iſchác
Iahacób, & perrexit in Padán Arám ad La-
bán filiũ Bethuél Aramæi fratris Ribcháh,
matris Iahacób, & Heſau. ¶ Et uidit Heſau
ꝙ bñdixit Iſchac Iahacób, & miſit eũ ĩ Padã
Arã, ut caperet ſibi ĩde uxorẽ qñ bñdixit ei.
& ꝑcepit ei dicẽdo, nõ accipies uxorẽ de fi-
liab' Chenáhã. ¶ Et obediuit Iahacób patri
ſuo, & mr̃i ſuæ, & iuit in Padã Arã. ¶ Et ui-
dit Heſaù ꝙ diſpliceret filiæ Chenáhã ĩ oclis
Iſchác pr̃is ſui. ¶ Et abijt Heſaú ad Iſmahél,
& accæpit Machaláth filiã Iſmahél filij Abra
hã ſororẽ Nebaióth ſup uxores ſuas, ſibi ĩ uxo
rem. ¶ Et egreſſus ẽ Iahacób è Beérſebah,
& ꝑrexit ĩ Charán, & occurrit ĩ locũ, & pno
ctauit ibi, quia occubuerat ſol, & tulit de la-
pidib' loci, & poſuit ſub capite ſuo, & dor-
miuit ĩ loco eodẽ. ¶ Et ſõniauit. Et ecce ſca-
la erecta erat ſup terrã, & caput ei' tãgebat
cœlum. Et ecce angeli dei aſcẽdebant, & de
ſcendebãt per eam. ¶ Et ecce dominus ſta-
bat iuxta eam, & dixit. Ego dominus deus
Abrahám patris tui, & deus Iſchác. Terram
ſuper quam tu dormis, tibi dabo, & ſemini
tuo. ¶ Et erit ſemen tuũ ſicut puluis terræ,
& multiplicaberis ad occidentẽ, & ad orien
tem, & ad aquilonem, & ad meridiem & be
nedicent ſe in te omnes familiæ terræ, & in
ſemine tuo. ¶ Et ecce ſum tecum, & cuſto-
diam te in omnibus, ad quæ perges. & redi-
re faciam te ad terram hãc, quia nõ dereli-
quam te. donec faciã, quod locutus ſum tibi.
¶ Et expgefact' eſt Iahacób à ſomno ſuo, &
dixit. Vere eſt dñs in loco iſto, & ego nõ no-
uerã. ¶ Et timuit, & dixit. Quã terribilis
eſt locus iſte. Non eſt hic, niſi domus dei, &
hic eſt porta cœli. ¶ Et ſurrexit Iahacób ma
ne, & tulit lapidẽ, quẽ poſuerat ſub capite
ſuo, & poſuit eũ ſtatuã, & effudit oleũ ſupra
ſummitatem eius. ¶ Et uocauit nomẽ loci
ipſius Bethél. & uere lux erat nomen ciuita-
tis prius. ¶ Et uouit Iahacób uotum dicen-
do. Si fuerit deus mecum, & cuſtodierit me
in uia iſta per quam ego ambulo, & dederit
mihi panem ad ueſcendum, & ueſtimentum
20 ad operiendum, ¶ Et reuerſus fuero in pa-
ce ad domum patris mei, erit dominus mihi
21 in deum. ¶ Et lapis iſte quem poſui ſtatuã,
erit domus dei. Et ex omnibus quæ dederis
mihi decimas priſus dabo tibi. Capl'm. 29.
1 ET leuauit Iahacób pedes ſuos, &
perrexit ad terram filiorum orien
2 talium. ¶ Et uidit, & ecce puteus
erat in agro, & ecce ibi tres gre-
ges pecudum qui cubabãt iuxta illum, quia
è puteo ipſo potum dabant gregibus, & la
3 pis magnus erat ſuper os putei. ¶ Et con-
gregabant ſe ibi omnes greges, & reuolue-
bãt lapidem ab ore putei, & potũ dabant pe
cudibus. Et reſtituebãt lapidem ſuper os pu
4 tei in locũ ſuũ. ¶ Et dixit ad eos Iahacób.
Fratres mei unde eſtis? Et dixerunt. De Cha
5 rán ſumus. ¶ Et dixit ad eos. Nunquid no-
ſtis Labám filium Nachór? Et dixerunt. No-
6 uim'. ¶ Et dixit ad eos. Nũquid eſt pax ei?
Et dixerũt. Pax. Et ecce Rachél filia eius ue-
nit cum pecudib'. Et dixit. Ecce adhuc dies
magn'. Nõ eſt tp̃s, ut cõgregeẽ grex. Potum
date pecudib', & ite, paſcite. Et dixerũt. Nõ
poſſum', donec cõgregẽtur oẽs greges, &
reuoluãt lapidẽ ab ore putei, & potũ demus
7 pecudib'. ¶ Adhuc eo loqñte cũ eis Rachél
uenit cũ pecudib', quæ erãt patri ſuo. quia
8 paſtor erat. ¶ Et fuit, qñ uidit Iahacób Ra-
chél filiã Labán fratris matris ſuæ, & pecu-
des Labã fratris matris ſuæ, acceſſit Iahacób
& reuoluit lapidẽ ab ore putei, & potũ de-
9 dit pecudib' Labã fr̃is mr̃is ſuæ. ¶ Et oſcu-
latus eſt Iahacób Rachél, & eleuauit uocem
10 ſuã, et fleuit. ¶ Et nũciauit Iahacób ipſi Ra
chél, ꝙ frater pr̃is ſui eẽt, & ꝙ fili' Ribcháh
11 eſſet, & cucurrit. & nũciauit pr̃i ſuo. ¶ Et
fuit, cũ audiſſet Labã auditionẽ Iahacób filij
ſororis ſuæ, cucurrit in occurſum ei', & am-
plexatus eſt eum, & oſculatus eſt eũ, & ue-
nire fecit eum ad domum ſuam, & narrauit
12 ipſi Labán omnia hæc. ¶ Et dixit ei Labán.
Profecto os meum, & caro mea es. Et habita
13 uit cum eo menſem dierũ. ¶ Et dixit Labán
ad Iahacób. Nunquid qm̃ frater meus es, ſer
uies mihi gratis? Indica mihi, quæ ſit merces
14 tua. ¶ Et Labán erãt duæ filiæ, Nomẽ maio
15 ris Leáh, & nomẽ minoris Rachél. ¶ Et ocu
li Leáh erant teneri, & Rachél erat pulchra
16 forma, & pulchra aſpectu, ¶ Et dilexit Iaha
cób Rachél, & dixit. Seruiã tibi ſeptẽ annos
17 ꝓ Rachél filia tua minore. ¶ Et dixit Labã

Melius eſt,ut dem eam tibi,quàm dem eam uiro
19 alteri.Mane mecum. ¶Et ſeruiuit Iahacób
pro Rachél ſeptem annos.Et fuerunt in ocu
lis eius ſicut dies pauci,eo quod diligeret eam.
20 ¶Et dixit Iahacób ad Labán. Da uxorem
meam,quia cōpleti ſunt dies mei,& ingre-
21 diar ad eam. ¶Et congregauit Labán oēs
22 uiros loci,& fecit cōuiuiū. ¶Et fuit,ueſpe
ri accæpit Leáh filiam ſuam,& uenire fecit
23 eam ad eū,& ingreſſus eſt ad eā. ¶Et dedit
Labán ei Zilpáh ancillā ſuā,Leáh filiæ ſuæ
24 ancillam. ¶Et fuit mane,& ecce erat Leáh,
& dixit ad Labán. Quid hoc feciſti mihi?
Nunquid non pro Rachél ſeruiui tibi?Et ut
25 quid decepiſti me? ¶Et dixit Labán. Non
fit ita in loco noſtro,ut detur minor ante pri
26 mogenitā. ¶Comple ebdomadam huius,
& dabimus tibi etiam hanc pro ſeruitute
quā ſerui es mihi adhuc ſeptem annos alios.
Et fecit Iahacób ſic,& compleuit ebdoma-
dam illius, & dedit ei Rachél filiam ſuam
27 in uxorem. ¶Et dedit Labán Rachél filiæ
28 ſuæ Bilhah ancillā ſuam,in ancillam. ¶Et
ingreſſus eſt etiā ad Rachél, & dilexit etiā
Rachél magis quàm Leáh,& ſeruiuit ei adhuc
29 ſeptem annos alios. ¶Et uidit dominus,quod
exoſa eſſet Leáh,& aperuit uuluam eius,&
30 Rachél erat ſterilis. ¶Et cōcæpit Leáh,&
peperit filium,& uocauit nomen eius Reu-
béu,quia dixit,quia uidit dominus afflictio
nem meam.Nunc enim diliget me uir meus.
31 ¶Et concæpit adhuc,& peperit filium,&
dixit.Quia audiuit dominus,quod exoſa eſſem
dedit mihi etiā hunc,& uocauit nomē eius
32 Simhón. ¶Et concæpit adhuc, & peperit
filium,& dixit.Nunc uice hac copulabitur
uir meus mihi,quia peperi ei tres filios.Id-
33 circo uocauit nomen eius Leui. ¶Et concæ
pit adhuc,& peperit filiū.& dixit.Vice hac
confitebor domino.Idcirco uocauit nomen
eius Iehudáh.Et ſtetit à pariendo.

Caplm.30.

1 ET uidit Rachél,quod nō pareret ipſi
Iahacób.Et inuidit Rachél ſorori
ſuæ,& dixit ad Iahacób.Da mihi
2 filios, ſin minus mortua ſum. ¶Et
iratus eſt furor Iahacób in Rachél,& dixit.
Nunquid pro deo ſum,qui prohibuit a te fru-
3 ctum uentris? ¶Et dixit. Ecce ancilla mea
Bilháh, ingredere ad eam, & pariet ſuper
genua mea,& erit etiam mihi filius ex ea.
4 ¶Et dedit ei Bilháh ancillā ſuā in uxorē.
5 Et ingreſſus eſt ad eam Iahacób. ¶Et con-
cæpit Bilháh,& peperit ipſi Iahacób filiū.
6 ¶Et dixit Rachél. Iudicauit me deus, &
etiam audiuit uocē meā, & dedit mihi filiū.
7 Idcirco uocauit nomen eius Dan. ¶Et con
cæpit adhuc,& peperit Bilháh ancilla Ra-
8 chel,filium ſcd'm ipſi Iahacób. ¶Et dixit
Rachel. Luctationibus uehemētibus lucta-
ta ſum cum ſorore mea,etiam præualui.Et
9 uocauit nomen eius Naphthali. ¶Et uidit
Leáh,quod ſtetiſſet à pariēdo,& accæpit Zilpáh
ancillā ſuā,& dedit eam Iahacób in uxorē.
10 ¶Et peperit Zilpáh ancilla Leáh ipſi Iaha-
11 cób filiū. ¶Et dixit Leáh.Venit proſperitas.
12 Et uocauit nomen eius Ghád. ¶Et peperit
Zilpáh ancilla Leáh filiū ſecundū ipſi Iaha-
13 cób. ¶Et dixit Leáh. Vt beata dicar,quia
beatam me dicent filiæ.Et uocauit nomen
14 illius Aſér. ¶Et perrexit Rubén in diebus
meſſis triticeæ, & repperit mādragoras in
agro,& attulit eas Leáh m̄ri ſuę.Et dixit Ra
chél ad Leáh. Da nunc mihi de mādragoris
15 filij tui. ¶Et dixit ei.Nunquid parum eſt quod
accæperis uirum meū,ut accipere uelis etiā
mādragoras filij mei?Et dixit Rachel.Idcir
co dormiat tecum nocte pro mandragoris
16 filij tui. ¶Et uenit Iahacób ex agro ueſpe-
ri,& egreſſa eſt Leáh in occurſum eius, &
dixit.Ad me īgredieris,quia mercādo mer
cata ſum te mandragoris filij mei.Et dormi-
17 uit cū ea nocte illa. ¶Exaudiuit deus Leáh,
18 & concæpit Iahacób filium quintum. ¶Et
dixit Leáh. Dedit deus mercedē meā.quia
dedi ancillā meam uiro meo.Et uocauit no-
19 men eius Iſaſchár. ¶Et concæpit adhuc
Leáh,& peperit filiū ſextum ipſi Iahacób.
20 ¶Et dixit Leáh. Dotauit me deus dote bo
na.Semel habitabit mecum uir meus: quia
peperi ei ſex filios.Et uocauit nomen eius
21 Zebulún. ¶Et poſtea peperit filiam,& uo
22 cauit nomen eius Dináh. ¶Et recordatus
eſt deus Rachél,& exaudiuit eam deus,&
23 aperuit uuluam illius. ¶Et cōcæpit,& pe-
perit filium,& dixit. Amouit deus probrū
24 meum. ¶Et uocauit nomen eius Ioséph,di
cendo. Addat dominus mihi filium alium.
25 ¶Et fuit, cum peperiſſet Rachél Ioséph,
dixit Iahacób ad Labán. Dimitte me,& ibo
26 ad locum meum,& ad terram meam. ¶Da
uxores meas,& liberos meos propter quos
ſeruiui tibi. Tu enim noſti ſeruitutē meam,
27 quā ſeruiui tibi. ¶Et dixit ad eum Labán.
Si quæſo inueni gratiam in oculis tuis,ex-
pertus ſum,quod benedixit mihi dn̄s propter te.
28 ¶Et dixit.Nomina mercedē tuam mihi,&
29 dabo eam. ¶Et dixit ad eum.Tu noſti qua-
liter ſeruierim tibi,& qualis fuit grex tuus
mecū,quia puſillus qui fuit tibi ante me,creuit

in multitudinẽ,& benedixit dominus tibi
ad ingreſſum pedis mei.Et nunc quando fa
0 ciam etiam ego pro domo mea? ¶Et dixit.
Quid dabo tibi? Et dixit Iahacób. Non da-
bis mihi qcq̃,ſi feceris mihi hoc.Reuertar,
1 paſcam,pecudes tuas cuſtodiã. ¶Trãſibo
per omnes pecudes tuas hodie,remouendo
inde omne pecus punctis paruis reſperſum,
& reſperſum maſculis latis. Et omne pecus
rufum in pecudibus,& reſperſum maculis
latis,& reſperſum pũctis in capris,erit mer
2 ces mea. ¶Et teſtificabit mihi iuſtitia mea
in die craſtina cum uenerit ſuper mercedẽ
meam coram te. Omne quod non erit pun-
ctis reſperſum,& maculis reſperſum in ca-
pris,& rufum in pecudibus furto ablatum
3 erit à me. ¶Et dixit Labán.Ecce utinam ſit
4 ſcd'm uerbũ tuum. ¶Et remouere fecit in
die illa hircos maculis reſperſos in locis
ubi colligari ſolẽt,& maculis reſperſos,&
omnes capras punctis reſparſas,& maculis
reſperſas,om̃e in quo erat candor,& omne
rufum in pecudibus,& dedit in manu filio-
5 rum ſuorum. ¶Et poſuit uiam trium dierũ
inter ſe,& inter Iahacób. Et Iahacób paſce
6 bat pecudes Labán reſiduas. ¶Et tulit ſibi
Iahacób uirgã populeã uiridẽ,& amigda-
linam,& caſtaneam, & decorticauit in eis
cortices albos,denudãs candorẽ qui erat in
7 uirgis. ¶Et ſtatuit uirgas,quas decortica
uit in canalibus,in potatorijs aquarum ad
quæ ueniebant pecudes, ut biberent,è re-
gione pecudum,& coirent,dum uenirẽt ad
8 bibendum. ¶Et coibant pecudes ad uir-
garũ aſpectum,& pariebãt pecudes macu-
lis reſperſas in locis ubi colligari ſolent,&
pũctis reſperſas,& maculis latis reſperſas.
9 ¶Et pecudes diuidere fecit Iahacób, &
poſuit facies pecudũ ad maculis reſperſum
ubi colligari ſolet,& omne rufum in pecu-
dib' erat Labán.Et poſuit ſibi greges ſeor-
ſum,& nõ poſuit eos iuxta pecudes Labán.
0 ¶Et fuit,in omni coitu pecudum primiti-
uarum, ponebat Iahacób uirgas in oculis
pecudum in canalibus,ut coirent in uirga-
1 rum aſpectu. ¶Et quando ſerotina facie-
bant pecudes,nõ ponebat.Et erant ſerotina
ipſius Labã, & primitiua ipſius Iahacób.Et
creuit uir uehemẽtiſſime.Et fuerũt ei pecu
des multæ,& ancillæ,& ſerui,& cameli,&
aſini.

Caplm.31.

ET audiuit uerba filiorum Labán di
centium.Tulit Iahacób omnia quę
erant patri noſtro, & de his quæ
erant patri noſtro,fecit omnẽ glo-
2 riam hanc. ¶Et uidit Iahacób faciẽ Labán,
& ecce non erat ſecũ,ſicut heri,& nudiuſ-
3 tertius. ¶Et dixit dominus ad Iahacób.Re
uertere ad terram patrum tuorum,& ad co-
4 gnationem tuam, & ero tecum. ¶Et miſit
Iahacób,& uocauit Rachél,& Leáh in agrũ
5 ad pecudes ſuas. ¶Et dixit ad eas. Video
faciem patris ueſtri,quia non eſt erga me,
ſicut heri, & nudiuſtertius,& deus patris
6 mei fuit mecũ. ¶Et uos noſtis,q̃ oibus ui-
7 rib' meis ſeruiui pr̃i ueſtro. ¶Et pr̃ ueſter
mentitus eſt mihi,& mutauit mercedẽ meã
decẽ uicibus.Et nõ permiſit ei deus,ut male
8 faceret mihi. ¶Si ita dicebat,punctis re-
ſperſa erunt merces tua,pariebãt oẽs pecu
des punctis reſperſa.Et ſi ita dicebat macu-
lis reſperſa in loco ubi colligari ſolent erũt
merces tua,pariebãt omnes pecudes macu
lis reſperſas in locis ubi colligari ſolent,&
abſtulit deus gregem patris ueſtri,& dedit
9 mihi. ¶Et fuit,in tẽpore,quo coeunt pecu
des,leuaui oculos meos,& uidi in ſomnio,
et ecce hirci aſcẽdebãt ſuper capras macu
lis reſperſas ubi colligari ſolẽt,punctis re-
10 ſperſas,& maculis reſperſas. ¶Et dixit ad
me angelus dei in ſomnio.Iahacób Et dixi.
Ecce adſum.Et dixit.Leua nũc oculos tuos,
& uide omnes hircos aſcendẽtes ſuper ca-
pras maculis reſperſas,ubi colligari ſolent,
punctis reſperſas & maculis reſperſas. Vidi
11 enim oĩa quæ Labán facit tibi. ¶Ego deus
Bethel,ubi unxiſti ſtatuã,ubi uouiſti mihi
uotum. Nunc ſurge,egredere de terra hac,
12 & reuertere ad terrã cognationis tuę. ¶Et
reſpondit Rachel, & Leáh, & dixerunt ei.
13 ¶Nũqd adhuc eſt nobis pars,& hæredi-
tas in domo pr̃is noſtri? Nunqd nõ extraneę
reputatæ ſumus ab eo,quia uẽdidit nos,&
cõſumpſit etiã cõſumendo pecuniã noſtrã?
14 ¶Quia omnes diuitiæ quas abſtulit deus
à patre noſtro,nobis pertinebãt,ac filijs no
ſtris. Et nunc,omnia quæ dixit deus ad te,
15. fac. ¶Et ſurrexit Iahacób, & eleuauit fi-
lios ſuos,& uxores ſuas ſuper camelos,&
duxit omnes pecudes ſuas,& omnẽ ſubſtan
tiam ſuã quam acquiſierat,pecudes acqui-
ſitionis ſuæ quas acqſierat in Padán Arám,
ut ueniret ad Iſchác patrem ſuum in terram
16 Chenáhan. ¶Et Labán perrexerat ad ton
dendũ oues ſuas,& furata eſt Rachél idola,
17 quæ erant pr̃i ſuo, ¶Et furat' eſt Iahacób
cor Labán Aramæi,eo q̃ non indicauit ei q̃
18 fugeret. ¶Et fugit ipſe,& omnia quæ erãt
ei.Et ſurrexit,& tranſiuit flumen,& poſuit
faciem ſuam ad montẽ Ghilhád. Et nũciatũ

fuit ipſi Labā die tertia, q̄ fugeret Iahacób.
19 ¶ Et tulit fratres ſuos ſecum, & ſecut⁹ eſt
eum itinere ſeptem dierum, & aſſecutus eſt
20 eum in monte Ghilhád. ¶ Et uenit deus ad
Labán Aramæū in ſomnio noctis, & dixit ei.
Caue tibi, ne forte loquaris cum Iahacób à
21 bono uſq; ad malū. ¶ Et aſſecut⁹ eſt Labán
ipſum Iahacób. Et Iahacób fixerat taberna-
culum ſuum in monte, & Labán fixit cum
22 fratribus ſuis in mōte Ghilhád. ¶ Et dixit
Labán ad Iahacób. Quid feciſti? Et furatus
es cor meum, & duxiſti filias meas, ſicut ca
23 ptiuas gladio. ¶ Vt qd abſcondiſti te, ut fu
geres? Et furat⁹ es me, & non iudicaſti mihi,
& dimiſiſſem te cum lætitia, & canticis, cū
24 tympano, & cythara. ¶ Et nō dimiſiſti me,
ut oſcularer filios meos, & filias meas? Nūc
25 ſtulte egiſti faciendo. ¶ Eſt fortitudo in
manu mea ad faciendum nobiſcum malum:
ſed deus patris ueſtri nocte præterita dixit
ad me dicendo. Caue tibi, ne loquaris cum
26 Iahacób à bono uſq; ad malum. ¶ Et nunc
eundo iuiſti. Si deſiderando deſiderabas ire
ad domū patris tui, ut quid furatus es deos
27 meos? ¶ Et reſpondit Iahacób, & dixit ad
Labán. Quia timui, ſi dixiſſem, ne forte ra-
28 peres filias tuas à me. ¶ Is cum quo inue-
neris deos tuos, nō uiuat corā fratribus no
ſtris. Agnoſce ſi qd eſt mecū de tuo & cape
tibi. Et neſciebat Iahacób, q̄ Rachél fura-
29 ta eſſet eos. ¶ Et uenit Labán in tabernacu
lum Iahacób, & in tabernaculū Leáh, & in
tabernaculū ambarum ancillarū, & non in-
uenit. Et egreſſus eſt de tabernaculo Leah,
30 & uenit in tabernaculū Rachél. ¶ Et Ra-
chél acceperit idola, & poſuit ea in ſtratorio
cameli, & ſedit ſup ea: & cōtrectauit Labán
31 totum tabernaculum, & non inuenit. ¶ Et
dixit ad patrem ſuū. Ne ſit ira in oculis do-
mini mei, q̄ non poſſim ſurgere à facie tua.
Quia conſuetudo mulierū eſt mihi. Et ſcru-
32 tatus eſt, & non inuenit idola. ¶ Et ira fuit
ipſi Iahacob, & iurgatus eſt cum Labán. Et
reſpondit Iahacób, & dixit ad Labán. Quæ
eſt præuaricatio mea, quod peccatū meum?
33 quia perſecutus es me? ¶ Qui contrectaſti
omnia ſupelle ctilia mea, quid inueniſti ex
omnibus ſupellectilibus domus tuæ? Pone
hic coram fratribus meis, & fratribus tuis,
34 & declarent inter ambos nos. ¶ Iam uigin
ti annos fui tecum, oues tuæ & capræ tuæ
nō abortiuæ fuit. Et arietes pecudū tuarum
non comedi. Raptum nō attuli tibi. Ego pœ
nas luebam pro eo. De manu mea requi-
rebas illud, quod furto ſubripiebatur tam
35 de die, q̄ de nocte. ¶ Fui, in die conſume-
bat me æſtus, & gelu in nocte. Et recedebat
36 ſomnus me⁹ ab oculis meis. ¶ Iam uiginti
annos in domo tua ſeruiui tibi, quatuorde-
cim annos ꝓ duab⁹ filiab⁹ tuis, & ſex annos
pro pecudib⁹ tuis. & mutaſti mercedē meā
37 decē uicib⁹. ¶ Niſi fuiſſet de⁹ pr̄is mei, de⁹
Abrahā, & pauor Iſchác fuiſſet ꝓ me, quia
nunc uacuū dimiſiſſes me. Afflictionē meā,
& laborem manuum mearum uidit deus: &
38 increpauit te nocte præterita. ¶ Et reſpon
dit Labán, & dixit ad Iahacób. Filiæ, filiæ
meæ ſunt, & filij, filij mei ſunt, & pecudes,
pecudes meæ ſunt. Et quicquid uides meū
eſt. Et filiabus meis quid faciam iſtis hodie,
39 uel filijs earum quos pepererūt? ¶ Et nunc
ueni percutiamus fœdus ego, & tu, & erit
40 in teſtimonium inter me, & inter te. ¶ Et
tulit Iahacób lapidem, & erexit illum in ſta
41 tuam. ¶ Et dixit Iahacób fratribus ſuis.
Colligite lapides. Et tulerunt lapides, & fe
cerunt tumulum, & comederunt ibi ſuper
42 tumulum. ¶ Et uocauit eum Labán Ieghár
Sahadutá, & Iahacób uocauit eū Ghalhéd.
43 ¶ Et dixit Labán. Cumulus iſte ſit teſtis
inter me, & te hodie. Idcirco uocauit no-
44 men ei⁹ Ghalhéd. ¶ Et Miſpáh: quia dixit.
Speculetur dominus inter me, & te: quia
45 latemus alter alteri. ¶ Si afflixeris filias
meas, & ſi acceperis uxores ſuper filias
meas, non eſt quiſq̄ nobiſcum. Vide, deus
46 eſt teſtis inter me, & te. ¶ Et dixit Labán
ad Iahacób. Ecce cumul⁹ iſte, & ecce ſtatua,
47 quam ieci inter me, & te. ¶ Teſtis cumulus
iſte, & teſtis ſtatua q̄ ego non tranſibo ue-
niens ad te cumulū iſtū. & q̄ tu non tranſi-
bis ueniens ad me cumulū iſtum, & ſtatuam
48 iſtam, ad malū. ¶ Deus Abrahám, & deus
Nachór iudicet inter nos Deus pr̄is eorū. Et
iurauit Iahacób per pauorē pr̄is ſui Iſchác.
49 ¶ Et mactauit Iahacób uictimam in monte
& uocauit fratres ſuos, ut comederent pa-
nem, & comederunt panem, & pernoctaue-
50 runt in monte. ¶ Et ſurrexit Labán mane,
& oſculatus eſt filios ſuos ac filias ſuas, be
nedixitq; eis, & abijt. Et reuerſus eſt Labán
51 ad locum ſuum. ¶ Et Iahacób abijt in uiam
52 ſuam, & occurrerunt ei angeli dei. ¶ Et
dixit Iahacób, qñ uidit eos. Caſtra dei ſunt
hæc. Et uocauit nomē loci illi⁹ Machanáim.

Capitulum. 32.

1 ET miſit Iahacób nuncios ante ſe
ad Heſaú fratrem ſuum ad terram
2 Schír regionis Edóm. ¶ Et præ
cepit eis dicendo. Sic dicetis dño

neo Heſaú. Sic dixit ſeruus tuus Iahacób.
Cum Labán habitaui uſq; ad hoc tempus.
¶ Et ſunt mihi boues & aſini, pecudes, &
ſerui, & ancillæ, & miſi, ut nũciarem domi-
no meo, ut inuenirem gratiam in oculis tuis.
¶ Et reuerſi ſunt nuncij ad Iahacób dicen-
do. Venimus ad fratrem tuum, ad Heſaú, &
etiam pergit in occurſum tui, & quadrin-
genti uiri ſunt cum eo. ¶ Et timuit Iahacób
ualde, & anguſtijs affectus eſt, & diuiſit po-
pulum, qui erat ſecũ, & pecudes, & boues
& camelos in duas turmas. ¶ Et dixit. Si ue-
nerit Heſaú ad turmam unam, & percuſſerit
eam, turma quæ remanſerit euadet. ¶ Et di-
xit Iahacób. Deus patris mei Abrahám, &
deus patris mei Iſchac, domine, qui dixiſti
ad me, reuertere ad terram tuã, & cognatio-
nem tuam, & benefaciã tibi, ¶ Minor ſum
cunctis miſericordijs, & omni ueritate, quã
feciſti cum ſeruo tuo. Quia in baculo meo
tranſiui Iardén hũc, & nunc habeo duas tur-
mas. ¶ Erue me nunc de manu fratris mei,
de manu Heſaú. Timeo enim eũ, ne forte ue-
niat, & percutiat me, matremq; cum filijs.
¶ Et tu dixiſti. Benefaciẽdo benefaciã tibi,
& ponam ſemen tuum, ſicut harenam ma-
ris, quæ nõ numerat præ multitudine. ¶ Et
pernoctauit ibi nocte ipſa. Et tulit ex ijs quæ
occurrebant ad manum ſuam, munus mit-
tendum ad Heſaú fratrẽ ſuũ. ¶ Capras du-
cẽtas, & hircos uiginti. Boues ducẽtas & arie-
tes uiginti. ¶ Camelos lactãtes, & filios ea-
rum triginta, uaccas quadraginta, & iuuẽ-
cos decem, aſinas uiginti, & pullos decem.
¶ Et dedit ĩ manu ſeruorum ſuorum ſinglos gre-
ges ſeorſum, dixitq; ad ſeruos ſuos Tranſite
ante me, & interſtitiũ ponetis inter gregẽ, &
gregẽ. ¶ Et præcepit primo dicẽdo. Si oc-
currerit tibi Heſaú frater meus, & interro-
gauerit te dicẽdo, cuius es, & quo pergis, &
cui⁹ ſunt iſta ante te. ¶ Dices, ſerui tui Iaha-
cób munus eſt, miſſum ad dñm meũ Heſaú.
Et ecce etiã ipſe eſt poſt nos. ¶ Et præcepit
etiã ſecũdo, etiã tertio, etiã cũctis pergenti-
bus poſt greges dicẽdo. Secũdũ uerbũ hoc
loq̃mini ad Heſaú qñ inuenietis eũ. ¶ Et di-
cetis etiã. Ecce ſeruus tuus Iahacób eſt poſt
nos. Dixit enim, Placabo faciẽ ei⁹ munere,
qđ uadit ante me, & poſtea uidebo faciẽ ei⁹.
Si forte ſuſcipiat faciẽ meam. ¶ Et trãſiuit
mun⁹ ante eũ. Et ipſe pernoctauit nocte ipſa
cũ turma. ¶ Et ſurrexit nocte ipſa, & accæ-
pit duas uxores ſuas, & duas ãcillas ſuas, &
undecim liberos ſuos, & tranſiuit uadũ Iab-
bóch. ¶ Et accæpit eos, & tranſire fecit eos
torrentem, & tranſire fecit omnia, quæ erãt
22 ſibi, ¶ Et remanſit Iahacób tm̃. Et luctatus
23 eſt uir cum eo donec aſcendit aurora. ¶ Et
uidit, quod non præualeret ei, & tetigit neruũ
fœmoris ei⁹, & mouit ſe neru⁹ fœmoris Iaha-
24 cób, luctante illo ſecum. ¶ Et dixit, Dimitte
me, quia aſcẽdit aurora. Et dixit. Non dimit-
25 tam te, niſi benedixeris mihi. ¶ Et dixit ad
eum. Quod eſt nomẽ tuũ? Et dixit. Iahacób.
26 ¶ Et dixit. Non Iahacób dicetur ultra no-
men tuum. ſed Iſraél, quia princeps fuiſti
27 cũ deo, & cũ hominibus præualebis. ¶ Et
interrogauit Iahacób, & dixit. Indica nunc
nomẽ tuum Et dixit. Vt quid interrogas de
28 nomine meo? Et benedixit ei ibi. ¶ Et uoca-
uit Iahacób nomẽ loci Peniél: quia uidi deũ
29 facie ad faciem. & euaſit anima mea. ¶ Et
ort⁹ eſt ei ſol, quãdo trãſiuit Penuél, & clau-
30 dicabat ſup fœmur ſuum. ¶ Idcirco nõ co-
medunt filij Iſraél neruum cõtractionis, qui
eſt in neruo fœmoris uſq; ad diem hãc, quia
tetigit neruũ fœmoris Iahacób, neruum cõ-
tractionis. Caplm. 33.

1 ET leuauit Iahacób oculos ſuos, &
uidit, & ecce Heſaú ueniebat. &
cũ eo erãt quadringẽti uiri. Et di-
uiſit liberos cũ Leah, & cum Ra-
2 chél & cũ ambab⁹ ãcillis. ¶ Et poſuit ancil-
las, & liberos earũ pri⁹, & Leáh, & liberos
ei⁹ poſteriores, & Rachél & Ioſéph poſterio-
3 res. ¶ Et ipſe trãſiuit ãte eos, & incuruauit
ſe ſup terrã ſeptẽ uicibus, donec appropin-
4 quaret ad fratrẽ ſuum. ¶ Et cucurrit Heſaú
in occurſum ei⁹, & cõplex⁹ eſt eũ, & iactauit
ſe ſup collũ ei⁹, & oſculat⁹ eſt eum, & fleue-
5 runt. ¶ Et leuauit oculos ſuos, & uidit uxo-
res & liberos, & dixit. Qui ſunt iſti? Sunt ne
tui? Et dixit. Liberi ſunt, quos donauit deus
6 ſeruo tuo. ¶ Et appropinquauerũt ancillæ
ipſæ, & liberi earum, & incuruauerunt ſe.
7 ¶ Et appropinquauerunt, & Leáh, & liberi
eius, & incuruauerũt ſe. Et ſubinde appro-
pinquauit Ioſéph, & Rachél, & incuruaue-
8 runt ſe. ¶ Et dixit, Eſt ne tua omnis turma
illa quam obuiam habui? Et dixit. Vt inue-
9 nirem gratiam in oculis domini mei, ¶ Et
dixit Heſaú. Eſt mihi multum frater mi. Sit
10 tuum quod tuũ eſt. ¶ Et dixit Iahacób. Ne
quæſo, ſi nũc inueni gratiam in oculis tuis,
capias mun⁹ meũ è manu mea: q̃a idcirco ui-
di faciẽ tuã ac ſi uiderẽ faciẽ angeli: & cõpla-
11 ceas mihi. ¶ Cape quæſo bñdictionẽ meã
q̃ allata eſt tibi: quia donauit mihi deus, &
quia ſũt mihi oĩa. Et uim fecit ei, & accæpit.
12 ¶ Et dixit. Proficiſcamur, & ãbulem⁹ & ãbu-

13 labo ante te. ¶ Et dixit ad eũ. Dñs me⁹ ſcit
ꝙ pueri teneri ſunt, & pecudes, & boues fœ
tæ ſunt mihi. Et ſi pulſauero eas die una, mo
14 rient⁹ oẽs pecudes. ¶ Tranſeat quæſo dñs
meus ante ſeruum ſuum, & ego ducam me
pedetẽtim ad pedem gregis, qui eſt ante me
& ad pedem puerorum, donec ueniã ad do
15 minum meũ in Sehír. ¶ Et dixit Heſaú, Sta
re faciam nũc tecum de populo, qui eſt me-
cum. Et dixit. Vt quid hoc? Inueniam gratiã
16 in oculis dñi mei. ¶ Et reuerſus eſt in die
17 ipſa Heſaú per uiam ſuã in Sehír. ¶ Et Iaha
cób profectus eſt in Succhóth, & ædificauit
ſibi domũ, & gregi ſuo fecit tabernacula.
18 Idcirco uocauit nomẽ loci Succhóth. ¶ Et
uenit Iahacób incolumis in ciuitatẽ Sechém
quæ erat in terra Chenáhan, quando uenit
ipſe de Padán Arám, & manſit ante urbem,
19 ¶ Et emit partem agri, in quo tetendit ta-
bernaculum ſuum, de manu filiorũ Chamór
20 patris Sechém, centum agnis. ¶ Et ſtatuit
ibi altare, & uocauit illud: Deus Deus
Iſrael.

Capl'm. 34.

1 ET egreſſa eſt Dináh filia Leáh, quã
peperit ipſi Iahacób, ut uideret fi-
2 lias terræ. ¶ Et uidit eam Sechém
filius Chamór Chiuuæi principis
terræ, & tulit eam, & concubuit cum ea, &
3 afflixit eam. ¶ Et hæſit anima eius Dináh fi
liæ Iahacób, & dilexit puellam. Et locutus eſt
4 ad cor puellæ. ¶ Et dixit Sechém ad Cha-
mór patrem ſuum, dicendo. Cape mihi natã
5 hanc in uxorem. ¶ Et Iahacób audiuit, ꝙ
uiolauit Dináh filiam ſuam. Et filij eius erãt
cum grege ſuo in agro. Et ſiluit Iahacób, do
6 nec uenirent ipſi. ¶ Et egreſſus eſt Chamór
pater Sechém, ad Iahacób, ut loqueretur ſe
7 cũ. ¶ Et filij Iahacób uenerũt de agro, qñ
audierunt ipſi, dolore affecti ſunt uiri, & ira
ti ſunt ualde: quia prauitatem fecit in Iſraél,
8 ut coiret cũ filia Iahacób, & ſic nõ fit. ¶ Et
locutus eſt Chamór, cum eis dicẽdo. Sechẽ
filij mei hæſit aia cũ filia ueſtra. Date quæſo
9 eam ei in uxorem, ¶ Et connubia iungite
nobiſcum, filias ueſtras date nobis, & filias
10 nr̃as accipietis uobis. ¶ Et nobiſcũ habita-
bitis, & terra erit corã uobis, Habitate, & ne
gociamini in ea, & poſſeſſiones facite in ea.
11 ¶ Et dixit Sechém ad patrem eius, & ad fra
tres eius. Inueniam gratiam in oculis ueſtris
& quod dixeritis mihi dabo. Augete mihi
ualde dotem, & donũ, & dabo quẽadmodũ
dixeritis mihi, & date mihi puellã in uxorẽ.
12 ¶ Et reſpõderũt filij Iahacób ad Sechém, &
Chamór, patrem eius in dolo, & locuti ſunt,
13 quia uiolauerat Dináh ſororem ſuam. ¶ Et
dixerũt ad eos. Non poſſumus facere hoc,
ut demus ſororem noſtram, uiro cui eſt præ
14 putiũ, quia abominatio eſt nobis, ¶ Verũ-
tamen in hoc complacebimus uobis, ſi fueri
tis ſicut nos, ut circũcidatur in uobis omnis
15 maſculus. ¶ Et dabimus filias noſtras uo-
bis, & filias ueſtras capiemus nobis & ha-
bitabimus uobiſcum, & erimus in populum
16 unum. ¶ Et ſi non obedieritis nobis, ut cir-
cũcidamini, capiemus filiã noſtram, & rece
17 demus. ¶ Et placuerũt uerba eorum in ocu
lis Chamór, & in oculis Sechém filij Cha-
18 mór. ¶ Et non tardauit puér ut faceret rem
quia complacuerat ei filia Iahacób. Et ipſe
erat honorabilior omni domo patris ſui.
19 ¶ Et uenit Chamor. & Sechém filius eius
ad portam ciuitatis ſuæ, & locuti ſunt ad ui
20 ros ciuitatis ſuæ dicendo. ¶ Viri iſti pacifi
ci ſunt nobiſcum. & habitabunt in terra, &
negociabuntur in ea. Et terra ecce lata eſt lo
cis ante eos. Filias eorum accipiemus nobis
21 in uxores, & filias noſtras dabim⁹ eis, ¶ Ve
rũtamen in hoc complacebunt nobis uiri, ut
habitent nobiſcum, ut ſint populus unus, qñ
circũciſus erit in nobis omnis maſculus, quẽ
22 admodum ipſi ſunt circumciſi. ¶ Greges eo
rum, & ſubſtantia eorum, & omnia iumen-
ta eorũ, nõne noſtra erunt? Veruntamen cõ-
23 placeamus eis, & habitabũt nobiſcũ. ¶ Et
obedierunt Chamór. & Sechém filio eius,
omnes egredientes per portam ciuitatis ei⁹,
Et circũciderunt ſe omnis maſculus, omnes
24 egrediẽtes per portam ciuitatis eius. ¶ Et
fuit, in die tertia, quãdo erãt ipſi dolore affe
cti, acceperunt duo filij Iahacób Simhon, &
Leui fratres Dináh ſingulus gladium ſuum,
& uenerunt ad ciuitatem confidenter, & oc
25 ciderunt omnem maſculum. ¶ Et Chamór
& Sechém filiũ eius occiderunt acie gladij,
& tulerũt Dináh è domo Sechém. & egreſſi
26 ſunt. ¶ Filij Iahacób uenerũt ad occiſos, &
prædati ſunt urbem, quia uiolauerant ſoro
27 rem ſuam. ¶ Pecudes eorum, & boues eo-
rum, & aſinos eorum, & quæ erant in urbe,
28 & quæ in agro, acceperunt. ¶ Et omnem
ſubſtantiam eorum, & omnes paruulos eo-
rum & uxores eorum captiuas duxerunt, &
prædati ſunt, & omnia quæ erant in domo.
29 ¶ Et dixit Iahacób ad Simhón, & ad Leui.
Turbaſtis me, ut fœtere faceretis me habita-
torib⁹ terræ Chenáhanæo, & Perizæo, & me
cũ ſũt uiri pauci, & cõgregabũt ſe aduerſum
me, & percutiẽt me, & diſꝑdar ego, & domus

o mea. ¶ Et dixerunt. Nunquid, ut meretricē
faciet ſororem noſtram?

Cap͞lm.35.

ET dixit deus ad Iahacób. Surge
aſcende in Bethél, & mane ibi.
Et fac ibi altare deo, qui uiſus
eſt tibi, dū fugeres à facie He-
2 ſaú fratris tui. ¶ Et dixit Iaha
cób ad domum ſuam, et ad om
nes qui erant ſecum. Remouete deos alienos,
qui ſunt in medio ueſtri, & mundate uos, &
3 mutate ueſtimenta ueſtra. ¶ Et ſurgamus,
et aſcendamus in Bethél, & faciam ibi altare
deo, qui exaudiuit me in díe anguſtiæ meæ, &
4 fuit mecum in uia, per quam ambulaui. ¶ Et
dederunt ipſi Iahacób om̄es deos alienos, qui
erant in manu ſua, & inaures, quæ erant in au
rib' ſuis, & abſcōdit eos Iahacób ſubter quer-
5 cum, quæ erat apud Sechém. ¶ Et profecti
ſunt. Et fuit terror dei ſuper urbes, quæ erant
in circuitibus eorum, & nō pſecuti ſunt filios
6 Iahacób. ¶ Et uenit Iahacób in Luz, quæ eſt
in terra Chenahán, hæc eſt Bethél, ipſe, & om
7 nis populus qui erat ſecum. ¶ Et ædificauit
ibi altare, & uocauit locum Elbethél. Quia ui
ſus fuit ſibi deus, dum fugeret à facie fratris
8 ſui. ¶ Et mortua ē Deboráh nutrix Ribcháh
& ſepulta eſt ſubter Bethél ſub quercu: & uo-
cauit nomē eius Allón Bachúth (.i. quercus fle
9 tus.) ¶ Et uiſus ē de' ipſi Iahacób adhuc, dū
ueniret ipſe de Padám Arám, & benedixit ei.
10 ¶ Et dixit ei deus. Nomen tuum eſt Iahacób.
Non uocabitur nomē tuum ultra Iahacóh, ſed
Iſraél erit nomen tuum. Et uocauit nomē eius
11 Iſraél. ¶ Et dixit ei deus. Ego ſum deus om-
nipotens. Creſce, & multiplica te. Gens, &
cœtus gentium erit ex te, & reges è lūbis tuis
12 egredientur. ¶ Et terram quā dedi Abrahám
& Iſchác tibi dabo, & ſemini tuo poſt te dabo
13 terram. ¶ Et receſſit ab eo deus è loco in quo
14 locutus eſt ſecum. ¶ Et ſtatuit Iahacób titu-
lum in loco in quo locutus eſt ſecū, titulum la-
pideū et libauit ſuper illum libamen, & effudit
15 ſuper illum oleum. ¶ Et uocauit Iahacób no-
men loci, in quo locutus eſt ſecum deus, Be-
16 thél. ¶ Et pfecti ſunt de Bethél, & erat adhuc
ferme miliare terræ aduenien̄dum in Ephráth.
Et peperit Rachél, & difficultatem paſſa eſt,
17 dum pareret. ¶ Et fuit, ea difficultatem patiē
te, dum pareret, dixit ei obſtetrix. Ne timeas,
18 quia etiam iſte eſt tibi filius. ¶ Et fuit, egre-
diente anima eius, dum moreretur, uocauit no
men eius Benoní. Et pater eius uocauit eum

19 Biniamín. ¶ Et mortua eſt Rachél. Et ſepul-
ta eſt in uia Ephráth, hæc eſt Bethléchem.
20 ¶ Et ſtatuit Iahacób titulum ſup ſepulchrum
eius. Hic eſt titulus ſepulchri Rachél uſq; ad
21 diem hanc. ¶ Et profectus eſt Iſraél, & teten
dit tabernaculum ſuum trans turrim gregis.
22 ¶ Et fuit, cū habitaret Iſraél in terra ipſa, p-
rexit Reubén, & concubuit cum Bilháh con-
cubina patris ſui. Et audiuit Iſraél. Et fuerunt
23 filij Iahacób duodecim. ¶ Filij Leáh. Primo-
genit' Iahacób Reubén, & Simhón, & Leuí,
24 & Iehudáh, & Iſaſchár, & Zebulū. ¶ Filij
25 Rachél, Ioſéph, & Biniamín. ¶ Et filij Bi-
26 lháh ancillæ Rachél, Dan, & Naphthalí. ¶ Et
Filij Zilpáh ancillæ Leáh, Ghad, & Aſér. Iſti
ſunt filij Iahacób, qui nati ſunt ei in Padán
27 Arám. ¶ Et uenit Iahacób ad Iſchác patrem
ſuum in Mamré ciuitate Arbáh hoc eſt Che-
brón, in qua habitauit Abrahám, & Iſchác.
28 ¶ Et fuerunt dies Iſchác centum anni, &
29 octoginta anni. ¶ Et obijt Iſchác, & mor-
tuus eſt, & collect' eſt ad populos ſuos, ſenex,
& ſatur dierum. Et ſepelierunt eū Heſaú, &
Iahacób filij eius.

Cap͞lm.36.

1 ET iſtæ ſūt generationes Heſaú,
2 Hic eſt Edom. ¶ Heſaú acce-
pit uxores ſuas è filiabus Che-
náham Hadáh filiam Elón Chi-
ttæi, & Aholibamáh filiam Ha-
3 náh filiæ Sibhō Chiuuæi. ¶ Et
Boſmáth filiam Iſmahél ſororem Nebaioth.
4 ¶ Et peperit Hadáh ipſi Heſaú Elipház, &
5 Boſmáth peperit Rehuél. ¶ Et Aholibamáh
peperit Iehús, & Iahalám, et Córach. Iſti filij
Heſaú, qui nati ſunt ei in terra Chenáhan.
6 ¶ Et accæpit Heſaú uxores ſuas, & filios ſuos
& filias ſuas, et oēs aīas domus ſuæ, et greges
ſuos, et omnia iumenta ſua, et omnem ſubſtā
tiam ſuam, quam acquiſierat in terra Chená-
han, et iuit ad aliā terram à facie Iahacób fra-
7 tris ſui. ¶ Erat em̄ ſubſtantia eorum multa, ut
non quirent habitare pariter. Et non pote-
rat terra peregrinationum eorum, ferre eos,
8 propter greges eorum. ¶ Et habitauit He-
ſaú in monte Sehír. Heſaú eſt Edóm.
9 ¶ Et iſtæ ſunt gn̄ationes Heſaú patris Edóm
10 in monte Sehír. ¶ Iſta ſunt nomina filiorum
Heſaú. Elipház fili' Hadáh uxoris Heſaú, Re-
11 huél filius Boſmáth uxoris Heſaú. ¶ Et fue-
runt filij Elipház Temán, Omár, Sephó, et
12 Ghahathám, et Chenáz. ¶ Et Timnáh fuit
concubina Elipház filio Heſaú, et peperit ipſi

Elipház Hamaléch. Iſti filij Hadáh uxoris He-
13 ſaú. ¶ Et iſti ſunt filij Rehuél, Nacháth, et Zé-
rach, Sammáh, et Mizzáh. Iſti ſũt filij Boſmáth
14 uxoris Heſaú. ¶ Iſti fuerunt filij Aholiba-
máh filiæ Hanáh filiæ Sibhón uxoris Heſaú.
Et peperit ipſi Heſaú Iehús, et Iahalám, et Có-
15 rach. ¶ Iſti duces filiorũ Heſaú. Filij Elipház
primogeniti Heſaù, dux Temán, Dux Omár,
16 Dux Sephó, Dux Chenáz ¶ Dux Córach,
Dux Ghahathám, Dux Hamaléch. Iſti ſunt
duces Elipház in terra Edóm. Iſti ſunt filij Ha-
17 dáh. ¶ Et iſti ſunt filij Rehuél filij Heſaú.
Dux Nácháth, Dux Zérach, Dux Sammáh,
Dux Mizzáh. Iſti ſunt duces Rehuél in terra
Edóm. Iſti ſunt filij Boſmáth uxoris Heſaú.
18 ¶ Et iſti ſunt filij Aholibamáh uxoris Heſaú
Dux Iehús, Dux Iahalám, Dux Córach. Iſti
ſunt duces Aholibamáh filiæ Hanáh uxoris
19 Heſaú. ¶ Iſti ſunt filij Heſaú, et iſti duces eo-
20 rũ. Ipſe eſt Edóm. ¶ Iſti ſunt filij Schír cho-
rei habitatores terræ. Lothán, & Sobál, & Si-
21 bón, & Hanáh. ¶ Et Diſón, & Eſér, & Di-
ſán. Iſti duces choreorum filiorũ Schír in ter-
22 ra Edóm. ¶ Et fuerunt filij Lothán, Chori, et
23 Hemám, & ſoror Lothán Timnáh. ¶ Et iſti
ſunt filij Sobál, Halnán, & Manáchath, & He
24 bál, Sephó, & Onán. ¶ Et iſti ſũt filij Sibhón
Aiáh, & Homáh. Hic eſt Hanáh, qui inuenit
mulos in deſerto, cum paſceret aſinos Sibhón
25 patris ſui. ¶ Et iſti ſunt filij Hanáh, Diſón, et
26 Aholibamáh filia Hanáh. ¶ Et iſti filij Diſón,
Chemdán, & Eſbán, & Ithrán, & Cherán.
27 ¶ Iſti ſunt filij Eſer Bilhán, & Zahanán, &
28 Hacán. ¶ Iſti ſunt filij Diſon, Hus, & Arán.
29 ¶ Iſti ſunt duces choreorum, Dux Lothán,
30 Dux Sobál, dux Sibhõ, dux Hanáh. ¶ Dux
Diſón, Dux Eſer, Dux Diſán. Iſti ſunt duces
choreorum in ducibus eorum in terra Schír.
31 ¶ Et iſti ſunt reges qui regnauerunt in ter-
ra Edóm, anteq̃ regnaret rex ſup filios iſrael.
32 ¶ Et regnauit in Edóm, Bélah filius Behór,
33 & nomen ciuitatis eius Dinhábah. ¶ Et mor
tuus eſt Bélah, & regnauit pro eo Iobáb filius
34 Zérach de Boſráh. ¶ Et mortuus eſt Iobáb,
& regnauit pro eo Chuſám è terra auſtrali.
35 ¶ Et mortuus eſt Chuſám, & regnauit ꝓ eo
Hadád filius Bedád qui percuſſit Midian in
agro Moáb. Et nomen ciuitatis eius Hauíth.
36 ¶ Et mortuus eſt Hadád, & regnauit pro eo
37 Samláh de Mareſcháh. ¶ Et mortuꝰ eſt Sam-
láh, & regnauit ꝓ eo Saúl de Rechoboth flu-
38 minis. ¶ Et mortuꝰ eſt Saúl, & regnauit ꝓ eo
39 Bahalchanán filius Hachbór. ¶ Et mortuꝰ eſt
Bahalchanán filius Hachbór, & regnauit pro
eo Hadár, & nomen ciuitatis eius Pahu, & no
men uxoris eius Mehethabél filia Mathréd fi-
40 liæ Mezaháb. ¶ Et iſta ſunt nomina ducum,
Heſaú, per familias ſuas, per loca ſua, ſecundũ
nomĩa ſua. Dux Thimnáh, Dux Halnáh, Dux
41 Iethéth. ¶ Dux Aholibamáh, Dux Aláh,
42 Dux Pínon. ¶ Dux Chenáz, Dux Temán,
43 Dux Mibſár, ¶ Dux Magdiél, Dux Hirám.
Iſti ſunt duces Edóm, ꝑ habitatiões ſuas, in ter
ra hæreditatis eorꝫ. Ipſe eſt Heſaú pr̃ Edóm.

Capſm. 37.

1 ET habitauit Iahacób in terra habita-
tionũ patris ſui in terra Chenáham.
2 ¶ Iſte ſunt generationes Iahacób.
Ioſéph filius ſeptem, & decem anno
rum paſcebat cum fratribus ſuis pecudes, &
erat puer cum filijs Bilháh, & cũ filijs Zilpáh
uxorꝫ patris ſui. Et retulit Ioſeph famam eorũ
3 malam patri eorum. ¶ Et Iſraél diligebat Io-
ſéph præ cunctis filijs ſuis, quia filius ſenectu-
tis erat ſibi. Et fecit ei tunicam polymitam.
4 ¶ Et uiderunt fratres eius, ꝙ eum diligebat
pater eorum præ cũctis fratribus eius, & odio
habebant eum, & non poterant alloqui eũ pa-
3 cifice. ¶ Et ſomniauit Ioſéph ſomnium, et nũ
ciauit fratribus ſuis, et addiderunt amplius, ut
4 odio haberent eum. ¶ Et dixit ad eos. Audite
7 quæſo ſomnium hoc, quod ſomniaui. ¶ Et
ecce ligabamus manipulos in medio agri. Et
ecce ſurrexit manipulus meꝰ, et etiã ſtabat. Et
ecce circũdabant manipuli ur̃i, et incuruabant
8 ſe manipulo meo. ¶ Et dixerũt ei fratres eiꝰ.
Nunqd regnando regnabis ſup nos, aut domi
nãdo dominaberis nobis? Et addiderũt adhuc
ut odio haberẽt eũ ꝓpter ſomniũ eiꝰ, et ꝓpter
9 uerba eiꝰ. ¶ Et ſomniauit adhuc ſomniũ alte-
rũ, et narrauit illud frĩbus ſuis, et dixit. Ecce
ſõniaui ſõniũ adhuc. Et ecce ſol, et luna, et un-
10 decim ſtellæ ĩcuruabãt ſe mihi. ¶ Et narrauit
pr̃i ſuo, et frĩbꝰ ſuis. Et increpauit eũ pr̃ eiꝰ, et
dixit ei. Quid eſt hoc ſomniũ, quod ſomniaſti?
Nũquid ueniendo ueniemus ego, et mr̃ tua, et
fratres tui, ut incuruemus nos tibi ſup terram?
11 ¶ Et inuiderunt ei fratres eius, et pater eius
12 obſeruabat rẽ. ¶ Et perrexerunt fratres eius
13 ut paſcerẽt pecudes pr̃is ſui in Sechém. ¶ Et
dixit Iſraél ad Ioſéph. Nõne fratres tui paſcũt
in Sechém? Veni, et mittã te ad eos. Et dixit ei.
Ecce adſum. Et dixit ei. Vade nũc, uide pacem
fratrũ tuorꝫ, et pacẽ pecorꝫ, et refer mihi rẽ. Et
miſit eũ ex ualle Chebrón. & uenit ĩ Sechém.
14 ¶ Et inuenit eũ uir, et ecce errabat ĩ agro. Et ĩ
15 terrogauit eũ uir dicẽdo. Quid q̃ris? ¶ Et di-
xit. Frĩs meos q̃ro. Nũcia obſecro mihi ubi ipſi
16 paſcãt. ¶ Et dixit uir. Profecti ſunt hinc. Au
diui enim dicentes, eamus in Dothán. Et per-

rexit Ioſéph poſt fratres ſuos & inuenit eos in
Dothán. ¶ Et uiderunt eum a longinquo,
& antequã appropinquaret ad eos machinati
ſunt contra eum, ut interimerent eum. ¶ Et
dicebat alter alteri. Ecce ſomniator ille ue-
nit. ¶ Et nunc uenite & occidamus illum,
& proijciamus eum in unã è ciſternis, & dice
mus. Beſtia mala deuorauit eum, & uidebi-
mus, quid fuerint ſomnia eius. ¶ Et audi-
uit Reubén, et eripuit eum è manu eorum, et
dixit. Non percutiamus animam. ¶ Et di-
xit ad eos Reubén. Ne effundatis ſanguinẽ.
Proijcite eum in ciſternam hanc, quæ eſt in
deſerto. & manum ne mittatis in eũ, ut erue-
ret eum è manu eorum, ut reuerti faceret eũ
ad patrem ſuum. ¶ Et fuit, ut uenit Ioſéph
ad frẽs ſuos, expoliauerũt Ioſéph tunica ſua
tunica polymita, quæ erat ſup eũ. ¶ Et tule
rũt eũ, & proiecerunt eũ in ciſternam, & ci-
ſterna erat uacua, non erat in ea aqua. ¶ Et
ſederunt ut comederent panem, & leuaue-
runt oculos ſuos & uiderunt, & ecce tur-
ba Iſmahelitarum ueniebat de Ghilhád, &
cameli eorũ portabant aromata, & reſinam
& ſtacten, ambulantes, ut deferrent in Aegy
ptum. ¶ Et dixit Iehudáh fratribus ſuis.
Quæ utilitas, ſi occiderimus fratrem noſtrũ
& celauerimus ſanguinem eius? ¶ Venite,
& uendamus eũ Iſmaelitis. & manus noſtra
ne ſit in eum. Quía frater noſter, caro noſtra
eſt. Et paruerunt ei fratres eius. ¶ Et trãſie
runt uiri Midianitæ mercatores, & extra-
xerunt, & aſcendere fecerunt Ioſéph è ciſter
na, Et uendiderunt Ioſéph Iſmaelitis uigin-
ti argenteis, & adduxerunt Ioſéph in Aegy
ptum. ¶ Et reuerſus eſt Reubén ad ciſter-
nam, & ecce non erat Ioſéph in ciſterna, &
ſcidit ueſtimenta ſua, & reuerſus eſt ad fra-
tres ſuos, & dixit. Puer non eſt, & ego quo
Ego quo ibo? ¶ Et tulerũt tunicam Ioſéph,
& iugulauerunt hircum caprarum, & tinxe
runt tunicam in ſanguine. ¶ Et miſerunt tu
nicam polymitam. & deferre fecerũt ad pa-
trem ſuũ, & dixerũt. Hãc inuenimus. Agno
ſce nunc utrum tunica filij tui ſit, an non?
¶ Et agnouit eam, & dixit. Tunica filij mei
eſt. Beſtia mala deuorauit eum. Rapiendo ra
ptus eſt Ioſéph. ¶ Et ſcidit Iahacób ueſti-
menta ſua, & poſuit ſaccum in lumbis ſuis,
& luxit ſuper filio ſuo diebus multis. ¶ Et
ſurrexerunt omnes filij eius, & omnes filiæ
eius, ut conſolarentur eum, & renuit conſo-
lari. ¶ Et dixit. Quía deſcendam ad filium
meum lugens ad ſepulchrum. Et fleuit eum
pater eiu. Et Midianitæ uendiderunt eum in
Aegypto, Potiphár principi Parhóh. princi-
pi laniorum.

Caplm 38.

1 ET fuit, in tempore ipſo, de-
ſcendit Iehudah à fratribus
ſuis, & declinauit ad uirum
hadulamitem, & nomen eius
2 Chiráh. ¶ Et uidit ibi Iehu-
dáh filiam uiri Chenahanæi,
& nomen eius Súah, & accæpit eam, & in-
3 greſſus eſt ad eam. ¶ Et concæpit, & pepe
4 rit filium, & uocauit nomen eius Her. ¶ Et
concæpit adhuc, & peperit filium, & uoca-
5 uit nomen eius Onán. ¶ Et addidit adhuc,
& peperit filium, & uocauit nomen eius
Seláh. Et erat in Chezíb, quando peperit
6 ipſa eum. ¶ Et accæpit Ieudáh uxorem
ipſi Her primogenito ſuo, & nomen eius
7 Tamár. ¶ Et erat Her primogenitus Ie-
hudáh malus in oculis domini, & interemit
8 eum dominus. ¶ Et dixit Ieudáh ad Onán.
Ingredere ad uxorem fratris tui, & affini-
tatem contrahe cum ea, & ſuſcita ſemen fra
9 tri tuo. ¶ Et cognouit Onán quod non ei
futurum eſſet ſemen, & erat quando ingre-
diebatur ad uxorem fratris ſui, corrumpe-
bat ſe ſuper terram, ut non poneret ſemen
10 fratri ſuo. ¶ Et diſplicuit in oculis do-
mini, quod fecit, & mori fecit etiam eum.
11 ¶ Et dixit Ieudáh ad Tamár nurum ſuam.
Mane uidua in domo patris tui, donec cre-
ſcat Seláh filius meus. Dixit enim, ne forte
moriatur etiam ipſe, ſicut & fratres eius,
Et perrexit Tamár, & manſit in domo pa-
12 tris ſui. ¶ Et multiplicati ſunt dies, & mor
tua eſt Bathſúah uxor Iehudáh. Et conſo-
latus eſt ſe Iehudáh, & aſcendit ad tonſores
ouium ſuarum, ipſe & Chiráh amicus eius,
13 Hadulamita in Timnáth. ¶ Et nunciatum
fuit ipſi Tamár, dicendo. Ecce ſocer tuus
aſcendit in Timnáth ad tondendum oues
14 ſuas. ¶ Et remouit ueſtes uiduitatis ſuæ à
ſe, & operuit ſe uelamine, & cælauit ſe, &
manſit in oſtio Henaim quod erat iuxta uiam
Timnáth. Viderat enim quod creuerat Seláh, &
15 ipſa nõ fuerat data ei in uxorẽ. ¶ Et uidit
eã Ieudáh, & putauit eam eſſe meretricẽ
16 Operuerat enim faciẽ ſuã. ¶ Et declinauit
ad eã è uia. Et dixit. Affer quæſo, ingrediar
ad te. Non enim nouerat, quod nurus ſua eſſet.
Et dixit. Quid dabis mihi, ſi ingrediaris ad
17 me? ¶ Et dixit. Ego mittã hædũ caprarũ de
pecudibus. Et dixit. Num dabis pignus, donec
18 miſeris? ¶ Et dixit. Quod pignus, ut dem
tibi? Et dixit. Sigillũ tuum. & thaniã tuam

& uirgam tuam, quæ eſt in manu tua. Et de
dit ei, et igreſſus eſt ad eã, & cõcæpit ex eo.
19 ❡ Et ſurrexit et abijt, et remouit uelamen
ſuum à ſe, & induit ſe ueſtibus uiduitatis
20 ſuæ. ❡ Et miſit Iehudáh hædum caprarũ
per manum amici ſui Hadulamitæ, ut cape-
ret piguus è manu mulieris, & non inue-
21 nit eam. ❡ Et interrogauit uiros loci dicẽ-
do. Vbi eſt meretrix illa in Heuáim iuxta
22 uiã? Et dixerũt. Non fuit hic meretrix. ❡ Et
reuerſus eſt ad Iehudah, & dixit. Non inue-
ni eam. Et etiam uiri loci dixerunt. Non fuit
23 hic meretrix. ❡ Et dixit Iehudáh. Capiat ſi
bi, ne forte ſimus in contentum. Ecce miſi
24 hædum hunc, & tu nõ inueniſti eam. ❡ Et
fuerunt circiter tres menſes, & nunciatum
fuit ipſi Iehudáh dicendo. Fornicata eſt Ta-
már nurus tua, & etiam ecce eſt granida de
fornicationibus. Et dixit Iehudáh. Educite
25 eam, & comburatur. ❡ Ipſa educebatur,
& ipſa miſit ad ſocerum ſuum, dicendo, de
uiro cuius hæc ſunt, ſum granida. Et dixit.
Agnoſce quæſo cui⁹ ſint ſigillũ, & thænix,
26 & uirga iſtæ. ❡ Et agnouit Iehudáh, &
dixit. Iuſtior me eſt. Quia idcirco non dedi
eam Seláh filio meo. Et non addidit adhuc,
27 ut cognoſceret eam. ❡ Et fuit, in tempore
quo peperit ipſa, ecce gemini erant in ute-
28 ro eius. ❡ Et fuit, ea pariente, dedit manũ,
& accæpit obſtetrix, & ligauit ad manum
eius coccinum, dicẽdo. Iſte egredietᷣ prius.
29 ❡ Et fuit, cum retraheret manum ſuam,
ecce egreſſus eſt frater eius, & dixit. Cur
diuiſiſti? Super te ſit diuiſio. Et uocauit uo-
30 men ei⁹ Péres. ❡ Et poſtea egreſſus eſt fra-
ter eius ad cuius manũ erat coccinum, & uo
cauit nomeꝗ eius Zérach.

Caplm. 39.

1 ET Ioſéph factus eſt deſcende-
re in Aegyptum, Et emit eum Po-
thiphár princeps Parhóh prin-
ceps laniorũ, uir Aegyptius è ma-
nu Iſmahelitarum: qui deſcendere fecerant
2 eum illuc. ❡ Et fuit dominus cum Ioſéph:
& fuit uir proſperans, & fuit in domo do-
3 mini ſui Aegyptij. ❡ Et uidit domin⁹ eius,
ꝙ dominus eſſet cum eo, & omnia quæ ipſe
faciebat, dominus proſperari faciebat in
4 manu eius. ❡ Et inuenit Ioſéph gratiam in
oculis eius, & miniſtrabat ei. Et præpoſuit
eum domui ſuæ, & omnia quę erant ei, de-
5 dit in manu eius. ❡ Et fuit extunc, quo
præpoſuit eum domui ſuæ, et omnibus quę
erant ei, benedixit domin⁹ domui Aegyptij
propter Ioſéph. Et fuit benedictio domini
in oĩbus, quæ erant ei, in domo, & in agro.
6 ❡ Et reliquit omnia, quæ erant ſibi, in ma-
nu Ioſéph, & non cognouit ſecum quicꝗ̃,
niſi panem, quem ipſe comedebat. Et erat
Ioſeph pulcher forma, & pulcher aſpectu.
7 ❡ Et fuit, poſt hæc leuauit uxor domini ei⁹,
oculos ſuos ſuper Ioſeph, & dixit. Concũbe
8 mecum. ❡ Et renuit. & dixit ad uxorem do
mini ſui, Ecce dominus meus non cognouit
mecũ, quid eſſet in domo, & omnia quæ erãt
9 ei, dedit in manu mea. ❡ Non eſt maior in
domo hac me. Et non prohibuit à me quicꝗ̃,
niſi te, eo ꝙ tu ſis uxor eius. Et quomodo fa
ciam malum grande hoc, ut peccem contra
10 deum? ❡ Et fuit, Cum loqueretur ipſa ad
Ioſeph dietim, & non pareret ei, ut concũbe
11 ret ſecum, ut eſſet cum ea. ❡ Et fuit, ſecun-
dum diem hanc, ingreſſus eſt domum, ut fa-
ceret opus ſuum. & non erat quiſꝗ̃ ex uiris
domus ibi in domo: & appræhendit eum per
ueſtimentum eius dicendo. Concũbe mecũ.
Et reliquit ueſtimentum ſuum in manu eius,
12 & fugit. Et egreſſus eſt foras. ❡ Et fuit,
Cũ uidiſſet ipſa ꝙ reliquiſſet ueſtimentum
13 ſuum in manu ſua, fugit foras. ❡ Vocauit
uiros domus ſuæ, & dixit ad eos, dicendo.
Videte, adduxit nobis uirum Hebræum, ut
illuderet uos. Ingreſſus eſt ad me, ut cõcũbe
14 ret mecum. & clamaui uoce magna. ❡ Et
fuit, cum audiſſet ipſe, ꝙ eleuaſſem uocem
meam, & clamaſſem, reliquit ueſtimentum
ſuum apud me, & fugit, & egreſſus eſt fo-
15 ras. ❡ Et retinuit ueſtimentum eius apud
ſe, donec ueniret dominus eius ad domum
16 ſuam. ❡ Et locuta eſt ad eum ſecũdum uer-
ba iſta dicendo. Ingreſſus eſt ad me ſeruus
17 Hebræus, ut illuderet me. ❡ Et fuit, Cũ ele
uaſſem uocem meam, & clamaſſem, reliquit
ueſtimentum ſuum apud me, et fugit foras.
18 ❡ Et fuit, cũ audiſſet dñs eius uerba uxo-
ris ſuæ quæ locuta eſt ad eum dicẽdo, ſecun
dum hæc fecit mihi ſeruus tuus, iratus eſt fu
19 ror eius. ❡ Et accæpit dominus Ioſéph eũ,
& poſuit eũ in domo carceris, in loco in quo
uincti regis uinciuntur, et fuit ibi in domo
20 carceris. ❡ Et fuit dominus cum Ioſéph. &
inclinauit ad eum miſericordiam, et dedit
gratiam eius in oculis principis domus car-
21 ceris. ❡ Et dedit princeps domus carceris.
in manu Ioſéph oẽs uinctos, q erãt in domo
carceris, & omnia quæ faciebant ibi, ipſe fa
22 ciebat. ❡ Neꝗ̃ princeps domus carceris
uidebat quicꝗ̃ ex ijs quæ erant in manu

Egis eo q dñs erat cum eo, et qđ ipſe faciebat
dominus ſecundabat.

Caplm.40.

ET fuit, poſt hæc peccauerunt pin-
cerna regis Aegypti, et piſtor do-
mino ſuo regi Aegypti. ¶ Et ira-
tus eſt Parhóh contra ambos prin
cipes ſuos, contra principem pincernarum, &
contra prin cipem piſtorum. ¶ Et poſuit illos
in cuſtodia domus principis laniorum in do-
mo carceris, in loco in quo Ioſéph uinct⁹ erat.
¶ Et præpoſuit princeps laniorum Ioſéph
eis, et miniſtrabat eis. Et fuerunt per annum in
cuſtodia, ¶ Et ſomniauerunt ſomnium ambo
ipſi, ſingulus ſomnium ſuum nocte eadem: Sin
gulus ſecundum interpretationem ſomnij ſui.
Pincerna, & piſtor, qui fuerant regi Aegypti,
qui erant uincti in domo carceris. ¶ Et uenit
ad eos Ioſéph mane, et ecce erant dolore affe-
cti. ¶ Et interrogauit principes Parhóh, qui
erant ſecum in cuſtodia domus domini ſui di-
cendo. Cur facies ueſtræ ſunt afflictæ hodie?
¶ Et dixerunt ad eũ. Somniũ ſomniauimus,
& qui interpretetur illud non eſt. Et dixit ad
eos Ioſéph. Nonne dei ſunt interpretationes?
Narrate quæſo mihi. ¶ Et narrauit princeps
pincernarum ſomnium ſuum Ioſéph, & dixit
ei. Me ſomniante, ecce uitis erat coram me.
¶ Et in uite erant tres rami, & erat tanq̃ flo
rens, aſcendit flos ei⁹. Maturauerũt botri eius
uuas. ¶ Et calix Pathóh erat in manu mea, et
accipiebã uuas, & exprimebã eas in calicem
Parhóh, et dabam calicem in manu Pathóh.
¶ Et dixit ei Ioſéph. Hæc eſt interpretatio
eius. Tres rami, tres dies ſunt. ¶ In fine trium
dierum eleuabit Parhóh caput tuum, & redi-
re faciet te ad locũ tuum, et dabis calicem Pa-
rhóh in manu eius ſecundum conſuetudinem
primam quando eras pincerna eius. ¶ Sed
memento mei tecum, cum bene fuerit tibi: &
fac quæſo mecum miſericordiam: & mentio-
nẽ mei fac Parhóni, & educere fac me è domo
hac. ¶ Quia furto auferendo furto ablatus
ſum è terra Hebræorum. et etiã hic nõ feci quic-
q̃, ut ponerent me in carcere. ¶ Et uidit prin
ceps piſtorum, q bene interpretatus eſſet, &
dixit ad Ioſéph. Etiam me ſomniãte, ecce tria
caniſtra alba ſuper caput meum. ¶ Et in caní
ſtro ſuperiori erat ex omnibus cibis Parhóh
opere piſtorio, & aues comedebant eos è caní
ſtro, qđ erat ſuper caput meum. ¶ Et reſpõ-
dit Ioſéph, & dixit. Hæc eſt interpretatio eius.
Tria caniſtra, tres dies ſunt. ¶ In fine trium
dierum auferet Parhóh caput tuum à te, & ſu
ſpendet te in ligno, & comedent aues carnem

20 tuam deſuper te. ¶ Et fuit, in die tertia, die
qua natus fuerat Parhóh, fecit conuiuium om
nib⁹ ſeruis ſuis, & eleuauit caput principis Pin
cernarum, et caput principis piſtorum in me-
21 dio ſeruorum ſuorum. ¶ Et redire fecit prin-
cipem pincernarum, ad propinationem ſuam,
22 & dedit calicem in manu Parhóh. ¶ Et prin-
cipem piſtorum ſuſpendit, quẽadmodum in-
23 terpretatus fuerat ei Ioſéph. ¶ Et non eſt re-
cordatus princeps pincernarum ipſius Ioſéph
et oblitus eſt eius.

Caplm.41.

1 ET fuit, in fine duorum anno-
rum dierum, Parhóh ſomnia-
2 uit, et ecce ſtabat iuxta flumẽ.
¶ Et ecce è flumine aſcende
bãt ſeptẽ uaccæ pulchræ aſpe
ctu, et pingues carne, & paſce
3 bant in carecto. ¶ Et ecce ſeptem uaccæ aliæ
aſcendebãt poſt eas è flumine, turpes aſpectu,
& tenues carne, & ſtabant iuxta uaccas, quæ
4 erant iuxta ripam fluminis. ¶ Et comederũt
uaccæ turpes aſpectu, & tenues carne, ſeptem
uaccas pulchras aſpectu, et pingues. Et exper-
5 gefactus eſt Parhóh. ¶ Et dormiuit, et ſom-
niauit ſecundo. Et ecce ſeptẽ ſpicæ aſcẽdebãt
6 in culmo uno pingues, & pulchræ. ¶ Et ecce
ſeptẽ ſpicæ tenues, & arefactæ euro oriebãt
7 poſt eas. ¶ Et deglutiuerũt ſpicæ tenues, ſe-
ptẽ ſpicas pingues, & plenas, Et expergefact⁹
8 eſt Parhób & ecce ſomniũ. ¶ Et fuit, mane cõ
ſternatus eſt ſpiritus eius, & miſit, & uocauit
omnes magos Aegypti, & oẽs ſapientes eius,
et narrauit Parhóh eis ſomnium ſuum, & non
erat qui interpretaretur ex eis ipſi Parhóh.
10 ¶ Et locutus eſt princeps pincernarum ad Pa-
rhóh dicẽdo. Peccatum meũ ego memoro hodie.
11 ¶ Parhóh irat⁹ ẽ cõtra ſeruos ſuos, & poſuit
me in cuſtodiam domus principis Laniorũ, me
12 et principem piſtorum. ¶ Et ſomniauimus
ſomnium nocte eadem, ego, & ipſe: Singulũ
ſecundum interpretationẽ ſomnij ſui ſomnia-
13 uimus. ¶ Et ibi erat nobiſcum puer Hebræus
ſeruus principis laniorum, & narrauim⁹ ei, &
interpretatus eſt nobis ſomnia noſtra, ſingu-
lis ſecũdum ſomnium ſuum interpretatus eſt.
14 ¶ Et fuit, quẽadmodum interpretatus eſt no
bis, ſic fuit. Me redire fecit ad locum meum, &
15 ipſum ſuſpendit. ¶ Et miſit Parhóh, & uoca-
uit Ioſéph, et currere fecerunt eum è carce-
re. Et totondit ſe, et mutauit ueſtes ſuas, et ue
16 nit ad Parhóh. ¶ Et dixit Parhóh ad Ioſéph.
Somnium ſomniaui, & qui interpretetur illud
non eſt. Et ego audiui de te dicere q audias

17 ſomniū ad interpretandum illud. ¶ Et reſpō-
dit Ioſéph ad Parhóh dicēdo. Præter me deus
18 reſpondebit pacem Parhónis. ¶ Et locutus
eſt Parhóh ad Ioſéph. Me ſomniante ecce ſta-
19 bam iuxta ripam fluminis. ¶ Et ecce è flumi-
ne aſcendebant ſeptem uaccæ pingues carne,
& pulchræ forma, & paſcebant in carecto.
20 ¶ Et ecce ſeptem uaccæ aliæ aſcendebant
poſt eas tenues, turpes forma ualde, & tenues
carne. Non uidi, ſimiles in tota terra Aegypti
21 in turpitudine. ¶ Et comederunt uaccæ te-
nues, & turpes, ſeptē uaccas priores pingues.
22 ¶ Et uenerunt ad interiora earum, & non eſt
cognitum, ꝙ ueniſſent ad interiora earum: &
aſpectus earum turpis quēadmodum in prin-
23 cipio, & expergefactus ſum. ¶ Et uidi dum
ſomniarem. Et ecce ſeptem ſpicæ aſcendebāt
24 in culmo uno plenæ, & pulchræ. ¶ Et ecce
ſeptem ſpicæ paruæ, & tenues percuſſæ euro
25 germinabant poſt eas. ¶ Et deglutiuerunt
ſpicæ tenues, ſeptē ſpicas pulchras. Et dixi ad
26 magos, & nō fuit qui indicaret mihi. ¶ Et di-
xit Ioſéph ad Parhóh, Somniū Parhóh idem
eſt. Quæ deus factur⁹ eſt indicauit Parhóni.
27 ¶ Septem uaccæ pulchræ, ſeptem anni ſunt.
Et ſeptem ſpicæ pulchræ, ſeptē anni ſunt. Som
28 nium idem eſt. ¶ Et ſeptem uaccæ tenues, &
turpes aſcendentes poſt eas, ſeptem anni ſunt,
& ſeptem ſpicæ tenues areſacte euro, erūt ſe-
29 ptem anni famis. ¶ Hoc eſt quod locutus ſum
ad Parhóh. Quod deus facturus eſt, uidere fe
30 cit Parhónem. ¶ Ecce ſeptem anni ueniunt
abundantiæ magnæ in omni terra Aegypti.
31 ¶ Et ſurgent ſeptem anni famis poſt eos. Et
erit in obliuione omnis abundantia in terra
32 Aegypti, & conſumet fames terram. ¶ Et nō
cognoſcetur abundantia in terra, propter fa-
mem ipſam: quæ erit poſtea, quia grauis erit
33 ualde. ¶ Et propterea iteratum eſt ſomnium
ipſi Parhóni duabus uicib⁹: quia firma eſt res
34 à deo: & feſtinat deus facere eam. ¶ Et nunc
prouideat Parhóh uirū prudentem, & ſapien
35 tem, & ponat illū ſuper terram Aegypti. ¶ Fa
ciat Parhóh, & conſtituat præfectos ſuper ter
ram, & quintū ſoluere iubeat terram Aegypti
36 in ſeptem annis abundantiæ. ¶ Et congre-
gent omnem eſcam annorum bonorū uenien
tium iſtorum, & congregent frumentum ſub
manu Parhóh, cibum in urbibus, & ſeruent.
37 ¶ Et erit cibus in depoſitum pro terra, pro
ſeptem annis famis, qui erūt in terra Aegypti,
38 & non ſuccidetur terra ꝓpter famē. ¶ Et pla
cuit res in oculis Parhóh, et in oculis ſeruorū
39 eius. ¶ Et dixit Parhóh ad ſeruos ſuos. Nūqd
inueniemus talem uirum, in quo ſit ſpirit⁹ dei?
40 ¶ Et dixit Parhóh ad Ioſéph. Poſtꝙ cogno-
ſcere fecit deus te totum hoc, non eſt intelli-
41 gens, & ſapiens ſicut tu. ¶ Tu eris ſuper do-
mum meam, & ad ſermonem tuum armabitur
omnis populus meus, tantū ſolio maior ero te.
42 ¶ Et dixit Parhóh ad Ioſéph. Vide, poſui te
43 ſuper omnem terram Aegypti. ¶ Et remouit
Parhóh anulum ſuū è manu ſua, & poſuit illū
in manu Ioſéph. Et induere fecit eum ueſtibus
byſſinis et poſuit torquē auream in collo eius.
44 ¶ Et equitare fecit eum in curru ſecūdo, qui
erat ſibi. Et clamabant ante eum Abréch (.i. pa
ter tener). Et conſtituit eum ſuper omnem ter
45 ram Aegypti. ¶ Et dixit Parhóh ad Ioſeph.
Ego Parhóh, & præter te non leuabit quiſꝙ
manū ſuam, & pedem ſuū in omni terra Aegy
46 pti. ¶ Et uocauit Parhóh nomen Ioſéph Sa-
phnáth Pahanéach (uir cui abſcondita reuela
ta ſunt. Vel abſcōditorum expoſitor) et dedit
ei Aſnáth filiam Pothiphérah principis On in
uxorē. Et egreſſus eſt Ioſéph ſup terrā Aegy
47 pti. ¶ Et Ioſéph trigenarius, qn ſtetit coram
Parhóh rege Aegypti: Et egreſſus eſt Ioſeph
à facie Parhóh, & trāſiuit per oēm terrā Aegy
48 pti. ¶ Et congregauerunt habitatores ter-
ræ in ſeptē annis ſaturitatis frumēta ī horrea.
49 ¶ Et congregauit omnem cibum ſeptem an
norum, qui fuerūt in terra Aegypti. Et poſuit
cibum in urbibus, cibum agri ciuitatis, quæ
50 erat in circuitu eius, poſuit in medio ei⁹. ¶ Et
congregauit Ioſéph frumētū, tanꝙ Harenā
maris multum ualde, adeo, ꝙ ceſſauit nume-
51 rari, quia non erat numerus. ¶ Et ipſi Ioſéph
nati ſunt duo filij anteꝙ ueniret annus famis,
quos peperit ei Aſnáth filia Pothiphérah prin
52 cipis On. ¶ Et uocauit Ioſéph nomen primo-
geniti Menaſſéh, Quia obliuiſci fecit me deus
omnis laboris mei: & om̄is domus patris mei.
53 ¶ Et nomen ſecundi uocauit Ephráim. Quia
fecit creſcere me deus in terra afflictiōis meæ.
54 ¶ Et finiti ſunt ſeptem anni ſaturitatis, quæ
55 fuit in terra Aegypti. ¶ Et inceperunt ſe-
ptem anni famis uenire, quemadmodum di-
xit Ioſéph. Et fuit fames in omnibus terris,
56 & in omni terra Aegypti erat panis. ¶ Et eſu
rijt omnis terra Aegypti, & clamauit populus
ad Parhóh pro pane. Et dixit Parhóh omni-
bus Aegyptijs. Ite ad Ioſeph. Quod dixerit uo
57 bis, facietis. ¶ Et fames erat ſuper omnem
faciem terræ. Et aperuit Ioſéph omnia in qui-
bus erant, et uendidit Aegyptijs. Et inualuit
58 fames in terra Aegypti. ¶ Et omnes habita-
tores terræ uenerunt in Aegyptum, ut eme-
rent à Ioſéph, quia inualuerat fames in omni
terra.

Caplm.42.

E T uidit Iahácób, ꝙ eſſet alimẽtũ
in Aegypto. Et dixit Iahacób filijs
ſuis. Vt quid aſpicitis? ¶ Et dixit
Ecce audiui ꝙ eſt alimẽtũ in Aegy
pto. Deſcẽdite illuc, & emite nobis inde, &
uiuemus, & non moriemur. Et deſcenderũt
fratres Ioſéph decem, ut emerẽt frumẽtum
in Aegypto. ¶ Et Biniamín fratrẽ Ioſeph nõ
miſit Iahacób cũ fratribus ſuis: quia dixit,
ne forte accidat ei mors. ¶ Et uenerunt filij
Iſraél, ut emerent in medio uenientium. Erat
enim fames in terra Chenáhã. ¶ Et Ioſéph
erat dñs ſuper terrã. Ipſe uendere faciebat
omni pplo terræ. Et uenerũt fratres Ioſeph.
Et incuruauerũt ſe ei in faciẽ ſuper terram.
¶ Et uidit Ioſéph fratres ſuos, & agnouit
eos, & alienũ ſe oſtẽdit eis. Et locutus eſt cũ
eis dura, & dixit ad eos. Vnde uenistis? Et di
xerunt. De terra Chenáham ad emẽdũ cibũ.
¶ Et agnouit Ioſeph fratres ſuos, & ipſi nõ
agnouerũt eũ. ¶ Et recordatus eſt Ioſéph
ſomniorũ quæ ſomniauerat de eis, & dixit
eis, Exploratores eſtis, ad uidendum exinani
tionem terræ uenistis. ¶ Et dixerũt ad eum
Nequaꝗ̃ domine mi. Et ſerui tui uenerũt ad
emendum cibum. ¶ Omnes nos filij eiuſ-
dem uiri ſumus. Veraces ſumus. Non ſunt
ſerui tui exploratores. ¶ Et dixit ad eos.
Nequaꝗ̃: quia exinanitionem terræ uenistis
ad uidẽdũ. ¶ Et dixerunt. Duodecim ſerui
tui fratres ſumus filij uiri eiuſdem in terra
Chenáham. Et ecce minor eſt cum patre no-
stro hodie, & unus nõ eſt. ¶ Et dixit ad eos
Ioſeph. Hoc eſt quod locutus ſum ad uos di-
cendo, exploratores eſtis. ¶ In hoc ꝓbabi-
mini per uitã Parhóh. Si egreſſi fueritis hinc
niſi cum uenerit, frater ueſter minor huc.
Mittite ex uobis unum, & accipiat fratrẽ ue
strum, & uos uincti eritis, & probabũtur uer
ba ueſtra, an ueritas ſit uobiſcum. Et ſi non,
per uitam Parhóh, quia exploratores eſtis.
¶ Et cõgregauit eos in cuſtodiã tribus die
bus. ¶ Dixit ad eos Ioſeph die tertio. Hoc
facite, & uiuite. Deum ego timeo. ¶ Si ue-
races eſtis frater ueſter unus ligetur in do-
mo cuſtodiæ ueſtræ, & uos ite, adducite ali
mentum ad expellendum famem è domibus
ueſtris. ¶ Et fratrem neſtrum minorem ad
ducetis ad me, & uerificabuntur uerba ue-
ſtra, & nõ moriemini. Et fecerũt ita. ¶ Et di
cebat alter alteri. Vere deliqm⁹ cõtra fratrẽ
noſtrũ, qa uidimus anguſtiã animæ ei⁹, dũ de
precaret nos, & non audiuimus. Idcirco ue-
21 nit ſuper nos anguſtia hæc. ¶ Et reſpon-
dit Reubén ad eos dicẽdo. Nõne dixi uobis
dicendo. Ne peccetis in puerum, & nõ au-
diſtis? Et etiam ſanguis eius ecce requirit.
22 ¶ Et ipſi ignorabant, ꝙ audiret Ioſéph, qa
23 interpres erat inter eos. ¶ Et uertit ſe ab
eis, & fleuit. Et reuerſus eſt ad eos, & locu-
tus eſt ad eos. Et accepit ab eis Simhón,
24 & ligauit eum in oculis eorum. ¶ Et præ-
cepit Ioſéph, & impleuerunt uaſa eorũ fru
mento, & ut reſtituerent pecuniam eorum
uniuſcuiuſqꝫ in ſacco ſuo, & darẽt eis eſcam
25 pro uia. Et fecit eis ſic. ¶ Et tulerũt alimẽ-
tum ſuum ſuper aſinos ſuos, & abierũt in-
26 de. ¶ Et aperuit unus ſaccum ſuum, ut da-
ret pabulum aſino ſuo, in hoſpitio, & uidit
pecuniã ſuam, & ecce erat in ore ſacci ſui.
27 ¶ Et dixit ad fratres ſuos. Reddita eſt pe-
cunia mea. Et etiam ecce eſt in ſacco meo. Et
egreſſus eſt cor eorum, & obſtupuerunt al-
ter alteri dicendo. Quid hoc fecit deus no-
28 bis? ¶ Et uenerunt ad Iahacób patrem ſuũ
in terram Chenáham, & annunciauerunt ei
29 omnia, quæ acciderant eis dicendo. ¶ Lo-
cutus eſt uir domin⁹ terræ nobiſcum dura,
30 & dedit nos tãꝗ̃ exploratores terræ. ¶ Et
diximus ad eum. Veraces ſum⁹. Non ſumus
31 exploratores. ¶ Duodecim ſumus fratres
filij patris noſtri. Vnus non eſt, & minor ho-
die eſt cũ patre noſtro, in terra Chenáham.
32 ¶ Et dixit ad nos uir domin⁹ terræ. In hoc
cognoſcam, ꝙ ueraces eſtis. Fratrẽ ueſtrum
unum dimittite mecũ, & frumẽtũ ad expel
lendum famem domorũ ueſtrarũ capite, &
33 ite. ¶ Et adducite fratrem ueſtrũ minimũ
ad me & cognoſcam, ꝙ non eſtis explora-
tores, ſed ueraces. Fratrem ueſtrũ dabo uo-
34 bis: & in terra negociabimini. ¶ Et fuit,
ipſis euacuantibus ſaccos ſuos, ecce uniuſ-
cuiuſqꝫ ligatura pecuniæ ſuæ, erat in ſacco
ſuo. Et uiderunt ligaturas pecuniarum ſua-
35 rum, ipſi & pater eorũ, & timuerunt. ¶ Et
dixit ad eos Iahacób pater eorum. Me orba
ſtis: Ioſéph non eſt, & Simhón nõ eſt: & Bin
iamín capietis. Aduerſum me fuerũt omnia
36 hæc. ¶ Et dixit Reubén ad patrem ſuũ di-
cendo. Duos filios meos mori facias, niſi
adduxero eum ad te. Da eum in manu mea,
37 & ego reducam eum ad te. ¶ Et dixit.
Non deſcendet filius meus uobiſcum, quia
frater eius mortuus eſt, & ipſe tantummo-
do remanſit: & accidet ei mors in uia, per
quam ibitis. Et deſcẽdere facietis caniciem
38 meam cum dolore ad ſepulchrum. ¶ Et fa-
mis grauis erat in terra.

Caplm. 43.

1 ET fuit, cum finiſſent edere alimē-
tum, quod attulerāt ex Aegypto,
dixit ad eos pater eorum. Reuer-
timini, emite nobis puſillū cibi.
2 ¶ Et dixit ad eum Iehudáh dicendo. Conte
ſtando cōteſtatus eſt nobis uir dicendo. Non
uidebitis faciem meam ſine fratre uſo uobiſ
3 cum. ¶ Si miſeris fratrē noſtrum nobiſcū,
4 deſcendemus, & ememus tibi cibū. ¶ Et ſi
non miſeris, non deſcēdemus. Vir enim dixit
nobis. Nō uidebitis faciem meam ſine fratre
5 ueſtro uobiſcum. ¶ Et dixit Iſraél. Vt quid
malefeciſtis mihi, ut nūciaretis uiro, an ad-
6 huc frater eſſet nobis? ¶ Et dixerunt. Inter-
rogādo interrogauit uir de nobis, & cogna
tione noſtra, dicendo. Nunquid adhuc pater
ueſter uiuit? Nunquid eſt nobis frater? Et nū
ciauimus ei ſecūdū uerba iſta. Nūquid ſcien
do ſciebamus, ꝙ diceret. deſcēdere faciatis
7 fratrē ueſtrū. ¶ Et dixit Iehudáh ad Iſraél
patrem ſuum. Mitte puerum mecum, & ſur-
gemus & pergemus, & uiuemus, & non mo
riemur, etiā nos, etiā tu, etiā paruuli noſtri.
8 ¶ Ego fideiubeo pro illo, De manu mea re-
quiras eum, niſi adduxero eum ad te, & ſta-
tuero eū ante te pœnæ obnoci⁹ ero tibi omni
9 bus diebus. ¶ Quia niſi tardauiſſemus, nūc
10 reuerſi fuiſſemus iam bis. ¶ Et dixit ad eos
Iſraél pater eorum. Si ita nūc, hoc facite. Tol
lite de optimis frugib⁹ terræ in uaſis ueſtris,
& deſcendere facite ad uirū munus puſillū
reſinæ, & puſillū mellis, aromata, & ſtách-
11 then, pineas, & amigdalas. ¶ Et pecuniam
duplicem capite in manibus ueſtris: & pecu
niam reductam in ore ſaccorum ueſtrorum:
reducetis in manu ueſtra, ſi forte error eſſet.
12 ¶ Et fratrem ueſtrum capite, & ſurgite, re
13 uertimini ad uirum. ¶ Et deus omnipotens
det uobis miſericordias ante uirum, & dimit
tat uobis fratrē ueſtrum alium, & Biniamín
Et ego quēadmodum orbatus ſum, orbatus
14 ſum. ¶ Et ceperūt uiri munus hoc, & dupli
cem pecuniā ceperūt in manu ſua, & Binia-
min, & ſurrexerūt & deſcēderūt i Aegyptū
15 & ſteterūt coram Ioſeph. ¶ Et uidit Ioſeph
cum eis Biniamín, & dixit ei, qui erat ſuper
domum ſuam. Adduc uiros ad domū, & ma-
cta uictimam & præpara, quia mecum come
16 dēt uiri in meridie. ¶ Et fecit uir quēadmo
dum dixit Ioſeph. Et uenire fecit uir homi-
17 nes ad domum Ioſeph, ¶ Et timuerunt ui-
ri, quia adducti erāt ad domum Ioſeph, & di
xerūt. Propter pecuniam, quæ reddita eſt in
ſaccis noſtris in principio, ſumus adducti.
Voluat ſe cōtra nos, & iactet ſe ſup nos, & ca
18 piat nos i ſeruos, & aſinos noſtros. ¶ Et ac-
ceſſerunt ad uirum, qui erat ſuper domum
Ioſeph, & locuti ſunt ad eum in oſtio dom⁹.
19 ¶ Et dixerunt. Quæſumus domine mi, de-
ſcēdēdo deſcēdimus in principio ad emēdū
20 eſcam. ¶ Et fuit, Cum ueniſſemus ad hoſpi
tiū, & aperuiſſem⁹ ſaccos nſos, ecce pecunia
uniuſcuiuſꝙ erat in ore ſacci ſui. Pecuniā no
ſtrā ſecūdū pōdus eius retulim⁹ in manu no
21 ſtra. ¶ Et pecuniam aliam deſcēdere fecim⁹
in manu noſtra ad emendum eſcam, Non ſci
mus quis poſuerit pecuniam noſtram in ſac
22 cis noſtris. ¶ Et dixit. Pax uobis. Ne timea-
tis. De⁹ ueſter, & de⁹ pſis ueſtri dedit uobis
theſaurū in ſaccis ueſtris, Pecunia ueſtra ue-
23 nit ad me. Et adduxit ad eos Simhón. ¶ Et
uenire fecit uir homines ad domum Ioſeph.
Et dedit aquam, & lauerunt pedes ſuos, &
24 dedit pabulum aſinis eorum, ¶ Et paraue-
runt mun⁹, donec ueniret Ioſeph in meridie
Audierūt enim ꝙ ibi comeſturi eſſent panē.
25 ¶ Et uenit Ioſeph ad domū, & attulerūt ei
munus, quod erat in manu eorum ad domū:
26 & incuruauerūt ſe ei ſuper terram. ¶ Et in
terrogauit eos de ſanitate, & dixit. Num ſa-
nus eſt pater ueſter ſenex quem dixeratis?
27 Nunquid adhuc uiuit? ¶ Et dixerunt. Sani
tas eſt ſeruo tuo patri noſtro: adhuc uiuit. Et
28 prociderunt & incuruauerūt ſe. ¶ Et leua-
uit oclos ſuos, & uidit Biniamín fratrē ſuū,
filium matris ſuæ, & dixit, Num iſte eſt fra-
ter ueſter minor, quem dixeratis ad me: Et di
29 xit. Deus miſereatur tui fili mi. ¶ Et feſtina
uit Ioſeph, qa incaluerāt miſeratiōes ei⁹ ſup
fratrē ſuum, & quæſiuit, ut fleret. Et ingreſ
30 ſus eſt cubiculum, & fleuit ibi. ¶ Et lauit
faciem ſuā, & egreſſus eſt, & uim fecit ſibi,
31 & dixit. Ponite panē. ¶ Et poſuerūt ei ſeor
ſum, & eis ſeorſum, & Aegyptijs, qui come
debant ſecum ſeorſum. Non enim poterant
Aegyptij comedere cū Hebræis panē. Quia
32 abominatio erat Aegyptijs. ¶ Et ſederūt an
te eum, primogenitus ſecūdum primogeni-
turam ſuā, & paruus iuxta paruitatē ſuā. Et
admirati ſunt uiri unuſquiſꝙ ad pximū ſuū.
33 ¶ Et accepit partes à facie ſua, & multipli-
cauit partē Biniamín pluſꝙ partes omniū
eorū, quinꝙ partes. Et biberunt, & inebria
uerunt ſe cum eo,

Caplm. 44.

1 ET præcepit ei qui erat ſup domum
ſuam dicēdo. Imple ſaccos uirorū
eſca quantum potuerint ferre, &
pone pecuniam uniuſcuiuſꝙ in ore
ſacci ſui.

❡Et ſcyphũ meum ſcyphũ argenteũ pone
in ore ſacci iunioris,& pecuniã alimẽti ei⁹.
Et fecit ſcd'm uerbum Ioſéph.qđ locut⁹ fue
rat.❡Mane illuxit,& uiri dimiſſi ſunt,ipſi
& aſini eorũ.❡Ipſi egreſſi erant ex urbe,
non elõgauerãt ſe,& Ioſéph dixit ei q erat
ſuper domũ ſuã. Surge, perſequere uiros,
& appræhẽde eos,& dices ad eos. Vt quid
reddidiſtis malũ pro bono?❡Nõne hic eſt
in quo bibit dñs meus?Et ipſe tentando ten
tat in eo. Male feciſtis,quod feciſtis. ❡Et
appræhẽdit eos,& locutus eſt ad eos uerba
iſta. ❡Et dixerunt ad eum.Vt quid loquit
dñs me⁹ ſcd'm uerba iſta?Abſit à ſeruis tuis
ut faciant ſcd'm uerbũ hoc.❡Ecce pecu-
nia quã inuenimus in ore ſaccorũ noſtrorũ
retulimus ad te è terra Chenáham. Et quo-
modo furati ſumus è domo domini tui argẽ
tum,uel aurũ?❡Is cũ quo inuentus fuerit
è ſeruis tuis,moriatur,& etiam nos erimus
dño tuo ſerui. ❡Et dixit.Etiam nũc ſcd'm
uerba nr̃a,ita ſit.Is cũ quo inẽtis fuerit,erit
mihi ſeruus,& uos eritis innocentes. ❡Et
feſtinauerũt,& deſcẽdere fecerũt unuſqſq;
saccũ ſuum ſuper terrã.Et aperuerũt ſingu-
li ſaccũ ſuum.❡Et ſcrutatus eſt. A maiore
incæpit,& in minore finiuit Et inuent⁹ eſt
ſcyphus in ſacco Biniamin. ❡Et ſciderunt
ueſtimẽta ſua,& onerauit unuſquiſq; aſinũ
ſuum, & reuerſi ſunt in ciuitatẽ.❡Et uene
rũt Iehudáh,& fratres ei⁹ ad domũ Ioſéph.
& erat adhuc ipſe ibi:& ceciderũt corã eo
ſuper terrã. ❡Et dixit ad eos Ioſéph. Qđ
opus eſt hoc qđ feciſtis?Nõne noſtis q̃ ten-
tãdo tentat uir qui eſt ſicut ego?❡Et dixit
Iehudáh. Quid dicem⁹ domino meo?Quid
loquemur, & in quo iuſtificabimus nos?
Deus inuenit iniquitatem ſeruorũ ſuorum.
Ecce ſumus ſerui dñi mei,etiã nos etiam ille
in cuius manu inuentus eſt ſcyphus. ❡Et
dixit.Abſit à me,ut faciam hoc.Vir in cuius
manu inuẽt⁹ eſt ſcyphus,ipſe erit mihi ſeru⁹.
Et uos aſcẽdite in pace ad patrem ueſtrum.
8 ❡Et acceſſit ad eũ Iehudáh, & dixit.Quæ
ſo dñe mi.Loquaẽ quæſo ſeruus tuus uerbũ
in aurib⁹ dñi mei:& ne iraſcaẽ furor tuus in
9 ſeruũ tuũ,quia ſicut tu ſic Parhóh. ❡Dñs
me⁹ interrogauit ſeruos ſuos dicẽdo.Nũqd
0 eſt uobis pater,uel frater?❡Et dixim⁹ dño
meo.Eſt uobis pr̃ ſenex,& puer ſeuectutum
paruus,& frater eius mortu⁹ eſt.Et remãſit
ipſe tantũ matri ſuæ.Et pater ei⁹ diligit eũ.
1 ❡Et dixiſti ſeruis tuis.Deſcẽdere facite eũ
2 ad me,& ponam oculũ meũ ſuper eũ. ❡Et
dixim⁹ dño meo.Non poteſt puer relinque-
re patrẽ ſuũ,& ſi reliquerit patrẽ ſuũ,mo-
23 rietur.❡Et dixiſti ſeruis tuis.Niſi deſcen-
dat frater ueſter minor uobiſcũ,nõ addatis
24 ut uideatis faciẽ meã.❡Et fuit,qñ aſcẽdi-
mus ad ſeruũ tuũ patrẽ meũ,& narrauim⁹
25 ei uerba dñi mei.❡Dixit pater noſter.Re-
26 uertimini,emite nobis puſillam eſcæ.❡Et
diximus. Non poſſum⁹ deſcẽdere. Si fuerit
frater noſter minor nobiſcũ,deſcendemus,
quia nõ poſſum⁹ uidere faciẽ uiri fratre ur̃o
47 minimo non exiſtente nobiſcũ.❡Et dixit
ſeru⁹ tuus pr̃ me⁹ nobis.Vos noſtis,q̃ duos
48 peperit mihi uxor mea. ❡Et egreſſus eſt
un⁹ à me,& dixi.Profecto rapiẽdo rapt⁹ eſt:
29 & nõ uidi eũ hacten⁹.❡Et capietis etiã hũc
à facie mea & accidet ei mors,& deſcẽdere
facietis caniciem meã in malo ad ſepulchrũ.
30 ❡Et nunc cum uenero ad ſeruũ tuũ,patrẽ
meũ:& puer non fuerit nobiſcũ, & aia eius
31 ligata eſt cũ aia ipſius.❡Et erit,cũ uiderit
ipſe q̃ nõ ſit puer.morieẽ,& deſcẽdere fa-
cient ſerui tui caniciẽ ſerui tui,patris noſtri
32 cũ dolore ad ſepulchrũ. ❡Seruus eñ tuus
fideiuſſit pro puero patri meo dicẽdo.Si nõ
reduxero eũ ad te obnoxi⁹ ero pœnæ patri
33 meo oĩbus dieb⁹.❡Et nunc maneat quæſo
ſeru⁹ tuus pro puero ſeru⁹ dño meo.Et puer
34 aſcẽdat cũ fratrib⁹ ſuis.❡Quomodo enim
aſcẽdã ad patrẽ meũ,puero nõ exiſtẽte me-
cum?Ne forte uideã malũ,qđ inueniet pa-
trem meum.

Caplm.45.

1 ET non potuit Ioſéph uim facere
ſibi,ad omnes quia aſtabãt iuxta
eum,clamauit.Educite oẽm uirũ
à me.Et non ſtetit quiſq; ſecũ: ut
2 oſtenderet ſe Ioſéph fratrib⁹ ſuis.❡Et de-
dit uocẽ ſuã in fletu. Et audierũt Aegyptij,
3 & audiuit dom⁹ Parhóh. ❡Et dixit Ioſéph
fratribus ſuis.Ego ſum Ioſéph.Num adhuc
uiuit pater me⁹?Et nõ potuerũt fratres eius
reſpõdere ei:quia territi erant à facie eius.
4 ❡Et dixit Ioſéph fratribus ſuis.Accedite
quæſo ad me. Et acceſſerunt.Et dixit. Ego
ſum Ioſéph frater ueſter, quem uẽdidiſtis
5 in Aegyptũ.❡Nũc,ne dolore afficiamini,
& ne ſit ira in oculis ueſtris,q̃ uẽdideritis
me huc:quia ꝓpter uitã,miſit me deus ante
6 uos.❡Iam eñ duo anni fuerũt famis in me
dio terræ,& adhuc quinq; anni ſunt,in qbus
7 nõ erit aratio & meſſis.❡Et miſit me deus
ante nos,ut ponã uobis reliquias in terra:&
8 ut uiuificẽ uos euaſione magna.❡Et nunc
non uos miſiſtis me huc,ſed deus,& poſuit
me in patrẽ ipſi Parhóh,& in dñm oñi do-

nui eius,& dominatorē in omni terra Aegy
9 pti. ¶ Feſtinate,& aſcēdite ad patrē meū,
& dicite ei. Sic dixit fili' tu' Ioſéph. Poſuit
me deus in dñm omni Aegypto: deſcēde ad
10 me, ne ſtes. ¶ Et habitabis in terra Ghóſen,
& eris ꝓpinquus mihi, tu,& filij tui,& filij
filiorū tuorū,& pecudes tuæ,& boues tui,
11 & oïa quæ ſunt tibi. ¶ Et alam te ibi, quia
adhuc quinq; anni famis ſunt, ne forte pauper
tate cōſiciaris tu,& dom' tua,& om̃e qđ eſt
12 tibi. ¶ Et ecce oculi neſtri uident,& oculi
fratris mei Biniamin, ꝙ os meū loqť ad nos.
13 ¶ Et nūciate patri meo oēm gloriā meā in
Aegypto,& oïa quę uidiſtis. Et feſtinate,&
14 deſcendere facite patrē meum huc. ¶ Et
iactauit ſe ſup collū Biniamín fratris ſui,&
fleuit,& Biniamín fleuit ſuper collum eius.
15 ¶ Et oſculat' eſt omnes fratres ſuos,& fle-
uit ſuper eos,& poſtea locuti ſunt fratres
16 eius cum eo. ¶ Et nox audita eſt in domo
Parhóh, dicendo. Venerunt fatres Ioſéph.
Et placuit in oculis Parhóh,& in oculis ſer-
17 uorū ei'. ¶ Et dixit Parhóh ad Ioſéph. Dic
fratrib' tuis. Hoc facite, onerate iumēta ue
ſtra,& ite, Ingredimini terrā Chenahā,&
capite patrem ueſtrū,& familias uřas,& ue
nite ad me:& dabo uobis bonū terræ Aegy
18 pti:& comedite pinguedinē terrę. ¶ Et tu
iuſſus es, hoc facite, Capite uobis de terra
Aegypti currus pro paruulis ueſtris,& pro
uxorib' ueſtris.& accipite patrē ueſtrū,&
19 uenite. ¶ Et ocul' ueſter nō parcat ſuppel-
lectilib' ueſtris: quia bonū oïs terræ Aegy-
20 pti ueſtrū erit. ¶ Et fecerūt ſic filij Iſraél.
Et dedit eis Ioſéph currus iuxta ſermonem
21 Parhóh,& dedit eis eſcā ꝓ itinere. ¶ Omni
bus ipſis dedit uniuſcuiuſq; mutatorias ueſtes,
& ipſi Biniamín dedit trecētos argēteos,&
22 quinq; mutatorias ueſtes. ¶ Et pŕi ſuo miſit
ſicut hoc, decē aſinos ferētes de bono Aegy
pti,& decē aſinos ferētes frumētū,& panē,
23 & eſcā pŕi ſuo pro itinere. ¶ Et dimiſit fra
tres ſuos,& abierūt. Et dixit ad eos. Ne ira-
24 ſcamini in uia. ¶ Et aſcēderūt ex Aegypto,
& uenerūt ad terrā Chenáham, ad Iahacób
25 patrē ſuū. ¶ Et nūciauerūt ei dicēdo. Ad-
huc Ioſéph uiuit:& ipſe dominať in omni
terra Aegypti. Et debilitatū eſt cor eius: q̃a
26 nō credebat eis. ¶ Et locuti ſunt ad eū oïa
uerba Ioſéph, quæ locut' fuerat ad eos. Et
uidit curr', quos miſit Ioſéph, ut ferrēt eū,
& reuixit ſpiritus Iahacób patris eorum.
27 ¶ Et dixit Iſraél. Sufficit. Adhuc Ioſéph fi-
lius meus uiuit: ibo,& uidebo eum anteq̃
moriar.

Caplm. 46.

1 ET profectus eſt Iſraél,& oïa quæ
erant ei,& uenit in Beerſébah,&
ſacrificauit ſacrificia deo pŕis ſui
2 Iſchác. ¶ Et dixit deus ad Iſraél
in uiſiōib' noctis,& dixit Iahacób, Iahacób.
3 Et dixit. Ecce adſum. ¶ Et dixit. Ego ſum
deus, deus pŕis tui. Ne timeas deſcēdere in
Aegyptū. quia in gentē magnā ponā te ibi.
4 ¶ Ego deſcendā tecū in Aegyptū,& ego
aſcēdere faciā te, etiam aſcēdēdo. Et Ioſéph
5 ponet manū ſuā ſup oculos tuos. ¶ Et ſur-
rexit Iahacób de Beerſébah, Et eleuauerūt
filij Iſraél Iahacób patrem ſuū,& paruulos
ſuos,& uxores ſuas ſup currus, quos miſit
6 Parhóh ad ferēdū eū ¶ Et cæperūt greges
ſuos,& ſubſtātiā ſuā, quā acq̃ſierāt in terra
Chenáhā,& uenerūt in Aegyptū Iahacób,
7 & om̃e ſemē ſuū ſecū. ¶ Filij eius,& filij fi
liorū ei' cū eo. Filiæ ei',& filiæ filiorū ei',&
8 oē ſemē ſuū adduxit ſecū in Aegyptū. ¶ Et
hæc ſunt noïa filiorū Iſraél, q̃ ingreſſi ſunt in
Aegyptū, Iahacób,& filij ei'. Primogenit'
Iahacób Reubén,& filij Reubē Chanóch,
9 & Pallú,& Cheſrón,& Charmí. ¶ Et filij
Simhō Iemuél,& Iamín,& Ohad,& Iachín,
& Sóchar,& Saúl filius Chenahanitidis.
10 ¶ Et filij Leui Gherſón,& Chehāth,& me
11 rarí. ¶ Et filij Iehudáh, Her,& Onán,& Sé
lah,& Péres,& Zérach. Et mortu' eſt Her,&
Onán in terra Chenáhan. Et fuerūt filij Pé-
12 res Cheſrón,& Chamúl. ¶ Et filij Iſaſchár
13 Toláh,& Puuáh,& Iob,& Simrón. ¶ Et
filij Zebulún, Séred,& Elón,& Iachleél.
14 ¶ Iſti ſunt filij Leáh, quos peperit ipſi Ia-
hacób ī Padán Arám,& Dináh filiā ei'. Oēs
animæ filiorū ei',& filiarū ei' fuerūt trigita
15 & tres. ¶ Et filij Ghad Siphiō,& Chágghí,
16 Suní,& Eſbō, Herí,& Arodí,& Arelí. ¶ Et
filij Aſér Imnáh.& Iſuáh,& Iſui,& Beriháh,
& Sérach ſoror eorū. Et filij Beriháh Chéber
17 & Malchiél. ¶ Iſti ſunt filij Zilpáh, quā de
dit Labán Leáh filię ſuę,& peperit iſtos ipſi
18 Iahacób, ſexdecim animas. ¶ Filij Rachél
19 uxoris Iahacób Ioſéph,& Biniamín. ¶ Et
nati ſunt ipſi Ioſéph in terra Aegypti, quos
peperit ei Aſnáth filia Pothí Pherah princi
20 pis On, Menaſſéh,& Ephráim. ¶ Et filij Bin
iamín fuerunt Bélah,& Bécher,& Aſbél,
Gheráh,& Nahamā, Echí,& Ros, Muppím,
21 & Chuppím,& Arde. ¶ Iſti ſunt filij Ra-
chél, qui nati ſunt ipſi Iahacób, oēs animæ
22 quattuordecim. ¶ Et filij Dan Chuſím.
23 ¶ Et filij Naphthalí, Iachſeél,& Ghuní,&
24 Ieſer,& Sillém. ¶ Iſti ſunt filij Bilháh, quā

ledit Labã Rachel filiæ ſuæ,& peperit iſtos
ipſi Iahacób,oẽs animæ ſeptẽ. ¶ Oẽs ani-
mæ quæ uenerũt cũ Iahacób in Aegyptũ,
quæ egreſſæ ſunt de fœmore ei⁹ præter uxo
res filiȷ̃ Iahacób,omnes animæ fuerunt ſexa
ginta,& ſex. ¶ Et filiȷ̃ Ioſéph,qui nati ſunt
ei in Aegypto,animæ duæ. Omnes animæ
domus Iahacób,quæ ingreſſæ ſunt in Aegy
ptum,fuerunt ſeptuaginta. ¶ Et Iehudáh
miſit ante ſe ad Ioſéph ad præparandũ ante
ſe Ghóſen,& uenerunt in terram. Ghóſen.
¶ Et ligauit Ioſéph currum ſuum,& aſcen
dit in occurſum Iſraél patris ſui in Ghóſen.
¶ Et conſpectus eſt ei.Et iactauit ſe ad col-
lum eius,& fleuit ſuper collum eius adhuc.
¶ Et dixit Iſraél ad Ioſéph.Moriar hac uice
poſtq̃ uidi faciem tuam. Adhuc enim tu ui-
uis. ¶ Et dixit Ioſéph fratribus ſuis,& do-
mui patris ſui.Aſcendã,& nũciabo Parhóh,
& dicã ei.Fratres mei,& domus patris mei,
qui erant in terra Chenáham,uenerunt ad
me. ¶ Et uiri,paſtores pecudum ſunt: quia
uiri Gregariȷ̃ ſunt,& pecudes eorum,& bo
ues eorum,& omnia,quæ erant ei,attulle-
runt. ¶ Et erit,cum uocauerit uos Parhóh,
& dixerit,qđ eſt opus ueſtrum. ¶ Dicetis
Viri gregariȷ̃ fuerunt ſerui tui à pueritia no
ſtra,& uſq; nunc,etiam nos,etiam patres no
ſtri.ut habitetis in terra Ghóſen: quia abo-
minatio Aegyptiorum eſt omnis paſtor pe-
cudum.

Caplm.47.

ET uenit Ioſéph,& nũciauit Parhóh
& dixit.Pater me⁹,& fratres mei,
& pecudes eorum,& boues eorũ,
& oĩa quæ erãt eis uenerũt è ter
ra Chenáhan,& ecce ſunt in terra Ghóſen.
¶ Et de extremis fratrib⁹ ſuis cœpit quinq;
uiros,& pertingere fecit eos ante Parhóh.
¶ Et dixit Parhóh ad fratres eius.Quæ ſunt
opa ueſtra? Et dixerũt ad Parhóh.Paſtores
pecudum ſunt ſerui tui etiã nos etiã patres
noſtri. ¶ Et dixerũt ad Parhóh.Vt peregri
naremur in terra,uenim⁹,quia nõ eſt paſcuũ
pecudibus,quæ ſunt ſeruis tuis. Grauis enĩ
fames eſt in terra Chenáhan.Et nunc habi-
tent quæſo ſerui tui in terra Ghóſen. ¶ Et
dixit Parhóh ad Ioſéph dicendo.Pater tuus
& fratres tui uenerũt ad te. ¶ Terra Aegy-
pti corã te eſt,in optima terra habitare fac
patrẽ tuum,& fratres tuos.Habitẽt in ter-
ra Ghóſen, ¶ Et ſi cognoueris,& ſint inter
eos uiri robuſti,pones eos principes pecu-
dũ ſup his,quæ ſunt mihi. ¶ Et adduxit Io
ſéph Iahacób patrẽ ſuũ,& ſtatuit eũ coram
Parhóh,& ſalutauit Iahacób ipſum Parhóh.

9 ¶ Et dixit Parhóh ad Iahacób. Quot ſunt
10 dies annorum uitæ tuæ? ¶ Et dixit Iahacób
ad Parhóh.Dies annoꝝ peregrinationũ mea
rũ,ſunt triginta,& cẽtum anni,ꝑparui & ma
li fuerũt dies annorum uitæ meæ.& non atti-
gerunt dies annoꝝ uitæ patrum meorum in
11 diebus peregrinationum ſuarum. ¶ Et ſalu
tauit Iahacób ipſum Parhóh.& egreſſus eſt
12 à facie Parhóh. ¶ Et habitare fecit Ioſéph
patrem ſuũ,& fratres ſuos.Et dedit eis poſ-
ſeſſionem in terra Aegypti in optima terra,
in terra Rahameſés,quemadmodum præcepit
13 Parhóh. ¶ Et aluit Ioſéph patrẽ ſuũ,& fra-
tres ſuos,& omnẽ domũ patris ſui pane,ac
14 ſi adhuc eſſent paruuli. ¶ Et panis non erat
in oĩ terra. Grauis enĩ fames erat ualde,&
laborauit terra Aegypti,& terra Chenáhan
15 ꝓpter famẽ. ¶ Et collegit Ioſéph omnẽ pe
cuniã,quæ inuenta eſt in terra Aegypti,& in
terra Chenáhan ꝓ alimẽto qđ ipſi emebant.
Et intulit Ioſéph pecuniã in domũ Parhóh.
16 ¶ Et cõſumpta eſt pecunia è terra Aegypti,
& è terra Chenáhan.Et uenit oĩs Aegypt⁹ ad
Ioſéph dicẽdo.Da nobis panem. Et ut quid
moriemur corã te? Defecit enim pecunia.
17 ¶ Et dixit Ioſéph.Date pecudes ueſtras,&
dabo uobis pro pecudibus ueſtris,ſi defe-
18 cit pecunia. ¶ Et attullerunt pecudes ſuas
ad Ioſéph.Et dedit eis Ioſéph panẽ ꝓ equis,
& ꝓ grege pecudum,& ꝓ armẽto boum,
& ꝓ aſinis.& ſuſtẽtauit eos pane ꝓ omnib⁹
19 gregib⁹ illoꝝ anno ipſo. ¶ Et finitus eſt an
nus ipſe,& uenerũt ad eũ anno ſecũdo,& di
xerũt ei.Nõ abſcõdemus à dño meo q̃ ſi fi-
nita eſt pecunia,& grex iumẽtoꝝ dño meo,
Non remanſit coram domino meo præterq̃
20 corpus noſtrum,& terra noſtra. ¶ Vt quid
moriemur in oculis tuis? Etiã nos,etiam ter
rã noſtram,eme nos,& terram noſtram,pro
pane,& uiuemus nos,& terra noſtra,ſerui
Parhóh & da ſemen,& uiuemus,& nõ mo-
21 riemur,& terra nõ deſolabit. ¶ Et emit Io
ſéph omnẽ terrã Aegypti pro Parhóh.Ven-
diderunt enim Aegyptiȷ̃ unuſquiſq; agrum
ſuum,quia inualuerat ſuper eos fames,&
22 fuit terra Parhóh. ¶ Et populum tranſire
fecit ad urbes ab extremitate termini Aegy
23 pti uſq; ad extremitatem eius. ¶ Tantum-
modo terram ſacerdotum nõ emit,quia pars
ſacerdotibus erat à Parhóh,& comedebãt
partem ſuam,quam dedit eis Parhóh. Ideir-
24 co non uendiderunt terram ſuam. ¶ Et di-
xit Ioſéph ad populum.Ecce emi uos hodie,
& terram ueſtrã ipſi Parhóh. Ecce uobis ſe-
25 men,& feretis terrã. ¶ Et erit è frugib⁹ da-

bitis quintum ipſi Parhóh, & quatuor par-
tes erunt uobis pro ſemine agri, & pro cibo
ueſtro, & eorũ, qui ſunt in domibus ueſtris,
27 & ad comedendũ pro paruulis ueſtris. ¶ Et
dixerunt. Viuificaſti nos, inueniam⁹ gratiã
in oculis dñi mei, & erimus ſerui Parhóh.
28 ¶ Et poſuit ipſum Ioſéph in ius uſq; ad diẽ
hanc ſuper terram Aegypti ipſi Parhóh pro
quinto, dumtaxat terra ſacerdotum tantum
29 nõ fuit Parhóh. ¶ Et habitauit Iſraél in ter
ra Aegypti, in terra Ghóſen. Et poſſeſſiones
fecerunt in ea, & creuerunt, & multiplicati
30 ſunt ualde. ¶ Et uixit Iahacób ĩ terra Aegy
pti, ſeptem & decem annos: Et fuerunt dies
Iahacób anni uitæ eius ſeptem anni, & qua-
31 draginta, & centum anni, ¶ Et appropin-
quauerunt dies Iſrael, ut moreretur, & uo-
cauit filium ſuũ Ioſeph, & dixit ei. Si quæſo
inueni gratiam in oculis tuis. Pone quæſo
manum tuam ſub fœmore meo, & facies me
cum miſericordiam, & ueritatem. Ne quæſo
32 ſepelias me in Aegyto. ¶ Et dormiam cum
patribus meis. Et tolles me ex Aegypto & ſe
pelies me in ſepulchro eorum. Et dixit. Ego
33 faciam ſecũdum uerbum tuum. ¶ Et dixit.
Iura mihi. Et iurauit ei, & ĩcuruauit ſe Iſraél
ad caput lecti.

Capl'm. 48.

1 ET fuit. Poſt hæc dixit quiſpiam ad
Ioſéph. Ecce pater tuus ægrotat
Et accepit duos filios ſuos ſecum
Menaſſéh, & Ephráim, & nũcia-
uit ipſi Iahacób nũci⁹ & dixit. Ecce fili⁹ tu⁹
Ioſéph uenit ad te, & uim fecit ſibi Iſraél, &
2 ſedit ſuper lectũ. ¶ Et dixit Iahacób ad Io-
ſeph. De⁹ omnipotens uiſus eſt mihi in Luz
3 in terra Chenáhan, & benedixit mihi. ¶ Et
dixit ad me. Ecce ego creſcere facio te, &
multiplicari faciam te, & dabo te in cœtum
populorum, & dabo terram hãc ſemini tuo
4 poſt te in hæreditatem perpetuã. ¶ Et nũc
duo filij tui, qui nati ſunt tibi in terra Aegy-
pti, antequã uenirem ad te in Aegyptum, mei
ſunt Ephráim, & Menaſſéh, ſicut Reubén, &
5 Simhon erunt mei. ¶ Et liberi tui quos ge-
nerabis poſt eos, tui erunt. Secũdum nomen
fratrum ſuorum uocabuntur in hæreditate
6 ſua. ¶ Et me ueniente Padán, mortua eſt mi
hi Rachél in terra Chenáhan, quum adhuc
eſſet miliare terræ ad ueniẽdum in Ephráth.
7 Ipſa eſt Bethléchem. ¶ Et uidit Iſraél filios
8 Ioſeph, & dixit. Cuius ſunt iſti? ¶ Et dixit
Ioſeph patri ſuo, Filij ſunt, quos dedit mihi
deus hic. & dixit. Duc eos quæſo ad me, &
9 benedicã eis. ¶ Et oculi Iſraél graues erãt
propter ſenectutem. Non poterat uidere, &
accedere fecit eos ad illum, & oſculatus eſt
10 eos, & amplexatus eſt eos. ¶ Et dixit Iſraél
ad Ioſéph. Videre faciem tuam non putabã,
& ecce uidere fecit me deus etiã ſemẽ tuũ.
11 ¶ Et eduxit Ioſéph eos è genibus eius, Et in
12 curuauit ſe in faciem ſuã ſuper terrã. ¶ Et
tulit Ioſéph ambos ipſos. Ephráim in dexte
ram ſuam à ſiniſtra Iſraél, & menaſſéh in ſini
ſtrã ſuã à dextra Iſraél. Et accedere fecit ad
13 eum. ¶ Et extendit Iſraél dexteram ſuam,
& poſuit ſuper caput Ephráim qui erat mi-
nor. Et ſiniſtram ſuã ſuper caput Menaſſéh.
Intelligere fecit man⁹ ſuas, quod Menaſéh
14 foret primogenitus. ¶ Et benedixit ipſi Io
ſéph, & dixit. Deus in cuius conſpectu am-
bulauerunt patres mei Abrahám, & Iſchác,
deus qui paſcit me à tempore præcedenti
15 uſq; ad diem hanc. ¶ Angelus qui redemit me
ab omni malo, benedicat pueris, & uocetur
in eis nomen meum, & nomen patrum meo-
rum Abrahám, & Iſchac, & inſtar piſcium
16 ſint in multitudinem in medio terræ. ¶ Et
uidit Ioſéph, q̃ poneret pater ſuus manum
dexterãm ſuam ſuper caput Ephráim, &
diſplicuit in oculis eius, & ſuſtentauit ma-
num patris ſui, ut remoueret eam à capite
17 Ephráim, ſuper caput Menaſéh. ¶ Et dixit
Ioſéph patri ſuo. Non ſic pater mi: quia iſte
eſt primogenitus. Pone manum tuam ſuper
18 caput eius. ¶ Et renuit pater eius, & dixit.
Noui fili mi, noui, etiam ipſe erit in populũ,
& etiam ipſe creſcet, & profecto frater eius
minor creſcet magis, q̃ ipſe. Et ſemen eius
19 erit plenitudo gentium. ¶ Et benedixit eis
in die ipſa dicendo. In te benedicet Iſraél di
cendo. Ponat te deus ſicut Ephráim, & Me-
naſſéh. Et poſuit Ephráim ante Menaſſéh.
20 ¶ Et dixit Iſraél ad Ioſéph. Ecce ego mo-
rior. Et erit deus uobiſcum, & redire faciet
21 uos ad terram patrum ueſtrorum. ¶ Et ego
dedi tibi partem unam ſuper fratres tuos,
quam cæpi è manu Emoræi gladio meo, &
arcu meo.

Capl'm. 49.

1 ET uocauit Iahacób filios ſuos, &
dixit. Congregate uos, & nuncia-
bo uobis quod euenturum eſt uo-
2 bis in nouiſſimis diebus. ¶ Con-
gregate uos, & audite filij Iahacób, & audi
3 te Iſraél patrẽ ueſtrũ. ¶ Reuben primoge-
nitus meus, tu fortitudo mea, & principiũ
roboris mei, excellentia, dignitas, & excel-

lentia fortis. ¶ Leui ſicut aqua: non ha-
bebis excellentiam, quia aſcendiſti cubile 27 ueſperi diuidet ſpolia. ¶ Omnes iſtæ trib'
patris tui: tunc polluiſti, ſtratus meus exci-
ſus fuit. ¶ Simhón, & Leui fratres, arma
iniquitatis, in habitationib' ſuis, ¶ In ſe-
cretum corū non ueniat anima mea. in cœtu
eorum non uniatur gloria mea. Quia in fu-
rore ſuo occiderunt uirum, & uolūtate ſua
eradicauerūt murum. ¶ Maledictus furor
eorum, quia pertinax, & ira eorum, quia in-
durata eſt. Diuidam eos in Iahacób, & diſ-
pergam eos in iſraél. ¶ Iehudáh es tu, lau-
dabunt te fratres tui. Manus tua erit in cer-
uice inimicorū tuorum. Incuruabunt ſe tibi
filij patris tui. ¶ Vt catul' leonis Iehudáh
é præda fili mi aſcendiſti, incuruauit ſe, cu-
bauit ſicut leo, ſicut leo eſt. Quis ſuſcitabit
10 eum. ¶ Non recedet uirga ex Ieudáh, & le
giſlator de interpedes eius, donec ueniat
Meſſias, & ei erit aggregatio populorum.
¶ Ligans ad uitem pullum ſuum, & ramū
filium aſinæ ſuæ. Lauit in uino ueſtimentum
ſuum, & in ſanguine uuarū operímētū ſuū.
12 ¶ Rubicūdior oculis uino, & cādidior dē
13 tes. lacte. ¶ Zebulúm in portu mariū habi-
tabit, & erit in portu nauium. & terminus
14 ei' uſq; ad Sidón. ¶ Iſaſchár ut aſin' fortis,
15 cubans inter duos terminos. ¶ Et uidit re-
quiem, quod eſſet bona. & terram, quod eſſet pul-
chra, & inclinauit humerū ſuum ad portan-
16 dum, & fuit tributo ſeruiēs. ¶ Dan iudica
bit populū ſuū ſicut una é tribubus Iſraél.
Erit Dan: ut ſerpens iuxta uiam: ut ceraſtes
iuxta ſemitam, mordens calcaneos equi, &
17 cecidit currus eius retrorſum. ¶ Salutem
18 tuam expectaui domine. ¶ Ghad, exercitū
19 ſuccider, & ipſe ſuccidet calcaneū. ¶ Aſér
erit pinguis panis eius, & ipſe dabit deli-
20 tias regis ¶ Naphthali ut ceruа dimiſſa,
21 dās eloquia pulchritudinis. ¶ Vt ram' cre-
ſcēs, Ioſéph ut ram' creſcēs iuxta fōtē, filiæ
22 incedebāt ſuper murū. ¶ Et amaricauerūt
eū, & iaculauerūt eū, & odio habuerunt eū
23 ſagittarij. ¶ Et habitauit in forti arcus ei',
& roborauerūt ſe brachia manuū eius é ma
nibus potentis Iahacób, inde paſcens lapi-
24 des Iſraél. ¶ Adeo patris tui, & adiuuabit
te, & ab omni potente, & benedicet tibi be-
nedictionib' cœli ſurſum benedictionibus
abyſſi cubantis deorſum, benedictionibus
25 uberum, & uuluæ. ¶ Benedictiones patris
tui fortiores fuerunt benedictionibus geni-
torum meorū uſq; ad terminū collium per-
petuorū erunt ſuper caput Ioſéph. & ſuper
26 uerticem nazaræi fratrū eius. ¶ Biniamín

ut lupus rapiet, mane comedet prædam, &
27 ueſperi diuidet ſpolia. ¶ Omnes iſtæ trib'
Iſraél duodecim. Et hoc eſt quod locut' eſt
eis pater eorum, & benedixit eis, unicuiq;
ſecūdum benedictionem ſuam, benedixit eis.
28 ¶ Et præcepit eis, & dixit ad eos. Ego cō-
gregor ad populū meum. Sepelite me cum
patribus meis in ſpelunca, quæ eſt in agro
29 Hephrón Chittæi. ¶ In ſpelūca, quæ eſt in
agro duplici, quæ eſt ante Mamre, in terra
Chenáhan, quam emit Abrahám cum agro
ab Hephrón Chittéo in poſſeſſionem ſepul-
30 chri. ¶ Ibi ſepelierūt Abrahám, & Saráh
uxorē ei'. Ibi ſepelierūt Iſchác, & Ribchah
31 uxorē eius, & ibi ſepeliui Leáh. ¶ Emptio
agri, & ſpeluncæ quæ eſt in eo, fuit á filijs
32 Cheth. ¶ Et finiuit Iahacób præcipere fi-
lijs ſuis: & collegit pedes ſuos in lecto, &
obijt, & aggregatus eſt ad populos ſuos.

Caplm. 50.

1 Et iactauit ſe Ioſéph ſuper faciē pa
tris ſui, & fleuit ſuper eū, & oſcu-
2 latus eſt eū. ¶ Et præcepit Ioſéph
ſeruis ſuis medicis, ut aromatibus
condirent patrem ſuum. Et aromatibus con
3 dierunt medici ipſum Iſraél. ¶ Et comple
ti ſunt ei quadraginta dies. Sic enim cōplen
tur dies conditionis aromatū, & fleuerunt
4 eū Aegyptij ſeptuaginta dieb'. ¶ Et trāſie
runt dies luctus eius. Et locut' eſt Ioſéph ad
domū Parhóh dicēdo. Si quæſo inueni gra-
tiam in oculis ueſtris, loquimini quæſo in au-
5 ribus Parhóh dicendo. ¶ Pater meus iu-
rare fecit me dicendo. Ecce ego morior, in
ſepulchro meo, quod fodi mihi in terra Che
náhan, ſepelies me. Et nunc aſcendā obſe-
cro, & ſepeliam patrem meum, & reuertar.
6 ¶ Et dixit Parhóh. Aſcēde. & ſepeli patrē
7 tuū, quēadmodū iurare fecit te. ¶ Et aſcē-
dit Ioſéph, ut ſepeliret patrem ſuū, & aſcen
derūt cum eo omnes ſerui Parhóh ſeniores
dom' eius, & oēs ſeniores terræ Aegypti.
8 ¶ Et omnis domus Ioſéph, & fratres eius,
& domus patris eius, tantūmodo paruulos
ſuos, & pecudes ſuas. & boues ſuos, reli-
9 querunt in terra Ghóſen. ¶ Et aſcenderūt
cum eo, etiam currus, etiam equites, & fuit
10 turma grauis ualde. ¶ Et uenerunt uſq; ad
Areā Athád, quæ eſt trans Iarden Et plāxe-
runt ibi planctu magno, & graui ualde. Et
11 fecit patri ſuo luctum ſeptem diebus. ¶ Et
uiderūt habitatores terræ Chenahanæi lu-
ctum in area Athád & dixerūt. Luct' grauis
eſt iſte Aegyptijs. Idcirco uocauit nomē ei'
Abél Miſtaim (.i. luctus Aegyptiorum) qui eſt

12 trans Iardén. ¶ Et fecerunt filij eius ei ſic,
13 quẽadmodũ præceperat eis. ¶ Et tulerunt
eum filij eius in terram Chenáhan,& ſepe-
lierunt eum in ſpelunca agri duplici quam
emit Abrahám cum agro in poſſeſſionẽ ſe-
pulchri, abhephrón Chittæo ante Mamré.
14 ¶ Et reuerſus eſt Ioſéph in Aegyptũ ipſe,
& fratres eius,& oẽs qui aſcenderunt cum
eo,ut ſepelirẽt patrẽ eius, poſtq̃ ſepeliuit
15 patrem ſuum. ¶ Et uiderũt fratres Ioſéph,
ꝙ mortuus eſſet pater eorum,& dixerunt.
Fortaſſe odio habebit nos Ioſéph,& reddẽ-
do reddet nobis omne malum,quod retri-
16 buimus ei, ¶ Et præceperunt Ioſéph dicẽ-
do. Pater tuus præcepit anteq̃ moreretur
17 dicẽdo. ¶ Sic dicetis Ioſéph. Obſecro par-
ce nunc præuaricationi fratrum tuorum,&
peccato eorum:quia malũ retribuerũt tibi.
Et nunc parce quæſo præuaricationi ſeruo-
rum dei patris tui. Et fleuit Ioſéph,dum lo-
18 querẽtur ſibi. ¶ Et perrexerunt etiam fra-
tres eius,& iactauerũt ſe coram eo,& dixe-
19 runt. Ecce ſumus tibi ſerui. ¶ Et dixit ad
eos Ioſéph. Ne timeatis. Nunquid enim loco
20 dei ſum? ¶ Et uos cogitaſtis aduerſum me
malum. Deus cogitauit illud in bonum,ut
faceret ſecũdum diem hanc,ut uiuificaret po-
21 pulum multũ. ¶ Et nunc ne timeatis Ego
alam uos,& paruulos ueſtros, & cõſolatus
eſt eos. Et locutus eſt ad cor eorum. Et habi-
tauit Ioſéph in Aegypto: ipſe & dom⁹ pr̃is
eius,& uixit Ioſéph cẽtum,& decẽ annos.
22 ¶ Et uidit Ioſéph ipſi Ephráim filios tertię
generationis,etiã filij Machír filij Menaſſeh
23 nati ſunt ſuper genua Ioſéph. ¶ Et dixit
Ioſéph fratribus ſuis. Ego morior, & deus
uiſitando uiſitabit uos, & aſcendere fa-
ciet uos è terra hac,ad terram quã iurauit
24 Abrahám, Iſchác, & Iahacób, ¶ Et iurare
fecit Ioſéph filios Iſraél dicendo. Viſitãdo
uiſitabit de⁹ uos. Aſcẽdere faciatis oſſa mea
25 hinc. ¶ Et mortuus eſt Ioſéph filius cẽtum
& decem annorum,& aromatibus condide-
runt eum,& poſit⁹ eſt in arca in Aegypto.

¶ EXPLICIT LIBER GENESEOS SANCTE PAGNINO LVCENSI INTERPRETE.

¶INCIPIT LIBER QVI HEBRAICE DICITVR VEELLEH SEMOTH: ID EST ET HAEC NOMINA, GRAECE EXODOS, LATINE EXITVS INTERPRETE SANCTE PAGNINO LVCENSI. OR. PRAEDICA.

Capitulum.I.

1 ET hæc nomina
filiorum Iſraél,
qui igreſſi ſunt
in Aegyptū cū
Iahacob, ſingu-
li cum familia
ſua, igreſſi ſūt.
2 ¶Reubē, Sim
hón, Leuí. & Ie-
3 hudáh. ¶ Iſſa-
char, Zebulún,
& Biniamín.
4 ¶Dan, & Naphthali, Ghad, & Aſér, ¶Et
5 fuerunt omnes animæ corū qui egreſſi ſunt
è fœmore Iahacób, ſeptuaginta animæ. Et Io
6 ſéph erat in Aegypto. ¶Et mortuus eſt Io
ſéph. & oēs fratres eius, & ois gñatio ei⁹.
Et filij Iſraél creuerūt, & nati ſunt in multi-
tudine, & multiplicati ſūt, & roborati ſunt
7 ualidiſſime, & repleta eſt terra ex eis. ¶Et
ſurrexit rex nouus ſup Aegyptū, qui nō co-
8 gnouit Ioſéph. ¶Et dixit ad populū ſuum.
Ecce populus filiorū Iſraél multus & fortior
9 nobis eſt. ¶Affer ſapientes ſimus pꝑter eū
ne forte multiplicetur, & ſit cum euenerit
bellum, addatur etiam ipſe inimicis noſtris,
10 & pugnet cōtra nos, & aſcēdat è terra. ¶Et
poſuerūt ſuper eum principes tributorum,
ut affligerent eos oneribus ſuis, Et ædifica-
uit urbes theſaurorum Parhoni, Pithón, &
11 Rahamaſés. ¶Et quatenus affligebant eū,
eaten⁹ multiplicabaī, & creſcebat, & angu
12 ſtijs afficiebantur propter filios Iſraél. ¶Et
ſeruire fecerūt Aegyptij filios Iſraél dure, &
amaritudinibus affecerūt uitā eorum opere
duro in luto, & in lateribus, & in omni ope
re, in agro cum omni opere eorum, quibus
operati ſunt dure. ¶Et dixit rex Aegypti
obſtetricib⁹ Hebræarū, quarū noīa erāt uni⁹
quidem Siphráh alterius uero Puháh. ¶Et
dixit. Quū obſtetricaueritis Hebræas, & ui
deritis ſuper ſellas, ſi filius eſt interficite eū.
& ſi filia eſt uiuat. ¶Et timuerunt obſtetri
ces deum, & non fecerunt, quēadmodum lo
cutus eſt ad eas Rex Aegypti, ſed uiuifica-

16 uerūt pueros, ¶Et uocauit Rex Aegypti
obſtetrices, & dixit ad eas. Cur feciſtis rem
17 hanc, & uiuificaſtis pueros? ¶Et dixerunt
obſtetrices ad Parhoh. Quia non ſicut mulie
res Aegyptiæ, Hebræ ſunt, quía obſtetrices
ſunt ipſæ. Anteꝗ̄ ueniat ad eas obſtetríx pe
18 pererunt. ¶Et benefecit deus obſtetrici-
bus, & creuit populus, & roborati ſunt ual-
19 de. ¶Et fuit. Quia timuerunt obſtetrices
20 deum, fecit eis domos. ¶Et præcepit Pa-
rhóh dicendo. Omne filium, qui naſcetur in
flumen proijcietis, & omnem filiam uiuifi-
cabitis.

Capl'm.2.

1 ET abijt uir de domo Leui, & tulit fi
2 liam Leuí. ¶Et concæpit mulier,
& peperit filium, & uidit eum, ꝙ
pulcher eſſet, & abſcondit eum tri
3 bus menſibus. ¶Et non potuit ultra abſcō
dere eū, & accæpit ſibi arcā ex iunco, & bitu
minauit eam bitumine, & pice, & poſuit in
ea puerum, & poſuit in iunceto iuxta ripam
4 fluminis. ¶Et ſtetit ſoror eius à longinquo
5 ut ſciret quid fieret ei. ¶Et deſcendit filia
Parhóh, ut lauaret ſe ad flumen, & puellæ
eius ibant iuxta locum fluminis, & uidit ar-
cā in medio iunceti, & miſit ancillam ſuam,
6 & accæpit eam. ¶Et aperuit, & uidit ipſum
puerum. Et ecce puer flebat. & miſerta eſt ſu
per eum, & dixit. De pueris Hebræorum eſt
7 iſte. ¶Et dixit ſoror eius ad filiam Parhóh.
Nunquid uadam, & uocabo tibi mulierē la-
ctantē ex Hebræis, & lactabit tibi puerum?
8 ¶Et dixit ei filia Parhóh. Vade. Et perre-
9 xit puella, & uocauit matrē pueri. ¶Et di-
xit ei filia Parhóh. Duc puerum iſtum. & nu
tri eum mihi, & ego dabo tibi mercedē tuā.
Et accæpit mulier puerum, & nutriuit eum.
10 ¶Et creuit puer, & adduxit eum ad filiam
Parhóh, & fuit ei in filium, & uocauit nomē
eius Moſéh, et dixit, quia ex aquis traxi eū.
11 ¶Et fuit, In diebus ipſis creuit Moſéh, et
egreſſus eſt ad fratres ſuos, et uidit onera
eorum, & uidit uirum Aegyptium percutiē
12 tē uirū Hebræum è fratribus ſuis. ¶Et re-
ſpexit huc, & illuc, & uidit quod non eſſet
quiſꝗ̄, & percuſſit Aegitium, & abſcondit
13 eum in harena. ¶Et egreſſus eſt die ſecun-
da, & ecce duo uiri Hebræi litigabant, &
dixit ad impium. Vt quid percutis proxi-
14 mum tuum. ¶Et dixit. Quis poſuit te ui-
rum principem, & iudicem ſuper nos. Num-
quid occidere me tu cogitas, ſicut occi-

diſti Aegyptum. Et timuit Moſch, & di-
15 xit. Vere ſcita eſt res. ¶ Et audiuit Parhoh,
rē hāc, & quæſiuit occidere Moſch. Et fugit
Moſch à facie parhóh, & habitauit in terra
Midián, & ſedit iuxta puteum. Et ſacerdoti
Midián erant ſeptē filiæ. Et uenerunt & hau
ſerunt, & impleuerunt canales, ut potum da
16 rent pecudibus patris ſui. ¶ Et uenerūt pa
ſtores, & expulerunt eas. Et ſurrexit Moſch,
& ſeruauit eas, & potum dedit pecudibus
17 earum. ¶ Et uenerūt ad Rehuel patrē ſuū,
18 & dixit. Cur feſtinaſtis uenire hodie? ¶ Et
dixerūt. Vir Aegyptius eruit nos è manu pa
ſtorum, & etiam hauriendo hauſit nobis, &
19 potū dedit pecudibus. ¶ Et dixit ad filias
ſuas. Et ubi eſt? Vt quid dimiſiſtis uirū? Vo-
20 cate eum, & comedat panem. ¶ Et uoluit
Moſch habitare cū uiro. Et dedit Sipporah
filiam ſuam ipſi Moſch, & peperit filium, &
uocauit nomen eius Gherſón: quia dixit. Pe
21 regrinus fui in terra aliena. ¶ Et fuit poſt
dies multos hos, mortu' eſt rex Aegypti, &
ſuſpirauerūt filij Iſraél propter opus, & cla
mauerunt. Et aſcendit clamor eorum ad deū
22 ꝓpter opus. ¶ Et audiuit deus clamorē eo
rū, & recordatus eſt pacti ſui cū Abrahám,
23 Iſchac, & Iahacób. ¶ Et uidit deus filios
Iſraél, & cognouit deus.

Caplm 3.

1 ET Moſch paſcebat pecora Ithró ſo-
ceris ſui, ſacerdotis Midián. Et du-
xit pecora poſt deſertum, & uenit
2 ad montem dei in Choreb. ¶ Et cō
ſpectus eſt angelus domini ei, in flāma ignis
è medio rubi. Et uidit, & ecce rubus ardebat
3 in igne, & rubus nō cōſumebat. ¶ Et dixit
Moſch, Declinabo nūc, & uidebo uiſionem
4 magnam hanc, cur non ardeat rubus. ¶ Et
uidit dominus, quod declinaret ad uidēdū,
& uocauit eum deus è medio rubi. Et dixit.
5 Moſch Moſch. Et dixit. Ecce adſum. ¶ Et
dixit. Ne appropinques huc. Solue calcia-
menta tua è pedibus tuis, quia locus ſuper
6 quo tu ſtas, terra ſancta eſt. ¶ Et dixit. Ego
deus patris tui, deus Abrahám deus Iſchac,
& deus Iahacób. Et abſcondit Moſch faciem
7 ſuam: quia timuit aſpicere in deum. ¶ Et di
xit dominus. Videndo uidi afflictionem po-
puli mei, qui eſt in Aegypto. & clamorē eo-
rum audiui propter exactores eius: quia no-
ui dolores eius, & deſcēdi ut liberarem eum
è manu Aegypti. Et aſcēdere faciā eū è terra
iſta, ad terram bonam, & latam, ad terram
fluentē lacte, & melle, ad locū Chenahanæi,
& Chitthæi, & Emoræi, & Perizæi, & Chi-
8 uæi, & Iebuſæi. ¶ Et nūc ecce clamor fi-
liorum Iſraél uenit ad me. & etiam uidi op-
9 preſſionē qua Aegyptij opprimūt eos. ¶ Et
nunc ueni, & mittam te ad Parhóh, et edu-
ces populum meū filios Iſraél ex Aegypto.
10 ¶ Et dixit Moſch ad deum. Quis ſum quod
uadam ad Parhóh? & qđ educā filios Iſraél
11 ex Aegypto? ¶ Et dixit quia ero tecum. Et
hoc tibi ſignum quod ego miſerim te. Quū
eduxeris populum ex Aegypto, coletis deū
12 ſuper montem iſtum. ¶ Et dixit Moſch ad
deum. Ecce ego ibo ad filios Iſraél, & dicam
eis. Deus patrum ueſtrorū miſit me ad uos,
& dicēt mihi, quod eſt nomē eius, quid dicā
13 eis? ¶ Et dixit deus ad Moſch. Ero qui ero,
Et dixit. Sic dices filijs Iſraél. Ero miſit me
14 ad uos. ¶ Et dixit adhuc deus ad Moſch:
Sic dices filijs Iſraél, Dominus deus patrū
ueſtrorum. Deus Abrahám. Deus Iſchac, &
Deus Iahacób miſit me ad uos. Hoc nomen
meum in ſæculum, & hæc mentio mei in ge
15 neratione, & generationem. ¶ Vade, & cō
grega ſenes Iſraél, & dices eis. Domin' de'
patrum ueſtrorum cōſpectus eſt mihi, deus
Abrahám, Iſchác, & Iahacób dicendo. Viſitā
do uiſitaui uos, & quod factum fuit uobis
16 in Aegypto. ¶ Et dixi. Aſcendere faciā uos
ex afflictione Aegypti ad terrā Chenahanæi
& Chitthæi, & Emoræi, & Perizæi, & Chi-
uæi, & Iebuſæi, ad terram fluentē lacte, &
17 melle. ¶ Et obedient uoci tuæ, & ibis tu, &
ſenes Iſraél ad regem Aegypti, & dicetis ad
eum. Dominus deus Hebræorum, occurrit
nobis, Et nunc ibimus nunc uiam trium die-
rum in deſertum, ut ſacrificemus domino
18 deo noſtro. ¶ Et ego noui ꝙ non permittet
uos rex Aegypti, ut pergatis niſi i manu for
19 ti. ¶ Et mittam manum meam, Et percutiā
Aegytum, cum omnibus mirabilibus meis,
quæ faciam in medio eius, & poſtea dimit-
20 tet uos. ¶ Et dabo gratiam populo huic in
oculis Aegyptiorum. Et erit, quando perge
21 tis, non pergetis uacui. ¶ Sed poſtulabit
mulier à uicina ſua, & ab hoſpita domus ſuæ
uaſa argentea, & uaſa aurea, & ueſtes, & po
netis ſuper filios ueſtros, & ſuper filias ue-
ſtras, & ſpoliabitis Aegyptios.

Caplm. 4.

1 ET reſpōdit Moſch, & dixit. Et ec-
ce nō credent mihi, neq; parebūt
uoci meæ, quia dicent, non eſt cō
2 ſpectus tibi dñs. ¶ Et dixit ad
eū dominus. Quid eſt in manu tua? Et dixit
Virga. Et dixit Proijce eam in terram. Et ꝓie
cit eā in terrā, & uerſa eſt in ſerpētē. Et fugit

3 Moſch à facie eius. ¶ Et dixit dñs ad Moſch.
Extende manum tuam, & appræhēde caudam
eius Et extendit manum ſuam, & appræhēdit
4 eam, & uerſa eſt in uirgã in manu eius. ¶ Vt
credant quod conſpectus eſt tibi domiu' deus
patrum eorum, deus Abrahám, deus Iſchác, et
5 deus Iahacóh ¶ Et dixit dominus ei adhuc.
Introduc manum tuam in ſinum tuũ. Et intro-
duxit manum ſuam in ſinum ſuum, & eduxit
eam Et ecce manus eius erat leproſa, ſicut nix.
6 ¶ Et dixit. Reduc manum tuam in ſinũ tuum.
Et reduxit manum ſuam ad ſinum ſuũ, & edu
xit eam è ſinu ſuo, & ecce reuerſa erat, ſicut ca
7 ro eius. ¶ Et erit, ſi non crediderint tibi, &
non obedierint uoci ſigni prioris, credent uo-
ci ſigni alterius ¶ Et erit, ſi non crediderint
duobus ſignis iſtis, & nõ obedierint uoci tuæ,
capies ex aqua fluminis, & fundes ſup aridã.
Et erũt aquæ quas capies è flumine, uertentur
in ſanguinem in arida. ¶ Et dixit Moſch ad
dominũ. Obſecro domine, non uir uerborum
ſum etiam ab heri, etiam à nudiustertius, etiã
ex nunc, quo locutus es ad ſeruum tuum, quia
grauis ore, & grauis lingua ſum. ¶ Et dixit
dominus ad eum. Quis poſuit os homini, uel
quis poſuit ſurdum, uel mutum, uel uidẽtem,
uel cæcum? Nonne ego dominus? ¶ Et nunc
uade, & ego ero cum ore tuo, & docebo quod
loqueris. ¶ Et dixit. Obſecro domine, mitte
quæſo per manum illius quem miſſurus es.
¶ Et iratus eſt furor domini in Moſch, & di-
xit. Nonne Aharón fratrem tuũ leuitam noui,
q̃ loquendo loquetur ipſe? Et etiam ecce ipſe
egreditur in occurſum tui, & uidebit te, & le-
tabitur corde ſuo. ¶ Et loqueris ad eũ, & po
nes uerba in ore eius, & ego ero cum ore tuo,
& cum ore eius, et docebo uos q̃ facturi eſtis.
¶ Et loquetur ipſe pro te ad populum, & erit
ipſe, erit tibi ꝑ ore, & tu eris ei ꝑ deo. ¶ Et uir
gam hanc capies in manu tua, in qua facies ſi-
gna. ¶ Et perrexit Moſch, & reuerſus eſt ad
Iéther ſocerum ſuum, & dixit ei. Vadam nunc
& reuertar ad fratres meos, qui ſunt in Aegy-
pto, & uidebo, an adhuc uiuant. Et dixit Ithró
ad Moſch. Vade in pace. ¶ Et dixit dominus
ad Moſch in Midián. Vade, reuertere in Aegy
tum, quia mortui ſunt omnes uiri qui quære-
bant animam tuam. ¶ Et tulit Moſch uxorẽ
ſuam, & filios ſuos, & equitare fecit eos ſuper
aſinum & reuerſus eſt in terram Aegypti. Et
tulit Moſch uirgam dei in manu ſua. ¶ Et di-
xit dominus ad Moſch. Cum prexeris ut reuer
taris in Aegyptum, uide ut omnia portenta,
quæ poſui in manu tua, facias coram Parhóh.
Et ego indurabo cor eius, & non dimittet po-
21 pulum. ¶ Et dices ad Parhóh. Sic dixit domi
nus. Filius meus primogenitus meus Iſraél.
22 ¶ Et dixi tibi, dimitte filium meũ, ut ſeruiat
mihi, et renuiſti dimittere illum. Ecce ego occi
23 do filium tuũ primogenitũ tuũ. ¶ Et fuit, in
uia, in diuerſorio occurrit ei domin', & quæſi
24 uit interficere eum. ¶ Et tulit Sipporáh pe-
tram, & circumcidit præputium filij ſui, & tan
gere fecit pedes eius, & dixit, quia ſpõſus ſan
25 guinum es mihi. ¶ Et receſſit ab eo. Tunc di-
xit, ſponſus ſanguinum, propter circumciſio-
26 nem. ¶ Et dixit dominus ad Aharón. Vade
in occurſum Moſch in deſertum. Et perrexit,
& occurrit ei in monte dei, & oſculatus eſt eũ.
27 ¶ Et nũciauit Moſch ipſi Aharón, omnia uer
ba domini, qui miſit eum, & omnia ſigna, quæ
28 præcepit ei. ¶ Et perrexit Moſch, & Aha-
rón, & congregauerunt omnes ſenes Iſraél.
29 ¶ Et locutus eſt Aharón omnia uerba, quæ
locutus eſt dominus ad Moſch, & fecit ſigna
30 in oculis populi. ¶ Et credidit populus. Et au
dierunt, quod uiſitauit dominus filios Iſraél,
& quod uidit afflictionem eorum, & incuruа-
uerunt ſe, & adorauerunt.

Caplm.5.

1 ET poſtea uenerunt Moſch, &
Aharõ, & dixerũt ad Parhóh.
Sic dixit dominus deus Iſrael.
Dimitte populum meum, ut fe
ſta celebrent mihi in deſerto.
2 ¶ Et dixit Parhóh. Quis ẽ do
minus, ut parcam uoci eius, ut dimittã Iſrael?
Non noui dominum, & etiam Iſrael non dimit
3 tam. ¶ Et dixerũt. Deus Hebræorum occur
rit nobis. Ibimus nunc uiam trium dierum in
deſertum, ut ſacrificemus domino deo noſtro,
ne forte occurrat nobis cum peſtilentia, uel
4 gladio. ¶ Et dixit ad eos rex Aegypti. Vt q̃d
Moſch, & Aharón ceſſare facitis populum ab
5 operibus ſuis? Ite ad onera ueſtra. ¶ Et dixit
Parhóh. Ecce multus nunc populus terræ, &
6 ceſſare feciſtis eos ab oneribus ſuis. ¶ Et
præcepit Parhóh in die illa exactoribus po-
7 puli, & præfectis eius dicendo. ¶ Non adde
tis, ut detis paleam populo ad lateríficandum
lateres ſicut heri, & nudiustertius. Ipſi per-
8 gent, & colligent ſibi paleam. ¶ Et ſummam
laterum, quam ipſi faciebant, heri, & nudius
tertius, ponetis ſuper eos, non diminuetis ex
ea, quia ocioſi ſunt. Idcirco ipſi clamant di-
cendo. Ibimus ſacrificabimus deo noſtro.
9 ¶ Aggrauetur opus ſuper uiros, & faciant
in eo, & ne confidant in uerbis mendacij.

10 ¶ Et egreſſi ſunt exactores populi, & præ-
fecti ei', & dixerunt ad populũ, dicendo. Sic
11 dixit Parhóh, non do uobis paleam. ¶ Vos
ite, capite nobis paleam, ubi repereritis, quia
12 non diminuo de opere ueſtro aliquid. ¶ Et
diſperſus eſt populus in omnem terram Aegy
13 pti, ut colligeret quiſquilias pro palea. ¶ Et
exactores urgebant dicendo. Perficite opera
ueſtra de die in diem, quemadmodum, dum
14 erat palea. ¶ Et cæſi ſunt præfecti filiorum
Iſraél, quos poſuerunt ſuper eos exactores
Parhóh, dicendo. Cur non perfeciſtis præce-
ptum ueſtrum, ut lateꝛificaretis, ſicut heri, &
15 nudiuſtertius, etiam heri, etiam hodie? ¶ Et
uenerunt præfecti filiorum Iſráel, & clamaue
runt ad parhóh, dicendo. Vt quid facis ſic ſer-
16 uis tuis? ¶ Palea non datur ſeruis tuis, & la-
teres dicunt nobis, facite, & ecce ſerui tui cæ-
duntur, & punitur populus tuus. Et dixit. Va-
catis uacatis. Idcirco dicitis. Ibimus, ſacrifica-
17 bimus domino. ¶ Et nunc ite, facite, & pa-
lea non dabitur uobis, & ſummam laterum da
18 bitis ¶ Et uiderunt præfecti filiorum Iſraél
ſeipſos eſſe in malo dicendo. Non diminuetis
de lateríb' ueſtris de die in diem. ¶ Et occur-
runt ipſi Moſéh, & Aharón ſtantes in occur-
ſum eorum, quando egrediebantur à Parhóh.
19 ¶ Et dixerunt ad eos. Videat dominus ſu-
per uos, & iudicet, quia fœtere feciſtis odo-
rem noſtrum in oculis Parhóh, & in oculis ſer
uorum ei', ut daretis gladium in manu eorum
20 ad occidendum nos. ¶ Et reuerſus eſt Moſéh
ad dominum, & dixit. Vt quid maleſeciſti po-
21 pulo huic? Et ut quid miſiſti me? ¶ Et ex eo
tempore, quo ingreſſus ſum ad Parhóh, ut lo-
querer in nomine tuo, maleſecit populo huic,
22 & eruendo non eruiſti populum tuum. ¶ Et
dixit dominus ad Moſéh. Nunc uidebis quæ
facturus ſum Paróh, quia in manu forti di-
mittet eos, & in manu forti expellet eos è ter-
ra ſua.

Capitulum. 6.

1 ET locutus eſt deus ad Moſéh, &
dixit ad eum. Ego dominus. Et
conſpectus ſum ipſi Abrahám,
Iſchác, & Iahacóh in deo om-
nipotẽte, & in nomine meo ado
2 nai, nõ ſum cognitus eis. ¶ Et
etiam ſtatui pactum meum cum eis, ut darem
eis terram Chenáhan, terram peregrinatio-
3 num eorum, in qua peregrinati ſunt. ¶ Et
etiam ego audiui clamorem filiorum Iſraél,
quos Aegyptij ſeruire faciunt, & recordatus
4 ſum pacti mei. ¶ Idcirco dic filijs Iſraél. Ego
dominus. Et educam uos ex oneribus Aegy-
pti, & eruam uos à ſeruitute eorum, & redi-
mam uos brachio extenſo, & iudicijs magnis.
5 ¶ Et accipiam uos mihi in populum, & ero
uobis in deum, & ſcietis, quia ego dominus
deus ueſter, qui educo uos ex oneribus Aegy-
6 pti. ¶ Et introducam uos in terram, ad quam
leuaui manũ meam, ut darem eam Abrahám,
Iſchác, & Iahacób, & dabo eã uobis in hære-
7 ditatẽ. ¶ Ego dominus. Et locutus eſt Moſéh
ſic ad filios Iſraél, Et non audierunt Moſéh
propter anguſtiam ſpiritus, & ſeruitutem du-
8 ram. ¶ Et locutus eſt dominus ad Moſéh di-
9 cendo. ¶ Ingredere, loquere ad Parhóh re-
gẽ Aegypti, ut dimittat filios Iſraél è terra ſua.
10 ¶ Et locutus eſt Moſéh coram domino dicen
do, Ecce filij Iſraél non audierunt me, & quo-
modo audiet me Parhóh, & ego ſum incircũ
11 ciſus labijs? ¶ Et locutus eſt dominus ad Mo-
ſéh, & Aharon, & præcepit eis ad filios Iſraél,
& ad Parhóh regem Aegypti, ut educerent
filios Iſraél è terra Aegyti.
12 ¶ Iſta ſunt capita domus patrum eorum, fi-
lij Reubén primogeniti Iſraél, Chanóch, &
Pallúm, Cheſión, & Charmí. Iſtæ familiæ
13 Reubén. ¶ Et filij Simhón Iemuél, & Iamín
& Ohád, & Iachin, & Sóchar: & Saúl fili' Che
14 nahanith. Iſtæ familiæ Simhón. ¶ Et hæc no
mina filioꝝ Leuí ſecundum generationes eo
rum, Gherſón, & Chehạ́th, & Merari. Et anni
uitæ Leui fuerunt ſeptem, & triginta, & cen-
15 tum anni. ¶ Filij Gherſón, Libuí, & Simhí ſe
16 cundũ familias ſuas. ¶ Et filij Chehách Ham-
rám, & Iſchár, & Chebrón, & Huzziél. Et an
ni uitæ Chehách fuerũt tres & triginta, & cẽ-
17 tum anni. ¶ Et Filij Merari, Machalí, & Muſí.
Iſtæ familiæ Leuí ſecundum generationes eo-
18 rum. ¶ Et accæpit Hamrám Iochébed ami-
tam ſuam ſibi in uxorẽ, & peperit ei Aharón,
Moſéh. Et anni uitæ Hamram fuerint ſeptem
19 & triginta, & centum anni. ¶ Et Filij Iſhár,
20 Córach, & Néphegh, & Zichri ¶ Et filij Huz
21 ziél, Miſáel, & Elſaphán, & Sithrí ¶ Et acce-
pit Aharón, Eliſébah filiam Hamminadáb, ſo
rorem Nachſón ſibi in uxorem, & peperit ei
Nadáb, & Abihú, & Elhazár, & Ithamár.
22 ¶ Et filij Córach, Aſſir, & Elcanáh, & Abia-
23 ſaph. Iſtæ familiæ Chorchitæ. ¶ Et Elhazár
filius Aharón accæpit ſibi è filiabus Puthiél ſi-
bi in uxorem, & peperit ei Pinchás. Iſta ſunt
capita patrum Leuitarum ſecundum familias
24 ſuas. ¶ Hic eſt Aharón, & Moſéh, quibus di
xit dominus, educite filios Iſraél è terra Aegy
25 pti ſecundum exercitus ſuos. ¶ Iſti loquun-
tur ad Parhóh regem Aegypti, ut educant fi-
lios Iſraél ex Aegypto hic Moſéh, & Aharón.
26 ¶ Et fuit in die ipſa, locutus eſt dominus ad

27 Moſéh in terra Aegypti. ¶ Et locutus eſt do
minus ad Moſéh dicendo, Ego dñs. Loque-
re ad Parhóh regē Aegypti omnia quæ ego
28 loquor ad te. ¶ Dixitq́ Moſéh coram domi
no. Ecce ego incircūciſus labijs, & quomo-
do obediet mihi Parhoh? Caplm.7.
1 Dixitq́ dominꝰ ad Moſéh. Vide, De
di te ꝓ deo ipſi parhóh, & Aharón
2 frater tuus, erit ꝓpheta tuus. ¶ Tu
loqueris omnia quæ præcipiā tibi,
& Aharón frater tuus loquetur ad Parhóh,
3 ut dimittat filios Iſraël è terra ſua. ¶ Et ego
indurabo cor Parhóh, & ml'tiplicabo ſigna
4 mea, & portēta mea in terra Aegypti. ¶ Et
non audiet uos Paróh, & dabo manū meam
in Aegypto, & educam exercitus meos, po-
pulum meū, filios Iſraël è terra Aegypti iu-
5 dicijs magnis. ¶ Et ſciēt Aegyptij qđ ego
ſum dominus, cum extendero manū meā ſu
per Aegyptum, & eduxero filios Iſraël è me
6 dio corū. ¶ Et fecit Moſéh, & Aharón, quē
7 admodū præcepit dñs eis, ſic fecerūt. ¶ Et
Moſéh erat octogenariꝰ, & Aharón trium, &
octogita annorū, qñ locuti ſunt ad Parhóh.
8 ¶ Dixitq́ dñs ad Moſéh, & ad Aharón dicē
do. Si locutꝰ fuerit ad uos Parhóh dicendo.
9 ¶ Date nobis portētum, dices ad Aharón,
Tolle uirgā tuā, & proijce coram Parhóh,
10 & uertet́ in draconē. ¶ Et uenit Moſéh, &
Aharón ad Parhóh, & fecerūt ſic, quēadmo
dum præcepit dñs. Et proiecit Aharón uirgā
ſuam corā Parhóh, & coram ſeruis eius, &
11 uerſa eſt in draconē. ¶ Et uocauit etiā Pa-
rhóh ſapientes, & maleficos, & fecerūt etiā
ipſi magi Aegypti incantationibus ſuis ſic.
12 ¶ Et proiecerūt unuſquiſq́ uirgā ſuam, &
uerſæ ſunt in ſerpētes. Et deglutiuit uirga
13 Aharón uirgas eorū. ¶ Et roborauit ſe cor
Parhóh, & nō paruit eis quēadmodū locutꝰ
14 eſt dominus. ¶ Dixitq́ dominus ad Mo-
ſéh. Aggrauatum eſt cor Parhóh. Renuit di
15 mittere populū. ¶ Vade ad Parhóh mane,
& ecce egreditur ad aquas, & ſtabis ī occur
ſum eiꝰ iuxta ripam fluminis, & uirgā quæ
16 uerſa fuit in ſerpētē, tolles ī manu tua. ¶ Et
dices ad eū. Dñs deꝰ Hebræorū miſit me ad te
dicēdo. Dimitte ppl'm meū, ut ſeruiāt mihi
17 in deſerto, & ecce nō audiſti hactenꝰ. ¶ Sic
dixit dñs. In hoc ſcies, qđ ego ſum dñs. Ecce
percutio uirga, quæ eſt in manu mea, aquas
quæ ſunt in flumine. & uertent́ in ſanguinē.
18 ¶ Et piſces qui ſunt in flumine, morientur,
& fetebit fluuius, & laborabūt Aegyptij, ut
19 bibant aquas e flumine. ¶ Dixitq́ dominus
ad Moſéh. Dic ad Aharón. Tolle uirgā tuā,
& extende manus tuas ſuper aquas Aegy-
pti, ſuper flumina eorum, ſuper riuos eorū,
& ſuper paludes eorum. & ſuper omnē cō-
gregationē aquarū eorum. & efficiant́ ſan-
guis, & erit ſaguis in omi terra Aegypti, &
20 in lignis, & lapidibus. ¶ Et fecerūt ſic Mo
ſéh & Aharón, quēadmodū præcepit dñs.
Et eleuauit uirgam & percuſſit aquas, quæ
erant in flumine in oculis Parhóh, & in ocu
lis ſeruorū eius, & uerſæ ſunt omnes aquæ,
21 quæ erant in fumine, in ſanguinē. ¶ Et pi-
ſces, qui erant in flumine mortui ſunt. Et fe
tuit fluuius, & non poterant Aegyptij bi-
bere aquā è flumine. Et fuit ſanguis in omni
22 terra Aegypti. ¶ Et fecerūt ſic magi Aegy
pti incantationibꝰ ſuis, & roborauit ſe cor
Parhóh, & non audiuit eos, quēadmodum
23 locutus eſt dominus. ¶ Et reſpexit Parhóh
& uenit ad domum ſuam, & non poſuit cor
24 ſuum etiam ad hoc. ¶ Et foderunt omnes
Aegyptij per circuitus fluminis, aquas ut
biberent, quia non poterāt bibere ex aquis
25 fluminis. ¶ Et completi ſunt ſeptē dies,
poſtq́ percuſſit dñs flumē. Caplm.8.
1 Dixitq́ dominus ad Moſéh. In-
gredere ad Parhóh, & dices
ad eum Sic dixit dominꝰ. Di-
mitte populū meū, ut ſacrifi
2 cet mihi. ¶ Et ſi renueris di-
mittere, ecce percutio omnē
3 terminū tuū ranis. ¶ Et producet fluuius
ranas, & aſcendēt, & uenient in domū tuā,
& in cubiculū lecti tui, & ſuper lectū tuū,
& in domum ſeruorum tuorum, & in popu
lum tuum, & in furnos tuos, in paſtas tuas.
4 ¶ Et in te, in populum tuum, & in omnes
5 ſeruos tuos aſcendent ranæ. ¶ Dixitq́ do
minꝰ ad Moſéh. Dic ad Aharón. Extende ma
num tuā, uirga tua ſuper flumina, ſuper ri-
uos, & ſuper paludes. Et aſcēdere faciat ra-
6 nas ſuper terrā Aegypti. ¶ Et fecerunt ſic
magi incātationibꝰ ſuis. Et aſcēdere fecerūt
7 ranas ſup terras, ſuper terrā Aegypti. ¶ Et
uocauit Pathóh Moſéh, & Aharón & dixit.
Orate ad dñm, ut remoueat ranas à me, & à
populo meo, & dimittam populū, & ſacrifi
8 cabunt dño. ¶ Dixitq́ Moſéh ad Parhóh.
Gloriare ſuper me, & dic quando deprecer
pro te, & pro ſeruis tuis, & ꝓ populo tuo,
ut exterminare faciam ranas à te, & à domi
bus tuis, dumtaxat in flumine remanebūt.
9 ¶ Et dixit. Cras. Et dixit. Iuxta uerbū tuū,
ut ſcias, q' non eſt ſic dominus deus noſter.
10 ¶ Et recedēt ranæ à te, & à domibꝰ tuis, &
à ſeruis tuis, & à populo tuo, dumtaxat in

11 fluminе remanebūt. ¶ Et egreſſus eſt Mo-
ſch, & Aharón à Parhoh, & clamauit Moſch
ad dñm ꝑpter ranas, quas poſuit parhoni.
12 ¶ Et fecit dñs iuxta uerbū Moſch, & mor-
tuæ ſunt ranæ è domib' è uillis, & ex agris.
13 ¶ Et congregauerūt eas aceruatim, & fe-
14 tuit terra. ¶ Et uidit Parhóh q; eſſet reſpi-
ratio, & aggrauauit cor ſuum, & non audi-
uit eos, quēadmodum locutus eſt dominus.
15 ¶ Dixitq; dñs ad Moſch. Dic ad Aharón.
Extende uirgam tuā, & percute puluerem
terræ, & conuertetur in pediculos in omni
16 terra Aegypti. ¶ Et fecerunt ſic. Et exten-
dit Aharon manū ſuam uirga ſua, & percuſ
ſit puluerē terræ, & fuerunt pediculi in ho-
minibus, & iumentis. Omnis puluis terræ
uerſus eſt in pediculos, in omni terra Aegy
17 pti. ¶ Et fecerunt ſic magi incantationib'
ſuis, ut educerent pediculos, & non potue-
runt. Et fuit pediculus in hoib', & iumētis.
18 ¶ Et dixerunt magi ad Parhóh. Digitus
dei eſt. Et roborauit ſe cor Parhóh, & non
audiuit eos, quēadmodum locutus eſt do-
19 minus. ¶ Dixitq; domin' ad Moſch. Surge
mane, & ſta corā Parhóh, & ecce egreditur
ad aquas, & dices ad eum. Sic dixit domin'.
Dimitte populum meum, ut ſeruiat mihi.
20 ¶ Quía niſi dimiſeris ppl'm meū, ecce ego
mitto in te, & in ſeruos tuos, & i ppl'm tuū,
21 & in domos tuas omne ferarū genus. ¶ Et
ſeparabo in die ipſam terrā Ghóſen in qua
populus meus manet, ut non ſit ibi omne fe
rarū genus, ut ſcias q; ego ſum dñs in me-
22 dio terræ. ¶ Et ponam redemptionē inter
populum meum, & populū tuum. Cras erit
23 ſignū hoc. ¶ Et fecit dñs ſic. Et uenit omne
ferarū genus graue ad domū Parhóh, & ad
domū ſeruorū eius, & in omī terra Aegypti
corrumpebat terra ꝑpter omē ferarū gen'.
24 ¶ Et uocauit Parhóh Moſch & Aharon, &
25 dixit. Ite, ſacrificate deo uřo in terra. ¶ Et
dixit Moſch, Nō eſt rectum, ut faciamus ſic.
Num abominationē Aegypti, ſacrificabim'
dño deo noſtro? Si ſacrificauerim' abomina
tionē Aegypti in oculis eorum, nonne lapi-
26 dabunt nos? ¶ Viam trium dierum ibímus
in deſertum, & ſacrificabimus dño deo no-
27 ſtro, quēadmodum dixit nobis. ¶ Dixitq;
Parhoh. Ego dimittā uos, & ſacrificabitis
domino deo ueſtro in deſerto, uerūtamen
elongādo non elongabitis uos eundo. Ora-
28 te pro me. ¶ Dixitq; Moſch. Ecce ego egre
dior à populo tuo, & orabo ad dominū, &
recedet omne ferarum genus à Parhóh, & à
ſeruis eius, & à populo eius cras. Verūtamē
ne addat Parhóh ut mētiatur ut nō dimittat
29 populū ut ſacrificet domino. ¶ Et egreſſus
eſt Moſch à Parhóh, & orauit ad dominum.
30 ¶ Et fecit dñs iuxta uerbū Moſch, & receſ
ſit omne ferarū gen' à Parhóh, & à ſeruis ei',
31 & à populo ei', nō remáſit unū. ¶ Et aggra-
uauit Parhóh cor ſuum, etiam uice hac, &
non dimiſit populum. Caplm. 9.
1 Dixitq; dominus ad Moſch. Ingre-
dere ad Parhóh, & loquere ad eū.
Sic dixit dñs deus Hebræorū. Di
mitte populum meum, ut ſeruiat
2 mihí. ¶ Quia ſi renueris dimittere, & adhuc
3 retinueris eos. ¶ Ecce manus domini eſt in
pecudib' tuis, quæ ſunt in agro, in equis, in
aſinis, in camelis, in bobus. & in ouibus, pe
4 ſtis grauis ualde. ¶ Et diuidet dñs inter pe
cudes Iſraél, & inter pecudes Aegypti, & nō
morietur ex omnibus, quæ ſunt filijs Iſrael
5 quicq̄. ¶ Et poſuit dominus tēpus, dicen-
6 do. Cras faciet dñs rem hanc in terra. ¶ Et
fecit dominus rē hanc in craſtino, & mor-
tuum eſt omne pecus Aegypti, & de pecori
7 bus filiorū Iſraél, non eſt mortuū unū. ¶ Et
miſit parhóh, & ecce nō erat mortuū è peco
rib' filiorū Iſraél uſq; ad unū. Et aggrauauit
8 ſe cor Parhóh. & nō dimiſit populū. ¶ Di-
xitq; dominus ad Moſch, & Aharón, Tollite
uobis plenas uolas ueſtras, è cinere fornacis
& ſpargat eum Moſch in cœlum in oculis Pa
9 rhóh. ¶ Et uertetur in puluerē ſuper omnē
terrā Aegypti, & erit ſup homines & ſuper
animalia in ulcus germinās inflationes in oī
10 terra Aegypti. ¶ Et tulerunt cinerē è forna
ce, & ſteterunt coram Parhóh, & ſparſit eū
Moſch in cœlū, & fuit ulcus inflationū ger-
11 minās in hoib', & i aialib', & iumētis. ¶ Et
nō potuerūt magi ſtare coram Moſch pro-
pter ulcus, quia fuit ulcus in magis, & in oī-
12 bus Aegyptijs. ¶ Et roborauit domin' cor
Parhóh, & nō obediuit eis, quēadmodū lo-
13 cutus eſt dñs ad Moſch. ¶ Et dixit dñs ad
Moſch. Surge mane, & ſta coram Parhóh, &
dic ad eū. Sic dixit dñs de' Hebræorū. Dimit
14 te ppl'm meū, ut ſeruiat mihi. ¶ Quia uice
hac ego mitto oēs plagas meas i cor tuū, &
in ſeruos tuos, & i ppl'm tuū, ut ſcias q̄a non
15 eſt ſicut ego ſum in oī terra. ¶ Quia nunc
miſi manū meā, & pcuſſi te, & ppl'm tuū, &
16 ſucciſus es è terra. ¶ Et ꝑfecto ꝑpter hoc
ſtare feci te, ut uidere faciā te potentiā meā,
& ut narrare faciā nomē meū i uniuerſa ter-
17 ra. ¶ Adhuc tu eleuas te in ppl'm meū, ut nō
18 dimittas eos. ¶ Ecce ego pluo i tpe craſtino
grādinē grādē ualde, q̄lis nō fuit ſicut ipſa in

Aegypto à die qua fundata eſt, uſq; ad hoc tē-
19 pus. ¶ Et nūc mitte, cōgrega pecus tuum, &
omnia quæ ſunt tibi in agro. Omnis homo, &
animal qui inuentus fuerit in agro, et non con
gregatus fuerit in domum, deſcendet ſuper
20 eos grando, & morientur. ¶ Qui timuit uer
bum domini è ſeruis Parhóh fugere fecit ſer-
21 uos ſuos, & pecus ſuum ad domos. ¶ Et qui
non poſuit cor ſuum ad uerbum domini, dere-
22 liquit ſeruos ſuos, & pecus ſuū in agro. ¶ Et
dixit dominus ad Moſéh. Extende manū tuam
ad cœlum, & erit grando in omni terra Aegy-
pti ſuper hominē & ſuper animal, & ſuper om
23 nem hærbam agri in terra Aegypti. ¶ Et ex-
tendit Moſéh uirgam ſuam ad cœlum, & do-
minus dedit tonitruum, & grandinem, & am-
bulauit ignis ſuper terram, & pluit dominus
24 grandinem ſuper terram Aegypti. ¶ Et fuit
grando, & ignis compræhēſus in medio gran
dinis, grauis ualde, qualis non fuit ſicut ipſa in
omni terra Aegypti, ex eo tempore quo fuit in
25 gentem. ¶ Et percuſſit grando in omni terra
Aegypti, omnia quæ erant in agro, ab homine
uſq; ad animal. Et omnem hærbam agri per-
cuſſit grando, et omnem arborem agri confre
26 git. ¶ Tantum in terra Ghóſen in qua erant
27 filij Iſrael, non fuit grādo. ¶ Miſitq; Parhóh
et uocauit Moſéh, & Aharon, et dixit ad eos.
Peccaui uice hac. Dominus iuſtus eſt, & ego
28 & populus meus impij. ¶ Orate ad dominū
et ſufficiet ꝙ non ſint tonitrua dei, & grando
et dimittam uos, & amplius non manebitis.
29 ¶ Et dixit ad eum Moſéh. Cum egreſſus fue
ro ex urbe extēdam palmas meas, tonitrua ceſ
ſabunt, & grando non erit ultra, ut ſcias: quod
30 domini eſt terra. ¶ Et te & ſeruos tuos noui
31 ꝙ adhuc non timeatis à facie dñi Dei. ¶ Et
linum, & hordeū percuſſum eſt, quia hordeū
32 uiride erat, et linum in calamo. ¶ Et triticum
et zea non ſunt percuſſa, quia ſerotina erant.
33 ¶ Et egreſſus eſt Moſéh à Parhóh è ciuitate,
et extendit palmas ſuas ad dominum, et ceſſa-
uerunt tonitrua, & grando, et pluuia nō eſt fu
34 ſa ſuper terrā. ¶ Et uidit Parhóh ꝙ ceſſaſſet
pluuia, et grando, et tonitrua, et addidit ut pec
caret, et aggrauauit cor ſuum ipſe, et ſerui ei⁹.
38 ¶ Et roboratum eſt cor Parhóh, et non di-
miſit filios Iſrael, quemadmodum locutus eſt
dominus per manum Moſéh.

Capitu.10.

1 Dixitq; dominus ad Moſéh. Ingre-
dere ad Parhóh, quia ego aggra-
uare feci cor eius, et cor ſeruorum
eius, ut ponam ſigna mea hæc in
2 medio eius. ¶ Et ut narres in au-
ribus filij tui, et filij filij tui, quæ feci in Aegy-
pto, et ſigna mea quæ poſui in eis, et ſciatis ꝙ
3 ego domin⁹. ¶ Et egreſſus eſt Moſéh et Aha-
ron á Parhóh, et dixerunt ad eum. Sic dixit
dominus deus hebræorum. Vſq; quo renuiſti
humiliari coram me? Dimitte populum meum
4 ut ſeruiat mihi. ¶ Quia ſi renueris dimittere
populum meum, ecce ego adduco cras locuſtā
5 in terminum tuum, ¶ Et operiet ſuperficiem
terræ, et nō poterit uidere terram, et comedet
reſiduū ꝙ euaſit, ꝙ remanet uobis à grādi-
ne, et comedet omnem arborem germinātem
6 uobis de agro. ¶ Et replebūtur domus tuæ,
et domus omniū ſeruorū tuorū, et dom⁹ omniū
Aegyptiorum, quas non uiderūt patres tui, et
patres patrum tuorū à die qua fuerunt ſup ter
ram uſq; ad diem hanc. Et reſpexit, et egreſſus
7 eſt à Parhóh. ¶ Et dixerunt ſerui Parhóh ad
eū. Vſq; quo erit iſte nobis in laqueū. Dimitte
uiros, ut ſeruiāt dño deo ſuo. Num adhuc igno
8 ras ꝙ perijt Aegypt⁹? ¶ Et reduct⁹ eſt Moſéh
et Aharon ad Parhóh, et dixit ad eos. Ite, ſer-
uite dño deo ueſtro. Cū quibus uā ituri eſtis?
9 ¶ Et dixit Moſéh. Cū paruulis noſtris, et cū
ſenibus noſtris ibimus, cū filijs noſtris, et cum
filiabus nr̄is, cū pecudib⁹ noſtris, et cū bobus
noſtris ibim⁹: quia ſolēnitas domini eſt nobis.
10 ¶ Et dixit ad eos. Sit ita dñs uobiſcū, ſicut di
mittā uos, et paruulos ur̄os. Videte, ꝙ malum
11 contra faciem ueſtram. ¶ Non ſic. Ite nūc ui-
ri, et ſeruite dño, quia hoc met uos quæritis.
12 Et expulit eos à facie Parhóh. ¶ Dixitq; do-
minus ad Moſéh. Extende manū tuam ſup ter
ram Aegypti in locuſta: et aſcēdat ſuper terrā
Aegypti, et comedat omnem hærbā terræ om
13 nia quæ reliqt grando. ¶ Et extendit Moſéh
uirgam ſuam ſuper terrā Aegypti, et dñs duxit
uentū orientalem in terram, tota die ipſa, et to
ta nocte. Mane fuit, et uentus orientalis eleua
14 uit locuſtas. ¶ Et aſcēderūt locuſtæ ſuper to
tā terrā Aegypti, et requieuerūt in om̄i termi
no Aegypti graues ualde. Ante ipſas nō fuerūt
15 tales locuſtæ, nec poſt hac futuræ ſunt. ¶ Et
operuerunt ſuperficiem om̄is terræ, et obſcu
rata eſt terra, et comederūt omnē hærbam ter
ræ, et omnem fructum arboris, quem reliquer-
rat grando, et non remāſit quicq; uiride in ar-
boribus, & in hærbis agri in tota terra Aegy-
16 pti. ¶ Et feſtinauit Parhóh, ut uocaret Moſéh
& Aharon, et dixit. Peccaui domino deo ue-
17 ſtro, et uobis. ¶ Et nunc remitte quæſo pec-
catum meum, uerūtamen uice hac, et orate ad
dominū deum ueſtrum, et remoueat à me tan-
18 tum mortem hāc. ¶ Et egreſſus eſt à Parhóh
19 et orauit ad dominum. ¶ Et uertit dominus

uentum occidentalem fortem ualde, et leuauit
locuſtas, & fixit eas in mare Súph. Non remā
20 ſit locuſta una in omni termino Aegypti. ¶ Et
roborauit domin' cor Parhóh, & nō dimiſit fi
21 lios Iſraél. ¶ Dixitq; dominus ad Moſéh. Ex
tende manum tuam ad cœlum, et erunt tene
bræ ſuper terrā Aegypti, et palpabit tenebras.
22 ¶ Et extēdit Moſéh manum ſuam ad cœlum
et fuerūt tenebræ caligoſæ in tota terra Aegy
23 pti tribus dieb'. ¶ Non uidebat alter alterū,
neq; ſurrexit quiſq; è loco ſuo tribus diebus.
Sed omnibus filijs Iſraél, fuit lux in habitacu
24 lis eorum. ¶ Et uocauit Parhóh Moſéh, & di
xit. Ite, ſeruite domino, tm̄ pecudes ueſtræ, &
boues ueſtri manebunt, & paruuli ueſtri ibūt
25 uobiſcum. ¶ Dixitq; Moſéh. Etiam tu dabis
in manu noſtra ſacrificia & holocauſta quæ fa
26 ciemus dn̄o deo noſtro. ¶ Et etiā pecudes no
ſtræ ibunt nobiſcum. Non remanebit ungula,
quia ex eo accipiemus ad ſeruiēdum dn̄o deo
noſtro. Et nos neſcimus quibus ſeruituri ſum'
27 domino, donec ueniamus illuc. ¶ Et robora
uit dn̄s cor Parhóh, & noluit dimittere eos.
28 ¶ Et dixit ei Parhóh. Recede à me, Caue tibi
ne amplius uideas faciem meā, quia in die qua
29 uidebis faciē meā morieris. ¶ Et dixit Moſéh.
Rectum locut' es. Non uidebo ultra faciē tuā.

Capſm. 11.

1 DIxitq; domin' ad Moſéh Adhuc
plagam unam adducā ſuper Pa
rhóh et ſuper Aegyptū, poſtea
dimittet uos hinc. Cum dimi
ſerit expellendo expellet uos
2 hinc. ¶ Loquere nūc in auri
bus populi: & petant unuſquiſq; à proximo
ſuo, & una quæq; à proxima ſua, uaſa argētea
3 & uaſa aurea. ¶ Et dabit dominus gratiā po
pulo in oculis Aegyptiorum. Etiam uir Moſéh
magnus erat ualde in terra Aegypti in oculis
4 ſeruorum Parhóh, & in oculis populi. ¶ Di
xitq; Moſéh. Sic dixit dominus. Cū media fue
5 rit nox, ego egredior in medio Aegypti. ¶ Et
morietur omne primogenitum in terra Aegy
pti à primogenito Parhóh, qui ſedet ſuper ſo
lium eius, uſq; ad primogenitum ancillæ, quæ
eſt poſt molas, & om̄e primogenitum anima
6 lium. ¶ Et erit clamor magnus in omni terra
7 Aegypti qualis non fuit, nec futurus eſt. ¶ Et
contra omnes filios Iſraél non mouebit canis
linguam ſuam à uiro uſq; ad animal, ut ſciatis
quod diuiſerit dominus inter Aegyptum, &
8 Iſraél. ¶ Et deſcendent omnes ſerui tui iſti ad
me, & incuruabunt ſe mihi dicendo. Egredere
tu, & omnis populus, qui eſt in pedibus tuis,
et poſtea egrediar. Et egreſſus eſt à Parhóh in
9 ira furoris. ¶ Dixitq; domin' ad Moſéh. Non
audiet uos Parhóh ut multiplicem portenta
10 mea in terra Aegypti. ¶ Et Moſéh, et Aha
rón fecerunt omnia portēta iſta corā Parhóh,
& roborauit dominus cor Parhóh, et non di
miſit filios Iſraél è terra ſua.

Capſm. 12.

1 DIxitq; dominus ad Moſéh, & Aha
2 róni ī terra Aegypti dicēdo. ¶ Mē
ſis iſte uobis caput menſium, prim'
3 erit in menſibus anni. ¶ Loquimi
ni ad omnem cœtum Iſraél dicēdo. In decima
menſis huius accipient ſibi unuſquiſq; agnum
per familiam patrum, agnum per familiam.
4 ¶ Et ſi minor fuerit familia q̄ eſſe agni, acci
piet & uicinum ſuum, qui propinquus eſt do
mui ſuæ ſecūdum numerum animarum unū
quēq; ſcd̄m edere eius numerabitis ſup agnū.
5 ¶ Agnus perfectus, maſculus, anniculus erit
6 uobis. Ex ouibus, & è capris accipietis. ¶ Et
erit uobis ad cuſtodiam uſq; ad quartamdeci
mam diem menſis huius, & immolabunt eum
omnis cœtus ſynagogæ iſraél inter duas ueſpe
7 ras. ¶ Et tollent è ſanguine & ponent in am
bobus poſtibus, & in ſuplimiuari, in domibus,
8 in quibus comedent eum. ¶ Et comedent car
nem nocte ipſa, aſſam igni, & infermentata.
9 Cum amaritudinibus comedent eum. ¶ Ne
comedatis ex eo crudum, & coquendo coctū
aqua, ſed aſſum igni. Caput eius cum cruribus
10 eius, & cum interioribus eius. ¶ Et non relin
quetis ex eo uſq; mane. Et quod relictum fue
11 rit ex eo uſq; mane, igni comburetis. ¶ Et ſic
comedetis eum. Renes ueſtri accincti, calcia
menta ueſtra in pedibus ur̄is: & baculus ueſter
12 in manu ueſtra. Péſach eſt domino. ¶ Et tran
ſibo per terrā in Aegypti in nocte iſta, & percu
tiam omne primogenitum in terra Aegypti ab
homine uſq; ad animal, & in cūctis dijs Aegy
13 pti, faciam iudicia ego dominus. ¶ Et erit ſan
guis uobis in ſignum in domibus, in q̄bus uos
eritis, & uidebo ſanguinem, & tranſibo ſuper
uos, & non erit in uobis plaga ad diſperden
14 dum, quando percutiam terrā Aegypti. ¶ Et
erit dies iſte uobis ad memoriam, & celebrabi
tis eum feſtum domino in generationibus ue
15 ſtris, ſtatuto perpetuo celebrabitis eum. ¶ Se
ptem diebus infermentata comedetis, uerūta
men die prima ceſſare facietis fermētum è do
mibus ueſtris: quia omnis qui comederit fer
mentatū, excidetur anima ipſa ex Iſraél à die
16 primo, uſq; ad diem ſeptimum. ¶ Et in die
primo uocatio ſctā, & die ſeptima uocatio

ſancta erit nobis. Omne opus non fiet in eis.
Verũtamen quod comedetur ex omni anima
17 illud tãtũmõ fiet uobis. ¶ Et cuſtodietis in
fermẽtata qa in corpe diei hui' eduxi exer-
citus noſtros è terra Aegypti. Et cuſtodietis
diem hunc in generationib' ueſtris ſtatuto
18 perpetuo. ¶ In primo, quartadecima die
menſis, in ueſpera comedetis infermentata
uſq; ad diem unum, & uigeſimum mẽſis in
19 ueſpera. ¶ Septem diebus fermentum nõ
inuenietur in domib' ueſtris. Quia omnis qui
comederit fermẽtatum, exterminabitur aĩa
ipſa è cœtu Iſrael, tã peregrini q̃ ĩdigenæ ter
20 ræ. ¶ Omne fermẽtatum non comedetis. In
oĩbus habitaculis ueſtris comedetis infer-
21 mentata. ¶ Et uocauit Moſéh omnes ſenio
res Iſrael, & dixit ad eos. Trahite, & accipi-
te nobis pecora ſecũdum familias ueſtras,
22 & immolate Péſach. ¶ Et accipietis faſci-
culũ hyſopi, & tingetis in ſanguine, qui eſt
in uaſe, & pertingere facietis ad ſuper limi
nare, & ad ambos poſtes, de ſanguine, q eſt
in uaſe, & uos non egrediemini unuſquiſq;
23 ex oſtio domus ſuæ uſq; mane. ¶ Et trãſibit
dominus ad percutiẽdum Aegyptum, & ui-
debit ſanguinẽ in ſup liminari, & in ambob'
poſtibus, & trãſiliet dominus ſuper oſtium
& nõ pmittet uaſtatorẽ ut ueniat ad domos
24 ueſtras ad percutiendum. ¶ Et cuſtodietis
rem iſtã pro ſtatuto tibi. & filijs tuis uſq; in
25 ſæculũ ¶ Et erit, cũ ingreſſi fueritis terram
quam dabit dominus uobis, quemadmodũ
26 locutus eſt, cuſtodietis opus hoc. ¶ Et erit,
quũ dixerint uobis filij ueſtri, quid op' hoc
27 uobis. ¶ Dicetis. Sacrificiũ Péſach ẽ dño,
qui tranſiuit ſuper domos filiorum Iſraél in
Aegypto, qñ percuſſit Aegyptũ, & domos
noſtras eruit & incuruauit ſe populus, & hu
28 miliauerunt ſe. ¶ Et abierunt, & fecerunt
filij Iſraél, quẽadmodum præcepit dominus
Moſéh & Aharón, ſic fecerunt. ¶ Et fuit,
29 in media nocte dominus percuſſit omne pri-
mogenitum in terra Aegypti à primogeni-
to Parhóh, qui ſedebat ſup ſolium ſuũ, uſq;
ad primogenitum captiui, qui erat in domo
30 carceris, & omne primogenitũ aĩalis. ¶ Et
ſurrexit Parhóh nocte ipſa, & omnes ſerui
ei', & oĩs Aegyptus. Et fuit clamor magnus
in Aegypto quia nõ erat dom' in qua nõ eẽt
31 mortu'. ¶ Et uocauit Moſéh, & Aharón no
ctu, & dixit. Surgite, egredimini è medio po
puli mei, ẽt uos, ẽt filij Iſraél, Et ite, ſeruite
32 dño ſecũdũ qđ locuti eſtis. ¶ Etiã pecora
ueſtra, ẽt boues ueſtros accipite, quẽadmo-
dum locuti eſtis. Et ite, & benedicite etiam
33 mihi. ¶ Et uim fecit Aegyptus populo fe-
ſtinando dimittere eos è terra, quia dixe-
34 runt. Omnes ſumus mortui. ¶ Et tulit po-
pulus paſtam ſuã antequã fermentaretur paſtas
ſuas ligatas in ueſtimẽtis ſuis ſuper hume-
35 rum ſuum. ¶ Et filij Iſrael fecerunt iuxta
uerbum Moſéh, & poſtulauerunt ab Aegy-
ptijs uaſa argentea, & uaſa aurea, & ueſtes.
36 ¶ Et dominus dedit gratiã populo in ocu-
lis Aegyptiorum, & cõmodauerunt eis, &
37 ſpoliauerũt Aegyptios. ¶ Et profecti ſunt
filij Iſraél de Rahmeſés in Succhóth ferme
ſexcenta milia peditum uirorũ tantũ præ-
38 ter paruulos. ¶ Et etiã mixtio multa aſcen
dit cũ eis, & pecudes, & boues, animal gra-
39 ue ualde. ¶ Et coxerunt paſtam, quam edu
xerunt ex Aegypto, placentulas infermen-
tatas, quia non fermetauerat, quia expulſi
fuerunt ex Aegypto, & non potuerant de-
morari, & etiam eſcam non fecerant ſibi
40 ipſis. ¶ Et habitatio filiorum Iſraél qua
habitauerunt in Aegypto fuit per triginta
41 annos, & quadringentos annos. ¶ Et fuit,
in fine triginta annorum, & quadringento-
rum annorum fuit, in corpore diei huius,
egreſſi ſunt omnes exercitus domini è ter-
42 ra Aegypti. ¶ Nox obſeruabilis eſt dño,
ut educat eos è terra Aegypti. Ipſa nox eſt
domino cuſtodia omnibus filijs Iſraél per
43 generationes ſuas. ¶ Dixitq; dominus ad
Moſéh, & Aharón. Hoc ſtatutum Péſach.
Omnis filius alienigenæ nõ comedet ex eo.
44 ¶ Et omnem ſeruũ uiri emptum argento,
45 circũcides, & tunc comedet ex eo. ¶ Ad-
46 uena, & mercenari' nõ comedet ex eo. ¶ In
domo una comedet. Nõ educes è domo de
47 carne extra, & os nõ cõfrigetis in eo. ¶ Oĩs
48 cœtus Iſraél faciẽt eũ. ¶ Et ſi peregrinatus
fuerit tecũ pegrin', & fecerit Péſach dño,
circũcidetur ſibi oĩs maſculus: & tũc accedet
ad faciẽdũ illud, & erit ſicut ĩdigena terræ.
Et oĩs q habuerit præputiũ nõ comedet ex
49 eo. ¶ Lex una erit indígene, & peregrino,
50 qui peregrinatur in medio uñ. ¶ Et fecerũt
51 oẽs filii Iſrael, quẽadmodum præcepit dñs
Moſéh, & Aharón, ſic fecerũt. ¶ Et fuit, In
corpore diei hui' eduxit dñs filios Iſraél è
terra Aegypti p exercit' ſuos.

Caplm.13.

1 ET locutus eſt dñs ad Moſéh di-
2 cendo. ¶ Sanctifica mihi omne
primogenitũ. Quicquid primũ
aperit uuluam in filijs Iſrael tam
3 in homine q̃ in iumẽto meũ eſt. ¶ Dixitq;
Moſéh ad populũ. Memento diei huius, quo

egreſſi eſtis ex Aegypto è domo ſeruorum,
qa in fortitudine manus eduxit domin' uos
4 hinc,& nõ comedeť fermentatũ. ¶ Hodie
5 egredimini in meſe Iulij. ¶ Et erit,cũ intro
duxerit te in terrã Chenahanæi, Chithæi,
& Emoræi, & Chiuuæi, & Iebuſæi, ſuper
quã iurauit patribus tuis,ut daret tibi terrã
fluentem lacte,& melle,ſerues ſeruitutem
6 hanc in menſe iſto ¶ Septem diebus come
des infermentata,& die ſeptimo ſolẽnitas
7 erit dño. ¶ In fermentata comedent,ſeptẽ
diebus,non conſpicietur tibi fermentatũ,
& non cõſpicietur tibi fermẽtũ in omni ter
8 mino tuo. ¶ Et nunciabis filio tuo in die
ipſo dicẽdo,propter hoc fecit dñs mihi cũ
9 exirem de Aegypto. ¶ Et erit tibi in ſignũ
ſuper manũ tuam,& in memoriã inter ocu-
los tuos,ut ſit lex dñi in ore tuo:quia in ma
10 nu forti eduxit te dñs ex Aegypto. ¶ Et cu
ſtodies ſtatutũ hoc in tempore ſuo quorã-
11 nis. ¶ Et erit cum introduxerit te dñs in
terram chenahanæi, quẽadmodum iurauit
tibi,& patribus tuis,& dederit eam tibi.
12 ¶ Tranſire facies quicquid primũ aperit
13 uuluam dño. ¶ Et quicquid primũ aperit
uuluã,& emittit animal qđ erit tibi, maſcu
14 lum erit dño. ¶ Et omẽ primogenitũ aſini
redimes hædo,& ſi non redemeris ceruicẽ
franges ei. Et omne primogenitũ hominis
15 in filijs tuis redimes. ¶ Et erit cum interro
gauerit te fili' tuus cras dicendo. Quid eſt
hoc?dices ad eũ. In fortitudine manu'eduxit
16 nos dñs ex Aegypto è domo ſeruorũ. ¶ Et
fuit cũ indurasset ſe Parhóh,ut dimitteret
nos,occidit dñs omne primogenitũ in ter-
ra Aegypti à primogenito hominis uſq; ad
primogenitũ animalis. Idcirco ego ſacrifi-
co dño quicqd primo aperit uuluã maſcu-
los,& omne primogenitũ filiorũ meorum
17 redimã. ¶ Et erit in ſignũ in manu tua,&
in memoriã inter oculos tuos,quia in forti-
18 tudine eduxit nos dñs ex Aegypto. ¶ Et
fuit,cum dimiſiſſet Parhóh populum, non
duxit eos de' per uiam terræ Pelistím,quia
ꝓpinqua erat,quia dixit deus. Ne forte pœ
niteat populũ,cum uiderint prælũ, & re-
19 uertantur in Aegyptũ. ¶ Et circũduxit deus
pplm ꝑ uiã deſerti maris Suph,& accincti,
20 aſcenderũt filij Iſrael è terra Aegypti. ¶ Et
tulit Moſéh oſſa Ioſéph ſecum.quia adiurã
do adiurauerat filios Iſrael dicẽdo. Viſitan
do uiſitabit deus nos,& aſcendere facietis
21 oſſa mea hinc nobiſcũ. ¶ Et profecti ſunt è
Succhóth,& caſtrametati ſunt in Ethám in
22 fine deſerti. ¶ Et dñs ibat ante eos per diẽ
in columna nubis,ut duceret eos per uiam,
& noctem in colũna ignis, ut lumen face-
23 ret eis,ut ambularent die & nocte, ¶ Non
recedere faciebat columnã nubis in die,ne
ꝙ colũnam ignis in nocte ante populum.

Capl'm.14.

1 ET locutus eſt dominus ad Moſéh
2 dicendo. ¶ Loquere ad filios Iſ-
raél & reuertãtur & caſtrametenť
ante Pihachiróth inter Migdól, &
inter mare ante Bahal Sephón, cõtra ipſum
3 caſtrametabimini iuxta mare. ¶ Dicetq; Pa
rhoh ſuper filijs Iſraél. Cõfuſi ſunt ipſi in ter
4 ram,clauſit ſuper eos deſertum. ¶ Et forti-
ficabo cor Parhóh, & ſequetur poſt eos,&
glorificabor in Parhóh,& in omni exercitu
eius,& ſcient Aegyptij, quia ego dominus.
5 Et fecerunt ſic. ¶ Et nũciatũ eſt regi Aegy
pti qđ fugeret populus. Et reuerſum eſt cor
Parhóh,& ſeruorum eius ad populum,& di
xerũt. Quid hoc facim': quia dimiſimus Iſ-
6 raél,ne ſeruiret nobis? ¶ Et iunxit currum
7 ſuũ,& populũ ſuũ tulit ſecũ. ¶ Et tulit ſex-
centos currus electos,& omnem currum Ae
8 gypti,& duces ſuper uniuerſos ipſos. ¶ Et
roborauit dominus cor Parhóh regis Aegy
pti,& pſecutus eſt filios Iſraél. Et filij Iſraél
9 egrediebanť in manu excelſa. ¶ E perſecu
ti ſunt Aegyptij eos: & compræhenderunt
eos caſtrametantes iuxta mare,omnes equi,
currus Parhóh,& equites ei',& exercit' ei'
10 iuxta Pihachiróth ante Báhal ſephón. ¶ Et
Parhóh accedere fecit. Et eleuauerunt filij
Iſraél oculos ſuos,& ecce Aegyptij profici-
ſcebantur poſt eos. Et timuerũt ualde,& cla
11 mauerunt filij Iſraél ad dominum. ¶ Et di-
xerunt ad Moſéh. Nunquid nõ erant ſepul-
chra in Aegypto? Tuliſti nos ad moriendum
in deſerto. Quid hoc feciſtis nobis ut edu-
12 ceres nos ex Aegypto? ¶ Nõne hoc ẽ qđ lo
quebamur ad te in Aegypto dicendo, ceſſa
a nobis,& ſeruiemus Aegyptijs: quia meli'
erat nobis ſeruire Aegyptijs ꝗ̃ mori in deſer
13 to. ¶ Dixitq; Moſéh ad populum. Ne ti-
meatis. ſtate, & uidete ſalute domini, quã
faciet nobis hodie. Nam quos uidiſtis Aegy
ptios hodie, non eſtis uiſuri ultra uſq; in ſæ-
14 culum. ¶ Dominus pugnabit pro nobis,&
15 uos tacebitis, ¶ Dixitq; domin' ad Moſéh.
Quid clamas ad me? Loquere ad filios Iſraél
16 & proficiſcãtur. ¶ Et tu erige uirgam tuã,
& extende manum tuam ſuper mare,& ſcin
de illud,& ingrediantur filij Iſraél in mediũ
17 maris per aridam ¶ Et ego ecce:ego robo-
ro cor Aegyptiorũ, & ingrediẽtur poſt eos,
& glorificabor

& glorificabor in Parhóh, & in omni exer-
citu eius, in currib' eius, & in eqtibus eius.
18 ¶ Et ſcient Aegyptij, ꝙ ego domin', cum
glorificatus fuero in Parhóh, in curribus
19 eius, & in equitib' eius. ¶ Et profectus eſt
angel' dei qui ibat ante caſtra Iſraél, & iuit
poſt eos. Et profecta eſt columna nubis ante
20 eos, & ſtetit poſt eos. ¶ Et uenit inter ca-
ſtra Aegyptiorũ, & caſtra Iſraél. Et fuit nu-
bes, & tenebræ, & illuminauit noctẽ. Et nõ
21 appropiquauit alter alteri tota nocte. ¶ Et
extẽdit Moſéh manum ſuam ſuper mare, &
abire fecit dominus mare ſpiritu orientali
uehementi tota nocte, & poſuit mare in ſic-
22 cum, & ſciſſæ ſunt aquæ. ¶ Et egreſſi ſunt
filij Iſraél per medium maris, per aridam, &
aquæ eis erant murus à dextera eorum, & à
23 ſiniſtra eorum. ¶ Et ſecuti ſunt Aegyptij
eos, oẽs equi Parhóh, currus eius, & equi-
24 tes eius, in mediũ maris. ¶ Et fuit, in uigi-
lia matutina reſpexit dñs ſuper caſtra Aegy
ptiorum, in columna ignis, & nubis, & con
25 triuit caſtra Aegyptiorũ. ¶ Et remouit ro-
tam curruũ eius, & duxit eos in grauitatẽ:
Et dixerũt Aegyptij. Fugiam' a facie Iſraél,
quia dñs pugnat pro eis cõtra Aegyptios.
26 ¶ Dixitq; dñs ad Moſéh. Extende manum
tuam ſuper mare, & reuertẽtur aquæ ſuper
Aegyptios, ſuper currus eius, & ſuper equi
27 tes eius. ¶ Et extendit Moſéh manũ ſuam
ſuper mare. Et reuerſum eſt mare reſpiciẽte
mane ad fortitudinẽ ſuam, & Aegyptij fu-
giebant in occurſum eius, & excuſſit domi
28 nus Aegyptios in medium maris. ¶ Et re-
uerſæ ſunt aquæ, & operuerunt currus, &
equites omnis exercitus Parhóh, qui uene-
rant poſt eos in mare: non remãſit ex eis uel
29 unus. ¶ Et filij Iſraél ambulauerũt per ſic-
cum in medio mari. Et aquæ eis erãt murus
30 à dextera eorum, & à ſiniſtra eorum. ¶ Et
ſeruauit dominus in die ipſa Iſraél è manu
Aegyptiorũ. Et uidit Iſraél Aegyptios mor
1 tuos iuxta litt' maris. ¶ Et uidit Iſraél ma-
num magnã: quam fecit dominus in Aegy-
ptios, & timuerũt populus dominũ, & cre-
diderunt domino, & Moſéh ſeruo eius.

Caplm. 15.

TVnc cecinerunt Moſéh, & filij
Iſraél canticum hoc domino: &
dixerunt dicendo. Cantabo do-
mino, quia magnificando magni
ficatus eſt, equum & aſceſorẽ eius proiecit
in mare. ¶ Et fortitudo mea, & laus dñs,
& fuit mihi in ſalutem. Iſte deus meus, & ta
bernaculũ faciã ei, deus patris mei, & exal-
3 tabo eum. ¶ Domin' uir bellator, dominus
4 nomen eius. ¶ Currus Parhóh, & exerci-
tum eius proiecit in mare, & electi princi-
5 pes ei' ſubmerſi ſunt in mari Suph. ¶ Gur
gites operuerunt eos, deſcenderũt in pro-
6 funda tanꝗ lapis. ¶ Dextera tua domine
magnificata eſt in fortitudine, dextera tua
7 domine confregit inimicũ. ¶ Et in multitu
dine magnificentiæ tuæ, diruiſti inimicos
tuos, miſiſti iram tuam, deuorauit eos ſicut
8 ſtipulã. ¶ Et per ſpiritũ furoris tui coacer
uatæ ſunt aquæ, ſteterũt ſicuti aceruus fluẽ
ta, coagulati ſunt gurgites in corde maris.
9 ¶ Dixit inimicus perſequar, compræhẽ-
dã, diuidã ſpolia, implebit ex eis aĩa mea,
euaginabo gladium meũ, paupertate conſi
10 ciet eos manus mea. ¶ Flauiſti ſpiritu tuo,
operuit eos mare, abſorpti ſunt tanꝗ plum
11 bum in aquis uehementibus. ¶ Quis ſic tu
in dijs domine, quis ſicut tu, magnificus in
ſanctitate, terribilis laudibus, faciens mira-
12 bilia. ¶ Extendiſti dexteram tuam, deglu-
13 tiuit eos terra. ¶ Duxiſti in miſericordia
tua populum hunc quem redemiſti, duxiſti
in fortitudine tua ad habitaculũ ſanctitatis
14 tuæ. ¶ Audierunt populi, irati ſunt, dolor
15 appræhẽdit habitatores paleſtinæ. ¶ Tũc
territi ſunt pricipes Edóm, robuſtos Moáb
appræhendit tremor, defluxerunt omnes
16 habitatores Chenáhan. ¶ Cecidit ſup eos
terror, & pauor in magnitudie brachij tui.
Tacuerunt tanꝗ lapis, donec tranſiret po-
pulus tuus domine, donec tranſiret popu-
17 lus iſte, quẽ poſſediſti. ¶ Introduces eos,
& plantabis eos in monte hæreditatis tuæ,
lóco habitationis tuæ, quem operatus es do
mine, ſanctuariũ domine, quod firmauerũt
18 manus tuæ. ¶ Dominus regnabit in ſæcu-
19 lum, & in perpetuũ. ¶ Quia ingreſſi ſunt
equi Parhóh cum curribus ſuis, & equiti-
bus ſuis in mare, & redire fecit domin' ſu-
per eos aquas maris, & Iſraél ambulauerũt
20 per ſiccum in medio maris. ¶ Et tulit Mi-
riám prophetiſſa ſoror Aharón tympanũ in
manu ſua, & egreſſæ ſunt omnes mulieres
21 poſt eã cum tympanis, & choris. ¶ Et can-
tauit eis Miriám, Cantate domino, quoniã
magnificando magnificatus eſt equos, &
22 aſcenſores eius proiecit in mare. ¶ Et pro-
ficiſci fecit Moſéh Iſraél à mari Suph, &
egreſſi ſunt ad deſertum Sur, & perrexerũt
tribus diebus per deſertum, & non repere-
23 runt aquas. ¶ Et uenerunt ad Maráh, & nõ
potuerũt bibere aquas è Maráh, quia ama-
ræ erant. Idcirco uocauit nomẽ eius Maráh.

24 ¶ Et murmurauerũt populus cõtra Moſéh
25 dicendo. Quid bibemus? ¶ Et clamauit ad
dominũ, & docuit eum dominus lignum, &
proiecit in aquas, & dulceuerunt aquæ. Ibi
poſuit ei ſtatutum, & iudicium, & ibi ten-
26 tauit eum. ¶ Et dixit. Si obediendo obe-
dieris uoci domini dei tui, & rectum in ocu
lis eius feceris, & obtemperaueris præce-
ptis eius, & cuſtodieris omnia ſtatuta eius,
omnẽ infirmitatẽ quam poſui in Aegypto,
non ponam ſuper te: quia ego dominus ſa-
27 nans te. ¶ Et uenerunt in Elím, & ibi erant
duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta
palmę, & caſtrametati ſunt ibi iuxta aquas.

Caplm. 16.

1 ET profecti ſunt ex Elím, & ueue-
runt omnis cœtus filiorum Iſraél
in deſertũ Sín, quod eſt inter Elím
& Sinái, quintadecima die menſis
ſecundi, qua egreſſi ſunt è terra Aegypti.
2 ¶ Et murmurauerunt omnis congregatio
filiorũ Iſraél cõtra Moſéh, & cõtra Aharón
in deſerto. Et dixerunt ad eos filij Iſraél.
3 ¶ Vtinã mortui eſſem' per manũ domini,
in terra Aegypti, quando ſedebamus iuxta
ollam carnis, quando comedebamus panem
ad ſaturitatem, quia eduxiſtis nos ad deſer-
tum hunc ad interimendum omnem cœtum
4 hunc fame. ¶ Dixitq́ dominus ad Moſéh.
Ecce ego pluo uobis panem è celo, & egre-
dietur populus, & colliget de die in diem
eius, ut tentem eum utrum ambulet in lege
5 mea, an non. ¶ Et erit, in die ſexta, parabũt
quod afferent, & erit duplũ illius quod col-
6 ligent de die in diem. ¶ Dixitq́ moſéh, &
Aharón ad omnes filios Iſraél. Veſperi ſcie-
tis ꝙ dominus eduxit uos è terra Aegypti.
7 ¶ Et mane uidebitis gloriã domini quum
audierit murmurationes ueſtras contra do-
minum. Et nos quid ſumus: quia murmura-
8 tis contra nos? ¶ Dixitq́ Moſéh. Quũ de-
derit nobis domin' ueſperi carnem ad eden
dum, & panem mane ad ſaturandũ, cum au-
dierit domin' murmurationes ueſtras qui-
bus uos murmuratis cõtra eum. Et nos quid
ſumus? Non contra nos ſunt murmurationes
9 ueſtræ: ſed contra dominũ. ¶ Dixitq́ Mo-
ſéh ad Aharón. Dic ad omnẽ cœtum filiorũ
Iſraél. Accedite ad conſpectũ domini, quia
10 audiuit murmurationes ueſtras. ¶ Et fuit,
cum loqueretur Aharón ad omnem cœtum
filiorum Iſraél, reſpexerunt ad deſertum, &
ecce gloria domini conſpecta eſt in nube.
11 ¶ Et locutus eſt dominus ad Moſéh dicen-
12 do. ¶ Audiui murmurationes filiorũ Iſraél,
loquere ad eos dicẽdo. Inter ueſperas come
detis carnem, & mane ſaturabimini pane,
13 & ſcietis ꝙ ſum dominus deus ueſter. ¶ Et
fuit, in ueſpera aſcenderunt coturnices, &
operuerunt caſtra, & mane deſcendit ros
circum caſtra, & exciſa eſt deſcenſio roris,
& ecce erat in ſuperficie deſerti minutũ ro-
tundum, minutũ ſicut pruina ſuper terram.
14 ¶ Et uiderunt filij Iſraél, & dixerunt alter
alteri. Man eſt: quia ignorabant quid eſſet.
Et dixit Moſéh ad eos. Hic eſt panis, quem
15 dedit nobis dominus adueſcẽdum. ¶ Hoc
eſt quod præcepit dominus. Colligite ex eo
ſinguli q̃ntum ad ueſcendũ ſufficiat, Hómer
iuxta ſummam numeri animarũ ueſtrarum,
ſinguli pro ijs qui ſunt in tabernaculo ſuo,
16 accipietis. ¶ Et fecerunt ſic filij Iſraél, &
collegerũt quidam plus, & quidam minus.
17 ¶ Et menſi ſunt Hómer, & nõ plus habuit
qui plus collegit, neq́ minus habuit qui mi
nus collegit: ſed ſinguli q̃ntum ad ueſcendũ
18 ſufficiebat collegerunt. ¶ Dixitq́ Moſéh
ad eos. Quiſq́ non relinquat ex eo uſq́ ma-
19 ne. ¶ Et non audierunt Moſéh, & reliquee-
runt uiri ex eo uſq́ mane, & uermiculat' eſt
20 uermes & fetuit. ¶ Et iratus eſt contra eos
Moſéh. Et collegerunt illud ſingulo mane
unuſquiſq́ q̃ntum ſufficiebat ſibi ad ueſcen-
21 dum. Et incaluit ſol, & liquefactũ eſt. ¶ Et
fuit, die ſexta collegerũt panem duplicem,
duos Hómer pro ſingulo. Et uenerunt oẽs
principes congregationis, & nunciauerunt
22 ipſi Moſéh. ¶ Et dixit ad eos. Hoc eſt quod
locutus eſt dominus. Requies ſabbati ſan-
cti domino cras. Quod cocturi eſtis coquite,
& quod lixaturi eſtis lixate, & quicquid ſu-
pereſt dimittite uobis in cuſtodiã uſq́ ma-
ne. Et dimiſerunt illud uſq́ mane, quẽadmo
dum præcepit Moſéh, & nõ fetuit, nec uer-
23 mis fuit in eo. ¶ Dixitq́ Moſéh. Comedite
illud hodie, quia ſabbatum eſt hodie domi-
24 no. Hodie nõ inuenietis illud in agro. ¶ Sex
diebus colligetis illud, & die ſeptimo eſt
25 ſabbatũ. Non erit in eo. ¶ Et fuit, die ſepti-
mo egreſſi ſunt è populo ad colligendum,
26 & non inuenerunt. ¶ Dixitq́ dominus ad
Moſéh. Vſq́quo renuiſtis cuſtodire præce-
27 pta mea, & leges meas? ¶ Videte ꝙ domi-
nus dedit uobis ſabbatum. Idcirco ipſe dat
uobis die ſexto cibum duorum dierum.
Manete unuſquiſq́ in loco ſuo ne egredia-
28 tur quiſq́ è loco ſuo in die ſeptimo. ¶ Et
29 ceſſauerunt populus die ſeptimo. ¶ Et uo-
cauerunt domus Iſraél nomen eius Man. Et
erat tanq̃ ſemen coriandri album, & guſtus

30 eius tanquam̃ paſtæ cum melle. ¶ Dixitq̃
Moſéh. Hoc eſt, quod præcepit dominus
Imple hómer ex eo ad cuſtodiam in gene-
rationibus ueſtris, ut uideat cibum quem
comedere feci uos in deſerto, quando eduxi
31 uos è terra Aegypti. ¶ Dixitq̃ Moſéh ad
Aharón. Tolle phialã unã, & pone ibi plenũ
hómer man. & repone illud corã domino ad
32 cuſtodiã in generationibus ueſtris. ¶ Quẽ
admodum præcepit domin' Moſéh repoſuit
illud Aharón coram teſtimonio ad cuſtodiã.
33 ¶ Et filij Iſraél comederunt man quadragin
ta annos, donec ueniſſent ad terram habita-
tam. Man comederunt, donec ueniſſent ad
34 extremũ terræ Chenáhan. ¶ Et Homér de-
cimum Epháh eſt.

Capl'm. 17.

1 ET profecti ſunt omnis cœtus filio
rum Iſraél è deſerto Sin p̃ profe
ctiones ſuas ad ſermonẽ domini,
& caſtrametati ſunt in Rephidím
2 & nõ erãt aquæ, ut biberet ppl's. ¶ Et iurga
tus eſt ppl's cũ Moſéh, & dixerũt. Date no-
bis aquas, & bibemus. Dixitq̃ eis Moſéh.
Quid iurgamini mecum? Cur tẽtatis dñm?
3 ¶ Et ſitiuit ibi ppl's p̃ aquis. Et murmurauit
populus cõtra Moſéh, & dixit. Vt qd aſcẽde
re feciſti me ex Aegypto, ut interficeres me,
filioſq̃ meos, & pecora mea ſiti? Et clamauit
Moſéh dicendo ad dominum. Quid faciã po
pulo huic? Adhuc modicũ, & lapidabit me.
4 ¶ Dixitq̃ dominus ad Moſéh. Trãſi coram
populo & tolle tecum è ſenioribus Iſraél, &
uirgam tuam qua percuſſiſti fluuium, tolle
5 in manu tua, & ibis. ¶ Ecce ego ſto corã te
ibi ſuper petram in Choréh, & percuties pe
tram, & egredietur ex ea aquæ, & bibet po-
pulus. Et fecit ſic Moſéh in oculis ſeniorum
6 Iſraél. ¶ Vocauitq̃ nomen loci Maſſáh, &
Meribáh (.i. tentatio, & iurgiũ) ꝓpter iur-
giũ filiorũ Iſraél, & quia tẽtauerũt dominũ
dicendo. Num eſt dñs in medio noſtri, an nõ?
7 ¶ Et uenit Hamaléc, & pugnauit cũ Iſraél
8 i Rephidím. ¶ Dixitq̃ Moſéh ad Iehoſúah.
Elige nobis uiros, & egredere pugna cum
Hamaléc. Cras ſtabo ſuper uerticem collis,
9 & uirga dei erit in manu mea. ¶ Fecitq̃
Iehoſúah quẽadmodum dixit ei Moſéh pu-
gnãdo cũ Hamaléc. Et Moſéh, & Aharón, &
10 Chur aſcenderunt in uerticem collis. ¶ Et
fuit, quando eleuabat Moſéh manum ſuam
præualebat Iſraél, & quãdo demittebat ma-
11 num ſuam præualebat Hamaléc. ¶ Et man'
Moſéh graues erãt. Et tulerunt lapidem, &
poſuerũt ſubter eum, & ſedit ſuper eum, &
Aharón, & Chur ſuſtinuerunt manibus ſuis
hinc unus, & inde alter. Et fuit manus ei' fir
12 ma, donec occubuit ſol. ¶ Et cõtriuit Ieho-
ſúah Hamaléc, & populum eius in ore gla-
13 dij. ¶ Dixitq̃ domin' ad Moſéh. Scribe hoc
memoriale in libro, & pone in auribus Ieho
ſúah, quia delendo delebo mentionem Ha-
14 maléc de ſub cœlo. ¶ Et ædificauit Moſéh
altare, & uocauit nomẽ eius Adonái niſſi (.i.
15 domin' eleuatio mea.) ¶ Et dixit, quia ma-
nus ſuper thronum dñi, bellum dñi cum Ha-
maléc à gñatione in gñationem.

Capl'm. 18.

1 ET audiuit Iethró ſacerdos Midián
ſocer Moſéh omnia quæ fecit de'
Moſéh, & Iſraél populo ei', quod
eduxit domin' Iſraél ex Aegypto.
2 ¶ Et tulit Iethró ſocer Moſéh Sipporah uxo
3 rem Moſéh poſt dimiſſionẽ eius. ¶ Et duos
filios eius, nomen unius Gherſón, quia dixit
4 peregrinus ſum in terra aliena. ¶ Et nomen
alterius Eliezer, quia deus patris mei auxi
lio mihi fuit, & eruit me à gladio Parhóh.
5 ¶ Et uenerunt Iethró ſocer Moſéh, & filij ei',
& uxor eius ad Moſéh in deſertum in quo ca
6 ſtrametabatur ad montẽ dei. ¶ Et dixit ad
Moſéh. Ego ſocer tuus Iethró uenio ad te, &
7 uxor tua, & duo filij eius ſunt cum ea. ¶ Et
egreſſus eſt Moſéh in occurſum ſoceri ſui, &
incuruauit ſe, & oſculatus eſt eũ, & ſalutauit
alter alterum pacifice, & uenerũt ad taber-
8 naculum. ¶ Et narrauit Moſéh ſocero ſuo
omnia quæ fecit dominus Parhóni, & Aegy
ptijs propter Iſraél, omnem laborem qui rep
9 perit eos in uia, & eripuit eos dñs. ¶ Et læ-
tatus eſt Iethró ſuper omne bonum qd' fecit
dominus Iſraéli, quem eripuit è manu Aegy
10 ptiorum. ¶ Dix[itq̃] Iethró. Benedictus domi
nus qui eruit uos è [m]anu Aegyptiorum, &
è manu Parhóh, qui e[ruit] populũ è manu Ae
11 gyptiorũ. ¶ Nũc cognoui q̃ magnus eſt do
minus præ omnibus dijs, eo q̃ ſuperbe ege-
12 runt cõtra eos. ¶ Et obtulit Iethró ſocer Mo
ſéh holocauſtum, & ſacrificia deo. Et uenit
Aharón & omnes ſeniores Iſraél ad comedẽ
dum panem cum ſocero Moſéh coram deo.
13 ¶ Et fuit, in craſtino ſedit Moſéh ad iudican
dum populũ. Et ſtetit populus iuxta Moſéh
14 à mane uſq̃ ad ueſperam. ¶ Et uidit ſocer
Moſéh oĩa q̃ faciebat populo, & dixit. Quid
eſt hoc quod facis populo? Cur ſedes ſol' tu,
& omnis populus ſtat iuxta te à mane uſq̃

15 ad ueſperam? ¶ Dixitq; Moſéh ſocero ſuo,
quia uenit ad me populus ad quærēdū deū.
16 ¶ Cū fuerit eis lis, ueniūt ad me & iudico
inter utrūq;, & notifico ſtatuta dei. & leges
17 ei'. ¶ Dixitq; ſocer Moſéh ad eū. Nō eſt bo
18 num quod tu facis. ¶ Cadendo cades, &
tu, etiā populus iſte, qui eſt tecū, quia ſupra
uires tuas eſt res. Nō poteris facere eā ſolus.
19 ¶ Nunc audi uocem meam. Conſulam tibi,
& erit deus tecum. Eſto tu populo corā deo,
20 & refer eius lites ad deum. ¶ Et monebis
eos ſtatuta, & leges, & notificabis eis uiā
per quam ambulent, & opus quid faciant.
21 ¶ Et tu cōſidera ex omni populo uiros for-
tes, timentes deū, uiros ueridicos, odientes
auaritiam, & pones ſuper eos tribunos, cen-
22 turiones, quinquagenarios, decanos. ¶ Et
iudicabūt populum omni tempore. Et erit,
omnem rem magnā referent ad te, & omnē
rem paruam iudicabunt ipſi, & ad alleuian-
23 dum te, ferent tecum'. ¶ Si hoc feceris, &
quæ præcepit tibi deus poteris ſtare, & etiā
omnis populus iſte ad locū ſuū ibit pacifice.
24 ¶ Et paruit Moſéh uoci ſoceri ſui, & fecit
25 oia quæ dixit. ¶ Et elegit Moſéh uiros for-
tes ex omni Iſrael, & poſuit eos capita ſup
populum tribunos, centuriones, quinquage
26 narios, ac decanos. ¶ Et iudicabāt populū
omni tēpore. Ardua referebāt ad Moſeh, &
27 parua iudicabant ipſi. ¶ Et dimiſit Moſéh
ſocerum ſuū, & abijt ſibi ad terram ſuam.

Capl'm. 19.

1 IN menſe tertio quo egreſſi ſunt
filij Iſrael è terra Aegypti, i die
iſta uenerunt in deſertū Sinai.
2 ¶ Et pfecti ſunt de Rephidim,
& uenerunt in deſertum Sinai,
& caſtrametati ſunt in deſerto, & caſtrame-
3 tatus eſt ibi Iſraēl contra montem. ¶ Et Mo
ſéh aſcendit ad deum. Et uocauit eum domi-
nus è monte dicendo. Sic dices domui Iaha-
4 cób, & annunciabis filijs Iſraēl. ¶ Vos uidi
ſtis, quæ feci Aegyptijs. Et tuli uos ſuper
5 alas aquilarum, & adduxi uos ad me. ¶ Et
nūc ſi obaudiendo obaudieritis uoci meæ, &
cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi the-
ſaurus dilectus præ omnibus populis, quia
6 mea eſt omnis terra. ¶ Et uos eritis mihi re
gnum ſacerdotale, & gens ſancta. Hæc ſunt
7 uerba quæ loq̄ris ad filios Iſraēl. ¶ Et uenit
Moſéh, & uocauit ſeniores populi, & poſuit
coram eis omnia uerba iſta, quæ præcepit ei
8 dominus. ¶ Et reſponderūt omnis populus
pariter, & dixerunt. Omne quod locutus eſt
dominus faciem'. Et retulit Moſéh uerba po
9 puli ad dñm. ¶ Dixitq; dominus ad Moſéh.
Ecce ego uenio ad te in denſitate nubis, ut
audiat populus, dum loquor tecum, & etiā
tibi credant in ſæculum. Et nūciauit Moſéh
10 uerba populi domino. ¶ Dixitq; dñs ad Mo
ſéh. Vade ad populum, & ſanctifica eos ho-
11 die, & cras, & lauabūt ueſtimēta ſua. ¶ Et
erūt parati ad diem tertium, quia die tertia
deſcēdet dominus in oculis omnis populi ſu
12 per montem Sinai. ¶ Et pones terminū po
pulo per circuitum, dicendo. Cauete ne non
aſcendatis in montē, & ne tangatis terminū
eius. Omnis qui tetigerit montem moriēdo
13 morietur. ¶ Non tanget eum manus, ſed
lapidando lapidabitur, uel iaculando iacu-
labitur, tam animal q̄ uir non uiuet. Quum
ꝓlixū ſonitū dederit buccina, tūc aſcēdēt in
14 montē. ¶ Et deſcēdit Moſéh è monte ad po
pulū, & ſanctificauit populū, & lauerūt ue-
15 ſtimēta ſua. ¶ Et dixit ad populū. Eſtote pa
rati ad tres dies, ne appropinquetis uxori.
16 ¶ Et fuit, die tertia, cū eſſet mane, fuerunt
uoces, & fulgura, & nubes grauis ſup mon
tē, & ſonit' buccinæ fortis ualde, & expauit
17 omnis populus qui erat in caſtris. ¶ Et edu
xit Moſéh populū in occurſum dei è caſtris,
18 & ſteterūt in iferiori pte mōtis. ¶ Et mons
Sinai fumabat tot', eo q̄d deſcēdebat ſup eū
dñs in igne, & aſcēdit fum' ei', ſicut fumus
fornacis, & cōmotus eſt omnis mons ualde.
19 ¶ Et fuit, ſonitu buccinæ cūte, & forti exi
ſtēte ualde Moſéh loquebat̄, & deus reſpōde
20 bit ei in uoce. ¶ Et deſcēdit dñs ſup montē
Sinai ſuper uerticē mōtis. Et uocauit domi-
nus Moſéh ad uerticē mōtis. Et aſcendit Mo
21 ſéh. ¶ Dixitq; dñs ad Moſéh. Deſcēde cōte
ſtare ppl'm, ne forte deſtruat terminū ut aſcē
dant ad dñm, ut uideant, & corruāt ex eis
22 multi. ¶ Et etiā ſacerdotes qui accedūt ad
dñm, ſanctificabunt ſe, ne forte in eis diui-
23 ſionē faciat dñs. ¶ Dixitq; Moſéh ad dñm.
Non poterit populus aſcendere ad montem
Sinai, quia tu cōteſtatus es nos dicēdo. Ter-
24 mina montem, & ſanctifica eū. ¶ Dixitq;
ad eum dñs. Vade, deſcende, & aſcēde tu, &
Aharón tecū, & ſacerdotes, & populus, ne
diruāt terminū, ut aſcēdāt ad dñm, ne forte
25 diuiſionē faciat in eis. ¶ Deſcenditq; Mo-
ſéh ad populū, & dixit ad eos. Capl'm. 20.
1 ET locut' eſt deus oia uerba iſta di-
2 cendo. ¶ Ego dñs deus tuus, qui
3 eduxi te è terra Aegypti. è domo
ſeruorū. ¶ Non erunt tibi dij alij

4 coram me. ¶ Non facies tibi ſculptile, &
omnẽ ſimilitudinẽ, quæ eſt in cœlo ſurſum,
& quæ in terra deorſum, & quæ in aquis
5 ſubter terram. ¶ Non incuruabis te eis, &
nõ coles eas. Quia ego dñs deus tuus, deus
Zelotes uiſitans iniquitatẽ patrũ ſuper fi-
lios ſuper tertios, & ſuper quartos odienti-
6 bus me. ¶ Et faciẽs miſericordiam in mille
diligentibus me, & cuſtodientibus præce-
7 pta mea. ¶ Non aſſumes nomen dei tui in
uanum, quia non innocentem dñs iudicabit
eum qui aſſumpſerit nomen eius in uanum.
8 ¶ Recordare diei ſabbati, ut ſanctifices il-
9 lum. ¶ Sex dieb' operaberis, & facies om̃e
10 opus tuum. ¶ Et die ſeptimo ſabbatum eſt
domino deo tuo. Non facies omne opus tu,
& filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, &
ancilla tua, & animal tuum, & peregrinus
11 tuus, qui eſt intra portas tuas. ¶ Quia ſex
diebus fecit dñs cœlum, & terram, & mare,
& omnia quæ ſunt in eis, & requieuit die ſe-
ptimo. Idcirco benedixit dñs diei ſabbati,
12 & ſanctificauit eum. ¶ Honora patrẽ tuũ,
& matrẽ tuã, ut prolongẽtur dies tui ſuper
13 terram quam dñs deus tuus dat tibi. ¶ Nõ
14 occides. ¶ Non cõmittes adulteriũ. ¶ Nõ
15 furaberis. ¶ Nõ teſtificaberis in ꝓximũ tuũ
16 teſtimoniũ mẽdax. ¶ Nõ cõcupiſces domũ
17 ꝓximi tui, nõ cõcupiſces uxorẽ ꝓximi tui,
neq; ſeruũ ei', neq; ãcillã ei', neq; bouẽ ei',
neq; aſinũ eius, neq; om̃e qđ eſt ꝓximo tuo.
18 ¶ Et oĩs popul' uidebat uoces, & lãpades,
& ſonitũ buccinæ, & montem fumantẽ. Et
uidit populus, & mouebant ſe, & ſteterunt
19 procul. ¶ Et dixerunt ad Moſeh. Loquere
tu nobiſcũ, & audiem', & ne loquaꝛ nobiſ-
20 cum deus, ne forte moriamur. ¶ Dixitq;
Moſeh ad populũ. Ne timeatis: quia ut ten-
taret uos, uenit deus, & ut eſſet timor eius
21 coram uobis, ut nõ peccetis. ¶ Et ſtetit po-
pulus procul, & Moſeh appropinquauit ad
22 caliginem in qua erat deus. ¶ Dixitq; dñs
ad Moſeh. Sic dices ad filios Iſraẽl. Vos uidi
23 ſtis quod è cœlo locut' ſum uobiſcũ. ¶ Nõ
facietis mecũ deos argẽteos, & deos aureos
24 non facietis uobis. ¶ Altare terreũ facies
mihi, & immolabis ſuper illud holocauſta
tua, & pacifica tua, pecudes tuas, & boues
tuos in omni loco quo memorare faciã no-
men meum. Veniam ad te, & benedicã tibi.
25 ¶ Et ſi altare lapideum feceris mihi, non
ædificabis eos exciſos. Si malleum eleuaue
26 ris ſuper illud, polluẽs illud. ¶ Et nõ aſcen-
des per gradus ad altare meum, ut non dete
gatur turpitudo tua ſuper illud.

Capitm. 21.

1 ET hæc ſunt iudicia quæ pones co-
ram eis. ¶ Si emeris ſeruum he-
2 bræum, ſex annis ſeruiet, & in ſe-
3 ptimo egredieꝛ liber gratis. ¶ Si
cum corpore ſuo ingreſſus fuerit, cũ corpo-
re ſuo egredietur. Si maritus mulieris erat,
4 egredietur uxor eius ſecum. ¶ Si dñs eius
dederit ei uxorem, & pepererit ei filios, uel
filias, uxor, & filij eius, erit domino eius, &
5 ipſe egredietur cum corpore ſuo. ¶ Et ſi di
cendo dixerit ſeruus, dilexi dominũ meum,
uxorem meam, & filios meos, non egrediar
6 liber. ¶ Aſcẽdere faciet eũ dñs ſuus ad iu-
dices, & accedere faciet eum ad oſtium, uel
ad poſtem, & perforabit dñs eius, aurẽ eius
7 ſubula, & ſeruiet ei in ſæculum. ¶ Et ſi uen
diderit uir filiã ſuã in ancillã, non egredieꝛ
8 quẽadmodũ egrediũtur ſerui. ¶ Si diſpli-
cuerit in oculis dñi ſui, quia non deſponſa-
uit eã, redimere faciet eam, populo alieno,
nõ erit poteſtas uendendi eam, cum ſpreue-
9 rit eã. ¶ Et ſi filio ſuo deſpõderit eã, ſecũdũ
10 morem filiarũ, faciet ei. ¶ Si alteram acce-
perit ſibi, alimentũ eius, operimẽtũ eius, &
11 tempus eius non diminuet. ¶ Et ſi tria hæc
nõ fecerit ei, egredieꝛ gratis abſq; argento.
12 ¶ Qui percuſſerit uirum, & mortuus fue-
13 rit, moriendo morietur. ¶ Et ſi non inſidia
tus eſt ei, ſed deus fuit cauſa, ut ueniret ad
manũ eius, ponã tibi locum ad quẽ fugiet.
14 ¶ Sin uero uoluntarie egerit contra proxi-
mum ſuũ occidendo cũ dolo, ab altari meo,
15 tolles eum, ut moriatur. ¶ Et qui percuſſe-
rit patrem ſuum, & matrem ſuam, morien-
16 do morietur. ¶ Et qui furat' fuerit uirum,
& uendiderit eum, & inuent' fuerit in manu
17 eius, moriendo morietur. ¶ Et qui maledi-
xerit patri ſuo, & matri ſuæ, moriendo mo-
18 rieꝛ. ¶ Et ſi rixati fuerint uiri, & percuſſe-
rit uir proximum ſuum lapide, uel pugno,
& non fuerit mortu' ſed ceciderit in lectũ.
19 ¶ Si ſurrexerit, & ambulauerit foras ſu-
per baculo ſuo, innocens erit qui percuſſit
tantũ damnũ ceſſationis eius dabit, & me-
20 dẽdo mederi faciet. ¶ Et ſi pcuſſerit quiſ-
piam ſeruũ ſuum, uel ancillã ſuam uirga, &
mortuus fuerit ſub manu eius, uindicando
21 uindicabitur. ¶ Verũtamẽ ſi per diem, uel
per duos dies ſteterit, nõ uindicabitur, quia
22 argẽtum eius eſt. ¶ Et ſi rixati fuerint uiri,
& percuſſerint mulierem prægnantem, &
egreſſi fuerint nati eius, & nõ fuerit mors,
puniendo punietur, quemadmodũ impo-
ſuerit ei maritus mulieris, & dabit, ut ſta-

23 fuerint iudices. ¶ Et ſi mors fuerit, dabis
24 animã pro anima. ¶ Oculũ pro oculo, den-
tem pro dente, manũ pro manu, pedem pro
25 pede. ¶ Aduſtionẽ pro aduſtione, uulnus
26 pro uulnere, liuorẽ pro liuore. ¶ Et ſi per-
cuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui, uel ocu-
lum ancillæ ſuæ, & corruperit eum, liberum
27 dimittet eum pro oculo eius. ¶ Et ſi dentẽ
ſerui ſui, uel dentem ancillæ ſuæ excuſſerit,
28 liberũ dimittet eum pro dente eius. ¶ Et ſi
cornupetierit bos uirum, uel mulierem, &
mortuus fuerit, lapidando lapidabitur bos,
& non comedetur de carne eius, & dñs bo-
29 uis erit innocẽs. ¶ Et ſi bos cornupeta fue-
rit ab heri, & nudiuſtertius, & conteſtatio
facta fuerit dño eius, & nõ cuſtodierit eum,
& occiderit uirum, uel mulierem, bos lapi-
30 dabitur, & etiam dñs eius morietur. ¶ Si
redemptio impoſita fuerit ei, dabit redem-
ptionem animæ ſuæ iuxta omne quod impo
31 ſitum fuerit ei. ¶ Si filiũ cornupetierit, uel
filiam cornupetierit, ſcđm iudiciũ hoc fiet
32 ei. ¶ Si ſeruũ cornupetierit bos, uel ancil-
lam, argenti triginta ſiclos dabit dño eius,
33 & bos lapidabit. ¶ Et ſi aperuerit quiſpiã
ciſternã, uel ſi foderit quiſpiã ciſternã, & nõ
cooperuerit eã, & ceciderit illuc bos, uel aſi
34 nus. ¶ Dñs ciſternæ reddet argentũ, & re-
ſtituet dño eiꝰ, & quod mortuũ eſt, erit ſibi.
35 ¶ Et ſi percuſſerit bos cuiuſpiã, bouẽ pro-
ximi ſui, & mortuus fuerit, uendent bouem
uiuum, & dimidiabũt argẽtũ eius, & etiam
36 mortuũ dimidiabunt. ¶ Vel notum eſt, ꝙ
bos cornupeta erat ab heri & nudiuſtertiꝰ,
& non cuſtodierit eum dñs eius, reddendo
reddet bouem pro boue, & mortuꝰ erit ſibi.

Caplm. 22.

1 SI furatus fuerit quiſpiam
bouem, uel pecus, & iugu
lauerit eum, uel uendide-
rit eum, quinq; boues red
det pro boue, & quattuor
2 pecudes ꝑ pecude. ¶ Si
cum perfoſſorio inuentus fuerit fur, & per-
cuſſus fuerit, & mortuꝰ fuerit, non erit per-
3 cuſſor morti obnoxiꝰ. ¶ Si ortus fuerit ſol
ſuper eum, erit morti obnoxius, reddendo
reddet: ſi non eſt ei, uendetur propter furtũ
4 ſuũ. ¶ Si inueniẽdo inuẽtũ fuerit in manu
eius furtum à boue uſq; ad aſinum, uſq; ad
5 ouem uiuos duos reddet. ¶ Si paſci fecerit
quiſpiam agrum, uel uineam, & dimiſerit
iumentum ſuum, & paſtum fuerit in agro
alterius, bonitatem agri ſui, & bonitatẽ ui-
6 neæ ſuæ reddet. ¶ Si egreſſus fuerit ignis,
& inuenerit ſpinas, & conſumptus fuerit
aceruus, uel ſeges, uel ager, reddendo red-
7 det ſuccedẽs ſucceſſionẽ. ¶ Si dederit quiſ
piam proximo ſuo argentũ, uel uaſa ad cu-
ſtodiendum, & furto ablatũ fuerit è domo
ipſius. Si inuentus fuerit fur, reddet duplũ.
8 ¶ Si non inuentus fuerit fur, accedet do-
minus domus ad iudices, ſi non miſit manũ
9 ſuam in ſubſtantiam proximi ſui. ¶ Super
omni re præuaricationis, ſuper boue, ſuper
aſino, ſuper oue, ſuꝑ ueſtimẽto, ſuper omni
re amiſſa. Quum dixerit quiſpiã hoc eſſe ad
iudices ueniet cauſa amborum is quem cõ-
dẽnauerint iudices reddet duplũ proximo
10 ſuo. ¶ Si dederit quis proximo ſuo aſinũ,
uel bouem, uel ouem, & omne animal ad cu
ſtodiendum, & mortuum fuerit, uel confra
11 ctum, uel prædatũ nemine uidente. ¶ Iu-
ramentũ domini erit inter utrũq;, ſi nõ mi-
ſit manũ ſuam in ſubſtantiã proximi ſui, &
12 ſuſcipiet dominus eius, & nõ reddet. ¶ Et
ſi furto ablatũ fuerit ab eo, reddet domino
13 eius. ¶ Si rapiẽdo raptum fuerit, adducet
14 teſtem, rapinam nõ reddet. ¶ Et ſi accõmo
datum acceperit quiſpiã à proximo ſuo, &
confractum fuerit, uel mortuũ fuerit, domi
no eius non exiſtente ſecum, reddendo red
15 det. ¶ Si dñs eius fuerit cum eo, non red-
det. Si mercenarius eſt, uenit propter mer-
16 cedem ſuam. ¶ Et ſi ſeduxerit quiſpiã uir-
ginem, quæ non eſt deſponſata, & coierit
cum ea dotando dotabit eam ſibi in uxorẽ.
17 ¶ Si renuẽdo renuerit pater eius dare eam
ſibi, argentum appendet iuxta dotem uir-
18 ginum. ¶ Maleficam non ſines uiuere.
19 ¶ Omnis coiens cum animali, moriendo
20 morietur. ¶ Immolãs dijs occidetur, præ-
21 ter ꝙ̃ domino ſoli. ¶ Et peregrino non in-
feres uim, & non opprimes eum, quia pere-
22 grini fuiſtis in terra Aegypti. ¶ Omnẽ ui-
23 duam, & pupillum non affligetis. ¶ Si affli
gendo afflixeris eum: quia ſi clamendo cla-
mauerit ad me, audiendo audiam clamorẽ
24 eius. ¶ Iraſcetur furor meus, & occidam
uos gladio, & erunt uxores ueſtræ uiduæ,
25 & filij ueſtri pupilli. ¶ Si pecuniam mutua
ueris populo meo pauperi qui eſt tecum, nõ
eris ei ſicut uſurariꝰ. Non ponetis ſuper eũ
26 uſuram. ¶ Si in pignus recipiendo in pi-
gnus receperis ueſtimentum proximi tui,
27 cũ occubuerit ſol reſtitues illud ei. ¶ Quia
eſt operimentum eius, tantũ illud ueſtimen-
tum eſt pelli ſuæ, in quo dormiat. Et erit ſi
clamauerit ad me, exaudiã, quia miſericors
28 ſum. ¶ Iudicibus nõ maledices, & principi

29 in populo tuo nõ maledices. ¶ Primitias ſe
mentis tuæ cũ fuerint maturæ, & primitias
uini tui inſtar lachrymæ deſcẽdẽtis è torcu-
lari nõ tardabis. Primogenitũ filiorum tuo
30 rum dabis mihi. ¶ Sic facies boui tuo, pe-
cori tuo. Septem diebus erit cum matre ſua,
31 & die octauo dabis eum mihi. ¶ Et uiri ſan
cti eritis mihi, & carnem in agro raptam, nõ
comedetis. Cani proijcietis eam.

Capitulum. 23.

1 NOn ſuſcipies auditionem menda-
cem. Ne ponas manum tuã cũ im-
2 pio, ut ſis teſtis mendax. ¶ Non
eris poſt multos ad mala, & nõ re
ſpondebis in cauſa, ut declines poſt multos
3 ad declinandum. ¶ Et pauperem non hono
4 rabis in cauſa ſua. ¶ Si occurreris boui ini-
micantis tibi, uel aſino ei⁹ erranti reducẽdo
5 reduces eũ illi. ¶ Si uideris aſinũ odio ha-
bẽtis te cubãtẽ ſub onere ſuo, deſiues auxi-
6 liari ei? Auxiliãdo auxiliaberis ſecũ. ¶ Nõ
declinabis iudiciũ mẽdici tui in cauſa eius.
7 ¶ A uerbo mendacij elõgabis te, & innocẽ
tem & iuſtum ne occidas, quia non iuſtifica
8 bo impium. ¶ Et munus non accipies, quia
munus excæcat uidentes, & peruertit uer-
9 ba iuſtorum. ¶ Et peregrinum nõ anguſtijs
afficies. & uos noſtis animã peregrini, quia
10 peregrini fuiſtis in terra Aegypti. ¶ Et ſex
annis ſeres terram tuam, & congregabis
11 prouentum eius. ¶ Et ſeptimo relinques eã
& dimittes eam. Et comedent mendici popu
li tui, & reſiduum eorũ comedet beſtia agri.
12 Sic facies uineæ tuæ, & oliueto tuo. ¶ Sex
dieb⁹ facies opera tua, & die ſeptimo requie
ſces, ut requieſcat bos tuus, & aſinus tuus,
& requieſcat anima, filius ancillæ tuæ, & pe
13 regrini. ¶ Et in oĩbus quæ dixi uobis cauti
14 eritis. ¶ Et nomen deorum aliorum nõ me-
15 morabitis. Nõ audietur in ore tuo. ¶ Trib⁹
16 uicibus feſtũ ages mihi in anno. ¶ Solen-
nitatem infermentatorum cuſtodies. Septẽ
diebus comedes infermẽtata, quẽadmodũ
præcepi tibi, tpe menſis Iulij, q̃a in eo egreſ-
ſus es ex Aegypto, & nõ cõſpicieris corã me
17. uacui. ¶ Et ſolẽnitatem meſſis primitiuorũ
operum tuorum, quæ ſeminaueris in agro,
& ſolẽnitatem collectionis, quãdo egredi-
tur annus, & quando collegeris opera tua
18 ex agro. ¶ Tribus uicibus in anno conſpi-
cietur omnis maſculus tuus coram domina-
19 tore dño. ¶ Non immolabis ſuper fermen
tato ſanguinem uictimæ meæ, & non pernoc

tabit adeps ſolemnitatis meæ uſq; mane.
20 ¶ Principiũ primitiarũ terræ tuæ adduces
in domum domini dei tui. Non coques hædũ
21 in lacte matris ſuæ. ¶ Ecce ego mitto ange
lum coram te, ut cuſtodiat te in uia, & intro
22 ducat te in locum quem paraui. ¶ Caue à
facie eius, & audi uocem eius, ne exacerbes
eum quia nõ parcet præuaricationi ueſtræ,
23 quia nomen meum in medio eius. ¶ Quia
ſi audiendo audieris uocem eius, & feceris
omnia quæ loquor, odio habebo odio habẽ
tes te, & anguſtijs afficiã anguſtijs afficien-
24 tes te. ¶ Quia ibit angelus me⁹ ante te, &
introducet te ad Emoræum & Chitthæum,
& Perizæũ, & Chenanæũ, & Chiuuæũ, &
25 Iebuſæũ, & ſuccidã eũ. ¶ Non incuruabis
te dijs eorũ, & non coles eos, & nõ facies ſe
cũdũ opera eorũ, ſed diruẽdo deſtrues eos,
& confringendo confringes ſtatuas eorum.
26 ¶ Et coletis dominum deum neſtrũ, & be-
nedicet pani tuo, & aquis tuis, & remoue-
27 bo infirmitatẽ è medio tui. ¶ Non erit abor
tiẽs & ſterilis in terra tua. Nũerũ dierũ tuo
28 rum complebo. ¶ Et terrorem meum mittã
ante te, & perdam omnẽ populum quem in
gredieris, & dabo omnes inimicos tuos tibi
29 ceruicem uertentes. ¶ Et mittam crabronẽ
ante te, & expellet Chiuuæum. & Chenaha
30 næum, & Chitthæũ à facie tua. ¶ Nõ eijciã
eũ à facie tua anno uno, ne forte ſit terra de-
ſolata, & multiplicet contra te beſtia agri.
31 ¶ Paulatim paulatim eijciam eum à facie
tua, donec creſcas, & hæreditate accipias
32 terram. ¶ Et ponam terminum tuum à ma-
ri ſuph, uſq; ad mare pheliſtim, & à deſerto
uſq; ad flumen, quia dabo in manu ueſtra ha
bitatores terræ, & eijciam eos à facie tua.
33 ¶ Non percuties cum eis, & dijs eorum fœ
34 dus. ¶ Non habitabunt in terra tua, ne for-
te peccare faciãt te mihi quando colueris
deos eorum, quia erit tibi in laqueum.

Caplm 24.

1 ET ad Moſeh dixit. Aſcẽde ad dñm
tu, & Aharõn, Nadáb, & Abihú, &
ſeptuaginta è ſenioribus Iſraél, &
2 incuruabitis uos procul. ¶ Et ac-
cedet Moſeh tm̃ ad dñm. & ipſi nõ appropin
quabunt, & populus non aſcendet cum eo.
3 ¶ Et uenit Moſeh, & narrauit populo omnia
uerba domini, & omnia iudicia. Et reſpõdit
oĩs populus uoce una, & dixerũt. Oĩa uerba
quæ locut⁹ eſt dñs faciem⁹. ¶ Et ſcripſit Mo
4 ſeh oĩa uerba dñi, & ſurrexit mane, & ædi-
ficauit altare ſub mõte, & duodecim titulos

5 ſecundum duodecim tribus Iſraël. ¶ Et miſ-
ſit pueros filiorum Iſraël, & immolauerunt
holocauſta, & ſacrificauerũt ſacrificia paci
6 fica dño uitulos. ¶ Et tulit Moſch dimidiũ
ſanguinis, & poſuit in crateribꝰ, & dimidiũ
7 ſanguinis ſparſit ſuper altare. ¶ Et tulit li-
brum fœderis. Et legit in auribus populi, &
dixerunt. Oĩa q̃ locutꝰ eſt dñs faciemꝰ, & au
8 diemꝰ. ¶ Et tulit Moſch ſanguinẽ, & ſparſit
ſup populũ, & dixit. Ecce ſanguis fœderis,
quod pepegit dominꝰ uobiſcũ ſuper oĩbus
9 uerbis his. ¶ Et aſcẽdit Moſch, & Aharón,
Nadáb, & Abihú, & ſeptuaginta è ſenioribꝰ
10 Iſraël. ¶ Et uiderũt deum Iſraël. Et ſub pe-
dibus eius erat ſicut opus lapidis ſappirini
11 & ſicut aſpectus cœli in mundicia. ¶ Et ad
principes filiorum Iſraël non miſit manum
ſuam. Et uiderunt deum, & comederunt, &
12 biberũt ¶ Dixitq́ dominꝰ ad Moſch. Aſcẽ
de ad me in montem, & eſto ibi, & dabo tibi
tabulas lapideas, & legem, & mãdata, quæ
13 ſcripſi ad docendum eos. ¶ Et ſurrexit Mo
ſch, & Iehoſuah miniſter eius. Et aſcẽdit Mo
14 ſch in montem dei. ¶ Et ad ſeniores dixit.
Manete hic, donec reuertamur ad uos. Et ec
ce Aharón, & Chur ſunt uobiſcũ, quiſquis
15 habuerit cauſas, accedat ad eos. ¶ Et aſcen
dit Moſch in montẽ, & operuit nubes mon-
16 tem. ¶ Et habitauit gloria domini ſup mon
tem Sinái, & operuit eum nubes ſex diebꝰ.
Et uocauit Moſch die ſeptimo è medio nu-
17 bis. ¶ Et aſpectus gloriæ domini erat tanq̃
ignis ardẽs in uertice montis, in oculis filio
rum Iſraël. Et ingreſſus eſt Moſch in mediũ
nubis. & aſcendit in montem. Et fuit Moſch
in monte quadraginta dies, & quadraginta
noctes.

Capitulum.25.

1 ET locutus eſt dominus ad Moſch
2 dicendo. ¶ Loquere ad filios Iſ-
raël, & accipient mihi oblationẽ.
Ab omni uiro, cuiꝰ cor ſpõte offe
3 ret eam, capietis oblationẽ meam. ¶ Et iſta
eſt oblatio quã capietis ab eis. Aurum, & ar
4 gentum, & æs. ¶ Et hyacintum, & purpu-
ram, coccũ biſtinctum, & byſſum, & pilos ca
5 prarum. ¶ Et pelles arietum rubricatas, &
6 pelles taxorum, & ligna Sitthím. ¶ Oleum
ꝓ luminari, aromata ꝓ oleo unctiõis, & pro
7 thymiamate aromatum. ¶ Lapides onychi
nos, & lapides plenitudinum pro Ephód, &
8 ꝓ pectorali. ¶ Et faciẽt mihi ſanctuariũ, &
9 habitabo in medio eorum. ¶ Secũdum oĩa
quæ ego uidere facio te, ſimilitudinem habi
taculi, & ſimilitudinem omnium uaſorum
10 eius, & ſic facietis. ¶ Et facient arcam è li-
gnis ſitthím. Duo cubiti, & dimidium erit
longitudo eius, & cubitus, & dimidium lati
tudo eius, & cubitus, & dimidium altitudo
11 eius. ¶ Et operies eam auro mundo. Intrin-
ſecus, & extrinſecus operies eam, & facies
12 ſuper eam coronã aurẽam in circuitu. ¶ Et
fundes ei quattuor anulos aureos, & pones
in quattuor angulis eius, & duos anulos in
latere eius uno, & duos anulos in latere eiꝰ
13 ſecũdo. ¶ Et facies uectes ex lignis ſitthím
14 & cooperies eos auro. ¶ Et induces uectes
in anulos in lateribus arcæ ad portandum ar
15 cam cum eis. ¶ In anulis arcæ erunt uectes,
non remouebuntur ab ea. Et pones in arca te
16 ſtimoniũ, quod dabo tibi. ¶ Et facies ꝓpi-
tiatorium ex auro mundo. Duorum cubito-
rũ, & dimidij erit longitudo eius, & cubiti
17 & dimidij latitudo eius. ¶ Et facies duos
cherubím aureos. Ex auro ductili facies eos
18 à duabꝰ extremitatibꝰ ꝓpitiatorij. ¶ Et fa-
cherúb unum ab extremo hinc, & cherúb al
terum ab extremo inde à ꝓpitiatorio facie-
tis Cherubím, à duabus extremitatibus eiꝰ.
19 ¶ Et cherubím expandent alas ſupne tegen
tes alis ſuis propitiatorium, & facies corũ
erit altera ad alterã ad propitiatorium erũt
20 facies cherubím. ¶ Et pones propitiatoriũ
ſuper arcam ſuperne, & in arca pones teſti-
21 monium, quod dabo tibi. ¶ Et conueniam
tecum ibi, & loquar tecum è propitiatorio
quod eſt inter duos cherubím ſuper arcam
teſtimonij, omnia quæ præcipiam tibi ad fi-
22 lios Iſraël. ¶ Et facies Méſam è lignis Sit-
thím. Duorum cubitorum erit longitudo
eius, & cubitus latitudo eius, Et cubitus, &
23 dimidium altitudo eius. ¶ Et teges eam au
ro mũdo. Et facies ei coronam auream in cir
24 cuitu. ¶ Et facies ei clauſuram quattuor di
gitorum in circuitu. Et facies coronam au-
25 ream clauſuræ eius in circuitu. ¶ Et facies
ei quattuor anulos aureos, & pones anulos
in quattuor angulis qui ſunt quattuor pedi
26 bus eius. ¶ Contra clauſuram erunt anuli
27 intra uectes ad portãdũ mẽſam. ¶ Et facies
uectes è lignis Sitthím, & operies eos au-
28 ro, & feret cũ illis menſa. ¶ Et facies ſcutel
las eiꝰ, & coclearia eiꝰ, & medios calamos,
& cyathos eiꝰ quibus libabitur ex auro mũ
29 do facies. ¶ Et pones ſup mẽſam panẽ facie
30 rũ corã me iugiter. ¶ Et facies candelabrũ
ex auro mũdo. Ductile fiet cãdelabrũ. Haſti
le eiꝰ & calamꝰ eiꝰ, & ſphærulæ eiꝰ, & flores

31 eius ex ipſo erunt. ¶ Et ſex calami egredien-
tur è lateribus eius, tres calami cãdelabri ex la
tere uno, et tres calami candelabri ex latere al
32 tero. ¶ Tres calices amigdalati i calamo uno
ſphærula, et flos, et tres calices amigdalati in
calamo altero, ſphærula, et flos. Sic ſex cala-
33 mis egredientibus è candelabro. ¶ Et in can-
delabro erũt quatuor calices amigdalati, ſphæ
34 rulæ eiꝰ, et flores eius. ¶ Et ſphærula ſub duo
bus calamis ex ipſo, et ſphærula ſub duobꝰ cala
mis ex ipſo, et ſphærula ſub duobus calamis
ex ipſo. Sic ſex calamis egredientibus è cande
35 labro. ¶ Sphærulæ eorum, et calami eorum
ex ipſo erũt totum ipſum ductile unum, ex au
36 ro mundo. ¶ Et facies lucernas eius ſeptem,
et accendere fac lucernas eius, et lucere fac cõ
37 tra faciem eius. ¶ Et forcipes ipſius, et rece-
38 ptacula eius ex auro mundo. ¶ Et talento au
39 ri mundi faciet illud et omnia uaſa iſta. ¶ Et
uide, et fac ſecundum ſimilitudinem eorꝫ, quã
tu factus es uidere in monte.

Capitulum.26.

1 ET tabernaculũ facies è decem
cortinis è byſſo retorta, et hya
cincto et purpura, et uermicu-
lo cocco. Cherubím ope phry
gionico facies. ¶ Longitu-
2 do cortinæ unius erit octo, et
uiginti cubitorum et latitudo quatuor cubito
rum cortinæ unius. Mẽſura una erit omnibus
3 cortinis. ¶ Quinq; cortinæ erunt coniunctæ
altera ad alteram, et quinq; cortinæ cõiunctæ
4 altera ad alterã. ¶ Et facies laqueolos hyacin
thinos ſuper oram cortinæ unius ab extremo
in coniunctiõe, et ſic facies in ora cortinæ, ex-
5 tremæ in coniunctiõe ſecundæ. ¶ Quinqua-
ginta loqueolos facies i cortina una, et quqna
ginta laqueolos facies in extremo cortinæ, q̃
eſt in coniunctione ſecundæ. Oppoſiti erunt la
6 queoli alter ad alterum. ¶ Et facies quinqua-
ginta uncinos aureos, et coniunges cortinas
alteram ad alteram cum uncinis, et erit taber-
7 naculum unum. ¶ Et facies cortinas è pilis ca
prarum tecto ſuper tabernaculũ, undecim cor
8 tinas facies. ¶ Longitudo cortinæ unius tri-
ginta cubitorum, & latitudo quatuor cubito-
rum cortinæ unius. Menſura una erit undecim
9 cortinis. ¶ Et cõiũges quinq; cortinas ſeorſum,
& ſex cortinas ſeorſum, & duplicabis cortinã
10 ſextã cõtra faciẽ tecti. ¶ Et facies quqnagin-
ta laq̃olos in ora cortinæ unius extremæ in cõ
iunctione, & quqnaginta laqueolos in ora cor
11 tinæ coniũctiõis ſecũdæ. ¶ Et facies uncinos
æreos quinquaginta, & induces uncinos in la
12 queolos, & cõiunges tectũ, & erit unum. ¶ Et
ſuperfluitas quæ ſuperſunt in cortinis tecti, di-
midiũ cortinæ quæ ſuperfluit ſuperfluet in po
13 ſterioribus tabernaculi. ¶ Et cubitus hinc, &
cubitꝰ inde in ſuperfluente in longitudine cor
tinarum tecti, erit ſuperfluum in lateribꝰ taber
14 naculi hinc, & inde ad tegendum illud. ¶ Et
facies operimentum tecto è pellibus arietũ ru
bricatis, & operimentum è pellibus taxorũ
15 ſuperne. ¶ Et facies tabulas tabernaculo è li
16 gnis Sitím ſtantes. ¶ Decem cubitorũ lõgi
tudo tabulæ: & cubiti, & dimidij cubiti, latitu
17 do tabulæ uniꝰ. ¶ Duæ incaſtraturæ erũt ta-
bulæ uni, diſpoſitæ altera ad alterã: ſic facies
18 omnibus tabulis tabernaculi. ¶ Et facies ta-
bulas tabernaculo, uiginti tabulas ad latus me
19 ridianum ad auſtrũ. ¶ Et quadraginta baſes
argenteas facies ſubter uiginti tabulas, duas
baſes ſubter tabulam unam, duabus incaſtratu
ris eius, & duas baſes ſubter tabulam alteram
20 duabus incaſtraturis eius. ¶ Et lateri taberna
culi ſecundo ad plagam aquilonis uiginti tabu
21 las ¶ Et quadraginta baſes earum argẽteas,
duas baſes ſubter tabulam unam, & duas ba-
22 ſes ſubter tabulam alteram. ¶ Et ad latera ta-
bernaculi ad occidentem facies ſex tabulas.
23 ¶ Et duas tabulas facies in angulis taberna-
24 culi in lateribus. ¶ Et erunt geminatæ in-
ferne, & pariter erunt geminatæ ſuper caput
eius ad anulum unum, Sic erit ambabus ipſis,
25 in duobus angulis erunt. ¶ Et erunt octo ta-
bulæ, & baſes earum argenteæ, ſexdecim ba-
ſes. Duæ baſes ſubter tabulam unam, & duæ
26 baſes ſubter tabulam alteram. ¶ Et facies ue-
ctes è lignis Sitím quinq; tabulis lateris taber
27 naculi unius. ¶ Et quinq; uectes tabulis late-
ris tabernaculi ſecundi, & quinq; uectes tabu
lis lateris tabernaculi ad latera ad occidentem.
28 ¶ Et uectis medius in medio tabularum erit
29 tranſiens ab extremo ad extremum. ¶ Et ta-
bulas teges auro, & anulos earum facies ex au
ro loca uectibus, & cooperies uectes auro.
30 ¶ Et ſurgere facies tabernaculum ſecundum
diſpoſitionem eius, quam factus es uidere in
31 monte. ¶ Et facies uelũ ex hyacintho, & pur
purea cocco bis tincto, & byſſo retorta opere
phrygionico facies illud cũ figuris cherubim.
32 ¶ Et pones illud ſup quatuor columnis Sit-
tim obductis auro, & uncini earum aurei ſu-
33 per quatuor baſes argẽteas. ¶ Et pones uelũ
ſubter uncinos, & introduces illuc intra ue-
lũ arcã teſtimonij, & diuidet uelũ uobis inter
34 ſanctitatẽ, & inter ſanctitatẽ ſanctitatũ. ¶ Et
pones propitiatorium ſuper arcam teſtimonij

35 in ſanctitate ſanctitatum. ¶ Et pones mēſam
extra uelum, & candelabrum contra menſam
in latere tabernaculi ad auſtrum & mēſam po
36 nes in latere aquilonis. ¶ Et facies aulæum
ad oſtium tabernaculi ex hyacintho, & pur-
pura, & cocco biſtincto, & byſſo retorta ope
37 re acu pictoris. ¶ Et facies aulæo quinq; co-
lūnas Sittínas, & cooperies eas auro & uncini
earum aurei, & fundes ei quinq; baſes æreas.

Capitulum.27.

1 ET facies altare è lignis Sittím
quinq; cubitorum erit longi-
tudo, & quinq; cubitorum lati
tudo, Quadrum erit altare, &
trium cubitorum altitudo eius.
2 ¶ Et facies cornua ei' in qua-
tuor angulis eius. Ex ipſo erunt cornua eius,
3 & cooperies illud ære. ¶ Et facies lebetes ei'
ad remouendum cinerem eius, & ſcopas eius,
& crateras eius, & fuſcinulas eius, & recepta-
4 cula eius. Omnia uaſa eius facies ex ære. ¶ Et
facies ei cribrum opere reticulato æreum. Et
facies in reti quatuor anulos in quatuor extre
5 mitatibus eius. ¶ Et pones illud ſubter ambi
tum altaris inferne, & erit rete uſq; ad mediū
6 altaris. ¶ Et facies uectes altari, uectes è li-
7 gnis Sittím, & cooperies eos ære. ¶ Et indu-
cētur uectes eius in anulos, & erunt uectes in
duobus lateribus altaris ad ferendum illud.
8 ¶ Cū uacuo inter tabulas facies illud. Quē-
admodum uidere fecit te in monte, ſic facient.
9 ¶ Et facies atrium tabernaculi ad angulū au-
ſtralem ad meridiem. Cortinæ erūt atrio è byſ
ſo retorta. Centum cubitorum erit longitudo
10 anguli unius. ¶ Et columnæ eius uiginti, &
baſes earū uiginti æreæ, et uncini columnarū
11 & fila eas cingentia argentea. ¶ Et ſic ad la-
tus aquilonare in longitudine erunt cortinæ
centum, & columnæ eius uiginti, & baſes
earum uiginti æreæ, & uncini columnarum,
12 et fila eas cingentia argentea. ¶ Et latitu-
do atrij ad latus occidentale, cortinæ quin-
quaginta cubitorum, columnæ earum decem,
13 & baſes earum decem. ¶ Et latitudo atrij ad
latus orientale ad orientē quinquaginta cubi
14 torum. ¶ Et quindecim cubitorum erūt cor-
tinæ lateri uni, Columnæ earum tres, & baſes
15 earū tres. ¶ Et lateri ſecundo quindecim cor
tinæ columnæ earum tres, & baſes earū tres.
16 ¶ Et portæ atrij erit aulæum uiginti cubito-
rum ex hyacintho, & purpurea, & cocco biſ
tincto, & byſſo retorta, opere phrygionico,
Columnæ earum quatuor, & baſes earū qua-
17 tuor. ¶ Omnes columnæ atrij in circuitu cin-
ctæ erunt argento, & uncini earum argentei,
18 & baſes earum æreæ. ¶ Longitudo atrij cen-
tum cubitorum, & latitudo quinquaginta in
quinquaginta, & altitudo quinq; cubitorum,
19 ex byſſo retorta, & baſes earum æreæ. ¶ Om
nia uaſa tabernaculi cum omni miniſterio eius
& omnes claui eius, & oēs claui atrij ex ære.
20 ¶ Et tu præcipies filijs Iſraél, & afferent ad
te oleum oleæ purum, contuſum pro lumina-
21 ri ad accendendum lucernam ſemper. ¶ In
tabernaculo eccleſiæ extra uelum quod eſt ſu
per teſtimonium. Diſponet eam Aharón, &
filij eius à ueſpera uſq; mane coram domino.
Statutum perpetuum generationibus eorum
à filijs Iſraél.

Capitulum.28.

1 ET tu appropinq̄re fac ad te Aha
rón fratrem tuum, & filios eius
ſecum è medio filiorū Iſraél. Vt
ſacerdotio fungatur mihi Aha-
ron, Nadáb, & Abíhú, Elhazár,
2 & Ithamár filij Aharón. ¶ Et
facies ueſtes ſanctas Aharón fratri tuo, ad glo-
3 riam, & decorē. ¶ Et tu loqueri ad om̄es ſa-
pientes corde, quos repleui ſpū ſapiētiæ, & fa
ciunt ueſtes Aharón, ad ſanctificandū eum. Vt
4 ſacerdotio fungatur mihi. ¶ Et hæ ſūt ueſtes
quas facient pectorale, & ſup humerale, & pal
liū et tunicā ope phrygionico oculis cōtextā,
cidarin, & baltheum. Et facient ueſtes ſanctas
Aharón fratri tuo, & filijs eius, ut ſacerdotio
5 fungat̃ mihi. ¶ Et ipſi accipient aurū, & hya-
cinthū, & purpurā, & coccū biſtinctū, & byſ-
6 ſum. ¶ Et faciēt ſuperhumerale ex auro hya-
cintho, & purpura, cocco biſtincto, & byſſo
7 retorta, opere phrygionico. ¶ Duæ oræ iun-
ctæ erunt ei ad duas extremitates eius, & con-
8 iunctæ erūt. ¶ Et baltheus ſuphumeralis eius
qui eſt ſup illud, ſicut opus ipſius, ex ipſo erit,
ex auro, hyacintho, & purpura, & cocco biſtin
9 cto, & byſſo retorta. ¶ Et accipies duos lapi-
des onychinos, & ſculpes in eis noīa filiorum
10 Iſraél. ¶ Sex ex noībus eorū in lapide uno,
& noīa ſex reſidua in lapide altero, ſecundum
11 gnationes eorū. ¶ Opere lapicidæ ſculpturis
ſigilli ſculpes ambos lapides cū nominib' filio
12 rū Iſraél circūdatos palis aureis. ¶ Et pones
ambos lapides in oris ſuperhumeralis, lapides
memoriæ filijs Iſraél. Et accipiet Aharón noīa
eorū corā dño in duos humeris ſuis ad memo-
13 riam. ¶ Et facies palas aureas. ¶ Et duas ca-
14 thenas ex auro mūdo in fine termini pectora-
lis, & facies eas opere plectili, & pones cathe
15 nas plectiles in palis. ¶ Et facies pectorale iu-

diciј, opere phrygionico. Sicut opus ſuphu-
meralis facies illud. Ex auro, & hyacintho, &
purpura, & cocco biſtincto. & byſſo retorta
16 facies illud. ¶ Quadrangulare erit duplica
tum. Palmus erit longitudo eius, & palmus
17 latitudo eius. ¶ Et implebis in eo plenitudi
nem lapidis, quattuor ordinibus lapidis. Or
do, ſardius, topazius, & ſmaragdus ordo
18 unus. ¶ Et ordo ſecundus carbunculus,
19 ſapphirus, & iaſpis. ¶ Et ordo tertius ligu-
20 rius, achates, & amethyſt⁹. ¶ Et ordo quar
tus, charſis, onychinus, & beryllus. Cõſtricti
21 auro erunt in plenitudinibus ſuis. ¶ Et lapi
des erunt cum nominibus filiorũ Iſrael duo
decim, ſecundum nomina ipſorum ſculptu-
ris ſigilli ſinguli cum nomine ſuo, erunt duo
22 decim tribubus. ¶ Et facies in pectorali ca
tenas terminí opere plectili ex auro mundo.
23 ¶ Et facies in pectorali duos anulos aureos,
& pones ambos anulos in duabus extremi-
24 tatibus pectoralis. ¶ Et pones duos funicu
los aureos in duobus anulis in extremitati-
25 bus pectoralis. ¶ Et duas extremitates duo
rum funiculorum pones in duabus palis, &
pones in oris ſuphumeralis cõtra faciẽ ei⁹.
26 ¶ Et facies duos anulos aureos, & pones
eos in duab⁹ extremitatib⁹ pectoralis in ora
eius in latere ſuperhumeralis intrinſecus.
27 ¶ Et facies duos anulos aureos, & pones
eos in duobus lateribus ſuperhumeralis in-
ferne è regione faciei eius cõtra cõiũctionẽ
28 eius ſupra baltheũ ſuperhumeralis. ¶ Et iũ
gent pectorale ab anulis eius ad anulos ſup-
hũeralis filo hyacinthino, ut ſit ſup baltheũ
ſuperhumeralis & nõ ſeparetur pectorale à
29 ſuperhumerali. ¶ Et capiet Aharón nomi-
na filiorum Iſrael, in pectorali iudiciј ſuper
cor ſuum quãdo ingredietur in ſanctuarium
30 in memoriam coram domino iugiter. ¶ Et
pones in pectorali iudiciј urím, & thũmím,
& erunt ſuper cor Aharón, quãdo ingredie
tur coram domino. Et accipiet Aharón iudi
cium filiorum Iſraél ſuper cor ſuum coram
31 domino ſemper. ¶ Et facies pallium ſuper-
32 humeralis totum hyacinthinum. ¶ Et erit
os capitiј ei⁹ in medio eius. Ora erit ori eius
in circuitu opere texẽtis, ſicut os loricæ erit
33 ei, ne frangatur. ¶ Et facies in fimbriјs ei⁹
mala punica ex hyacintho, & purpura, &
cocco biſtincto in fimbriјs eius in circuitu,
& tintinnabula aurea in medio eorum in cir
34 cuitu. ¶ Tintinnabulum aureum, & ma-
lum punicum, tintinnabulum aureum, & ma
lum punicum in fimbriјs palliј in circuitu.
35 ¶ Et erit ipſi Aharón ad miniſtrandum, &
audietur ſonus eius, quando ingredietur in
ſanctuariũ coram domino, & quãdo egreſ-
36 ſus fuerit, & non morietur. ¶ Et facies la-
minã ex auro mundo, & ſculpes in ea ſcul-
37 pturis ſigilli. Sãctitas domino. ¶ Et pones
eã in filo hyacinthino, & erit ſuper mitrã,
38 è regione mitræ erit. ¶ Et erit ſupra fron-
tem Aharón, & tollet Aharón iniquitatem
ſanctificationũ quas ſanctificabũt filiј Iſrael
in omnibus donis ſanctificationũ eorum. Et
erit ſupra frontem eius iugiter ad beneplа-
39 citum eis coram domino. ¶ Et ſtringes tu-
nicam byſſinam, & facies mitram byſſinã,
40 & cingulũ facies opere phrygionico. ¶ Et
filiјs Aharón facies tunicas, & facies eis cin
gulos, & pileos facies eis ad gloriã, & de-
41 corem. ¶ Et indues facies illa Aharón fra
trem tuum, & filios eius ſecum, & unges il-
los, & conſecrabis manum eorum, & ſancti
ficabis eos, & ſacerdotio fungentur mihi.
42 ¶ Et fac eis fœminalia linea ad operien-
dum carnem turpitudinis. A lumbis, uſq; ad
43 fœmora erunt. ¶ Et erunt ſuper Aharón,
& ſuper filios eius, quando ingredientur in
tabernaculũ eccleſiæ, uel cũ appropinqua-
uerint ad altare, ut miniſtrẽt in ſanctificatio
ne, & nõ ferẽt iniqtatẽ, & morient. Statutũ
perpetuum erit ei, & ſemini eius poſt eum.

Caplm.29.

1 ET hoc eſt quod facies eis ad ſan-
ctificandũ eos, ut ſacerdotio fun
gantur mihi. Tolle iuuencũ unum
filium bouis, & arietes duos im-
2 maculatos. ¶ Et panes infermentatos, &
placentas infermentatas mixtas oleo, & la-
gana infermẽtata iuncta oleo, Ex ſimila tri-
3 ticea facies ea. ¶ Et pones ea in caniſtro
uno, & offeres ea in caniſtro, & iuuencum,
4 & duos arietes. ¶ Et Aharón, & filios eius
appropinquare facies ad oſtium tabernacu
5 li eccleſiæ, & lauabis eos aqua. ¶ Et acci-
pies ueſtes, & induere facies Aharón tuni-
cam & pallium ſuperhumeralis, ac ſuperhu
merale, & pectorale, & cinges eum baltheo
6 ſuperhumeralis. ¶ Et pones mitrã ſuper ca-
put ei⁹, & pones diadema ſanctitatis ſuper
7 mitrã. ¶ Et accipies oleũ unctionis, & fun-
8 des ſuper caput ei⁹, & unges eũ. ¶ Et filios
eius appropinquare facies, & induere fa-
9 cies eos tunicas. ¶ Et cinges eós baltheo,
Aharón, & filios eius, & impones eis pileos,
& erit eis ſacerdotiũ inſtatutũ perpetuũ, &
cõſecrabis manũ Aarón, & manũ filiorũ ei⁹.
10 ¶ Et offerre facies iuuẽcũ corã tabernacu-
lo eccleſiæ, & imponent Aharón, & filiј eius

11 manus ſuas ſuper caput iuuenci. ¶ Et ma-
ctabis iuuencũ coram domino ad oſtium ta-
12 bernaculi eccleſiæ. ¶ Et capies è ſanguine
iuuenci, & pones in cornibus altaris digi-
to tuo. Et omnẽ ſanguinem fundes ad fun-
13 damentum altaris. ¶ Et capies omnẽ adi-
pem operientẽ inteſtinũ, & fibram cum he-
pate, & duos renes, & adipem qui eſt ſuper
14 eos, & ſuffire facies in altari. ¶ Et carnem
iuuenci, & pellem eius, & fimum eius com-
bures igni extra caſtra. Sacrificiũ pro pec-
15 cato eſt. ¶ Et arietem unum capies, & iun-
gent Aharón, & filij eius manus ſuas ſuper
16 caput arietis. ¶ Et mactabis arietem, & ca
pies ſanguinem eius, & aſperges ſuper al-
17 tare in circuitu. ¶ Et arietem concides in
fruſta eius, & lauabis inteſtinũ eius, & cru-
ra eius, & pones ſuper fruſta eius, & ſu-
18 per caput eius. ¶ Et ſuffire facies totum
arietem ſuper altare. Holocauſtum eſt domi
no in odorem quietis. Oblatio domino eſt.
19 ¶ Et capies arietem ſecundum, & compo-
nent Aharón, & filij eius manus ſuas ſuper
20 caput arietis. ¶ Et mactabis arietem, & ca
pies de ſanguine eius, & pones ſuper fibrã
auris Aharon, & ſuper fibram auris filiorũ
eius dexteræ, & ſuper pollicem manus eo-
rum dexteræ, & ſuper pollicem pedis eorũ
dexteri, & aſperges ſanguinem ſuper alta-
21 re in circuitu. ¶ Et capies de ſanguine qui
eſt ſup altare, & de oleo unctionis, & aſper-
ges ſuper Aharón, & ſuper ueſtes eius, &
ſuper filios eius, & ſuper ueſtes filiorꝝ eius
ſecum, & ſanctificabunt̃ ipſe, & ueſtes ei⁹,
& filij eius, & ueſtes filiorum eius ſecum.
22 ¶ Et tolles ab ariete adipem & caudam, &
adipẽ operiẽtẽ inteſtinũ, & fibram iecoris,
& duos renes, & adipem qui eſt ſuper eos,
& armũ dextrum, quia aries conſecrationũ
23 eſt. ¶ Et tortã panis unã, & placentã panis
ex oleo unam, & laganũ unum è caniſtro in
24 fermẽtatorꝝ qui eſt coram dño. ¶ Et pones
omnia ſuper uolas Aharón, & ſuper uolas
filiorꝝ eius, & eleuabis ea eleuationẽ coram
25 dño. ¶ Et capies ea è manu eorꝝ, & ſuffire
facies ſup altare, ſuper holocauſtũ in odorẽ
26 quietis corã dño. Oblatio eſt dño. ¶ Et ca-
pies pectus arietis cõſecrationũ qd' eſt ipſi
Aharón, & eleuabis illud eleuationẽ coram
27 dño, & erit tibi in partẽ. ¶ Et ſanctificabis
pectus eleuationis, & armũ eleuationis qui
eleuatus eſt, & qui eleuatus eſt ab ariete cõ
28 ſecrationũ. ¶ Et erit ipſi Aarón, & filijs e⁹
in ſtatutũ perpetuũ à filijs Iſraël, qa eleua-
tio eſt, & eleuatio erit à filijs iſraël. De ſa-
crificijs pacificorũ ſuorum eleuatio eorũ do-
29 mino. ¶ Et ueſtes ſanctas quæ ſunt ipſi Aha
rón erunt filijs eius poſt eum ad ungendum
eum eis, & ad conſecrandum cum eis manũ
30 eorum. ¶ Septem diebus induet eas ſacer-
dos loco ipſius de filijs eius, qui ueniet ad
tabernaculum eccleſiæ ad miniſtrandum in
31 ſanctificatione. ¶ Et arietem conſecratio-
num capies, & coques carnem eius in loco
32 ſancto. ¶ Et comedet Aharón, & filij ei⁹ car
nẽ arietis, & panẽ qui eſt in caniſtro ad oſtiũ
33 tabernaculi eccleſiæ. ¶ Et comedent ea in
quibus propitiatus eſt ad conſecrandum ma
num eorum, ad ſanctificandum eos. Et alieni
34 gena nõ comedet, qa ſanctificatio ſunt. ¶ Et
ſi ſuperfuerit de carne conſecrationum, &
de pane uſq; mane, comburetes ſuperfluum
igni. Non comedetur, quia ſanctitas eſt.
35 ¶ Et facies Aharón, & filijs eius ſic. Secũdũ
omnia quæ præcepi tibi, ſeptem diebus con
36 ſecrabis manum eorum. ¶ Et iuuencũ pro
peccato facies in die ſuper propitiationib⁹,
& mundabis altare in propitiatione tua ſu-
per ipſum, & unges illud ad ſanctificandum
37 illud. ¶ Septem diebus expiabis altare, &
ſanctificabis illud, & erit altare ſanctitas ſan
ctitatũ. Quicquid tetigerit altare ſanctifica-
38 bitur. ¶ Et hoc eſt qd' facies ſuper altare.
39 Agnos anniculos duos in die. ¶ Agnum
unũ facies mane, & agnũ alterũ facies inter
40 ueſperas. ¶ Et decimum ſimilæ mixtæ oleo
contuſo, quartum hín. Et libamen, quartum
41 hín uini agno uni. ¶ Et agnum ſecundum
facies inter ueſperas. Sicut ſacrificium ma-
tutinum. Et ſecundum libamen eius facies ei
42 in odorem quietis oblationẽ domino. ¶ Ho
locauſtum iuge in generationes ueſtras ad
oſtium tabernaculi eccleſiæ coram domino
in quo conueniam nobiſcũ illic, ut loquar
43 ad te ibi. ¶ Et conueniam ibi cũ filijs Iſraël,
44 & ſanctificabitur in gloria mea. ¶ Et ſancti
ficabo tabernaculum eccleſiæ, & altare, &
Aharón, & filios ei⁹ ſanctificabo, ut ſacerdo
45 tio fungant̃ mihi. ¶ Et habitabo in medio
46 filiorũ Iſraël, & ero eis in deum. ¶ Et ſciẽt
ꝙ ſum dominus deus eorum, qui eduxi eos
è terra Aegypti, ut habitarem in medio eo-
rum, ego dominus deus eorum.

Capitulum. 30.

1 ET facies altare ſuffimẽti ſuffit⁹.
Ex lignis ſitthim facies illud.
2 ¶ Cubitus lõgitudo eius. Ex
3 ipſo cornua ei⁹. ¶ Et teges il-
lud auro mũdo, tectũ ei⁹, & pa
rietes ei⁹ ꝑ circuitũ & cornua eius. Et facies

4 ei coronam aureã per circuitum. ❡ Et duos
anulos aureos facies ei infra coronam ipſius in
duobus angulis eius, in duob' lateribus eius,
& erit intra uectes ad portandum ipſum cum
5 eis. ❡ Et facies uectes ex lignis Sittim, & te-
6 ges eos auro. ❡ Et pones illud ante uelũ, qđ
eſt ſuper arcam teſtimonij, & ante propitiato-
rium quod eſt ſuper teſtimoniũ in quo conue-
7 niam tecũ. ❡ Et ſuffire faciet ſuper illud Aha
rón ſuffimentum aromatum ſingulo mane.
8 ❡ Quãdo aptabit lucernas ſuffire faciet illud.
Et quando incendet Aharón lucernas inter
uesperas ſuffire faciet illud ſuffimentum.
9 ❡ Non offeretis ſuper illud ſuffimentum alie
num. Et holocauſtum, & ſacrificiũ, & libamen
10 non libabitis ſuper illud. ❡ Et expiabit Aha-
rón ſup cornua eius ſemel in anno. De ſangui-
ne ꝓ peccato expiationũ, ſemel in anno expia
bit ſuper illud in generationibus ueſtris. San-
11 ctitas ſanctitatũ eſt domino. ❡ Et locut' ẽ do
12 minus ad Moſéh dicẽdo. ❡ Quando capies
ſummã filiorum Iſraél ſecundũ numerum eo-
rum, dabũt unuſquiſq; redemptionem animæ
ſuæ domino cũ numeraueris eos, & nõ erit in
13 eis plaga, cum numeraueris eos. ❡ Et hoc da
bunt. Omnis tranſiens ad numeros dimidium
ſecli ſecundũ ſeclum ſanctitatis. Viginti obolo
14 rũ ẽ ſeclus. Dimidiũ ſecli oblatio dño. ❡ Om
nis tranſiens ad numeros à uiginti annis, & ſu
15 pra dabit oblationem domino. ❡ Diues non
augebit, & pauper nõ diminuet de dimidio ſe-
16 clo, cũ dederit oblationem dño ad propitian
dum ſuper animabus ueſtris. ❡ Et capies ar-
gentum expiationum, à filijs Iſraél, & dabis
illud pro opere tabernaculi eccleſiæ, & erit fi
lijs Iſraél ad memoriam coram domino ad pro
17 pitiandũ ſup animabus ueſtris. ❡ Et locutus
18 eſt dominus ad Moſéh dicendo. ❡ Et facies
concham æneam, & baſim eius æneam ad la-
uãdum, & pones illam inter tabernaculum ec-
19 cleſiæ, & altare: & pones ibi aquam ❡ Et laua
bunt Aharón, & filij eius ex ea manus ſuas, &
20 pedes ſuos. ❡ Quando ingrediẽtur in taber
naculum eccleſiæ lauabunt ſe aqua, & non mo
rientur, uel quando appropinquauerint ad al-
tare, ut miniſtrent, ut ſuffire faciant oblationẽ
21 domino. ❡ Et lauabunt manus ſuas, & pedes
ſuos, & non moriẽtur. Et erit ſtatutum perpe
tuum ei, & ſemini eius in generationibus eo-
22 rum. ❡ Et locutus eſt dñs ad Moſéh dicendo.
23 ❡ Et tu accipe tibi aroma primum, myrrhæ li
bere fluentis quingentos ſeclos & chinnemón
aromatici, dimidium ipſius quinquaginta, et
ducentos, & calami aromatici, quinquaginta,
24 & ducentos. ❡ Et caſiæ quingentos ſeclos ſe
cundum pondus ſanctificationis, & olei oliuæ
25 hin. ❡ Et facies ipſum oleũ unctionis ſancti-
ficationis unguentũ unguenti opere unguen
26 tarij. Oleũ unctionis ſanctificatiõis erit. ❡ Et
unges eo tabernaculũ eccleſiæ, & arcam teſti-
27 monij. ❡ Et mẽſam, & oĩa uaſa ipſius, & can-
delabrum, & omnia uaſa ipſius, & altare ſuffi-
28 menti. ❡ Et altare holocauſti, & omnia uaſa
29 ipſius, & concham, et baſim eius. ❡ Et ſancti
ficabis ea, et erũt ſanctificatio ſanctificationũ.
30 Quicqd tetigerit ea ſanctificabit. ❡ Et Aha-
rón, et filios eius unges, & ſanctificabis eos, ut
31 ſacerdotio fungãtur mihi. ❡ Et ad filios Iſraél
loqueris dicendo. Oleum unctionis ſanctitatis
32 erit hoc mihi in generationibus uris. ❡ Sup
carnẽ hominis nõ ungetur, et ſecundũ ſummã
ei' nõ facietis ſicut illud. Sanctificatio ẽ, ſancti
33 ficatio erit uobis. ❡ Quiſqs cõfecerit unguẽ
tum ſimile, et qui poſuerit ex eo ſup extraneũ
34 ſuccidetur è populis ſuis. ❡ Et dixit domin'
ad Moſéh. Accipe tibi aromata Stactẽ, et Ony
chan, et Chalbanũ aromaticũ, et thus mundũ
35 æqualis ponderis erit. ❡ Et facies ipm ſuffi-
mentum aromaticũ opere aromatarij mixtum
36 mundum. Sanctificatio eſt. ❡ Et cõtundes ex
eo comminuendo, et pones ex eo coram teſtimo
nio in tabernaculo eccleſiæ, in quo conueniam
tecũ ibi. Sanctificatio ſanctificationum erit uo
37 bis. ❡ Et ſuffimentũ qđ facies ſecũdũ ſuppu-
tationem eius non facietis uobis. Sanctificatio
38 erit tibi dño. ❡ Quiſquis fecerit ſicut ipm ad
odorandũ illud, excidetur è populis ſuis.

Capitulum.31.

1 ET locut' eſt dñs ad Moſéh dicendo.
2 ❡ Vide uocaui per nomẽ Beſaléel
filiũ Vri filij Chur è tribu Iehudáh
3 ❡ Et repleui eũ ſpiritu dei, ſapien
4 tia, & intelligẽtia, ſciẽtia, et omi opere. ❡ Ad
cogitandũ cogitationes, ad faciendũ ex auro,
5 et argento, et ære. ❡ Et in fabrefactione lapi
dis ad implendũ, et in fabrefactiõe ligni ad fa-
6 ciendum in omni opere. ❡ Et ego ecce dedi
ſecum Aholiáb filiũ Achiſamách è tribu Dán
et in corde omnis ſapientis corde dedi ſapien-
7 tiam, et facient omnia quæ præcepi tibi. ❡ Ta
bernaculum eccleſiæ, et arcã teſtimonij, et pro
pitiatorium quod eſt ſuper eam, et omnia uaſa
8 tabernaculi. ❡ Et menſam, et omia uaſa eius,
et candelabrum mundum, et omnia uaſa eius,
9 et altare ſuffimenti. ❡ Et altare holocauſti, et
omnia uaſa eius, et concham, et baſim eius.
10 ❡ Et ueſtes miniſteriales, et ueſtes ſctãs Aha-
ron ſacerdoti, et ueſtes filiorum eius, ut ſacer-
11 dotio fungantur. ❡ Et oleũ unctionis, et ſuffi

mentum aromaticum ſanctificationi. Secun-
12 dum omnia quæ præcepi tibi facient. ¶ Et di
13 xit domin' ad Moſéh dicendo. ¶ Et tu loque-
re ad filios Iſraél dicẽdo. Verũtamen ſabbata
mea cuſtodietis. Quia ſignum eſt inter me, et
nos in generationibus ueſtris, ut ſciatis ꝙ ſum
14 dominus ſanctificans nos. ¶ Et cuſtodietis
ſabbatum, quia ſanctificatio eſt nobis. Polluẽs
illud moriendo morietur, quia omnis faciẽs in
eo opus excidetur anima ipſa è medio populo
15 rum ſuorum. ¶ Sex diebus fiet opus, et die
ſeptimo ſabbatum ceſſationis eſt, ſanctificatio
dño. Omnis faciens opus in die ſabbati, moriẽ
16 do morietur. ¶ Et cuſtodient filij Iſraél ſab-
batũ, ut præparẽt ſabbatum in generatiõibus
17 ſuis pactum perpetuum. ¶ Inter me, et filios
Iſraél ſignũ eſt perpetuum. Quia ſex diebus
fecit dominus cœlos, et terram, et die ſeptimo
ceſſauit, et requieuit.

Capitulum. 32.

1 ET dedit ipſi Moſéh, quãdo com
pleuit loqui ſecũ in mõte Sinái,
duas tabulas teſtimonij, tabulas
lapideas ſcriptas digito dei.
2 ¶ Et uidit populus quod tarda
ret Moſéh deſcendere è monte,
et congregatus eſt populus contra Aharón, et
dixerunt ad eum. Surge fac nobis deos q̃ præ
cedant nos, quia huic Moſéh uiro qui aſcẽdere
fecit nos è terra Aegypti neſcimus quid accide
3 rit. ¶ Et dixit ad eos Aharón. Separate in au-
res aureas quæ ſunt in auribus mulierꝶ ueſtra-
rum, filiorum ueſtrorum, et filiarum ueſtrarũ,
4 et adducite ad me. ¶ Et ſeparauerunt ſe om-
nis populus ab in auribus aureis, quæ erant in
5 auribus ſuis, et adduxerunt ad Aharón. ¶ Et
tulit è manu eorum, et formauit illud ſtilo, et
fecit ex illo uitulum fuſile, et dixerũt. Iſti ſunt
dij tui Iſraél, qui aſcendere fecerunt te è terra
6 Aegypti. ¶ Et uidit Aharón, et ædificauit alta
re corã eo, & clamauit Aharõ, & dixit. Solẽni
7 tas eſt domino cras. ¶ Et ſurrexerunt in cra-
ſtino, & obtulerunt holocauſta, & appropin-
quare fecerũt pacifica. Et ſedit populus ut mã
ducaret, & biberet, & ſurrexerunt ut luderẽt.
8 ¶ Et locut' eſt dominus ad Moſéh. Vade, de-
ſcende, quia uiam ſuã corrupit populus tuus,
9 quẽ aſcẽdere feciſti è terra Aegypti. ¶ Receſ
ſerunt cito ex uia, quã præcepiſti eis, fecerunt
ſibi uitulum fuſilem, & incuruauerunt ſe ei, &
immolauerũt ei, & dixerunt. Iſti dij tui Iſraél,
10 qui aſcendere fecerũt te è terra Aegypti. ¶ Et
dixit dominus ad Moſéh. Vidi populum hunc,
11 & ecce populus duræ ceruicis eſt. ¶ Et nunc
dimitte mihi, & excandeſcet furor me' in eos,
& cõſumam eos, & faciam te in gentem ma-
12 gnam. ¶ Et orauit Moſéh faciem dñi dei ſui,
& dixit. Vt quid domine iraſcitꝰ furor tuus in
populum tuum, quẽ eduxiſti è terra Aegypti
13 in fortitudine magna, & in manu forti? ¶ Vt
quid dicent Aegyptij dicendo, malitioſe edu-
xit eos, ut occideret eos in montibus, & ut cõ
ſumeret eos è ſupficie terræ? Reuertere ab ira
furoris tui & pœniteat te ſup malitia ppli tui.
14 ¶ Recordare Abrahã, Iſchác, & Iſraél ſeruo
rũ tuorꝶ, qb' iuraſti p teipm, & locutus es ad
eos. Multiplicabo ſemen urm ſicut ſtellas coeli,
& omnẽ terram hãc quam dixiſti, dabo ſemini
ueſtro, & hæreditate accipient in ſæculum.
15 ¶ Et pœnituit dominũ ſuper malum quod lo
16 cutus eſt ut faceret populo ſuo. ¶ Et aſpexit,
& deſcẽdit Moſéh è monte, & duæ tabulæ te-
ſtimonij erant in manu eius, tabulæ ſcriptæ, à
duobus lateribus earum. Hinc & inde erãt ſcri
17 ptæ. ¶ Et tabulæ opus dei erant: & ſcriptura,
18 ſcriptura dei erat ſculpta ſuper tabulis. ¶ Et
audiuit Iehoſúah uocem populi dum clamaret
19 et dixit ad Moſéh. Vox belli in caſtris. ¶ Et di
xit, Non eſt clamor uictorum, neꝗ corꝶ qui ſti
20 ſunt, Sed uocem cantantium audio. ¶ Et fuit,
quando appropinquauit ad caſtra, uidit uitu-
lũ & choros. Et iratus eſt furor Moſéh, & pro
iecit è manibus ſuis tabulas, & fregit eas ſub
21 monte. ¶ Et tulit uitulum quem fecerant, &
combuſſit igni, & moluit, donec in puluerem
redegit, & ſparſit in ſuperficiem aquarum, et
22 bibere fecit filios Iſraél. ¶ Et dixit Moſéh ad
Aharón. Quid fecit tibi popul' iſte, quia addu
23 xiſti ſuper eum peccatum grande? ¶ Et dixit
Aharõ. Ne iraſcatur furor dñi mei. Tu noſti po
24 pulum ꝙ ad malum pronus eſt. ¶ Et dixerũt
mihi. Fac nobis deos qui præcedant nos, quia
huic Moſéh uiro, qui aſcendere fecit nos è ter-
25 ra Aegypti, neſcimus quid euenerit. ¶ Et di-
xi eis. Cui eſt aurum? Separate uos ab inauri-
bus aureis, quæ ſunt in auribus ueſtris. Et dede
runt mihi, et proieci illud in ignem, et egreſ-
26 ſus eſt uitulus iſte. ¶ Et uidit Moſéh populũ
quod diſcoopertus eẽt, quia diſcooperuerat
eum Aharón ad infamiam inter hoſtes eorum.
27 ¶ Et ſtetit Moſéh in porta caſtrorũ, et dixit.
Quis eſt dñi? Ad me ueniat. Et cõgregati ſunt
28 ad eũ omnes filij Leui. ¶ Et dixit eis. Sic di-
xit dominus de' Iſraél. Ponite unuſquiſꝗ gla-
dium ſuum ſuper femur ſuum, Tranſite, et re-
uertimini de porta ad portã in caſtris. Et occi

dite unuſquiſq; fratrem ueſtrū, et unuſquiſq;
proximum ueſtrū, et unuſquiſq; propinquum
29 ueſtrum ¶ Et fecerunt filij Leui ſecundum
uerbū Moſch. Et ceciderunt è populo in die
30 illa ferme tria milia uirorum. ¶ Et dixit Mo
ſch. Cōſecraſtis manum ueſtram hodie do-
mino. Quia unuſquiſq; ueſtrum cōſecrauit
manum ſuam in filium ſuum, & in fratrem
ſuum, ad dandum ſuper uos hodie benedi-
31 ctionem. ¶ Et fuit, in craſtino, dixit Moſch
ad populum. Vos peccaſtis peccatum gran-
de. Et nunc aſcendam ad dominum ſi forte
32 expiē orādo pro peccato ueſtro. ¶ Et reuer
ſus eſt Moſch ad dominū, & dixit. Obſecro
peccauit populus iſte peccatum grande, &
33 fecerunt ſibi deos aureos. ¶ Et nūc ſi remit
tis peccatum eorum, & ſi non, dele me nunc.
34 ¶ Et dixit domin' ad Moſch. Quiſquis pec
35 cauerit mihi, delebo eum è libro meo. ¶ Et
nunc uade, duc populū ad locum quem lo-
cutus ſum tibi. Ecce angelus me' præcedet
te. Et ī die qua uiſitabo, uiſitabo ſup eos pec
36 catum eorum. ¶ Et percuſſit dominus po-
pulum, eo quod fecerūt uitulum, quod fecit
Aharón.

Caplm 33.

1 ET locutus eſt dominus ad Moſch.
Vade, aſcende hinc tu, & populus
quem aſcēdere feciſti è terra Aegy
pti ad terrā ꝓ qua iuraui Abrahā
Iſchác, & Iahacób dicēdo, ſemini tuo dabo
2 eā. ¶ Et mittā ān te angelū, & eijciā Chena
hanæū, & Emoræū, & Chitthæū, & Perízæū
3 Chiuuæū, & Iebuſæū. ¶ Ad terrā fluētē la-
cte, & melle. Quia nō aſcendā in mediū tui.
Nam popu' duræ ceruicis es, ne forte cōſu-
4 mam te in uia. ¶ Et audiuit populus uerbū
malum hoc, & luxerunt, & non poſuerunt
5 unuſquiſq; ornamentum ſuū ſuper ſe. ¶ Et
dixit dominus ad Moſch. Dic ad filios Iſraél
Vos populus duræ ceruicis. Momento uno
aſcendam in medium tui, & cōſumam te. Et
nunc deſcendere fac ornatum tuum à te, &
6 ſciam quid faciam tibi. ¶ Et ſpoliauerunt
ſe filij Iſraél ornamētis ſuis à mōte Choreb.
7 ¶ Et Moſch accæpit tabernaculum, & extē
dit ſibi extra caſtra procul à caſtris. Et uoca-
uit illud Ohel mohéd (.i. tabernaculū eccle-
8 ſiæ) extra caſtra. ¶ Et erat, quādo egredie
batur Moſch ad tabernaculum, ſurgebant
omnis popul', & ſtabāt unuſquiſq; ad oſtiū
tabernaculi ſui, & aſpiciebant poſt Moſch,
9 donec ingrederetur tabernaculum. ¶ Et
erat, quādo ingrediebatur Moſch in taber-
naculum, aſcendebat colūna nubis, & ſtabat
ad oſtium tabernaculi, & loquebatur cum
10 Moſch. ¶ Et uidebat omnis populus colū-
nam nubis ſtantem ad oſtium tabernaculi,
& ſurgebat omnis populus, & incuruabat
11 ſe unuſquiſq; ad oſtiū tabernaculi ſui. ¶ Et
loquebatur dominus ad Moſch facie ad fa-
ciem, quēadmodum loquitur uir ad proxi-
mum ſuū, & reuertebat ad caſtra Iehoſiiah
fili' Nun puer nō recedebat è medio taber-
12 naculi. ¶ Et dixit Moſch ad dnm. Vide, tu
dicis ad me, aſcendere fac populum hunc,
& tu non ſcire feciſti me, quē miſſurus es, &
tu dixiſti, noui te nomine, & etiam inueni-
13 ſti gratiā in oculis meis. ¶ Et nunc ſi quæ-
ſo inueni gratiam in oculis tuis, ſcire fac me
nunc uiam tuam, & ſciam te, ut inueniam
gratiam in oculis tuis, & uide: quia popu-
14 lus tu' eſt gens hæc. ¶ Et dixit. Facies mea
15 ibit, & requieſcere faciā te. ¶ Et dixit ad
eum. Niſi facies tua ambulauerit, ne aſcen-
16 dere facias nos hinc. ¶ Et in quo cogno-
ſcet hic, ꝙ inueni gratiā in oculis tuis ego
& populus tuus? Nonne cum ambulaueris
nobiſcum? Et diuiſi erim' ego, & populus
tuus ab omni populo, qui eſt ſuper faciem
17 terræ. ¶ Et dixit domin' ad Moſch. Etiam
uerbum hoc, quod locutus es faciam, quia
inueniſti gratiam in oculis meis, & noui te
18 nomine. ¶ Et dixit. Fac uidere me quæſo
19 gloriam tuam. ¶ Et dixit. Ego tranſire fa-
ciam omne bonum meum ſuper faciem tuā,
& inuocabo nomen domini coram te, & mi
ſerebor cui miſerebor, & miſerebor cui mi-
20 ſerebor. ¶ Et dixit. Non poteris uidere fa-
ciem meam, quia non uidebit me homo, &
21 uiuet. ¶ Et dixit dominus. Ecce locus me-
22 cum, & ſtabis ſupra petram. ¶ Et erit, cum
tranſierit gloria mea, ponā te in foramine,
& operiam uola mea te, donec tranſeam.
23 ¶ Et remouebo uolam meam, & uide-
bis poſteriora mea, & facies mea non uide-
bitur.

Capitulum. 34.

1 ET dixit dns ad Moſch. Dola tibi
duas tabulas lapideas ſicut prio-
res, & ſcribam ſuper tabulas uer-
ba, quæ fuerunt ſuper tabulas priores quas
2 fregiſti. ¶ Et eſto parat' mane, & aſcedes

mane in mōtē Sinai, & ſtabis mihi ibi ſuper
3 uerticē montis. ¶ Et uir non aſcēdet tecū,
& etiam uir ne uideat in toto monte, & pe-
cus, & bos ne paſcant è regione mōtis hu⁹.
4 ¶ Et dolauit duas tabulas lapideas ſicut
priores. Et ſurrexit Moſéh mane, & aſcēdit
ad montē Sinái, quēadmodū præcepit ei, &
accæpit in manu ſua duas tabulas lapideas.
5 ¶ Et deſcēdit dn̄s in nube, & ſtetit cum eo
ſibi. Et inuocauit nomen domini, & trāſiuit
dn̄s an te eum. Et clamauit. Domine dn̄e de⁹
miſericors & clemens, tardus ad iram, &
6 multus miſericordia, & ueritate. ¶ Seruās
miſericordiā milibus, ferens iniquitatē, &
præuaricationem & peccatū, & innocentē
iudicando nō innocentē iudicabit, uiſitans
iniqtates patrū ſuper filios, & ſuper filios
7 filiorū ſuper tertios & ſuper quartos. ¶ Et
feſtinauit Moſéh, & incuruauit ſe ſup ter-
8 ram, & humiliauit ſe. ¶ Et dixit. Si quæſo
inueni gratiā in oculis tuís domine, uadat
nunc dn̄s per medium noſtri, quia populus
duræ ceruicis eſt, & parces iniqtatibus no-
ſtris, & peccatis noſtris, & hæreditabís
9 nos. ¶ Et dixit. Ecce ferio fœdus corā om̄i
populo tuo, faciam mirabilia, quæ nō crea-
ta ſunt in omni terra, & in omnibus genti-
bus, & uidebit omnis populus in cui⁹ me-
dio es, omne opus domini, quia mirabile eſt
10 quod ego facio tecū. ¶ Serua apud te qđ
ego præcipio tibi hodie. Ecce ego eijcio à
facie tua Emoræū, & Chenahanæū, & Chit
tæum, & Perizæū, & Chiuuæū, & Iebuſæū.
11 ¶ Caue tibi ne forte ferias fœdus cum ha-
bitatore terræ ad quā ingrederís, ne forte
12 ſint in laqueū in medio tui. ¶ Sed aras eo-
rum diruetis, & ſtatuas eorum confringe-
13 tis, & lucos eorum ſuccidetis. ¶ Quia non
incuruabis te deo alteri. Nā domin⁹ Zelotes
14 nomē ei⁹, dn̄s Zelotes eſt. ¶ Ne forte ferias
fœdus cum habitatore terræ, & fornicētur
poſt deos eorum, & ſacrificent dijs eorum,
& uocet te, & comedas de ſacrificio eius,
15 ¶ Et accipias de filiabus eius filijs tuis, &
fornicent filiæ eius poſt deos ipſarū, & for-
nicari faciant filios tuos poſt deos earum.
16 ¶ Deos conflatiles non facies tibi. ¶ So-
17 lēnitatem infermentatorū cuſtodies. Septē
dieb⁹ comedes infermentata, quēadmodū
præcepi tibi tpe mēſis Iulij, quia in menſe
18 Iulij egreſſus es è terra Aegypti. ¶ Omne
primogenitum meum eſt, & omne pecus
tuum quod maſculum parit primogeni-
19 tum bouis, & pecudis. ¶ Et primogenitū
aſini redimes oue. Et ſi non redemeris cer-
uicem trūcabis illi. Et omne primogenitum
filiorum tuorum redimes & non conſpiciē-
20 tur coram me uacui. ¶ Sex diebus opera-
beris. & die ſeptimo ceſſabis. In aratione. &
21 in meſſe ceſſabis. ¶ Solēnitatem ebdoma-
darum facies tibi, primitias meſſis triticeæ.
22 ¶ Et feſtum collectionis in reuolutione an
23 ni. ¶ Tribus uicibus in anno conſpicietur ois
24 maſculus tuus corā dn̄atore Iſraél. ¶ Quia
eijciam gentes à facie tua. Et dilatabo termi
num tuum. Et non concupiſcet uir terram
tuam, quando aſcendes. ut cōſpiciaris corā
dn̄o deo tuo tribus uicibus in anno. Non im
molabis ſuper fermentatum ſanguinem ui-
ctime meæ. & nō pnoctabit uſq; mane ſacrifi
25 cium ſolēnitatis peſach. ¶ Principiū primi
tiarum terræ tuæ adduces in domum domi-
ni dei tui. Non coques hædum in lacte ma-
26 tris. ¶ Et dixit domin⁹ ad Moſéh. Scribe ti
bi uerba hæc, quia cauſa uerborum iſtorum
27 pepigi fœdus tecum, & cum Iſraél. ¶ Et
fuit ibi cū domino quadraginta dies, & qua
draginta noctes. Panē nō edit & aquā nō bi-
bit. Et ſcripſit in tabulis uerba fœderis, de-
28 cem uerba. ¶ Et fuit, cum deſcenderet Mo
ſéh è monte Sinái, & duæ tabulæ teſtimo-
nij eſſent in manu Moſéh, cum deſcenderet
è monte Moſéh non cognouit, quod reſplen
duiſſet cutis faciei ei⁹, cum loqueretur cum
29 eo. ¶ Et uidit Aharón, & omnes filij iſraél
Moſch. Et ecce reſplēduit cutis faciei eius,
30 & timuerunt appropinquare ei. ¶ Et uoca
uit eos Moſéh, & reuerſi ſunt ad eos Aharón
& omnes principes in ſynagoga, & locutus
31 eſt Moſéh ad eos. ¶ Et poſt hoc appropin-
quauerunt omnes filij Iſraél, & præcepit eis
omnia quæ locutus eſt dominus ſecū in mon
32 te Sinái. ¶ Et conſummauit Moſéh loqui cū
eís, & poſuit ſuper faciem ſuam uelamen.
33 ¶ Et quādo ueniebat Moſéh ante dominum
ad loquēdum cum eo, remouebat uelamen,
donec egrederetur. Et egreſſus eſt, & locu-
tus eſt ad filios Iſraél, quod præceptū erat.
34 ¶ Et uiderunt filij Iſraél faciem Moſéh, qđ
reſplenduiſſet cutis faciei Moſéh. Et reduxit
Moſéh uelamē ſuper faciem ſuam, donec ue
niret ad loquēdum cum eo.

Caplm. 35.

1 ET congregauit Moſéh omnē ſyna-
gogam filiorum Iſraél, & dixit ad
eos. Hæc ſunt uerba q̄ præcepit do
2 minus ut faciatis. ¶ Sex diebus
facies opus. Et in die ſeptima erit uobis ſan-
ctificatio, ſabbatum ceſſationis dn̄o. Omnis
3 qui fecerit in eo opus, morietur. ¶ Nō accē
detis

detis ignem in omnibus habitaculis ueſtris
4 in die ſabbati. ¶ Et dixit Moſéh ad omnem
ſynagogam filiorū Iſraél dicendo. Hoc eſt
5 uerbū, qđ præcepit dn̄s dicendo. ¶ Acci-
pite à uobis oblationē dn̄o. Oīs cui⁹ eſt ſpon
taneū cor, afferet eā oblationē dn̄i, aurū, ar-
6 gētū, & æs. ¶ Et hyacinthū, & purpurā, &
coccū biſtinctū, & byſſum, & capraꝝ pilos,
& pelles arietū rubricatas, & pelles taxoꝝ,
7 & ligna ſittim. ¶ Et oleum pro luminari,
& aromata pro oleo unctionis, & ſuffimētū
8 aromaticū. ¶ Et lapides onychinos, & lapi
des plenitudinū pro ſuperhumerali, & pro
pectorali. Et omnis ſapiens corde in uobis,
ueniet, & facient omnia quæ præcepit do
9 minus. ¶ Tabernaculū, tentorium eius, &
opertmentū eius, & circulos eius, & tabu-
las eius, uectes eius, colūnas eius, & baſes
10 eius. ¶ Arcam, & uectes eius, & propitia-
11 toriū, & uelum tentorij. ¶ Menſam, & ue-
ctes ipſius, & omnia uaſa eius, & panem fa
12 cierum. ¶ Et cādelabrū luminaris, & uaſa
eius, & lucernas eius, & oleum luminaris.
13 ¶ Et altare ſuffimēti, & uectes ei⁹, & oleū
unctionis, & ſuffimentum aromaticum, &
14 aulæū oſtij pro oſtio tabernaculi. ¶ Altare
holocauſti, & cribrū æneū quod erat ei, &
uectes eius, & omnia uaſa eius, & concam,
15 & baſim eius. ¶ Cortinas atrij, & colūnas
eius, & baſes eius, & aulæum portæ atrij,
16 paxillos tabernaculi. ¶ Et paxillos atrij, &
17 funiculoꝝ eorū. ¶ Veſtes miniſterij ad mi-
niſtrandū in ſanctificatione, & ueſtes ſancti
ficatiōis Aharón ſacerdoti, & ueſtes filiorū
18 eius ad miniſtrandū. ¶ Et egreſſi ſunt oīs
16 ſynagoga filioꝝ Iſraél à facie Moſeh. ¶ Et
uenerunt omnis uir qui eleuauit cor ſuum,
& omnis cuius ſpontaneus erat ſpirit⁹ ſecū,
attulerūt oblationē domini ad opus taber-
naculi eccleſiæ, & ad omne opus eius, & ad
20 ueſtes ſanctas. ¶ Et uenerunt uiri cum mu-
lieribus, omnis ſpōtaneus corde, attulerūt
fibulam, & inaurem, & anulum, & dextra-
21 le, omne uas aureū. ¶ Et omnis uir qui ele-
uauit eleuationē auri dn̄o, omnis uir cū quo
inuentū eſt hyacinthū, & purpura, & coccū
biſtinctū, & byſſum, & caprarū pili, & pel-
les arietum rubricatæ, & pelles taxorū, ad-
22 duxerunt. ¶ Omnis eleuans eleuationē ar-
genti, & æris, attulerūt oblationē domini.
Omnis cū quo inuenta ſunt ligna ſittim ad
23 omne opus miniſterij attulerunt. ¶ Omnis
mulier ſapiens corde, manibus ſuis neuerūt
& attulerunt netū, hyacinthū, & purpurā,
24 & coccū biſtinctū, & byſſum. ¶ Et omnes
mulieres quarum cor eleuauit eas in ſapien
25 tia neuerunt caprarū pilos. ¶ Et principes
attulerūt lapides onychinos, & lapides ple-
26 nitudinū p ſuphumerali, & pectorali. ¶ Et
aroma, & oleū pro luminari, & pro oleo un
27 ctionis, & p thymiamate aromatico. ¶ Oīs
uir, & mulier quorum ſpontaneum erat cor
ſecum, ad afferendum ad omne opus quod
præcepit dn̄s, ut fieret per manum Moſéh,
attulerunt filij Iſraél ſpontaneum domino.
28 ¶ Et dixit Moſéh ad Iſrael. Videte, uocauit
domin⁹ nomine Beſaléel filiū Vri, filij Chúr
29 è tribu Iehudáh. ¶ Et repleuit eum ſpirit⁹
dei ſapiētia, intelligētia, & ſciētia, & omni
30 opere. ¶ Et ad cogitandum cogitationes,
ad faciendum in auro, & in argento, & ære,
& in fabricatione lapidis ad complendum.
31 ¶ Et in fabricatione ligni ad faciendum in
32 omni opere cogitationis. ¶ Et ad docen-
dum dedit in corde ipſius, & Aholiáb filiū
33 Achiſamách è tribu Dan. ¶ Et repleuit eos
ſapientia cordis, ad faciendū omne opus fa-
brile, & phrygionicum, & acupictorium in
hyacintho, & purpura, & cocco biſtincto,
& byſſo, & textorio, facientes omne opus,
& cogitantes cogitationes.

Caplm.36.

1 ET fecit Beſaléel, & Aholiáb, & oīs
uir ſapiēs corde, quibus dedit do-
minus ſapientiā, & intelligētiā ad
ſciendum, ad faciendū omne opus
miniſterij ſanctificationis, ſcđm omnia quæ
2 præcepit domin⁹. ¶ Et uocauit Moſéh Be-
ſaléel, & Aholiáb, & omnē uirum ſapientem
corde cui dedit dn̄s ſapientiā in corde omnē
quem leuauit cor ad appropinquandum ad
3 opus ad faciendū illud. ¶ Et tulerunt à con
ſpectu Moſéh omnē oblationem, quam at-
tulerūt filij Iſrael, ad opus miniſterij ſanctifi
cationis, ad faciendū illud, & ipſi attulerūt
ad eum adhuc ſpontaneum, ſingulo mane.
4 ¶ Et uenerunt omnes ſapientes, facientes
om̄e opus ſanctificationis ſingulus ab ope-
5 re ſuo, quod faciebant. ¶ Et dixerunt ad
Moſéh dicēdo. Multiplicāt popul⁹ offerēdo
ultra ſufficientiam miniſterij, ad opus quod
6 præcepit dominus, ut facerent. ¶ Et præ-
cepit Moſéh, & tranſire fecerunt uocem in
caſtris dicendo. Vir & mulier, ne faciant ul-
tra opus ad oblationem ſanctificationis. Et
7 prohibitus eſt populus, ne afferret. ¶ Et
ſubſtantia erat ſufficiens ad omne opus, ad
8 faciendum illud, & ſuperhabūdandū. ¶ Et
fecerunt omnis ſapiens corde cum facienti-
bus opus, tabernaculum, decem cortinas è

E

byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, &
cocco, uermiculo, cherubim opere phrygio
9 nis fecit eas. ¶ Longitudo cortinæ unius
octo, & uiginti cubitorum, & latitudo qua-
tuor cubitorũ cortinæ unius. Menſura una
10 erat oĩbus cortinis. ¶ Et coniunxit quinq;
cortinas alterã ad alteram, & quinq; corti-
11 nas cõiunxit alteram ad alteram. ¶ Et fecit
laqueolos hyacinthinos in ora cortinæ uni⁹,
à latere in coniunctione, ſic fecit in ora cor-
12 tinæ extremæ in coniũctiõe ſcd'æ. ¶ Quin-
quaginta laqueolos fecit in cortina una, &
quinquaginta laqueolos fecit in extremo cor-
tinæ quæ eſt in coniũctione ſecũdæ, oppoſiti
13 laqueoli alter ad alterũ. ¶ Et fecit quinqua
ginta uncinos aureos, & coniũxit cortinas
alteram ad alterã cum uncinis, & fuit taber
14 naculũ unum. ¶ Et fecit cortinas è caprarũ
pilis tecto ſuper tabernaculũ, undecim cor-
15 tinas fecit. ¶ Longitudo cortinæ unius tri-
ginta cubitorum, & quatuor cubitorum la-
titudo cortinæ unius. Menſura una erat un-
16 decim cortinis. ¶ Et coniunxit quinq; cor-
17 tinas ſeorſum, & ſex cortinas ſeorſũ. ¶ Et
fecit laqueolos quinquaginta in ora corti-
næ extremæ in coniũctione, & quinquagin
ta laqueolos fecit in ora cortinæ in coniun-
18 ctione ſecundæ. ¶ Et fecit uncinos æreos
quinquaginta ad coniungendum tectum, ut
19 eſſet unum. ¶ Et fecit operimentum tecto
è pellibus arietum rubricatis, & operimen-
20 tum è pellibus taxorum ſuperne. ¶ Et fe-
cit tabulas tabernaculo è lignis ſittim ſtan-
21 tes. ¶ Decem cubitorum longitudo tabu-
læ, & cubiti, & dimidij cubiti latitudo ta-
22 bulæ unius. ¶ Duæ incaſtraturæ erant ta-
bulæ uni commiſſæ altera ad alteram, ſic fe
23 cit omnibus tabulis tabernaculi. ¶ Et fecit
tabulas tabernaculo, uiginti tabulas ad la-
24 tus auſtri ad meridiem. ¶ Et quadraginta
baſes argenteas fecit ſub uiginti tabulis.
Duas baſes ſub tabula una pro duabus inca
ſtraturis eius, & duas baſes ſub tabula alte-
25 ra, pro duabus incaſtraturis eius. ¶ Et in la
tere tabernaculi ſecundo in latere aquilo-
26 nari fecit uiginti tabulas. ¶ Et quadragin-
ta baſes earum argenteas, duas baſes ſub ta
bula una, & duas baſes ſub tabula altera.
27 ¶ Et in lateribus tabernaculi ad occiden-
28 tem fecit ſex tabulas. ¶ Et duas tabulas fe
29 cit in angulis tabernaculi in laterib⁹. ¶ Et
fuerunt geminatæ inferne, & pariter fue-
runt geminatæ ad caput eius, ad anulũ unũ,
ſic fecit ambabus ipſis in duobus angulis.
30 ¶ Et fuerunt octo tabulæ, & baſes earum
argẽteæ ſexdecim baſes binæ ſub qualibet
31 tabula. ¶ Et fecit uectes è lignis ſittim quinq;
pro tabulis lateris tabernaculi uni⁹, & quin
q; uectes pro tabulis lateris tabernaculi al-
32 terius. ¶ Et quinq; uectes pro tabulis lateris
33 tabernaculi in laterib⁹ ad occidentẽ. ¶ Et
fecit uectem medium ad tranſeundum per
medium tabularum, ab extremo ad extre-
34 mum. ¶ Et tabulas texit auro, & anulos
earum fecit ex auro loca uectibus, & texit
35 uectes auro. ¶ Et fecit uelũ ex hyacintho,
& purpura, & uermiculo cocci, & byſſo re-
torta, opere acupictorio fecit ea cum cheru-
36 bim. ¶ Et fecit ei quatuor colũnas ſittim,
& texit eas auro, uncini earum aurei. Et fu-
37 dit eis quatuor baſes argenteas. ¶ Et fecit
aulæum ad oſtiũ tabernaculi ex hyacintho,
& purpura, & uermiculo cocci, & byſſo re-
18 torta opere phrygionis. ¶ Et colũnas eius
quinq;, & uncinos earũ, & texit capita ea-
rum, & fila eas cingentia ex auro, & baſes
earum quinq; æreæ.

Capl'm. 37.

1 ET fecit Beſalẽl arcam è lignis
ſittim, duorum cubitorũ, &
dimidij longitudo eius, & cu
biti, & dimidij latitudo eius,
& cubiti, & dimidij altitudo
2 eius. ¶ Et texit eã auro mun
do intrinſecus, & extrinſecus, & fecit ei co
3 ronam auream in circuitu. ¶ Et fudit illi
quatuor anulos aureos, in quatuor angulis
eius, & duos anulos in latere ipſius uno, &
4 duos anulos in latere ipſus altero. ¶ Et fe-
cit uectes è lignis ſittim, & texit eos auro.
5 ¶ Et introduxit uectes in anulos in lateri-
6 bus arcæ ad portandum arcam. ¶ Et fecit
propitiatorium ex auro mundo, duorum cu
bitorũ, & dimidij longitudo eius, & cubiti,
7 & dimidij latitudo ei⁹. ¶ Et fecit duos che
rubim ex auro, ductiles fecit eos à duabus
8 extremitatibus propitiatorij. ¶ Cherub
unum ab extremo hinc, & cherub unum ab
extremo inde à ꝓpitiatorio, fecit cherubim
9 à duab⁹ extremitatib⁹ ei⁹. ¶ Et cherubim
extendebãt alas ſuperne, tegentes alis ſuis
propitiatorium, & facies eorum ſingula ad
alteram. Ad ꝓpitiatoriũ erant facies cheru-
10 bim. ¶ Et fecit mẽſam è lignis ſittim, duorũ
cubitorũ longitudo eius, & cubiti, latitudo
11 ei⁹, & cubiti, & dimidij altitudo eius. ¶ Et
texit eã auro mũdo, & fecit ei coronã aureã
12 in circuitu. ¶ Et fecit ei clauſurã palmi in
circuitu. & fecit coronam auream clauſuræ
13 ipſius in circuitu. ¶ Et fudit ei quatuor

anulos aureos, & poſuit anulos in quatuor
angulis qui erant in quatuor pedibus eius.
14 ¶ Contra clauſurã erant anguli locus ue-
15 ctibus ad portandum menſam. ¶ Et fecit
uectes è lignis ſittim. & texit eos auro ad
16 portandum menſam. ¶ Et fecit uaſa quæ
erant ſuper mẽſam, ſcutulas eius, & coclea-
ria eius, & cyathos eius, & medios calamos
17 quibus operiebat̃ ex auro mundo. ¶ Et fe-
cit candelabrum ex auro puro, ductile fecit
candelabrũ. Haſtile eius, & calamus, ſcyphi
eius, ſphærulæ eius, & flores ei⁹ ex ipſo fue
18 runt. ¶ Et ſex calami egrediebantur è late-
ribus eius. Tres calami candelabri ex latere
ipſius uno, & tres calami candelabri ex late-
19 re ei⁹ altero. ¶ Tres ſcyphi amigdalati in ca
lamo uno, ſphærula & flos, & tres ſcyphi
amigdalati ĩ calamo altero, ſphærula, & flos.
Sic ſex calamis egrediẽtibus è candelabro.
20 ¶ Et in candelabro quatuor ſcyphi amigda
21 lati, ſphærulæ eius, & flores ei⁹. ¶ Et ſphæ-
rula ſub duobus calamis ex ipſo & ſphæru-
la ſub duobus calamis ex ipſo, & ſphærula
ſub duob⁹ calamis ex ipſo, ſex calamis egre
22 dientibus ex ipſo. ¶ Et ſphærulæ eorum, &
calami eorum ex ipſo fuerunt. Totum erat
ductile, unũ ex auro puro. Et fecit lucernas
eius ſeptem, & forcipes eius, & receptacula
23 ipſius. ex auro puro. ¶ Talento auri puri
24 fecit eas: & omnia uaſa eius. ¶ Et fecit alta-
re ſuffimenti è lignis ſittim, cubitus longi-
tudo eius, & cubitus latitudo eius. Quadrũ
& duo cubiti altitudo eius. Ex ipſo fuerunt
25 cornua eius. ¶ Et texit illud auro puro, te-
ctum eius, & parietes eius in circuitu. & cor
nua eius. Et fecit ei coronã aureã in circuitu.
26 ¶ Et duos anulos aureos fecit ei infra coro
nam ipſius in duobus angulis eius, in duo-
bus laterib⁹ eius, loc⁹ uectibus ad portandũ
27 illud cum eis. ¶ Et fecit uectes è lignis ſit-
28 tim, & texit eos auro. ¶ Et fecit oleum
unctionis, ſanctificationem, & ſuffimentum
aromaticum purum opere unguentarij.

Capitulum 38.

ET fecit altare holocauſti è li-
gnis ſittim. Quinq; cubito-
rum altitudo ipſius, & quinq;
2 cubitorũ latitudo ipſius. ¶ Et
fecit cornua eius in quatuor
angulis eius. Ex ipſo erant cor
3 nua eius. Et texit illud ære. ¶ Et fecit om-
nia uaſa altaris, lebetes, & ſcopas, & crate-
ras, & fuſcinulas, & receptacula, omnia uaſa
4 eius fecit ærea. ¶ Et fecit altari cribrum
opere ræticulato æneum ſubter ambitum
5 eius inferne uſq; ad medium eius. ¶ Et fu
dit quatuor anulos in quatuor extremitati-
6 bus cribro æneo locus uectibus. ¶ Et fecit
7 uectes è lignis ſittim, & texit eos ære. ¶ Et
introduxit uectes in anulos in lateribus al-
taris ad portandum ipſum cum eis. Cum ua
8 cuo inter tabulas fecit illud. ¶ Et fecit con-
cham æneam, & baſim eius æneam ex ſpecu-
lis conuenientium, quæ conueniebant ad
9 oſtium tabernaculi eccleſiæ. ¶ Et fecit
atrium ad plagam auſtri ad meridiem. Ten
toria atrij ex byſſo retorta centum cubito-
10 rum. ¶ Columnæ eorum uiginti, & baſes
eorum uiginti ex ære, uncinos columnarum,
& fila eas cingentia ex argento.
11 ¶ Et ad plagam aquilonis centum cubito-
rum. Columnæ eorum uiginti, & baſes eo-
rum uiginti ex ære, uncini columnarum, &
12 fila eas cingentia ex argento. ¶ Et ad pla-
gam occidentis tentoria quinquaginta cu-
bitorum columnæ eorum decem, & baſes
eorum decem uncini columnarum, & fi-
12 la eas cingentia ex argento. ¶ Et ad pla-
gam orientis ad ortum quinquaginta cubi-
14 torum. ¶ Tentoria quindecim cubitorum
in latere colũnæ eorum tres, & baſes eorum
15 tres. ¶ Et ad latus ſecundum, hinc & inde.
Ad portam atrij tentoria quindecim cubito
rum, columnæ eorum tres, & baſes eorum
16 tres. ¶ Omnia tentoria atrij in circuitu, ex
17 byſſo retorta. ¶ Et baſes columnarum ex
ære uncini colũnarum, & fila eas cingentia
ex argento, & tecta fuerunt capita eorum ar
gento, & ipſæ cinctæ argento, omnes colũ-
18 næ atrij. ¶ Et aulæũ ad portã atrij ope phry
gionis ex hyacintho, & purpura & cocco
uermiculi, & byſſo retorta. Et uigĩti cubito
rũ erat longitudo & altitudo ei⁹, ſicut latitu
19 do quinq; cubitorũ cõtra tẽtoria atrij. ¶ Et
columnæ eorum quatuor, & baſes earum
quatuor ex ære, uncini earũ ex argento. Et
tecta ſunt capita earum. & fila eas cingẽtia
20 argento. ¶ Et omnes claui tabernaculi, &
21 atrij in circuitu erant ex ære. ¶ Iſti ſunt nu
meri tabernaculi, tabernaculi teſtimonij, qa
numerati ſunt ad iuſſum Moſch, & miniſte-
rium Leuitarum per manũ Ithamár filij Aha
22 rón ſacerdotis. ¶ Et Beſalél filius Vri filij
Chúr è tribu Iehudáh fecit omnia quæ præ-
23 cepit dominus Moſéh. ¶ Et cum eo Aholiáb
fili⁹ Achiſamách è tribu Dan fabricator, &
opifex & Phrygio in hyacintho & purpura
24 & cocco uermiculi, & byſſo. ¶ Omne aurũ

factum ad opus in omni opere ſanctificatio-
nis, fuit aurum oblationis nouem & uiginti
talentorum, & ſeptingentorum, & triginta
ſiclorum, ſecundum ſiclum ſanctificatio-
25 nis. ¶ Et argentum numeri ſynagogæ cen-
tum talenta, & mille, & ſeptingenti, & quin
q; & ſeptuaginta ſicli, ſecũdum ſiclum ſan
26 ctificationis. ¶ Semiſſis capiti dimidium
ſicli. Secũdum ſiclum ſanctificationis omni
tranſeunti ad computa à filio uiginti anno-
rum, & ſupra ſexcentis milibus, & tribus
27 milib', & quingẽtis, & quinquaginta. ¶ Et
fuerũt cẽtũ talẽta argẽti ad fundẽdũ baſes
ſanctificatiõis, & baſes ueli cẽtũ baſes, cẽtũ
28 talentis. Talentum pro baſi. ¶ Et ex mil-
le, & ſeptingẽtis, & quinq;, & ſeptuaginta
fecit uncinos colũnis, & texit capita ipſarũ,
29 & cinxit eas. ¶ Et æs oblatiõis ſeptuaginta
talenta, & duo milia & quadringenti ſicli.
30 ¶ Et fecit ex eis baſes oſtij tabernaculi ec-
cleſiæ, & altare æreum, & cribrum æreum
31 quod erat ei, & omnia uaſa altaris. ¶ Et ba-
ſes atrij in circuitu, & baſes portæ atrij, &
omnes palos tabernaculi, & omnes palos
atrij in circuitu.

Capitulum. 39.

1 ET ex hyacintho, & purpura, & coc
co uermiculi fecerũt ueſtes mini-
ſterij ad miniſtrandum in ſanctifi-
catiõe. & fecit ueſtes ſanctas quæ
erant Aharón, quẽadmodum præcepit do-
2 minus Moſéh. ¶ Et fecit ſuperhumerale ex
auro, hyacintho, & purpura, & uermiculo
3 cocci, & byſſo retorta. ¶ Et extenderunt
bractheas aureas, & abſcidit fila ad facien-
dum in medio hyacinthi, & in medio purpu
ræ, & in medio uermiculi cocci, & in medio
4 byſſi opere phrygionico. ¶ Oras fecerunt
5 copulãtes ſe in duabus extremitatib'. ¶ Et
baltheus cinguli eius quod erat ſuper illud,
ex ipſo erat ſecũdum opus eius ex auro, hya
cintho, & purpura, & uermiculo cocci, &
byſſo retorta, quẽadmodum præcepit domi
6 nus Moſéh. ¶ Et fecerunt lapides onychi-
nos circundatos palis aureis cælatos cæla-
turis ſigilli cum nominibus filiorum Iſraél.
7 ¶ Et poſuit eos in oris ſuperhumeralis, lapi
des in memoriam filijs Iſraél, quẽadmodum
8 præcepit dominus Moſéh, ¶ Et fecit pecto
rale opere phrygionico. Sic opus ſuperhume
ralis ex auro hyacintho, & purpura & uer-
9 miculo cocci, & byſſo retorta, ¶ Quadrũ
fuit duplicatum fecerunt pectorale. Palmus
longitudo eius, & palmus latitudo eius, du-
10 plicatum. ¶ Et repleuerunt in eo quatuor
ordines lapidis. Ordo ſardius topazius, &
11 ſmaragdus ordo unus. ¶ Et ordo ſecun-
dus, carbunculus, ſaphirus, & iaſpis. ¶ Et
12 ordo tertius, ligurius achates, & amethi-
13 ſtus. ¶ Et ordo quartus, tharſis, onichynus
& beryllus, circundati palis aureis in ple-
14 nitudinibus ſuis. ¶ Et lapides cum nomi-
nibus filiorum Iſraél erant duodecim cum
nominibus eorũ ſculpturis ſigilli, uniſquiſq;
cum nomine ſuo ſecũdum duodecim tribus.
15 ¶ Et fecerunt ſuper pectorale catenas ter-
16 minatiõis opere plectili ex auro puro. ¶ Et
fecerunt duas palas ex auro, & duos anulos
aureos, & poſuerũt duos anulos in duabus
17 extremitatibus pectoralis. ¶ Et duas extre
mitates duorum funium poſuerunt in duab'
palis, & poſuerunt eas in oris ſuperhumera
18 lis cõtra faciẽ eius. ¶ Et fecerunt duos anu
los aureos, & poſuerunt in duabus extremi
tatibus pectoralis in ora eius in latere ſuper
19 humeralis intrinſecus. ¶ Et fecerunt duos
anulos ex auro, & poſuerunt eos in duabus
oris ſuperhumeralis inferne contra faciem
eius contra coniunctionem eius ſupra bal-
20 theũ. ¶ Et coniunxerunt pectorale ab anu-
lis ipſius ad anulos ſuperhumeralis filo hya-
cinthino, ut eſſet ſuper baltheum ſuperhu-
meralis, & nõ ſepararetſ pectorale à ſuperhu
merali quemadmodum præcepit dominus
21 Moſéh. ¶ Et fecit pallium ſuperhumeralis
22 opere textoris totum hyacinthinum. ¶ Et
os tunicæ in medio ei', ſicut os loricæ labrũ
23 ori eius in circuitu ne ſcinderetur. ¶ Et fe-
cerunt in fimbrijs pallij malogranata ex hya
cinto, & purpura & uermiculo cocci & byſ
ſo retorta. Et fecerunt tintinabula ex auro
puro, & poſuerunt tintinabula in medio ma
logranatorũ in fimbrijs pallij in circuitu in
24 medio malogranatorum. ¶ Tintinabulum,
& malogranatum, tintinabulum, & malo-
granatũ in fimbrijs pallij in circuitu, admi-
niſtrandum quẽadmodũ præcepit dominus
25 Moſéh. ¶ Et fecerunt tunicas ex byſſo ope-
26 re textorio Aharón, & filij eius. ¶ Et mitrã
ex byſſo, & pileos galerorum ex byſſo, &
27 fœminalia linea ex biſſo retorta. ¶ Et bal-
theum ex byſſo retorta, & hyacintho, & pur
pura, & uermiculo cocci opere phrygiõis,
quemadmodum præcepit dominus Moſéh.
28 ¶ Et fecerunt laminã coronæ ſanctificatio-
nis ex auro mundo, & ſcripſerunt in ea ſcri-
pturam cælaturarũ anuli. Sanctificatio do-
29 mino. ¶ Et poſuerũt ſuper eam filum hya-

hyacinthinū ad dandū ſuper tiara ſuperne, quē-
30 admodum præcepit dominus Moſch. ¶ Et
conſummauit omne opus tabernaculi eccle
ſiæ. Et fecerūt filii Iſraël. Scd'm omnia quæ
31 præcepit dn̄s Moſch, ſic fecerūt. ¶ Et attu
lerūt tabernaculū ad Moſch, Tabernaculū,
& oīa uaſa eius, circulos eius, tabulas eius,
32 uectes ei⁹, & colūnas ei⁹, & baſes ei⁹. ¶ Et
opertorium pellium arietum rubricatarū,
& opertorium pellium taxorum, & uelum
33 tentorii. ¶ Et arcam teſtimonii, & uectes
eius, & propitiatorium, & omnia uaſa eius,
34 & panem facierum. ¶ Et candelabrū mun-
dum, lucernas eius, lucernas ordinis, & oīa
35 uaſa eius, & oleum luminaris. ¶ Et altare
aureum, & oleum unctionis, & ſuffimentū
aromaticum, & aulæum pro oſtio taberna-
36 culi, ¶ Altare æreum, & cribrū æreum qđ
erat illi, & uectes eius, & omnia uaſa eius,
37 & conchā, & baſin eius. ¶ Tētoria atrii, &
columnæ eius, & baſes eius, & aulæum pro
porta atrii, & funes eius, & palos eius, &
omnia uaſa miniſterii tabernaculi in taber-
38 naculo eccleſiæ. ¶ Veſtes miniſterii ad mi-
niſtrandū in ſanctificatione. Veſtes ſanctas
Aharón ſacerdoti, & ueſtes filiorū eius ad
39 miniſtrandum. ¶ Scd'm omnia quę præce-
pit dominus Moſch, ſic fecerunt filii Iſraël,
40 omne opus. ¶ Et uidit Moſch omne opus,
& ecce fecerunt illud, quēadmodum præce
pit dominus, ſic fecerunt, & benedixit eis
Moſch.

Capl'm. 40.

1 ET locutus eſt dominus ad Moſch
2 dicendo. ¶ In die menſis primi in
una menſis, erigere facies taber-
naculum, tabernaculum eccleſiæ.
3 ¶ Et pones ibi arcam teſtimonii, & teges
4 arcam. ¶ Et introduces menſam, & ordina
bis ordinationē eius, & introduces cande-
5 labrum, & accēdes lucernas eius. ¶ Et po-
nes altare aureum ad ſuffimentū coram arca
teſtimonii, & pones aulæum ad oſtiū taber-
6 naculi. ¶ Et pones altare holocauſti coram
7 oſtio tabernaculi, tabernaculi eccl'ię, ¶ Et
pones conchā inter tabernaculū eccleſię, &
8 inter altare, & pones ibi aquam. ¶ Et po-
nes atrium in circuitu, & pones aulæum ad
9 portam atrii. ¶ Et accipies oleum unctio-
nis, & unges tabernaculum, & omnia quæ
ſunt in eo, & ſanctificabis illud, & omnia
10 uaſa eius, & erit ſanctificatio. ¶ Et unges
altare holocauſti & omnia uaſa eius, & ſan
ctificabis altare, & erit altare ſanctificatio
ſanctificationū. Et unges concham, & baſin
11 eius, & ſanctificabis illam. ¶ Et appropin-
quare facies Aharón, & filios ei⁹ ad oſtium
tabernaculi eccleſiæ, & lauabis eos aqua.
12 ¶ Et inducre facies Aharón ueſtes ſancti-
ficationis, & unges eum, & ſanctificabis
13 eum, & miniſtrabit mihi. ¶ Et filios eius
appropinquare facies, & inducre facies eos
14 tunicis. ¶ Et unges eos quēadmodū unxi-
ſti patrem eorum, & miniſtrabunt mihi, &
erit, ut ſit eis unctio eorum in ſacerdotium
15 perpetuum in generationes eorum. ¶ Et
fecit Moſch. Scd'm omnia quæ præcepit do
16 minus ei, ſic fecit. ¶ Et fuit in menſe pri-
mo, in anno ſecūdo, in uno menſis, erectum
17 eſt tabernaculum. ¶ Et erexit Moſch ta-
bernaculum, & poſuit baſes eius, & pone-
re fecit tabulas eius, & poſuit uectes eius,
18 & erigi fecit columnas eius. ¶ Et extendit
tentorium ſuper tabernaculum, & poſuit
operimentū tecti ſuper illud ſuperne, quē-
19 admodum præcepit dominus Moſch. ¶ Et
tulit, & poſuit teſtimonium in arca, & po-
ſuit uectes ſuper arcam, & poſuit propitia-
20 torium ſuper arcam ſuperne. ¶ Et intro-
duxit arcam in tabernaculum, & poſuit ue-
lum tentorii, & texit arcam teſtimonii, quē-
21 admodum præcepit dominus Moſch. ¶ Et
poſuit menſam in tabernaculo eccleſiæ ad
latus tabernaculi ad aquilonem extra ue-
22 lum. ¶ Et ordinauit ſuper eam ordinatio-
nem panis coram domino, quemadmodum
23 præcepit dominus Moſch. ¶ Et poni fecit
candelabrum in tabernaculo eccleſiæ con-
tra menſam in latere tabernaculi ad meri-
24 diem. ¶ Et accendit lucernas coram domi-
no, quēadmodum præcepit domin⁹ Moſch.
25 ¶ Et poſuit altare aureum in tabernaculo
26 eccleſiæ corā uelo. ¶ Et ſuffire fecit ſuper
illo ſuffimentum aromaticum, quemadmo-
27 dum præcepit dominus Moſch. ¶ Et po-
28 ſuit aulæū ad oſtiū tabernaculi. ¶ Et alta-
re holocauſti poſuit ad oſtiū tabernaculi,
tabernaculi eccleſiæ. ſuper illo holocauſtū,
& ſacrificium, quēadmodū præcepit domi
29 nus Moſch. ¶ Et poſuit concham inter ta-
bernaculum eccleſiæ, & altare, & poſuit ibi
30 aquam ad lauandum. ¶ Et lauabunt ex ea,
Moſch, Aharón, & filii eius manus ſuas, &
31 pedes ſuos. ¶ Quando ingredientur in ta
bernaculum eccleſiæ, & quando appropin
quabunt ad altare lauabunt, quemadmo-
32 dum præcepit domin⁹ Moſch. ¶ Et erexit
atrium in circuitu tabernaculi, & altaris, &

poſuit aulæum ad portam atrij, & conſum-
33 mauit Noſch opus. ¶ Et operuit nubes ta-
bernaculum eccleſiæ, & gloria domini im-
34 pleuit tabernaculum. ¶ Et non potuit Mo-
ſch ingredi tabernaculum eccleſiæ, quia
manſit ſuper illud nubes, & gloria domini
35 repleuit tabernaculum. ¶ Et quando rece
debat nubes à tabernaculo, proficiſcebant
filij Iſraël in cunctis profectionibus ſuis.
36 ¶ Et ſi nõ recedebat nubes, nõ proficiſce-
37 bãtur uſq; ad diem qua recedebat. ¶ Quia
nubes domini erat ſuper tabernaculum in
die, & ignis erat in nocte in eo, in oculis
omnis domus Iſraël in cunctis profectioni-
bus eorum.

EXPLICIT LIBER
EXODI SANCTE
PAGNINO LVCEN
SI INTERPRAETE

¶INCIPIT LIBER VAICRA: ID EST ET VOCAVIT QVI LEVITICVS DICITVR INTERPRETE EODEM, SANCTE PAGNINO LVCENSI.

Capitulum.I.

1 ET uocauit Mo-
ſeh, & locut⁹ eſt
dñs ad eum è ta
bernaculo eccle
ſiæ dicendo.
2 ¶ Loquere ad
filios Iſraël, &
dices ad eos. Ho
mo cũ obtulerit
ex uobis obla-
tionem dño de
animalib⁹ de bo
bus, & de pecudibus offeretis oblationẽ ue-
3 ſtram. ¶ Si holocauſtum eſt oblatio eius de
bobus maſculum immaculatum offeret ad
oſtium tabernaculi eccleſiæ offeret eum ſecũ
dum uoluntatem ſuam in conſpectu domini.
4 ¶ Et coniunget manũ ſuam ſuper caput holo
cauſti. & placebit ei ad expiandum ipſum.
5 ¶ Et mactabit filium bouis in conſpectu do-
mini. Et offerent filij Aharón ſacerdotes ſan-
guinem, & ſpargent ſanguinem ſuper alta-
rem circuitu qđ eſt ad oſtiũ tabernaculi ec-
6 cleſiæ. ¶ Et excoriabit holocauſtum, & cõ-
7 cidet illud in fruſta ei⁹. ¶ Et ponẽt filij Aha
8 rón ſacerdotes ignem ſuper altare. ¶ Et or-
dinabunt ligna ſuper ignem. Et ordinabunt
filij Aharón ſacerdotes fruſta, caput, & reti-
culũ ſup ligna quæ ſunt ſuper ignẽ, qui eſt ſu
9 per altare. ¶ Et inteſtinum eius, & crura ei⁹
lauabit aqua. Et ſuffire faciet ſacerdos om-
nia ſuper altare. Holocauſtum eſt, oblatio in
10 odorem quietis domino. ¶ Et ſi de pecori-
bus eſt oblatio eius de ouibus, uel de capris
in holocauſtum maſculum immaculatum of-
feret. ¶ Et mactabit eum ad latus altaris
ad aquilonem in conſpectu domini, & ſpar-
gent filij Aharón ſacerdotes ſanguinem ei⁹
12 ſuper altare in circuitu. ¶ Et concidet eum
in fruſta ipſius, & caput ei⁹, & reticulũ eius,
& ordinabit ſacerdos ea ſup ligna, quæ ſunt
13 ſuper ignem, qui eſt ſuper altare. ¶ Et inte
ſtinum, & crura lauabit aqua, & offeret ſa-
cerdos omnia, & ſuffire faciet ſuper altare
Holocauſtum eſt oblatio in odorem quietis
14 domino. ¶ Et ſi de auibus eſt holocauſtum,
oblatio ipſius domino offeret de turturibus
15 uel de filijs colũbæ oblationem ſuam. ¶ Et
offeret eam ſacerdos ſuper altare, & ungue
ſecabit caput ipſius. Et ſuffire faciet ſuper al
tare & exprimetur ſanguis eius ſuper parie
16 tem altaris. ¶ Et remouebit ueſiculam eius
cum pluma ipſius, & proiiciet eam apud al-
17 tare ad orientem in locum cineris. ¶ Et fin
det eam cum alis ipſius, & non diuidet, &
ſuffire faciet eam ſacerdos ſuper altare ſup
ligna, quæ ſunt ſuper ignem. Holocauſtum
eſt oblatio in odorem quietis domino.

Capitulum.2.

1 ET anima cum obtulerit oblatio
nem, ſacrificium domino. Simi
la erit oblatio eius. Et fundet
ſuper eam oleum, & ponet ſu-
2 per eam thus. ¶ Et afferet eã
ad filios Aharõ ſacerdotes, &
accipiet inde plenum pugillum ſuum de ſi-
mila eius, & de oleo ipſius ſuper omne thus
ipſius, & ſuffire faciet ſacerdos odorem ei⁹
ſuper altare. Oblatio eſt in odorem quietis
3 domino. ¶ Et qđ ſupereſt de ſacrificio Aha
rón erit, & filijs ipſius, Sanctificatio ſanctifi
4 cationum eſt de oblationibus domini. ¶ Et
ſi obtulerit oblationem, ſacrificium coctum
in clibano, è ſimila placentæ infermentatæ
erũt mixta oleo, & lagana infermẽtata uncta
5 oleo. ¶ Et ſi ſacrificium de ſartagine obla-
tio tua, ſimila conſperſa oleo infermentata
6 erit. ¶ Cõcides eã in fruſta, & fundes ſup
7 eam oleum. Sacrificiũ eſt. ¶ Et ſi ſacrificiũ
craticulæ oblatio tua, ſimila conſperſa oleo
8 fiet. ¶ Et afferes ſacrificiũ quod fiet ex ijs
domino. Et offeret illud ſacerdoti, & offe-
9 ret illud ſuper altare. ¶ Et eleuare faciet de
ſacrificio odorẽ eius, & ſuffire faciet ſuper
altare. Oblatio eſt in odorẽ quietis domino.
10 ¶ Et qđ ſupereſt de ſacrificio, Aharón erit
& filijs eius. Sanctificatio ſanctificationum
11 eſt de oblationibus dñi. ¶ Omne ſacrificiũ
quod offeretis dño nõ fiet fermẽtatum, quia
de omni fermẽto, & de omni melle nõ ſuffire
12 facietis oblationẽ dño. ¶ In oblationẽ pri-
mitiarũ offeretis ea dño, & ſup altare nõ aſcẽ
13 dent in odorẽ quietis. ¶ Et omnem oblatio
nem ſacrificij tui ſale ſalies, & nõ ceſſare fa-
cies ſal fœderis dei tui à ſacrificio tuo. In oĩ
14 oblatione tua offeres ſal. ¶ Et ſi obtuleris
ſacrificium primitiarum dño, ſpicam cũ cul-
mo toſtam igni, triticum cõtuſum ſpicæ uirẽ
tis plenæ offeres ſacrificium primitiarũ tua-
15 rũ. ¶ Et pones ſuper eã oleũ, & pones ſup
16 eã thus. Sacrificiũ eſt. ¶ Et ſuffire faciet ſa
cerdos odorẽ eius de frumẽto cõtuſo, & de
oleo ei⁹ ſup omne thus ipſi⁹. Oblatio eſt dño.

Capl'm, 3.

1 ET ſi ſacrificiũ pacificorũ ſit obla-
tio eius, ſi de bobus ipſe offert, tã
maſculum quam fœminam imma
culatum offeret eum in conſpectu
2 domini. ¶ Et coniunget manum ſuam ſup
caput oblationis ſuæ, & immolabit eum ad
oſtium tabernaculi eccleſiæ. Et fundent filij
Aharón ſacerdotes ſanguinem ſuper altare
3 in circuitu. ¶ Et offeret de ſacrificio pacifi
corum oblationem domino, adipem operiẽ
tem inteſtinum, & omnem adipem qui eſt ſu
4 per inteſtinum ¶ Et duos renes, & adipem
qui eſt ſuper ipſis, qui eſt ſuper ilijs, & fi-
bram cum epate, cum rhenibus remouebit.
5 ¶ Et ſuffire faciẽt illum filij Aharón ſu-
per altare ſuper holocauſtum, quod eſt ſup
ligna quæ ſunt ſuper ignẽ. Oblatio eſt ĩ odo-
6 rem quietis domino. ¶ Et ſi de pecudib⁹ eſt
oblatio eius in ſacrificium pacificorum do-
mino, maſculum uel fœminam, immaculatũ
7 offeret eum. ¶ Si agnum ipſe offert oblatio
nem ſuam, offeret ipſum in cõſpectu domini.
8 ¶ Et coniunget manum ſuam ſuper caput
oblationis ſuæ, & mactabit eum in cõſpectu
tabernaculi eccleſiæ. & ſpargẽt filij Aharón
9 ſanguinẽ eius ſuper altare in circuitu. ¶ Et
offeret de ſacrificio pacificorum oblationẽ
domino adipẽ eius, caudam integram, cõtra
ſpinam dorſi remouebit eam, & adipem ope
rientem inteſtinum, & omnem adipem qui
eſt ſuper inteſtinum & duos rhenes & adipẽ
qui eſt ſuper eis. Qui eſt ſuper ilia & fibram
10 cum hepate cum rhenibus remouebit. ¶ Et
ſuffire faciet eum ſacerdos ſuper altare, cib⁹
11 oblatiõis eſt domino. ¶ Et ſi capra eſt obla
tio eius offeret eam in conſpectu domini.
12 ¶ Et cõiunget manum ſuã ſuper caput ei⁹.
& mactabit eam coram tabernaculo eccle-
ſiæ, & ſpargẽt filij Aharón ſanguinem eius
13 ſuper altare in circuitu. ¶ Et offeret ex ea
oblationem ſuam, oblationẽ domino adipẽ
operiẽtem inteſtinũ, & omnem adipem qui
14 eſt ſuper inteſtinum. ¶ Et duos rhenes, &
adipem qui eſt ſuper eis, qui eſt ſuper ilia, &
fibram cum hepate, cũ rhenibus remouebit.
15 ¶ Et ſuffire faciet ea ſacerdos ſuper altare.
Panis. Oblatio eſt ĩ odorẽ quietis. Oĩs adeps
16 domino eſt. ¶ Statutum perpetuum in ge-
nerationibus ueſtris in cũctis habitaculis ue
ſtris. Omnem adipem, & omnem ſanguinem
non comedetis. Capitulum. 4.
1 DIxit locutus eſt dominus ad Moſeh di
2 cendo. ¶ Loquere ad filios Iſraël
dicẽdo. Anima cum peccauerit per
errorem ex omnib⁹ præceptis domini, quæ
3 nõ ſunt fienda, & fecerit unum ex his. ¶ Si
ſacerdos unctus peccauerit ſecũdum delictũ
populi offeret pro peccato ſuo quod pecca-
uit iuuencũ filium bouis immaculatũ domi-
4 no ꝑ peccato. ¶ Et afferet iuuencũ ad oſtiũ
tabernaculi eccleſiæ in cõſpectu domini, &
cõiunget manum ſuam ſuper caput iuuenci,
& immolabit iuuẽcum in cõſpectu domini.
5 ¶ Et accipiet ſacerdos unctus de ſanguine
iuuenci. & afferet eum ad tabernaculum ec-
6 cleſiæ. ¶ Et tinget ſacerdos digitum ſuum
in ſanguine, & aſperget de ſanguine ſeptem
uicibus coram domino, ante uelum ſanctifi-
7 cationis. ¶ Et ponet ſacerdos de ſanguine
ſuper cornua altaris ſuffimenti aromatici co
ram domino quod eſt in tabernaculo eccle-
ſiæ, & totum ſanguinem iuuenci effundet ad
fundamẽtum altaris holocauſti, quod eſt ad
8 oſtium tabernaculi eccleſiæ. ¶ Et totũ adi-
pem iuuenci pro peccato tollet ab eo, adipẽ
operiẽtem inteſtinum, & totum adipem qui
9 eſt ſuper inteſtinum. ¶ Et duos rhenes, &
adipem, qui eſt ſuper eis, qui eſt ſuper ilia,
& fibram cum hepate, cum rhenibus remo-
10 uebit. ¶ Quẽadmodum tollitur à boue ſa-
crificij pacificorum, & adolebit ea ſacerdos
11 ſuper altare holocauſti. ¶ Et pellẽ iuuenci,
& totam carnem eius, cum capite eius & cũ
cruribꝰ ei⁹, & inteſtino ipſius, & fimo ipſi⁹.
12 ¶ Et educet totum iuuencum extra caſtra
ad locum mundum ad effuſionem cineris, &
comburet eum ſuper lignis igni ſuper effu-
13 ſionem cineris comburetur. ¶ Et ſi omnis
ſynagoga Iſraël errauerũt, & latuerit res ab
oculis cõgregatiõis, & fecerint unum ex oĩ
bus præceptis domini, quæ non ſunt fien-
14 da, & deliquerint. ¶ Et ſcitũ fuerit pecca
tum ſuper quo peccauerũt, offerẽt cõgrega
tio iuuẽcũ filiũ bouis pro peccato, & addu-
15 cẽt ante tabernaculũ eccleſiæ. ¶ Et cõiun-
gẽt ſeniores ſynagogæ manus ſuas ſuper ca
put iuuẽci corã dño, & immolabit iuuencũ
16 coram dño. ¶ Et afferet ſacerdos unctus de
ſanguine iuuẽci ad tabernaculum eccleſiæ.
ſanctitatis induet ſe, & fœminalia linea erũt
ſuper carnem eius, & baltheo lineo accinget
ſe, & mitra linea amiciet ſe, ueſtes ſanctita-
tis ſunt. Lauabitq; aqua carnem ſuam, & in-
5 duet ſe eis. ¶ A cœtu autem filiorum Iſraël
ſuſcipiet duos hircos caprarum pro pecca-
6 to, & arietem unum in holocauſtum. ¶ Of-
feretq; Aharón uitulum pro peccato quod
eſt ſibi, & expiationem faciet pro ſe, & pro
7 domo ſua. ¶ Tollet autem duos hircos, &
ſtare faciet eos coram domino ad oſtium ta-
8 bernaculi eccleſiæ. ¶ Et ponet Aharón ſup
ambos hircos ſortes, ſortẽ unã dño & ſortẽ
9 unã p capro emiſſario. ¶ Et offeret Aharón
hircũ ſup quẽ aſcenderit ſors pro dño, & fa-
10 ciet eum pro peccato. ¶ Hircum uero ſup
quem aſcẽderit ſors pro capro emiſſario, ſta
tuet uiuum coram domino, ad expiandum
illum ad mittendum eum pro capro emiſſa-
11 rio in deſertum. ¶ Offeret autem Aharón ui
tulum pro peccato quod eſt ſibi, & expiatio
nem faciet pro ſe, & pro domo ſua, immola-
bitq; uitulum pro peccato, quod eſt ſibi.
12 ¶ Aſſumet autem plenum thuribulum pru
nis ignis de altari è conſpectu domini, & ple
nam uolam ſuam ſuffimento aromatico te-
13 nuiſſimo, & adducet intra uelum. ¶ Po-
netq; ſuffimẽtum ſuper ignem coram domi
no. Operietq; nubes ſuffimenti propitiato-
rium quod eſt ſupra teſtimonium, & non mo
14 rietur. ¶ Tolletq; de ſanguine uituli, & aſp
get digito ſuo cõtra faciem propitiatorij ad
orientem, & coram propitiatorio aſperget
15 ſeptẽ uicibus de ſanguine digito ſuo. ¶ Im
molabitq; hircum pro peccato quod eſt po-
pulo, & adducet ſanguinem eius intra uelũ
& faciet ſanguinem eius ſecundum quod fe
cit ſanguini uituli, & aſperget illum ſuper
propitiatorium, & coram propitiatorio.
16 ¶ Et expiabit ſanctuarium ab immunditijs
filiorum Iſraël, & à præuaricationibus eo-
rum, cunctiſq; peccatis eorum, ſic faciet ta-
bernaculo eccleſiæ quod moratur cum eis
17 in medio immunditiarum eorum. ¶ Omnis
autem homo non erit in tabernaculo eccle-
ſiæ, dum ingreditur ipſe ad expiandum ſan
ctuarium, donec egrediatur ipſe, & expia-
bit pro ſe, & pro domo ſua, & pro uniuerſo
18 cœtu Iſraël. ¶ Exibitq; ad altare quod eſt
coram domino, & expiabit pro ſe. Tollet
autem de ſanguine uituli, & de ſanguine hir
ci, & ponet ſuper cornua altaris per circui-
19 tum. ¶ Et aſperget ſuper illud de ſanguine
digito ſuo, ſeptẽ uicibus, & mũdabit illud
20 ſctificabitq; ab imũditijs filiorũ Iſraël. ¶ Cõ
plebit autem expiare ſanctuarium taberna-
culumq; eccleſiæ, & altare, & offeret hir-
21 cum uiuum. ¶ Ponetq; Aharón ambas ma-
nus ſuas ſuper caput hirci uiui, & confite-
bitur ſuper illud omnes iniquitates filio-
rum Iſraël, & omnes præuaricationes eo-
rum cum omnibus peccatis eorum, & po-
net eas ſuper caput hirci, & mittet per ma-

4 bitis. ¶ Iudicia mea facietis, & ſtatuta mea
ſeruabitis, ut ambuletis in eis. Ego dñs deus
5 ueſter. ¶ Cuſtodite autem ſtatuta mea, &
iudicia mea, quæ faciet homo, & uiuet in
6 eis. Ego dominus. ¶ Nullus ad ꝓpinquam
carnis ſuæ accedetis ad reuelandũ turpitu-
7 dinem. Ego dominus. ¶ Turpitudinem pa
tris tui, & turpitudinem matris tuę nõ reue
labis. Mater tua eſt, non reuelabis turpitu-
8 dinem eius. ¶ Turpitudinem uxoris patris
tui non reuelabis. Turpitudo patris tui eſt.
9 ¶ Turpitudinẽ ſororis tuæ filiæ patris tui,
uel filiæ mr̃is tuæ, quæ genita eſt domi, uel
genita eſt foris, nõ reuelabis turpitudinem
10 earũ. ¶ Turpitudinẽ filiæ filij tui, uel filiæ
filiæ tuæ nõ reuelabis turpitudinẽ earũ: q͂a
11 turpitudo tua ſunt. ¶ Turpitudinem filiæ
uxoris pr̃is tui, quæ genita eſt à pr̃e tuo, ſo-
ror tua eſt, non reuelabis turpitudinẽ eius.
12 ¶ Turpitudinẽ ſororis patris tui nõ reuela
13 bis, ꝓpinqua patris tui eſt. ¶ Turpitudinẽ
ſororis mr̃is tuæ nõ reuelabis, quia ꝓpinqua
14 mr̃is tuæ eſt. ¶ Turpitudinẽ fratris patris
tui nõ reuelabis, ad uxorẽ eius nõ accedes,
15 uxor fratris pr̃is tui eſt. ¶ Turpitudinẽ nu-
rus tuæ nõ reuelabis, uxor filij tui eſt, nõ re-
16 uelabis turpitudinẽ eius. ¶ Turpitudinem
uxoris fr̃is tui nõ reuelabis, turpitudo fra-
17 tris tui eſt. ¶ Turpitudinem uxoris & filiæ
eius nõ reuelabis, filiã filij eius, & filiã filiæ
eius nõ accipies ad reuelãdũ turpitudinem
18 ei', caro tua ſunt. Scelus eſt. ¶ Vxorẽ cũ ſo
rore ſua nõ accipies, ad laceſſendũ, ad reue-
landũ turpitudinẽ eius ſuper eã ipſa uiuẽte.
19 ¶ Ad mulierẽ aũt in menſtruo immũditiæ
ſuæ, non accedes ad reuelandũ turpitudinẽ
20 eius. ¶ Vxori proximi tui nõ dabis coneu
21 bitũ tuũ in ſemine ad polluendũ eã. ¶ Et è
ſemĩe tuo nõ dabis ad faciẽdũ trãſire ad Mó
lech, & nõ pollues nomen dei tui. Ego dñs.
22 ¶ Cum maſculo aũt nõ coibis coitu mulie
23 bri, Abominatio eſt. ¶ Et cũ omni iumẽto
non dabis coitũ tuũ ut polluas te cum eo. Et
mulier nõ ſtabit ante iumentũ in coitu. Tur-
24 pitudo eſt. ¶ Ne polluamini in omnib' his.
In his enim oĩbus polluerũt ſe gentes, quas
25 ego emitto à facie ueſtra. ¶ Et polluit ſe
terra, & uiſitabo iniquitatẽ eius ſuper eã,
26 & euomet terra habitatores eius. ¶ Cuſto
dite aũt uos ſtatuta mea, & iudicia mea, &
non faciatis ex oĩb' abhominationib' iſtis,
indigena, & peregrinus qui peregrinat̃ in
27 medio ueſtri. ¶ Omnes enim abhominatio
nes iſtas fecerunt hoĩes terræ ante uos, &
28 polluit ſe terra. ¶ Et non euomat terra uos
dum cõtaminaueritis eam ſcd'm ꝙ euomuit
29 gentem, quæ fuit ante uos. ¶ Omnis enim
qui fecerit, ex omnibus abhominationibus
iſtis excidẽtur animæ facientes è medio po-
30 puli ſui. ¶ Cuſtodite autem cuſtodiã meã,
ut nõ faciatis è ſtatutis abominationũ, quæ
facta ſunt ante uos, & non polluatis uos in
eis. Ego dñs deus ueſter.

Capl'm. 19.

1 LOcutus eſt autem dñs ad Mo-
2 ſeh dicendo. ¶ Loquere ad
omnẽ cœtum filiorũ Iſrael, &
dices ad eos. Sãcti eritis, quia
ſanctus ſum dñs deus ueſter.
3 ¶ Vnuſquiſq; matrẽ ſuam, &
patrem ſuum timeatis, & ſabbata mea ſer-
4 uabitis, ego dñs deus ueſter. ¶ Ne uertatis
uos ad idola, & deos fuſiles nõ facietis uo-
5 bis. Ego dñs de' ueſter. ¶ Et ſi ſacrificaue-
ritis ſacrificiũ pacificorũ domino, ſcd'm be
neplacitum ueſtrũ ſacrificabitis. In die qua
ſacrificaueritis comedet̃ in craſtino. Quod
autem ſupereſt uſq; ad diem tertiũ, igni cõ-
6 buret̃. ¶ Et ſi comedendo comeſtũ fuerit
in die tertio, prophanatũ eſt, non placebit.
7 ¶ Qui uero comederit illud pœnã iniqui-
tatis ſuæ portabit: quia ſanctitatem dominĩ
polluit, & excidet̃ anima ipſa è populo ſuo.
8 ¶ Quum autẽ meſſueris meſſæ terræ tuæ,
non finies angulum agri tui in metendo, &
ſpicas remanẽtes meſſis tuæ non colliges.
9 ¶ Et uineæ tuæ non colliges racemos, &
baccas uineæ tuæ non colliges, pauperi, &
peregrino relinques eas. Ego dñs deus ue-
10 ſter. ¶ Non furabimini, & non negabitis,
& nõ mentiemini unuſquiſq; proximo ſuo.
11 ¶ Et non iurabitis in nomine meo menda-
citer, & ne polluas nomen dei tui. Ego dñs.
12 ¶ Non uim inferes ꝓximo tuo, & nõ præ-
daberis. Nõ morabit̃ opus mercenarij apud
13 te uſq; mane. ¶ Non maledices ſurdo & co
ram cæco, non pones offendiculũ: ſed time-
14 bis à deo tuo. Ego dñs. ¶ Non facies ini-
quitatẽ in iudicio, non ſuſcipies faciẽ pau-
peris, & non honorabis faciem magni, in iu
15 ſtitia iudicabis proximũ tuum. ¶ Non ibis
fraudulenter in populo tuo, non ſtabis con-
16 tra ſanguinem proximi tui. Ego dñs. ¶ Ne
odio habeas fratrẽ tuum in corde ſuo. Cor-
ripiendo corripies proximũ tuum, & ne ſu-
17 ſcipias ſuper illo peccatũ. ¶ Nõ ulciſceris
te, & non ſeruabis odium cum filijs populi
tui. Sed diliges proximũ tuũ ſicut teipſum.

18 Ego dominus. ¶Statuta mea cuſtodietis.
Iumentũ tuũ non facies coire mixtim. Agrũ
tuum non ſeres mixtim, & ueſtis mixtim
19 ethero genea non aſcendet ſuper te. ¶Vir
autem cum dormierit cum muliere coitu ſe-
minis, & fuerit ancilla deſponſata uiro, &
redimendo non fuerit redempta, & manu-
miſſio non eſt data ei, uapulabitur. Non mo
20 rietur: quia non eſt libertate donata. ¶Ad-
ducet aũt oblationẽ pro delicto ſuo dño ad
oſtium tabernaculi eccleſię arietẽ pro deli-
21 cto. ¶Et expiabit ipſum ſacerdos per arie
tem pro delicto coram dño peccatũ eius qd
peccauit, & propiciabit ei ſup peccato ſuo
22 quod peccauit. ¶Et quum ingreſſi fueri-
tis terram, & plantaueritis omnẽ arborem
ferentem fructum auferetis præputia eius,
& fructum eius. Tribus annis erit uobis præ
putij amputatio. Nõ comedet eius fructus.
23 ¶Quarto autem anno erit omnis fructus
24 eius ſanctus, laudabilis domino. ¶Anno
uero quinto comedetis fructum eius, ut ad-
dere faciatis uobis fructum eius. Ego domi-
25 nus deus ueſter. ¶Non comedetis cum ſan
guine. Nõ augurabimini, & non obſeruabi-
26 tis tẽpora. ¶Non in circuitu attondebitis
angulũ capitis ueſtri, & nõ diſſipabis angu
lum barbæ tuæ. Inciſionem autem pro ani-
ma non dabitis in carne ueſtra, & ſcripturã
notæ non ponetis in uobis. Ego dominus.
27 ¶Ne polluas filiam tuam, ut facias eam
fornicari, & non fornicetur terra, & implea
28 tur terra ſcelere ¶Sabbata mea cuſtodite,
& ſanctuariũ meum metuite. Ego dominus.
29 ¶Ne uertatis uos ad pytones, & ab Ha-
ruſpicibus, ne ſciſcitemini, ut polluatis uos
30 per eos. Ego domin⁹ de⁹ ueſter. ¶Ante ca-
niciem conſurge, & honora faciem ſenis, &
31 time à deo tuo. Ego dominus. ¶Si autem
peregrinatus fuerit peregrinus in terra ue-
ſtra, non uim inferetis ei. Tanq̃ indigena ex
uobis, erit uobis peregrinus, qui peregri-
natur uobiſcũ, & diligite eũ ſicut uoſipſos,
quia peregrini fuiſtis in terra Aegypti. Ego
32 dominus ueſter. ¶Non facietis iniquita-
tem in iudicio, in mẽſura magna, in ponde-
33 re, in menſura parua. ¶Statera iuſta, pon-
dera iuſta, modius iuſtus, & hin liquidorũ
menſura iuſta erit uobis. Ego domin⁹ deus
34 ueſter, q eduxi uos è terra Aegypti. ¶Cu-
ſtodite autem omnia ſtatuta mea, & omnia
iudicia mea, & facite ea. Ego dominus.

Caplm. 20.

1 LOcutus eſt autem dominus ad
2 Moſéh dicendo. ¶Et ad filios
Iſraël dices. Quicunq̃ è filijs
Iſraël, & è peregrinis qui pere
grinantur in Iſraël, dederit de
ſemine ſuo ipſi Mólech, moriẽdo morietur.
3 Populus terræ lapidet eum lapide. ¶Ego
autem ponam faciem meã in uirum ipſum,
& ſuccidere faciã eum è medio populi ſui,
quia de ſemine ſuo dedit ipſi Mólech, ut cõ
taminaret ſanctuarium meum, & pollueret
4 nomen ſanctitatis meæ. ¶Et ſi abſconden
do abſconderit populus terræ oculos ſuos à
uiro illo dante de ſemine ſuo ipſi Mólech,
5 ut non interficiat eum. ¶Ponam ego fa-
ciem meam in uirum illum, & in familaim
eius, & ſuccidere faciam eum, & omnes for
nicantes poſt ipſum, ad fornicandum poſt
6 Mólech è medio populi ſui. ¶Anima au-
tem quæ ſe uerterit ad pytones, & Haruſ-
pices ad fornicandum poſt eos, ponam fa-
ciem meam in animam ipſam, & ſuccidere
7 faciam eam è medio populi ſui. ¶Sanctifi-
cate autem uos, & eſtote ſancti, quia ego
8 dominus deus ueſter. ¶Et cuſtodite ſtatu-
ta mea, & facite ea. Ego ſum dominus ſan-
9 ctificãs uos. ¶Quia qcũq̃ maledixerit pa
tri ſuo, & matri ſuæ, moriendo morietur.
Patri ſuo, & matri ſuæ maledixit, ſanguis
10 eius in eum erit. ¶Vir autem qui adulte-
rium cõmiſit cum uxore uiri, qui adulteriũ
cõmiſit cum uxore proximi ſui, moriendo
11 morietur adulter, & adultera. ¶Vir au-
tem qui concubuerit cum uxore patris ſui,
turpitudinem patris ſui reuelauit, morien-
do moriẽtur ambo. Sanguis eorum in eos.
12 ¶Vir autem qui coierit cum nuru ſua, mo
riendo morientur ambo. Confuſionem fece
13 runt. Sanguis eorum in eos. ¶Vir autem
qui coierit cum maſculo coitu mulieris, abo
minationẽ fecerunt ambo, moriendo mo-
14 riantur. Sanguis eorum in eos. ¶Vir au-
tem qui acceperit mulierem, & matrẽ eius
ſcelus eſt, igni comburent eum, & eas, & nõ
15 erit ſcelus in medio ueſtri. ¶Vir uero qui
dederit coitum ſuum in iumento, moriẽdo
16 morietur, & iumentum occidetis. ¶Et mu
lier quæ acceſſerit ad om̃e animal ad coeun
dum cum eo, occidẽs mulierem, & iumen-
tum, moriendo moriẽtur. Sanguis eorum in
17 eos. ¶Vir autem qui acceperit ſororem
ſuam filiam patris ſui, uel filiam matris ſuæ,
& uiderit turpitudinem eius, & ipſa uide-
rit turpitudinem eius, obprobrium eſt, &

ſuccidentur in oculis filiorũ populi ſui. Tur
pitudinem ſororis ſuæ reuelauit, pœnam ini
18 quitatis ſuæ portabi. ¶ Vir autem qui cum
muliere coierit patiente fluxum, & reuela-
uerit turpitudinem eius, uenã eius diſcope-
ruerit. & ipſa reuelauerit uenam ſanguinis
19 ſui, ſuccident ambo è medio ppli ſui. ¶ Tur
pitudinem ſororis matris tuæ, & ſororis pa
tris tui non diſcooperies, quia carnem ſuam
nudauit, pœnam iniquitatis ſuæ portabunt.
20 ¶ Vir autem qui dormierit cum uxore fra-
tris patris ſui, turpitudinẽ fratris patris ſui
reuelauit, pœnam ſuam portabũt, orbati mo
21 rientur. ¶ Et uir qui accæperit uxorem fra
tri ſui, fœditas eſt. Turpitudinem fratris ſui
22 reuelauit, orbati erunt. ¶ Cuſtodite autem
omnia ſtatuta mea, & omnia iudicia mea, &
facite ea, & non euomet uos terra ad quam
ego facio intrare uos ad habitandum in ea.
23 ¶ Et ne ambuletis in ſtatutis gentis, quam
ego emitto à facie ueſtra. Omnia.n. iſta fece-
24 runt, & deteſtatus ſum. ¶ Et dixi uobis, Poſ
ſidete terram eorum, & ego dabo eã uobis
ad poſſidendum eam, terram fluentem lacte
& melle. Ego dominus deus ueſter, qui ſepa
25 rare feci uos à populis. ¶ Et facite ſeparare
inter iumentum mundum & immundum, &
inter auem immundam & mundam, & non
abominemini animas ueſtras in iumentis, &
in uolatilibus, & in omni quod reptat in ter
26 ra, quod ſeparaui uobis ab immundo. ¶ Eri
tis autem ſancti mihi, quia ſanctus ego domi
nus, & ſeparaui uos à populis, ut eſſetis mei.
27 ¶ Vir autem ſiue mulier cum fuerit in eis
pythón, uel haruſpicinm, moriendo morien
tur. Lapide lapidabunt eos, ſanguis eorum
in eós.

Capitulum.21.

1 ET dixit domin' ad Moſéh. Dic
ad ſacerdotes filios Aharón, et
dices ad eos. Super animam nõ
cõtaminabit ſe in populis ſuis.
2 ¶ Sed ſup carne ſua, ppiquo
ſibi, ſuper matre ſua, & ſuper
patre ſuo, & ſuper filio ſuo, & ſuper filia ſua
3 & ſuper fratre ſuo. ¶ Et ſup ſorore ſua uir-
gine, quæ eſt propinqua ei, cui nõ eſt uir, ſup
4 ea cõtaminabit ſe. ¶ Nõ cõtaminabit ſe ſup
5 dño in pplis ſuis ad polluẽdũ ſe. ¶ Nõ decal
uabunt caluitium in capite ſuo, & finem bar
bæ ſuæ non radent, & in carne ſua non inci-
6 dent inciſionem. ¶ Sancti erũt deo ſuo, &
non polluent nomen dei ſui, quia oblationes
domini, panẽ dei tui offerunt, & erũt ſancti.
7 ¶ Mulierem meretricem, & prophanam nõ
capient, & mulierem repulſam à uiro ſuo nõ
8 accipiẽt, quia ſanct' eſt deo ſuo. ¶ Et ſancti
ficabis eum, quia panem dei tui offert. San-
ctus erit tibi, quia ſanctus ego dominus ſan
9 ctificans uos. ¶ Filia autem uiri ſacerdotis
cum cœperit fornicari, patrem ſuum conta-
10 minat, igni comburetur. ¶ Sacerdos autem
maior fratribus ſuis ſuper cui' caput fuſum
eſt oleum unctionis, & conſecrauit manum
ſuam ad induendum ueſtes, caput ſuum non
11 diſcooperiet, & ueſtes ſuas nõ ſcindet. ¶ Et
ad omnes animas mortuũ non ingredietur.
Super patre ſuo, & matre ſua non contami-
12 nabit ſe. ¶ Et de ſanctuario nõ egredietur,
& non polluet ſanctuarium dei ſui, quia dia
dema olei unctionis dei ſui eſt ſuper eum.
13 Ego dominus. ¶ Ipſe autem mulierem in
14 uirginitate eius accipiet. ¶ Viduam, & re-
pudiatam, & prophanam meretricem non
accipiet. Sed uirginem è populo ſuo acci-
15 piet mulierem. ¶ Et non contaminabit ſe-
men ſuum in populo ſuo, quia ego dominus
16 ſanctificans eum. ¶ Locutus eſt autem do-
17 minus ad Moſéh dicendo. ¶ Loquere ad
Aharón dicendo. Vir de ſemine tuo in gene-
rationibus ſuis, in quo fuerit macula, non ac
18 cedet ad offerendum panem dei ſui. ¶ Quia
omnis uir in quo fuerit macula, non accedet
Vir cæcus, uel claudus, uel ſimus naſum, uel
19 monſtruoſus. ¶ Vel uir in quo fuerit fractio
20 pedis, uel fractio manus. ¶ Vel gibbus, uel
lippus, uel maculoſus in oculo ſuo, uel in
quo fuerit ſcabies, uel impetigo, uel com-
21 preſſo teſticulo. ¶ Omnis uir in quo eſt ma
cula è ſemine Aharón ſacerdotis, non acce-
det ad offerendum hoſtias domini, Is in quo
eſt macula, panem dei ſui non accedet ad offe
22 rendum. ¶ Panem dei ſui de ſanctificatio-
nibus ſanctificationum, & de ſanctis come-
23 det. ¶ Verũtamen uelum non ingredietur,
& ad altare non accedet, qua macula eſt in
eo, & non polluet ſanctuarium meum, quia
24 ego dominus ſanctificans eos. ¶ Locutus
eſt autem Moſéh ad Aharón, & ad filios ei',
ad omnes filios Iſraél.

Capitulum.22.

1 LOcutus eſt autẽ dominus ad Mo-
2 ſeh dicendo, ¶ Loquere ad Aha-
rón, & ad filios ei⁹. Et ſeparent ſe
à ſanctificationib⁹ filiorꝝ Iſraël, &
nõ polluãt nomẽ ſanctitatis meæ in his q̃ ipſi
3 ſanctificant mihi. Ego dominus. ¶ Dic ad
eos. In generationibus ueſtris, omnis uir qui
acceſſerit ex omni ſemine ueſtro ad ſanctifi-
cationes quas ſanctificauerũt filij Iſraël dño
& immũditia eius eſt ſuper eum, excidetur
4 anima ipſius à facie mea. Ego dñs. ¶ Qui-
cunq; è ſemine Aharón fuerit leproſus, uel
fluẽs, de ſanctificationibus nõ comedet, do-
nec mundet ſe. Qui autem tetigerit omne
immundum animæ uel uir ex quo egreditur
5 effuſio ſeminis. ¶ Vel uir qui tetigerit om̃e
reptile p qd' immũdus erit, uel hominẽ p quẽ
immundus erit, ſecũdũ omnẽ immũditiam
6 eius. ¶ Anima quæ tetigerit illud, immũda
erit uſq; ad ueſperam. Non comedet de ſan-
ctificationibus niſi lauerit carnẽ ſuam aqua.
7 ¶ Et occumbat ſol, & mundet ſe, & poſtea
comedet de ſanctificationibus, quia panis
8 eius eſt. ¶ Cadauer, & raptum non come-
9 det, ut polluat ſe in eo. Ego dominus. ¶ Cu
ſtodiant cuſtodiam meam, & nõ portẽt ſup
ſe peccatum. & moriantur in eo, cum pollue
10 rint illã. Ego dñs ſanctificãs eos. ¶ Omnis
autem alienigena nõ comedet ſanctificatio-
nem. Inquilinus ſacerdotis, & mercẽnarius
nõ comedet ſanctificationem. Homo quem
ſacerdos acquiſiuit acqſitiõe argẽti ſui, ipſe
comedet ex ea & uernaculi ei⁹. ipſi comedẽt
11 de cibo ei⁹. ¶ Filia autẽ ſacerdotis cum fue
rit uiro alieno, ipſa de oblationibus ſanctifi-
12 cationũ non comedet. ¶ Filia uero ſacerdo
tis cum fuerit uidua, & repudiata, & ſemen
nõ fuerit ei, & reuerſa fuerit ad domum pa-
tris ſui, ſicut puellæ eius de cibo patris ſui
comedent. Omnis autẽ alienigena non come
13 det ex eo. ¶ Vir autem cum comederit ſan-
ctificationem per errorem, addet quintũ ei⁹
ſuper ea, & dabit ſacerdoti ſanctificationẽ.
14 ¶ Et nõ cõtaminabũt ſanctificationẽ filiorꝝ
15 Iſraël quam eleuabũt dño. ¶ Et portare fa-
ciẽt ſeipſos iniquitatẽ delicti, dũ comederĩt
ſanctificationes eorum. Ego enĩ dñs ſanctifi
16 cans eos. ¶ Locutus eſt autem dominus ad
17 Moſeh dicẽdo. ¶ Loquere ad Aharón, & ad
filios eius, & ad omnes filios Iſraël, & dices
ad eos. Quicũq; è domo Iſraël, & è peregri-
nis in Iſraël obtulerit oblationem ſuam pro
omnibus uotis ſuis, & pro omnibus ſponta-
neis ſuis, quæ obtulerunt domino in holo-
18 cauſtum. ¶ Ad uolũtatem ueſtram immacu
latũ maſculum ex bobus, ex agnis, & ex ca-
19 pris. ¶ Omne in quo fuerit macula nõ offe-
retis, quia non ad beneplacitum erit uobis.
20 ¶ Vir autem cum obtulerit ſacrificium pa-
cificorum domino, ad cõmutãdũ uotũ, uel
ad uolũtarie offerẽdũ, ex bobus, uel ex oui-
bus, immaculatum erit ad placitum. Omnis
21 macula nõ erit in eo. ¶ Cæcum uel fractum
uel conciſum labijs uel uerrucatum, uel ſca-
bioſum, uel impetiginoſum, non offeretis
domino, & oblationem nõ dabitis ex his ſu-
22 per altare domino. ¶ Et bouem & pecus ha
bẽs mẽbra nimis magna, & habẽs mẽbra ni
mis parua uolũtarie faciet eũ, pro uoto autẽ
23 non placebit. ¶ Concuſſum, & contuſum,
ruptum, exciſum, nõ offeretis domino, & in
24 terra ueſtra nõ facietis. ¶ De manu autem
alienigenæ non offeretis panem dei ueſtri ex
omnibus iſtis, quia corruptio eorum eſt in
eis, macula eſt in eis. Non placeant uobis.
25 ¶ Locutus eſt autem dominus ad Moſeh di
26 cendo. ¶ Bos, uel agnus, uel capra cum ge
neratus fuerit, & fuerit ſeptem diebus ſub
matre ſua à die octauo, & deinceps placebit
27 in oblationem oblationis domino. ¶ Bouẽ
autem uel pecus ipſum & filium eius nõ im-
28 molabitis die una. ¶ Si uero ſacrificaueri-
tis ſacrificium gratiarũ actionis domino, ſe
cundum uoluntatem ueſtram ſacrificabitis.
29 ¶ Die ipſa comedetur. Non relinquetis ex
30 eo uſq; mane. Ego dominus. ¶ Cuſtodite au
tem mandata mea, & facite ea. Ego domin⁹.
31 ¶ Et nõ polluatis nomen ſanctitatis meæ, &
ſanctificabo me in medio filiorũ Iſraël. Ego
32 dominus ſanctificãs uos. ¶ Qui educo uos
è terra Aegypti, ut ſim uobis in deum. Ego
dominus.

Capl'm. 23.

1 LOcutus eſt autẽ dominus ad Mo-
2 ſeh dicendo. ¶ Loquere ad filios
Iſraël, & dices ad eos. Solẽnitates
dñi, quas uocabitis conuocatio-
3 nes ſanctas. Iſtæ ſunt ſolẽnitates meæ. ¶ Sex
diebus facies opus. Die autem ſeptima ſab-
batũ requiei eſt, cõuocatio ſancta. Omne op⁹
non facietis. Sabbatum eſt domino in cũctis
4 habitationibus ueſtris. ¶ Iſtæ ſunt ſolẽni-
tates dñi, conuocatiões ſanctæ, quas celebra
5 bitis tempore ſuo. ¶ Menſe primo quarta-
decima mẽſis inter ueſperas péſach eſt domi
6 no. ¶ Et quintadecima die menſis huius ſo
lẽnitas eſt infermentatorũ dño. Septẽ dieb⁹
7 infermẽtata comedetis. ¶ Die primo, cõuo
catio ſancta erit uobis. Omne opus ſeruile nõ
8 facietis. ¶ Et offeretis oblationem domino

ſeptẽ diebus. Die ſeptimo erit conuocatio ſan
9 cta. Omne opus ſeruile nõ facietis. ¶ Locutus
10 eſt aũt dñs ad Moſéh dicendo. ¶ Loquere ad
filios Iſraél, & dices ad eos. Cum ingreſſi fue-
ritis terram, quam ego do uobis, & meſſue-
ritis meſſem eius, adducetis Hómer primitiarũ
11 meſſis ueſtræ ad ſacerdotem. ¶ Et eleuabit
Hómer coram domino ſecundũ uoluntatẽ ue
ſtram, in craſtino ſabbati, eleuabit illud ſacer-
12 dos. ¶ Facietiſq; in die qua eleuabitis Hómer
agnum immaculatũ, anniculum, in holocauſtũ
13 domino. ¶ Et oblationem eius duas decimas
ſimilæ permixtæ oleo, oblationem domino in
odorẽ quietis. Et libabit ipſe uini quartũ hin.
14 ¶ Et panem, & frixum, & ſpicam tritam non
comedetis uſq; ad eandem met diem hanc, do
nec adducatis oblationem dei ueſtri. Statutum
perpetuum erit in generatiõibus ueſtris in cũ-
15 ctis habitaculis ueſtris. ¶ Numerabitis autem
uobis à craſtino ſabbati à die qua adduxiſtis
Hómer eleuationis ſeptem ebdomadas plenas
16 ¶ Vſq; ad craſtinum ebdomadæ ſeptimæ nu
merabitis quinquaginta dies, & offeretis ſa-
17 crificium nouum domino. ¶ Ex omnibus
habitaculis ueſtris adducetis panes eleuatiõis.
Duo è duabus decimis ſimilæ erunt, cum fer-
18 mento coquẽtur primitiæ domino. ¶ Offere-
tiſq; cũ pane ſeptem agnos immaculatos anni
culos. Et uitulus fili⁹ bouis un⁹, et arietes duo,
erunt holocauſtum domino, & ſacrificium eo
rum & libamina eorum, oblatio erunt in odo-
19 rem quietis domino. ¶ Facietiſq; hircum ca-
prarũ, unum pro peccato, & duos agnos anni-
20 culos in ſacrificium pacificorum. ¶ Et eleua-
bit ſacerdos eos cũ pane primitiarũ eleuatio-
nem corã dño cũ duobus agnis. Sanctitas erũt
21 dño, ſacerdoti erũt. ¶ Et celebrabitis eũdem
diem hũc. Conuocatio ſancta erit uobis. Om̃e
opus ſeruile nõ facietis. Statutum perpetuum
erit in cũctis habitaculis ueſtris, in generatiõi-
22 bus ueſtris. ¶ Et cũ meſſueritis meſſem terræ
ueſtræ, non finietis angulum agri ueſtri, dum
meſſueritis, & ſpicas remanẽtes meſſis tuæ nõ
colliges, paupi & peregrino relinquetis eas.
23 Ego dñs deus ueſter. ¶ Locutus eſt autẽ dñs
24 ad Moſéh dicẽdo. ¶ Loquere ad filios Iſraél
dicendo. Menſe ſeptimo, una mẽſis erit uobis
ſabbatũ memoriale iubilatio. Cõuocatio ſctã.
25 ¶ Omne opus ſeruile non facietis, & offere-
26 tis oblationẽ domino. ¶ Locutus eſt aũt dñs
27 ad Moſéh dicendo. ¶ Verũtamen in decimo
menſis ſeptimi huius, dies expiationum erit.
Conuocatio ſancta erit uobis, affligetiſq; ani-
mas ueſtras, & offeretis oblationem domino.
28 ¶ Et omne opus nõ facietis ipſomet die iſto,
quia dies expiationum eſt, ad expiandum uos
29 coram dño deo ueſtro. ¶ Omnis enĩ anima q̃
non fuerit afflicta ipſomet die iſto, excidetur è
30 populis ſuis. ¶ Omnis aũt anima quæ fecerit
omne opus eodẽmet die iſto, perdere faciam
31 animã ipſam è medio popli ſui. ¶ Om̃e opus
nõ facietis. Statutũ ꝑpetuũ erit in gñationib⁹
32 ueſtris, in cunctis habitatiõib⁹ uřis. ¶ Sabba
tũ quietis ẽ uobis, & affligetis animas uřas. In
nona mẽſis in ueſpera, à ueſpera uſq; ad ueſpe
33 ram celebrabitis ſabbata ueſtra. ¶ Locut⁹ eſt
34 autẽ dñs ad Moſéh dicendo. ¶ Loquere ad fi
lios Iſraél dicendo. Quintadecima die menſis
ſeptimi huius, ſolennitas tabernaculorum erit
35 ſeptẽ diebus domino. ¶ Die primo erit cõuo
catio ſancta Omne opus ſeruile non facietis.
36 ¶ Septem diebus offeretis oblationẽ domi-
no. Die octauo erit uobis conuocatio ſancta
& offeretis oblationẽ domino. Cõuocatio ſan
cta eſt. Cœtus eſt. Omne opus ſeruile non fa-
37 cietis. ¶ Iſtæ ſunt feſtiuitates dñi, quas uoca
bitis cõuocationes ſanctas, ad offerendũ obla
tionẽ domino holocauſtũ, & ſacrificiũ, hoſtiã,
38 & libamina de die in diem. ¶ Præter ſabbata
domini, & præter dona uřa, & præter omnia
uota ueſtra, & præter om̃ia ſpõtanea uřa quæ
39 tribuetis domino. ¶ Verũtamen quintadeci-
ma die menſis ſeptimi, quãdo cõgregaueritis
fructum terræ, celebrabitis celebritatẽ domi-
40 ni ſeptem diebus. ¶ Sumetiſq; uobis die pri
mo fructũ ligni decoris, frondes palmarũ, &
ramos ligni denſarũ frondium, & ſalices tor-
rẽtis, & lætabimini corã domino ueſtro ſeptẽ
41 diebus. ¶ Celebrabitis ipſam celebritatem
dño ſeptem diebus per annũ, Statutũ perpe-
tuum erit in generationib⁹ uřis. Mẽſe ſeptimo
42 celebrabitis eam. ¶ In tabernaculis habitabi
tis ſeptẽ diebus. Omnis indigena in Iſraél ha-
43 bitabũt in tabernaculis. ¶ Vt ſciant gñatiões
uřæ, ꝙ ĩ tabernaculis habitare feci filios Iſraél
quando eduxi eos è terra Aegypti, Ego domi
44 nus deus ueſter. ¶ Et locut⁹ eſt Moſéh de ſo-
lennitatibus domini ad filios Iſraél.

Capitulum. 24.

1 LOcutus eſt autem dominus ad Mo-
2 ſéh dicẽdo ¶ Præcipe filijs Iſraél
ut afferãt tibi oleum oliuæ purum,
contritum pro luminari ad accen-
3 dendũ lucernã ſemper. ¶ Extra uelũ teſtimo
nij in tabernaculo eccleſiæ diſponet eã Aharõ
à ueſpera uſq; mane coram dño ſemper. Statu
tum perpetuũ erit in generatiónibus ueſtris.
4 ¶ Super candelabrum mundum diſponet lu
5 cernas coram dño ſemper. ¶ Accipieſq; ſimi
lã, et coques ex ea duodecim placentas. Duas

6 rum decimarũ erit placẽta una. ¶ Et pones
eas duobus ordinibus. Sex ordines ſup men-
7 ſam mundã coram domino. ¶ Et pones ꝑ or-
dinem thus mũdum, & erit ſuper panẽ immo-
8 nimentum oblationis domino. ¶ Per ſingu-
la ſabbata ordinabit eũ corã domino ſemp à
9 filijs Iſraël fœdere ſempiterno. ¶ Et erit Aha
rón, & filiorum eius, & comedent eũ in loco
ſanctitatis, quia ſanctitas ſanctitatum eſt ei de
oblationibus dñi ſtatuto perpetuo. ¶ Egreſ-
10 ſus eſt autem filius mulieris Iſraëlitidis, q erat
filius uiri Aegyptij in medio filiorum Iſraël, et
iurgati ſunt in caſtris filius Iſraëlitidis, & uir
11 Iſraëlita. ¶ Et maledixit filius mulieris Iſraëli
tidis nomini, & deſpexit, Et adduxerunt eum
ad Moſéh. Nomen autẽ matris eius erat Selo-
12 mith filia Dibri de tribu Dan. ¶ Et poſuerũt
eum in cuſtodiam, ut exponerẽt eis iuxta ſer-
13 monẽ domini. ¶ Locutus eſt aũt dominus ad
14 Moſéh dicẽdo. ¶ Educ maledicũ extra caſtra,
& ponant oẽs qui audierũt manus, ſuas ſuper
15 caput eius, & lapidẽt eũ omnis cœtus. ¶ Ad
filios aũt Iſraël loqueris dicendo. Quicũq; ma
ledixerit deo ſuo, portabit pœnam peccati ſui.
16 ¶ Blaſphemans nomẽ domini moriẽdo mo-
rietur. Lapidando lapidabunt eũ omnis cœtus.
Sicut peregrinus, ſic & indigena quũ blaſphe
17 mauerit nomen moriatur. ¶ Vir aũt cum per
cuſſerit omnẽ animam hominis, moriendo mo
18 riatur. ¶ Qui uero percuſſerit animam iumẽ
19 ti, reſtituet eam animã pro anima. ¶ Vir au-
tem qui dederit maculam in proximum ſuum,
20 ſecũdum quod fecit, ſic fiat ei. ¶ Fracturam
pro factura, oculũ pro oculo, dentem pro den
te. Secũdum quod dedit maculam in hominẽ,
21 ſic dabitur in eum. ¶ Qui percuſſerit iumen-
tum reddet illud, & qui percuſſerit hominem
22 moriatur. ¶ Iudicium unum erit uobis, ſicut
peregrinus ſic et indigena erit, quia ego domi
23 nus deus ueſter. ¶ Locutus eſt autem Moſéh
ad filios Iſraël, & eduxerũt maledicum extra
caſtra, & lapidauerunt eum lapidibus. Et filij
Iſraël fecerunt ſecundum q̃ præcepit domi-
nus Moſéh.

Capitulum. 25.

1 LOcutus eſt autem dominus ad
Moſéh in monte Sinái dicẽdo.
2 ¶ Loq̃re ad filios Iſraël, & di
ces ad eos. Cum ingreſſi fueri-
tis terram, quam ego do uobis,
ſabbatizabit terra ſabbatum do
3 mino. ¶ Sex annis ſeminabis agrum tuũ, &
ſex annis putabis uineam tuam, colligeſq; fru-
4 ctus ei9. Anno aũt ſeptimo, ſabbatum requiei
erit terræ, ſabbatum domino. Agrum tuũ non
5 ſeres, & uineam tuam non putabis. ¶ Caduca
grana meſſis tuæ non metes, & uuas a quibus
ſeparare faciebas alios, non uindemiabis. An-
6 nus requiei erit terræ. ¶ Et erit ſabbatum ter
ræ uobis ad ueſcendum, tibi, & ſeruo tuo, &
ancillæ tuæ, et mercẽnario tuo, et aduenæ tuo,
7 qui peregrinatur tecum. ¶ Et iumento tuo,
beſtiæ quæ eſt in terra tua, erit omnis fructus
8 eius ad ueſcendum. ¶ Numerabis aũt ſeptem
ebdomadas annorum, ſeptem annos ſeptẽ ui-
cibus, & erũt tibi dies ſeptem ebdomadarum
annorum quadraginta nouem anni, & tranſi-
re facies tubam iubilationis, mẽſe ſeptimo, de-
9 cima menſis in die expiationũ. ¶ Tranſire fa
10 cietis tubã ꝑ uniuerſam terrã ũrã. ¶ Et ſan
ctificabis annum quinquageſimum & uocabi
tis libertatẽ in terra cunctis habitatorib9 eius.
Iobél erit uobis, & reuertemini unuſquiſq; ad
poſſeſſionem ſuam, & unuſquiſq; ad familiam
11 ſuam reuertemini. ¶ Iobél ẽ annus quinqua-
geſimus erit uobis. Non ſeretis, & non mete-
tis caduca grana ei9, & nõ uindemiabitis uuas
12 à quibus ſeparare faciebatis alios. ¶ Quia
Iobél eſt, ſanctitas erit uobis. Agri comedetis
13 fructũ. ¶ In anno Iobél iſto reuertemini unuſ
14 quiſq; ad poſſeſſionẽ ſuam. ¶ Si aũt uendide
ris uenale ꝓximo tuo, uel emeris è manu pro-
ximi tui, ne decipiatis unuſquiſq; fratrẽ ſuum.
15 ¶ Secundũ nũerũ annorũ poſt Iobél emes à
ꝓximo tuo, ſecũdum numerũ annorũ fructuũ
16 uendent tibi. ¶ Secundũ numerum annorũ
creſcet uenditio eius, & ſecundũ diminutionẽ
annorum minuetur uenditio eius. Numerum
17 enim fructuũ uẽdit tibi. ¶ Ne decipiatis unuſ
quiſq; proximum ſuũ, Sed timeas a deo tuo,
18 quia ego dominus deus ueſter. ¶ Facite au-
tem ſtatuta mea, & iudicia mea ſeruate, & fa-
cite ea, & habitabitis ſuper terram confiden-
19 ter. ¶ Dabitq; terra fructum ſuum, & come
detis ad ſaturitatem, & habitabitis confidẽter
20 ſuper eam. ¶ Si autem dixeritis quid, co-
medemus anno ſeptimo, ſi non ſerem9, neq;
21 colligemus fructus noſtros. ¶ Præcipiam
benedictioni meæ pro uobis anno ſexto, & fa
22 ciet fructum pro tribus annis. ¶ Seretiſq; an
no octauo, et comedetis fructum ueterem uſq;
ad annum nonũ, donec ueniat fructus eius, co
23 medetis uetus. ¶ Terra autem non uendetur
abſolute, quia mea eſt terra. Vos enim peregri
24 ni, & aduenæ eſtis apud me. ¶ In omni autem
terra poſſeſſionis ueſtræ, redemptionem dabi
25 tis pro terra. ¶ Si attenuat9 fuerit frater tuus
& uendiderit aliquid de poſſeſſione ſua, & ue
nerit qui redimat illud, ꝓpinquus ſibi redimet

26 uenale fratris ſui. ¶ Et ſi nõ fuerit uiro redẽ
ptor, ſed agglutinauit manus eius, & inue-
nit fere quod ſufficit ad eius redemptionẽ.
27 ¶ Computabit annos uenditionis eius, &
reſtituet excreſcẽs uiro qui uẽdidit ſibi, &
28 redibit ad poſſeſſionem ſuam. ¶ Si uero nõ
inuenerit manus eius qđ ſufficiat ad reſtituẽ
dum ei, erit uẽditio eius in manu emẽtis illã
uſq; ad annum Iobél, & egredietur in Iobél,
29 & reuertet̃ ad poſſeſſionẽ ſuã. ¶ Vir autẽ ſi
uendiderit domũ habitationis ciuitatis mu
ratæ erit redemptio eius donec compleatur
annus uenditionis eius, per annum erit redẽ
30 ptio eius. ¶ Si uero nõ fuerit redempta im
pleto ſibi anno perfecto, conſurget domus
quæ eſt in ciuitate, cui eſt murus abſolute
ementi illam in generationes eius. Non egre
31 dietur in Iobél. ¶ Domus autẽ uillarũ qui-
bus non eſt murus in circuitu, ſecũdũ agrũ
terræ æſtimabitur, redẽptio erit ei. & ĩ Iobél
32 egredietur. ¶ Ciuitatũ autem leuitarũ do-
morum urbium poſſeſſionis eorũ, redẽptio
33 æterna erit Leuitis. ¶ Et qui redemit à Le-
uitis, egredietur uenditio domus, & ciuitas
poſſeſſionis eius in Iobél, quia domus urbiũ
Leuitarũ eſt poſſeſſio eorũ in medio filiorum
34 Iſraél. ¶ Ager autem ſuburbij ciuitatũ eo-
rũ nõ uendetur, quia poſſeſſio ꝑpetua eſt eis
35 ¶ Si autem attenuatus fuerit frater tuus, &
declinauerit manus eius tecum, tenebis eũ.
ut peregrinum, & aduenam, & uiuet tecum.
36 ¶ Ne accipias uſurã ab eo, & incremẽtum,
ſed timebis à deo tuo, uiuetq; frater tuus te
37 cum. ¶ Pecuniã tuam nõ dabis ei ad uſurã,
38 & ad incremẽtum nõ dabis eſcã tuã. ¶ Ego
dominus deus ueſter, qui eduxi uos è terra
Aegypti, ut darẽ uobis terram Chenáhan, ut
39 eſſem uobis in deũ. ¶ Si uero depauperat᷒
fuerit frater tuus tecũ, & uendiderit ſe tibi,
40 nõ facies famulari famulatu ſeruili. ¶ Tãq;
mercenarius, tãq; aduena erit tecum, uſq; ad
41 annũ Iobél ſeruiet tibi. ¶ Egredietur autẽ
à te ipſe, & liberi eius ſecũ, & reuertetur ad
familiã ſuã, & ad poſſeſſionẽ patrum ſuorũ
42 reuertet̃. ¶ Quia ſerui mei ſunt, quos eduxi
è terra Aegypti. Non uendẽtur uẽditione ſer
43 uili. ¶ Non dominaberis ei dure, ſed time-
44 bis à deo tuo. ¶ Seruum autem tuum, & an
cillam tuã, qui erunt tibi à gentib᷒ quæ ſunt
45 in circuitu ueſtro, emetis. ¶ Et inſuper de fi
lijs aduenarum qui peregrinantur uobiſcũ
emetis, & è familia eorum quæ eſt uobiſcũ,
quos genuerunt in terra ueſtra, eruntq; uo-
46 bis in poſſeſſionẽ. ¶ Et hæredes eritis ipſo-
rũ ac pro filijs ueſtris poſt uos, ad hæredi-
tandum poſſeſſionem, in perpetuum in eis
operabimini. In fratres autem ueſtros filios
Iſraél, quiſque fratri ſuo non dominabi-
47 tur dure. ¶ Si autem adepta fuerit ma-
nus peregrini, & aduenæ, qui eſt tecum, &
depauperatus fuerit frater tuus ſecum, ſeq;
uendiderit peregrino, aduenæ qui eſt te-
48 cum, uel ſtirpi familiæ peregrini. ¶ Poſt-
q̃ uendiderit ſe, redemptio erit ei, unus è
49 fratrib᷒ eius redimet eum. ¶ Siue patruus
eius, ſiue filius patrui eius, redimet eum, ſi-
ue propinquus carnis ſuæ è familia eius, re-
dimet eum, aut ſi adepta fuerit manus eius
50 redimat ſe. ¶ Et computabit cum eo qui
emit eum ab anno quo ſe uendidit ei, uſq;
ad annum Iobél, eritq; pecunia uenditionis
eius ſecđm numerum annorum, ſecđm dies
51 mercenarij, erit ſecum ¶ Si adhuc multũ
fuerit in annis, ſecđm eos reſtituet redem-
ptionem ſuam de argento emptionis ſuæ.
52 ¶ Si uero parum remanſerit in annis uſq;
ad annum Iobél, computabit ei, ſecđm an-
nos eius, reſtituet redemptionem ſuam.
53 ¶ Tanq; mercenarius, annus in anno erit
ſecum: non dominabitur ei dure in oculis
54 tuis. ¶ Si uero nõ ſe redemerit in his, egre
dietur in anno Iobél, ipſe, & filij eius ſecũ.
55 ¶ Quia mei ſunt filij Iſraél ſerui, ſerui mei
ſunt quos eduxi è terra Aegypti. Ego domi
nus deus ueſter.

Caplm. 26.

1 NOn facietis uobis idóla, &
ſculptile, & ſtatuam nõ erige
tis uobis, lapidem depictum
non ponetis in terra ueſtra, ut
incuruetis uos ei. Ego enim
2 dominus deus ueſter. ¶ Sab
bata mea cuſtodite, & ſanctuarium meum
3 timete, Ego domin᷒. ¶ Si in decretis meis
ambulaueritis, & præcepta mea ſeruaueri
4 tis, & feceritis ea. ¶ Dabo pluuiam ueſtrã
tempore ſuo, & dabit terra fructum ſuum,
5 & arbor agri dabit fructum ſuum. ¶ Ap-
prehendetq; uos tritura cum uindemia, &
uindemia apprehendet ſementem. Et come
detis panem ueſtrum in ſaturitate, & habi-
6 tabitis cõfidẽter in terra ueſtra. ¶ Daboq;
pacem in terra. Dormietis aũt, & nõ erit ex
terrens, & ceſſare faciã beſtiã malã è terra,
7 & gladius nõ trãſibit per terrã ueſtrã. ¶ Et
perſequemini inimicos ueſtros, & cadẽt co
8 ram uobis gladio. ¶ Perſequent̃ ex uobis
quinque, centũ, & centũ ex uobis decẽ milia
ꝑſequent̃, & cadẽt inimici ueſtri corã uobis

9 gladio. ¶ Et uertam me ad uos, & creſcere
faciã uos, & multiplicare faciã uos, & ſtatuã
10 pactũ meũ uobiſcũ. ¶ Et comedetis uetus
qđ ueteraſcit, & uet' ꝑpter nouũ educetis.
11 ¶ Et ponã tabernaculũ meũ in medio ue-
12 ſtri, & nõ abominabit̃ aĩa mea uos. ¶ Am-
bulabo aũt in medio ueſtri, eroq́ꝫ uobis in
13 deũ, & uos eritis mihi in pplm. ¶ Ego dñs
deus ueſter qui eduxi uos e terra Aegypti,
ne eſſetis eis ſerui, & cõfregi uirgas iugi ue
14 ſtri, & incedere feci uos firmiter. ¶ Si aũt
nõ audieritis mihi, neq́ꝫ feceritis oĩa præce-
15 pta iſta. ¶ Si decreta mea reprobaueritis,
& iudicia mea abominata fuerit aĩa ueſtra,
ut nõ faciatis oĩa præcepta mea ad irritãdũ
16 pactũ meũ. ¶ Etiã ego faciã hoc uobis. Vi-
ſitare faciã ſuper uos terrorẽ, tumorẽ & fe-
brem cõſumẽtes oculos, & dolore afficiẽtes
animã. Seretiſq́ꝫ fruſtra ſemen ueſtrũ, come-
17 detq́ꝫ illud inimici ueſtri. ¶ Dabo aũt irã
meã in uos, & corruetis corã inimicis uřis,
& dominabunt̃ uobis odio habẽtes uos, fu-
18 gietiſq́ꝫ, & nõ erit perſequẽs uos. ¶ Si aũt
adhuc in his non audieritis mihi, addam ut
corrigam uos ſepties ſup peccatis ueſtris.
19 ¶ Conterãq́ꝫ ſuperbiã fortitudinis ueſtræ,
ac dabo cœlũ ueſtrum ſicut ferrũ, & terram
20 ueſtrã ſicut æs. ¶ Et cõſumet̃ fruſtra uirtus
ueſtra, & nõ dabit terra ueſtra fructũ ſuum,
21 & arbor terræ non dabit fructũ ſuum. ¶ Si
aũt ambulaueritis mecũ ex aduerſo, & no-
lueritis audire mihi addam ſuper uos plagã
22 ſepties ſcđm peccata ueſtra. ¶ Mittãq́ꝫ in
uos beſtiã agri, & orbari faciet uos, & diſ-
perdet iumentum ueſtrũ, ac minuet uos, &
23 deſolabunt̃ uiæ ueſtræ. ¶ Et ſi in his nõ fue
ritis eruditi mihi, ſed ambulaueritis mecum
24 ex aduerſo. ¶ Ambulabo etiã ego uobiſcũ
ex aduerſo, & percutiã uos ſepties propter
25 peccata ueſtra. ¶ Et inducã ſuper uos gla-
dium ultorẽ ultionis, & cõgregabimini ad
urbes ueſtras, Mittãq́ꝫ peſtilentiã in medio
26 ueſtri, ac trademini in manu inimici. ¶ Dũ
cõfregero uobis baculũ panis, coquent de-
cem mulieres panem ueſtrũ in clibano uno,
reddẽtq́ꝫ panẽ ueſtrũ in pondere, & come-
27 detis, & nõ ſaturabimini. ¶ Si uero in hoc
nõ audieritis mihi, ſed ambulaueritis mecũ
28 ex aduerſo. ¶ Incedam uobiſcũ in furore
ex aduerſo, & corripiã uos etiã ego ſepties
29 ꝑpter pctã ueſtra. ¶ Comedetiſq́ꝫ carnem
filiorum ueſtrorum, & carnem filiarum ue-
ſtrarum comedetis. Diſſipabo autem excel-
ſa ueſtra, & diſperdam imagines ueſtras, &
ponam cadauera ueſtra ſuper cadauera ido-
lorum ueſtrorum, & abominabitur anima
30 mea uos. ¶ Daboq́ꝫ ciuitates ueſtras in de-
ſolationem, & deſolabo ſanctuaria ueſtra,
& non odorabo odorem quietis ueſtræ.
31 ¶ Et deſolare faciam ego terram. Obſtupe-
ſcentq́ꝫ ſuper eam inimici ueſtri qui habitãt
32 in ea. ¶ Et uos diſperdam in gentes, & eua
ginabo poſt uos gladium. Eritq́ꝫ terra ueſtra
deſolata, & ciuitates ueſtræ erunt in deſtru-
33 ctionem. ¶ Tunc perficiet terra ſabbata
ſua cunctis diebus quibus deſolata fuerit,
& eritis in terra inimicorum ueſtrorum, tũc
requieſcet terra, & perficiet ſabbata ſua.
34 ¶ Omnibus diebus quibus deſolata fue-
rit requieſcet, quibus non requieuit in ſab-
35 batis ueſtris, dum habitaſtis in ea. ¶ Et qui
remanſerint ex uobis, inducam teneritudi-
nem in cor eorum in terris inimicorum eo
rum, & perſequetur eos ſonus folij impulſi,
& fugient fugam gladij, & cadent, & non
36 erit qui perſequatur. ¶ Corruent autem
unuſquiſq́ꝫ in fratrem ſuum, tãq́ꝫ à facie gla
dij, & perſequẽs nõ erit, & nõ erit uobis ere
37 ctio corã inimicis ueſtris. ¶ Et peribitis in
gẽtibus, & cõſumet uos terra inimicorũ ue
38 ſtrorũ. ¶ Et qui remanſerint ex uobis diſ-
ſoluent̃ ꝑpter iniquitatẽ ſuã, in terris inimi
corũ ſuoꝝ, & etiam ꝑpter iniquitates patrũ
39 ſuorum ſecũ, liqueſcient. ¶ Confitebunturq́ꝫ
iniquitates ſuas, & iniquitates patrum ſuo-
rum ſecundum præuaricationem, qua præ-
uaricati ſunt in me, & etiam qua ambulaue-
40 runt mecum ex aduerſo. ¶ Etiam ego am-
bulabo uobiſcum ex aduerſo. Et inducã eos
in terram inimicoꝝ eoꝝ, uel tunc humiliabit
ſe cor eoꝝ incircũciſum, & tũc rogabũt pro
41 iniqtate ſua. ¶ Et recordabor pacti mei cũ
Iahacób, & ẽt pacti mei cũ Iſchac, & iſup pa
cti mei cũ Abrahám recordabor, & terræ me
42 mor ero. ¶ Et terra relinquet̃ ab eis, & per-
ficiet ſabbata ſua qñ deſolata fuerit ab eis,
& ipſi rogabũt ꝑ iniquitate ſua, eo ꝙ, & eo
ꝙ iudicia mea reprobauerũt, & decreta mea
43 abominata eſt aĩa eoꝝ. ¶ Etiam cũ eſſent in
terra inimicoꝝ ſuorum, nõ reprobaui eos, &
nõ abhominat' ſum eos, ut cõſumerẽ eos, ut
irritũ facerẽ pactũ meũ cum eis. Ego em̃ dñs
44 deus eoꝝ. ¶ Et recordabor eis pacti primo
rũ quos eduxi è terra Aegypti in oculis gen
45 tiũ, ut eſſem eis ĩ deũ. Ego dñs. ¶ Hæc ſunt
decreta, & iudicia, & leges quæ dedit dñs in
ter ſe, & filios Iſraél in monte Sinái per ma-
num Moſch.

Capitulum.27.

1 LOcutus eſt autem dominus
2 ad Moſéh dicendo. ¶ Lo-
quere ad filios Iſraél, & di-
ces ad eos. Vir ſi permuta-
re uoluerit uotum ſecundũ
æſtimationem animarũ do
3 mino. ¶ Erit æſtimatio maſculi à filio uiginti
annorum, uſq; ad filium ſexaginta annorũ erit
æſtimatio quinquaginta ſecli argentei, ſecun-
4 dum ſeclum ſanctuarij. ¶ Et ſi fœmina fue-
5 rit, erit æſtimatio triginta ſecli. ¶ Si à filio qu
q; annorum uſq; ad filium uiginti annorum
erit æſtimatio maſculi uiginti ſecli, fœminæ ue
6 ro decem ſecli. ¶ Et ſi à filio menſis, uſq; ad
filium quinq; annorum, erit æſtimatio maſculi
quinq; ſecli argentei, fœminæ uero æſtimatio
7 tres ſecli argẽtei. ¶ Et ſi a filio ſexaginta ãno
rum & ſupra, ſi maſcul⁹, æſtimatio quindecim
8 ſecli, fœminæ decẽ ſecli. ¶ Et ſi paupior ẽ æſti
matione ſtare faciet eum coram ſacardote, &
æſtimabit eum ſacerdos. Secundum quod ap-
præhendit manus uouentis, æſtimabit eum ſa-
9 cerdos. ¶ Et ſi animal fuerit de quo offerũt
oblationem domino, omne de quo dederit do
10 mino, erit ſanctitas. ¶ Non permutabit illud,
& nõ commutabit illud, bonum pro malo, uel
malum pro bono. Et ſi cõmutando commuta-
uerit iumentum cum iumento, & illud, & com
11 mutatio eius erit ſanctitas. ¶ Et ſi fuerit om-
ne animal immũdum, de quo non offerũt obla
tionem domino, ſtatuet animal coram ſacerdó
12 te. ¶ Et æſtimabit ſacerdos illud tam bonum
q̃ malum, ſecundum æſtimationem ſacerdo-
13 tis ſic erit. ¶ Si uero redimendo redemerit
illud, addet quintam eius partẽ ſecũdm æſtima-
14 tionem. ¶ Vir autem cum ſanctificauerit do-
mum ſuã ſanctitatem domino, æſtimabit eam
ſacerdos tam bonam q̃ malam, ſecundum ꝙ
æſtimauerit eam ſacerdos, ſic confirmabitur.
15 ¶ Si autem ſanctificans redemerit domũ ſuã
addet quintam partem pecuniæ ſecũdum æſti
16 mationem ſuper eum, & erit ſibi. ¶ Si uero
quippiam de agro poſſeſſionis ſuæ ſanctifica-
uerit uir domino, erit æſtimatio ſecundum ſe-
mentem eius, ſementis cori hordeorum quin-
17 quaginta ſecli argentei. ¶ Si ab anno Iobél
ſanctificauerit agrum ſuũ, ſecundum æſtima-
18 tionem confirmabitur. ¶ Si uero poſt Iobél
ſanctificauerit agrum ſuum, ſupputabit ei ſa-
cerdos pecuniam ſecundum annos qui rema-
nent uſq; ad annum Iobél, et diminuet de æſti
19 matione. ¶ Et ſi redimendo redemerit agrũ
qui ſanctificauit eum, addet quintam partem
pecuniæ ſecundum æſtimationem ſuper eum,
20 & confirmabitur ei. ¶ Si autem non redeme
rit agrum, & ſi uendiderit agrum uiro alteri,
21 non redimetur amplius. ¶ Sed erit ager poſt
q̃ exierit in Iobél, ſãctitas domino, ſicut ager
22 anathematis ſacerdoti erit poſſeſſio ei⁹. ¶ Si
uero agrum emptionis ſuæ, qui nõ eſt de agro
23 poſſeſſiõis ſuæ, ſãctificauerit domino. ¶ Sup
putabit ei ſacerdos numerum æſtimatiõis uſq;
ad annum Iobél, dabitq; æſtimationem in die
24 ipſa, ſanctitatem domino. ¶ In anno Iobél re
uertetur ager ad eum qui emit eum á ſe, ei cui
25 eſt poſſeſſio terræ. ¶ Omĩs autem æſtimatio
erit ſecundum ſeclum ſanctuarij. Viginti obo-
26 lorum eſt Sechél. ¶ Verumtamen primoge
nitum oblatũ domino inter aĩalia non ſancti-
ficabit uir illud, ſiue bos, ſiue ouis, domini eſt.
27 ¶ Si uero fuerit ex animalibus immundis, re
dimet ſecundum æſtimationem, & addet quin
tam partem eius ſuper eam, & ſi non redima-
28 tur, uendatur ſecundum æſtimationem. ¶ Ve
rũtamen omnis conſecratio, quam conſecra-
bit uir domino, ex omnibus quæ ſunt ſibi, ab
homine, & animali, et ab ãgro poſſeſſiõis eius,
29 non uendetur, & non redimetur. ¶ Omnis
conſecratio ſanctitas ſanctitatum erit domino.
Omnis conſecratio quæ conſecrabitur ab ho-
mine non redimetur: Moriendo morietur.
30 ¶ Omnis autem decima terræ de ſemine ter-
ræ, de fructu ligni, domini eſt, ſanctitas domi-
31 no. ¶ Si uero redimendo redemerit de deci-
ma ſua, quintam eius partem addet ſuper eam.
32 ¶ Et omnes decimæ boum, & ouium, omniũ
quæ tranſeunt ſub uirga, decimum erit ſancti-
33 tas domino. ¶ Non quæret utrum bonum an
malum, & non permutabit illud. Et ſi cõmutã-
do commutauerit, erit illud, & cõmutatio eius
34 erit ſanctificatio, non redimetur. ¶ Iſta ſunt
præcepta, quæ præcepit dominus Moſéh ad fi
lios Iſraél in monte Sinái.

¶ Explicit liber Leuiticus. Inter-
prete Sancte Pagnino Lucẽſi. Or-
dinis predicatorum.

¶ INCIPIT LIBER VAIDABBER: ID EST ET LOCVTVS EST, QVI NVMERORVM APPELLATVR LIBER. INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI PRAEDIGATORII OR. SACRAE THEOLOGIAE PROFES. Capitulum. I.

1 ET locutꝰ eſt do
minus ad Mo
ſéh in deſerto
Sinái, in taber
naculo ccclíx,
in una menſis
ſecundi, anno
ſecundo, quo
egreſſi ſunt è
terra Aegypti
2 dicendo. ¶ Capite ſummã omnis cœtus filio
rum Iſraél per familias ſuas, per domum patrũ
ſuorum, ſecundum numerum nominum, om
3 nem maſculum per capita eorum. ¶ A filio ui
ginti annorum, & ſupra, Omnem egrediẽtem
ad pugnam in Iſraél numerabitis eos per exer
4 citus ſuos tu, & Aharón. ¶ Et uobiſcum erũt
ſinguli uiri per tribus. Vir caput domus patrũ
5 ſuorum erit. ¶ Et hæc ſunt nomina uirorum,
qui ſtabunt uobiſcum. De Reubén, Eliſúr fi
6 lius Sedéur. ¶ De Simhón, Selumiél filꝰ Su
7 rí ſaddái. ¶ De Iehudáh, Nachſón filꝰ Ham
8 minadáb ¶ De Iſaſchár, Nethanél filius Su
9 hár. ¶ De Zebulún, Eliáb filꝰ Chelõ. ¶ De
10 filijs Ioſéph, de Ephráim Eliſamáh filꝰ Ham
11 miúd. ¶ De Menaſſéh, Ghamliél filꝰ Pédha
12 ſúr. ¶ De Biniamín, Abidán filius Ghidho
13 ní. ¶ De Dan, Achihézer filꝰ Hammiſaddái.
14 ¶ De Aſér, Paghiél filius Hochrán. ¶ De
15 Ghad, Eliaſáph filius Dehuél. ¶ De Naph
16 thali, Achiráh filius Henán. ¶ Iſti ſunt maio
17 res ſynagogæ, principes tribuum patruum eo
18 rum. Capita milium Iſraél erãt. ¶ Et accæpit
Moſéh, & Aharõ uiros iſtos qui numerati ſunt
19 per nomina. ¶ Et omnem ſynagogam cõgre
gare fecerunt in una menſis ſecundi. Et oſten
derũt natiuitatem ſuam per familias ſuas, per
domum patrum ſuorum, ſecundum numerum
nominum à filio uiginti annorũ, & ſupra, per
20 capita ſua. ¶ Quemadmodum præcepit do
minus ipſi Moſéh, & numerauit eos in deſerto
21 Sinái. ¶ Et fuerunt filij Reubén primogeni
ti Iſraél per generatiões ſuas, per familias ſuas
per domum patrum ſuorum, ſecundum nume
rum nominum, per capita ſua, omĩs maſculus
à filio uiginti annorum, & ſupra, omnis egre
22 diens ad pugnam. ¶ Numeri eorum de tribu
Reubén, ſex & quadraginta milia, & quingẽ
23 ti. ¶ De filijs Simhón per generatiões ſuas,
per familias ſuas, per domum patrũ ſuorũ, per
numeros eius, ſecũdum numerum nominum,
per capita ſua, omnis maſculus à uiginti annis,
24 & ſupra, omĩs egrediens ad pugnam. ¶ Nu
meri eorum de tribu Simhón, nouem, & quin
25 quaginta milia, & trecenti. ¶ De filijs Ghad
per generatiões ſuas, per familias ſuas, per do
mũ patrum ſuorum, ſecundum numerũ nomi
nũ à filio uiginti annorũ, & ſupra, omnis egre
26 diens ad pugnã. ¶ Numeri eorum de tribu
Ghád quinꝗ & quadraginta milia, & ſexcẽti
27 quinquaginta. ¶ De filijs Iehudáh per gene
rationes ſuas, per familias ſuas, per domum pa
trum ſuorum, ſecundum numerum nominum
à filio uiginti annoꝝ, & ſupra, omĩs egrediẽs
28 ad pugnã. ¶ Numeri eoꝝ de tribu Iehudáh,
quatuor, & ſeptuaginta milia, & ſexcenti.
29 ¶ De tribu Iſaſchár per gñationes ſuas, per
familias ſuas, per domũ patrum ſuorum, ſecũ
dum numerum nominum à filio uiginti anno
rum & ſupra, omnis egrediens ad pugnam.
30 ¶ Numeri eorũ de tribu Iſaſchár quatuor,
31 & quinquaginta milia, & quadringẽti. ¶ De
tribu Zebulún per generationes ſuas, ꝑ fami
lias ſuas, ꝑ domũ patrũ ſuoꝝ, ſecundũ nume
rum nominum à filio uiginti annoꝝ, & ſupra.
32 omnis egrediens ad pugnam. ¶ Numeri eo
rũ de tribu Zebulún ſeptem, & quinquaginta
33 milia, & quadringẽti ¶ De filijs Ioſéph, de
filijs Ephráim ꝑ gñatiões ſuas, ꝑ familias ſuas,
per domũ patrũ ſuoꝝ, ſecundũ numerũ noĩm
à filio uiginti annoꝝ, & ſupra, omĩs egrediẽs
34 ad pugnã. ¶ Numeri eoꝝ de tribu Ephráim
35 quadraginta milia, & quingenti. ¶ De tribu
Menaſſéh ꝑ gñationes ſuas, ꝑ familias ſuas, ꝑ
domũ patrũ ſuoꝝ, ſcd̃m nũerũ nominũ à filio
uiginti ãnoꝝ & ſupra, oĩs egrediẽs ad pugnã.
36 ¶ Numeri eoꝝ de tribu Menaſſéh duo, & tri
37 ginta milia, & ducẽti. ¶ De filijs Biniamín ꝑ
generatiões ſuas, ꝑ familias ſuas, per domũ pa
trũ ſuoꝝ, ſecundũ numerum nominũ à filio ui
ginti annoꝝ, & ſupra, omnis egrediẽs ad pu
38 gnã. ¶ Numeri eorũ de tribu Biniamín, quinꝗ
39 & triginta milia, & quadringẽti. ¶ De filijs
Dan per gñatiões ſuas, per familias ſuas, ꝑ do
mũ patrũ ſuoꝝ ſecũdũ numerũ nominũ à filio
uiginti annoꝝ, & ſupra, omĩs egrediẽs ad pu
40 gnã. ¶ Numeri eoꝝ de tribu Dan, duo, & ſe
41 xaginta milia, & ſeptingẽti. ¶ De filijs Aſér
per gñationes ſuas, ꝑ familias ſuas, ꝑ domũ pa
trũ ſuoꝝ ſcd̃m numerũ noĩm à filio uiginti an
42 noꝝ, & ſupra, oĩs egrediẽs ad pugnã. ¶ Nu
meri eoꝝ de tribu Aſér, unus & quadraginta

43 milia,& quingenti. ¶ De filijs Naptalí per
generationes ſuas,per familias ſuas, per do
mum patrum ſuorum,ſecundum numerum
nominũ à filio uiginti annorũ,& ſupra, oĩs
44 egrediẽs ad pugnam, ¶ Numeri eorum de
tribu Naphthalí tria,& quinquaginta milia
45 & quadringenti ¶ Iſti ſũt numeri quos nu
merauit Moſch,& Aharón, & principes Iſ-
raél duodecim uiri. Vir unus per domum pa
46 trum ſuorum fuerunt. ¶ Et fuerunt omnes
numeri filiorum Iſraél per domum patrum
ſuorum à filio uiginti annorũ,& ſupra,oĩs
47 egrediẽs ad pugnã in Iſraél. ¶ Fuerũt oẽs
numeri ſexcẽta milia,& tria milia, & quin-
48 genti,& quinquaginta. ¶ Leuitæ per tribũ
patrum ſuorũ nõ fuerũt numerati in medio
49 eorũ. ¶ Et locutus eſt dominus ad Moſch
dicendo. Veruntamen tribum Leui non nu-
merabis,& ſummam eorum nõ capies in me
50 dio filiorum Iſraél ¶ Et tu præfice Leuitas
ſuper tabernaculum teſtimonij.& ſuper om
nia uaſa eiꝰ, & ſuper omnia quæ ſunt ei. Ipſi
portabũt tabernaculum,& omnia uaſa eius,
& ipſi miniſtrabũt ei,& in circuitu taberna
51 culi manebũt. ¶ Et quãdo proficiſcetur ta-
bernaculum deſcẽdere faciẽt illud Leuitæ,
& quãdo manebit tabernaculũ ſtare faciẽt
illud Leuitæ, & extraneus qui appropinqua
uerit,morieť.Et caſtrametabũtur filij Iſraél
unuſqſq; iuxta caſtra ſua, & unuſqſq; iuxta
52 uexillũ ſuũ per exercitus ſuos. ¶ Et Leuitæ
caſtrametabũtur in circuitu tabernaculi te-
Cades, & retulerunt eis rẽ, & omni cœtui, &
27 oſtenderunt eis fructum terræ. ¶ Et narraue-
runt ei, & dixerunt. Venimus ad terrã ad quã
miſiſti nos, & etiam fluens lacte, & melle eſt,
28 & hic fructus eius. ¶ Niſi ꝙ fortis eſt popu-
lus, q habitat ĩ terra, & urbes munitæ magnæ
ualde ſunt. Et etiam liberos Hanách uidimus
29 ibi. ¶ Hamaléch habitat in terra meridiana;
et Chittæus, & Iebuſæus, & Emoræus habi-
tat in mõte, et Chenáhanæus habitat iuxta ma
30 re, & iuxta ripam Iardén. ¶ Et tacere fecit
Chaléb populum contra Moſéh. Et dixit. Aſcẽ
dendo aſcendamus, & hæreditate accipiemus
31 eam, quia præualẽdo præualebimus ei. ¶ Et
uiri qui aſcenderunt cum eo dixerunt. Non po
terimus aſcẽdere ad populum, quia fortior eſt
32 nobis. ¶ Et protulerunt infamiã terræ, quam
explorauerunt filijs Iſraél dicendo. Terra per
quam tranſiuimus ad explorandum eam, ter-
ra conſumens habitatores ſuos eſt: & om̃is po
pulus quem uidim' in medio eius, uiri magna-
33 rum menſurarum ſunt. ¶ Et ibi uidimus Gy-
gantes filios Hanách de Gygantibus, & fui-

maſi ī oculis noſtris ſicut locuſtæ: & ſic eramus
in oculis eorum.

Capitulum.14.

1 ET eleuauit omnis cœtus, & dederūt
uocem ſuam, & fleuerunt populus
2 nocte ipſa. ¶ Et murmurauerunt
aduerſum Moſéh, & aduerſum Aha
rón omnes filij Iſraél, & dixerunt ad eos om̄is
cœtus. Vtinam mortui eſſemus in terra Aegy
pti, uel in deſerto hoc. Vtinam mortui eſſem⁹.
3 ¶ Et ut quid dominus uenire facit nos ad ter
ram hanc, ut caderem⁹ gladio? Vxores noſtræ,
paruuli noſtri eſſent in prædam. Nunquid non
bonum erat nobis, ut reuerteremur in Aegy-
4 ptum? ¶ Et dixerunt unuſquiſq; ad fratrem
ſuum. Ponamus caput, & reuertamur in Aegy
5 ptum. ¶ Et proiecit ſe Moſéh & Aharón
ſuper facies ſuas coram cœtu congregationis
6 filiorum Iſraél. ¶ Et Iehoſúah filius Nun, &
Chaléb filius Iephunnéh de explorantib⁹ ter
7 ram, ſciderunt ueſtimenta ſua. ¶ Et dixerunt
ad omnem congregationem filiorum Iſraél di
cendo. Terra per quā tranſiuimus ad explorā
8 dum eam, bona terra eſt ualde ualde. ¶ Si cō
placuerit in nobis domin⁹, & uenire faciet nos
ad terram hāc, & tradet eam nobis, terrā quæ
9 eſt fluens lacte & melle. ¶ Verūtamen con-
tra dominum ne ſitis rebelles. Et nos ne timea-
tis populū terræ, quia ueluti panis noſter ſunt.
Receſſit protectio eorum ab eis, & domin⁹ eſt
10 nobiſcum. Ne timeatis eos. ¶ Et dixerunt om
nis congregatio ut lapidarent eos lapidibus.
Et gloria domini apparuit in tabernaculo ec-
11 cleſiæ omnibus filijs Iſraél. ¶ Et dixit domi-
nus ad Moſéh. Vſq; quo irritabūt me populus
iſte? Et uſq; quo non credēt mihi in omnibus
12 ſignis, quæ feci in medio eius? ¶ Percutiam
eum peſte, & expellam eū, & faciam te ingen
13 tem magnam, & robuſtiorem eo. ¶ Et dixit
Moſéh ad dominū. Et audient Aegytij ꝙ aſcē-
dere feciſti in fortitudine tua populum iſtum è
14 medio eius. ¶ Et dicent ſuper habitatorē ter
ræ hui⁹. Audierunt ꝙ tu es dn̄e in medio popu
li iſtius: ꝙ oculo ad oculum conſpiceris domi-
ne. Et nubes tua ſtat ſuper eos, & in columna
nubis ambulas ante eos in die, & in columna
15 ignis in nocte. ¶ Et mori feceris populū iſtū
tanq; uirum unū: et audient gentes quæ audie
16 runt auditum tuū dicendo. ¶ Quia non po-
teſt dn̄s introducere populum iſtum in terram
ſuper quam iurauit eis, occidit eos in deſerto.
17 ¶ Et nunc magnificetur obſecro fortitudo
dn̄i, Quēadmodū locutus eſt dicēdo. Dn̄s tar-
dus ad irā, & multus miſericordia, portans ini
quitatē, & præuaricationē, & mūdando non

mundū iudicabit, uiſitans iniquitatē patrū ſup
18 filios, ſup tertios, & ſuper quartos. ¶ Parce
obſecro iniquitati populi iſtius ſecūdū magni-
tudinem miſericordiæ tuæ, & quēadmodū pe
19 perciſti poplo iſti ab Aegypto uſq; huc. ¶ Et
dixit dn̄s. Peperci ſecundum uerbum tuum.
20 ¶ Et pfecto uiuo ego, & implebit gloria do
21 mini omnem terram. ¶ Quia oēs uiri qui ui
derūt gloriam meam, & ſigna mea quæ feci in
Aegypto, & in deſerto, & tentauerūt me iam
22 decē uicibus, & nō paruerūt uoci meæ. ¶ Si
uiderint terrā ſuper quā iuraui patribus eorꝝ.
23 Et omnes irritantes me, nō uidebunt eā. ¶ Et
ſeruum meū Chaléb pro eo ꝙ fuit ſpirit⁹ alter
cum eo, & perfecit ut iret poſt me, introducā
eū in terram ad quam uenit, & ſemen ei⁹ hære
24 ditate accipiet eā. ¶ Et Hamalechita, & Che
nahanæus habitat in ualle. Cras uertite uos, &
proficiſcimini uobis in deſertum per uiam ma
25 ris Suph. ¶ Et locutus ē dn̄s ad Moſéh, & ad
Aharón dicendo. Vſq; quo congregationē ma
lam iſtam quæ murmurat aduerſum me, mur-
murationes filiorꝝ Iſraél qui murmurāt aduer
25 ſum me, audiam? ¶ Dic ad eos. Viuo ego, di-
xit dominus. Si non quēadmodum locuti eſtis
27 in auribus meis, ſic fecero uobis. ¶ In deſerto
iſto cadent cadauera ueſtra, & omnes numeri
ueſtri ſecūdum oēm numerum ueſtrum à filio
uiginti annorꝝ, & ſupra, q murmuraſtis aduer
ſum me: ſi uos ingreſſi fueritis terrā, ſup quā
leuaui manū meam, ut habitare facerē uos in
ea, niſi Chaléb filium Iephunnéh, & Iehoſúah
28 filiū Nun. ¶ Et paruulos uſos de quibus di-
xiſtis, in prædam erūt, introducā eos, & ſciēt
29 terram, quā deſpexiſtis. ¶ Et cadauera ueſtra
30 cadent in deſerto iſto. ¶ Et filij ueſtri erunt
paſcentes in deſerto quadraginta ānos, & por
tabunt fornicationes ueſtras, donec cōſumen-
31 tur cadauera ueſtra in deſerto. ¶ Secundum
numerū dierum quibus exploraſtis terrā qua-
draginta diebus. Diem pro anno, diē pro an-
no portabitis pœnam iniquitatum ueſtrarum
quadraginta annis. Et cognoſcetis ultionem
23 meā. ¶ Ego dn̄s locutus ſum. Si non hoc fece
ro omni congregationi malæ iſtæ, quæ cōuene
runt aduerſum me. In deſerto iſto cōſumētur,
33 & ibi morientur. ¶ Et uiri quos miſit Moſéh
ad explorandū terram, & reuerſi ſunt, & mur
murare fecerūt aduerſum eū, oēm congrega-
tionē iſtam, educendo famam malam ſuper ter
34 ram. ¶ Morientur uiri educentes famā terræ
35 malam percuſſiōe coram dn̄o. ¶ Et Iehoſúah
filius Nun, & Chaléb filius Iephunnéh uixe-
runt ex uiris ipſis, qui perrexerant ad explo-
36 randū terram. ¶ Et locutus eſt Moſéh uerba

iſta ad omnes filios Iſraél, & luxerũt popu-
37 lus ualde. ℂ Et ſurrexerunt mane, & aſcen
derunt ad uerticem montis dicẽdo. Ecce nos
& aſcẽdemus ad locum quem dixit domin⁹,
38 quia peccauim⁹. ℂ Et dixit Moſéh. Vt quid
trãſgredimini ſermonẽ domini? & ipſe non
39 proſperabitur. ℂ Ne aſcẽdatis, quia non eſt
domin⁹ in medio ueſtri, ne percutiamini co-
ram inimicis ueſtris. Quia Hamalechita, &
Chanáhanæ⁹ eſt ibi ante nos. & cadetis gla-
dio. Idcirco. n. reuerſi eſtis, ne iretis poſt do-
40 minum, & nõ erit dñs uobiſcũ. ℂ Et tñ fe-
cerũt, ut aſcẽderent ad uerticem montis. Et
arca fœderis domini, & Moſéh non receſſe-
41 rãt è medio caſtrorum. ℂ Et deſcẽdit Hama
lechita, & Chenahanæus habitans in monte
ipſo, & percuſſerunt eos, & cõtriuerunt eos
uſq; ad Chormáh.

Caplm. 15.

1 ET locutus eſt dominus ad Moſéh
2 dicendo. ℂ Loquere ad filios Iſ-
raél, & dices ad eos. Cum ingreſſi
fueritis terrã habitationũ ueſtra-
3 rum. quas ego do uobis. ℂ Et feceritis ſacri
ficiũ domino holocauſtum, uel ſacrificium,
ut permutetis uotum uel in oblatione ſpon-
tanea, uel in ſolẽnitatibus ueſtris, ut faciatis
odorẽ quietis dño de bobus uel de pecudi-
4 bus. ℂ Offeret offerẽs oblationem ſuã domi
no ſacrificiũ ſimilæ decimũ permixtũ cum
5 quarto hin olei. ℂ Et uini ꝑ libamine quar-
tum hin facies ſuper holocauſtũ, uel ſup ſa-
6 crificiũ pro agno uno. ℂ Vel pro ariete fa-
cies ſacrificiũ ſimilæ duarũ decimarum per
7 mixtum oleo tertiũ hin. ℂ Et uini ꝑ libami
ne tertiũ hin offeres in odorẽ quietis domi-
8 no. ℂ Et ſi feceris filiũ bouis holocauſtũ, uel
ſacrificiũ ad ꝑmutãdũ uotũ, uel pacifica do
9 mino. ℂ Offeret ſup filiũ bouis oblationẽ ſi
milã triũ decimarũ ꝑmixtã oleo, & dimidiũ
10 hin. ℂ Et uinum offeres ꝑ libamĩe dimidiũ
11 hin. in ſacrificiũ odoris quietis dño. ℂ Sic
fiet boui uno, uel arieti uno, uel pecudi tam
12 de ouib⁹, q̃ de capris. ℂ Secũdũ numerum
quẽ facietis, ſic facietis uni ſecũdũ numerũ
13 eorũ. ℂ Omnis ciuis faciet ſic, & iſta dũ ob-
14 tulerit ſacrificiũ odoris quietis dño. ℂ Et ſi
peregrinat⁹ fuerit uobiſcũ peregrin⁹, uel q
eſt ĩ medio ueſtri ꝑ gñationes ueſtras, & fece
rit ſacrificiũ odoris quietis dño, quẽadmo-
15 dum facietis, ſic faciet. ℂ O cõgregatio, ſta
tutum unũ eſt uobis, & peregrino qui pere
grinatur. Statutum perpetuum per genera-
tiones ueſtras ſicut uos, ſic & peregrin⁹ erit
16 corã domino. ℂ Lex una, & norma una erit
uobis, & peregrino q peregrinat̃ uobiſcũ.
17 ℂ Et locut⁹ eſt dñs ad Moſéh dicẽdo. ℂ Lo
18 quere ad filios Iſraél, & dices ad eos. Cum
ingreſſi fueritis terrã ad quam ego ingredi
19 facio uos. ℂ Erit, cũ comederitis de pane
20 terræ, eleuabitis eleuationẽ dño. ℂ Princi
piũ paſtarũ ueſtrarũ, placẽtã eleuabitis ele-
uationẽ, ſcd'm eleuationẽ areæ, ſic eleuabi-
21 tis eam. ℂ De primitijs paſtarum ueſtrarũ
dabitis dño, eleuationẽ per gñationes uſas.
22 ℂ Et ſi erraueritis, & nõ feceritis oĩa præ-
cepta iſta quæ locutus eſt domin⁹ ad Moſéh.
23 ℂ Oĩa quæ præcepit dñs uobis per manũ
Moſéh à die qua præcepit uobis, & ultra ꝑ
24 generatiões ueſtras. ℂ Erit, ſi ab oculis cõ-
gregationis factũ fuerit per errorẽ. faciet
omnis cõgregatio iuuẽcũ filiũ bouis unum
in holocauſtũ in odorẽ quietis dño, & obla
tionẽ eius, & libamen eius: ſcd'm normam,
25 & hircũ caprarũ unũ pro pctõ. ℂ Et expia-
bit ſacerdos omnẽ congregationẽ filiorum
Iſraél, & parcetur eis, quia error eſt. Et ipſi
afferẽt oblationem ſuam, ſacrificiũ dño, &
oblationẽ pro peccato ſuo coram dño ſuper
26 errore ſuo, ℂ Et parcetur uniuerſæ congre
gationi filiorũ Iſraél, & peregrino qui pere-
grinatur in medio eorũ, quia uniuerſo popu
27 lo per errorẽ. ℂ Et ſi anima una peccauerit
per errorẽ, offerte caprã anniculã pro pctõ.
28 ℂ Et expiabit ſacerdos animã errantẽ, cũ
peccauerit per errorẽ coram dño, & expia-
26 bit eam, & remittet̃ ei. ℂ Ciui inter filios
Iſraél, & peregrino qui peregrinatur inter
eos, lex una erit uobis facienti per errorem.
30 ℂ Et aĩa quæ fecerit in manu excelſa, tam
ciuis q̃ peregrinus, dominũ probris afficit,
31 excidet̃ aĩa ipſa è medio ppli ſui. ℂ Quia
uerbũ dñi ſpreuit, & mãdatũ eius irritauit,
excidẽdo excidetur aĩa ipſa pœna iniquita-
32 tis eius ſuper eam. ℂ Et fuerũt filij Iſraél in
deſerto, & inuenerũt uirũ colligentẽ ligna
33 in die ſabbati. ℂ Et accedere fecerunt eum
qui inuenerũt eũ colligẽtẽ ligna ad Moſéh,
34 & Aharón, & uniuerſã cõgregationẽ. ℂ Et
poſuerũt eũ in cuſtodia: quia nõ erat expo-
35 ſitum, quid fiendũ eſſet ei. ℂ Et dixit domi
nus ad Moſéh. Moriendo morietur uir, lapi-
dabit eũ lapidibus omnis cõgregatio extra
36 caſtra. ℂ Et eduxerunt eum omnis cõgre-
gatio extra caſtra, & lapidauerũt eum lapi
dibus, & mortu⁹ eſt, quẽadmodũ præcepit
37 dñs Moſéh. ℂ Et dixit dñs ad Moſéh dicẽdo
38 ℂ Loq̃re ad filios Iſraél, & dices ad eos. Et
faciant ſibi fimbriã in angulis ueſtimentorũ

ſuorum per generationes ſuas.Et ponent in
39 fimbria anguli filum hyacinthinum. ¶ Et
erit uobis in fimbriã,& uidebitis eam,& re
cordabimini omniũ præceptorũ domini. Et
facietis ea, & nõ explorabit cor ueſtrum,&
oculos ueſtros,poſt quos uos fornicamini.
40 ¶ Vt recordemini,& faciatis omnia præ-
41 cepta mea,& ſitis ſancti deo ueſtro.¶ Ego
dominus deus ueſter qui eduxi uos è terra
Aegypti, ut eſſem uobis in deum. Ego dñs
deus ueſter. Caplm.16.
1 ET tulit ſeipſum ad partem Córach
filius Iſhár filij Chehách filij Leui,
& Dathán, & Abiróm filij Eliáb,
2 & On filius Péleth filij Reubén. ¶ Et ſur-
rexerunt contra Moſch,& uiri è filijs Iſraél
quinquaginta,& ducẽti prĩcipes cõgrega
3 tionis, maiores cõcilij uiri nominati. ¶ Et
cõgregauerunt ſe aduerſum Moſch,& Aha
rón,& dixerunt ad eos.Sat eſt uobis ꝙ oĩs
congregatio uniuerſi ipſi ſancti ſunt, & in
medio coꝝ eſt dñs.Et cur eleuatis uos ſuper
4 cõgregationẽ dñi? ¶ Et audiuit Moſch,&
5 proiecit ſe ſuper faciẽ ſuam. ¶ Et locutus
eſt ad Córach,& ad omnẽ cõgregationem
eius dicẽdo.Mane notũ faciet dñs eum qui
eſt ſuus , & ſanctum appropinquare faciet
ſibi, & quem elegerit, appropinquare fa-
6 ciet ſibi . ¶ Hoc facite . Capite acerras
7 Córach,& oĩs cõgregatio ei⁹.¶ Et ponite
in eis ignẽ,& ponite in eis ſuffitũ corã dño
cras.Et erit uir quẽ elegerit dñs ipſe ſanct⁹.
8 Sufficit uobis filij Leui. ¶ Et dixit Moſch
9 ad Córach.Audite quæſo filij Leui. ¶ Nun
quid parum uobis eſt ꝙ ſeparare fecit deus
Iſraél uos a congregatione Iſraél,ut appro-
pinquare faceret uos ſibi,ut faceretis opus
tabernaculi domini,& ſtaretis coram con-
10 gregatione, ut miniſtraretis ei.¶ Et appro
pinquare fecit te,& oẽs fratres tuos filios
11 Leui tecũ,ut quæratis etiã ſacerdotiũ? ¶ Id
circo tu,& omnis cõgregatio tua,quæ con
gregata eſt cõtra dñm,& Aharón,quid eſt,
12 quia murmuraſti aduerſum eũ. ¶ Et miſit
Moſch ad uocãdũ Dathán, & Abiróm filios
13 Eliáb.& dixerũt.Non aſcendemus. ¶ Nun
quid parũ eſt ꝙ aſcẽdere feciſti nos è terra
fluẽte lacte,& melle, ut mori faceres nos in
deſerto, quia principem facis te ſuper nos
14 principatũ gerẽdo? ¶ Etiã nõ ad terrã fluẽ
tem lacte,& melle uenire feciſti nos, neqꝫ de
diſti nobis hæreditatẽ agri,& uineæ.Nũqd
oculos uiroꝝ iſtoꝝ effodies? Nõ aſcẽdemus.
15 ¶ Et irat⁹ eſt Moſch ualde,& dixit ad dñm.
Ne reſpicias ad oblationẽ eorum.Non aſinũ
unũ ab eis accæpi,neqꝫ malefeci uni ex eis.
16 ¶ Et dixit Moſch ad Córach. Tu,& oĩs cõ-
gregatio tua eſtote corã dño, tu & ipſi,&
17 Aharón cras.¶ Et capite unuſquiſqꝫ acerrã
ſuã,& ponetis in eis ſuffitum, & appropin-
quare facietis corã dño unuſquiſqꝫ acerram
ſuã,quinquaginta,& ducẽtas acerras. Et tu
& Aharón unuſquiſqꝫ acerrã ſuã, & ponite
in eis ignẽ,& ponite in eis ſuffitũ, & ſtẽt ad
oſtiũ tabernaculi eccleſiæ,& Moſch,& Aha
18 rón.¶ Et cõgregare fecit aduerſus eos Có
rach uniuerſam cõgregationẽ ad oſtiũ taber
naculi eccleſiæ,& cõſpecta eſt gloria domi-
19 ni uniuerſæ cõgregationi. ¶ Et locutus eſt
20 domin⁹ ad Moſch,& Aharón dicẽdo.¶ Se-
parate uos è medio cõgregatiõis iſti⁹, & cõ
21 ſumam eos in momento. ¶ Et proiecerunt
ſe ſuper facies ſuas,& dixerunt.Deus Deus
ſpirituũ oĩs carnis.Vir unus peccauit,& cõ-
22 tra uniuerſam cõgregationẽ iraſceris? ¶ Et
23 locutus eſt domin⁹ ad Moſch dicẽdo. ¶ Lo-
quere ad cõgregationẽ dicẽdo. Tollite è cir
cuitu tabernaculi Córach Dathán & Abirõ.
24 ¶ Et ſurrexit Moſch,& perexit ad Dathã,&
Abirón. Et perrexerunt poſt eum ſeniores
25 Iſraél. ¶ Et locutus eſt ad cõgregationẽ di-
cendo.Recedite quæſo à tabernaculis uiro-
rum impiorum iſtoꝝ,& ne attingatis omnia
quæ ſunt eis,ne forte pereatis in omnib⁹ pec
26 catis eorum. ¶ Et diſceſſerunt à taberna-
culo Córach,Dathán,& Abiróm è circuitu,
Et Dathán,& Abiróm egreſſi ſunt ſtãtes ad
oſtiũ tabernaculoꝝ ſuorum, & uxores eoꝝ,
27 & filij eoꝝ, & puuli eoꝝ.¶ Et dixit Moſch.
In hoc ſcietis ꝙ dñs miſit me ut faciã oĩa opa
28 hæc,ꝙ nõ de corde meo.¶ Si ut moriũt oẽs
hoĩes morient iſti,& uiſitatione hoĩm uiſita-
29 bitur ſuper eos,nõ dñs miſit me.¶ Et ſi erea
tionẽ creauerit dominus aperuerit terra os
ſuũ , & deglutiuerit eos, & oĩa quæ ſunt eis
& deſcẽderint uiuẽtes in infernum ſcietis ꝙ
30 cõtẽpſerũt uiri iſti dñm.¶ Et fuit cũ cõſum
maſſe loqui oĩa uerba iſta,rupit ſe terra quæ
31 erat ſub eis.¶ Et aperuit terra os ſuũ, & de
glutiuit eos.& domos eoꝝ, & oẽs hoĩes qui
32 erãt Córach,& oẽm ſubſtãtiã.¶ Et deſcen-
derũt ipſi,& oẽs qui erãt cũ eis uiuẽtes in in
fernũ,& operuit eos terra. Et perierũt è me
33 dio cõgregatiõis.¶ Et oĩs Iſraél qui erãt in
circuitu eoꝝ,fugerũt à uoce eoꝝ.Dixerunt
34 eñ.Ne forte degluttat nos terra. ¶ Et ignis
egreſſus eſt à dño,& cõſumpſit quinquagin
35 ta & ducẽto uiros offerẽtes ſuffitũ. ¶ Et lo-
36 cut⁹ dñs ad Moſch dicẽdo. ¶ Dic ad Eláazar
filium Aharón ſacerdotem, ut tollat acerras

combuſtione, & ignem diſpergat ultra, quia
37 ſanctificatæ ſunt. ¶ Acerræ peccatorum iſto
rum in animabus eorum. Et facient ex eis extē
ſas laminas in opertoriū pro altari. Quia obtu
lerunt eas coram domino, & ſanctificatæ ſunt,
38 & erunt in ſignum filijs Iſraël. ¶ Et tulit Elha
zár ſacerdos accerras æreas, quibus obtulerāt
combuſti, et extendit eas in operimentum pro
39 altari. ¶ Memoriale filijs Iſraël, ut nō offerat
uir alienus, q non de ſemine Aharón eſt, ut ſuf
fire faciat ſuffitum coram domino, & non ſit
ſicut Córach, & ſicut congregatio eius. Quē-
admodum locutus eſt dominus per manū Mo-
40 ſéh ei. ¶ Et murmurauerunt omnis cōgrega
tio filiorum Iſraël in craſtino contra Moſéh, et
contra Aharón dicendo. Vos mori feciſtis po-
41 pulum domini. ¶ Et fuit, cum congregaret ſe
congregatio contra Moſéh, & cōtra Aharon,
& reſpexiſſent ad tabernaculū eccleſiæ, ecce
operuit illud nubes, & cōſpecta eſt gloria do-
42 mini. ¶ Et uenit Moſéh, & Aharón coram ta
43 bernaculo eccleſiæ. ¶ Et locutus eſt dominus
44 ad Moſéh dicendo. ¶ Tollite uos è medio cō
gregationis huius, & conſumam eos ferme in
momento. Et proiecerunt ſe ſuper faciē ſuam.
45 ¶ Et dixit Moſéh ad Aharón. Cape accerram
& pone in ea ignem ſuper altare, et pone ſuffi-
tum, & pergens cito ad congregationē, expia
eam, Egreſſus ē enim furor à facie domini, in
46 cœpit percuſſio. ¶ Et accæpit Aharō, quēad-
modum locutus eſt Moſéh, & cucurrit ad me-
dium congregationis, & ecce inceperat per-
cuſſio in populo, & poſuit ſuffitum, & expia-
47 uit populum. ¶ Et ſtetit inter mortuos & in-
48 ter uiuētes. Et reſtricta eſt percuſſio. ¶ Et fue
runt mortui percuſſione quatuordecim milia,
& ſeptingenti ꝑter mortuos propter Córach.
49 ¶ Et reuerſus eſt Aharón ad Moſéh ad oſtiū
tabernaculi eccleſiæ, & percuſſio reſtricta eſt.

Capitulum. 17.

1 ET locutus eſt dñs ad Moſéh di-
2 cēdo. ¶ Loquere ad filios Iſ-
raél, & cape ab eis ſingulas uir
gas per domū patris ab oībus
principibus eoꝝ per domū pa
trum eoꝝ duodecim uirgas.
Vniuſcuiuſq; nomē ſcribes ſuper uirgam eius.
3 ¶ Et nomē Aharón ſcribes ſuper uirgā Leui:
quia tribus una eſt ꝑ caput domus patrū eoꝝ.
4 ¶ Et dimittes eas in tabernaculo eccleſiæ co
5 ram teſtimonio: ubi cōueniam uobiſcū. ¶ Et
erit uir quem elegero, uirga eius florebit, &
quieſcere faciā à me murmurationes filiorum
6 Iſraél, quibꝰ murmurant aduerſum uos. ¶ Et
locutus eſt Moſéh ad filios Iſraël, & dederunt
ei ſinguli principes uirgam unam per domum
patrum ſuorū, duodecim uirgas: & uirga Aha
7 rón erat in medio uirgarum eorum. ¶ Et po-
ſuit Moſéh uirgas coram domino in taberna-
8 culo teſtimonij. ¶ Et fuit, ī craſtino uenit Mo
ſéh ad tabernaculum teſtimonij, et ecce florue
rat uirga Aharón è domo Leui. Et protulerat
florem, & floruerat flos, & reddiderat amig-
9 dalas. ¶ Et eduxit Moſéh omnes uirgas à fa-
cie domini ad omnes filios Iſraél, & uiderunt,
10 et accæperunt unuſquiſq; uirgam ſuam. ¶ Et
dixit dominus ad Moſéh. Reduc uirgam Aha-
rón coram teſtimonio ad cuſtodiam, in ſignum
filijs rebellibus. Et finire faciet murmuratiōes
11 eorum à me, & non moriētur. ¶ Et fecit Mo-
ſéh. Quēadmodum præcepit dominus ei ſic fe
12 cit. ¶ Et dixerunt filij Iſrael ad Moſéh dicen-
do. Ecce morimur, perimus, omnes nos peri-
13 mus. ¶ Omnis qui acceſſerit accedendo ad ta
bernaculum domini, moritur. Nunquid conſu
mendi ſumus, ut moriamur?

Capitulum. 18.

1 ET dixit dñs ad Aharō. Tu & fi
lij tui, et domꝰ pr̄is tui tecū por
tabitis iniquitatē ſāctuarij: &
tu & filij tui tecum portabitis
2 iniqtatē ſacerdotij nr̄i. ¶ Et
etiā fratres tuos tribū Leui, tri
bū patris tui, appropinquare fac tecum, & co
pulent ſe tibi, & miniſtrēt tibi, & tu & filij tui
3 tecū coram tabernaculo teſtimonij. ¶ Et cu-
ſtodient cuſtodiam tuā, & cuſtodiam omnis ta
bernaculi, ſed ad uaſa ſanctitatis, & ad altare
nō appropinquabūt, ut nō moriantur tā ipſi ꝙ
4 uos. ¶ Et adhærebūt tibi, et cuſtodient cuſto
diam tabernaculi eccleſiæ in om̄i opere taber-
naculi. Et extraneꝰ nō appropinquabit uobis.
5 ¶ Et cuſtodietis cuſtodiā ſanctitatis, & cuſto
diam altaris, & nō erit amplius ira ſuper filios
6 Iſraél. ¶ Et ego ecce tuli fratres u̅ros Leuitas
è medio filioꝝ Iſraël, uobis donum dati dño,
7 ut faciāt opus tabernaculi eccleſiæ. ¶ Et tu et
filij tui tecum cuſtodietis ſacerdotiū ueſtrū, ad
omnem rem tabernaculi, & intra uelum. Et fa
cietis opus doni dabo ſacerdotium ueſtrū. Et
8 extraneus appropinquando, morietur. ¶ Et
locutus eſt dominus ad Aharón. Et ego ecce
ego dedi tibi cuſtodiam oblationum mearum
omnes ſanctificationes filiorum Iſraél. Tibi de
di eas ad ungendum, & filijs tuis in ſtatutū per
9 petuum. ¶ Hoc erit tibi de ſanctificatione ſan
ctificationum, de igne omnis oblatio eorum,
omneſq; munus eorum, om̄is oblatio pro pecca-

to eorū, et omnis oblatio pro delicto eorū, quas
reddent mihi ſanctificatio ſanctificationū tibi
10 eſt, & filijs tuis. ¶ In ſanctificatiōe ſanctifica-
tionum comedet eam, omnis maſculus come-
11 det eam, ſanctificatio erit tibi. ¶ Et hoc tibi
oblationes doni eorum, omnem eleuationem
filiorum Iſraël, tibi dedi, & filijs tuis, & filiab⁹
tuis tecum in ſtatutum perpetuum. Omnis mū
12 dus in domo tua comedet eam. ¶ Omnē pin-
guedinem olei, & omnem pinguedinem uini,
& frumenti, primitias eorum, quas dabunt do
13 mino tibi dedi. ¶ Primitiæ omnium quæ
erunt in terra eorum quas afferent domino, ti
bi erunt. Omnis mundus in domo tua, come-
14 det eas. ¶ Quæcunq; cōſecratio in Iſraël tibi
erit. Quicquid aperit uuluam om̄is carnis qđ
offerent domino tam de hominibus, q̄ꝫ de ani-
malibus tibi erit. Sed redimendo redimes pri-
mogenitum hominis, & primogenitum anima
15 lis immundi redimes. ¶ Et redemptiōes eius
à filio menſis redimes ſecundū æſtimationem:
pecunia quinq; ſeclis ſecundum ſeclum ſancti-
16 tatis. Viginti obolorum eſt Séchel. ¶ Sed pri
mogenitum bouis, uel primogenitū ouis, uel
primogenitum capræ non redimes. Sanctifica
tio ſunt Sanguinem eorum ſparges iuxta alta
re, & adipem eorum ſuffire facies, ſacrificiū in
17 odorem quietis domino. ¶ Et caro eorū erit
tibi ſicut pectus eleuationis, et ſicut armus de-
18 xter tibi erit. ¶ Omnes eleuatiōes ſanctifica-
tionum, quas eleuare facient filij Iſraël domi-
no, dedi tibi, & filijs tuis, & filiabus tuis tecū,
in ſtatutum perpetuum. Pactum ſalis ſæculi eſt
19 coram domino tibi, & ſemini tuo tecum. ¶ Et
dixit dominus ad Aharon. De terra eorum nō
hæreditate accipies, et pars non erit tibi in me
dio eorū. Ego pars tua, & hæreditas tua in me
20 dio filiorum Iſraël. ¶ Et filijs Leui, ecce dedi
omnem decimam in Iſraël in hæreditatem pro
opere eorum quod ipſi operantur, opus taber
21 naculi eccleſiæ. ¶ Et non appropinquabunt
amplius filij Iſraël ad tabernaculum eccleſiæ,
22 ut ferant pœnam peccati, ut moriantur. ¶ Et
faciet Leuita ipſe opus tabernaculi eccleſiæ, et
ipſi portabunt iniquitatem eorum, ſtatuto per
petuo per generationes ueſtras. Et in medio fi
liorum Iſraël non hæreditate accipient hæredi
23 tatem. ¶ Decimam enim filiorum Iſraël, quā
eleuabunt domino eleuationem, dedi Leuitis
in hæreditatem Idcirco dixi eis. In medio filio
rum Iſraël nō hæreditate accipient hæredita-
24 tem. ¶ Et locutus eſt dn̄s ad Moſch dicendo.
25 ¶ Et ad Leuitas loq̄ris, & dices ad eos. Cū ac-
ceperitis à filijs Iſraël decimā, quā dedi uobis
in hæreditatē ueſtrā, eleuabitis ex ea eleuatio-
26 nē dn̄i, decimā è decima. ¶ Et reputabitur uo
bis eleuatio ueſtra ſicut frumentum de area, et
27 ſicut plenitudo de torculari. ¶ Sic eleuabi-
tis etiam uos eleuationem dn̄i de omnibus de-
cimis uſ̄ris, quas capietis à filijs Iſrl̄, & dabitis
28 ex ea eleuationē dn̄i Aharón ſacerdoti. ¶ Ex
om̄ibus donis ueſtris eleuabitis eleuationē do
mini, de omni adipe eius ſanctificationem e⁹
29 de eo. ¶ Et dices ad eos, Quando eleuabitis
pinguedinem eius ex eo, reputabitur Leuitis
ſicut fructus areæ, & ſicut fructus torcularis.
30 ¶ Et comedetis illum in omni loco uos, et do
mus ueſtra, quia merces eſt uobis pro om̄i ope
31 re ueſtro in tabernaculo eccleſiæ. ¶ Et nō por
tabitis ſuper illo peccatum, quando eleuabitis
uos pinquedinem eius ex eo. Et ſanctificatio-
nes filiorum Iſraël non polluetis, & non mo-
riemini.

Capitulum. 19.

1 ET locutus ē dominus ad Moſch, &
Aharón dicendo. ¶ Hoc eſt ſtatu-
2 tum legis quod præcepit dn̄s dicē-
do. Loquere ad filios Iſraël. Et affe
rant ad te uaccam rufam perfectam, in qua nō
3 ſit macula, ſuper quā non fuit iugum. ¶ Et da
bitis eam Elhazár ſacerdoti, & educet eā ex-
tra caſtra, & mactabit eam ante eum, & capiet
Elhazár ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo,
& ſparget contra faciem tabernaculi eccleſiæ
de ſanguine eius ſeptem uicibus, et comburet
uaccā in oculis eius, pellē eius, & carnē eius, et
4 ſanguinē eius cū fimo eius cōburet. ¶ Et ca-
piet ſacerdos lignū cedrinum, & hyſopum, &
coccū uermiculi, & projiciet in mediū combu
ſtionis uaccæ. Et lauabit ueſtes ſuas ſacerdos,
& lauabit carnem ſuam aqua, & poſtea ueniet
ad caſtra, & immūdus erit ſacerdos uſq; ad ue
5 ſperam. ¶ Et cōburens ea lauabit ueſtimēta
ſua aqua, & lauabit carnē ſuam aqua, & immū
6 dus erit uſq; ad ueſperā. ¶ Et colliget uir mū-
dus cinerē uaccæ, & ponet extra caſtra in loco
mundo, & erit congregationi filiorum Iſraël,
ad cuſtodiam in aquam ſeparationis oblatiōis
7 pro peccato erit. ¶ Et lauabit colligens cine-
rem uaccæ ueſtimenta ſua, & immundus erit
uſq; ad ueſperā. Et erit filijs Iſraël, & peregri-
no q peregrinatur ī medio ueſtri, in ſtatutum
8 perpetuum. ¶ Tangens mortuum omnis ani
mæ hominis, immundus erit ſeptem diebus.
9 ¶ Ipſe purificabit ſe in eo, die tertia, et die ſe
ptima mūdus erit. Et ſi nō purificauerit ſe die
10 tertia, die ſeptima non erit mundus ¶ Om-
nis tangens mortuū animæ hominis qui mor-
tuus fuerit, & non purificatus fuerit, taberna-
culum domini polluit: & excidetur anima illa

ex Iſraël quia aqua ſeparatiõis nõ eſt aſperſa
ſuper eum, immundus erit, donec immũdi-
11 tia eius fuerit in eo. ¶ Hæc eſt lex. Homo cũ
mortuus fuerit in tabernaculo: omnis ingre
diẽs tabernaculum, & omnis qui eſt in taber
12 naculo, immũdus erit ſeptem diebus. ¶ Et
omne uas apertum ſuper quo nõ eſt opercu-
13 lum affixum immũdum eſt. ¶ Et omnis qui
tetigerit ſuper faciem agri mortuũ gladio,
uel mortuum, uel os hominis, uel ſepulchrũ,
14 immũdus erit ſeptẽ diebus. ¶ Et capiẽt pro
immũdo de puluere cõbuſtionis oblationis
pro peccato, & ponẽt ſuper eum aquam ui-
15 uam in uaſe. ¶ Et capiet hyſopum, & intin
get in aquam uir mũdus, & ſparget ſup ta-
bernaculum, & ſuper omnia uaſa, & ſuper
animas quæ fuerũt ibi, & ſup eũ qui tetigit
os, uel occiſum, uel mortuũ, uel ſepulchrum.
16 ¶ Et aſperget mũdus ſuper immũdum die
tertia, & die ſeptima, & mũdabit eum die ſe
ptima, & lauabit ueſtimẽta ſua. Et lauabit ſe
17 aqua, & mũdus erit in ueſpera ¶ Et uir qui
immũdus fuerit, & nõ purificauerit ſe, exci
detur anima ipſa è medio congregationis,
quia ſanctuariũ domini polluit, aqua ſepara-
tionis nõ eſt aſperſa ſuper eũ, immũdus eſt.
18 ¶ Et erit ei in ſtatutum perpetuum. Et ſpar
gens aquam ſeparationis, lauabit ueſtimẽta
ſua, & tãgẽs aquam ſeparationis, immũdus
19 erit uſq; ad ueſperam. ¶ Et omne quod teti
gerit immũdus, immũdũ erit. Et anima quæ
tetigerit ipſũ immũda erit uſq; ad ueſperã.

Capl'm. 20.

1 ET uenerũt filij Iſraël, omnis cõgre
gatio in deſerto Sin mẽſe primo, &
manſit populus in Cadés. Et mortua
eſt ibi Miriám, & ſepulta eſt ibi.
2 ¶ Et non erat aqua cõgregationi. Et cõgre
gati ſunt contra Moſch, & contra Aharón.
3 ¶ Et iurgatus eſt populus cum Moſch, &
dixerũt dicendo. Et utinam obiuiſſemus qñ
4 obierunt fratres noſtri coram domino. ¶ Et
ut quid uenire feciſtis congregationem dñi
in deſertum iſtud, ut moriamur ibi nos, & iu
5 menta noſtra? ¶ Et ut quid aſcendere feci-
ſtis nos ex Aegypto, ut uenire faceretis nos
ad locum malum iſtum, non locum ſemẽtis,
& ficus, & uitis, & malogranati. & aqua nõ
6 eſt ad bibendum. ¶ Et uenit Moſéh, & Aha
rón à facie congregationis ad oſtium taber-
naculi eccleſiæ, & proiecerũt ſe ſuper faciẽ
7 ſuam, & conſpecta eſt gloria dñi eis. ¶ Et lo
8 cutus eſt dominus ad Moſch dicendo. ¶ Ac
cipe uirgam, & cõgregare fac cœtum tu, &
Aharón frater tuus, & loquimini ad petrã
in oculis eorũ, & dabit aquã ſuã. Et educes
ei aquã è petra, & potũ dabis cœtui, & iu-
9 mentis eorũ. ¶ Et accepit Moſch uirgam
de cõſpectu dñi, quẽadmodum præcepit ei.
10 ¶ Et cõgregare fecerũt Moſch, & Aharón
congregationẽ ante petrã, & dixit eis. Au-
dite nunc rebelles. Nunqd de petra hac edu
11 cemus nobis aquam? ¶ Et eleuauit Moſch
manũ ſuã, & percuſſit petrã uirga ſua dua-
bus uicibus, & egreſſæ ſunt aquæ multæ, &
12 bibit cõgregatio, & iumenta eorum. ¶ Et
dixit dñs ad Moſch, & ad Aharón. Pro eo q̃
non credidiſtis mihi, ut ſanctificaretis me in
oculis filiorũ Iſraël, idcirco nõ introducetis
congregationẽ iſtam in terrã, quã dedi eis.
13 ¶ Iſtæ ſunt aquæ iurgij in quibus iurgati
ſunt filij Iſraël cum dño, & ſanctificauit ſe
14 in eis. ¶ Et miſit Moſch nũcios è Cadés ad
regem Edóm. Sic dixit frater tuus Iſraël. Tu
15 noſti omnẽ laborem qui inuenit nos. ¶ Et
deſcẽderũt patres noſtri in Aegyptũ, & mã
ſimus in Aegypto diebus multis, & malefe
cerunt nobis Aegyptij, & patribus noſtris.
16 ¶ Et clamauimus ad dñm, & audiuit uocẽ
noſtram, & miſit angelum, & eduxit nos ex
Aegypto. Et ecce ſum' in Cadés ciuitate in
17 extremo termini tui. ¶ Trãſeamus obſecro
per terrã tuam. Non trãſibimus per agrum,
& per uineam, neq; bibemus aquam putei.
Via regia ambulabim'. Non declinabim' ad
dexterã, & ad ſiniſtrã, donec trãſeamus ter-
18 minũ tuum. ¶ Et dixit ad eum Edóm. Non
tranſibis per me, ne forte cum gladio egre-
19 diar in occurſum tui. ¶ Et dixerũt ad eum
filij Iſraël. Per uiam aſcẽdemus, & ſi aquas
tuas biberimus ego, & pecudes meæ, dabo
pretiũ earũ. Tantũ nõ quicq; detrimẽti erit,
20 pedibus meis tranſibo. ¶ Et dixit Nõ trãſi
bis. Et egreſſus eſt Edóm in occurſum eius
21 cum populo multo, & in manu forti. ¶ Et
renuit Edóm permittere Iſraëli, ut tranſi-
ret per terminum ſuum, & declinauit Iſraël
22 ab eo ¶ Et profecti ſunt è Cadés, & uene-
runt filij Iſraël, omnis congregatio in Hor
23 montem. ¶ Et dixit dominus ad Moſch, &
Aharón, in Hor monte iuxta terminũ terræ
24 Edóm dicẽdo. ¶ Congregabit̃ Aharón ad
populos ſuos. Non enĩ ingrediẽt terrã, quã
dedi filijs Iſraël, eo q̃ rebelles fueritis ori
25 meo ad aquas iurgij. ¶ Accipe Aharón, &
Elhazár filiũ ei', & aſcedere fac eos in Hor
26 montẽ. ¶ Et expoliari fac Aharón ueſtes
ſuas, & induere fac eas Elhazar filiũ ei', &

27 Aharón cōgregabitur,& morietᷣ ibi.¶Et
fecit Moſch quemadmodum præcepit dñs,
& Aſcenderunt in Hor montem, in oculis
28 omnis congregationis.¶Et expoliare fe-
cit Moſch Aharón ueſtes ſuas,& induere fe
cit eas Elhazár filiū eius. Et mortuus eſt
Aharón ibi in uertice montis, & deſcendit
29 Moſch,& Elhazár de monte.¶Et uiderūt
omnis congregatio,ꝙ obiuiſſet Aharón,&
fleuerunt Aharón triginta dieb⁹ omnis do-
mus Iſraél.

Capl'm.21.

1 ET audiuit Chenahanæ⁹ rex Harád
habitans in meridie,ꝙ ueniſſet Iſ-
raél per uiam exploratorū.& pu-
gnauit cum Iſraél,& prædatus eſt
2 ex eo prædam. ¶Et nouit Iſrael uotum do
mino,& dixit. Si tradendo tradideris popu
lum iſtum in manu mea,perdam urbes eorū.
3 ¶Et audiuit dominus uocem Iſrael,& de-
dit Chenahanæū,& perdidit eos,& urbes
eorum. Et uocauit nomen loci Chormáh.
4 ¶Et ꝓfecti ſunt de Hor mōte per uiam ma
ris Suph,ut circuirent terram Edóm,& an-
5 guſtus affecit ſe anima populi in uia.¶Et
locutus eſt populus contra deum,& contra
Moſch. Vt qd aſcēdere feciſti nos ex Aegy-
pto,ut moreremur in deſerto?Non eſt enim
panis,& nō eſt aqua,& aīa noſtra anguſtijs
6 affecit ſe,ꝓpter panem leuiſſimū.¶Et miſit
dominus in populū ſerpētes igneos,& mo
morderunt populum. Et mortuus eſt popu-
7 lus mult⁹ ex Iſraél. ¶Et uenit populus ad
Moſch, & dixerunt. Peccauimus,quia lo-
cuti ſumus cōtra dominū,& contra te. Ora
ad dominū,& recedere fac à nobis ſerpen-
8 tes. Et orauit Moſch pro populo. ¶Et dixit
dñs ad Moſch. Fac tibi ignitum ſerpentem,
& pone eum ſuper perticam. Et erit omnis
qui momorſus fuerit uidebit eum,& uiuet.
9 ¶Et fecit Moſch ſerpentem æneum,& po
ſuit eum ſuper perticam,& fuit,qū morde-
bat ſerpens uirum,aſpiciebat ad ſerpentem
10 æneum,& uiuebat.¶Et profecti ſunt filij
11 Iſraél,& caſtrametati ſunt in Obóth. ¶Et
profecti ſunt ex Obóth,& caſtrametati ſunt
in cumulis Habarím in deſerto quod eſt cō
12 tra faciem Moáb ab ortu ſolis.¶Inde pro-
fecti ſunt,& caſtrametati ſūt in ualle Zéred.
33 ¶Inde profecti ſunt,& caſtrametati ſunt
trans Arnón,quod eſt in deſerto,egrediens
à termino Emoræi. Arnón enim eſt terminus
14 Moáb,inter Moáb,& inter Emoræū. ¶Id-
circo dicitur in libro bellorum domini,qd
15 dedit in mari Suph, & ualles Arnón. ¶Et
effuſio torrētium qui declinauit ſe ad habi-
tandum Hair, & innititur termino Moáb.
16 ¶Et inde in Beér quod eſt puteus. Eſt Beér
quem dixit dominus ad Moſch. Congrega
17 populum,& dabo eis aquam.¶Tunc ceci-
nit Iſrael carmen hoc. Aſcēde Beér,canite ei.
18 ¶Puteū Beér foderūt principes,foderunt
eū liberales populi cum legiſlatore, in ſuſtē
19 taculis ſuis. Et de deſerto ī Mathanáh. ¶Et
è Mathanáh in Nachaliél. Et de Nachaliél.
20 in Bamóth.¶Et de Bamóth in uallem quæ
eſt in agro Moáb in uertice collis,& reſpicit
21 cōtra faciē Ieſimón.¶Et miſit Iſraél nūcios
22 ad Sichón regem Emoræi dicendo. ¶Trā-
ſibo per terrā tuā, nō declinabimus in agrū,
& in uineam. Nō bibemus aquas putei,uia re
gia pergemus,donec tranſeamus terminum
23 tuum.¶Et nō permiſit Sichón Iſrael,ut trā
ſiret per terminum ſuum. Et congregauit Si
chón omnem populum ſuum, & egreſſus eſt
in occurſum Iſrael in deſertum. Et uenit in
24 Iáhas,& pugnauit cum Iſrael.¶Et percuſ-
ſit eum Iſrael in ore gladij,& hæreditate ac-
cæpit terram ei⁹ ab Arnón uſq; ad Iabbóch,
uſq; ad filios Hammón, quia fortis erat ter-
25 minus filiorū Hammón.¶Et accæpit Iſrael
omnes ciuitates iſtas, & habitauit Iſraél in
omnibus urbibus Emoræi in Cheſbón,& in
omnib⁹ uillis eius. Cheſbón enim ciuitas Si-
chón regis Emoræi erat. Et ipſe pugnauerat
cum rege Moáb prius,& accæperat omnem
26 terram eius è manu ei⁹ uſq; ad Arnón. ¶Id-
circo dicūt parabolātes. Venite in Cheſbón,
ædificetur, & præparetur ciuitas Sichón.
27 Quia ignis egreſſus eſt è Cheſbón. Flāma è
ciuitate Sichón cōſumpſit Har Moáb,domi-
28 nos Bamóth Arnón.¶Væ tibi Moáb,Peri-
ſti popule Chemós. Dedit filios eius euaſo-
res,& filias eius in captiuitatē regi Emoræi
29 Sichón. ¶Et regnum eorum perijt, Cheſ-
bón uſq; ad Dibón. Et deſolare fecimus uſq;
30 ad Hophách, quæ eſt uſq; ad Medbá. ¶Et
31 habitauit Iſraél in terra Emoræi. ¶Et miſit
Moſch ad explorandum Iahazér,& cæperūt
uillas eius:& expulit Emoræum qui erat ibi.
32 ¶Et uerterunt ſe, & aſcenderunt per uiam
Baſán. Et egreſſus eſt Ogh Rex Baſán in oc-
curſum eorum ipſe, & omnis populus eius
33 ad bellum in Edrehi.¶Et dixit dominus ad
Moſch. Ne timeas eum,quia in manu tua de-
di eum,& omnem populum eius, & terram
eius,& facies ei, quēadmodū feciſti Sichón
34 regi Emoræi,q habitabat in Cheſbón. ¶Et
percuſſerūt eū,& filios eius, & omnem po-
pulum

pulum eius, adeo ꝙ nõ remãſit ei ſuperſtes,
35 & hæreditate acceperũt terram eius. ❡ Et
profecti ſunt filij Iſraél, & caſtrametati ſunt
in campeſtrib' Moáb trans Iardén Ierecho.

Caplm.22.

1 ET uidit Balác filius Sippór omnia
2 quæ fecit Iſraél Emoræo. ❡ Et ti-
muit Moáb à facie populi ualde,
quia multus erat, & anguſtia affe-
3 ctus eſt Moáb ꝑpter filios Iſraél. ❡ Et dixit
Moáb ad ſeniores Midián. Nunc lambent cõ
gregatio oẽs circuit' noſtros, quẽadmodũ
lambit bos germẽ agri. Et Balác fili' Sippór
4 erat rex Moáb in tempore illo. ❡ Et miſit
nuncios ad Bilhám filium Behór in Pethór
quæ erat iuxta flumen terræ filiorũ populi
ſui: ut uocaret eum dicendo. Ecce populus
egreſſus eſt ex Aegypto, ecce operit ſuper-
5 ficiem terræ, & manet cõtra me. ❡ Et nunc
ueni obſecro maledic ꝑpter me ꝑplo huic,
qa fortior eſt me. Si forte poſſim percutere
eũ, & expellere eum è terra. Noui enĩ ꝙ cui
dixeris benedictus eſt, & cui maledixeris,
6 maledictus erit. ❡ Et perrexerũt ſeniores
Moáb, & ſeniores Midiã, & diuinationũ ꝑ-
ciũ erat ĩ manu eorꝝ. Et uenerũt ad Bilhã, &
7 locuti ſunt ad eũ uerba Balác. ❡ Et dixit
ad eos. Pernoctate hic nocte, & rñdebo uo-
bis uerbũ, quẽadmodum loquet̃ dñs ad me.
Et manſerũt principes Moáb cum Bilhám.
8 ❡ Et uenit deus ad Bilhám, & dixit. Qui
9 ſunt uiri iſti q ſunt tecũ? ❡ Et dixit Bilhám
ad deũ. Balác filius Sippór rex Moáb miſit
10 ad me. ❡ Ecce populus qui egreſſus eſt ex
Aegypto, operuit ſuperficiem terræ. Nunc
ueni, maledic ꝑpter me ei, ſi forte poſſim
11 pugnare cũ eo, & expellere eũ. ❡ Et dixit
deus ad Bilhám. Non pergas cũ eis, neqꝫ ma
12 ledicas populo: quia benedictus eſt. ❡ Et
ſurrexit Bilhám mane, & dixit ad principes
Balác. Ite ad terram ueſtram, quia renuit do
13 min' cõcedere mihi, ut ueniã uobiſcũ. ❡ Et
ſurrexerũt principes Moáb, & uenerũt ad
Balác, & dixerunt. Renuit Bilhám uenire
14 nobiſcũ. ❡ Et addidit adhuc Balác, ut mit-
teret principes multos, & honorabiliores
15 illis. ❡ Et uenerũt ad Bilhám, & dixerunt
ei. Sic dixit Balác filius Sippór. Ne quæſo
16 prohibeas te, ut non uenias ad me. ❡ Quia
honorãdo honorabo te ualde, & omnia quę
dixeris mihi faciã. Et ueni obſecro male dic
17 propter me populo huic. ❡ Et reſpondit
Bilhám, & dixit ad ſeruos Balác. Si daret
mihi Balác plenã domũ ſuã argẽto, & auro,
nõ poſſum tranſgredi ſermonẽ domini dei
18 mei, ut faciã paruũ, uel magnũ. ❡ Et nunc
manete obſecro hic etiã uos nocte, & ſciam
19 quid addat dominus, loqui mecum. ❡ Et
uenit deus ad Bilhám nocte, & dixit ei. Si ut
uocarent te, uenerũt uiri, ſurge uade cũ eis.
20 Verũtamen quod loquar ad te facies. ❡ Et
ſurrexit Bilhám mane, & ſtrauit aſinã ſuã,
21 & perrexit cũ principib' Moáb. ❡ Et irat'
eſt furor dei ꝙ pergeret ipſe, & ſtetit ange-
lus domini in uia, in aduerſariũ ſibi, & ipſe
equitabat ſuper aſinã ſuã, & duo pueri eius
22 erant ſecum. ❡ Et uidit aſina angelum dñi
ſtantem in uia, & gladiũ eius euaginatũ in
manu eius, & declinauit aſina è uia, & ibat
per agrum, & percuſſit Bilhám aſinam, ut
23 declinare faceret eam ad uiam. ❡ Et ſtetit
angelus dñi in ſemita uinearũ. Maceria erat
24 hinc, & maceria erat inde. ❡ Et uidit aſina
angelũ domini, & coartauit ſe ad parietem
& coartauit pedem Bilhám ad parietem, &
25 addidit, ut ꝑcuteret eã. ❡ Et addidit ange-
lus dñi, ut trãſiret, & ſtetit in loco anguſto,
in quo nõ erat uia ad declinandũ ad dexte-
26 ram, & ad ſiniſtram. ❡ Et uidit aſina ange
lum domini, & cubauit ſub Bilhám. Et ira-
tus eſt furor Bilhám, & percuſſit aſinam ba
27 culo. ❡ Et aperuit dñs os aſinæ, & dixit ad
Bilhám. Quid feci tibi, quia percuſſiſti me
28 iam tribus uicibus? ❡ Et dixit Bilhám ad
aſinã. Quia illuxiſti mihi. Vtinam eſſet gla-
dius in manu mea, quia nunc occiderem te.
29 ❡ Et dixit aſina ad Bilhám. Nonne ſum aſi-
na tua? Sup me eqtaſti à tẽpore præcedẽti
tuo uſqꝫ ad diem hanc. Nunquid cõſueſcen-
do conſueui facere tibi ſic? Et dixit. Non.
30 ❡ Et detexit dñs oculos Bilhám, & uidit
angelum domini ſtantem in uia, & gladiũ
eius euaginatũ in manu ei', & inclinauit ſe,
31 & incuruauit ſe ſuper faciem ſuam. ❡ Et
dixit ad eum angelus domini. Propter quid
percuſſiſti aſinam tuam iam tribus uicibus?
Ecce egreſſus ſum in aduerſarium, quia di-
32 uertit per uiam quæ eſt contra me. ❡ Et ui-
dit me aſina, & declinauit à facie mea iam
tribus uicibus. Niſi declinaſſet à facie mea,
nunc etiam te occidiſſem, & ipſam uiuifi-
33 caſſem. ❡ Et dixit Bilhám ad angelum do-
mini. Peccaui. Non enim ſciebã ꝙ tu ſtares
in occurſum mei in uia. Et nunc ſi diſplicet
34 in oculis tuis, reuertar mihi. ❡ Et dixit an-
gelus domini ad Bilhám. Vade cũ uiris. Ve-
rũtamen uerbũ qđ loquar ad te, illud loque
ris. Et abijt Bilhám cum principibus Balác.
35 ❡ Et audiuit Balác ꝙ ueniret Bilhám, &
egreſſ' eſt in occurſum ei' in ciuitatẽ Moáb,

quæ eſt iuxta terminum Arnón,quæ eſt in
36 extremo termini. ¶ Et dixit Balác ad Bil-
hám. Nunquid non mittendo miſi ad te, ut
uocarem te? Vt quid non ueniſti ad me? An
37 uere non poſſum honorare te? ¶ Et dixit
Bilhám ad Balác. Ecce ueni ad te nunc. Nun
quid omnino potero loqui quicq̃? Verbum
quod poſuerit de⁹ in ore meo illud loquar.
Et perrexit Bilhám cum Balác, & uenerunt
38 in ciuitatem platearũ. ¶ Et maſtauit Balác
boues, & pecudes, & miſit ad Bilhám, &
39 ad principes qui erant cum eo. ¶ Et fuit,in
mane accæpit Balác ipſum Bilhám,& aſcen
dere fecit eũ in Bamóth Báhal,& uidit inde
extremum populi.

Capl'm.23.

1 ET dixit Bilhám ad Balác. Aedifica
mihi hic ſeptẽ altaria,& parare fac
mihi hic ſeptẽ iuuẽcos,& ſeptem
2 arietes. ¶ Et fecit Balác,quẽad-
modũ locut⁹ eſt Bilhám,& obtulit Balác,&
3 Bilhã iuuẽcũ,& arietẽ in altari. ¶ Et dixit
Bilham ad Balác Sta iuxta holocauſtũ tuũ,
& ibo. Si forte occurrat dominus in occur-
ſum mei,& qđ uidere fecerit me,nunciabo
4 tibi. Et abijt ſolus. ¶ Et occurrit deus ipſi
Bilhám,& dixit ad eum. Septem altaria or-
dinaui,& obtuli iuuencũ,& arietem in alta
5 ri. ¶ Et poſuit dominus uerbum in ore Bil-
hám,& dixit. Reuertere ad Balác,& ſic lo-
6 queris ¶ Et reuerſus eſt ad eũ. Et ecce ſta-
bat iuxta holocauſtum ſuum,ipſe & omnes
7 principes Moáb. ¶ Et aſumpſit parabolam
ſuam,& dixit. De Arám adduxit me Balác
rex Moáb,de montibus orientis ueni, male
dic propter me Iahacób,& ueni deteſtare
8 Iſraél. ¶ Cur maledicam cui nõ maledixit
deus? & cur deteſtabor,quem nõ deteſtatus
9 eſt dominus? ¶ Quia de uertice petrarum
uidebo eum,& de collibus intuebor illum.
Ecce populus confidenter habitabit, & in
10 gentibus non reputabitur. ¶ Quis nume-
rabit puluerẽ Iahacób,& numerabit quar-
tam partẽ Iſraél? Moriatur anima mea mor-
te iuſtorũ,& ſit nouiſſimũ meum ſicut ipſe.
11 ¶ Et dixit Balác ad Bilhám. Quid feciſti
mihi? Vt malediceres inimicis meis accæpi
12 te,& ecce benedixiſti benedicendo. ¶ Et
reſpondit & dixit. Nunquid non quod po-
ſuerit dominus in ore meo illud cuſtodiam,
13 ut loquar? ¶ Et dixit ad eum Balác. Veni
obſecro mecum ad locum alium, unde ui-
deas eum: ſed extremum eius uideas, & to-
tum ipſum nõ uideas,& maledic ei propter
14 me inde. ¶ Et duxit eum in agrum ſpecu-
latorum,in uerticem Piſgháh,& ædificauit
ſeptem altaria,& obtulit iuuencum,& arie-
15 tem in altari. ¶ Et dixit ad Balác. Sta hic
iuxta holocauſtũ tuum,& ego occurrã hic.
16 ¶ Et occurrit dominus ipſi Bilhám,& po-
ſuit uerbum in ore eius,& dixit. Reuertere
17 ad Balác,& ſic loqueris. ¶ Et uenit ad eũ,
& ecce ſtabat iuxta holocauſtum ſuum,&
principes Moáb cum illo. Et dixit ei Balác.
18 Quid locutus eſt dñs? ¶ Et aſſumpſit pa-
rabolam ſuam,& dixit. Surge Balác,& au-
19 di, auſculta uerba mea fili Sippór. ¶ Non
eſt uir deus,ut mẽtiaꝛ,& filius hominis,ut
pœniteat eum,ipſe dixit,& non faciet? Et lo
20 cutus eſt,& non ſtabiliet illud? ¶ Ecce,ut
benedicerem,accæpi,& benedixit benedi-
21 ctione,& non retrahã eam ¶ Non aſpexit
iniquitatem in Iahacób,& non uidit præua
ricationẽ in Iſraél. Domin⁹ deus eius eſt ſe-
22 cum,& amicitia regis eſt ſecum. ¶ Domi-
nus eduxit eos ex Aegypto. Sicut fortitudo
unicornis eſt ei: quia nõ eſt auguriũ in Iaha-
cób,& nõ eſt diuinatio in Iſraél. Sicut in tẽ-
pore ipſo diceꝛ ipſi Iahacób,& Iſraéli. Quid
23 operat⁹ eſt deus? ¶ Ecce populus ſicut leo
magnus ſurget,& ſicut leo eleuabit ſe. Non
cubabit,donec comederit prædam, & ſan-
24 guinem occiſoꝝ biberit. ¶ Et dixit Balác
ad Bilhám. Etiam maledicendo non maledi-
cas ei,etiam benedicendo non benedicas ei.
25 ¶ Et reſpondit Bilhám, & dixit ad Balác.
Nonne locutus ſum ad te dicẽdo,omne qđ
26 loquetur dominus illud faciam? ¶ Et dixit
Balác ad Bilhám. Veni obſecro ducam te ad
locum alium,ſi forte placeat in oculis dei:ut
27 maledicas ei propter me inde. ¶ Et duxit
Balác Bilhám in uerticẽ Pehór,qđ reſpicit
28 contra faciem Ieſimón. ¶ Et dixit Bilhám
ad Balác. Aedifica mihi hic ſeptem altaria,
& præparare fac mihi hic ſeptem iuuencos,
29 & ſeptem arietes. ¶ Et fecit Balác,quẽad-
modum dixit Bilham,& obtulit iuuencum,
& arietem in altari.

Capl'm.24.

1 ET uidit Bilhám, ꝙ bonum eſſet in
oculis dñi,ut benediceret Iſraéli,
& nõ pergeret,ſicut ſemel,& ite-
rum in occurſum auguriorum,&
2 poſuit ad deſertum faciem ſuam. ¶ Et ele-
uauit Bilhám oculos ſuos,& uidit Iſraél ha
bitantẽ per tribus ſuas,& fuit per eum ſpiri

3 tūs dei. ¶ Et aſſumpſit parabolam ſuam, &
dixit. Dixit Bilhám filiꝰ Behór, & dixit uir
4 apertos habēs oculos. ¶ Dixit audiēs elo-
quia dei. Qui uiſionem omnipotentis uidit,
cadens, & diſcoopertos habēs oculos. Quā
pulchra ſunt tabernacula tua Iahacób, habi
5 tacula tua Iſraél. ¶ Sicut torrentes extēſa
ſunt, ſicut orti iuxta flumen, ſicut taberna-
cula quæ plātauit dominꝰ, ſicut cedri iuxta
aquas. Fluet aqua è ſitula eiꝰ, & ſemen eiꝰ in
aqs multis, & exaltabit̃ magis ꝙ Aghágh,
6 rex eius, & eleuabitur regnū eius. ¶ Deus
eduxit eū ex Aegypto, ſicut fortitudo uni-
cornis eſt ei. Conſumet gentes hoſtes eius:
& oſſa eorum exoſſabit, & ſagittas eius cō-
7 teret. ¶ Incuruauit ſe, accubuit ut leo, ut
leo maior. Quis ſuſcitabit eū? Benedicētes
tibi benedicti, & maledicētes tibi maledicti
8 erunt. ¶ Et iratus eſt furor Balác cōtra Bil-
hám, & percuſſit manꝰ ſuas, & dixit Balác
ad Bilhàm. Vt maledices inimicis meis uo
caui te. Et ecce benedixiſti benedicēdo iam
9 tribus uicibus. ¶ Et nunc fuge tibi ad locū
tuum. Dixi. Honorādo honorabo te, & ecce
10 priuauit te dn̄s gloria. ¶ Et dixit Bilhám
ad Balác. Nōne etiam nuncijs tuis, quos mi-
11 ſiſti ad me, locutus ſum dicendo. ¶ Si dede
rit mihi Balác plenā domū ſuam argēto, &
auro, non potero trangredi ſermonē dn̄i, ut
faciā bonū, uel malū è corde meo, qđ loque
tur dn̄s illud loquar. Et nunc ecce ego uado
ad populum meum. Veni, conſulam tibi, qđ
facturus eſt populus iſte populo tuo in no-
12 uiſſimis diebus. ¶ Et aſſumpſit parabolam
ſuam, & dixit. Dixit Bilhám filius Behór,
13 & dixit uir apertum habēs oculū. ¶ Dixit
audiens eloquia dei, & ſciens ſcientiā altiſ-
ſimi. Viſionē omnipotētis uidebit, cadens,
14 & diſcoopertos habens oculos. ¶ Videbo
eum, & nō nūc, intuebor eum, & nō prope.
Inceſſit ſtella ex Iahacób, & ſurget uirga ex
Iſraél. Et transfiget terminos Moáb, & de-
15 ſtruet omnes filios Seth. ¶ Et erit Edóm hæ
reditas, & erit hæreditas Sehír inimicis eiꝰ,
16 & Iſraél facit diuitias. ¶ Et dominabit̃ de
Iahacób, & perdere faciet ſuperſtitē de ci-
17 uitate. ¶ Et uidit Hamaléch, & aſſumpſit
parabolam ſuam, & dixit. Principium gen-
tium Hamaléch, & nouiſſimū eius in ſæculū
18 perijt. ¶ Et uidit Chenæū, & aſſumpſit pa-
rabolam ſuam, & dixit. Robuſtum eſt habi-
taculum tuum, & pone in petra nidum tuū.
19 ¶ Quia ſi fuerit ad remouendū Cáin, do-
20 nec Aſſúr prædetur te. ¶ Et aſſumpſit para
bolam ſuam, & dixit. Væ, quis uiuet poſtꝙ
deſolauerit eum deus? Et naues de littore
Chittím, & affligēt Aſſúr, & affligēt Heber,
21 & etiam ipſe in ſæculū perijt. ¶ Et ſurrexit
Bilhám, & abijt, & reuerſus eſt ad locum
ſuum, & etiam Balác iuit in uiam ſuam.

Capl'm. 25.

1 ET manſit Iſraél in Sitthím, & cæ-
pit populus fornicari cum filiabꝰ
Moáb, & uocauerunt populū ad
ſacrificia deorum ſuorum, & co-
medit populus, & incuruauit ſe dijs earum.
2 ¶ Et coniūxit ſe Iſraél ipſi Báhalpehór, &
3 iratus eſt furor domini contra Iſraél. ¶ Et
dixit dominus ad Moſéh. Cape omnes prin-
cipes populi, & fac ꝙ ipſi ſuſpendere faciāt
eos domino, coram ſole, & auertetur ira fu-
4 roris domini ab Iſraél. ¶ Et dixit Moſéh
ad iudices Iſraél. Occidite uniuſquiſꝗ uiros
5 ſuos, q cōiūxerūt ſe ipſi Báhal Pehór. ¶ Et
ecce uir de filijs Iſraél uenit, & appropin-
quare fecit fratribꝰ ſuis Midianitem in ocu
lis Moſéh, & in oculis omnis cōgregationis
filiorꝝ Iſraél. Et ipſi flebant ad oſtiū taberna
6 culi eccleſiæ. ¶ Et uidit Pinchás filiꝰ Elha-
zár filij Aharón ſacerdotis, & ſurrexit è me
dio congregationis, & accæpit lanceam in
7 manu ſua. ¶ Et ingreſſus eſt poſt uirum
Iſraél in tabernaculum, & transfixit ambos
ipſos uirum Iſraél, & mulierem ipſam in
uentrem eius, & reſtrinxit ſe plaga à filijs
8 Iſraél. ¶ Et fuerūt mortui plaga quatuor,
9 & uiginti milia. ¶ Et locutus eſt dominꝰ ad
10 Moſéh dicendo. ¶ Pinchás filius Elhazár
filij Aharón ſacerdotis auerti fecit furorem
meum à filijs Iſraél, cum zelatus eſt ipſe ze-
lum meum in medio eorum, & nō cōſumpſi
11 filios Iſraél in zelo meo. ¶ Idcirco dic. Ec-
12 ce ego do ei pactum meū pacem. ¶ Et erit
ei, & ſemini eiꝰ poſt eum, pactum ſacerdotij
perpetui, pro eo ꝙ zelatꝰ eſt pro deo ſuo, &
13 expiauit filios Iſraél. ¶ Et nomē uiri Iſraél
percuſſi, qui percuſſus eſt cum Midianitide
erat Zimrí filius Salú, princeps domus pa-
14 tris Simhóm. ¶ Et nomen mulieris occiſæ
midianitidis Chozbí filia Sur principis gē
15 tium, domus patris im Midian erat. ¶ Et lo
16 cutus eſt dn̄s ad Moſéh dicendo. ¶ Angu-
ſtijs affice Midianitas, & percutietis eos.
17 ¶ Quia anguſtijs afficiunt ipſi uos fraudi-
bus ſuis, quibus fraudem fecerunt uobis
per Pehór, & per Chozbí filiam principis
Midián ſororē eorum. Et percuſſa eſt in die
plagæ propter Pehór.

Capitulũ.26.

1 ET fuit, poſt plagam dixit dominus
ad Moſéh, & Elbazár filiũ Aharón
ſacerdotis dicẽdo. Tollite ſummã
omnis cõgregationis filiorꝝ Iſraél
à filio uiginti annorum, & ſupra per domũ
patrum ſuorũ, omnis egredientis ad pugnã
2 in Iſraél. ¶ Et locutus eſt Moſéh, & Elhazár
ſacerdos cum eis in campeſtribus Moab
3 iuxta Iardén Ierichó dicẽdo. ¶ A filio ui-
ginti annorum, & ſupra, quẽadmodum præ
cepit dominus, & filij Iſraél qui egreſſi ſunt
4 è terra Aegypti. ¶ Reubén primogenitus
Iſraél. filij Reubén Chanóch, familia chano-
5 chitarum, de pallú familia Palluitarꝝ. ¶ De
Cheſrón familia cheſronitarum, De Charmi
6 familia Charmitarum. ¶ Iſtæ ſunt familiæ
Reubenitarum. Et fuerũt numeri eorũ tria,
& quadraginta milia, & ſeptingenti, & tri-
7 ginta. ¶ Et fili Pallú, Eliáb. ¶ Et filij Eliáb
8 Nemuél, & Datbã, & Abitóm. Ipſi ſunt Da-
thán, & Abiróm maiores ſynagogæ, qui di-
uiſerunt ſe cõtra Moſéh, & cõtra Aharón in
cõgregatione Córach, quãdo diuiſerunt ſe
9 ipſi cõtra dominum. ¶ Et aperuit terra os
ſuũ. & deglutinit eos. Et Córach, dum mo-
reret cõgregatio, qñ cõſumpſit ignis quin-
quagĩta, & ducẽtos uiros, & fuerũt ĩ ſignũ.
10 ¶ Et filij Córach non ſunt mortui. ¶ Filij
11 Simhón p familias ſuas. De Nemuél familia
Nemuelitarũ, de Iamín familia Iaminitarũ,
12 & Iachín familia iachinitarũ. ¶ De zérach
familia zarchitarꝝ. De Saúl familia ſaulitarꝝ.
13 ¶ Iſtæ ſunt familiæ Simhonitarũ duo, & ui
14 ginti milia, et ducẽti. ¶ Filij Ghad per fami
lias ſuas. De Sephõ familia Sephonitarꝝ. De
Chagghí familia Chagghitarũ, de Suní fa-
15 milia ſunitarꝝ. ¶ De Ozní familia oznitarꝝ.
16 De herí familia heritarꝝ. ¶ De Aród familia
17 aroditarũ, de Areli familia arelitarũ. ¶ Iſtæ
ſunt familiæ filiorꝝ Ghad per numeros ſuos,
18 quadragĩta milia, & qngenti. ¶ Filij Iehu-
dáh Her & Onán. Et mortu' eſt Her & Onán
19 in terra Chenáhã. ¶ Et fuerũt filij Iehudáh
filij Heſaú q̃ hitãt in Schír, & Moabitæ q̃ habi
tãt in Har, donec trãſeã Iardén ad terrã quam
29 dñs de⁹ nr̃ dat nobis. ¶ Et noluit Sichón rex
Cheſbón ut trãſiremus ꝑ eũ, q̃a indurare fecit
dñs de⁹ tu⁹ ſpm̃ ei⁹, & roborauit cor ei⁹, ut da
30 ret eũ i manu tua ſcd̃m diẽ iſtã. ¶ Et dixit dñs
ad me. Vide incœpi dare corã te Sichón, & ter
ram ei⁹ incipe poſſide, ut poſſideas terrã eius.
31 ¶ Et egreſſus ẽ Sichón in occurſum nr̃m ipſe
32 & oĩs ppl's ei⁹ ad bellũ in Iahás. ¶ Et dedit eũ
dñs de⁹ nr̃ ante nos & ꝑcuſſim⁹ eũ, & filios ei⁹,
& oẽm ppl'm ei⁹. Et cœpim⁹ oẽs urbes ei⁹ i tpe
ei⁹, & deſtruxim⁹ oẽm urbẽ, uiros, et mulieres,
33 & paruulos. Nõ reliqm⁹ ſupſtitẽ. ¶ Sed iumẽta

prædati ſumꝰ nobis,& ſpolia urbiū quas cæpi
34 mus. ¶ Ab Harohér quæ eſt iuxta ripā tor-
rentis Arnón,& ciuitatē quæ eſt in torrēte
uſq; ad Ghilhád,nō fuit ciuitas,quæ effuge
rit a nobis,oēs tradidit dñs deꝰ noſter corā
35 nobis. ¶ Sed ad terrā filiorū Hammón nō
acceſſiſti,omnē locū torrētis Iabbóch & ci-
uitates montanas,& omnia quæ præcepit
dominus deus noſter.

Capitulum.3.

1 ET uertimus nos,& aſcēdimus per
uiam Baſán,& egreſſus eſt Hogh
rex Baſán in occurſū noſtrū ipſe,
& omnis populus eius ad bellū in
2 Edréhi. ¶ Et dixit dñs ad me.Ne timeas eū,
In manu eñ tua tradā eū,& omnē populū
eius,& terrā eius,& facies ei quēadmodū
feciſti Sichón regi Emoræi,qui habitat in
3 Cheſbón. ¶ Et dedit dñs deꝰ noſter in ma-
nibꝰ noſtris etiā Hogh Regē Baſán,& oēm
populū eiꝰ,& percuſſimꝰ eū,adeo ut nō remā-
4 ſerit ei ſuperſtes. ¶ Et cæpimus oēs urbes
eiꝰ in tēpore ipſo.Nō fuit ciuitas quā nō cæ-
perimꝰ ab eis.Sexaginta urbes oēm regio-
5 nē Argób regni Hogh in Baſán. ¶ Oēs iſtæ
urbes munitæ erāt muro alto,portis,& ue-
ctibꝰ præter urbes nō muratas,multas ual-
6 de. ¶ Et deſolauimus eas,quēadmodū feci-
mus Sichón regi Cheſbón deſolando omnē
7 urbē,uiros,mulieres,& paruulos. ¶ Et oīa
iumēta,& ſpolia urbiū prædati ſumꝰ nobis.
8 ¶ Et cæpimus in tēpore ipſo terrā è manu
duorū regū Emoræi:q̄ erāt trās Iardén à tor
9 rēte Arnón uſq; ad mōtē Chermón. ¶ Sido
nij nocāt Chermón Sirión & Emoræi nocāt
10 eum Seuír. ¶ Omnes urbes planiciei,& oīs
Ghilhád,& oīs Baſán uſq; ad Salcháh,&
11 Edréhi,urbes regni Hogh ī Baſán. ¶ Quia
tm̄modo Hogh Rex Baſán remāſerat ex re-
liquis gygātibꝰ,Ecce lectus eiꝰ,lectꝰ ferreꝰ,
nonne eſt in Rabbáth filiorū Hāmón?Nouē
cubitorū lōgitudo eius & quatuor cubitorū
12 latitudo eiꝰ ſcd'm cubitū uiri. ¶ Et terram
iſtā poſſedimus in tpe ipſo ab Harohér,quæ
eſt iuxta torrentem Arnón,& dimidiū mōtē
Ghilhád,& urbes eius dedi Reubenitis,&
13 Gaditis. ¶ Et reſiduū Gilhád,& oēm Ba-
ſán regni Hogh dedi dimidiæ tribui Menaſ
ſeh,oēm regionē Arghób,oēm Baſán quæ
14 uocabatur terra gygantū. ¶ Iahír filiꝰ Me-
naſſéh cæpit omnē regionē Arghób,uſq; ad
terminū Gheſurí,& Mahachathí,Et uoca-
uit eas ſcd'm nomen ſuum Baſán,Chauuóth
15 Iahír uſq; ad diē iſtā. ¶ Et ipſi Machír dedi
16 Ghilhád. ¶ Et Reubenitis,& Ghaditis de-
di à Ghilhád uſq; ad torrentē Arnón Mediū
torrētis,& terminū uſq; ad Iabbóch torren
17 tem,terminū filiorū Hammón. ¶ Et plani-
ciem,& Iardén,& terminum à Chinnéreth
uſq; ad mare planiciei,mare ſalis,ſub effu-
18 ſionibus aquarum collis ad orientem. ¶ Et
præcepi uobis in tempore ipſo dicēdo.Do-
minus deus ueſter dedit uobis terrā iſtam,
ut poſſideatis eam,accincti armis tranſibi-
tis ante fratres ueſtros filios Iſraél,omnes
19 filij robuſti. ¶ Tantūmodo uxores ueſtræ,
& paruuli ueſtri,& pecudes ueſtræ (noui
q̄ pecudes multæ ſunt uobis) manebunt in
20 urbibus ueſtris quas dedi uobis. ¶ Donec
requiē dederit dominꝰ fratribus ueſtris ſi-
cut uobis,& poſſideant etiam ipſi terram
quam dñs deus ueſter dat eis trans Iardén.
Et reuertemini unuſquiſq; ad poſſeſſionem
21 ſuam,quam dedi uobis. ¶ Et Iehoſúah præ
cepi in tempore ipſo dicendo.Oculi tui ui-
dent omnia quæ fecit dominus deus ueſter
duobus regibus iſtis,ſic faciet dñs omnibꝰ
22 regnis ad quæ tu trāſis. ¶ Ne timeatis eos,
quia dominus deus ueſter,ipſe pugnat pro
23 uobis. ¶ Et oraui ad dominum in tempore
24 ipſo dicendo. ¶ Domine deus tu cœpiſti
oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam,
& manū tuam ualidam.Quis enim eſt deus
in cælo,& in terra,qui faciat ſcd'm opera
25 tua,& ſcd'm fortitudines tuas? ¶ Trāſeam
quæſo,& uideam terram bonam,quæ eſt
trans Iardén,mōtē bonū iſtum,& lebanón.
26 ¶ Et iratus eſt dominus contra me propter
uos,& non exaudiuit me.Et dixit dominus
ad me.Sufficit tibi,ne addas ut loquaris ad
27 me amplius de re iſta. ¶ Aſcende uerticem
collis Piſgháh,& leua oculos tuos ad occi-
dentem,& aquilonem,& meridiē,& orien
tem,& uide oculis tuis,quia non tranſibis
28 Iardén iſtum. ¶ Et præcipe Iehoſúah,&
cōforta eum,& robora eū.Ipſe enim tranſi-
bit ante populum iſtum,& ipſe hæreditare
29 faciet eos terram,quam uidebis. ¶ Et man
ſimus in ualle,è regione Bethpehor.

Capitulum.4.

1 ET nūc Iſraél audi ſtatuta,& iudicia
q̄ ego doceo uos,ut faciatis,ut ui-
uatis,& ingrediamini,& poſſidea
tis terrā,quā dñs deꝰ patrū ueſtro-
2 rum dat uobis. ¶ Nō addetis ſuper uerbū,
quod ego præcipio uobis,& nō diminuetis

ex eo, ut cuſtodiatis præcepta domini dei
3 ueſtri, quæ ego præcipio uobis. ¶ Oculi
ueſtri uident, quæ fecit dñs in Báhalpehór.
Omnẽ eñ uirũ q perrexit poſt Báhalpehór,
4 perdidit dñs de⁹ tuus è medio tui. ¶ Et uos
adhærentes dño deo ueſtro, uiuitis omnes
5 nos hodie. ¶ Vide, docui uos ſtatuta, & iu
dicia, quẽadmodũ præcepit mihi dñs deus
me⁹, ut faciatis ſic in medio terræ ad quam
6 uos ingredimini, ut poſſideatis eam. ¶ Et
cuſtodite, & facite, qa ipſa eſt ſapiẽtia uña,
& intelligẽtia ueſtra in oculis populorum,
qui audiẽt omnia ſtatuta iſta, & dicẽt. Tãtũ
populus ſapiens, & intelligẽs, gens magna
7 iſta. ¶ Quæ enim eſt gens magna, cui ſint
dij propinqui, ſicut dñs deus noſter in cun-
8 ctis quibus inuocauerimus eum? ¶ Et quæ
eſt gens magna, cui ſint ſtatuta, & iudicia
iuſta ſicut omnis lex iſta, quam ego do corã
9 uobis hodie? ¶ Sed caue tibi, & cuſtodi
animã tuam ualde, ne forte obliuiſcaris eo-
rum quæ uiderunt oculi tui, & ne forte rece
dant à corde tuo omnibus diebus uitæ tuæ,
& ſcire fac ea filios tuos, & filios filiorum
10 tuorũ. ¶ In die qua ſtetiſti coram dño deo
tuo in Choréb, qñ dixit domin⁹ ad me. Cõ-
grega mihi populum, & audire faciam eos
uerba mea, quæ diſcent, ut timeãt me oĩbus
diebus quibus uiuunt ſuper terrã, & filios
11 ſuos docebunt. ¶ Et acceſſiſtis, & ſtetiſtis
ſub mõte, & mons ardebat igni uſq; ad me-
12 diũ cœli, & tenebræ nubis, & caligo. ¶ Et
locutus eſt dñs ad uos è medio ignis. Vocẽ
uerborꝵ uos audiebatis, & imaginẽ non ui-
13 debatis præter uocem. ¶ Et nunciauit uo-
bis pactum ſuum, quod præcepit uobis, ut
faceretis, decẽ uerba, & ſcripſit ea in dua-
14 bus tabulis lapideis. ¶ Et mihi præcepit
dñs in tẽpore ipſo, ut docerem uos ſtatuta,
& iudicia, ut faceretis ea in terra, ad quam
15 tranſitis ut poſſi deatis eã. ¶ Et cauete ual-
de animabus ueſtris, quia nõ uidiſtis omnẽ
imaginẽ in die qua locutus eſt dominus ad
uos in Choréb è medio ignis, ne forte cor-
rumpamini, & faciatis uobis ſculptile, ſimi
litudinem omnis imaginis, ſimilitudinem
16 maſculi, uel fœminæ. ¶ Similitudinem oĩs
iumẽti, quod eſt in terra, ſimilitudinem oĩs
17 auis alatæ, quæ uolat in cœlo. ¶ Similitu-
dinem omnis repentis in terra, ſimilitudinẽ
18 omnis piſcis, qui eſt in aqua ſub terra. ¶ Et
ne forte eleues oculos tuos ad cœlum, & ui-
deas ſolem, & lunam, & ſtellas, oẽm militiã
cœli, & erres, & ienrnes te eis, & colas eas,
quas diuiſit dñs deus tuus omnib⁹ populis
19 ſub omni cœlo. ¶ Et uos cæpit dominus, &
eduxit uos è fornace ferrea, ex Aegypto, ut
eſſetis ei in populum hæreditatis in die iſta.
20 ¶ Et dominus iratus eſt contra me propter
uerba ueſtra, & iurauit q; non trãſirem Iar-
dén, & non ingrederer terram bonam, quã
dominus deus tuus dat tibi in hæreditatem.
21 ¶ Ego.n. moriar in terra iſta, non trãſeo Iar
dén. & uos trãſitis, & poſſidebitis terrã bo-
22 nam iſtam. ¶ Cauete uobis, ne forte obliui-
ſcamini pacti domini dei ueſtri, quod pepi-
git uobiſcũ, & faciatis uobis ſculptile, ima-
ginem omnium quæ præcepit tibi dominus
23 deus tuus. ¶ Dominus.n. deus tuus, ignis
24 conſumens eſt, deus zelator. ¶ Si genue-
ris filios, & filios filiorũ, & habitaueritis in
terra, & corruperitis uos, & feceritis ſcul-
ptile, imaginem omniũ, & feceritis malũ in
25 oculis domini dei ueſtri irritãdo eum. ¶ Cõ
teſtari feci cõtra uos hodie, cœlum, & terrã
q; pereũdo peribitis cito è terra, ꝑpter quã
trãſitis Iardén, ut poſſideatis eam. Non pro-
longabitis dies ſuper eam, quia diſperdẽdo
26 diſperdemini. ¶ Et diſperget dominus uos
in populos, & remanebitis homines pauci
numero, in gentibus ad quas ducet dominus
27 uos. ¶ Et ſeruietis ibi dijs, operi manuũ ho
minum, ligno, & lapidi, quæ nõ uident, neq;
28 audient, nec comedunt, neq; odorant. ¶ Et
quæres inde dominum deum tuum, & inue
nies ſi quæſieris eum toto corde tuo, & tota
29 anima tua. ¶ Cum fuerit anguſtia tibi, & in
uenerint te omnia iſta in nouiſſimis diebus,
& reuerſus fueris ad dominum deum tuum,
30 & parueris uoci eius. ¶ Quia deus miſeri-
cors dominus deus tuus. Non derelinquet
te, & non diſperdet te, & non obliuiſcetur
31 pacti patrum tuorum, quibus iurauit. ¶ In
terroga.n. nũc de diebus primis, qui fuerũt
ante te, à die qua creauit deus hominem ſup
terram, & ab extremo cœli uſq; ad extremũ
cœli, an factum ſit ſicut res magna iſta, an au
32 ditum ſit ſicut ipſa. ¶ Nunquid audiuit po-
pulus uocẽ dei loquentis è medio ignis,
quẽadmodum audiſti tu, & uixit? Nunquid
tentauit deus, ut ueniret ad capiendum ſibi
gentem è medio gentis in tentationibus, in
ſignis, & in portẽtis, & in bello, & in manu
ualida, & in brachio extẽto, & in terroribus
magnis ſecũdum omnia quæ fecit uobis do-
min⁹ deus ueſter in Aegypto in oculis tuis?
33 ¶ Datum eſt tibi ut uideres, ut ſcires q; do-
minus eſt deus deus, non eſt amplius præter
34 eum. ¶ E celis audire fecit te uocem ſuam,
ut erudiret te, & ſuper terram uidere fecit te
ignem

ignē ſuum magnum, & uerba eius audiſti è
34 medio ignis. ¶ Et quia dilexit patres tuos,
elegit ſemen eius poſt eos, & eduxit te ante
35 ſe potētia ſua magna ex Aegypto. ¶ Vt ex-
pelleret gentes magnas, & robuſtiores te à
facie tua, ut introduceret te, ut daret tibi ter
ram eorum in hæreditatem ſecundum diem
36 hanc. ¶ Et ſcito hodie, et redi ad cor tuum,
quia dn̄s eſt deus in cœlo deſuper, & ſup ter
37 ram deorſum, non eſt amplius. ¶ Et cuſtodi
ſtatuta eius, & præcepta eius, quæ ego p̄ci-
pio tibi hodie, ut bene ſit tibi, & filijs tuis
poſt te, & ut prolongare facias dies ſup ter-
ram, quam dominus deus tuus dat tibi om-
38 nibus diebus. ¶ Tunc ſeparauit Moſéh tres
39 urbes trans Iardén ad ortum ſolis. ¶ Vt fu-
geret illuc homicida, qui occiderit proxi-
mum ſuum ignoranter, qui non odio habe-
bat eum ab heri, & nudiusterti', & fugeret
40 ad unam ex urbibus iſtis, & uiueret. ¶ Bé-
ſer in deſerto, in terra planiciei de Reubeni
tis, & Ramóth in Ghilhád de Ghaditis, &
41 Gholán in Baſán de Menaſſitis. ¶ Et iſta eſt
lex quam poſuit Moſéh coram filijs Iſraél.
42 ¶ Iſta ſunt teſtimonia, & ſtatuta, & iudicia
quæ locutus eſt Moſéh ad filios Iſraél, quan
43 do egreſſi ſunt ex Aegypto. ¶ Trans Iar-
dén in ualle è regione Bethpehór, in terra Si
chón regis Emoræorum, qui habitabat in
Cheſbón, quem percuſſit Moſéh, & filij
44 Iſraél, quādo egreſſi ſunt ex Aegypto. ¶ Et
poſſederunt terram eius, & terram Hogb re
gis Baſán duorum regum Emoræorum, qui
45 erant trans Iardén ad ortum ſolis. ¶ Ab Ha
rohér, quæ eſt iuxta ripam torrentis Arnón
uſq; ad montem Sión qui eſt Chermón.
46 ¶ Et omnem ſolitudinem trans Iardén ad
orientē, uſq; ad mare ſolitudinis ſub effuſio-
nibus aquarum collis Piſgháh.

Capitulum. 5.

1 ET uocauit Moſéh omnem Iſraél,
& dixit ad eos. Audi Iſraél ſtatu-
ta, & iudicia quæ ego loquor in
auribus ueſtris hodie, & docete
2 ea, & cuſtodite, ut faciatis ea. ¶ Dominus
deus noſter pepigit nobiſcū pactum in Cho
3 reb. ¶ Non cum patribꝰ noſtris pepigit do
minus pactum iſtud, ſed nobiſcū qui ſumus
4 hic hodie omnes uiuentes: ¶ Facie ad fa-
ciem locutus eſt dominus nobiſcum in mon
5 te è medio ignis. ¶ Ego ſto inter dominum
& uos in tempore hoc, ut annunciem uobis
uerbum domini, quia timuiſtis à facie ignis,
6 & non aſcendiſtis in montē dicēdo. ¶ Ego
dominus deꝰ tuus, qui eduxi te è terra Aegy
7 pti è domo ſeruorum. ¶ Non erunt tibi dij
alij coram me. Non facies tibi ſculptile om-
nem ſimilitudinem quæ eſt in cœlo ſurſum,
& quæ in terra deorſum, & quæ ī aquis ſub-
8 ter terram. ¶ Non incuruabis te eis, & non
coles eos. Ego enim dominus deꝰ tuus, deus
Zelotes uiſitans iniquitatem patrum ſuper
filios, et ſuper tertios, & ſuper quartos odio
9 habentes me. ¶ Et faciens miſericordiam
milibus, diligentibus me, & ſeruantibꝰ præ-
10 cepta mea. ¶ Non aſſumes nomen domini
dei tui in uanum. Non enim innocentem iu-
dicabit, qui acceperit nomē eius in uanum.
11 ¶ Obſerua diem ſabbati, ut ſanctifices eū,
quēadmodum præcepit dominus deꝰ tuus.
12 ¶ Sex diebus operaberis & facies oē opus
13 tuum. ¶ Et die ſeptima ſabbatum eſt domi
ni dei tui. Non facies omne opus tu, & filius
tuus, & filia tua, & ſeruus tuꝰ, & ancilla tua,
& bos tuus, & aſinus tuus, & omne iumen-
tum tuum, & peregrinus tuus, qui eſt intra
portas tuas, ut requieſcat ſeruus tuus, & an
14 cilla tua ſicut tu. ¶ Et memento q̄ ſeruus
fuiſti in terra Aegypti, et eduxit te dominus
deus tuus inde in manu ualida, & in brachio
extento. Idcirco præcepit tibi dn̄s deꝰ tuus
15 ut faceres diem ſabbati. ¶ Honora patrem
tuum, & matrē tuam, quēadmodum præce-
pit tibi dn̄s deus tuus, ut prolongētur dies
tui, & ut bene ſit tibi ſuper terram, quā do-
16 minus deus tuus, dat tibi. ¶ Non facies ho-
17 micidium. ¶ Et non adulterabis. ¶ Nec fu
18 raberis. ¶ Neq; teſtificaberis in proximum
19 tuum teſtimonium falſum. ¶ Et non con-
20 cupiſces uxorem proximi tui, nec concu-
piſces domum proximi tui, agrum eius, &
ſeruum eius, & ancillam eiꝰ, bouem eius, &
aſinum eius, & oīa quæ ſunt proximo tuo.
21 ¶ Verba iſta locutus eſt dominus ad omnē
congregationem ueſtram in monte è medio
ignis, nubis, & caliginis, uoce magna, & nō
addidit, & ſcripſit ea in duabus tabulis lapi
22 deis, & dedit eas mihi. ¶ Et fuit, quādo au
diſtis uocem è medio tenebrarum, & mon-
tis ardentis igne, acceſſiſtis ad me, omnia ca-
pita tribuum ueſtrarum, & ſeniorum ueſtro
23 rum. ¶ Et dixiſtis. Ecce uidere fecit nos do
minus deus noſter gloriam ſuam, & magni-
tudinem ſuam, & uocem eius audiuimus è
medio ignis. Die iſta uidimus, quod locu-
24 tus eſt deus cum homine, & uixit. ¶ Et nūc
ut quid moriemur? Conſumet enī nos ignis
magnus iſte. Si addiderimus, ut audiamus
uocem domini dei noſtri ampliꝰ moriemur.

25 ¶ Quæ eſt enim omnis caro, ut audiat uo-
cem dei uiuentis, loquentis è medio ignis, ſi
26 cut nos, & uiuat? ¶ Accede tu, & audi om-
nia quæ dicturus eſt dominus deus noſter, et
tu loqueris ad nos omnia quæ loquetur do-
minus deus noſter ad te, & audiemus, & fa-
27 ciemus. ¶ Et audiuit dominus uocem uer-
borum ueſtrorum, quando loquebamini ad
me, & dixit ad me. Audiui uocem uerborum
populi hui⁹, quæ locuti ſunt ad te. Bona fue-
28 runt omnia quæ locuti ſunt. ¶ Quis det ut
ſit cor eorum hoc eis, ut timeant me, & ut cu
ſtodiant omnia præcepta mea omnibus die-
bus, ut bene ſit eis, & filijs eorum in ſæculũ?
29 ¶ Vade dic ad eos. Reuertimini ad taber-
30 nacula ueſtra. ¶ Et tu hic ſta mecum, & lo-
quar ad te omne præceptum, & ſtatuta, &
iudicia quæ docebis eos, & facient in terra
31 quam ego do eis, ut poſſideant eam. ¶ Et
cuſtodite, ut faciatis, quemadmodũ præce-
pit dominus deus ueſter nobis: Non declina-
32 tis ad dexteram, & ad ſiniſtram. ¶ Per om-
nem uiam, quam præcepit dominus deus ue
ſter nobis, ambuletis, ut uiuatis, & bonum
ſit uobis, & prolongetis dies in terra, quam
poſſidebitis.

Capitulum. 6.

1 ET hæc ſunt præcepta, ſtatuta, & iu
dicia quæ præcepit dominus deus
ueſter, ut docerem uos, ut faciatis
in terra, ad quam uos tranſitis, ut
2 poſſideatis eam. ¶ Vt timeas dominum
deum tuum, ut cuſtodias om̃ia ſtatuta eius,
& præcepta eius, que ego præcipio tibi, tu
& filius tuus, & filius filij tui omnibus die-
3 bus uitæ tuæ, ut prolongẽtur dies tui. ¶ Et
audi Iſraël, & cuſtodi, ut facias, ut bene ſit
tibi, & ut multiplicemini ualde, quẽadmo-
dum locutus eſt dominus deus patrum tuo-
4 rum tibi, in terra fluẽte lacte, et melle. ¶ Au
di Iſraël, dominus deus noſter, domin⁹ unus
eſt. Et diliges dominum deum tuũ toto cor-
de tuo, & tota anima tua, & tota fortitudine
5 tua. ¶ Et erunt uerba iſta, quæ ego præci-
6 pio tibi hodie in corde tuo ¶ Et repetes ea
filijs tuis, & loq̃eris cũ eis, q̃n ſedebis in do
mo tua, & q̃n ambulabis per uiã, & q̃n accũ
7 bes, & quando ſurges. ¶ Et ligabis ea in ſi-
gnũ in manu tua, & erunt ut frontalia inter
8 oculos tuos ¶ Et ſcribes ea in poſtibus do-
9 mus tuæ, & in portis tuis. ¶ Et erit, cum in
troduxerit te dominus deus tuus in terram,
ſuper quam iurauit patribus tuis Abrahám,
Iſchác, & Iahacób, ut daret tibi urbes ma-
10 gnas, & bonas quas non ædificaſti. ¶ Et do
mos plenas omni bono, quas non impleuiſti.
Et ciſternas effoſas, quas non effodiſti, ui-
neas, & oliueta quæ non plantaſti. Et come-
11 des, & saturaberis. ¶ Caue tibi, ne obliui-
ſcaris domini qui eduxit te è terra Aegypti
12 è domo ſeruorum. ¶ Dominum deum tuũ
timebis, & ipſum coles, & per nomen eius
13 iurabis. ¶ Non ambulabitis poſt deos alios
è dijs populorum, qui ſunt in circuitu eorũ.
14 ¶ Deus enim Zelotes, dñs deus tu⁹ in me-
dio tui eſt, ne forte iraſcatur furor domini
dei tui in te, & diſperdere faciat te à facie
15 terræ. ¶ Non tentabitis dominum deũ ue-
ſtrum, quemadmodum tentaſtis in loco ten-
16 tationis. ¶ Cuſtodiẽdo cuſtodiatis præce-
pta domini dei ueſtri, & teſtimonia eius, &
17 ſtatuta eius quæ præcepit tibi. ¶ Et facias
rectum, & bonum in oculis domini, ut bene
ſit tibi, & ingrediaris, & poſſideas terram
bonam, ſuper quam iurauit dominus patri-
18 bus tuis. ¶ Vt propulſet omnes inimicos
tuos à facie tua, quemadmodum locutus eſt
19 dominus. ¶ Si interrogauerit te fili⁹ tuus
cras dicendo. Quæ ſunt teſtimonia, & ſtatu-
ta, & iudicia quæ præcepit dñs deus noſter
20 uobis. ¶ Dices filio tuo. Serui fuimus Pa-
rhóh in Aegypto, & eduxit nos dominus ex
21 Aegypto in manu forti. ¶ Et dedit domi-
nus ſigna, & portenta magna, & mala in
Aegypto in Parhóh, & omnem domum eius
22 in oculis noſtris. ¶ Et nos eduxit inde, ut
introduceret nos, ut daret nobis terram, ſu-
23 per quã iurauit patribus noſtris. ¶ Et præ-
cepit nobis dominus, ut faciamus omnia ſta
tuta iſta, ut timeamus dominum deum no-
ſtrum in bonum nobis omnibus diebus, ut
24 uiuamus ſecundum diem hanc. ¶ Et iuſtitia
erit nobis, ſi cuſtodierimus, ut faciamus om
ne præceptum iſtud coram domino deo no-
ſtro, quẽadmodum præcepit nobis.

Capitulum. 7.

1 CVm introduxerit te dominus
deus tuus in terram, ad quam
tu ingrederis, ut poſſideas eã
& abſtulerit gentes multas à
facie tua. Chittæum, & Ghir
ghaſæum, & Emoræũ, & Che
nahanæum, & Perizæum, & Chiuæum, &
Iebuſæum, ſeptem gentes, multas, & robu-
2 ſtiores te. ¶ Et tradiderit eas dominus deus
tuus coram te, & percuſſeris eas, perdendo
perdes eas. Non panges cũ eis pactũ, & non

3 miſereberis earũ. ¶ Et nõ cõiũges te affini-
tate cũ eis. Filiam tuam non dabis filio eius,
4 & filiam eius nõ capies filio tuo. ¶ Recce-
dere enim faciet filiũ tuũ ne eat poſt me, &
colẽt deos alienos. Et iraſcetur furor dñi cõ
5 tra te, & diſperdere faciet te cito. ¶ Sed
ſic facies eis. Altaria earũ deſtruetis, & ſta-
tuas earum cõfringetis, & lucos earum ſuc-
cidetis, & ſculptilia earũ comburetis igni.
6 ¶ Quia populus ſanctus es dño deo tuo.
Te elegit dñs deus tuus, ut ſis ei populus pe
culiaris, præ oĩbus populis, qui ſunt ſuper
7 faciem terræ. ¶ Non propter multitudinẽ
ueſtram, præ oĩbus populis complacuit dñs
in uobis, & elegit uos (quia eſtis pauciores
omnibus populis) ſed quia diligit dominus
uos, & cuſtodit iuramentũ, ſuper quo iura-
uit patribus ueſtris, eduxit dominus uos in
manu forti, & redemit uos è domo ſeruorꝝ,
8 è manu Parhóh regis Aegypti. ¶ Et ſcias
ꝙ dñs deus tuus eſt deus, deus fidelis, cuſto
diens pactum, & miſericordiã diligentibus
eum, & cuſtodiẽtibꝰ mandata eius, mille ge
9 nerationibus. ¶ Et reddens odio habenti-
bus eũ cõtra faciẽ eius, ut perdere faciat eũ.
Non tardabit odio habenti eum, in faciem
10 eius reddet ei. ¶ Et cuſtodi mandatũ, & ſta
tuta, & iudicia quæ ego præcipio tibi ho-
11 die, ut facias ea. ¶ Et erit merces, ſi audie-
ris iudicia iſta, & cuſtodieris, & feceris ea.
Et cuſtodiet dñs deus tuus tibi pactum, &
12 miſericordiã, ut iurauit patribus tuis. ¶ Et
diliget te, & benedicet tibi, & multiplicare
faciet te. & benedicet fructui uentris tui, &
fructui terræ tuæ, frumẽto tuo, & uino tuo,
& oleo tuo. primogenito boum tuorum, &
gregibus pecudũ tuarum ſuper terram, ſu-
per quam iurauit patribꝰ tuis, ut daret tibi.
13 ¶ Benedictus eris præ omnibus populis,
Non erit in te ſterilis aliqs, & ſterilis aliqua,
14 & in iumentis tuis. ¶ Et remouebit à te do
minus omnem infirmitatẽ, & omnes ægritu
dines Aegypti malas, quas noſti. Non ponet
eas in te: ſed ponet eas in omnibus odio ha-
15 bentibus te. ¶ Et cõſumes omnes populos
quos dñs deus tuus dat tibi. Nõ parcet ocu-
lus tuus eis, & nõ coles deos eorum, quia la
16 queus ſunt tibi. ¶ Si dixeris in corde tuo.
Plures ſunt gẽtes iſtæ ꝙ̃ ego, quõ potero ex
17 pellere eas? ¶ Ne timeas ab eis. Recordan-
do recorderis quæ fecit dñs deꝰ tuꝰ Parhóh,
18 & oĩbus Aegyptijs. ¶ Tẽtationũ magnarũ
quas uiderũt oculi tui, & ſignorꝝ, & porten
torũ, & manꝰ ualidæ & brachij extenti, quo
educere fecit te dñs deus tuus. Sic faciet do
minus deus tuus oĩbus populis à quorꝝ cõ-
19 ſpectu times. ¶ Et etiam crabronẽ mittet
dñs deus tuus cõtra eos, donec pereant qui
remanſerint, & q abſcõderint ſe à facie tua.
20 ¶ Ne paueas à facie eorum: quia dñs deus
tuus eſt in medio tui. Deus magnus, & ter-
21 ribilis. ¶ Et expellet dñs deus tuus gẽtes
iſtas à facie tua paulatim paulatim. Nõ pote
ris conſumere eas cito, ne forte multiplicẽt
22 cõtra te beſtia agri. ¶ Et tradet eas dñs deꝰ
tuus coram te, & cõteres eas cõtritione ma-
gna, donec perdantur ipſæ. Et tradet reges
earum in manu tua, & perdes nomen earũ.
ſub cœlo. Non ſtabit quiſq̃ coram te, donec
23 perdas eas. ¶ Sculptilia deorũ earum com
bures igni. Non concupiſces argentum, &
aurũ quæ ſunt in eis, ut capias tibi, ne forte
illaqueꝭ te in illo. Abominatio eñ domini
24 dei tui eſt. ¶ Et non introduces abomina-
tionem in domũ tuam, ne ſis anathema ſicut
illud. Deteſtãdo deteſtaberis illud, & abo-
minando abominaberis illud: quia anathe-
ma eſt.

Capitulum. 8.

1 OMne præceptum, quod ego præ-
cipio uobis hodie, cuſtodietis, ut
faciatis, ut uiuatis, & multiplice
mini, & ingrediamini, & poſſi-
deatis terrã, ſuper quam iurauit dñs patri-
2 bus ueſtris. ¶ Et memẽto oĩs uiæ per quã
ambulare fecit te dñs deus tuus, iam qua-
draginta annis in deſerto, ut affligeret te, ut
tentaret te, ut ſciret quæ ſunt in corde tuo,
3 utrũ cuſtodires præcepta eiꝰ, an nõ. ¶ Et af
flixit te, & eſurire fecit te & comedere fecit
te Man, qđ nõ cognouiſti, nec cognouerũt
pñs tui, ut cognoſcere faceret te, ꝙ non in
pane ſolo uiuit homo, ſed in oĩ qđ egredit̃
4 ex ore domini, uiuet homo. ¶ Veſtimentũ
tuum non ueteraiut ſuper te, & pes tuus nõ
5 tumuit iam quadraginta annis. ¶ Et ſcito
corde tuo, ꝙ quẽadmodũ erudit uir filium
6 ſuum, ſic dominꝰ deus tuus erudit te. ¶ Et
cuſtodi præcepta domini dei tui, ut ambu-
7 les per uias eius, & timeas eum. ¶ Dominꝰ
enim deus tuus introducet te in terrã bonã,
terram torrentium, aquarum, fontium, &
uoraginum egredientium per ualles, & per
montes, terram frumenti, & ordei, & uitis,
& ficus, & malogranati, terrã oliuæ, olei, &
8 mellis. ¶ Terram in qua non cum pauper-
tate comedes panem. Non carebis aliquo in
ea. Terram ex cuius lapidibus eſt ferrum, &

9 ex montib'eius excides æs. ¶ Et comedes,
& ſaturaberis, & benedices dño deo tuo
10 propter terrã bonam quã dedit tibi. ¶ Ca-
ue tibi,ne obliuiſcaris domini dei tui,ut nõ
ſerues præcepta eius,& iudicia eius,& ſta-
11 tuta eius,q̃ ego præcipio tibi hodie. ¶ Ne
forte comedas,& ſatureris,& domos pul-
12 chras ædifices,& habites. ¶ Et boues tui,
& pecudes tuæ multiplicentur,& argentũ,
& aurum multiplicetur tibi,& omne quod
13 eſt tibi,multiplicet. ¶ Et eleuetur cor tuũ,
& obliuiſcaris domini dei tui,qui eduxit te
14 è terra Aegypti,è domo ſeruorum. ¶ Qui
ambulare fecit te per deſertum magnũ,&
terribile,ſerpentis,adurẽtis,& ſcorpionis,
& ſitis,in quo non erat aqua,& eduxit tibi
15 aquã è petra ſilicis. ¶ Qui comedere fecit
te Man in deſerto,qđ nõ nouerũt patres tui,
ut affligeret te,& tẽtaret te,ut benefaceret
16 tibi in nouiſſimo tuo. ¶ Et dixeris in corde
tuo,potẽtia mea,& robur manus meæ fecit
17 mihi ſubſtantiã hanc. ¶ Memento dñi dei
tui,quia ipſe dat tibi potẽtiã,ut facias ſub-
ſtantiam,ut ſtatuas pactum eius,ſuper quo
18 iurauit patribus tuis ſeđ in diem hãc. ¶ Et
erit,ſi obliuiſcẽdo oblit' fueris dñi dei tui,
& ambulaueris poſt deos alienos,& colue-
ris eos, & incuruaueris te eis,teſtificor uo-
19 bis hodie ꝙ pereundo peribitis. ¶ Sicut
gentes quas dominus perdit à facie ueſtra,
ſic peribitis,eo ꝙ non parueritis uoci domi
ni dei neſtri.

Capitulum.9.

1 AVdi Iſraël.Tranſis hodie Iar-
dén, ut ingrediaris ad poſſi-
dendũ gentes magnas,& ro-
buſtiores te, urbes magnas,
& munitas uſq; ad cœlum.
2 ¶ Populũ magnũ,& excelſum,filios Ha-
nachím, quos noſti, & audiſti. Quis ſtabit
3 corã filijs Hanách? ¶ Et ſcito hodie ꝙ dñs
deus tuus ipſe tranſit ante te.Ignis conſu-
mens eſt,perdet eos,& ipſe humiliabit eos
ante te,& expelles eos,& perdes eos cito,
quemadmodum locutus eſt dominus ad te.
4 ¶ Ne dicas in corde tuo,cum propulſaue-
rit dominus deus tuus eos à facie tua dicen-
do,propter iuſtitiã meam introduxit me do
minus,ut poſſiderẽ terrã iſtam,& propter
impietatẽ gentium iſtarum,dominus expel
5 lit eas à facie tua. ¶ Non propter iuſtitiam
tuam,& rectitudinem cordis tui tu ingre-
deris ad poſſidẽdũ terram earum: ſed pro-
pter impietatẽ gẽtium iſtarũ dñs deus tuus
expellit eas à facie tua,& ut confirmet uer-
bum,ſuper quo iurauit dñs patribus tuis,
6 Abraham,Iſchác,& Iahacób. ¶ Et ſcito ꝙ
non propter iuſtitiã tuam dñs deus tuus dat
tibi terram bonam iſtam, ut poſſideas eam:
7 quia populus durus ceruice es. ¶ Memẽto,
ne obliuiſcaris, ꝙ iraſci feciſti dominũ deũ
tuũ in deſerto.A die qua egreſſus es è terra
Aegypti,donec ingreſſi eſtis in locum iſtũ,
8 rebelles fuiſtis dño. ¶ Et in Choreb iraſci
feciſtis dominũ,& iratus eſt dñs cõtra uos,
9 ut perderet uos. ¶ Quãdo aſcendi in mon-
tem, ut acciperẽ tabulas lapideas, tabulas
pacti,quod pepigit dñs nobiſcũ,& manſi in
mõte quadraginta dies,& quadraginta no-
ctes,panem nõ comedi,& aquam non bibi.
10 ¶ Et dedit dñs mihi duas tabulas lapideas
ſcriptas digito dei,& in eis ſecundũ omnia
uerba,quæ locutus eſt dominus nobiſcũ in
monte è medio ignis,in die cõgregationis.
11 ¶ Et fuit in fine quadraginta dierum, &
quadraginta noctium,dedit dñs mihi duas
12 tabulas lapideas,tabulas pacti. ¶ Et dixit
dominus ad me.Surge,deſcende cito hinc:
quia corrupit ſeipſum populus tuus,quem
eduxiſti ex Aegypto,receſſerũt cito de uia,
quam præcepi eis,fecerunt ſibi conflatile.
13 ¶ Et dixit dñs ad me dicendo.Vidi populũ
iſtum , & ecce populus durus ceruice eſt.
14 ¶ Dimitte me,& perdam eos, & delebo
nomen eorum ſub cœlo,& faciam te ingen-
15 tem robuſtã,& maiorem eo. ¶ Et uerti me,
& deſcendi è monte,& mons ardebat igni,
& duæ tabulæ pacti erant in duabus manib'
16 meis. ¶ Et uidi,ecce peccaueratis domino
deo ueſtro, feceratis uobis uitulum confla-
tilem,receſſeratis cito de uia quam præce-
17 pit dñs uobis. ¶ Et appræhendi duas tabu-
las,& proieci eas è duabus manibus meis,
18 & cõfregi eas in oculis ueſtris. ¶ Et proie-
ci me coram dño.Sicut prius quadraginta
diebus,& quadraginta noctibus,panem nõ
comedi,& aquam non bibi propter omne
peccatũ ueſtrũ,quod peccaueratis facien-
do malum in oculis domini,irritando eum.
19 ¶ Timui enim propter furorẽ,& iram qua
iratus erat dñs contra uos,ut perderet uos.
20 Exaudiuit dñs me etiam uice ipſa. ¶ Et in
Aharón iratus eſt domin' ualde,ut perderet
eum,& oraui etiam pro Aharón in tempore
21 ipſo. ¶ Et peccatũ ueſtrũ quod feceratis,
uitulũ accæpi,& combuſſi illum igni,& cõ
triui illum conterendo bene,donec eſſet cõ
minutus in puluerem, & proieci puluerem
eius in torrentem, qui deſcendit è monte.

22 ¶Et in incẽdio, & in tentatione, & in ſepul
chris concupiſcentiæ iraſci feciſtis dominũ.
23 ¶Et qñ miſit dñs uos de Cadésbarnéah di
cendo. Aſcendite, & poſſidete terrã, quã de-
di uobis, irritaſtis os dñi dei ueſtri, & nõ cre
24 didiſtis ei, & nõ obediuiſtis uoci eius. ¶Re
belles fuiſtis domino à die qua cognoui uos.
25 ¶Et pſtraui me corã dño quadraginta die-
bus, & quadraginta noctibus, quibus pſtra
ui me quia dixerat domin⁹, ut perderet uos.
26 ¶Et oraui ad dñm & dixi. Domine de⁹, ne
diſperdas populũ tuũ, & hæreditatẽ tuam,
quã redemiſti in magnitudine tua, quẽ edu-
27 xiſti ex Aegypto in manu ualida. ¶Memen
to ſeruorum tuorum Abrahã, Iſchác, et Iahacób,
ne reſpicias ad duritiẽ populi hui⁹, ad impie
28 tatẽ eius, & ad peccatũ eius. ¶Ne forte di-
cant incolæ terræ, unde eduxiſti nos, Quia
nõ potuit dñs introducere eos in terrã, quã
locutus eſt eis, & quia odio habet ipſe eos,
eduxit eos, ut mori faceret eos in deſerto.
29 ¶Et ipſi ſunt popul⁹ tu⁹, & hæreditas tua,
quem eduxiſti in fortitudine tua magna, &
in brachio tuo extento.

Capitulũ. 10.

1 IN tẽpore illo dixit domin⁹ ad me.
Dola tibi duas tabulas lapideas ſi-
cut priores, & aſcẽde ad me in mõ
2 tẽ, & fac tibi arcã ligneã. ¶Et ſcri
bam in tabulis uerba quæ fuerunt in tabulis
priorib⁹, quas fregiſti, & pones eas in arca.
3 ¶Et feci arcã è lignis ſittim & dolaui duas
tabulas lapideas ſicut priores, & aſcendi in
montem, & duæ tabulæ erant in manu mea.
4 ¶Et ſcripſit in tabulis, ſecũdum ſcripturã prio
rẽ, decem uerba quæ locutus eſt dñs ad uos
in mõte è medio ignis in die cõgregationis,
5 & dedit eas dominus mihi. ¶Et uerti me, &
deſcẽdi è mõte, & poſui tabulas in arca, quã
feceram & fuerũt ibi, quẽadmodũ præcepit
6 mihi dñs. ¶Et filij Iſraël profecti ſunt de
Beeróth filiorum Iahchán in Moſeráh. Ibi mor
tuus eſt Aharón, & ſepultus eſt ibi & ſunct⁹
7 eſt ſacerdotio Elhazár fili⁹ ei⁹ pro eo. ¶In-
de pfecti ſunt in Ghudghódah, & de Ghu-
dghódah in Iothbáth in terrã torrẽtiũ aqua
8 rũ. ¶In tempore illo ſeparare fecit domi-
nus tribum leui. ut portaret arcã pacti domi
ni, ut ſtaret coram domino adminiſtrãdũ ei,
& ad benedicendum in nomine eius uſque ad
9 diem hanc. ¶Idcirco nõ fuit ipſi leui pars,
& hæreditas cum fratribus ſuis. Domin⁹ eſt
hæreditas eius, quemadmodum locutus eſt
10 dominus deus tuus ei. ¶Et ego ſteti in mõ-
te ſecundum dies priores quadraginta dies,
& quadraginta noctes. Et exaudiuit domi-
nus me etiã uice ipſa, noluit dominus perde
11 re te. ¶Et dixit dominus ad me. Surge, ua-
de per profectionem ante populũ, & ingre-
diantur, & poſſidebũt terram, ſuper quã iu-
12 raui patribus eorũ, ut darem eis. ¶Et nunc
Iſraël, quid dominus deus tuus petit à te, niſi
ut timeas dominũ deũ tuũ? Vt ambules per
omnes uias eius, & diligas eũ, & colas domi
nũ deum tuum toto corde tuo, & tota anima
13 tua? ¶Vt cuſtodias præcepta domini, & ſta
tuta eius quæ ego præcipio tibi hodie, ut be
14 ne ſit tibi. ¶Ecce domini dei tui ſunt cœli,
& cœli cœlorum, terra. & omnia quæ ſunt in ea
15 ¶Tantũmodo in patribus tuis complacuit
dominus, ut diligeret eos, & elegit ſemẽ eo
rum poſt eos, uos ex omnibus populis ſecũ-
16 dũ diem hanc. ¶Et circũcidite præputiũ
cordis ueſtri, & ceruicẽ ueſtrã ne induretis
17 amplius, ¶Dominus enim deus ueſter eſt
deus deorũ, & dominus dominorũ, de⁹ ma-
gnus potens, & terribilis, qui nõ accipit per
18 ſonam, & nõ accipit munus. ¶Faciens iudi
ciũ pupillo, & uiduæ, & diligẽs peregrinũ,
19 dando ei panẽ, & ueſtimentum. ¶Et diligi
te peregrinũ, quia peregrini fuiſtis in terra
20 Aegypti. ¶Dominũ deũ tuũ timebis, ipſum
coles, & ei adhærebis, & per nomen eius iu-
21 rabis. ¶Ipſe eſt laus tua, & ipſe deus tuus
qui fecit tecũ magna, & terribilia iſta, quæ
22 uiderunt oculi tui, ¶Cum ſeptuaginta ani
mabus deſcenderũt patres tui in Aegyptũ,
& nũc poſuit te dominus deus tu⁹ ſicut ſtel-
las cœli in multitudinem.

Capitulum. 11.

1 ET dilige dominũ deũ tuum, & cu-
ſtodi cuſtodiã ei⁹, & ſtatuta ei⁹, &
iudicia eius, & præcepta ei⁹ omni-
2 bus diebus. ¶Et ſcitote hodie,
quia nõ cum filijs ueſtris, qui non cognoue
runt, & qui nõ uiderunt eruditionem domi-
ni dei ueſtri, magnitudinem eius & manum
eius ualidam, & brachium eius extentum.
3 ¶Et ſigna eius, & opera eius quæ fecit in
medio Aegypti, Parhóh regi Aegypti, & omni
4 terræ eius. ¶Et quæ fecit exercitui Aegy-
ptiorũ, equis eius, & currib⁹ eius, qui inun-
dare fecit aquas maris ſuph ſuper facies eo-
rum dum inſequerẽtur uos, & perdidit eos
5 dñs uſque ad diem hanc. ¶Et quæ fecit uo-
bis in deſerto, donec ueniretis uſque ad locũ
6 iſtum. ¶Et quæ fecit Dathán, & Abirón fi
lijs Eliáb filij Reubén. Quia aperuit terra os
ſuum, & deglutiuit eos, & domos eorum, et
tabernacula eorum, & omnem ſubſtantiam

quæ erit in pedibus eorum in medio omnis
7 Iſrael, ¶ Quia oculi ueſtri uidēt omne op⁹
domini magnum qđ fecit, & cuſtodite omne
præceptum quod præcipio uobis hodie, ut
roboremini, & ingrediamini, & poſſideatis
terram, ad quam uos tranſitis, ut poſſideatis
8 eam. ¶ Et ut elōgare faciatis dies ſuper ter-
ram: ſuper quam iurauit dominus patribus
ueſtris, ut daret eis, & ſemini eorum, terram
9 fluentē lacte, & melle. ¶ Terra enim ad quā
tu ingrederis, ut poſſideas eam, nō ſicut ter-
ra Aegypti eſt; ex qua egreſſi eſtis, in qua ſe
minas ſemen tuū, & irrigas pede tuo, ut hor
10 tum holeris. ¶ Et terra ad quam uos tranſi-
tis, ut poſſideatis eam terra montiū & ualliū
eſt, ad pluuiam cœli bibes aquā. In terra quā
dominus deus tuus quærit, ſemper ſunt ocu
li domini dei tui à principio anni uſq; ad ul-
11 timū anni. ¶ Et erit, ſi obediendo obediue-
ris præceptis meis, quæ ego præcipio uobis
hodie, ut diligatis dominum deum ueſtrum,
& colatis eum toto corde ueſtro, & tota ani
12 ma ueſtra. ¶ Dabo pluuiam terræ ueſtræ
in tempore ſuo, temporaneā, & ſerotinam,
& colliges frumentū tuum, & uinum tuū,
13 & oleum tuum. ¶ Et dabo hærbam in agro
tuo pro iumentis tuis, & comedes, & ſatu-
14 raberis. ¶ Cauete uobis, ne forte ſeduca-
tur cor ueſtrū, & recedatis, & colatis deos
15 alienos, & incuruetis uos eis. ¶ Et iraſca-
tur furor domini ī uos, & reſtringat cœlos,
& non ſit pluuia, & terra non det fructum
ſuū, & pereatis cito è terra bona quam do-
16 minus dat uobis. ¶ Et ponite uerba mea
iſta in corde ueſtro, & animo ueſtro, & liga
te ea in ſignū in manu ueſtra, & ſint ut fron-
17 talia inter oculos ueſtros. ¶ Et docete ea
filios ueſtros, ut loquantur de eis, quando
ſedebis in domo tua, & quando ambulabis
per uiam, & quando accumbes, & quan-
do ſurges, & ſcribes ea in poſtibus domus
18 tuæ, & in portis tuis. ¶ Vt multiplicentur
dies ueſtri, & dies filiorum ueſtrorum ſu-
per terram, ſuper quam iurauit dominus pa
tribus ueſtris, ut daret eis ſicut dies cœli ſu-
19 per terram. ¶ Si enim cuſtodiendo cuſto-
dieritis omne præceptum iſtud, quod ego
præcipio uobis, ut faciatis illud, ut diliga-
tis dominū deum ueſtrum, ut ambuletis in
20 omnibus uijs eius, & adhæreatis ei. ¶ Ex-
pellet dominus omnes gentes iſtas a facie
ueſtra, & poſſidebitis gentes magnas, &
21 fortiores uobis. ¶ Omnis locus quem cal-
ca erit planta pedis ueſtri ueſter erit à de-
ſerto, & lebanon à flumine fluminis peráth
uſq; ad mare nouiſſimū, erit termin⁹ ueſter.
22 ¶ Non ſtabit quiſq; corā uobis, pauorem
ueſtrum, & timorem ueſtrum dabit domin⁹
deus ueſter ſuper faciē uniuerſæ terræ, quā
calcabitis, quemadmodum locutus eſt uobis.
23 ¶ Vide, ego do coram uobis hodie bene-
24 dictionem, & maledictionē. ¶ Benedictio-
nem, ſi obedieritis præceptis domini dei
25 ueſtri, q̄ ego præcipio uobis hodie. ¶ Et
maledictionē, ſi non obedieritis præceptis
domini dei ueſtri, & receſſeritis de uia quā
ego ꝑcipio uobis hodie, ut ambuletis poſt
26 deos alios, quos non nouiſtis. ¶ Et erit, cū
introduxerit te domin⁹ deus tuus in terrā,
ad quam tu ingrederis, ut poſſideas eam,
dabis benedictionē ſuper montē Gherizím,
27 & maledictionē ſuper montē Hebál. ¶ Nū
quid nō ſunt trans Iardén poſt uiam, in qua
occumbit ſol, in terra Chenahanæi, qui ha-
bitat in planicie è regione Ghilghál, apud
28 Elonè Moréh? ¶ Vos enim trāſitis Iardén,
ut ingrediamini ad poſſidendū terram, quā
dominus deus ueſter dat uobis, & poſſide-
29 bitis eam, & habitabitis in ea. ¶ Et cuſto-
dite, ut faciatis oīa ſtatuta, & iudicia quæ
ego do coram uobis hodie.

Capitulum. 12.

1 ISta ſunt ſtatuta, & iudicia quæ cu
ſtodietis, ut faciatis in terra quam
dedit domin⁹ deus patrū ueſtrorū
uobis, ut poſſideatis eam omnib⁹
2 diebus, quibus uiuitis ſuper terrá. ¶ Per-
dendo perdetis omnia loca in quibus ſeruie
runt gentes, quas uos poſſidetis, dijs ſuis,
ſuper montes excelſos, & ſuper colles, &
3 ſub omni ligno uiridi. ¶ Et diruetis aras
earum, & confringetis ſtatuas earum, & lu
cos earū comburetis igni, & ſculptilia deo-
rum earum concidetis, & perdetis nomen
4 earū è loco ipſo. ¶ Non facietis ſic domino
5 deo ueſtro. ¶ Sed locum, quem elegerit do
min⁹ deus ueſter ex oībus tribubus ueſtris,
ut ponat nomen ſuum ibi, ut habitet ipſe,
6 quæretis, & uenietis illuc. ¶ Et afferetis il-
luc holocauſta ueſtra, & ſacrificia ueſtra, &
decimas ueſtras, & oblationē man⁹ ueſtræ,
& uota ueſtra, & ſpontanea ueſtra, & primo
genita boum ueſtrorū, & pecudū ueſtrarū.
7 ¶ Et comedetis ibi coram domino deo ue-
ſtro, & lætabimini in omnib⁹ in quibus mi-
teritis manus ueſtras uos, & domus ueſtræ, in
quibus benedixit tibi dominus deus tuus.
8 ¶ Non facietis ſecūdū omnia quæ nos faci-
mus hic hodie, unuſquiſq; omne quod rectū

9 eſt in oculis ſuis. ¶Non enim ueniſtis uſq;
ad hoc tempus ad requiem, & hæreditatem
10 quam dñs deus tuus dat tibi. ¶Et tranſibi
tis Iardén, & habitabitis in terra quam dñs
deus ueſter hæreditate accipere facit nos,
& requiē dabit uobis ab oībus inimicis ue-
ſtris in circuitu, & habitabitis confidenter.
11 ¶Et erit ad locum quem elegerit domin⁹
deus ueſter, ut habitare faciat nomen ſuum
ibi, afferetis oīa quæ ego præcipio uobis,
holocauſta ueſtra, & ſacrificia ueſtra, deci-
mas ueſtras, & oblationes manus ueſtræ, &
omnia electa uota ueſtra quæ uouebitis do-
12 mino. ¶Et lætabimini corā dño deo ueſtro
uos, & filij ueſtri, & filiæ ueſtræ, & ſerui ue
ſtri, & ancillæ ueſtræ, & leuita qui eſt intra
portas ueſtras, quia non eſt ei pars, & hære-
13 ditas uobiſcū. ¶Caue tibi, ne offeras ho-
locauſta tua in omni loco, quem uidebis.
14 ¶Sed in loco quē elegerit domin⁹, in una
tribuum ueſtrarū, offeres holocauſta tua, &
15 ibi facies oīa, quæ ego præcipio tibi. ¶Tā
tūmodo in omni deſiderio animæ tuæ ma-
ctabis, & comedes carnē ſcd'm benedictio-
nem dñi dei tui, quam dederit tibi intra oēs
portas tuas, immundā, & mundā comedes
16 ſicut capream, & ceruū. ¶Sed ſanguinem
non comederis, ſuper terram effundetis illū
17 ſicut aquā. ¶Non poteris comedere intra
portas tuas decimā frumēti tui, & uini tui,
& olei tui, & primogenita boum tuorū, &
pecudū tuarū, & oīa uota tua quæ uoueris,
& ſpontanea tua, & oblationē manus tuæ.
18 ¶Sed corā dño deo tuo comedes ea, in
loco quē elegerit dñs deus tuus, tu & filius
tuus, & filia tua, & ſeru⁹ tu⁹, & ancilla tua,
& leuita qui eſt intra portas tuas, & lætabe
ris corā dño deo tuo in oīb⁹ in quibus mittes
19 manū tuam. ¶Caue tibi ne forte dereli-
quas leuitam oībus diebus tuis ſuper terrā
20 tuam. ¶Cum dilatare fecerit dñs de⁹ tuus
terminū tuū, quēadmodū locutus eſt tibi,
& dixeris, comedā carnē, quia concupiſcit
anima tua comedere carnē, ſcd'm omne deſi
21 deriū aīæ tuæ comedes carnem. ¶Cū elon
gauerit à te locū quē elegerit dñs de⁹ tuus,
ut ponat nomen ſuū ibi, mactabis de bobus
tuis, & de pecudib⁹ tuis, quas dederit dñs
tibi, quēadmodū præcepi tibi, & comedes
intra portas tuas ſcd'm omne deſideriū aīæ
22 tuæ. ¶Sed quēadmodū comedit caprea,
& ceruus, ſic comedes ea, immundam, &
23 & mundā pariter comedes eam. ¶Sed ro-
bora te, ut non comedas ſanguinē, quia ſan-
guis eſt anima, & non comedes animā cum
24 carne. ¶Non comedes eum, ſuper terram
25 effundes eum ſicut aquam. ¶Nō comedes
eum, ut bene ſit tibi, & filijs tuis poſt te, cū
26 feceris quod rectū eſt in oculis dñi. ¶Sed
ſanctificata tua, quæ erunt tibi, & uota tua
feres, & uenies ad locū quem elegerit dñs.
27 ¶Et facies holocauſta tua, carnem, & ſan-
guinē ſuper altare dñi dei tui, & ſanguis ſa-
crificiorū tuorū effundetur ſuper altare dñi
28 dei tui, & carnem comedes. ¶Cuſtodi, &
audi oīa uerba iſta, quæ ego præcipio tibi,
ut bene ſit tibi, & filijs tuis poſt te uſq; in ſæ
culum, cum feceris bonū, & rectū in oculis
29 dñi dei tui. ¶Cum exciderit dñs de⁹ tuus
gentes ad quas tu ingrederis, ut poſſideas
eas, à facie tua, & poſſederis eas, & habita-
30 ueris in terra earū. ¶Caue tibi ne illaquees
te poſt eas, poſtq̃ perierint à facie tua, ne
forte quæras deos earū dicēdo. Sicut coluē-
runt gētes iſtæ deos ſuos, faciā ſic etiā ego.
31 ¶Non facies ſic dño deo tuo. Nam omnem
abominationē dñi, quā odio habuit, fecerūt
dijs ſuis: quia etiā filios ſuos, & filias ſuas
32 combuxerūt igni dijs ſuis. ¶Omne qd' ego
● præcipio uobis, cuſtodietis, ut faciatis. Nō
addetis ſuper illud, & nō diminuetis ex eo.

Capitulum. 13.

1 SI ſurrexerit in medio tuí pro-
pheta, uel ſomnians ſomniū, &
dederit tibi ſignū, uel portētū.
2 ¶Et euenerit ſignū, & porten-
tum, quod locutus eſt tibi dicendo, eamus
poſt deos alienos, quos nō noſti, & colamus
3 eos. ¶Non obedies uerbis ꝓphetæ illius,
uel ſomnianti ſomniū illud: quia tentat dñs
de⁹ ueſter uos, ut ſciat an diligatis dominū
deum ueſtrum toto corde ueſtro, & tota aīa
4 ueſtra. ¶Poſt dominū deum ueſtrū ambu-
labitis, & ipſum timebitis, & præcepta eius
cuſtodietis, & uoci eius obedietis, & eū co-
5 letis, & ei adhærebitis. ¶Et ꝓpheta ipſe,
uel ſomnians ſomnium illud, morietur: quia
locutus eſt ſermonem declinare facientem
contra dominum deum ueſtrum, qui eduxit
te è terra Aegypti, & redemit te è domo ſer
uorum, ut propelleret te de uia quam præ-
cepit tibi dominus deus tuus, ut ambula-
res per eam, & auferes malum è medio tuí.
6 ¶Si incitauerit te frater tuus, filius matris
tuæ, uel filius tuus, uel filia tua, uel uxor ſi-
nus tui, uel amicus tuus, qui eſt ſicut ani-
ma tua, clam dicendo, eamus & colamus
deos alios, quos non noſti tu & patres tui.

7 ¶ De dijs populorū,qui ſunt in circuitibus
ueſtris propinquus tibi,uel lōginquus à te,
ab extremo terræ uſq; ad extremum terræ.
8 ¶ Non acquieſces ei,neq; obedies ei,nec
parcet oculus tuus ei,neq; indulgebis,& nō
9 operies eum. ¶ Sed occidendo occides eū.
Manus tua erit in eo pri⁹,ut mori facias eū,
10 & manus omnis populi poſtea. ¶ Et lapida
bis eum lapidibus,& morietur. Quia quæſi
uit expellere te à domino deo tuo,qui edu-
11 xit te è terra Aegypti è domo ſeruorū. ¶ Et
omnis Iſraël audiens,& timebunt,& nō ad-
dent,ut faciant ſecundū rem malam iſtam in
12 medio tui. ¶ Si audieris in una urbium tua-
rum,quā dominus deus tuus dat tibi,ut ha-
13 bites ibi dicēdo. ¶ Egreſſi ſunt homines fi-
lij impij è medio tui,& expulerunt habitato
res urbis eorum dicendo,eamus,& colam⁹
14 deos alios,quos non noſtis. ¶ Quæres,&
inueſtigabis,& interrogabis diligēter.Et ſi
ueritas eſt,rectum eſt uerbum,facta eſt abo-
15 minatio iſta in medio tui. ¶ Percutiēdo per
cuties habitatores ciuitatis illius acie gladij
perdēdo eam,& omnia quæ in ea ſunt,& iu-
16 menta eius acie gladij. ¶ Et omne ſpolium
eius cōgregabis ad medium plateæ eius,&
combures igni ciuitatem,& omne ſpolium
eius.Totū domino deo tuo erit,& erit tumu
17 lus perpetuus nō ædificabitur ampli⁹. ¶ Et
nō adhærebit manui tuæ quicq; de anathema-
te,ut auertatur dominus ab ira furoris ſui,
& det tibi miſericordias,& miſereatur tui,
& multiplicet te,quemadmodū iurauit pa-
18 tribus tuis. ¶ Cum obedieris uoci domini
dei tui,ut cuſtodias omnia præcepta ei⁹ quæ
ego præcipio tibi hodie,ut facias rectum in
oculis domini dei tui.

Capitulum.14,

1 Filij eſtis domini dei ueſtri,nō lace
rabitis uos, neq; ponetis caluitiū
inter oculos uſos ſuper mortuū.
2 ¶ Populus enim ſanctus es do-
mino deo tuo,& te elegit dominus,ut ſis ei
populus peculiaris præ omnib⁹ populis qui
3 ſunt ſuper faciē terræ. ¶ Nō comedes oēm
4 abominationē. ¶ Hoc eſt animal quod co-
medetis.Bouem,pecus ouium,& pecus ca-
5 prarū. ¶ Ceruū,& capream,& bubalum,
& hircū ſiluestrē,& pygargum,& orygem,
& capram rupicolā & omne animal findens
ungulā,& findens fixuram duarū ungularū
ruminationē ſubducens inter animalia illud
6 comedetis. ¶ Verūtñ hoc non comedetis
ex ſubducētib⁹ ruminationē, & ex findenti
bus ungulam diuiſam, camelū,& leporē,&
Choerogyliū,quia ſubducunt ruminationē
& ungulam non diuidunt,immūda ſunt uo-
7 bis. ¶ Et porcus,quia findit ungulā,& non
ruminat,immundus eſt uobis.De carne eorū
nō comedetis & cadauer eorū non continge
8 tis. ¶ Hoc comedetis ex oībus quæ ſunt in
aqua.Omne cui eſt pinnula,& ſquama co-
9 medetis. ¶ Et omne cui non eſt pinnula,&
ſquama non comedetis,immundū eſt uobis.
10 ¶ Oēm auem mūdā comedetis, & hæc ſunt
ex quibus non comedetis,aquilam, & gry-
11 phū,& halyæetū. ¶ Et ixon,& uulturē,&
12 miluū ſecūdū ſpeciē ſuā. ¶ Et omnē coruū
13 ſecūdū ſpeciē ſuā. ¶ Et filiā ſtructionis,&
noctuam,& larum,& accipitrem ſecundum
14 ſpeciem ſuam. ¶ Et herodium, & ibin, &
15 cygnū, ¶ Et pelicanū.& porphirionem,&
16 mergulū. ¶ Ciconiam,& caradryon ſecun
dū ſpeciem ſuam,& upupam,& ueſpertilio
17 nem.Et omne reptile uolatile immundū eſt
18 uobis,non comedet. ¶ Omnem auem mū-
19 dam comedetis. ¶ Non comedetis omne ca
dauer.Peregrino qui eſt intra portas tuas da
bis illud,& comedet illud,uel uende alieni-
genæ,populus enim ſanctus es domino deo
tuo.Non coques hædum in lacte matris ſuæ.
20 Decimā dādo,decimā dabis omnis fructus
ſeminis tui,qui egreditur ex agro annuatim
21 ¶ Et comedes corā domino deo tuo,in lo-
co quē elegerit,ut habitare faciat nomē ſuū
ibi,decimā frumenti tui,uini tui,& olei tui,
& primogenita boum tuorum,& pecudum
tuarum,ut diſcas timere dominū deum tuū
22 omnibus diebus. ¶ Et ſi creuerit præ te uia
q̃ nō poſſis ferre eam,quia diſtat à te locus,
quem elegerit dominus deus tuus,ut ponat
nomen ſuum ibi,cum benedixerit tibi domi
nus deus tuus,dabis in pecunia,& ligabis
pecuniam in manu tua,& ibis ad locum quē
23 elegerit dominus deus tuus. ¶ Et dabis pe
cuniā ſecūdū omnia quæ deſiderat anima tua
de bobus,& de pecudibus,& de uino,& de
Sechár, & de omnibus quæ poſtulauerit à
te anima tua Et comedes ibi coram domino
24 deo tuo,& lætaberis tu,& domus tua. ¶ Et
leuitā q eſt intra portas tuas,nō derelinques,
25 quia non eſt ei pars,& hæreditas tecū. ¶ In
fine trium annorum proferes omnem deci-
mam fructus tui in anno ipſo,& repones in-
tra portas tuas,& ueniet leuita,quia non eſt
ei pars,& hæreditas tecum,& peregrinus,
& pupillus,& uidua, qui ſunt intra portas
tuas,& comedēt,& ſaturabuntur,ut bene-
dicat tibi dominus deus tuus in omni opere
manus tuæ,quod feceris.

Capitulum.15.

1 IN fine ſeptem annorum facies re-
miſſionem. Et hæc eſt res remiſ-
ſionis, ut remittat omnis q habet
mutuum manum ſuam. Qui mu-
tuauerit proximo ſuo, nõ exiget
à pximo ſuo, & fratre ſuo, quia uocauit remiſ-
2 ſionem domino. ¶ Ab alienigena exiges, &
quod fuerit tuũ fratri tuo remittet manus tua,
eo ꝙ non erit in te mendicus. Quia benedi-
cendo benedicet tibi dominus in terra, quam
dominus deus tuus dat tibi in hæreditatem, ut
3 poſſideas eam. ¶ Dũtaxat ſi obediendo obe-
dieris uoci domini dei tui, ut cuſtodias, ut fa-
cias omne præceptum iſtud, quod ego præci-
4 pio tibi hodie. ¶ Quia domin' deus tuus be-
nedixit tibi, quẽadmodum locutus eſt tibi. Et
mutuabis gentib' multis, & tu non capies mu-
tuum, & dominaberis gentibus multis, & tibi
5 nõ dominabuntur. ¶ Si fuerit in te mendicus
quiſpiam è fratribus tuis, intra unam è portis
tuis in terra tua, quam dñs deus tuus dat tibi
non indurabis cor tuum, & non contrahes ma
6 num tuam à fratre tuo mendico. ¶ Sed ape-
riendo aperies manum tuam ei, & mutuando
mutuabis ei quãtũ ſufficit defectui eius, quod
7 defecerit ei. ¶ Caue tibi ne forte ſit quidpiam
cum corde tuo, cum impietate dicẽdo. Appro-
pinquauit annus ſeptimus, annus remiſſionis,
& malignus ſit oculus tuus contra fratrem
tuum mendicum, & non des ei, & clamabit
contra te ad dominum, & erit in te peccatum.
8 ¶ Dando dabis ei, & non malignabit cor tuũ
cum dederis ei, Quia huius rei gratia bene-
dicet tibi dominus deus tuus in omnibus ope-
ribus tuis, & in omnibus in quibus mittes ma
9 num tuam. ¶ Quia non ceſſabit mendicus de
medio terræ. Idcirco ꝑcipio tibi dicendo. Ape
riendo aperies manũ tuam fratri tuo, pauperi
10 tuo, & mẽdico tuo in terra tua. ¶ Si uendide
rit ſe tibi frater tuus hebræus, uel hebræa, &
ſeruierit tibi ſex ãnis, anno ſeptimo dimittes
11 eũ liberũ à te. ¶ Et ſi dimiſeris eum liberũ à
12 te, nõ dimittes eum uacuũ. ¶ Onerando one
rabis eum. De pecudibus tuis, & de frumen-
to areæ tuæ, & de uino torcularis tui, in qui-
bus benedixerit tibi dominus deus tuus, dabis
13 ei. ¶ Et recordaberis ꝙ ſeruus fuiſti in terra
Aegypti, & redemit te dominus deus tuus.
14 Idcirco ego præcipio tibi hoc hodie. ¶ Et
erit, ſi dixerit tibi, non egrediar à te, quia dile-
xit te, & domum tuam, quia bonum eſt ei ut
15 ſit tecum. ¶ Capies ſubulam, & pones in an-
re eius, & in ianua, & erit tibi ſeruus in ſæcu-
16 lum. Et etiam ancillæ tuæ facies ſic. ¶ Non ſit
durum in oculis tuis, cũm dimiſeris eum libe-
rum à te, quia duplex eſt merces mercenarij.
Seruiuit tibi ſex annis, & benedicet tibi domi
17 nus tuus in omnibus quæ feceris. ¶ Omne
primogenitum quod naſcetur è bobus tuis, et
è pecudibus tuis, maſculum ſanctificabis domi
no deo tuo. Nõ operaberis in primogenito bo
uis tui, & non tondebis primogenitum pecu-
18 dum tuarum. ¶ Coram domino deo tuo co-
medes eum annuatim, in loco quem elegerit
19 dominus tu & familia tua. ¶ Et ſi fuerit in eo
macula, claudus, uel cæcus, omnis macula ma-
20 la, non ſacrificabis eũ domino deo tuo. ¶ In-
tra portas tuas comedes eum, immundum, &
mũdum pariter, ſicut capream, & ſicut ceruũ.
21 ¶ Tantũmodo ſanguinem eius nõ comedes,
ſuper terram fundes eum ſicut aquám.

Capitulum.16.

1 OBſerua menſem Iulij, & fac Pé-
ſach domino deo tuo, qa in mẽ-
ſe Iulij eduxit te dominus deus
2 tuus ex Aegypto nocte. ¶ Et
ſacrificabis Péſach domino deo
tuo de pecudibus, & bobus in
loco quem elegerit dominus, ut habitare fa-
3 ciat nomen ſuum ibi. ¶ Non comedes eum eo
fermẽtatum. Septem diebus comedes eum eo
infermentata panẽ paupertatis. Quia feſtinã-
ter egreſſus es è terra Aegypti, ut memineris
diei quo egreſſus es è terra Aegypti omnibus
4 diebus uitæ tuæ. ¶ Et non conſpicietur in te
fermentatum in omni termino tuo ſeptem die
bus, & non pernoctabit de carne quam ſacri-
5 ficabis ĩ ueſpera, die primo, uſꝗ mane. ¶ Nõ
poteris ſacrificare Péſach intra unam è portis
6 tuis, quas dominus deus tuus dat tibi. ¶ Sed
in loco quem elegerit dominus deus tuus, ut
habitare faciat nomen ſuũ ibi, ſacrificabis Pé-
ſach in ueſpera, occumbẽte ſole, tempore quo
7 egreſſus es ex Aegypto. ¶ Et aſſabis, & co-
medes in loco quem elegerit dominus deus
tuus, & uertes te mane & ibis in tabernacula
8 tua. ¶ Sex diebus comedes infermentata, &
die ſeptima erit collectio domino deo tuo, nõ
9 facies opus. ¶ Septem ebdomadas numera-
bis tibi. Quum inceperit falx eſſe in ſegete in
10 cipies numerare ſeptem ebdomadas. ¶ Et fa-
cies ſolẽnitatem ebdomadarum domino deo
tuo, Quantum potuerit ſpontanea manus tua
erit quod dabis, quemadmodum benedixerit
11 tibi dominus deus tuus. ¶ Et læraberis co-
ram domino deo tuo tu, & filius tuus, & filia
tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & leuita qui

eſt intra portas tuas, & peregrinus, & pupil-
lus, & uidua qui ſunt in medio tui, in loco quẽ
elegerit dominus deus tuus, ut habitare faciat
12 nomen ſuum ibi. ¶ Et recordaberis ꝙ ſeruus
fuiſti in Aegypto, & cuſtodies, & facies ſtatu-
13 ta hæc. ¶ Solennitatem tabernaculorum fa-
cies tibi ſeptem diebus, dum collegeris tu de
14 area tua, & de torculari tuo. ¶ Et lætaberis
in ſolennitate tua, tu, & filius tuus, & filia tua,
& ſeruus tuus, & ancilla tua, & leuita, & pe-
regrinus, & pupillus, & uidua, qui ſunt intra
15 portas tuas. ¶ Septem diebus ſolennitatem
celebrabis domino deo tuo, in loco quem ele-
gerit dominus, quia benedicet tibi dominus
deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni
opere manuũ tuarũ, & eris uerũtamen lætus.
16 ¶ Tribus uicibus in anno conſpicietur omne
maſculus tuus coram domino deo tuo, in loco
quem elegerit, in ſolennitate infermentatorũ,
& in ſolennitate ebdomadarum, & in ſolenni
tate tabernaculorum, & non conſpicietur co-
17 ram domino uacuus. ¶ Vnuſquiſqꝫ ſecũdum
donum manus ſuæ, ſecundum benedictionem
domini dei tui, quam dedit tibi.

Capitulum. 17.

1 IVdices, & præfectos pones tibi
in oĩbus portis tuis, quas domi-
nus deus tuus dat tibi in tribu-
bus tuis, & iudicabũt populum
2 ſecundũ iudicium iuſtũ. ¶ Non
peruertes iudicium, non agnoſces perſonam,
et non capies munus: quia munus excæcat ocu
3 los ſapientum, & deſtruit uerba iuſtorũ. ¶ Iu
ſtitiam, iuſtitiã ſequeris, ut uiuas, & poſſideas
4 terram quam dñs deus tuus dat tibi. ¶ Non
plantabis tibi lucum, omnem arborem apud
5 altare domini dei tui, quod facies tibi. ¶ Et
non eriges tibi ſtatuam, quam odio habet do-
6 minus deus tuus. ¶ Non ſacrificabis domino
deo tuo bouem, & pecus, in quo fuerit macu-
la, omnem rem malã, quia abominatio domini
7 dei tui eſt. ¶ Si inuentus fuerit in medio tui,
intra unam e portis tuis, quas dominus deus
tuus dat tibi, uir, uel mulier qui fecerit malum
in oculis domini dei tui, tranſgrediendo pactũ
8 eius. ¶ Et prexerit, & coluerit deos alios, &
incuruauerit ſe eis, & ſoli, uel lunæ, uel omni
9 militiæ celi, quod non præcepi ¶ Et nuncia-
tum fuerit tibi, et audieris, & quæſieris diligẽ
ter, & ecce eſt ueritas, rectum eſt uerbum, fa-
10 cta eſt abominatio iſta in Iſraël. ¶ Educes ui-
rum ipſum, uel mulierem ipſam qui fecerunt
malum hoc ad portas tuas, uirum uel mulie-
rem, & lapidabis eos lapidibus, & morientur.
11 ¶ In ore duorum teſtium, uel trium teſtium,
morietur moriendus. Non morietur in ore te-
12 ſtis unius. ¶ Manus teſtium erit contra eum
prius, ad interimendum eum, & manus omnis
populi poſtea, & auferes malum è medio tui.
13 ¶ Si latuerit tibi aliquid in iudicio inter ſan-
guinem, & ſanguinem, inter cauſam, & cau-
ſam, & inter plagam, & plagam, res cauſa-
rum in portis tuis, ſurges, & aſcendes ad lo-
14 cum, quem elegerit dominus deus tuus. ¶ Et
uenies ad ſacerdotes Leuitas, & ad iudicem
qui erit in diebus ipſis, & quæres, & indica-
15 bunt tibi rem iudicij. ¶ Et facies ſecundum
ſermonem uerbi, quod annunciabunt tibi è
loco ipſo, quem elegerit dominus, & cuſto-
dies faciendo iuxta omnia, quæ docebunt te.
16 ¶ Iuxta ſermonem legis quem docebunt te,
& ſecundum iudicium quod dicent tibi faci-
es. Non declinabis à uerbo, quod annuntia-
17 bunt tibi, ad dexteram, & ad ſiniſtram. ¶ Et
uir qui fecerit per ſuperbiam, ut non obediat
ſacerdoti, qui ſtat ad miniſtrandum ibi coram
domino deo tuo, uel iudici, morietur uir ipſe,
18 & auferes malum ex Iſraël. ¶ Et omnis po-
pulus audient, & timebunt, & non ſuperbe
19 agent amplius. ¶ Cum ingreſſus fueris ter-
ram, quam dominus deus tuus dat tibi, & poſ
ſederis eam, & habitaueris in ea, et dixeris, po
nam ſuper me regem ſecundum omnes gen-
20 tes, quæ ſunt in circuitibus meis. ¶ Ponendo
pones ſuper te regem, quem elegerit domi-
nus deus tuus. E medio fratrum tuorum, po-
nes ſuper te regem. Non poteris ponere ſuper
te uirum alienigenam, qui non frater tuus eſt.
21 ¶ Sed non multiplicabit ſibi equos, neqꝫ re-
ducet populum in Aegyptum, ut multiplicet
equos: & dominus dixit uobis. Non addetis,
22 ut reuertamini per uiam iſtam amplius. ¶ Et
non multiplicabit ſibi uxores, & non declina-
bit cor eius, & argentum, & aurum non mul-
23 tiplicabit ſibi ualde. ¶ Et erit, qñ ſedet ſu-
per ſolium regni ſui, ſcribet ſibi iteratam le-
gem hanc in libro coram ſacerdotibus Leuitis.
24 ¶ Et erit cum ea, & leget in ea omnibus die-
bus uitæ ſuæ, ut diſcat timere dominum deum
ſuum, ut cuſtodiat omnia uerba legis iſtius, &
25 ſtatura iſta, ut faciat ea. ¶ Vt non eleuet cor
ſuum ſupra fratres ſuos, neqꝫ declinet à præce
pto, ad dexteram, & ad ſiniſtram, ut prolon-
get dies ſuper regnum ſuum ipſe, & filij eius
in medio Iſraël.

Capitulum. 18.

1 NOn erit ſacerdotibꝰ leuitis, om
ni tribui Leui pars, & hæredi-
tas cũ Iſraël. Oblationes dñi,
& hæreditatẽ eius comedent.
2 ¶ Et hæreditas non erit ei in
medio fratrum ſuorum. Dñs
eſt hæreditas eius, quẽadmodũ locutus ẽ ei.
3 ¶ Et hoc erit iudicium ſacerdotum à popu
lo, à ſacrificãtibꝰ ſacrificiũ, ſiue bouem, ſiue
pecus, dabis ſacerdoti brachiũ, & maxillas,
4 & ſtomachũ. ¶ Primitias frumenti tui, uini
tui, & olei tui, et primitias uelleris ouiũ tua-
rum dabis ei. Ipſum enĩ elegit dominꝰ deus
tuus è cũctis tribubꝰ tuis, ut ſtet ad miniſtrã
dum nomini dñi, ipſe, & filij eius omnibus
5 diebꝰ. ¶ Et ſi uenerit leuita ex aliqua è por
tis tuis ex omni Iſraël, ubi ipſe peregrina-
tur, & uenerit toto deſiderio animæ ſuæ ad
6 locum, quem elegerit dominus. ¶ Mini-
ſtrabit nomini domini dei ſui, ut omnes fra-
tres eius Leuitæ, qui manent ibi coram domi
7 no. ¶ Partem ut partem comedent, præter
8 uenditiones ſuas factas patribus. ¶ Cum
ingreſſus fueris terram quam dominꝰ deus
tuus dat tibi, non diſces ut facias ſecũdum
9 abominationes gentium ipſarum. ¶ Non
inueniętur in te, qui tranſire faciat filium
ſuum, & filiam ſuam per ignem diuinans di-
uinationes ariolus, & augur, & maleficus.
10 ¶ Et incantans incantationem, & interro-
gans pytonem, & magus, & quærens à mor
11 tuis. ¶ Abominatio enim domini eſt omnis
qui facit hæc, & ꝓpter abominationes iſtas
dominus deus tuus eijciet eas à facie tua.
12 ¶ Perfectus eris cum domino deo tuo.
13 ¶ Gentes enim iſtæ quas poſſides ab ario-
lis, & diuinis audiunt, Sed tu non ſic. Dedit
14 tibi dominus deus tuus. ¶ Prophetam è
medio tui è fratribus tuis ſicut me, ſuſcita-
15 bit tibi dominꝰ deꝰ tuus, ei obedietis. ¶ Se-
cũdum omnia quæ poſtulaſti à domino deo
tuo in Choreb, in die congregationis dicen
do. Non addam, ut audiam uocem domini
dei mei, & ignem magnum iſtum non uide-
16 bo amplius, & non moriar. ¶ Et dixit do-
minus ad me. Bona ſunt quæ locuti ſunt.
17 ¶ Prophetam ſuſcitabo eis de medio fra-
trum eorũ ſimilem tibi, & ponam uerba mea
in ore eius, & loquetur ad eos omnia, quæ
18 præcepero ei. ¶ Et erit, ut qui non obedie
rit uerbis meis, quæ loquetur in noĩe meo,
19 ego requiram ab eo. ¶ Verumtamen pro-
pheta qui ſuperbe egerit, ut loquatur uer-
bum in nomine meo, quod non præcepi ei,
ut loqueretur, & qui loquetur in noĩe deo-
20 rum aliorum, morietur propheta ipſe. ¶ Et
ſi dixeris in corde tuo, quomodo ſciemꝰ uer
21 bum, qđ non locutus eſt dominus. ¶ Quod
loquetur propheta in noĩe domini, & nõ erit
uerbum, & non ueniet, eſt uerbum quod nõ
locutus eſt dñs, per ſuperbiam locutus eſt
ipſum propheta, non timebis ab eo.

Capitulum. 19.

1 CVm excidere fecerit dominus
deus tuus gentes quarum do-
minus deus tuus dat tibi ter-
ram, & poſſederis eas, & habi
taueris in urbibus earum, &
2 in domibus earum. ¶ Tres ur
bes ſeparabis tibi in medio terræ tuæ, quam
dominus deus tuus dat tibi, ut poſſideas eã.
3 ¶ Parabis tibi uiam, & in tres partes diui-
des terminum terræ tuæ, quam hæreditare
faciet te dominus deus tuus, & erit, ut fu-
4 giat illuc omnis homicida. ¶ Et hæc eſt res
homicidæ, qui fugiet illuc, & uiuet. Qui
percuſſerit proximum ſuum ignoranter, &
ipſe non odio habebat eum ab heri, & nu-
5 diuſtertius. ¶ Et qui abierit cum proximo
ſuo in ſiluam ad cædendum ligna, & impu-
lerit manus eiꝰ in ſecurim cædendo lignum,
& receſſerit ferrum è ligno, & inuenerit pro
ximum ſuum, & moriatur, ipſe fugiet ad
6 unam ex urbibus iſtis, & uiuet. ¶ Ne forte
inſequatur propinquus ſanguinis homici-
dam, cum calefecerit ſe cor eius, & appræ-
hendat eum, ſi multa fuerit uia, & percutiat
animam, & ei non eſt iudicium mortis, quia
non odio habebat eum ab heri, & nudiuster
7 tius. ¶ Idcirco præcipio tibi dicendo, tres
8 ciuitates ſeparabis tibi. ¶ Et ſi dilatare fe-
cerit dominus deus tuus terminũ tuũ, quẽ-
admodum iurauit patribus tuis, & dederit
tibi omnem terram, quam locutus eſt, ut da-
9 ret patribꝰ tuis. ¶ Si cuſtodieris oĩa præce
ptum iſtud, ut facias illud, quod præcipio ti
bi hodie, ut diligas dominũ deum tuum, &
ambules in uijs eius omnibus diebus, addes
10 tibi adhuc tres ciuitates ſup tres iſtas. ¶ Et
non effundetur ſanguis innocens in medio
terræ tuæ, quam dominus deus tuus dat tibi
in hæreditatem, & ſint ſuper te ſanguines.
11 ¶ Et ſi fuerit quiſpiã odio habẽs proximũ
ſuum, & inſidiatus fuerit ei, et ſurrexerit cõ
tra eũ, & pcuſſerit animã, & mortuus fuerit,
12 & fugerit ad unã è ciuitatibus iſtis. ¶ Mit-
tet ſeniores ciuitatis illiꝰ, & capiet eũ inde,
& dabunt eum in manu propinqui ſangui-

13 nis,& moriétur. ¶ Nõ parcet oculus tuus
ei,& auferes ſanguinẽ innocentẽ ex Iſrael,
14 & bene erit tibi. ¶ Non appræhẽdes termi
num proximi tui,quem terminauerũt primi
in hæreditate tua,quã hæreditate accipies
in terra,quã dñs deus tuus dat tibi,ut poſſi
15 deas eam. ¶ Non ſtabit teſtis unus contra
uirũ in om̃ iniq̃tate,& in omni pctõ,in om̃i
peccato qđ peccauerit.In ore duorꝝ teſtiũ,
16 uel in ore triũ teſtiũ ſtabit uerbũ. ¶ Si ſte-
terit teſtis mendacij cõtra uirũ ad teſtifican
17 dum cõtra eum declinationem. ¶ Stabunt
ambo hoĩes,q̃bus eſt lis coram dño,coram
ſacerdotib⁹,& iudicibus qui erunt in dieb⁹
18 ipſis. ¶ Et inquirent iudices diligẽter,& ſi
teſtis mendax teſtis fuit,mendaciũ teſtifica
19 tus eſt contra fratrẽ ſuũ. ¶ Facietis ei,quẽ-
admodum cogitauit facere fratri ſuo,& au
20 feres malũ ẽ medio tui. ¶ Et qui remanſe-
rint,audient,& timebũt, & nõ addent,ut fa
ciant amplius ſecundũ malum hoc in medio
21 tui. ¶ Et nõ parcet oculus tuus, animã pro
anima,oculũ pro oculo,dentem pro dente,
manũ pro manu,pedem pro pede.

Capitulum.20.

1 CVm egreſſus fueris ad bellum
contra inimicos tuos,& uide-
ris equos,& currus, populum
maiorem te,ne timeas ab eis.
Dominu⁹ eñ deus tuus eſt tecũ,
quia aſcendere fecit te de terra Aegypti.
2 ¶ Erit,cum appropinquaueritis ad bellũ,
accedet ſacerdos,& loquetur ad populum.
3 ¶ Et dicet ad eos.Audi Iſrael. Eſtis ꝓpinq
hodie bello cõtra inimicos ueſtros,ne mol-
leſcat cor ueſtrũ,ne timeatis, & ne pauea-
4 tis,& ne formidetis à facie eorum. ¶ Quia
dñs de⁹ ueſter ambulat nobiſcũ,ut pugnet
pro uobis cũ inimicis ueſtris,ut ſeruet nos.
5 ¶ Et loquẽtur præfecti ad populũ dicẽdo.
Quis eſt uir qui ædificauit domũ nouã,&
nõ dedicauit eam.Vadat,& reuertat̃ ad do-
mum ſuã,ne forte moriatur in prœlio,& uir
6 alius dedicet eã. ¶ Et quis eſt uir qui plan
tauit uineam,& non prophanauit eam?Va-
dat & reuertatur ad domum ſuam,ne forte
moriatur in prœlio,& uir alius prophanet
7 eam. ¶ Et quis eſt uir qui deſpõſauit uxo-
rem,& non accæpit eam?Vadat, & reuerta
tur ad domũ ſuam,ne forte moriatur in prœ
8 lio,& uir alius accipiat eam. ¶ Et addent
præfecti,ut loquant̃ ad populum,& dicent.
Quis eſt uir timid⁹,& tener corde?Vadat,
& reuertatur ad domũ ſuam,& non diſſol-
9 uat cor fratrũ ſuorum,ſicut cor ſuum. ¶ Et
erit,cum cõpleuerint præfecti loqui ad po-
pulum, conſtituent principes exercitus in
10 capite populi. ¶ Cum appropinquaueris
ad ciuitatẽ,ut pugnes contra eam,clamabis
11 ad eam pro pace. ¶ Et erit,ſi pacem reſpõ-
derit tibi,& aperuerit tibi, erit,omnis po-
pul⁹ repertus in ea,erunt tibi tributarij,&
ſeruient tibi.Et ſi non pacem fecerit tecum:
ſed fecerit tecum prœlium,obſidebis eam.
12 ¶ Et dabit eam dominus deus tuus in pote
ſtate tua,& percuties omnem maſculũ eius
13 acie gladij. ¶ Sed mulieres,& paruulos,&
animalia,& omne quod erit in urbe,& oĩa
ſpolia eius prædaberis tibi,& comedes ſpo
lia inimicorũ tuorum quæ dederit dominus
14 deus tuus tibi. ¶ Sic facies omnibus urbi-
bus longinquis à te ualde,quæ non de ciui-
15 tatibus gentium iſtarum ſunt. ¶ Sed de ci-
uitatibus populorũ iſtorum,quos dominus
deus tuus dat tibi in hæreditatem,non uiui
ficabis omnem animã,ſed perdendo perde-
eas,Chittæum,Emoræum,Chenáhanæum,
& Perizæũ,Chiuuæum,& Iebuſæũ,quẽad
modum præcepit tibi dominus deus tuus.
16 ¶ Vt non doceant uos facere ſeđm abomi-
nationes eorum,quas fecerunt dijs ſuis,&
17 peccetis domino deo ueſtro. ¶ Si obſede-
ris ciuitatem diebus multis pugnando ad-
uerſus eam,ut capias eam,nõ diſperdes ar-
bores eius,impellendo contra eas ſecurim:
quia ex illius fructibus comedes & ipſas nõ
ſuccides. Eſt enim ut homo, arbor agri,ut
18 ueniat à facie tua in obſidionem? ¶ Sed ar-
borem quam noſti non eſſe fructiferam,diſ-
perdes,& ſuccides. Et ædificabis munitio-
nem aduerſus ciuitatem, quæ facit tecum
prœlium,donec dominẽris ei.

Capitulum.21.

SI inuent⁹ fuerit occiſus in ter
ra quam dominus deus tuus
dat tibi,ut poſſideas eam,ia-
cẽs in agro,nec ſcitũ fuerit,
2 quis percuſſerit eũ. ¶ Egre-
dientur ſeniores tui,& iudi-
ces tui,& metientur ciuitates, quæ ſunt in
3 circuitib⁹ occiſi. ¶ Et erit,ciuitatis propin
quæ occiſo,capiẽt ſeniores ciuitatis ipſius
uitulã bouis,cũ qua nõ eſt agricolatũ,quæ
4 non traxit iugũ. ¶ Et deſcẽdere facient ſe-
niores ciuitatis ipſi⁹ uitulã ad uallã aſperã,
cũ qua nõ eſt agricolatũ, neq̃ ſatũ,& fran-
5 gẽt ceruicẽ ibi uitulæ in ualle. ¶ Et accedẽt

ſacerdotes filij Leui, quia eos elegit dominus
deus tuus ad miniſtrandum ſibi, & ad benedi-
cendum in nomine domini, & iuxta ſermo-
nem eorum erit omnis lis, & omnis plaga.
6 ¶ Et omnes ſeniores ciuitatis ipſius quæ pro
pinqua eſt occiſo, lauabunt manus ſuas ſuper
7 uitulam fractam habens ceruicē in ualle. ¶ Et
loquentur, & dicent. Manus noſtræ non effu-
derunt ſanguinē iſtum, & oculi noſtri non ui-
8 derunt. ¶ Expia populum tuum Iſraël quem
redemiſti domine, & ne des ſanguinem inno-
centem in medio populi tui Iſraël. Et remoue-
bitur ab eis ſanguis, & tu auferes ſanguinem
innocentem e medio tui, quia facies, quod re-
9 ctum eſt in oculis domini. ¶ Si egreſſus fue-
ris ad bellum contra inimicos tuos, & dederit
eos dominus deus tuus in manu tua, & capti-
10 uam duxeris captiuitatem eius. ¶ Et uideris
in captiuitate mulierem pulchram forma, &
complacuerit tibi ea, et ceperis tibi in uxorem.
11 ¶ Introduces eam in medium domus tuæ, et
12 radet caput ſuū, & aptabit ungues ſuos. ¶ Et
remouebit ueſtimentum captiuitatis ſuæ a ſe,
& manebit in domo tua, & flebit patrē ſuum,
& matrem ſuam per mēſem dierum, & poſtea
ingredieris ad eam, et eris maritus eius, & erit
13 tibi in uxorem. ¶ Et erit, ſi non complacue-
ris in ea, dimittes eam animæ ſuæ, & uenden-
do non uendes eam pecunia, neq; negociabe-
14 ris de ea, eo q humiliaſti eam. ¶ Si fuerit ui
ro duæ uxores, una dilecta, & altera exoſa, &
pepererint ei filios dilecta, & exoſa, & fuerit
15 filius primogenitus exoſæ. ¶ Erit in die qua
hæredes conſtituet filios ſuos bonorum ſuo-
rum, non poterit primogenitum conſtituere
filiū dilectæ, ante filium exoſæ primogenitū.
16 ¶ Sed primogenitum filium exoſæ agnoſcet
ut det ei partes duas ex omni quod inuentum
fuerit ei. Ipſe enim eſt principium fortitudinis
17 eius. Eius eſt ius primogenituræ. ¶ Si fuerit ui
ro filius declinans, & rebellis, non obediens
uoci patris ſui, & uoci matris ſuæ, caſtigabunt
18 eum. Et ſi non paruerit eis. ¶ Capient eum
pater eius, & mater eius, & educent eum ad
ſeniores ciuitatis eius, & ad portam loci eius.
19 ¶ Et dicent ad ſeniores ciuitatis eius. Filius
noſter iſte declinans, & rebellis eſt. Nō eſt obe
20 diens uoci noſtræ. Epulo, & potator eſt. ¶ La
pidabunt eum omnes homines ciuitatis eius
lapidibus, & morietur, & auferes malum e
medio tui, & omnis Iſraël audiens, & time-
21 bunt. ¶ Et ſi fuerit in uiro peccatum iudicij
mortis, interficietur, & ſuſpendes eum in li-
22 gno. ¶ Non pernoctabit cadauer eius in li-
gno, ſed ſepeliendo ſepelies eum in die ipſa,
quia ob maledictionē dei ſuſpenſus eſt: & non
contaminabis terram tuā, quam domin⁹ deus
tuus dat tibi in hæreditatem.

Capitulum. 22.

1 NOn uidebis bouem fratris tui,
uel pecus eius aberrantes, &
abſcondes te ab eis. Reducen-
do reduces eos ad fratrem tuū.
2 ¶ Et ſi non fuerit propinquus
frater tuus tibi, & non noueris
eū, colliges ipm intra domū tuā, et erit tecum
donec requirat frater tu⁹ ipm, et reſtitues ipm.
3 ei. ¶ Et ſic facies aſino eius, & ſic facies ueſti-
mento eius, & ſic facies omni amiſſæ rei fra-
tris tui, quæ perierit ab eo, & inueniſti illam,
4 non poteris occultare. ¶ Non uidebis aſinum
fratris tui, uel bouem eius, cadentes in uia, &
abſcondes te ab eis, erigendo eriges ſecum.
5 ¶ Non erunt inſtrumenta uirilia ſuper mulie
rem, & non inducetur uir ueſtimentum muliebri
qui abominatio domini dei tui eſt, omnis fa-
6 ciēs hæc. ¶ Si occurrerit nidus auis corā te i
uia, in oī arbore, uel ſuper terrā pulli uel oua,
& matet cubat ſuper pullos, uel ſuper oua, nō
7 capies matrem cum filijs. ¶ Dimittendo di-
mittes matrem, & filios capies tibi, ut bene ſit
8 tibi, & prolonges facias dies. ¶ Si ædifica-
ueris domum nouam, facies murū per circui-
tum tecto tuo, & non pones ſanguinem in do-
9 mo tua, ſi ceciderit cadens ex eo. ¶ Non ſe-
res uineam tuam diuerſis generibus rerum, ne
forte ſanctificetur plenitudo ſeminis quod ſe-
10 uiſti, & fructus uineæ. ¶ Non arabis cum bo
11 ue, & aſino pariter. ¶ Non indues te panno
12 mixto ex lana, & lino pariter. ¶ Funiculos fa
cies tibi in quatuor angulis operimēti tui quo
13 operieris te. ¶ Si acceperit uir uxorem, & in-
greſſus fuerit ad eam, & odio habuerit eam.
14 ¶ Et impoſuerit ei occaſiones uerborum, &
eduxerit aduerſus eam nomen malum, & di-
xerit. Vxorem hanc accepi, & accessi ad eam,
15 & nō inueni in ea uirginitatem. ¶ Capiet pa
ter puellæ, & mater eius, & educent uirgini-
tatem puellæ ad ſeniores ciuitatis ad portam,
16 ¶ Et dicet pater puellæ ad ſeniores filiā meā
dedi uiro huic in uxorem, & odio habet eam.
Et ecce impoſuit occaſiones uerborum dicen-
do. Non inueni in filia tua uirginitatem. Et iſta
eſt uirginitas filiæ meæ. Et expādent ueſtimē
17 tum coram ſenioribus ciuitatis. ¶ Et capient
ſeniores ciuitatis ipſius uirum, & flagellabūt
eum, & mulctabunt eum centum argenteis, et
dabunt patri puellæ, quoniam eduxit nomen

malum contra uirginē Iſraël, & ei erit in uxo-
rem. Non poterit dimittere eam omnibus die-
18 bus ſuis. ¶ Et ſi uerum fuerit uerbum hoc,
19 non inuenta eſt uirginitas in puella. ¶ Edu-
cent puellam ad oſtium patris ſuis, & lapida-
bunt eam homines ciuitatis eius lapidibus, &
morietur, quia fecit prauitatem in Iſraël forni
candoin domo patris ſui, & auferes malum è
20 medio tui. ¶ Si inuētus fuerit uir coiens cum
muliere maritata marito, morientur, etiam am
bo ipſi. Vir coiens cum muliere, & mulier, &
21 auferes malum ex Iſraël. ¶ Si fuerit puella
uirgo deſponſata uiro, & inuenerit eam uir in
22 ciuitate, & coierit cum ea. ¶ Educetis ambos
ad portam ciuitatis eius, & lapidabitis eos la-
pidibus & morientur. Puellam quidem eo ꝙ
non clamauit in ciuitate, & uirum, eo ꝙ humi
liauit uxorem proximi ſui, & auferes malum
23 è medio tui. ¶ Et ſi in agro inuenerit uir puel
lam deſponſatam, & appræhenderit eam uir,
& coierit cum ea, morietur uir, qui coiuit cum
24 ea tantum. ¶ Et puellæ non facies quicꝗ̃. Nō
eſt puellæ peccatum mortis. Nam quemadmo
dum inſurgit uir contra proximum ſuum, &
25 occidit animam, ſic eſt res iſta. ¶ In agro eñ
inuenit eam, clamauit puella deſpōſata, & nō
26 fuit ſeruator ei. ¶ Si inuenerit uir puellā uir-
ginem, quę non eſt deſponſata, & appræhen-
derit eam, & coierit cum ea, & inuenti fuerint.
27 ¶ Dabit uir coiens cum ea patri puellæ quin
quaginta argenteos, & ei erit in uxorem, eo
ꝙ humiliauit eam. Non poterit dimittere eam
28 omnibus diebus ſuis. ¶ Non capiet quiſpiam
uxorem patris ſui, & non diſcooperiet oram
patris ſui.

Capitulum. 23.

1 NOn ingredietur fractus attritione
& abſciſſus teſticulos in eccleſiam
2 domini. ¶ Non ingredietur ſpu-
rius eccleſiam domini. Etiam gene
ratione decima, non ingredietur eccleſiam do
3 mini. ¶ Non ingredietẽ Hammonita, & Moa-
bita eccleſiam domini. Etiam generatione de-
cima non ingredietur eccleſiam domini uſꝗ
4 in ſæculum. Eo ꝙ non præuenerunt uos cum
aqua, & pane in uia, quando egreſſi eſtis ex
Aegypto. Et quia mercede cōduxit aduerſum
te Bilhám filium Behór de Pethór è Meſopo-
5 tamia Syriæ, ut malediceret tibi. ¶ Et noluit
dominus deus tuus audire Bilhám, & conuer-
tit dñs tuus deus tibi maledictionem in bene-
dictionem, quia dilexit te dominus deus tuus.
6 ¶ Non quæres pacem eorum, & bonum eo-
7 rum omnibus diebus tuis in ſæculum. ¶ Non
abominaberis Edomæum, quia frater tuus eſt.
Non abominaberis Aegyptium, quia peregri-
8 nus fuiſti in terra eius. ¶ Filij qui naſcentur
eis generatione tertia ingredientur eccleſiam
9 domini. ¶ Si egreſſa fuerint caſtra contra ini
10 micos tuos, caue ab omni re mala. ¶ Si fuerit
in te uir qui non fuerit mundus, accidente no-
ctis, egredietur extra caſtra, non ingredietur
11 caſtra. ¶ Et erit. Cum declinauerit ueſpera,
lauabit ſe aqua, & cum occubuerit ſol ingre-
12 dietur caſtra. ¶ Et locus erit tibi extra caſtra,
13 & egredieris illuc. ¶ Et paxillus erit tibi ſu-
per arma tua. Et erit, quando ſedes extra, fo-
dies eo, & reuerteris, & operies egeſta tua.
14 ¶ Dominus enim deus tuus ambulat per me
dium caſtrorum tuorum, ut eruat te, & det ini
micos tuos coram te, & erūt caſtra tua ſancta.
15 ¶ Et non uideat in te turpitudinem aliquam
16 & auertatur à te. ¶ Non trades ſeruum domi
17 no eius, qui confugit ad te à dño ſuo. ¶ Te-
cum manebit in medio tui, in loco quem elege
rit intra unam è portis tuis, ſicut placuerit ei.
18 Non uim inferes ei. ¶ Non erit meretrix è fi-
liabus Iſraël, & nō erit ſcortator è filijs Iſraël.
19 ¶ Non introduces mercedem meretricis, &
precium canis in domū domini dei tui pro om̄i
uoto, qa abominatio domini dei tui utrūꝗ eſt.
20 ¶ Non fœnerabis fratri tuo, uſura pecuniæ,
uſura cibi, uſura omnis rei, quam fœnerabit.
21 ¶ Extraneo fœnerabis, & fratri tuo nō fœne
rabis, ut benedicat tibi dñs deus tuus in oībus
in quibus mittes manus tuas ſuper terram, ad
22 quā ingrederis, ut poſſideas eam. ¶ Si noue-
ris uotum dño deo tuo nō tardabis reddere il-
lud, quia requirēdo requirit illud dñs deꝰ tuus
23 à te, & erit in te peccatū. ¶ Et ſi deſieris uo-
24 uere, non erit in te peccatū. ¶ Quod egrediẽ
è labijs tuis cuſtodies, & facies, quēadmodum
uouiſti dño deo tuo ſpontaneum, quod locutꝰ
25 es ore tuo. ¶ Si ingreſſus fueris uineam pro
ximi tui, comede uuas ſecūdum animam tuam
26 ſatiando te, & in uaſe tuo nō pones. ¶ Si in-
greſſus fueris ſegetem ꝓximi tui, decerpe ſpi-
cas manu tua, & falcem non eleuabis in ſege-
tem proximi tui.

Capitulum. 24.

1 SI acceperit uir uxorē, & coie-
rit cum ea, erit, ſi nō inuenerit
gratiam in oculis eius, quia in-
uenit in ea turpitudinē aliquā,
ſcribet ei libellum repudij, &
dabit in manu eius, & dimittet
2 eā è domo ſua. ¶ Egrediet̃ è domo eiꝰ, & per
3 get, & erit uiro alteri. ¶ Et ſi odio habuerit

eam uir alter, ſcribet ei libellum repudij, &
dabit in manu eius, & dimittet eam è domo
ſua, uel ſi mortu' fuerit uir alter q accæpat
4 eam ſibi in uxorem. ¶ Non poterit maritus
eius primus, qui dimiſerat eam iterũ capere
eam, ut ſit ſibi in uxorẽ, poſtq̃ polluta eſt:
quia abominatio eſt coram dño, & nõ pol-
lues terram, quam dñs deus tuus dat tibi in
5 hæreditatẽ. ¶ Si accæperit uir uxorẽ no-
uam, nõ egredietur ad bellũ, & nõ tranſibit
ſuper eum quicq̃ oneris militaris. immunis
erit in domo ſua anno uno, & lætificabit
6 uxorẽ ſuã quã accæpit. ¶ Non capiet pro
pignore metã & catillũ: quia animã ipſe ac-
7 cipit pro pignore. ¶ Si inuentus fuerit uir
furans animã è fratrib' ſuis è filijs Iſraël, &
negociatus fuerit de eo, & uendiderit eum
morietur fur ipſe, & auferes malũ è medio
8 tui. ¶ Caue tibi à plaga lepræ, ut cuſtodias
ualde, & facias ſcdm omnia quæ docebunt
uos ſacerdotes leuitæ. Quẽadmodũ præce-
9 pi eis cuſtodietis, ut faciatis. ¶ Memento
quæ fecit dñs deus tuus ipſi Miriám in uia,
10 quãdo egreſſi eſtis ex Aegypto. ¶ Si mu-
tuaueris proximo tuo mutuũ aliquod, non
ingredieris domũ eius ad capiendũ pignus
eius, foris ſtabis, & uir cui mutuaſti, educet
11 ad te pign' foras. ¶ Et ſi uir pauper fuerit,
12 nõ dormies cum pignore eius. ¶ Reddẽdo
reddes ei pignus cũ occubuerit ſol, & dor-
miet in ueſtimento ſuo, & benedicet tibi, &
13 tibi erit iuſtitia coram dño deo tuo. ¶ Non
nim inferes mercenario pauperi, & egeno
tam de fratribus tuis q̃ de peregrinis tuis,
14 qui ſunt in terra tua, intra portas tuas. ¶ In
die eius dabis mercedẽ eius. Non occumbet
ſuper eam ſol, quia pauper eſt, & cum ea ſu-
ſtentat animã ſuam, & non clamet contra te
15 ad dominũ, & ſit in te peccatũ. ¶ Non mo-
rientur patres pro filijs, & filij nõ moriẽtur
pro patrib'. Vnuſquiſq; pro peccato ſuo mo
16 rietur. ¶ Non peruertes iudiciũ peregrini,
pupilli, & non capies in pignus ueſtimentũ
17 uiduæ. ¶ Et recordare q ſeruus fuiſti in
Aegypto, & redemit te dñs deus tuus inde.
18 Idcirco præcipio tibi, ut facias hoc. ¶ Si
meſſueritis meſſem tuã in agro tuo, & obli-
tus fueris manipuli in agro, non reuerteris,
ut capias illũ, peregrino, pupillo, & uiduæ
erit, ut benedicat tibi dñs deus tuus in omni
19 opere manuũ tuarũ. ¶ Si excuſſeris oliuas
tuas non deijcies quæ ſunt poſt te, peregri-
20 no, pupillo, & uiduæ erit. ¶ Si uindemia-
ueris uineã tuam, nõ colliges racemos poſt
21 te. Peregrino, pupillo. & uiduæ erit. ¶ Et
memento q ſeruus fuiſti in terra Aegypti,
idcirco præcipio tibi ut facias hoc.

Capitulum. 25.

1 SI fuerit lis inter hoĩes, & ac-
ceſſerint ad iudicium iudica-
bunt eos, & iuſtitiam facient
iuſto, & cõdẽnabũt impium.
2 ¶ Et erit, ſi fuerit cædẽdus
impi', pſternere faciet eũ iudex, & cædere
faciet eũ corã ſe ſcdm ĩpietatẽ ei' in nũero.
3 ¶ Quadragenis ei' uerberib' cædere faciet
eum. Nõ addet, ne forte ſi addat cædẽdo eũ
ſup hæc, uerbera multa, uileſcat frater tuus
4 in oculis tuis. ¶ Nõ obturabis os bouis eo
5 triturante. ¶ Si manſerint frẽs pariter, &
mortu' fuerit un' ex eis, & fili' nõ fuerit ei,
nõ erit uxor mortui extra uiro extraneo, co-
gnatus ei' ingredieẽ ad eã, & capiet eã ſibi
6 in uxorẽ: & affinitatẽ contrahet cũ ea. ¶ Et
erit, primogenit' quẽ pariet, ſtabit noĩe fra
tris ſui defuncti, & nõ delebiẽ nomẽ eius ex
7 Iſraël. ¶ Et ſi noluerit uir accipere cognatã
ſuã, aſcẽdet cognata eius ad portã ad ſenio-
res, & dicet. Renuit cognat' meus ſuſcitare
fratri ſuo nomẽ in Iſraël, nõ uult affinitatem
8 cõtrahere mecũ. ¶ Vocabũt eũ ſeniores ci
uitatis, & loqueẽ ad eũ, & ſtabit, & dicet.
9 Nolui accipe eã. ¶ Et accedet cognata eius
ad eũ in oculis ſeniorũ, & ſoluet calciamẽtũ
ei' è pede ei', & ſpuet in faciẽ ei', & loqueẽ,
& dicet. Sic fiet uiro, q nõ ædificauerit do-
10 mũ frĩs ſui. ¶ Et uocabiẽ nomẽ ei' in Iſraël,
11 dom' ſoluti calciamẽtũ. ¶ Si rixati fuerint
hoĩes pariter uir, & frater ei', & acceſſerit
uxor uni', ut eruat uirũ ſuũ è manu percu-
tiẽtis eũ, & miſerit manũ ſuã & appræhẽde
12 rit uerẽda eius. ¶ Abſcides manũ illius, nõ
13 parcet oculus tu'. ¶ Non erit tibi in loculo
14 tuo põdus, & pondus, mai', & min'. ¶ Nõ
erit tibi in domo tua modi', & modi', maior
15 & minor. ¶ Pondus perfectũ, & iuſtũ erit
tibi. Modi' pfect', & iuſtus erit tibi, ut plon
gent dies tuos ſup terrã quã dñs de' tu' dat
tibi: qa abominatio dñi dei tui eſt oĩs qui fa-
16 cit hæc, oĩs faciẽs iniqtatẽ. ¶ Memẽto quæ
fecerit tibi Hamalec in uia, qñ egrediebami
17 ni ex Aegypto. ¶ Qui occurrit tibi in uia,
& caudã abſcidit in te omniũ debiliũ q erãt
poſt te. Et eras laſſ', & fatigat', & nõ timuit
18 deum. ¶ Et erit cũ dederit requiẽ dñs de'
tibi ab oib' inimicis tuis undiq;, in terra quã
dñs de' tuus dat tibi in hæreditatẽ, ut poſſi-
deas ã e, delebis mẽtionẽ Hamalec ſub cælo.
Ne obliuiſcaris.

Capitulum.26.

1 ET erit cum ingreſſus fueris terrā,
quam domin' deus tuus dat tibi in
hæreditatē, & poſſederis eam, &
2 habitaueris ī ea. ¶ Capies de pri
mitijs oīs fructus terræ, quem afferes è terra
tua, quam domin' deus tuus dat tibi, & po-
nes in caniſtro, & perges ad locum, quem
elegerit dominus deus tuus, ut habitare fa-
3 ciat nomen ſuum ibi. ¶ Et uenies ad ſacer-
dotem qui erit in dieb' ipſis, & dices ad eū.
Annunciaui hodie domino deo tuo, quia in-
greſſus ſum terram ſuper quam iurauit do-
4 minus patrib' noſtris, ut daret nobis. ¶ Et
capiet ſacerdos caniſtrū, & ponet illud corā
5 altari domini dei tui. ¶ Et loqueris, & di-
ces corā domino deo tuo: Syrus petibat pa-
ter meus, & deſcendit in Aegyptum, & pe-
regrinatus eſt ibi cū uiris paucis, & fuit ibi
6 in gētem magnā robuſtam, & multā. ¶ Et
male fecerunt nobis Aegyptij, & afflixerūt
nos, & poſuerunt ſuper nos ſeruitutē durā.
7 ¶ Et clamauimus ad dominū deum patrū
noſtrorum, & exaudiuit dominus uocem no-
ſtram, & uidit afflictionem noſtrā, & laborē
8 noſtrū, & oppreſſionē noſtrā. ¶ Et eduxit
nos domin' ex Aegypto cum potētia forti,
& brachio extento, & terrore magno, & ſi-
9 gnis, & portentis. ¶ Et uenire fecit nos ad
locum iſtum, & dedit nobis terram iſtam,
10 terram fluentem lacte, & melle. ¶ Et nunc
ecce attuli primitias fructus terræ, quā de-
diſti mihi domine, & pone eas corā domino
deo tuo, & incuruabis te corā domino deo
11 tuo. ¶ Et lætaberis in omni bono, qđ de-
derit tibi domin' deus tuus, & domui tuæ,
tu, & leuita, & peregrinus qui eſt in medio
12 tui. ¶ Cum compleueris decimā dare oīs
decimæ fruct' tui anno tertio anni decimæ,
dabis leuitæ, peregrino, pupillo, & uiduæ,
& comedent intra portas tuas, & ſaturabū-
13 tur. ¶ Et dices coram dn̄o deo tuo. Abſtuli
ſanctitatē è domo, & etiā dedi illam leuitæ,
& peregrino, & pupillo, & uiduæ, ſecundū
præceptū tuum, quod præcepiſti mihi. Non
tranſgreſſus ſum de præceptis tuis, & non
14 oblitus ſum. ¶ Nō comedi in triſtitia mea
ex ea, & nō abſtuli ex ea cum immundo, &
non dedi ex ea pro defuncto. Obediui uoci
domini dei mei, feci ſcd'm omnia quæ præ-
15 cepiſti mihi. ¶ Reſpice de habitaculo ſan-
ctitatis tuæ è cœlo, & benedic populo tuo
Iſraël, & terræ quam dediſti nobis, quēad-
modum iuraſti patrib' noſtris, terræ fluēti
16 lacte, & melle. ¶ Die hac domin' de' tuus
præcipit tibi, ut facias ſtatuta iſta, & iudi-
cia. Et fac ea toto corde tuo, & tota aīa tua.
17 ¶ Dominum exaltaſti hodie, ut ſit tibi in
deum, & ambules in uijs eius, & cuſtodias
ſtatuta ei', & præcepta ei', & iudicia eius,
18 & obedias uoci eius. ¶ Et dominus exal-
tauit te hodie, ut ſis ei in populum pecu-
liarem, quēadmodū locutus eſt tibi, & cuſto-
19 dias omnia præcepta eius. ¶ Et ponat te
excelſium ſuper omnes gentes quas fecit ad
laudem, & nomen, & gloriam, & ut ſis po-
pulus ſanctus domino deo tuo, quēadmodū
locutus eſt.

Capitulum.27.

1 ET præcepit Moſeh, & ſeniores Iſ-
raël populo dicendo. Cuſtodi om̄e
præceptū, quod ego præcipio uo-
2 bis hodie. ¶ Et erit in die qua
tranſieritis Iardén, ad terram quā dominus
deus tuus dat tibi, ſtatues tibi lapides ma-
3 gnos, & linies eos calce. ¶ Et ſcribes in eis
omnia uerba legis iſtius, cum tranſieris, ut
ingrediaris terram, quā dominus deus tuus
dat tibi, terram fluentē lacte, & melle, quē-
admodum locutus eſt dn̄s deus patrum tuo-
4 rum tibi. ¶ Et erit, cum trāſieritis Iardén,
erigetis lapides iſtos, quos ego præcipio
uobis hodie in monte Hebál, & linies eos
5 calce. ¶ Et ædificabis ibi altare dn̄o deo
tuo altare lapideum. Nō eleuabis ſuper eos
6 ferrum. ¶ E lapidibus perfectis ædifica-
bis altare dn̄i dei tui, & offeres ſuper ipſo
7 holocauſta domino deo tuo. ¶ Et ſacrifica-
bis pacifica, & comedes ibi, & lætaberis co-
8 ram domino deo tuo. ¶ Et ſcribes in lapi-
dibus omnia uerba legis iſtius, declarando
9 diligenter. ¶ Et locutus eſt Moſeh, & ſacer-
dotes leuitæ ad oēm Iſraël dicendo. Auſcul-
ta, & audi Iſraël, die hac factus es in populū
10 domino deo tuo. ¶ Et obedi uoci domini
dei tui, & fac præcepta eius, & ſtatuta eius,
11 quæ præcipio tibi hodie. ¶ Et præcepit
12 Moſeh populo in die ipſa dicendo. ¶ Iſti
ſtabunt ad benedicendum populum ſuper
mōtem Gherizím, quādo trāſibitis Iardén,
Simhón, & Leuí, Iehudáh, & Iſaſchár, &
13 Ioſéph, & Biniamín. ¶ Et iſti ſtabunt ſu-
per maledictionem in monte Hebál, Reu-
bén, Ghad, & Aſér, & Zebulún, Dan, &
14 Naphthalí. ¶ Et eleuabunt uocem leuitæ,
& dicēt ad omnē uirum Iſraël uoce excelſa.
15 ¶ Maledictus uir qui fecerit ſculptile, &
conflatile, abominationē domini, opus ma-
nuum artificis, & ponit in abſcondito. Et
reſpondebūt oīs populus, & dicent Amen.

Maledictus

16 ¶Maledictus qui non honorat patrem ſuum, &
matrē ſuam. Et dicet omnis populus Amē.
17 ¶Maledictus qui transfert terminū proximi
18 ſui. Et dicet omnis populus Amen. ¶Male
dictus qui errare facit cæcum in uia. Et dicet
19 omnis populus Amen. ¶Maledictus per-
uertēs iudiciū peregrini, pupilli, & uiduæ.
20 Et dicet omnis populus Amen. ¶Maledi-
ctus qui coit cū uxore patris ſui, quia diſco-
operuit oram patris ſui. Et dicet oīs popu-
21 lus Amen. ¶Maledictus qui coit cum omni
22 animali. Et dicet oīs populus Amen. ¶Ma-
ledictus qui coit cum ſorore ſua, filia patris
ſui, uel filia matris ſuæ. Et dicet omnis popu
23 lus Amen. ¶Maledictus qui coit cum ſocru
24 ſua. Et dicet omnis populus Amen. ¶Male
dictus qui percutit proximū ſuū abſcondite.
25 Et dicet omnis populus Amen. ¶Maledi-
ctus qui accipit munus, ut percutiat animā, ſan
guinem innocentē. Et dicet omnis populus
26 Amen. ¶Maledictus qui non permanet in ſer-
monibus legis huius, nec eos opere perficit. Et dicet omnis
populus Amen.

Capitulum. 28.

1 ET erit, ſi obediēdo obedieris uoci
domini dei tui, ut cuſtodias facien
do omnia præcepta eius, quæ ego
præcipio tibi hodie, ponet te dñs
deus tuus excelſum ſuper oēs gentes terræ.
2 ¶Et uenient ſuper te omnes benedictiones
iſtæ, & apprehēdēt te, ſi obedieris uoci do-
3 mini dei tui. ¶Benedictus eris in ciuitate,
4 & benedictꝰ eris in agro. ¶Benedictus fru
ctus uentris tui, & fructus terræ tuæ, & fru
ctus iumenti tui, armenti boum tuorum, &
5 gregis pecudū tuarum. ¶Benedictum ca-
6 niſtrum tuum, & reliquiæ tuæ. ¶Benedi-
ctus eris, quando ingredieris, & benedictus
7 eris, quando egredieris. ¶Dabit dominus
hoſtes tuos ſurgentes aduerſum te, percuſ-
ſos coram te. Per uiam unā egredientur à te,
8 & per ſeptē uias fugient corā te. ¶Præci-
piet dñs ut ſit tecum benedictio in cellarijs
tuis, & in omnibus in quibus mittes manus
tuas, & benedicet tibi in terra, quam dñs
9 deus tuus dat tibi. ¶Statuet te dñs ſibi in
populū ſanctum, queadmodū iurauit tibi, ſi
cuſtodieris præcepta dñi dei tui, & ambula
10 ueris in uijs eius. ¶Et uidebūt oēs populi
terræ, ꝙ nomen domini inuocatū eſt ſuper
11 te, & timebunt à te. ¶Et abundare faciet
te dñs bonis, fructu uentris tui, & fructu iu-
menti tui, & fructu terræ tuæ, ſuper terram
ſuper quā iurauit dñs patribꝰ tuis, ut daret
12 tibi. ¶Aperiet dominꝰ tibi theſaurū ſuum
bonum, cœlum, ut det pluuiam terræ tuæ in
tēpore ſuo, & benedicat omni operi manus
tuæ, & mutuabis gentibus multis, & tu nō
13 accipies mutuū. ¶Et ponet te dñs ī caput,
& nō in caudā, & eris dūtaxat ſurſum, & nō
eris deorſum ſi obedieris præceptis dñi dei
tui, quæ præcipio tibi hodie, ut cuſtodias,
14 & facias. ¶Et non receſſeris ab oībus uer-
bis, quæ præcipio uobis hodie ad dexterā,
& ad ſiniſtrā eundo poſt deos alios, ut cola-
15 tis eos. ¶Et erit, ſi non obedieris uoci dñi
dei tui, ut cuſtodias faciendo oīa præcepta
eiꝰ, & ſtatuta eiꝰ, quæ præcipio tibi hodie,
uenient ſuper te oēs maledictiōes iſtæ, & ap-
16 prehēdent te. ¶Maledictꝰ eris in ciuitate,
17 & maledictus eris in agro. ¶Maledictū ca-
18 niſtrū tuū, & reliquiæ tuæ. ¶Maledictꝰ fru
ctus uētris tui & fructus terræ tuæ, armēti
19 boum tuorꝝ, & gregis pecudū tuarꝝ. ¶Ma
ledictus eris, qñ ingredieris, & maledictus
20 eris quando egredieris. ¶Mittet dñs in te
maledictionē & perditionē, & increpationē
in oibꝰ in qbus mittes manus tuas, quæ fece
ris, donec delearis, & pereas uelociter pro-
pter malitiā operū tuorꝝ, quibꝰ dereliquiſti
21 me. ¶Adiūget dñs tibi peſtilentiā, donec
cōſumat te de terra ad quā tu ingrederis, ut
22 poſſideas eam. ¶Percutiet te dñs tumore,
& febri, & ardore, & æſtu, & gladio, & per
cuſſione uenti oriētalis, & aurigine, & per-
23 ſequētur te, donec pereas. ¶Et erunt cœli
tui, qui ſunt ſupra caput tuū, ærei, & terra,
24 quæ eſt ſubter te, ferrea. ¶Dabit dñs plu-
uiam terræ tuæ, ut puluerē, & terrā, è cœlis
25 deſcēdet ſuper te, donec diſperdaris. ¶Da
bit te dñs cæſum corā inimicis tuis. Per uiā
unam egredieris ad eum, & per ſeptē uias
fugies corā eo, & eris in cōmotionem oībus
26 regnis terræ. ¶Et erit cadauer tuum eſca
omni uolucri cœli, & aīali terræ, & non erit
27 terrēs. ¶Percutiet te dñs ulcere Aegypti,
& infirmitatibꝰ ani, & ſcabie, & prurigine,
28 ut nō poſſis curari. ¶Percutiet te dominꝰ
29 amētia, & cæcitate, & ſtupore cordis. ¶Et
palpabis in meridie, queadmodū palpat cæ
cus in caligine. Et non ſecūdabis uias tuas,
& eris uerūtamē calūniatus, & rapinis affe-
30 ctus oībꝰ diebꝰ, & nō erit ſeruator. ¶Vxo-
rem deſponſabis, & uir alius coibit cum ea.
Domū ædificabis & nō habitabis in ea. Vi-
31 neam plātabis, & nō ꝓphanabis eā. ¶Bos
tuus mactabitur in oculis tuis, & nō come-
des ex eo. Aſinꝰ tuus rapietur à facie tua, & nō
reſtituetur tibi. Pecudes tuæ dabuntur inimicis
32 tuis, & nō erit tibi ſeruator. ¶Filij tui, & fi

liæ tuæ dabuntur populo alteri,& oculi tui
uidebũt,& deficient propter eos omni die,
33 & nõ erit fortitudo in manu tua. ¶ Fructũ
terræ tuæ,& omnẽ laborẽ tuũ comedet po-
pulus, quẽ ignoraſti,& eris tñ oppreſſus,
34 & cõtritus oĩbus dieb⁹. ¶ Et obſtupeſces
35 ꝓpterea q̃ uidebunt oculi tui. ¶ Percutiet
te domin⁹ ulcere malo ſuper genua,& ſuper
coxas,ut nõ poſſis curari à planta pedis tui
36 uſq; ad uerticem tuum. ¶ Ambulare faciet
dñs te,& regem tuum,quem ſtatues ſuper
te,ad gentem,quam non noſti, tu,& patres
tui,& coles ibi deos alienos,lignum & lapi
37 dem. ¶ Et eris ſtupor,& parabola,& fabu-
la in oĩbus populis,ad quos ducet te dñs.
38 ¶ Semen multũ educes ad agrum,& parũ
39 colliges,q̃a perdet illud locuſta. ¶ Vineas
plantabis,& coles,& uinũ non bibes,& nõ
40 colliges,q̃a cõſumet illud uermis. ¶ Oliuæ
erunt tibi in omni termino tuo,& oleo non
41 ungeris: quia proijciet oliua tua. ¶ Filios,
& filias generabis,& non erunt tibi:quia
42 ibunt in captiuitatem. ¶ Omnem arborem
tuam,& fructũ terræ tuæ,cõſumet locuſta.
43 ¶ Peregrinus qui eſt in medio tui aſcẽdet
ſup te ꝗ̃ maxime,& tu deſcendes ꝗ̃ infime.
44 ¶ Ipſe mutuabit tibi,& tu nõ mutuabis ei.
45 Ipſe erit caput,& tu eris cauda. ¶ Et uenient
ſuper te oẽs maledictiões iſtæ,& perſequẽ-
tur te,& appræhẽdent te,donec pereas:q̃a
nõ obediuiſti uoci dñi dei tui,ut cuſtodires
præcepta eius,& ſtatuta eius, quæ præce-
46 pit tibi. ¶ Et erũt in te in ſignũ,& in por-
tentum, & in ſemine tuo uſq; in ſæculum.
47 ¶ Eo ꝙ non coluiſti dominũ deum tuum
in lætitia,& in bonitate cordis præ multitu
48 dine oĩm. ¶ Et ſeruies inimicis tuis,quos
mittet dñs contra te in fame,& ſiti,& nudi
tate,& defectu omniũ,& dabit iugum fer-
reum ſuper collum tuum,donec diſpergat
49 te. ¶ Et eleuabit dñs ſuper te gentem à lon
ginquo, ab extremo terræ, quẽadmodum
uolat aquila,gentem cuius nõ intelliges lin
50 guam. ¶ Gentem fortem facie,quæ nõ ele
uabit faciem ad ſenem,& puero nõ parcet.
51 ¶ Et comedet fructum iumenti tui,& fru-
ctum terræ tuæ,donec pereas,quæ non re-
linquet tibi frumentum, uinum,& oleum,
armentum boum,& greges pecudum tua-
52 rum,donec perdat te. ¶ Et obſidebit te in
omnib⁹ urbibus tuis,donec deijciat muros
tuos excelſos,& munitos, quibus fidis,in
omni terra tua, & obſidebit te in omnibus
urbibus tuis,in omni terra tua,quam dedit
53 dominus deus tuus tibi. ¶ Et comedes fru-
ctum uteri tui,carnem filiorum tuorum,&
filiarum tuarum, quos dedit tibi dominus
deus tuus in obſidione,& coartatione,qua
54 coartabit te inimicus tuus. ¶ Viri teneri
in te,& delitioſi ualde, malignabit oculus
in fratrẽ ſuum, & in uxorem ſinus ſui,& in
reſiduum filiorum ſuorum,quod remanſe-
55 rit. ¶ Ut non det alicui ex eis de carne fi-
liorum ſuorum,quos comedet,ut non rema
neat ſibi quicq̃ in obſidione,& coartatio-
ne,qua coartabit te inimicus tuus,in omni-
56 bus urbibus tuis. ¶ Teneræ in te,& deli-
tioſæ,quæ non tentauit plantam pedis ſui
ſtatuere ſuper terrã,præ delitijs ſuis,& præ
teneritudine, malignabit oculus in uirum
57 ſinus ſui,& in filiam ſuam. ¶ Et in ſecũdi-
nas ſuas quæ egrediuntur è pedib⁹ eius,&
in filios ſuos,quos pariet,q̃a comedet eos
propter defectum omniũ clam,in obſidio-
ne,& coartatione,qua coartabit te inimic⁹
58 tuus in urbibus tuis. ¶ Niſi cuſtodieris,ut
facias omnia uerba legis iſtius,quæ ſcripta
ſunt in libro iſto:ut timeas dominũ glorio-
ſum,& terribilem iſtum,dominũ deum tuũ.
59 ¶ Diuidere faciet dominus percuſſiones
tuas,& percuſſiones ſeminis tui,percuſſio-
nes magnas,& perſeuerantes,& infirmita-
60 tes malas,& perſeuerãtes. ¶ Et redire fa-
ciet in te omnẽ infirmitatẽ Aegypti, à qua
rum timuiſti conſpectu, et adhærebunt tibi.
61 ¶ Etiam omnẽ infirmitatem,& omnẽ per-
cuſſionem,quæ non eſt ſcripta in libro legis
huius,aſcendere faciet domin⁹ ſuper te,do-
62 nec pereas, ¶ Et remanebitis cũ uiris pau-
cis,quãq; fuiſtis ſicut ſtellæ cœli in multitu
dinem:quia nõ obediuiſtis uoci domini dei
63 neſtri. ¶ Et erit,quemadmodũ gauiſus eſt
dñs ſup uos benefaciẽdo uobis,& multipli-
cãdo uos, ſic gaudebit dñs ſuper uos perdẽ
do uos et delẽdo uos,& demoliemini è ter-
ra,ad quã ingredimini,ut poſſideatis eam.
64 ¶ Et diſpergere faciet te domin⁹ in omnes
populos,ab extremo terræ uſq; ad extremũ
terræ.Et coles ibi deos alienos,quos non no
65 ſti tu, & patres tui,lignũ & lapidẽ. ¶ Et in
gentibus ipſis non requieſces,& non erit
requies plantæ pedis tui.Et dabit dñs tibi
ibi cor pauidum,& deficientiã oculorũ, &
66 dolorem animi. ¶ Et erit uita tua ſuſpenſa
tibi è regione,& paucbis nocte, & die,&
67 nõ credes uitæ tuæ. ¶ Mane dices,quis da-
bit ueſperam? Et in ueſpera dices,quis da-
bit mane? propter pauorem cordis tui quo
paucbis,& propterea quæ uidebunt oculi
68 tui. ¶ Et redire te faciet dñs in Aegyptum

in manibus per uiam de qua dixi tibi, non
iterum uidebis eam. & quæres te uēdere ibi
inimicis tuis in ſeruos, & in ancillas, & non
erit qui emat.

Capitulum.29.

1 ISta ſunt uerba pacti, quod præ-
cepit dominus Moſéh, ut pange
ret cū filijs Iſraël in terra Moáb,
præter pactum, quod pepigit cū
2 eis in Choréb. ¶ Et uocauit Moſéh omnem
Iſraël, & dixit ad eos. Vos uidiſtis oīa quæ
fecit dn̄s in oculis ueſtris in terra Aegypti,
Parhóh, & oībus ſeruis eius, & omni terræ
3 eius. ¶ Tentationes magnas, quas uiderūt
oculi tui, ſigna, & portenta magna ipſa.
4 ¶ Et non dedit dominus nobis cor, ut ſci-
retis, & oculos, ut uideretis, & aures, ut au
5 diretis uſq; ad diem hanc. ¶ Et ambulare
feci uos quadraginta annis per deſertum.
Non inueterauerunt ueſtimēta ueſtra ſuper
uos, & calciamentum ueſtrum non ueteraſ-
6 uit ſuper pedem ueſtrum. ¶ Panem nō co-
mediſtis, & uinum, & ſechár non bibiſtis,
7 ut ſciretis, ꝙ ſum dominꝰ deus ueſter. ¶ Et
ueniſtis ad locū iſtum, & egreſſus eſt Sichón
rex Cheſbón, & Hogh rex Baſán in occur-
ſum noſtrum ad bellum, & percuſſimꝰ eos.
8 ¶ Et cæpimus terram eorū, & tradidimꝰ eā
in hæreditatem Reubenitis, & Ghaditis, &
9 dimidiæ tribui Menaſſitæ. ¶ Et cuſtodite
uerba pacti iſtius, & facite ea, ut intelliga-
10 tis omnia, quæ facturi eſtis. ¶ Vos ſtatis ho
die omnes uos coram domino deo ueſtro, ca
pita ueſtra, tribus ueſtræ, ſeniores ueſtri, &
11 præfecti ueſtri, omnis uir Iſraël. ¶ Paruuli
ueſtri, & peregrini ueſtri, qui ſunt in me-
dio caſtrorum ueſtrorum à cæſore lignorū
ueſtrorꝫ uſq; ad haurientē aquam ueſtram.
12 ¶ Vt trāſeas ſecūdum pactum domini dei tui,
& ſecūdum iuramētū eius, quod dn̄s deus tuus
13 pāgit tecū hodie. ¶ Vt ſtatuat te hodie ſibi
in populū, & ipſe ſit tibi in deum, quēadmo
dum locutus eſt tibi, & quēadmodū iurauit
patribꝰ tuis, Abrahám, Iſchác, & Iahacób.
14 ¶ Et non nobiſcum tantū pango pactum
iſtud, & iuramentū iſtud: ſed cum eo qui eſt
hic nobiſcū ſtans hodie coram dn̄o deo no-
ſtro, & cum eo, qui nō hic nobiſcum hodie.
15 ¶ Vos enim noſtis, ꝙ habitauimus in terra
Aegypti, & ꝙ trāſiuimꝰ per mediū gentiū,
16 quas trāſiſtis. ¶ Et uidiſtis abominationes
eorꝫ, & idola eorꝫ, lignū & lapidē, argentū,
17 & aurū, quæ ſunt cum eis. ¶ Ne forte ſit in
uobis uir, uel mulier, uel familia, uel tribꝰ,
quę cor ſuū uertat hodie à domino deo no-
ſtro, ut uadat ad colendū deos gentiū harū,
ne forte ſit in uobis radix fructificans uene-
18 num, & abſynthiū. ¶ Et erit, cum audierit
uerba maledictionis huius, & benedixerit
ſibi in corde ſuo dicēdo, pax erit mihi, quia
in cogitatione cordis mei ambulabo, ut ad-
19 dat ebriam cum ſitiente. ¶ Non uult domi-
nus ꝙ parcatur ei: quia tunc fumabit furor
domini, & zelus eius in uirum ipſum, & ac-
cubabit in eo omnis maledictio, quę ſcripta
eſt in libro iſto, & delebit dn̄s nomen eius
ſub cœlo, & ſeparare faciet eū dn̄s ad malū,
ab uniuerſis tribubus Iſraël ſecūdum oēs male
dictiones pacti ſcripti in libro legis iſtius.
20 ¶ Et dicet generatio poſterior, filij ueſtri
qui ſurgent poſt uos, & alienigena, qui ue-
niet è terra lōginqua. Et uidebūt percuſſio-
nes terræ huius, & infirmitates eius, in qbꝰ
21 ægrotare fecit dn̄s. ¶ Sulphur, & ſal com-
buſtionis, oīs terra eiꝰ nō ſeretur, & nō ger-
minabit, & non aſcēdet in ea omnis hærba,
ſecūdum ſubuerſionem Sedóm, & Hamorah,
Admáh, & Seboím, quas ſubuertit dn̄s in
22 furore ſuo, & in ira ſua. ¶ Et dicent omnes
gētes. Propter quid fecit dn̄s ſic terræ huic.
23 Quæ eſt ira furoris magni huiꝰ? ¶ Et dicēt.
Eo ꝙ dereliquerūt pactū dn̄i dei patrū ſuo-
rum, qđ pepigit cum eis quādo eduxit eos
24 è terra Aegypti. ¶ Et ierūt, & coluerunt
deos alienos, & incuruauerunt ſe eis, deos
quos nō nouerūt, & nō impartitꝰ eſt eis bo-
25 num aliquod. ¶ Et iratus eſt furor dn̄i in
terrā ipſam, ut adduceret ſuper eam omnē
26 maledictionē ſcriptā ī libro hoc. ¶ Et extir
pauit eos dn̄s è terra eorū in furore, & ira,
& in ira magna, & proijcere fecit eos in ter-
27 ram alienā ſecūdum diē hanc. ¶ Quæ abſcon-
dita ſunt dn̄o deo noſtro, & reuelata nobis,
& filijs noſtris uſq; in ſæculum, ut faciamus
omnia uerba legis huius.

Capitulum.30.

1 ET erit, cū ueuerint ſuper te omnia
hæc, bn̄dictio, & maledictio, quā
dedi coram te, & reduxeris te ad
cor tuum in omnibus gentibus, ad
2 quas expulit te dn̄s deus tuus. ¶ Et cōuer-
ſus fueris ad dn̄m deum tuum, & obedieris
uoci eiꝰ ſecūdum omnia, quæ præcipio tibi ho-
die tu, & filij tui toto corde tuo, & tota aīa
3 tua. ¶ Reducet dominus deus tuus capti-
uitatē tuam, & miſerebitur tui, & reducet,
& cōgregabit te ex oībus populis, ad quos
4 diſpergere fecit te dn̄s deꝰ tuus. ¶ Si fuerit
expulſio tua in extremū cœli, inde cōgrega

bit te domin⁹ deus tuus,& inde accipiet te.
5 ℭ Et uenire faciet te dominus deus tuus
ad terram,quam poſſederunt patres tui, &
poſſidebis eam,& benefaciet tibi,& multi-
6 plicabit te magis ꝗ̄ patres tuos. ℭ Et circū
cidet dominus deus tuus cor tuum,& cor ſe
minis tui,ut diligas dominum deum tuū to-
to corde tuo,& tota anima tua,propter uitā
7 tuā. ℭ Et dabit dominus deus tuus omnes
maledictiones iſtas ſuper inimicos tuos, &
ſuper odio habētes te,qui perſecuti ſunt te.
8 ℭ Et tu reuerteris,& obedies uoci domini,
& facies omnia præcepta ei⁹,quæ præcipio
9 tibi hodie. ℭ Et abūdare faciet te dn̄s deus
tuus in omni opere manuum tuarum,in fru-
ctu uentris tui,& in fructu iumenti tui,& in
fructu terræ tuæ in bonum.Quia reuertetur
dominus,ut gaudeat ſuper te in bonū,quē-
10 admodū gauiſus eſt ſuper patres tuos. ℭ Si
obedieris uoci domini dei tui, ut cuſtodias
præcepta eius,& ſtatuta eius ſcripta in libro
legis huius.Si reuerſus fueris ad dominum
deum tuū toto corde tuo,& tota anima tua.
11 ℭ Quia mandatum hoc quod præcipio tibi
hodie,non occultum eſt à te,neq; lōginquū
12 eſt. ℭ Nō in cælo eſt,ut dicas quis aſcendet
pro nobis in cœlum,& capiet illud nobis,&
audire faciet nos illud , & faciemus illud?
13 ℭ Et non tranſmare eſt,ut dicas,quis tran-
ſibit pro nobis trāſmare,& accipiet illud no
bis,& audire faciet nos illud,& faciemus il
14 lud. ℭ Quia ꝓpinquum eſt tibi uerbū ual-
de in ore tuo & in corde tuo,ut facias illud.
15 ℭ Vide dedi coram te hodie uitam,& bo-
16 nū,& mortem,& malum. ℭ Quia ego præ
cipio tibi hodie,ut diligas dominum deum
tuū,ut ambules in uijs ei⁹,& cuſtodias præ-
cepta eius,& ſtatuta eius,& iudicia eius,&
uiues,& multiplicaberis,& bn̄dicet tibi do
minus deus tuus in terra,ad quam ingrede-
17 ris,ut poſſideas eā. ℭ Et ſi auerterit te cor-
tuum,& nō audieris,& propulſaueris te,&
incuruaueris te dijs alienis,& colueris eos.
18 ℭ Annūciaui uobis hodie,ꝙ pereundo pe
ribitis,non prolōgabitis dies ſuper terram,
ad quā tranſis Iardén ut ingrediaris ad poſ-
19 ſidendū eam. ℭ Conteſtor uobis hodie cœ-
lum,& terram, uitam,& mortem dedi corā
te,benedictionem, & maledictionem, elige
20 uitam,ut uiuas tu.& ſemen tuum. ℭ Vt di-
ligas dominum deum tuum,ut obedias uo-
ci eius.& adhæreas ei,quia ipſe eſt uita tua,
& longitudo dierum tuoꝝ,ut maneas ſuper
terram,ſuper quam iurauit dn̄s patrib⁹ tuis
Abrahám, Iſchác,& Iahacób,ut daret eis.

Capitulum.31.

1 ET perrexit Moſch, & locutus eſt
2 uerba iſta ad omnem Iſraël. ℭ Et
dixit ad eos. Filius centum, & ui-
ginti annorū ſum hodie,non poſ-
ſum amplius egredi,& ingredi, & domin⁹
dixit ad me, non tranſibis Iardén iſtum.Do
minus deus tu⁹ ipſe tranſit ante te,ipſe diſ-
perdet gentes iſtas à facie tua,& poſſide-
bis eas.Iehoſúah ipſe tranſit ante te,quem-
3 admodum locutus eſt domin⁹. ℭ Et faciet
dominus eis,quēadmodum fecit Sichón,&
Hogh regibus Emoræorum, & terræ corū,
4 quam diſperdidit. ℭ Et dabit eas dominus
ante faciem ueſtram,& facietis eis ſecundū
5 omne præceptū,qd' præcepi uobis. ℭ For-
tificate uos,& roborate uos,ne timeatis, &
ne pauеatis à facie eorum. Dn̄s enim deus
tuus,ipſe pergit tecum,non deſeret te,non
6 derelinquet te. ℭ Et uocauit Moſch Ieho-
ſúah,& dixit ad eum in oculis omnis Iſraël.
Fortifica te,& robora te: quia tu ibis cum
populo iſto ad terram,ſuper quam iurauit
dominus patribus eorum,ut daret eis. Et tu
7 hæreditare facies eam illos. ℭ Et dominus
ipſe ambulat ante te,ipſe erit tecum.Non
deſeret te,& nō derelinquet te.Ne timeas,
8 & ne paueas ℭ Et ſcripſit Moſch legē iſtā,
& dedit eam ſacerdotibus filijs Leuí portan
tibus arcam fœderis domini , & omnibus
9 ſenioribus Iſraël. ℭ Et præcepit Moſch eis
dicendo.In fine ſeptem annorū,in tempore
anni remiſſionis,in ſolēnitate tabernaculo-
10 rum. ℭ Quando ueniet omnis Iſraël,ut cō-
ſpiciatur coram dn̄o deo tuo,in loco quem
elegerit,leges legē iſtam coram om̄i Iſraël
11 in auribus eorum. ℭ Fac congregare popu
lum uirorum,& mulierum,& paruulorum,
& peregrinorū tuorum,qui ſunt intra ur-
bes tuas,ut audiant,& diſcant,& timeant
dominū deum ſuum,& cuſtodiant faciendo
12 oīa uerba legis huius. ℭ Et filij eorum,qui
non cognouerunt,audiant,& diſcant time-
re dominū deum ueſtrum,omnibus diebus,
quibus uiuitis ſuper terram,ad quam tranſi
13 tis Iardén, ut poſſedeatis eam. ℭ Et dixit
dominus ad Moſch.Ecce appropinquaue-
runt dies tui,ut moriaris.Voca Iehoſúah,&
ſtate in tabernaculo eccleſiæ,& præcipiam
ei.Et perrexit Moſch,& Iehoſúah,& ſtete-
14 runt in tabernaculo eccleſiæ. ℭ Et conſpe-
ctus eſt domin⁹ in tabernaculo,in columna
nubis.Et ſtetit colūna nubis ſuper oſtium
15 tabernaculi. ℭ Et dixit domin⁹ ad Moſch.
Ecce dormis cum patrib⁹ tuis.Et ſurget po-

pulus iſte, & fornicabitur poſt deos alieni-
genæ terræ ad quam ingreditur in medium
eius. Et derelinquet me, & irritum faciet pa
16 ctum meum, quod pepigi cum eo. ¶ Et iraſ-
ſcetur furor meus cõtra eum, in die ipſa, &
derelinquã eos, & abſcõdam faciem meam
ab eis. Et erit in conſumptionẽ, & inuenient
eum mala multa, & anguſtiæ, & dicet in die
illa. Nonne quia non eſt dñs meus in medio
17 mei, inuenerunt me mala hæc? ¶ Et ego
abſcondendo abſcondã faciem meã in die
illa, propter omne malũ quod fecit: quia cõ-
18 uertit ſe ad deos alios. ¶ Et nũc ſcribe can-
ticum iſtud, & doce illud filios Iſraél. Pone
illud in ore eorum, ut ſit mihi canticũ iſtud
19 in teſtimoniũ contra filios Iſraél. ¶ Quia
introducã eũ in terrã ſup quã iuraui patribꝰ
eius, fluentẽ lacte & melle, & comedet, & ſa
turabit, & impinguabit ſe, & cõuertet ſe ad
deos alienos, & colet eos, & irritabit me, &
20 irritum faciet pactum meũ. ¶ Et erit, ſi in-
uenerint eum mala multa, & anguſtiæ, lo-
quetur canticum iſtud coram eo, in teſtimo
nium, quia nõ erit in obliuionẽ ab ore ſemi-
nis eius. Noui enim imaginationẽ eiꝰ, quam
ipſe facit hodie, antequã introducam eum in
21 terram ſuper quã iuraui. ¶ Et ſcripſit Mo-
ſéh canticũ iſtud in die ipſa, & docuit illud
22 filios Iſraél. ¶ Et præcepit Iehoſúah filio
Nun, & dixit. Fortis eſto, & robuſtus eſto:
quia tu introduces filios Iſraél in terram, ſu
23 per quam iuraui eis. Et ego ero tecũ. ¶ Et
fuit, cum cõſummaſſet Moſéh ſcribere uer-
ba legis iſtiꝰ in libro donec cõſummaſſet ea.
24 ¶ Præcepit Moſéh leuitis portãtibꝰ arcam
fœderis domini, dicẽdo. Capite librũ legis
iſtius, & ponite eum ex latere arcæ fœderis
domini dei ueſtri, & ſit ibi cõtra uos in teſti
25 moniũ. ¶ Ego enim noui rebellionẽ ueſtrã,
& ceruicem ueſtrã duram. Ecce adhuc me
uiuente uobiſcũ hodie rebelles eſtis domi-
no, & quanto magis poſtquã mortuus fuero?
26 ¶ Congregate ad me omnes ſeniores tri-
buum ueſtrarũ, & præfectos ueſtros, & lo-
quar in auribus eorum, uerba iſta. Et teſtes
inuocabo contra eos, cœlum, & terram.
27 ¶ Noui enim poſtquã mortuꝰ fuero, ꝙ cor-
rumpẽdo corrumpetis uos, & recedetis de
uia, quam præcepi uobis. Et eueniet uobis
malũ in nouiſſimis diebus, ſi feceritis malũ
in oculis domini, ut irritetis eum opere ma-
28 nuum ueſtrarũ. ¶ Et locutus eſt Moſéh in
auribus omnis congregationis Iſraél uer-
ba canticis huius donec conſummarentur
ipſa. Capitulum. 32.

1 AVribꝰ percipite cœli, & loquar,
& audiat terra eloquia oris mei.
2 ¶ Stillabit, ut pluuia doctrina
mea, ſtillabit ut ros eloquiũ meũ,
ut pluuiæ ſuper germen, & ut ſtillæ ſuper
3 hærbam. ¶ Quia nomẽ domini inuocabo.
4 Date magnitudinẽ deo noſtro. ¶ Dei per-
fectum eſt opus, omnes enim uiæ eius iudi-
cium. Deus ueritas, & non eſt iniquitas, Iu-
5 ſtus, & rectus eſt. ¶ Corruperunt ſe, non
filij eius, macula eorũ, generatio peruerſa,
6 & praua. ¶ Nũquid dño retribuetis iſtud,
populus ſtulte, & nõ ſapiens? Nonne eſt pa-
ter tuus, qui poſſedit te, ipſe fecit te, & for
7 mauit te? ¶ Memento dierũ perpetuorum,
intelligite annos generatiõis, & generatio-
nis. Interroga patrẽ tuũ, & annũciabit tibi,
8 ſenes tuos, & dicent tibi. ¶ Quando hære
ditare fecit excelſus gentes, quando ſepa-
rare fecit filios hominũ, ſtatuit terminos po
9 pulorũ ſecũdum numerũ filiorum Iſraél. ¶ Pars
enim domini populus eius, Iahacób ſors hæ
10 reditatis eius. ¶ Inuenit eum in terra de-
11 ſerti, & in ſolitudine Ielél deſerti. ¶ Cir-
cuire fecit eum, intelligere fecit eum, cuſto
12 diuit eum, ut pupillam oculi ſui. ¶ Vt aqui
la quæ excitauit nidũ ſuũ, ſup pullos ſuos,
cubauit, expandit alas ſuas, accepit eum,
13 portauit eum ſuper alam ſuam. ¶ Dominꝰ
ſolus duxit eum, & nõ erat cũ eo deus alie-
14 nigenæ. ¶ Et equitare fecit eum ſuper ex-
celſa terræ, & comedit fructus agri, & ſur-
gere fecit eum mel è petra, & oleum è forti
15 petra. ¶ Butyrũ boum, & lac ouium, cum
adipe agnorum, & arietes filiorum Baſán, &
hircos cum adipe granorum tritici, & ſan-
16 guinem uuæ bibiſti merũ. ¶ Et impingua
tus eſt Iſraél & calcitrauit impinguatus fui
ſti, incraſſatus fuiſti, operuiſti, & dereli-
quit deum qui fecit eum, & deſpexit deum
17 ſalutem ſuam. ¶ Zelare fecerunt eum pro-
pter extraneos, propter abominationẽ irri-
tauerũt eum. ¶ Sacrificauerũt dæmonijs,
non deo, dijs quos nõ nouerunt, nouos qui
de propinquo uenerunt, quos nõ timuerũt
19 patres ueſtri. ¶ Dei (qui genuit te) oblitꝰ
es, & oblitus es dei, qui generare fecit te.
20 ¶ Et uidit dominus, & exacerbatꝰ eſt præ
21 ira in filios ſuos, & filias ſuas. ¶ Et dixit.
Abſcondã faciem meã ab eis, uidebo quid
in nouiſſimo eorũ. Generatio enim peruer-
22 ſorum ſunt, filij in quibus nõ eſt fides. ¶ Ipſi
zelare fecerunt me in re, quæ non eſt deus.
Iraſci fecerũt me in uanitatibus ſuis, & ego
zelare faciã eos, ut nõ ſunt populus. In gẽte

23 ſtulta iraſci faciam eos. ¶ Ignis enim ſuc-
cenſus eſt in furore meo, & ardebit uſq; ad
inferuum inferiorem, & conſumet terram,
& fructum eius, & inflammabit fundamen-
24 ta montium. ¶ Congregabo ſuper eos ma-
25 la, ſagittas meas conſumam in eis. ¶ Com-
buſti fame, & comeſti auibus, & morſu ama
ro, & dentem beſtiarum mittam in eos cum
26 ueneno ſerpentium in terra. ¶ Foris orba-
bit gladius, & in cubiculis terror, etiam iu-
uenem, etiam uirginem, lactentem cum uiro
27 cano. ¶ Dixi diſpergam eos per angulos.
Ceſſare faciam ex homine memoriam eorũ.
28 ¶ Niſi iram inimici timerẽ, ne forte extra-
nee ſe gerant hoſtes eorum, ne forte dicant,
manus noſtra excelſa, & non dominus ope-
29 ratus eſt totum hoc. ¶ Gens enim periens
conſilijs ſunt, & non eſt in eis intelligentia.
30 ¶ Vtinam ſapiẽtes eſſent, intelligerẽt hoc,
31 intelligerent nouiſſimũ ſuum. ¶ Quomo-
do perſecutus fuiſſet unus mille, & duo fu-
gaſſent decem milia, niſi deus eorum dediſ-
32 ſet eos, & dñs tradere feciſſet eos. ¶ Quia
non eſt ſicut deus noſter, deus eorum, & ini-
33 mici noſtri fuerunt iudices. ¶ Ex uite enim
Sedóm eſt uitis eorum, & ex uitibus Hamo
ráh, uuæ eorũ. Vuæ ueneni, botri amari ſunt
34 eis. ¶ Venenum draconum, uinum eorum,
35 & uenenum aſpidum crudele. ¶ Nunquid
non eſt abſconditum mecum, ſigillatum in
36 theſauris meis? ¶ Mea eſt ultio, & retribu-
tio, in tempore quo nutabit pes eorũ, Quia
propinquus eſt dies mali euentus eorum, &
37 feſtinabunt quæ futura ſunt eis. ¶ Quia iu-
dicabit dominus populum ſuum, & ſup ſer-
uos ſuos pœnitebit eum, quia uidebit q
abijt manus, & non eſt clauſum et derelictũ.
38 ¶ Et dicet. Vbi ſunt dij eorum, deus in quo
39 ſperauerunt? ¶ Qui pinguedinem ſacrifi-
ciorum eorum comedebant, bibebant uinũ
libaminis eorum. Surgant, & auxilientur uo
40 bis. Sit ſuper uos abſconſio. ¶ Videte nũc,
q ego ego ſum, & non eſt deus mecum. Ego
mori faciam, & uiuere faciam, perfodiã, &
ego ſanabo, & non eſt de manu mea eruens.
41 ¶ Leuabo enim ad cœlum manum meam,
42 & dicam uiuo ego in ſæculum. ¶ Si acuero
aciem gladij mei, & appræhenderit iudiciũ
manus mea, reddam ultionem hoſtib⁹ meis,
43 & odio habentibus me reddam. ¶ Inebria
re faciam ſagittas meas ſanguine, & gladi⁹
meus deuorabit carnem propter ſanguinem
oc. ſi, & captiuitatis à capite ultionum ini-
44 mici. ¶ Laudate gẽtes populum eius, quia
ſanguinem ſeruorum ſuorum uindicabit &

uinctam reddet hoſtibus ſuis, & propitiabi-
45 tur terræ eius populo eius. ¶ Et uenit Mo-
ſeh, & locutus eſt omnia uerba cantici iſtius
in auribus pplĩ huius, & Iehoſúah filij Nun.
46 ¶ Et finiuit Moſeh loqui omnia uerba iſta
47 ad omnem Iſraél. ¶ Et dixit ad eos. Ponite
cor ueſtrum ad omnia uerba quæ ego teſti-
ficor uobis hodie, ut præcipiatis ea filijs ue
ſtris, ut cuſtodiant, ut faciant omnia uerba
48 legis iſtius. ¶ Quia non uerbum inane eſt
à uobis, ſed eſt uita ueſtra, & in uerbo iſto
prolongare facietis dies ſuper terrã, ad quã
49 uos tranſitis Iardén, ut poſſideatis eã. ¶ Et
locut⁹ eſt dominus ad Moſeh in corpore diei
ipſius dicendo. Aſcende in montem Haba-
rím iſtum, montem Nebóh, qui eſt in terra
Moab, qui eſt contra Ierichó, & uide ter-
ram Chenáham quam ego do filijs Iſraél in
50 hæreditatem. ¶ Et morieris in monte ad
quem aſcendis, & congregabis te ad popu-
los tuos, quẽadmodum mortuus eſt Aharón
frater tuus in Hor monte, & congregauit ſe
51 ad populos ſuos. ¶ Eo q prævaricati eſtis
in me in medio filiorum Iſraél, in aquis iur-
gij Cadés deſerti ſin eo q non ſanctificaſtis
52 me in medio filiorum Iſraél. ¶ Sed è regio-
ne uidebis terram: & non ingredieris terrã,
quam do filijs Iſraél.

Capitulum.33.

1 ET hæc eſt benedictio, qua benedi-
xit Moſéh uir dei filijs Iſraél, an-
2 teq; moreretur. ¶ Et dixit. Domi
nus de Sinái uenit, & ortus eſt è
Schír eis. Illuxit è monte Parán, & uenit cũ
milibus ſanctis. A dextera eius ignéa lex eis.
3 ¶ Etiam diligit populos. Omẽs ſancti eius
ſunt in poteſtate tua, & ipſos qui coniuncti
ſunt ad pedem tuum, accipient de eloquijs
4 tuis. ¶ Legem præcepit nobis Moſéh, hære
5 ditatem congregationis Iahacób. ¶ Et fuit
in Iſraél rex qñ congregauerunt ſe capita
6 pplĩ, pariter tribus Iſraél. ¶ Viuat Reubén
& non moriatur, & nõ ſit populi eius nume-
7 rus. ¶ Et hæc ipſi Iehudah. Et dixit. Audi
domine uocem Iehudah, & ad populũ ſuum
introduc eum. Manus eius contendent ſibi,
8 & auxilium ab hoſtibus eius, eris. ¶ Et ad
Leui dixit. Perfectiões tuæ, & doctrinæ tuæ
erunt uiro miſericordi tuo, quem tentaſti in
loco tentationis. Contendere feciſti eum iu-
9 xta aquas contentionis, ¶ Qui dicit patri
ſuo, & matri ſuæ non uidi eũ, & fratres ſuos
non agnouit, & filios ſuos non cognouit: q a

custodierāt eloquium tuum, & pactū tuum
10 seruabunt. ¶ Docebūt iudicia tua Iahacób
& legem tuam Iſraél. Ponent ſuffitum in na-
ribus tuis, & holocauſtum ſuper altare tuū.
11 ¶ Benedic domine ſubſtātiæ eius, & opus
manuum eius placeat. Tranſfige lumbos ini
micorum eius, & odio habentium eum, qui
12 ſunt de inſurgētibꝰ. ¶ Ad Biniamín dixit.
Dilectus domini habitabit cōfidenter iuxta
eum, Tegens eum tota die, & inter humeros
13 eius habitauit. ¶ Et ad Ioſéph dixit. Bene-
dicta à domino terra eiꝰ, & de delicatis cœli
de rore, & de uoragine cubante deorſum.
14 ¶ Et de delicatis fructibus ſolis, & de deli-
15 catis fructibus maturis lunarū. ¶ Et de uer
tice montium orientalium, & de delicatis
16 collium perpetuorum. ¶ Et de delicatis ter
ræ, & plenitudine eius & uoluntate habita-
toris rubi, Veniat ſuper caput Ioſéph, & ſu-
17 per uerticē nazaræi è fratribus eius. ¶ Pri-
mogenitus bouis eius decor erit ei, & cor-
nua unicornis cornua eiꝰ. Ipſis populos cor
nupeter pariter uſq; ad fines terræ. Et iſti ſūt
decem milia Ephraim & ſūt milia Menaſſéh.
18 ¶ Et ipſi Zebulún dixit. Lætare Zebulún,
quando egredieris, & Iſaſchár in taberna-
19 culis tuis. ¶ Populos ad montem uocabūt
ibi ſacrificabunt ſacrificia iuſtitiæ, quia af-
fluentiam marium ſugent, & tectos theſau-
20 ros arenæ. ¶ Et ad Ghad dixit. Benedictus
dilatare faciens Ghad, ſicut Leo habitauit,
21 & rapuit brachium etiam uerticem. ¶ Et ui
dit principium ſibi q; ibi eſſet pars legiſlato
ris tecta, et uenit cum principibus populi iu
ſtitiam domini fecit, & iudicia eiꝰ cū Iſraél.
22 ¶ Et ad Dan dixit. Dan ut catulus leonis
23 fluet è Baſán. ¶ Et Naphthalí dixit. Naph-
thalí ſaturitas uoluntatis, & repletus bene-
dictione domini. Occidentem, & meridiem
24 poſſide. ¶ Et ad Aſér dixit. Benedictꝰ præ
filijs Aſér, ſit placens fratribus ſuis, & tin-
25 gens in oleo pedem ſuum. ¶ Ferrum, & æs
calciamenta tua, & ſicut dies tui fortitudo
26 tua. ¶ Non eſt ſicut deus o Iſrael, equitans
cœlum in auxilium tui, & in magnificentia
27 ſua cœlos. ¶ Habitaculum dei ab initio, &
ſub brachijs ſæculi. Et eiecit à facie tua inimi
28 cū, et dixit. Diſperde. ¶ Et habitauit Iſraél
confidēter ſolus. Oculus Iahacób ad terram
frumenti, & uini. Etiam cœli eius ſtillabunt
29 rorem. ¶ Beatus es Iſraél, quis ſicut tu po-
pulus qui ſeruatus es per dominum: ſcutum
gloriæ tuæ, & qui eſt gladiꝰ excellētiæ tuæ.
Et negabunt inimici tui te, & tu ſuper excel
ſa eorum, calcabis.

Capitulum. 34.

1 ET aſcendit Moſćh è planicie Moáb
ad montem Nebó, in uerticem col-
lis, qui erat contra faciem Ierichó,
& uidere fecit eum dominus omnē
2 terram à Ghilhád uſq; ad Dan. ¶ Et omnē
Naphthalí, et terram Ephraím, et Menaſſéh,
& omnem terram Iehudah, uſq; ad mare no-
3 uiſſimum. ¶ Et meridiem, & planiciē, cam
pos Ierichó ciuitatis palmarum uſq; ad Só-
4 har. ¶ Et dixit dominus ad eum. Hæc eſt ter
ra ſuper quam iuraui Abrahám, Iſchác, &
Iahacób dicendo. Semini tuo dabo eam. Vi-
dere feci te oculis tuis, & illuc non trāſibis.
5 ¶ Et mortuus eſt ibi Moſéh ſeruus domini,
6 in terra Moáb, iuxta ſermonē domini. ¶ Et
ſepeliuit eū in ualle, in terra Moáb, è regio-
ne Bethpehór. Et non cognouit quiſq; ſepul
7 chrum eius uſq; ad diem hanc. ¶ Et Moſéh
centum, & uiginti annorū erat, quando mor
tuus eſt. Non caligauit oculus eius, & non
8 fugit uigor eius. ¶ Et fleuerunt filij Iſraél
Moſéh, in campeſtribus Moáb triginta die-
bus. Et perfecti ſunt dies fletus luctꝰ Moſéh.
9 ¶ Et Iehoſúah filius Nun repletus eſt ſpiri
tu ſapientiæ, quia comunxit Moſéh manus
ſuas ſuper eum, & paruerunt ei filij Iſraél, et
fecerunt quēadmodum præcepit dominus
10 Moſéh. ¶ Et non ſurrexit propheta ultra in
Iſraél, ſicut Moſéh, quem noſſet dominus fa
cie ad faciem. ¶ In omnibus ſignis, & por-
11 tentis ad quē miſit eum dominus, ut faceret
in terra Aegypti, Parhóh & omnibus ſeruis
12 eius, & omni terræ eius. ¶ Et in omni pote
ſtate forti, & in omni terrore magno, quem
fecit Moſéh in oculis omnis Iſraél.

¶ Explicit Liber Deuteronomium.

¶ INCIPIT LIBER IEHOSVAH IN-
TERPRETE SANCTE PAGNINO LV-
CENSI SACRAE THEOLO. PROFES.
ORDI. PRAEDICATORVM. Cap. I.

1 ET fuit poſt mor-
tē Moſéh ſerui
dñi, dixit dñs ad
Iehoſúah filium
Nun miniſtrum
Moſéh dicendo.
2 ¶ Moſéh ſeru'
meus mortu' ē.
Et nunc ſurge,
trāſi Iardén hūc
tu & oīs popul'
hic, ad terrā quā
3 do filijs Iſrl'. ¶ Oēm locū in quo calcauerit
planta pedis uſt, uobis dedi, quēadmodū locu
4 tus ſum ad Moſéh. ¶ A deſerto, & Lebanón
iſto, uſq; ad flumen magnū flumē Peráth. Om
nis terra Chittæorum uſq; ad mare magnū ab
5 occaſu ſolis, erit termin' ueſter. ¶ Non ſtabit
quiſq; ante te, omībus diebus uitæ tuæ. Quē-
admodū fui cum Moſéh, ero tecū. Nō derelin-
6 quā te, & non dimittam te. ¶ Cōforta te, &
robora te, q̃a tu hæreditate accipere facies po
pulum hūc terram, ſuper quā iuraui patrib' eo
7 rum ut darē eis. ¶ Tm̄ conforta te, & robora
te ualde, ut cuſtodias, & facias ſecundū omnē
legem quā præcepit tibi Moſéh ſeruus meus.
Ne declines ab ea ad dexterā, & ad ſiniſtrā, ut
8 intelligas in oīb' ad quæ perrexeris. ¶ Nō
recedat liber legis hui' ab ore tuo, ſed medita-
beris in eo die, ac nocte, ut cuſtodias ad faciē-
dum ſecundū oīe quod ſcriptū eſt in eo. Tūc
enim ſecundabis uias tuas, & tunc intelliges.
9 ¶ Nōne præcepi tibi? Conforta te, & robo
ra te, ne cōſterneris, & ne terrearis q̃a tecū eſt
dñs deus tuus in omnibus ad quæ perrexeris.
10 ¶ Et præcepit Iehoſúah præfectis populi di-
11 cēdo. ¶ Tranſite per mediū caſtrorū, & præci
pite populo dicendo. Parate uobis annonā q̃a
in fine triū dierum uos trāſitis Iardén, ut ingre
diamini ad poſſidēdū terrā, quā dñs de' ueſter
12 dat uobis ad poſſidendū eā. ¶ Reubenitis, &
Gaditis, & dimidiæ tribui Menaſſéh ait Ieho-
13 ſúah dicendo. ¶ Memēto uerbi qđ præcepit
uobis Moſéh ſeru' dñi dicēdo. Dñs de' ueſter
regeſcere uos fecit, deditq; uobis terram hāc.
14 ¶ Vxores uſæ, paruuli uſi, & iumēta uſa ma
neāt in terra, quā dedit uobis Moſéh trās Iar-
dén. Vos aūt trāſibitis accincti armis ante frēs
uſos, oēs potētes fortitudine, & auxiliabimini
15 eis. ¶ Donec qeſcere faciat dñs frēs uſos ſi-
cut uos. Et poſſideāt etiā ipi terrā, quā dñs de'
ueſter dat uobis. Et reuertemini ad terrā poſ-
ſeſſionis uſæ, & poſſidebitis eā, quā dedit uo-
bis Moſéh ſeruus dñi trās Iardén ad ortū ſolis.
16 ¶ Et reſpōderūt ad Iehoſúah dicendo. Oīa
quæ præcepiſti uobis faciem', & ad omnia, ad
17 quæ miſeris nos, pergem'. ¶ Iuxta oīa quib'
obediuim' ipſi Moſéh, obediem' tibi tm̄ ſit do
min' de' tu' tecū, quēadmodū fuit cū Moſéh.
18 ¶ Quicūq; rebellauerit ori tuo & nō obedie
rit uerbis tuis in oībus, quæ præceperis ei, mo-
riatur. Tantū conforta te, & robora te.

Capitulum. 2.

1 MIſitq; Iehoſúah filius Nun è Sittím
duos uiros exploratores clam dicē
do. Ite, uidete terrā, & Ierichó. Et
iuerūt, & ingreſſi ſunt domū mulie
ris cauponæ, & nomē eius Racháb, et dormie
2 runt ibi. ¶ Dictū fuit regi Ierichó dicendo.
Ecce uiri uenerūt huc nocte è filijs Iſraël ad ex
3 plorandū terrā. ¶ Et miſit rex Ierichó ad Ra
cháb, dicēdo. Educ uiros qui ingreſſi ſunt ad te
qui uenerūt ad domū tuā, q̃a ad explorādum
4 oēm terrā uenerūt. ¶ Et tulit mlier ambos ui
ros, & abſcōdit eos, & ait. Profecto uenerunt
6 ad me uiri, ſed nō cognoui unde eſſent. ¶ Et
fuit, porta dū clauderet̃ i tenebris, uiri egreſſi
ſunt. Nō cognoui quo abierūt uiri. Sequimini
6 cito eos, quia cōpræhēdetis eos. ¶ Ipſa autē
aſcēdere fecit eos in tectum, & abſcōdit eos in
7 culmis lini qui ordinati erāt ei ſup tectū. ¶ Et
uiri ſecuti ſunt eos itinere Iardén uſq; ad uada,
portāq; clauſerūt poſtq̃ egreſſi ſunt ſequētes
8 eos. ¶ Et anteq̃ dormirēt, ipſa aſcēdit ad eos
9 ſup tectū, & ait ad uiros. ¶ Noui ꝙ dederit
dñs uobis terrā, & q̃a cecidit terror ueſter ſup
nos, & q̃a defluxerūt oēs habitatores terræ à
10 facie uſa. ¶ Audiuim' eñi ꝙ ſiccari fecerit do
minus aquas maris Suph à facie uſa, dū exire-
tis ex Aegypto. Et quæ feciſtis duob' regibus
Emoræi, qui erāt trās Iardén, Sichón, & Hog,
11 quos interemiſtis. ¶ Et audiuim', & liquefa-
ctum eſt cor noſtrū, & nō ſurrexit ultra ſpirit'
in uiro à facie uſa. Dñs eñi deus ueſter eſt de'
12 in cœlo ſurſum, & ſuper terrā deorſum. ¶ Et
nunc iurate quæſo mihi per dñm, quia feci uo-
biſcū miſericordiā ꝙ facietis etiā uos cū domo
patris mei miſericordiā, & dabitis mihi ſignū
13 ueritatis. ¶ Et uiuificabitis patrem meum, &
matrē meā, & fratres meos, & ſorores meas,
& omnia, quæ ſunt eis, & eruetis animas nſas
à morte. ¶ Dixerūtq; ei uiri. Anima noſtra ꝓ
uobis ad moriendū, ſi non prodideritis uerbū
noſtrum hoc. Et erit cum tradiderit dominus
uobis terram, faciemus tecū miſericordiam, &

15 ueritatē. ¶ Et deſcēdere fecit eos fune per
feneſtrā. Domus em̄ eius erat in pariete mu
16 ri, et in muro ipſo habitabat. ¶ Dixitq́ eis.
Ad montē pergite, ne forte occurrant uobis
inſequētes, & latitate ibi tribus diebus, do-
nec redeāt inſequētes, & poſtea ibitis p̄ uiā
17 ueſtrā. ¶ Dixerūtq́ ei uiri. Innoxij erimus
à iuramēto tuo hoc, quo iurare feciſti nos.
18 ¶ Ecce nobis ingredientibus terrā chordā
fili coccinei hāc ligabis in feneſtra, per quā
deſcēdere feciſti nos, & patrē tuū, & matrē
tuā, fratreſq́ tuos, ac oēm domum patris tui
19 cōgregabis in domū. ¶ Et erit, oīs q̄ egreſ-
ſus fuerit ex oſtijs domus tuæ foras, ſanguis
ei᷾ erit in caput eius, & nos innoxij, & om̄is
qui fuerit tecū in domo, ſanguis illius in ca-
20 put noſtrū, ſi manus fuerit in illū. ¶ Si uero
prodideris uerbū noſtrū hoc, erimus innocē
tes à iuramento tuo, quo nos iurare feciſti.
21 ¶ Et ait. Secundū uerba uſa ita ſit. Et dimi-
ſit eos & abierūt. Et ligauit filū coccineū in
22 feneſtra. ¶ Et abierūt, uenerūtq́ ad montē
& māſerūt ibi tribus dieb᷾, donec reuerterē
tur inſecutores. Et quæſierunt inſecutores p̄
23 oēm uiā, & nō inuenerūt. ¶ Reuerſiq́ ſunt
ambo uiri, ac deſcēderūt de monte & trāſie-
rūt, uenerūtq́ ad Iehoſúah filiū Nun, & nar
24 rauerūt omnia ei quæ inuenerūt eos. ¶ Di-
xerūt ad Iehoſúah, q̄ tradidit dn̄s in manib᷾
noſtris oēm terrā, & etiam diſſoluti ſunt om
nes habitatores terræ à facie noſtra.

Capitulum. 3.

1 ET ſurrexit Iehoſúah mane, & p̄fe-
cti ſunt è Sittim, & uenerunt uſq́
ad Iardén, ipſe, & oēs filij Iſraël. Et
pernoctauerūt ibi, anteq̄ trāſirēt.
2 ¶ Et fuit, in fine triū dierū trāſierūt præfe
3 cti per mediū caſtrorū. ¶ Præceperūtq́ po
pulo dicendo. Quū uideritis arcam fœderis
dn̄i dei ueſtri, & ſacerdotes, & leuitas portā
tes eam p̄ficiſcemini è loco ueſtro, & ibitis
4 poſt illā. ¶ Verūtamen interſtitiū erit inter
uos, et ipſam, fere duū milium cubitorum in
mēſura. Ne appropinquetis ei, ut cognoſca-
tis uiam per quam ambuletis. Non em̄ tranſi
5 ſtis per uiā ab heri & nudiuſtertius. ¶ Di-
xitq́ Iehoſúah ad populū. Sanctificate uos,
Cras enim faciet domin᷾ in medio ueſtri mi-
6 rabilia. ¶ Dixitq́ Iehoſúah ad ſacerdotes
dicendo. Tollite arcam fœderis, & tranſite
ante populum. Et tulerūt arcam fœderis, &
7 ambulauerūt ante populū. ¶ Dixit autem
dominus ad Iehoſúah. Die hac incipiam ma
gnificare te in oculis omnis Iſraël, ut ſciant
q̄ quēadmodū fui cum Moſéh, ſic ero tecū.
8 ¶ Et tu præcipies ſacerdotibus portātibus
arcam fœderis dicendo. Cum ingreſſi fueri-
tis uſq́ ad finē aquæ Iardén, in Iardén ſtabi-
9 tis. ¶ Dixitq́ Iehoſúah ad filios Iſraël. Ac-
cedite huc, & audite uerba domini dei ur̄i.
10 ¶ Et ait Iehoſúah. In hoc cognoſcetis, q̄
deus uiuēs eſt in medio ueſtri, & q̄ expellē-
do expellet à facie ueſtra Chenahanæum, &
Chittæum, & Chiuuæum, & Perizæum, &
11 Ghirgaſæū, & Emoræū, & Iebuſæū. ¶ Et
ecce arca fœderis dn̄i uniuerſæ terræ, trāſit
12 ante uos in Iardén. ¶ Et nūc tollite duode-
cim uiros de tribubus Iſraël, ſingulū uirum
13 per tribum. ¶ Et erit, cū requieuerint plan
tæ pedum ſacerdotū portantium arcam dn̄i
dn̄atoris oīs terræ in aquis Iardén, aquæ Iar
dén deficient, & aquæ deſcendētes deſuper
14 ſtabūt aceruo uno. ¶ Et fuit cū proficiſcere
tur populus è tabernaculis ſuis, ut tranſiret
Iardén, ſacerdotes portabāt arcam fœderis
15 ante populum. ¶ Et cū ueniſſent portantes
arcā uſq́ ad Iardén, & pedes ſacerdotū por
tantiū arcā intincti eſſent in extremo aqua-
rum, & Iardén repleuerat omnes ripas ſuas
16 omnibus diebus meſſis. ¶ Et ſteterūt aquæ
quæ deſcendebant deſuper ſteterunt aceruo
uno procul ualde ab Adam urbe, quæ eſt ex
latere Sarthán, & deſcēdentes in mare ſoli-
tudinis, mare ſalis, conſumptæ ſunt, defece-
rūt, populus autem trāſierūt è regione Ieri-
17 chó. ¶ Stabant aūt ſacerdotes portātes ar-
cā fœderis dn̄i in ſicco, in medio Iardén præ
parati, & oīs Iſraël tranſibāt per ſiccum, do
nec perficerēt omnis gens trāſire Iardén.

Capitulum. 4.

1 ET fuit, q̄n̄ perfecerunt omnis gens
tranſire Iardén, dixit dominus ad
2 Iehoſúah dicendo. ¶ Tollite è po-
pulo duodecim uiros, uirū unū de
qualibet tribu, & præcipite eis dicēdo. Tol-
lite hinc è medio Iardén è loco ubi ſteterunt
pedes ſacerdotū præparatorū duodecim la-
pides, & tranſire facietis eos uobiſcum, &
ponere facietis i diuerſorio, in quo manebi-
3 tis nocte. ¶ Et uocauit Iehoſúah duodecim
uiros, quos præparari fecerat de filijs Iſraël
4 uirum unum de qualibet tribu. ¶ Dixitq́
ad eos Iehoſúah Tranſite ante arcam domini
dei ueſtri in medium Iardén, & tollite ſingu
li lapidem unū ſuper humerum ſuum, iuxta
5 numerum tribuū filiorū Iſraël. ¶ Vt ſit hoc

Capitulum.6.

1 DIxitqꝫ dñs ad Iehoſúah. Vide dedi
in manu tua Ierichó, & regē eius,
2 potētes exercitꝰ. ¶ Et circuibi-
tis ciuitatē oēs uiri bellatores gi-
rādo ciuitatem ſemel. Sic facies ſex diebus.
3 ¶ Et ſeptē ſacerdotes tollēt ſeptē tubas arie
tinas ante arcā. Die aūt ſeptima circuibūt ci
uitatē ſeptē uicibꝰ & ſacerdotes clāgent tu
4 bis. ¶ Et erit, qñ protrahēt ſonitū cū cornu
arietino, cū audieritis uocē tubæ, uocifera-
būt oñis ppl's uociferatiōe magna, & cadet
murus ciuitatis ſub ea, & aſcēdēt ppl's qſqꝫ
5 è regione ſui. ¶ Et uocauit Iehoſúah filius
Nun ſacerdótes, & dixit ad eos. Tollite arcā
fœderis, & ſeptē ſacerdotes tollant ſeptē tu
6 bas arietinas coram arca dñi. ¶ Dixitqꝫ ad
ppl'm. Trāſite, & circuite ciuitatē, & armatꝰ
7 trāſeat añ arcā dñi. ¶ Et fuit cū diceret Ieho
ſúah ad ppl'm ſeptē ſacerdotes tollētes ſeptē
tubas arietinas añ arcā dñi trāſierūt et clāxe
runt tubis, & arca fœderis dñi ibat poſt eos.
8 ¶ Et armatꝰ ibat ante ſacerdotes clāgentes
tubis, & aggregatꝰ ibat poſt arcam eūdo, &
9 clāgēdo tubis. ¶ Populo aūt p̄cepit Ieho-
ſúah dicēdo. Nō clamabitis, & nō facietis au
dire uocē ueſtrā & nō egredief ex ore ueſtro
uerbū uſqꝫ ad diē, quo dixero uobis clamate
10 & uociferate. ¶ Et circuiuit arca dñi ciuita
tē girādo ſemel. Et ueuerūt ad caſtra, & mā-
11 ſerūt in caſtris. ¶ Et ſurrexit Iehoſúah ma-
12 ne, & tulerūt ſacerdotes arcā dñi. ¶ Et ſeptē
ſacerdotes tollētes ſeptē tubas arietinas āte
arcā dñi ambulabāt eūdo, & clāxerūt tubis,
& armatꝰ ibat añ eos, & recollectꝰ ibat poſt
13 arcā dñi eūdo, & clangēdo tubis. ¶ Et cir-
cuierūt ciuitatē die ſcd'o uice alia, & reuerſi
14 ſunt ad caſtra. Sic fecerūt ſeptē diebꝰ. ¶ Et
fuit, die ſeptimo ſurrexerūt, cū aſcēdit auro
ra, & circuierūt ciuitatē ſcd'm modū hūc ſe-
ptē uicibꝰ. Tm̄ die ipſa circuierūt ciuitatē ſe
15 ptē uicibꝰ. ¶ Et fuit, uice ſeptima clāxerūt
ſacerdotes tubis. Dixitqꝫ Iehoſúah ad ppl'm
16 clamate qa tradidit dñs uobis ciuitatē. ¶ Et
erit ciuitas anathema, & oīa quæ ſunt in ea
dño. Tm̄ Rachāb caupona uiuet ipſa & oēs
q ſūt ſecū in domo, qa abſcōdit nūcios quos
17 miſimus. ¶ Verūtñ cauete ab anathemate,
ne forte capiatis anathema, et tollatis de ana
themate & ponatis caſtra Iſraēl ī anathema,
18 & turbetis ea. ¶ Omē aūt argētū, & aurū,
& uaſa ærea, & ferrea, ſctm̄ eſt dño. Theſau-
19 rū dñi ingredief ¶ Et clamauit ppl's, & clā
xerūt tubis. Et fuit, cū audiſſet ppl's uocē tu
bæ, clamauerūt ppl's clamore magno, & ce-
cidit murus ſub ſe. Et aſcēdit ppl's in ciuitatē
qſqꝫ è regione ſui, & cæperūt ciuitatē, & de
ſolauerūt oīa q̄ erant in ciuitate ab hoīe uſqꝫ
ad mulierē à puero uſqꝫ ad ſenem, & uſqꝫ ad
20 bouē, & ouē, & aſinū acie gladij. ¶ Duobꝰ
aūt uiris, q explorauerāt terram, dixit Ieho-
ſúah. Ingredimini domū mulieris cauponæ
& educite inde mulierē, & oīa q̄ ſūt ei, quē-
21 admodū iuraſtis ei. ¶ Et ingreſſi ſunt pueri
exploratores, & eduxerūt Rachāb & patrē
eiꝰ, & matrē eiꝰ, & fratres eiꝰ, & oīa q̄ erant
ei, & oēs familias eiꝰ eduxerūt, & poſuerūt
22 eos extra caſtra Iſrl'. ¶ Et ciuitatē ſuccēde-
rūt igni, & oīa q̄ erāt in ea. Tm̄ argētū, & au
rū, & uaſa ærea, & ferrea, poſuerūt ī theſau
23 ro domus dñi. ¶ Et Rachab cauponā, & do
mū p̄ris eiꝰ, & oīa q̄ erāt ei, uiuere fecit Ieho
ſúah, & habitauit in medio Iſraēl uſqꝫ ad diē
hāc, quia abſcōdit nūcios, quos miſerat Ie-
24 hoſúah ad explorādū Ierichó. ¶ Et adiura-
uit Iehoſúah in tpe illo dicēdo. Maledictꝰ uir
ante dñm q ſuſcitauerit, & ædificauerit ciui
tatē iſtā Ierichó. In primogenito ſuo fundat
25 eā, & in paruo ſuo ſtatuat portas eius. ¶ Et
fuit dominus cū Iehoſúah, & fama eius fuit
in omni terra.

Capl'm.7.

1 ET prænaricati ſunt filij Iſrl' præna-
ricationem in anathemate. Tulitqꝫ
Hachān filiꝰ Charmí filij Zabdí fi-
lij Zérach de tribu Iehudáh de ana
themate, & iratꝰ ē furor dñi cōtra filios Iſrl'.
2 ¶ Miſit autem Iehoſúah uiros de Ierichó in
Haí q̄ eſt iuxta Bethauén ad orientē Bethél.
Dixitqꝫ ad eos dicēdo. Aſcēdite & explora-
te terrā. Et aſcēderūt uiri & explorauerunt
3 Haí. ¶ Et reuerſi ſūt ad Iehoſúah, atqꝫ dixe
rūt illi. Nō aſcēdat oīs ppl's. Circiter duo mi
lia uiroꝝ, uel circiter tria milia uiroꝝ aſcen-
dāt, & p̄cutiāt Haí. Ne laborare facias illuc
4 oēm ppl'm, quia pauci ſūt. ¶ Et aſcēderūt è
ppl'o illuc ferè tria milia uirorū, & fugerunt
5 corā uiris Haí. ¶ Et p̄cuſſerūt ex eis uiri Haí
fermè triginta & ſex uiros, & p̄ſecuti ſūt eos
corā porta uſqꝫ ad Sebarím, & p̄cuſſerūt eos
in deſcēſu. Et liqfactū eſt cor populi, & fuit
6 uelut aqua. ¶ Et ſcidit Iehoſúah ueſtimēta
ſua, & cecidit in faciē ſuā in terrā corā arca
dñi uſqꝫ ad ueſperā ipſe, & ſenes Iſrl', & aſcē
7 dere fecerūt puluerē ſup caput ſuū. ¶ Di-
xitqꝫ Iehoſúah Ahah dñe deus, ut qd trāſire
feciſti, tranſire faciēdo populū hūc Iardén,
ut traderes nos in manu Emoræí, ut perdere
feceres nos. Et utinā uoluiſſemus, & māſiſſe
8 mus trans Iardén. ¶ O dñe qd dicā poſtqꝫ
uertit Iſraēl ceruicem coram inimicis ſuis.

9 ¶ Et audiēt Chenahanæus, & oēs habita-
tores terræ, & uertēt ſe cōtra nos, & diſper
dent nomē noſtrū è terra. Et quid facies no-
10 mini tuo magno? ¶ Dixitq; dn̄s ad Icho-
ſúah. Surge. Vt quid tu cadis in faciem tuā?
11 ¶ Peccauit Iſrael, & etiā trāſgreſſi ſunt pa
ctum meū, quod præcepi eis, & etiā tulerūt
de anathemate, & etiā furati ſunt, & etiam
mētiti ſunt, & etiā poſuerūt inter uaſa ſua.
12 ¶ Et nō poterūt filij Iſrael ſtare corā inimi
cis ſuis, Ceruicē uertet coram inimicis ſuis,
quia fuerūt in anathemate. Nō addā eſſe uo-
biſcum niſi diſpdatis anathema è medio ue-
13 ſtri. ¶ Surge. Sāctifica populum, & dices.
Sanctificate uos in craſtinū. Sic eñ̄ dicit do-
minus deus Iſrael. Anathema ē in medio tui
Iſrael. Nō poteris ſtare coram inimicis tuis,
donec remoueatis anathema è medio ueſtri.
14 ¶ Accedetiſq; mane per tribus ueſtras. Et
erit, tribus quā cæperit dn̄s, accedet per fa-
milias. Et familia quā cæperit dn̄s, accedet
per domos, & domus quā compræhenderit
15 dn̄s, accedet per uiros. ¶ Et erit, qui depræ
henſus fuerit in anathemate cōburetur igni
ipſe, et om̄ia quæ ei ſunt, quia trāgreſſus eſt
pactum dn̄i, & quia fecit nephas in Iſrael.
16 ¶ Et ſurrexit Iehoſúah mane, & applicuit
Iſraeel per tribus ſuas, & depræhēſa eſt tri-
17 bus Iehudáh. ¶ Et applicuit familiā Iehu-
dáh, & depræhēdit familiam Zarchí. Et ap-
plicuit familiā Zarchitam per domos, & de
18 præhenſa eſt Zabdi. ¶ Et applicuit domū
eius p uiros, & depræhēſus eſt Hachán fili⁹
Charmi filij Zabdi filij Zérach de tribu Ie-
19 hudáh. ¶ Dixitq; Iehoſúah ad Hachán. Filí
mi pone quæſo gloriā dn̄o deo Iſrael, & da
ei cōfeſſionē, & indica quæſo mihi qd fece-
20 ris. Ne abſcōdas à me. ¶ Reſpōdit Hachán
ad Iehoſúah, & ait. Vere ego peccaui domi-
21 no deo Iſraél, & tale, & tale feci. ¶ Vidi in-
ter ſpolia palliū babylonicū unum bonū, &
ducētos ſiclos argēteos, & uirgā aureā unā
quinquaginta ſiclorū pōdus ei⁹, & cōcupi-
ui ea, & tuli ea, & ecce abſcōdita ſunt in ter
ra in medio tabernaculi mei, & argentū ſub
22 eo. ¶ Et miſit Iehoſúah nūcios & cucurre-
rūt ad tabernaculū, & ecce abſconditū erat
23 in tabernaculo eius, & argētū ſub eo. ¶ Et
tulerūt ea de medio tabernaculi & adduxe-
rūt ea ad Iehoſúah, & ad om̄es filios Iſraél,
24 & ſtatuerūt ea coram dn̄o. ¶ Et tulit Ieho-
ſúah Hachán filiū Zérach, & argentum, &
palliū, & uirgā aureā, & filios eius, & filias
ei⁹, & boues ei⁹, & aſinos ei⁹, & pecora ei⁹,
& tabernaculū eius, & om̄ia quæ erāt ei, &
oīs Iſraél cum eo, & aſcēdere fecerūt eos in
25 ualle Hachór. ¶ Dixitq; Iehoſúah. Cur tur
baſti nos? Turbet te dn̄s in die hac. Et obrue
rūt eū omnis Iſraél lapidib⁹, & cōbuſſerunt
26 eos igni, & lapidauerūt eos lapidib⁹. ¶ Et
ſtatuerunt ſuper eū aceruū lapidum magnū
uſq; ad diem hanc. Et auerſus eſt dn̄s ab ira
furoris ſui. Ideo uocauit nomē loci illius ual
lem Hachór uſq; ad diē hanc. Cap. 8.

1 Dixitq; dn̄s ad Iehoſúah. Ne ti-
meas, & ne terrearis. Tolle te-
cū omnē populū bellatorē, &
ſurge aſcēde in Hai. Vide, de-
di in manu tua regē Haí, & po
pulū eius, & ciuitatē ei⁹, & ter
2 rā eius. ¶ Facieſq; Hai, & regi eius, quēad-
modū feciſti Iericho, & regi eius. Tm̄ ſpolia
eius, & aīalia eius prædabimini uobis. Pone
3 inſidias ciuitati à tergo eius. ¶ Et ſurrexit
Iehoſúah, & oīs ppl's bellator, ut aſcēderēt
in Haí. Et elegit Iehoſúah triginta milia ui-
4 roꝝ fortiū uirtutis, & miſit eos nocte ¶ Et
pcepit eis dicēdo. Videte inſidiamini ciuita
ti à tergo ciuitatis ne elongetis uos ab urbe
5 ualde, ſed eſtote oēs uos parati. ¶ Ego aūt,
& oīs ppl's q mecū eſt accedem⁹ ad urbē. Et
erit, cū exierit in occurſū nr̄m ſicuti pri⁹, fu
6 giem⁹ ante eos. ¶ Et egredieť poſt nos, do-
nec euellam⁹ eos ab urbe, Dicēt eñ̄. Fugiūt
7 ante nos ut pri⁹, & fugiem⁹ ante eos. ¶ Vos
aūt ſurgetis ex inſidijs, & expelletis habita
tores ciuitatis. Tradetq; eā dn̄s de⁹ ueſter in
8 manu ur̄a. ¶ Et erit, cū ceperitis ciuitatē,
ſuccedētis ciuitatē igni. Iuxta uerbū dn̄i fa-
9 cietis. Videte pcepi uobis. ¶ Et miſit eos Ie
hoſúah, & prexerūt ad inſidias, & māſerūt
iter Bethél, & Haí ab occidēte Hai. Et māſit
10 Iehoſúah nocte illa in medio ppli. ¶ Et ſur-
rexit Iehoſúah mane, & nūerauit ppl'm, &
aſcēdit ipſe, & ſenes Iſrl' ante ppl'm ad Haí.
11 ¶ Et oīs ppl's bellator q erat ſecū, aſcēderť,
et appropiquauerūt, et uenerūt cōtra ciuita
tē, & caſtrametati ſūt ab aqlone ipſi Hai, &
12 uallis erat inter eū. et iter Haí. ¶ Et tulit cir
citer quinq; milia uiroꝝ, & poſuit eos in inſi
dijs inter Bethel, & iter Hai ab occidēte ipſi
13 ciuitati. ¶ Et poſuerť ppl's oīa caſtra q̄ erāt
ab aqlone ipſi ciuitati, & inſidias ei⁹ ab occi
dēte ipſi ciuitati, & perrexit Iehoſúah nocte
14 illa ī mediū uallis. ¶ Et fuit, cū uideret rex
Haí, feſtinauerūt, & ſurrexerť, & egreſſi ſūt
hoīes ciuitatis in occurſū Iſrl' in pliū ipſe, et
oīs ppl's ei⁹ ad tp̄s cōſtitutū ante campeſtria
et neſciebat q inſidiæ eēnt ſibi à tergo ciuita
15 tis. ¶ Et cæſi ſūt Iehoſúah & oīs Iſrl' an̄ eos

6 & fugerunt per uiã ſolitudinis. ❡ Et uociſe-
rati ſunt omnis populus in ciuitate pſequẽdo
eos, & pſecuti ſunt Iehoſúah, & euulſi ſunt à
17 ciuitate. ❡ Et nõ eſt relictus uir de Haí, & Be
thél, qui nõ egreſſi ſunt poſt Iſraél, & reliq̃rũt
18 ciuitatem apertã, & perſecuti ſunt Iſrl'. ❡ Di
xit autẽ dñs ad Iehoſúah. Extẽde haſtam q̃ eſt
in manu tua cõtra Haí, quia in manu tua dabo
eam. Et extendit Iehoſúah haſtam quæ erat in
manu ſua contra ciuitatem, & inſidiæ ſurrexe-
runt feſtinanter è loco ſuo, & cucurrerũt, cum
extendiſſet manũ ſuam, & uenerunt ad ciuita
tẽ, atq; ceperunt eã, & feſtinauerunt, & ſuccẽ
19 derunt ciuitatem igni. ❡ Et uerterunt ſe uiri
Hai poſt ſe, & uiderũt, et ecce aſcẽdebat fum'
ciuitatis ad cœlum, & non erant in eis loca ad
fugiendũ huc, & illuc, & populus qui fugerat
20 in deſertũ cõuerſus eſt ad perſequentẽ. ❡ Et
Iehoſúah & om̃is Iſraél uiderunt q; cepiſſent
inſidiæ ciuitatem, & aſcendiſſet fumus ciuita-
tis, & reuerſi ſunt, & percuſſerunt uiros Haí.
21 ❡ Et illi egreſſi ſunt de ciuitate in occurſum
eorũ, & fuerunt Iſraeli in medio iſti hinc, et illi
inde, & percuſſerunt eos uſq; quo nõ remane-
22 ret ex eo ſuperſtes, & euaſor. ❡ Regẽq; Haí
ceperũt uiuũ, & accedere fecerũt eũ ad Iehoſ-
23 súah. ❡ Et fuit, cũ compleuiſſet Iſraél occide-
re oẽs habitatores Haí tam in agro q̃ in deſer
to, in quo perſecuti fuerant eos, & cecidiſſent
oẽs ipſi acie gladij, donec conſumerentur, re-
uerſi ſunt omnis Iſraél ad Haí, & percuſſerunt
24 eam acie gladij. ❡ Et fuerunt oẽs qui cecide-
runt in die illa à uiro uſq; ad mulierem, duode
25 cim milia, omnes uiri Hai. ❡ Et Iehoſúah non
reduxit manũ ſuam, quam extenderat cũ lan-
cea, donec interficeret om̃es habitatores Haí.
26 ❡ Tm̃ animalia & ſpolia ciuitatis eius prædas-
ti ſunt ſibi filij Iſraél iuxta uerbum dñi, quod
27 præcepit ipſi Iehoſúah. ❡ Et ſuccendit Iehoſ-
súah Haí, & poſuit eam tumulum ſempiternũ
28 deſolationem uſq; ad diem hanc. ❡ Et regem
Haí ſuſpendit in ligno uſq; ad tempus ueſper-
tinũ. Et cũ occubuiſſet ſol, præcepit Iehoſúah,
& depoſuerũt cadauer ei' de ligno, & proiece
runt illud ad oſtium portæ ciuitatis, & ſtatue-
rũt ſuper illud aceruũ lapidum grandem uſq;
29 ad diem hanc. ❡ Tunc ædificauit Iehoſúah al-
30 tare dño deo Iſraél in monte Hebál. ❡ Quẽ-
admodum præcepit Moſéh ſeruus domini fi-
lijs Iſraél ſecundum q; ſcriptum eſt in libro le
gis Moſéh altare ex lapidibus integris, ſu-
per quos non fecit eleuare ferrum, & immola
uerunt ſuper illud holocauſta domino, & ſacri
31 ficauerunt pacifica ❡ Et ſcripſit ibi in lapidi
bus deuteronomium legis Moſéh, quod ſcri-
32 pſit coram filijs Iſraél. ❡ Et omnis Iſraél & ſe
niores ei', & præfecti, & iudices ſtabãt hinc,
& inde ad arcam coram ſacerdotibus Leuitis
portantibus arcam fœderis dñi, ſicut peregri-
nus ſic indigena. Medietas eius contra montẽ
Gherizím, et medietas eius contra montẽ He-
bál, quẽadmodum præcepit Moſéh ſeruus do
mini, ut benediceret populo Iſraél primum.
33 ❡ Et poſtea legit omnia uerba legis. ❡ Be-
34 nedictionem, & maledictionem iuxta oẽ quod
35 ſcriptum eſt in libro legis. ❡ Non fuit uerbũ
ex omnibus quæ præcepit Moſéh, quod nõ le
gerit Iehoſúah coram omni cœtu Iſraél, et mu
lieribus, & paruulis, & peregrinis, ambulanti
bus in medio eorum.

Capitulum.9.

1 ET fuit, cũ audiſſent oẽs reges
qui erant trans Iardén in mon
te, & in planicie, et in oĩ littore
maris magni contra Lebanón,
Chittæus, Emoræ', Chenaha-
næus, & Perizæus, Chiuæus
2 & Iebuſæus. ❡ Cõgregati ſunt pariter ad pu
gnandum cũ Iehoſúah, & Iſraél cõſenſu uno.
3 ❡ Et habitatores Ghibhón audierunt quod
4 fecerat Iehoſúah ipſi Ierichó, & Haí. ❡ Et fe
cerunt etiam ipſi callide. Et abierunt, & oſten-
derunt ſe legatos, & tulerunt ſaccos ueteres
aſinis ſuis, & utres uini ueteres, & ſciſſos, &
5 colligatos. ❡ Et calciamina uetera, & reſarci
ta in pedibus ſuis, & ueſtes ueteres ſuper ſe.
Et omnes panes cibus eorum ſicci erant, & mu
6 cidi. ❡ Et perrexerunt ad Iehoſúah in caſtra
Ghilghál, dixeruntq; ei, & ad uirum Iſraél.
E terra longinqua uenimus. Et nunc percutite
7 nobiſcũ fœdus. Dixitq; uir Iſraél ad Chiuæũ.
Forte i medio mei tu habitas, & quomõ percu
8 tiam tecũ fœdus? ❡ Dixeruntq; ad Iehoſúah.
Serui tui ſum'. Dixitq; ad eos Iehoſúah. Qui
9 eſtis, & unde uenistis? ❡ Et dixerunt ei. E ter
ra longinqua ualde uenerunt ſerui tui in nomi
ne domini dei tui. Audiuim' enim famam eius
10 & omnia quæ fecit in Aegypto. ❡ Et omnia
quæ fecit duobus regibus Emoræi, qui erant
trãs Iardén, Sicón regi Cheſbón, & Hóg regi
11 Baſán, q erant in Haſtharóth. ❡ Dixeruntq;
nobis ſeniores noſtri, & om̃es habitatores ter
ræ noſtræ dicendo. Tollite in manu uſa eſcam
pro itinere, & ite in occurſum eorum ac dicite
eis. Serui ueſtri ſumus. Et nunc percutite no-
12 biſcum fœdus. ❡ Hunc panem noſtrum ca-
lidum, eſcam parauimus de domibus noſtris
in die qua egreſſi ſumus, ut ueniremus ad uos,
13 & nunc ecce eſt ſiccus & mucidus. ❡ Et iſti

utres uini, quos impleuimus noui erât, & ecce
ſciſſi ſunt, & iſta ueſtimenta noſtra, & calciami
na noſtra ueterauerunt propter maximũ iter.
14 ¶ Et acceperunt uiri de eſca eorum, et os do
15 mini non interrogauerunt. ¶ Et fecit cum eis
Iehoſúah pacem, & percuſſit cum eis fœdus
ad uiuificandum eos, & iurauerunt eis princi-
16 pes cõgregatiõis ¶ Et fuit, in fine triũ dierũ
poſtq̃ pcuſſerũt cũ eis fœdus, audierũt ꝙ p-
propinqui eſſent ſibi, et medio ſui habitarent.
17 ¶ Et pfecti ſunt filij Iſraël, & uenerũt ad ciui
tates eorum die tertio, & ciuitates Ghibhón,
et Chephiráh, et Beeróth, et Chiriáthiehaiím.
18 ¶ Et non percuſſerunt eos filij Iſraël, quia iu
rauerant eis principes ſynagogæ per dominũ
deum Iſraël. Et murmurauit omnis ſynagoga
19 contra principes. ¶ Dixeruntq; omnes prin
cipes ad omnẽ ſynagogam. Nos iurauimus eis
per dominum deum Iſraël, & nunc non poſſu
20 mus contingere eos. ¶ Hoc faciemus eis, &
faciendo uiuere eos, et non erit contra nos ira
21 propter iuramentum, qđ iurauimus eis. ¶ Et
dixerunt ad eos principes. Viuant, et cædant li
gna, & hauriant aquam omni ſynagogæ, quẽ-
22 admodum locuti ſunt eis principes. ¶ Et uo-
cauit eos Iehoſúah, & locutus eſt ad eos dicen
do. Vt quid decepiſtis nos dicẽdo. Longinqui
ſumus a uobis ualde, & uos in medio noſtri ha
23 bitatis? ¶ Et nunc maledicti eſtis, & non exci
dent ex uobis ſerui, & cædentes ligna, & hau
24 rientes aquam domui dei mei. ¶ Et reſpon-
derunt ad Iehoſúah, atq; dixerunt. Cum indi-
cando indicatum fuit ſeruis tuis omne quod
præcepit domin⁹ deus tuus Moſéh ſeruo eius
ut daret uobis omnem terram, & diſperderet
omnes habitatores terræ à facie ueſtra, timui-
mus ualde animabus noſtris à facie ueſtra, &
25 fecimus hoc. ¶ Et nunc ecce ſumus in manu
tua. Sicut placet, & ſicut rectum eſt in oculis
26 tuis ut facias nobis, fac. ¶ Et fecit eis ita. Et li-
berauit eos de manu filiorum Iſraël, & non in-
27 terfecerunt eos. ¶ Poſuitq; eos Iehoſúah in
die ipſa cæſores lignorũ, & hauritores aquæ
ſynagogæ, & altari domini uſq; ad diem hanc
in loco quem elegerit.

Capitulum. 10.

1 ET fuit, cũ audiſſet Adoniſédech rex
Ieruſaláim quod cepiſſet Iehoſúah
Haí, & interfeciſſet eã, quẽadmodũ
fecit Ierichó, & regi eius ſic feciſſet
Haí, & regi ei⁹, & quod pacẽ feciſſent habita
tores Ghibhón cum Iſraël, & eſſet in medio
2 eorum. ¶ Timuerunt ualde. Ciuitas enim ma
gna erat Ghibhón ueluti una ẽ ciuitatib⁹ rega
libus, & quia erat maior Haí, & oẽs uiri eius
3 fortes. ¶ Et miſit Adoniſédech rex Ieruſaláim
ad Hohám regem Chebrón, & ad Pirám re-
gem Iarmúth, & ad Iaphíah regem Lachis, &
4 ad Debír regem Heglón dicendo. ¶ Aſcen-
dite ad me, Auxiliamini mihi, & percutiemus
Ghibhón, quia pacem fecit cum Iehoſúah, &
5 cum filijs Iſraël. ¶ Et cõgregati ſunt, & aſcẽ-
derunt quinq; reges Emoræi: rex Ieruſalaím,
rex Chebrõ, rex Iarmúth, rex Lachis, rex He-
glón ipſi & omnia caſtra eorum, & caſtrame-
tati ſunt contra Ghibhón, & pugnauerũt ad-
6 uerſus eam. ¶ Et miſerunt uiri Ghibhón ad
Iehoſúah, ad caſtra in Ghilghál dicẽdo. Ne ceſ
ſate facias manus tuas à ſeruis tuis. Aſcẽde ad
noſ cito, & fac ſalutẽ nobis, & auxiliare nobis,
quia congregati ſunt contra nos omnes reges
7 Emoræi habitantes in mõte. ¶ Et aſcendit Ie-
hoſúah de Ghilgál ipſe, & omnis populus bel
8 lator cum eo, & oẽs potentes uiribus. ¶ Di-
xit autem dñs ad Iehoſúah. Ne timeas ab eis.
In manu enim tua tradidi eos, nec ſtabit quiſq̃
9 ex eis in conſpectu tuo. ¶ Et uenit ad eos Ie-
hoſúah repente, tota nocte aſcendit de Ghil-
10 ghál. ¶ Et contriuit eos dominus corã Iſraël,
& percuſſit eos plaga magna in Ghibhón, &
perſecutus eſt eos per uiam aſcẽſus Bethcho-
rón, & percuſſit eos uſq; Hazacháh, & uſq;
11 Maccedáh. ¶ Et fuit, dum fugerent à facie Iſ
raël, ipſis exiſtentibus in deſcẽſu Bethchorón
dominus proiecit ſuper eos lapides magnos è
cœlo uſq; ad Hazacháh, et mortui ſunt. Plures
fuerunt qui mortui ſunt lapidibus grandinis
12 q̃ quos interfecerũt filij Iſraël gladio. ¶ Tũc
locutus eſt Iehoſúah domino in die qua tradi-
dit dominus Emoræum coram filijs Iſraël, &
dixit ĩ oculis Iſraël. Sol in Ghibhón expecta,
13 & luna in ualle Aialón. ¶ Et expectauit Sol,
& luna ſtetit, donec ulciſceretur ſe gens de ini
micis ſuis. An non eſt ſcriptum in libro Iaſár.
Et ſtetit ſol in medio cœli, & non feſtinauit, ut
14 occumberet die perfecta. ¶ Et non fuit ſicut
dies illa ante eam, & poſt eam: ut obediret do
minus uoci uiri. Dominus enim pugnauit pro
15 Iſraël. ¶ Et reuerſus eſt Iehoſúah, & omnis
16 Iſraël cum eo ad caſtra in Ghilghál. ¶ Et fuge-
runt quinq; reges iſti, & abſconderunt ſe in
17 ſpelũca in Macchedáh. ¶ Et nunciatũ eſt ipſi
Iehoſúah dicẽdo. Inuẽti ſunt quinq; reges ab-
18 ſconditi in ſpelũca in Macchedáh. ¶ Dixitq;
Iehoſúah. Voluite ſaxa magna ad os ſpeluncæ
& conſtituite iuxta eam uiros, ut cuſtodiant
19 eos. ¶ Et uos ne ſtetis. Sequimini inimicos ue
ſtros, & caudam eorum cædite. Ne ſinatis eos

ingredi urbes ſuas. Tradidit enī eos dominus
20 deus ueſter in manu ueſtra. ¶ Et fuit, cum fi-
niſſet Iehoſúah, & filij Iſraél percutere eos pla-
ga magna ualde, donec cōſumerent, et ſuper-
ſtites qui ſuperfuerūt ex eis, ingreſſi eſſent ci-
uitates munitas, reuerſi ſunt omīs ppl's ad ca-
ſtra ad Iehoſúah in Macchedáh in pace. Nō mo
21 uit cōtra filios Iſraél quiſꝗ linguā ſuā. ¶ Di
xitꝗ Iehoſúah. Aperite os ſpeluncæ, & addu-
22 cite ad me quinꝗ reges illos de ſpelūca. ¶ Et
fecerunt ita. Et adduxerunt ad eum quinꝗ re-
ges de ſpelunca, regem Ieruſalaím, regē Che-
brón, regem Iarmúth, regem Lachís, regem
23 Heglón. ¶ Et fuit, cum adduxiſſet quinꝗ re-
ges illos ad Iehoſúah, uocauit Iehoſúah omnē
uirum Iſraél, dixitꝗ ad principes uirorum bel
latorum, qui perrexerant ſecum. Accedite, po
nite pedes ueſtros ſuper colla regum iſtorum.
Et acceſſerūt, & poſuerūt pedes ſuos ſup colla
24 eorum. ¶ Dixitꝗ ad eos Iehoſúah. Ne timea
tis, & ne paueatis, cōfortate uos, & roborate
uos. Sic enim faciet dominus omībus inimicis
25 ueſtris contra quos pugnatis. ¶ Et percuſſit
eos Iehoſúah poſt hæc, & mori fecit eos, & ſu
ſpendit eos in quinꝗ lignis, & fuerunt ſuſpēſi
26 in lignis uſꝗ ad ueſperā. ¶ Et fuit, tempore
quo occubuit ſol, præcepit Iehoſúah, & depo
ſuerunt eos de lignis, & proiecerunt eos in
ſpeluncam, in qua ſe abſconderant, & poſue-
runt lapides ingentes ad os ſpeluncæ uſꝗ ad
27 hunc met diem. ¶ Et Macchedáh cæpit Ie-
hoſúah die ipſa, & percuſſit eam acie gladij, et
regem eius occidit ipſos, & oēm animam, quæ
erant in ea. Non remanſit euaſor. Fecitꝗ regi
Macchedáh, quēadmodum fecit regi Iericho.
28 ¶ Et tranſiuit Iehoſúah, & omnis Iſraél cum
eo de Macchedáh in Libnáh, & pugnauit cum
29 Libnáh. ¶ Tradiditꝗ dominus eam in manu
Iſraél, & regem eius. Et percuſſit eam acie gla
dij, & omnem animam quæ erat in ea. Non re-
manſit in ea ſuperſtes. Et fecit regi eius, quēad
30 modum fecit regi Ierichó. ¶ Et trāſiuit Ieho-
ſúah, & omnis Iſraél cum eo de Libnáh in La-
chís, & caſtrametatus eſt iuxta eam, & pugna
31 uit cum ea. ¶ Et dedit dominus Lachís in ma
nu Iſraél, & cæpit eam die ſecūda, & percuſ-
ſit eam acie gladij, & omnem animam quæ
erat in ea, iuxta omnia quæ fecit ipſi Libnáh.
32 ¶ Tunc aſcendit Horám rex Ghézer ad au-
xiliandum Lachís. Et percuſſit eum Iehoſúah,
& populū eius, donec non remanſit ei ſuper-
33 ſtes. ¶ Et tranſiuit Iehoſúah, & omnis Iſraél
cum eo de Lachís in Heglón, & caſtrametati
ſunt aduerſus eam, & pugnauerunt contra eā.
34 ¶ Cæperuntꝗ eam die ipſa, & percuſſerunt
eam acie gladij. Et omnem animam quæ erat
in ea die ipſa interfecit, iuxta omnia quæ fe
35 cit ipſi Lachís. ¶ Et aſcendit Iehoſúah, &
omnis Iſraél cum eo de Heglón in Chebrón,
36 & pugnauerunt contra eam. ¶ Et cæperūt
eam, & percuſſerunt eam acie gladij, & re-
gem eius, & omnes urbes eius, & omnē ani-
mam quæ erat in ea, non remanſit ſuperſtes.
Iuxta omīa quæ fecit ipſi Heglón. Et inter-
fecit eius habitatores, & omnem animam in
37 ea. ¶ Et reuerſus eſt Iehoſúah, & oīs Iſraél
38 cū eo in Debír, & pugnauit cōtra eā. ¶ Cæ
pitꝗ eam, & regem eius, & oēs urbes eius,
& percuſſerunt eos acie gladij, & interfece
runt omnem animam quæ erat in ea. Non re
manſit ſuperſtes, quemadmodum fecit ipſi
Chebrón, ſic fecit ipſi Debír, & regi eius, et
quemadmodum fecit ipſi Libnáh, & regi
39 eius. ¶ Et percuſſit Iehoſúah omnem terrā
montanam, & meridianam & campeſtrē, &
Aſedóth, & omnes reges eorū, Non reman-
ſit ſuperſtes. Et omnem animam interfecit,
quemadmodum præcepit domin' deus Iſ-
40 raél. ¶ Et percuſſit eos Iehoſúah à Cadeſ
barnéah uſꝗ Hazzáh, & omnē terram Ghó-
41 ſen uſꝗ Ghibhón. ¶ Et omnes reges iſtos,
& terram eorum cæpit Iehoſúah uice una,
quia dominus deus Iſraél pugnauit ꝓ Iſraél.
42 ¶ Et reuerſus eſt Iehoſúah & omnis Iſraél
cum eo ad caſtra in Ghilghál.

Capitulum. XI.

1 ET fuit, cū audiſſet Iabín rex Cha-
ſór, miſit ad Iobáb regem Malón
& regem Simbrón, & ad regem
2 Achſáph. ¶ Et ad reges qui erāt
ab aquilone in mōte, & in planicie ad auſtrū
Chineróth, et in planicie, et in Naphóth dór
3 ab occidente. ¶ Chenahanæus ab oriēte &
occidente, & Emoræus, & Chittæus, & Pe-
rizæus, & Iebuſæus in monte, & Chiuuæus
4 ſub Chermón in terra Miſpáh. ¶ Et egreſſi
ſunt ipſi, & oīa caſtra eorū cū eis, ppl's mult'
tanꝗ harena, q̄ eſt iuxta litt' maris præ mul
5 titudine, & equi, & curr' multi ualde. ¶ Et
cōuenerūt oēs reges iſti, & uenerunt, & ca-
ſtrametati ſunt pariter ad aquas Merō, ut pu
6 gnarēt cū Iſraél. ¶ Dixit aūt dñs ad Ieho-
ſúah. Ne timeas à facie eorū. Cras enim in tē
pore hoc trado omnes iſtos occiſos corā Iſ-
raél. Equos eorū ſubneruabis, & currus eorū
7 cōbures igni. ¶ Et uēit Iehoſúah, & oīs po
pul' bellator cū eo aduerſus eos, ad aq̄s Me-
8 rō repēte, & irruerūt ī eos. ¶ Et tradidit eos

dñs in manu Iſrl',& ꝑcuſſerũt eos,& pſecuti
ſũt eos uſq; Sidõ magnã,& uſq; Miſrephóth
aquarum,& uſq; ad cãpum Miſpáh ad orien
tem,& percuſſit eos,donec non remaneret
9 eis ſ..perſtes. ¶ Et fecit eis Iehoſúah,quẽ-
admodum dixerat ei dominus. Equos corũ
ſubneruauit,& currus corũ combuſſit igni.
10 ¶ Et reuerſus eſt Iehoſúah in tempore ipõ,
& cæpit Chaſór,& regem eius percuſſit gla
dio Chaſór cum antea fuit caput omniũ re-
11 gnorum iſtorum ¶ Et percuſſerũt omnem
animã,quæ erat in ea acie gladij interficien
Pro eo ꝙ non uenerunt nobiſcum, non dabi-
mus eis de ſpolijs quæ eruimus, ſed unuſqſq;
uxorem ſuam, & filios ſuos ducent, & ibūt.
23 ¶ Dixit autem Dauid. Non facietis ſic fra-
tres mei. Quæ dedit dn̄s nobis, & cuſtodiunt
nos, & dedit exercitum qui uenit contra nos
24 in manu noſtra. ¶ Et quis audiet nobis i re
hac? Sed ſicut portio deſcēdentis ad prælium
erit portio manentis ad ſarcinas, pariter di-
25 uidentur. ¶ Et fuit à die illa & ſupra, poſitū
eſt hoc in legem, & in ius i Iſraél uſq; ad diē

26 hanc. ¶ Et uenit Dauid in Siclágh, & miſit
de præda ſenioribus Iehudáh amicis ſuis di
cendo. Ecce uobis benedictio de ſpolijs ini-
27 micorum domini. ¶ Iis qui erant in Bethel,
& qui in Ramóth ad meridiem, & qui in Iat
28 thér. ¶ Et qui in Harohér, & q in Siphmóth
29 & qui in Eſtemóhah, ¶ Et qui in Rachál, &
qui in urbibus Ierachmeli, & qui in urbibus
30 Cheni. ¶ Et qui i Chormáh, & qui in Bor-
31 haſán, & qui in Hatháh. ¶ Et qui in Chebrō
& omnibus locis i quibus ambulauerat Da
uid ipſe, & uiri eius.

Capitulum.31.

Eliſtim autē pugnabāt cum
1 Iſrael. Et fugerūt uiri Iſrael
à facie Peliſtim, & cecide-
runt uulnerati in mōte Ghil
bóah. ¶ Et perſecuti ſunt
2 Peliſtim Saúl, & filios eius.
Percuſſeruntq́ Peliſtim Ie-
honathán, & Abinadab, & Malchiſúah filios
3 Saúl. ¶ Et aggrauatum eſt prælium contra
Saúl, & inuenerunt eum iaculatores uiri cū
4 arcu, & timuit ualde à iaculatoribus. ¶ Di-
xitq́ Saúl armigero ſuo. Euagina gladiū tuū
& perfode me illo. ne forte ueniant incircū-
ciſi iſti, & perfodiant me, & illuſiones fiant
in me, & noluit armiger eius. Timebat enim
ualde. Et tulit Saúl gladium, & irruit ſup eū
5 ¶ Viditq́ armiger ei⁹ ꝙ mortu⁹ eſſet Saúl,
& irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum, &
6 mortuus eſt cū eo. ¶ Mortuuſq́ eſt Saúl, &
tres filij eius, & armiger eius, & etiam oēs
7 uiri eius in die illa pariter. ¶ Et uiderunt ui
ri Iſrael qui erant in tranſitu uallis, & q erāt
in tranſitu Iardén ꝙ fugiſſent uiri Iſrael, &
ꝙ mortui eſſent Saúl, & filij eius, & relique
runt ciuitates, & fugerunt. Veneruntq́ Peli
8 ſtim, & habitauerunt in eis. ¶ Et fuit, in cra
ſtino uenerunt Peliſtim ad expoliandum in
terfectos, & inuenerunt Saúl, & tres filios
9 eius iacentes in monte Ghilbóah. ¶ Et ab
ſciderūt caput eius, & ſpoliauerūt arma ei⁹,
& miſerunt in terram Peliſtim per circuitum
ad annūciādum in templo idolorū ſuorū, &
in populo. Et poſuerunt arma eius in templo
Haſtaróth. Corpus uero eius fixerunt in mu
10 ro Bethſán. ¶ Et audiert de eo habitatores
Iabés Ghilhád, quæ fecerūt Peliſtim ipi Saúl
11 ¶ Et ſurrexerunt omnis uir fortis, & ambu
lauerunt tota nocte, tuleruntq́ corpus Saúl
& corpora filiorum eius de muro Bethſán,
& uenerūt in Iabés, & combuſſerunt ea ibi.

12 ¶ Et tulerunt oſſa eorum, & ſepelierūt ſub
arbore Iabés, & ieiunauerunt ſeptē diebus.

¶ Liber primus Sémuelis explicit.

¶ SENVEL SECVNDVS.
Capitulum. I.

1 T fuit poſt mor
tē Saúl, & Da
uid reuerſus
erat à cædēdo
Hamaléch,
& manſerat
dauid ī Siclah
diebus duob⁹
¶ Et fuit, die
2 tertio , ecce
uir uenit è ca
ſtris Saúl, & ueſtes eius ſciſſæ erant, & ter-
ra ſuper caput eius. Et fuit, cum ueniſſet ad
Dauid, cecidit in terram, & incuruauit ſe.
3 ¶ Dixitq́ ei Dauid. Vnde uenis? Dixitq́ ad
4 eum. E caſtris Iſrl̕ eruí me. ¶ Dixitq́ ad eū
Dauid. Quid euenerit nuncia quæſo mihi.
Et dixit. Fugit populus de prælio, & ēt mul
titudo cecidit è popl̕o, & mortui ſunt. Et ēt
Saúl, & Iehonathán filius eius mortui ſunt.
5 ¶ Dixitq́ Dauid ad puerum q nunciabat ſi
bi. Quomo noſti ꝙ mortuus ſit Saúl & Ieho
6 nathán filius eius? ¶ Dixitq́ puer, qui nun
ciabat ei . Per accidēs ueniēdo p accidēs ue
ni in montem Ghilbóah, & ecce Saúl innix⁹
erat lanceæ ſuæ, & ecce currus & equites per
7 ſequebantur eum. ¶ Et reſpexit poſt ſe, &
uidit me, uocauitq́ me. Et dixi ei. Ecce adſū
8 ¶ Dixitq́ mihi. Quis es tu? Et dixi ad eum
9 Hamalechites ſum. ¶ Dixitq́ mihi. Sta q̄ſo
ſuper me, & interfice me, quia tenet me an-
guſtia, quia omnis adhuc anima mea eſt i me
10 ¶ Et ſteti ſuper eum, & interfeci eum. Scie
bam enim ꝙ non poſſet uiuere. Mortuo illo,
tuli diadema quod erat ſuper caput eius, &
armillam quæ erat in brachio ei⁹, & adduxi
11 ea ad dominum meum huc. ¶ Et appræhen
dit Dauid ueſtimenta ſua, & ſcidit ea, & etiā
omnes uiri qui erāt ſecum, & planxerunt, &
fleuerunt, & ieiunauerunt uſq́ ad ueſperam
ſuper Saúl. & ſuper Iehonathan filium eius
& ſuper populum domini, & ſuper domum
12 Iſrael qui mortui erant gladio . ¶ Dixit au
tem Dauid ad puerum qui nunciabat ſibi.
Vnde es tu? Et dixit filius uiri peregrini Ha-
13 malechitæ ſum. ¶ Dixitq́ ad eum Dauid.
Quomodo non timuiſti mittere manū tuam

14 ad perdendũ chriſtum domini. ¶ Vocauit-
ꝗ Dauid unũ è pueris, Et dixit. Accede, occi
de eum. Et percuſſit eum, & mortuus eſt. Di-
xitꝗ ad eum Dauid. Sanguis tuus ſuper ca-
put tuum. Os enĩ tuũ teſtificatũ eſt contra te
15 dicendo. Ego occidi chriſtum dñi. ¶ Et la-
mentatus eſt Dauid lamentationem hanc ſu
16 per Saúl & ſup Iehonathán filiũ ei⁹. ¶ Di-
xitꝗ ut docerẽt filios Iehudáh iaculari arcu.
17 Ecce ſcriptum eſt in libro Iaſár. ¶ Et o ter-
ra Iſraél in excelſis tuis uulneratus eſt. Quo
18 modo ceciderunt potentes. ¶ Ne annuncie
tis i Ghath, & ne annũcietis in plateis Aſche
lòn, ne forte lætent̃ filiæ Peliſtim, ne forte
19 exultẽt filiæ incircũciſorũ. ¶ Mõtes Ghil-
bóah nec ros, neꝗ pluuia deſcendat ſup nos
neꝗ ſint agri oblationũ, quia ibi proiectus
eſt clypeus fortiũ, clypeus Saúl ac ſi nõ eſſet
20 unctus oleo. ¶ A ſanguine interfectorũ ab
adípe fortiũ. Sagitta arcus Iehonathán non
rediit retrorſum, & gladius Saúl non eſt re-
21 uerſus inanis. ¶ Saúl, & Iehonathán amabi
les, & decori in uita ſua & in morte ſua non
ſunt ſeparati. Aquilis leniores, leonib⁹ for-
22 tiores fuerũt. ¶ Filiæ Iſraél ſup Saúl flete,
qui ueſtiebat uos coccino cum delitijs, qui
aſcẽdere faciebat ornamẽtũ aureum ſup ue-
23 ſtẽ ueſtrã. ¶ Quomodo ceciderũt fortes in
medio belli. Iehonathán in excelſis tuis occi
24 ſus eſt. ¶ Anguſtijs afficior ſup te frater mí
Iehonathã. Decuiſti mihi ualde. Mirabilior
25 fuit amor tu⁹ mihi amore mulierũ. ¶ Quõ
ceciderũt fortes, & perierũt arma bellica.

Capitulum.2.

1 ET fuit, poſt hæc interrogauit
Dauid dñm dicẽdo. Nũ aſcẽdã
in unã ex urbib⁹ Iehudáh: Di-
2 xitꝗ dñs ad eũ. Aſcẽde. ¶ Et
dixit Dauid. Quo aſcendam?
3 Et dixit i Chebrón. ¶ Et aſcẽ
dit illuc Dauid, & etiã duæ uxores ei⁹ Achi-
noham Izrehelitis, & Abighàil uxor Nabál
4 Charmelitæ. ¶ Et uiros ſuos qui erant ſe-
cum, aſcẽdere fecit Dauid, unũquẽꝗ cũ fa-
milia ſua, & manſerũt in urbibus Chebrón.
5 ¶ Et uenerunt uiri Iehudah, & unxerũt ibi
Dauid in regẽ ſuper domũ Iehudáh. Et nun
ciauerũt Dauid dicẽdo. Viri Iabés Ghilhád
6 ſepelierunt Saúl. ¶ Et miſit Dauid nuncios
ad uiros Iabés Ghilhád, & dixit ad eos. Be-
nedicti uos a dño qui feciſtis miſericordiam
hãc cũ dño ueſtro cũ Saúl, & ſepeliſtis eum.
7 ¶ Et nũc faciat dñs nobiſcũ miam, & ueri-
tatẽ. Et ego ẽt faciã nobiſcũ bonũ hoc, quia
8 feciſtis rẽ hanc. ¶ Et nunc cõfortent̃ manus
ueſtræ, & eſtote filij fortes, quia mortuus eſt
dominus ueſter Saúl, Et etiã me unxerũt do
9 mus Iehudáh in regẽ ſuper eos. ¶ Abnér au
tem filius Nér princeps militiæ, qui erat ipſi
Saúl tulit Iſbóſeth filiũ Saúl, & tranſire fecit
10 eum in caſtra. ¶ Et regnare fecit eum ſuper
Ghilhád, & ſup Aſſurí, & ſuper Izrehel, & ſu
per Ephráim, & ſup Biniamin, & ſup Iſraél
11 uniuerſum. ¶ Quadragenari⁹ erat Iſbóſeth
filius Saúl, quando regnauit ſuper Iſraél, &
duobus annis regnauit tãtũ dom⁹ Iehudáh,
12 fuerunt poſt Dauid. ¶ Et fuit numerus die-
rum quibus fuit Dauid rex in Chebrón ſup
domum Iehudáh, ſeptem anni, & ſex men-
13 ſes. ¶ Et egreſſus eſt Abnér filius Ner, &
ſerui Iſbóſeth filij Saúl de caſtris in Ghib-
14 hón. ¶ Ioáb filius Seruiáh, & ſerui Dauid
egreſſi ſunt, & occurrerunt eis iuxta piſcinã
Ghibhón pariter. Et mãſerunt ij iuxta piſci-
15 nam hinc, & illi iuxta piſcinã inde. ¶ Dixit-
ꝗ Abnér ad Ioab. Surgant nunc pueri, & lu
16 dant ante nos. Dixitꝗ Ioáb. Surgant. ¶ Et
ſurrexerunt, & tranſierunt in numero duo-
decim. Ex Biniamin, & Iſbóſeth filio Saúl,
17 Et duodeci ex ſeruis Dauid. ¶ Et apprahẽ-
derũt unuſquiſꝗ caput ꝓximi ſui, & gladi⁹
ſuus in latus proximi ſui, et ceciderũt pari-
ter. Et uocauit locũ ipm Chelcáth haſſurim
18 (Ager fortiũ) qui eſt in Ghibhón. ¶ Et fuit
prælũ durum uſꝗ ualde in die illa. Et cæſus
eſt Abnér, & uiri Iſraél coram ſeruis Dauid.
19 ¶ Erant autẽ ibi tres filij, Seruiáh, Ioab, &
Abiſai, & Haſaél. Haſaél aũt leuis erat pedib⁹
20 ſuis ſicut un⁹ è capreis q ſunt in agro. ¶ Et
pſecut⁹ eſt Haſaél Abnér, & nõ declinauit in
eũdo ad dexterã nec ad ſiniſtrã poſt Abnér.
21 ¶ Et reſpexit Abnér poſt ſe, & ait. Tu ne es
22 Haſaél? Et dixit. Sũ. ¶ Dixitꝗ Abnér decli
na ad dexterã tuã uel ad ſiniſtrã tuam, & ap
prehende unũ é pueris, & tolle tibi exuuias
23 ei⁹. Et noluit Haſaél declinare ab eo. ¶ Ad-
didit aũt adhuc Abnér dicere ad Haſahél Re
cede à me. Vt quid percutiam te in terrã. Et
ſi percuſſero te quomodo leuabo faciẽ meã
24 ad Ioáb fratrẽ tuũ? ¶ Et renuit recedere. Et
percuſſit eũ Abnér cuſpide lanceæ in quinta
coſta. Et egreſſa eſt lancea poſt eum, & ceci-
dit ibi, & mortuus eſt in loco ipſo. Et fuit, oĩs
qui ueniebat ad locũ in quo ceciderat Haſa-
25 hél, & mortu⁹ fuerat, ſubſiſtebat. ¶ Et pſecu
ti ſunt Ioáb, & Abiſai Abnér. Et ſol occu-
buit. ipſi aũt uenerũt uſꝗ ad Ghibháh, quæ
ẽ cõtra faciẽ Gbiach p uiã deſerti Ghibhón.

26 ¶Et congregati ſunt filij Biniamín poſt Ab-
nér, & fuerunt cœtus unus, & ſteterũt in ſum
27 mitate collis unius. ¶Et clamauit Abnér ad
Ioáb, et ait. Num in ſæculũ deuorabit gladius?
Nonne noſti ꝙ amaritudo ſit in nouiſſimo? Et
uſqꝫ quo non dices populo, ut auertatur à fra-
28 tribus ſuis? ¶Dixitqꝫ Ioáb. Viuit deus, quia
niſi locut⁹ fuiſſes, tũc mane aſcẽdiſſet populus
29 unuſquiſqꝫ à fratribus ſuis. ¶Et clanxit Ioáb
buccina, & ſtetit omnis populus, & non ſunt
perſecuti ultra Iſraél, nec addiderunt ultra pu-
30 gnare. ¶Abnér autem, & uiri eius abierunt
per campeſtria tota nocte illa, & tranſierunt
Iardén, & perambulauerunt totam Bithrón,
31 & uenerũt ad caſtra. ¶Ioáb autem reuerſus
eſt ab Abnér, et congregauit omnem populũ,
& defuerunt è ſeruis Dauid nouem, & decem
32 uiri & Haſahél. ¶Serui autem Dauid per-
cuſſerunt de Biniamín, & de uiris Abnér tre-
33 centi, & ſexaginta uiri mortui ſunt. ¶Tule-
runtqꝫ Haſahél, & ſepelierunt eum in ſepul-
chro patris ſui quod erat in Bethléchẽ, & am
bulauerũt tota nocte Ioab, & uiri eius. Et illu-
xit eis in Chebrón,

Capitulum.3.

1 FVit autem bellum longũ inter do-
mũ Saúl, & domum Dauid. Et Da
uid ibat, & cõfortabatur. Domus
autem Saúl ibat, & attenuabatur.
2 ¶Nati ſunt autem Dauid filij in Chebrón. Et
fuit primogenitus eius Amnón ex Achinohã
3 Izrehelitide. ¶Secundus uero eius Chiláb
ex Abigháil uxore Nabál Charmelitæ, & ter-
tius Abſalóm filius Mahacháh filiæ Talmaí re
4 gis Gheſúr. ¶Et quart⁹ Adoniáh fili⁹ Chag-
5 gíth, & quītus Sephathiáh fili⁹ Abithál. ¶Et
ſextus Ithrehám ex Egláh uxore Dauid. Iſti
6 nati ſunt Dauid in Chebrón. ¶Et fuit, cum
eſſet bellum inter domũ Saúl, & domum Da-
7 uid, Abnér tenebat ſe ꝓ domo Saúl. ¶Sauli
autem fuerat concubina, & nomen ei⁹ Riſpáh
filia Aiáh. Dixitqꝫ Iſbóſeth ad Abnér. Quare in-
8 greſſus es ad cõcubinã pr̃is mei? ¶Et irat⁹ eſt
Abnér ualde ꝓpé uerba Iſbóſeth, & dixit. Nũ
qd caput canis ego ſum, ut contra Iehudáh, ho
die faciã miam cum domo Saúl patris tui, fra-
tribus eius, & proximis eius? Et non tradidi
te in manu Dauid, & uiſitaſti ſuper me iniqui-
9 tatem mulieris hodie. ¶Sic faciat dominus
Abnér. & ſic addat ei, quia ſicut iurauit domi-
10 nus Dauid, ſic faciam ei. ¶Tranſire faciendo
regnum à domo Saúl, & erigendo ſolium Da
uid ſuper Iſraél, & ſuper Iehudáh à Dan uſqꝫ
11 Beerſebah. ¶Et non potuit amplius reſpon-
12 dere Abnér quicqꝫ, eo ꝙ timeret eum. ¶Mi-
ſit autem Abnér nuncios ad Dauid loco ſui di
cendo. Cui eſt terra? Dicendo. Pange pactum
tuum mecum, & ecce manus mea erit tecum,
13 ut uertam ad te uniuerſum Iſraél. ¶Et dixit.
Bene pangam tecum fœdus. Verũtamen unũ
poſtulo à te dicendo. Non uidebis faciém meã,
niſi prius adduxeris Michál filiam Saúl, quan-
14 do uenies ad uidẽdum faciẽ meã. ¶Miſit aũt
Dauid nuncios ad Iſhóſeth filium Saúl dicen-
do. Da uxorem meam Michál, quam deſpon-
15 di mihi centum præputijs Peliſtím. ¶Et mi-
ſit Iſboſéth, & tulit eam à uiro à Paltiel filio
16 Lais. ¶Et abijt ſecum uir eius, eundo & fleu-
do poſt eam uſqꝫ ad Bachurim. Dixitqꝫ ad eũ
17 Abnér. Vade, reuertere. Et reuerſus eſt. ¶Et
uerbum Abnér fuit cum ſenioribus Iſraél dicẽ
do. Tum heri, tum nudiuſterti⁹ quæſiuiſtis Da
18 uid, ut eſſet rex ſup nos. ¶Et nunc facite. Do
minus enim dixit ad Dauid dicendo. Per ma-
nũ ſerui mei Dauid ſeruabo populum meum
Iſraél, de manu Peliſtím, & de manu omnium
19 inimicorum eorꝫ. ¶Et locutus eſt etiã Abnér
in auribus Biniamín. Abijtqꝫ etiam Abnér ad
loquendũ in auribus Dauid in Chebrón om̃e
quod bonum erat in oculis Iſraél, & in oculis
20 omnis domus Biniamín. ¶Et uenit Abnér ad
Dauid in Chebrón, & cũ eo erant uiginti uiri.
Et fecit Dauid Abnér, & uiris qui erãt ſecũ cõ
21 uiuiũ. ¶Dixitqꝫ Abnér ad Dauid. Surgã, &
ibo, & congregabo ad dñm meũ regẽ uniuer
ſum Iſraél, & percutient tecũ fœdus, & regna
bis ſcd'm omne quod deſiderabit aĩa tua. Et di
22 miſit Dauid Abnér, & abijt in pace. ¶Et ecce
ſerui Dauid, & Ioab ueniebãt è caſtris, & præ
dam multã ſecũ adducebãt. Abnér aũt nõ erãt
cũ Dauid in Chebrón, quia dimiſerat eum, &
23 abierat in pace. ¶Et Ioáb, et om̃is exercitus
qui erat ſecum, uenerunt, & nunciauerunt
Ioáb dicendo. Venit Abnér filius Ner ad re-
24 gem, & dimiſit eum, & abijt in pace. ¶Et ue-
nit Ioáb ad regem, & dixit. Quid feciſti? Ecce
uenit Abnér ad te. Propter quid dimiſiſti eũ,
25 & abijt eundo? ¶Noſti Abnér filiũ Ner, quia
ut deciperet te, uenit, & ut ſciret exitum tuũ,
26 & introitũ tuũ, & ut ſciret oẽ qđ facis. ¶Et
egreſſus eſt Ioab à Dauid, et miſit nũcios poſt
Abnér, & reduxerũt eum à ciſterna Siráh, &
27 Dauid neſciebat. ¶Et reuerſus eſt Abnér in
Chebrõ. Et diuertere fecit eũ ad mediũ portæ
ut loq̃ret̃ ei in dolo, & ꝑcuſſit eũ ibi in quinta
coſta, & mortuus eſt propter ſanguinem Ha-
28 ſahél fratris ſui. ¶Et audiuit Dauid poſt ea,
& dixit. Innocẽs ego & regnũ meum cũ dño
29 uſqꝫ i ſæculũ à ſanguĩe Abnér filij Ner. ¶Ca

dant ſuper caput Ioab, & ſuper omnē domum
patris eiꝰ. Et nō deficiat de domo Ioab fluens,
& leproſus, & tenēs ſcipionē, & cadēs gladio
30 & carēs pane. ❡ Ioab aūt, et Abiſai frater eiꝰ
interfecerūt Abnér, eo ꝙ occiderat Haſaél fra
31 trem eorꝫ in Ghibhón in prælio. ❡ Dixit aūt
Dauid ad Ioab & ad oēm populū q erat ſecū.
Scindite ueſtimenta ur̃a, et accingite uos ſac
cis, et plangite ante Abnér. Et rex Dauid ibat
32 poſt feretrum. ❡ Et ſepelierūt Abnér in Che
bró:1. Et leuauit rex uocē ſuam, et fleuit ſuper
33 ſepulchrū Abnér, et fleuerūt oms ppl's. ❡ Et
plāxit rex ſuper Abnér, et dixit. Nū ſicut mo
34 ritur ſtultus mortuꝰ eſt Abnér. ❡ Manꝰ tuæ nō
fuerūt ligatæ, & pedes tui nō incōpedes æreis
appropinquare facti ſūt. Sicut corruit quiſpiā
cotam filijs iniquis, corruiſti. Et addiderūt om
35 nis populus flere ſuper eū. ❡ Et uenit oīs po
pulus, ut comedere faceret ipſum Dauid panē
cum adhuc eſſet dies, et iurauit Dauid dicēdo.
Sic faciat mihi deus, & ſic addat, ſi anteꝗ̃ occu
bat ſol, guſtauero panem, uel omne quantulū
36 cunꝗ̃. ❡ Et omnis populus cognouerunt, &
placuit in oculis eorum. Quicquid fecit rex in
37 oculís totius populi placuit. ❡ Et cognoue
runt omnis populus, & omnis Iſraél in die illa
ꝙ non fuit à rege, ut mori faceret Abnér filiū
38 Ner. ❡ Dixit autē rex ſeruis ſuis. Nōne ſcitis
ꝙ princeps, & magnꝰ cecidit die hac in Iſrael?
39 ❡ Et ego hodie tener, & unctus rex. Viri aūt
iſti filij Seruiah fortiores ſunt me. Reddat do
minus facienti malū, iuxta malitiā ſuam.

Capitulum.4.

1 AVdíuit aūt filius Saúl ꝙ mortuus
eſſet Abnér in Chebrón, & debili
tatæ ſunt manus eius, & oīs Iſraél
2 territi ſunt. ❡ Duo autē uiri prin
cipes turmarum erant filio Saúl,
nomen uniꝰ Bahanáh, & nomē alteriꝰ Rechab
filij Rimmō Beerothitæ de filijs Biniamín, qa
3 etiā Beeróth reputabatur in Biniamín. ❡ Fu
gerūtꝗ̃ Beerothitæ in Ghithaím, & fuerunt
4 ibi aduenæ uſꝗ̃ ad diē hanc. ❡ Iehonathā au
tem filio Saúl erat filiꝰ claudus pedibꝰ. Quin
quēnis erat, qn̄ uenit rumor Saúl, & Iehona
thán de Izrehél, & tulit eū nutrix eius, & fu
git. Et fuit cū feſtinaret fugere, cecidit, & clau
dus effecteꝰ, & nomē eiꝰ Mephibóſeth. ❡ Et
5 abierunt filij Rimmón Beerothitæ Rechab,
& Bahanáh, & uenerūt cū incaleſceret dies in
domū Iſbóſeth. Ipſe aūt dormiebat in cubicu
6 lo meridiano. ❡ Et ecce ingreſſi ſunt i mediū
domus tollentiū frumēta, & percuſſerūt eum
in quinta coſta, & Rechab, & Bahanáh frater
7 eius euaſerunt. ❡ Et ingreſſi ſunt domū. Ipſe
aūt dormiebat ſuper lectum ſuum in cubículo
lecti ſui, et percuſſerunt eū, & interfecerūt eū,
& remouerūt caput eius, tulerūtꝗ̃ caput eius,
8 & abierūt per uiā campeſtrē tota nocte. ❡ Et
adduxerunt caput Iſbóſeth ad Dauíd in Che
brón. Dixeruntꝗ̃ ad regem. Ecce caput Iſbó
ſeth filij Saúl inimici tui, q quæſiuit animā tuā,
& dedit dn̄s dn̄o meo regi ulniones die hac de
9 Saúl & ſemine eius. ❡ Reſpondit aūt Dauid
ad Rechah, & Bahanáh fratrē eius filios Rim
món Beerothitæ, & dixit eis. Viuit dn̄s qui re
10 demit animā meam ex omni anguſtia. ❡ Qđ
qui nunciauit mihi dicendo. Ecce mortuus eſt
Saúl, (& ipſe erat ueluti euangelizans in ocu
lis ſuis,) tenui eū, & occidi eū in Sicklágh, qui
11 putabat ꝙ darem ei præmiū nuncij. ❡ Quā
to magis homines impios qui interfecerūt ui
rum iuſtū in domo ſua ſuper lectum ſuum? Et
nūc nonne requirā ſanguinē eius de manu ue
12 ſtra, & auferā uos è terra? ❡ Et præcepit Da
uíd pueris, & interfecerūt eos, & præciderūt
manus eorū, & pedes eorꝫ, & ſuſpenderūt ſu
per piſcinā in Chebrón. Caput uero Iſbóſeth
tulerunt, & ſepelierunt in ſepulchro Abnér in
Chebrón.

Capitulum.5.

1 VEnerūt aūt oēs tribus Iſraél ad
Dauid in Chebrō, atꝗ̃ dixerūt
dicendo. Ecce nos os tuū, & ca
2 ro tua ſumꝰ. ❡ Iam heri, tum
nudiuſtertius, cū eſſet Saúl rex
ſuper nos educebas, & introdu
cebas Iſrael. Dixitꝗ̃ dn̄s tibi. Tu paſces popu
lum meum Iſraél, & tu eris dux ſuper Iſraél.
3 ❡ Veneruntꝗ̃ oēs ſeniores Iſraél ad regē in
Chebrón, & percuſſit cum eis rex Dauid fœ
dus in Chebrón corā dn̄o, & unxerūt Dauíd
4 in regē ſuper Iſrael. ❡ Triginta annorū erat
Dauid, quādo regnauit, & quadragita annis
5 regnauit. ❡ In Chebrón regnauit ſup Iehu
dah ſeptem annis, & ſex menſibus. Et in Ieru
ſalaím regnauit triginta, & tribus annis ſuper
6 Iſraél, & Iehudah. ❡ Et abijt rex, & uiri eius
in Ieruſalaím ad Iebuſæum habitatorem ter
ræ. Dixitꝗ̃ ad Dauid dicendo. Non ingredie
ris huc niſi remoueris cæcos, & claudos dicen
do. Non ingredieť Dauid huc. Et cœpit Dauid
7 arcem. Sion. Ipſa eſt ciuitas Dauid. ❡ Dixit
ꝗ̃ Dauid in die illa. Omnis qui percuſſerit Ie
buſæum attinget catharactam, & claudos, &
cæcos odio habitos ab aīa Dauid. Ideo dice
bant. Cæcus, & claudus non intrabit domū.

8 ¶ Et habitauit Dauid in arce, uocauitq;
eam ciuitatem Dauid, & ædificauit Dauid
9 per circuitum à millo, & intrinſecus. ¶ Et
abijt Dauid eundo, & creſcendo, & domin⁹
10 deus exercituũ erat cum eo. ¶ Miſit autem
Chiram rex tyri nuncios ad Dauid, & ligna
cedrina, & fabros lignarios, lapicidaſq; pro
pariete, & ædificauerunt domum Dauid.
11 ¶ Et cognouit Dauid ꝙ confirmaſſet eum
dñs regem ſuper Iſraël, & ꝙ eleuatum eſſet
12 regnum ei⁹ propter ppl'm ſuũ Iſraël. ¶ Ac-
cepit aũt Dauid adhuc concubinas, & uxo
res de Ieruſalaim, poſtq; uenit de Chebron,
13 & nati ſunt adhuc Dauid filij, & filiæ. ¶ Et
hæc ſunt nomĩa natorum ei in Ieruſalaim. Sã
14 muáh. Sobab, & Nathán, & Selomóh, ¶ Et
Ibchár, & Eliſúah, & Népheeh, & Iaphiah, &
15 Eliſamah, & Eliadáh, & Eliphéleth. ¶ Et au-
dierũt Peliſtĩ ꝙ unxiſſet Dauid in regẽ ſup
Iſrl', & aſcenderũt oẽs Peliſtĩ ad q̃rẽdũ Da-
uid. Et audiuit Dauid, & deſcẽdit in arcem.
16 ¶ Peliſti aũt uenerunt, & diffuderunt ſe in
17 ualle Rephaim. ¶ Et interrogauit Dauid
dñm dicendo, Num aſcendã ad Peliſtim? Nũ
trades eos in manu mea? Dixitq; dñs ad Da-
uid. Aſcende, quia tradẽdo tradam Peliſtim
18 in manu tua. ¶ Et uenit Dauid in Bahalpe-
raſim, & percuſſit eos ibi Dauid, & dixit.
Diuiſit dñs inimicos meos coram me ſecun
dum diuiſionem aquarum. Iccirco uocauit
19 nomen loci ipſius Bahalperaſim. ¶ Et reliq̃
runt ibi ſculptilia ſua, & combuſſit ea Da-
20 uid, & uiri eius. ¶ Et appoſuerũt adhuc Pe
liſtim aſcendere, & diffuderũt ſe in ualle Re
21 phaim. ¶ Et interrogauit dominũ, & di-
xit. Non aſcendes? Gyra poſt eos, & uenias
22 ad eos ex aduerſo motorum. ¶ Et erit cum
audieris ſonitum greſſus in cacuminib⁹ mo
rorum, tunc mouebis te. Tunc enim egredie
tur dominus ante te, ad percutiẽdum caſtra
23 Peliſtim. ¶ Et fecit Dauid ita quemadmo-
dum præcepit ei dominus. Et percuſſit Peli
ſtim à Ghebah uſq; quo uenias in Ghazer.

Capitulum. 6.

1 COllegit autem adhuc Dauid
omnẽ electũ in Iſraël trigita
2 milia. ¶ Et ſurrexit, & abijt
Dauid, & omnis populus qui
erat ſecum de uiris Iehúdah,
ut aſcendere facerent arcam
dei ſuper quam inuocatum eſt nomen eius domi
3 ni exercituũ ſedẽtis ſuper Cherubim. ¶ Et
inſidere fecerunt arcam dei ſuper plauſtrum
4 nouum. ¶ Et tulerunt eam è domo Abina-
dáb quæ erat ĩ Ghibháb. Huzza aũt & Achio
filij Abinadáb ducebãt plauſtrũ nouum, &
tulerunt eam è domo Abinadáb, quæ erat in
Ghibháb arcam dei Achió ibat ante arcam.
5 ¶ Dauid uero, & omnis Iſraël ludebãt co-
ram domino in omnibus lignis abiegnis, &
cytharis, & nablís, & tympanis, & ſiſtris, &
inſtrumentis æreis quæ ſeſe tangentia ſonũ
6 reddunt. ¶ Et uenerunt ad arcam Nachón.
Et extendit manũ ſuam Huzza ad arcã dei &
7 tenuit qm̃ declinabãt boues. ¶ Et irat⁹ eſt
furor dñi contra Huzza, & percuſſit eũ ibi
deus propter temeritatem, & mortu⁹ eſt ibi
8 apud arcam dei. ¶ Et iratus eſt Dauid eo ꝙ
diuiſit dñs diuiſionem in Huzzá, & uocauit
nomen loci ipſius péres (i. diuiſio) Huzzá uſ
9 q; ad diem hanc. ¶ Et timuit Dauid domi-
num in die illa, & dixit. Quõ ingredietur ad
me arca domini? Et noluit Dauid diuertere
ad ſe arcam domini in ciuitatem Dauid, ſed
diuertere fecit eã Dauid in domum Hobéde
10 dóm Ghittæi. ¶ Et manſit arca dñi in domo
Hobédedóm Ghitthæi tribus menſibus. Et
bñdixit dñs Hobédedóm, & oĩ domui eius.
11 ¶ Nũciatũq; eſt regi Dauid dicendo. Bñdi
xit dñs domui Hobédedóm, & oib⁹ q̃ erant
ei propter arcã dei. Et abijt Dauid, & aſcen
dere fecit arcã dei è domo Hobédedóm in ci
12 uitatẽ Dauid cũ lætitia. ¶ Et erat cum ince
derent portantes arcã dñi ſex paſſus, imola-
13 bat bouẽ, & bubalũ. ¶ Dauid aũt ſaltabat
tota uirtute corã dño, & Dauid accinct⁹ erat
14 Ephód lineo. ¶ Et Dauid, & omnis domus
Iſrl' aſcẽdere faciebãt arcã dñi cum taratãta
15 ra, & ſonitu buccinæ. ¶ Et fuit, arca dñi in-
grediente ciuitatẽ Dauid, Michal filia Saúl
proſpexit de feneſtra, & uidit regẽ Dauid
uiriliter agentẽ, & ſaltantem corã dño, & de
16 ſpexit eum in corde ſuo. ¶ Et adduxerunt
arcã dñi, & collocauerunt eã in loco ſuo ĩ me
dio tabernaculi, qđ tetenderat ei Dauid, &
obtulit Dauid holocauſta corã dño, & paci
17 fica. ¶ Et compleuit Dauid offerre holocau
ſta, & pacifica, & bñdixit ppl'o in noĩe dñi
18 exercituũ. ¶ Et prti⁹ eſt uniuerſo ppl'o toti
multitudini Iſrl' à uiro uſq; ad mulierẽ, uni-
cuiq; placentã panis unã, & partem pulchrã
carnis unã, & lagenã unam. Et abijt oĩs ppl's
19 unuſq́ſq; in domũ ſuã. ¶ Et reuerſ⁹ ẽ Dauid
ad ſalutãdũ domũ ſuã. Egreſſa eſt ãt Michal
filia Saúl in occurſum Dauid, & dixit. Quã
glioſ⁹ fuit hodie rex Iſrl'? Qui diſcooperuit
ſe hodie in oculis ancillarũ ſeruorũ ſuorum
ſecundum ꝙ diſcooperit ſe unus è fatuis.

20 ¶ Dixitq; Dauid ad Michál. Corã dño q
elegit me potius ꝙ patrem tuum, & ꝙ omne
domum eius, præcipiẽdo mihi ut eſſem dux
ſuper populum dñi, ſuper Iſraël, & ludam co
21 ram dño. ¶ Et uilior fiam ampli⁹ ꝙ hoc, &
ero humilis in oculis meis, & cũ ancillis de
22 quibus dixiſti, glorificabor. ¶ Et Míchál
filiæ Saúl non fuit natus, uſq; ad diem quo
mortua eſt.

Capitulum. 7.

1 ET fuit, cum ſediſſet rex ĩ domo ſua,
& dñs requieſcere feciſſet eum in
circuitu ab omnibus inimicis ſuis.
2 ¶ Dixitq; rex ad Nathan prophe
tam. Vide nũc ego habito in domo cedrina
3 & arca dei habitat in medio cortinæ. ¶ Di
xitq; Nathán ad regem. Omne quod eſt in cor
4 de tuo Vade, fac, quia dñs tecum eſt. ¶ Et
fuit in nocte illa. Fuit uerbum dñi ad Nathán
5 dicendo. ¶ Vade, & dic ad ſeruum meũ, Da
6 uid. ¶ Sic dixit dñs. Nũquid tu ædificabis
7 domum, ut habitem? ¶ Non eñ habitaui in
domo à die qua aſcendere feci filios Iſraël èx
Aegypto uſq; ad diem hanc, ſed ambulaui ĩ
8 tentorio, & tabernaculo. ¶ In omni loco
per quem ambulaui cum oibus filijs Iſraël,
nunquid uerbum locut⁹ ſum cum aliqua tri-
bubus è Iſraël, cui præcepi ut paſceret pplm
meum Iſraël dicendo, ut quid non ædifica-
9 ſtis mihi domũ cedrinã? ¶ Et nũc ſic dices
ſeruo meo Dauid? Sic dixit dñs exercituũ.
Ego tuli te è tugurio euntem poſt oues, ut eſ
10 ſes dux ſuper pplm meum ſup Iſraël. ¶ Et
fui tecum ĩ omni loco quo ambulaſti. Et ex-
cidi omnes inimicos tuos à facie tua, & feci
tibi nomen magnum, iuxta nomen magnorũ
11 qui ſunt in terra. ¶ Et ponam locum pplo
meo Iſraël, & plantabo eum, & habitabit in
loco ſuo, & non mouebitur amplius, neq; ad
dent filij iniqui, ut affligant eum ſicut prius.
12 ¶ Ex die qua præcepi ut eſſent iudices ſup
pplum meum Iſraël. Et requiẽ dabo tibi ab
oibus inimicis tuis, & annũciat tibi domin⁹
13 ꝙ domum tibi faciet dñs. ¶ Cum completi
fuerint dies tui, & dormieris cum patribus
tuis ſtatuam ſemen tuum poſt te quod egre-
dietur è uentre tuo, & firmabo regnum ſuũ.
14 ¶ Ipſe ædificabit domũ nomini meo, & fir
mabo ſolium regni eius uſq; in ſæculum.
15 ¶ Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in
filium. Cum iniq̃ geſſerit arguam eum uir-
ga uirorum, & plagis filiorum hominum.
16 ¶ Miſericordia autem mea non recedet ab
eo, quemadmodum recedere feci à Saúl,
17 quem recedere feci à facie tua. ¶ Firma
erit domus tua, & regnum tuum uſq; in ſæ-
culum coram te Thronus tuus erit firm⁹ uſ-
18 q; in ſæculum. ¶ Secundũ omnia uerba hæc
& ſecundum uniuerſam uiſionem hanc, ſic
19 locutus eſt Nathán ad Dauid. ¶ Ingreſſus
eſt autem rex Dauid, & ſedit coram dño, &
ait. Quis ego ſum dñe deus, & quæ eſt dom⁹
20 mea, quia adduxiſti me uſq; huc? ¶ Et par-
fuit hoc in oculis tuis dñe deus. Et locut⁹ es
etiam ſuper domũ ſerui tui in longinquum.
21 Et iſta eſt lex adam dñe deus. ¶ Et quid ad-
det ultra Dauid ut loquatur ad te? Et tu no-
22 ſti ſeruum tuũ dñe deus. ¶ Propter uerbũ
tuum, & ſecundum cor tuũ feciſti oẽm ma-
gnitudinem hanc, ut ſcire faceres ſeruũ tuũ.
23 ¶ Ideo magnificatus es dñe deus. Non eſt
eñ ſicut tu, & non eſt deus præter te, ſecũdũ
24 oĩa quæ audiuimus auribus noſtris. ¶ Et qs
ſicut populus tuus ſicut Iſraël, gens una in
terra. propter quã iuit deus, ut redimeret ſi
bi pplm, & poneret ſibi nomẽ, & faceret uo
bis magnitudinẽ, & terribilia terræ tuæ, à fa
cie popli tui, quẽ redemiſti tibi ex Aegypto
25 gentibus & dijs eius ¶ Et firmaſti tibi po-
pulum tuum Iſraël, tibi populũ uſq; in ſclm
26 & tu domine fuiſti eis deus. ¶ Et nunc do-
mine deus, uerbum quod locutus es ſup ſer-
uum tuum, & ſuper domum eius, ſuſcita uſ-
q; in ſæculum, & fac ſecundum qđ locut⁹ es.
27 ¶ Et magnificetur nomen tuum uſq; in ſæ
culum dicendo. Dominus exercituum deus
ſuper Iſraël. Et domus ſerui tui Dauid erit
28 ſtabilita coram te. ¶ Quia tu domine exer-
cituum deus Iſraël reuelaſti aurem ſerui tui
dicendo. Domum ædificabo tibi. Ideo inue
nit ſeruus tuus cor ſuum, ut oraret ad te ora
29 tionem hanc. ¶ Et nunc domine deus, tu es
deus, & uerba tua erunt ueritas, & locutus
30 es ad ſeruum tuum bonum hoc. ¶ Et nunc
incipe, & benedic domui ſerui tui, ut ſit in
ſæculum coram te, quia tu domine deus lo-
cutus es, & benedictione tua benedicetur
domus ſerui tui in ſæculum.

Capitulum. 8.

1 ET fuit, poſt hæc percuſſit Da-
uid Peliſthim, & humiliauit eos
Tulitq; Dauid frænum aquæ-
2 ductus de manu Peliſthim.
¶ Et percuſſit Moáb, & men-
ſus eſt eos funiculo coæquans
do terræ. Et menſus eſt duos funiculos

ad mortificādū,& plenum funiculum ad uiui-
ficandum. Et fuerunt Moabitæ ipſi Dauid ſer-
3 ui, portantes munus. ℂ Et percuſſit Dauid
Hadarhézer filium Rechóh regem Sobáh, qñ
proficiſcebatur ad conſtituendum terminum
4 ſuū in flumine Peráth. ℂ Et cœpit Dauid ex
eis mille & ſeptingentos equites, & uiginti
milia uirorum peditum, et ſubuertauit Dauid
omnem currum, & ſeruauit ex eis centum cur
5 rus. ℂ Et uenit Arám Damméſech ad auxi-
liandum Hadarhézer regi Sobáh, & percuſſit
Dauíd de Arám uiginti, & duo milia uirorū.
6 ℂ Et poſuit Dauíd præſides in Arám Dam-
méſech, & fuerunt Aramæi ipſi Dauíd ſer-
ui portantes munus. Et ſeruauit dominus Da-
7 uid in omni loco quo pertrexit. ℂ Tulitq; Da
uíd ſcuta aurea quæ erant ſuper ſeruis Hadar-
8 hézer, & adduxit ea in Ieruſaláim. ℂ Et de
Béthach, & de Berothaí ciuitatibus Hadár-
9 hézer tulit rex Dauíd æs multū ualde. ℂ Au-
diuit autem Tói rex Chamáth q percuſſit Da
10 uid oēm exercitū Hadarhézer. ℂ Miſitq; Tói
Iorám filium ſuū ad regem Dauíd, ut ſaluta-
ret eum pacifice & benediceret ei q pugnaſ-
ſet cum Hadarhézer, & percuſſiſſet eum. Ge-
rebat enim bella cum Tói Hadárhézer. Et i ma
nu eius erant uaſa argentea, & uaſa aurea, &
11 uaſa ærea. ℂ Etiam ea ſanctificauit rex Da-
uíd domino cum argento & auro, quæ ſancti
ficauerat de uniuerſis gentibus, quas ſubege-
12 rat. ℂ De Arám, & de Moáb, & de filijs Hā-
món, & de Peliſtím, & de Hamaléch, et de ſpo
lijs Hadárhézer filij Rechób regis Sobáh.
13 ℂ Et fecit Dauíd nomē cum reuerteret à cæ-
dendo Arám in ualle ſalis octo, & decem mi-
14 lia. ℂ Et poſuit in Edóm præſides. In omni
Edóm poſuit præſides. Et fuerunt Edomæi ſer
ui Dauid. & ſeruauit dominus Dauíd in omni
15 loco quo ambulauit. ℂ Regnauitq; Dauid ſu
per omnem Iſraél. Et Dauíd faciebat iudicium
16 & iuſtitiam omni populo ſuo. ℂ Ioáb autem
fili' Seruiáh erat ſuper exercitū, Iehoſapháth
17 uero filius Achilúd erat à commentarijs. ℂ Et
Sadóc filius Achithúb, & Achimelech filius
18 Ebiathár ſacerdotes, & Seraiáh ſcriba. ℂ Be
naiáhu autem filius Iehoiadáh, & Hacerethí,
& Haphelethí, & filij Dauíd principes erant.

Capitulum. 9.

1 DIxit autem Dauid. Num eſt adhuc
qui remanſerit è domo Saúl, ut fa
ciam cum eo miſericordiam ꝑpter
2 Iehonathā? ℂ Et domui Saúl erat
ſeruus, & nomen eius Sibáh, & uocauerūt eū
ad Dauíd. Dixitq; rex ad eū. Tu ne es Sibáh?
3 Et dixit. Seruus tuus ſum. ℂ Dixitq; rex. Nū
eſt adhuc uir è domo Saúl, ut faciam cum eo
miſericordiam dei? Dixitq; Sibáh ad regem.
Adhuc ſupereſt filius Iehonathán claudus pe-
4 dibus. ℂ Dixitq; ei rex. Vbi eſt? Et dixit Si-
báh ad regē. Ecce eſt in domo Machír filij Hā-
5 miél de Lodebár. ℂ Miſitq; rex Dauid, & tu
lit eum è domo Machir filij Hammiél de Lode
6 bár. ℂ Et uenit Miphibóſeth filius Iehonathā
filij Saúl ad Dauid, & proſtrauit ſe ſuper fa-
ciem ſuā. & incuruauit ſe. Dixitq; Dauid Mi-
7 phibóſeth. Et dixit. Ecce ſeruus tuus. ℂ Di-
xitq; ei Dauid. Ne timeas, quia faciendo faciā
tecum miſericordiam propter Iehonathán pa
trem tuum, & reddere faciam tibi omnē agrū
Saúl patris tui, & tu comedes panem ſup men
8 ſam meam ſemper. ℂ Et incuruauit ſe, & di-
xit. Quid eſt ſeruus tuus, quia reſpexiſti ſuper
9 canem mortuum, qui eſt ſicut ego? ℂ Et uo-
cauit rex Sibah puerum Saúl, & dixit ad eū.
Omne quod erat Sauli, & omī domui eius de-
10 di filio domini tui. ℂ Coles autem ei terram
tu, & filij tui, & ſerui tui, & afferes, & erit fi-
lio domini tui panis, & comedet ipſe, Miphi-
bóſeth autem filius domini tui comedet ſem-
per panem ſuper menſam meam. Sibáh uero
11 erant quindecim filij, & uiginti ſerui. ℂ Di-
xitq; Sibáh ad regem. Iuxta omnia quæ præ-
cepit dominus me' rex ſeruo ſuo ſic faciet ſer
uus tuus. Et Miphibóſeth comedet ſuper men
12 ſam meā ueluti un' de filijs regis. ℂ Miphibó
ſeth autem erat filius paruus, & nomen eius
Micháh. Et omnis habitatio domus Sibáh ſer
13 ui erāt Miphibóſeth. ℂ Miphibóſeth autem
manebat in Ieruſaláim, quia ſuper menſam re
gis ſemper comedebat. Ipſe claudicabat duo-
bus pedibus ſuis.

Capitulum. 10.

1 ET fuit, poſt hæc mortuus ē rex
filiorum Hammón, & regna-
uit Chanón filius eius pro eo.
2 ℂ Dixitq; Dauid. Faciam mi
ſericordiam cum Chanón filio
Nachás, quemadmodum fecit
pater eius mecum miſericordiam. Et miſit Da
uid ad cōſolandū eum per manū ſeruoꝝ ſuoꝝ
ſuper patre ſuo. Et uenerūt ſerui Dauid in ter
3 ram filioꝝ Hammón. ℂ Dixerūtq; principes
filiorū Hāmón ad Chanón dñm ſuū. Num ho-
norat Dauid patrem tuū in oculis tuis, quia mi
ſit ad te conſolatores? Nōne ut inueſtigaret ci-
uitatē, & exploraret eā, & ut euerteret eā miſit
4 Dauid ſeruos ſuos ad te? ℂ Et tulit Chanón
ſeruos Dauid, & raſit dimidiū barbæ eorum,
& præcidit ueſtes eoꝝ per medium uſq; ad na
5 tes eoꝝ, & dimiſit eos. ℂ Et nūciauerūt Da-
uid, & miſit in occurſum eorum. Et erant eni uiri

confuſi ualde. Dixitq́ rex. Manete in Ierichó
uſq́ quo germinet barba ueſtra, & reuertemi
6 ni. ¶ Viderunt aũt filij Hammón q́ abomina
tionẽ fecerant Dauid, et miſerũt filij Hãmón,
& mercede conduxerunt Arám Bethrechób,
& Arám Sobáh uiginti milia peditum, & à re
ge Mahacháh mille uiros, & ab Iſtób duode-
7 cim milia uirorũ. ¶ Et audiuit Dauid, & mi-
8 ſit Ioáb, & oẽm exercitũ robuſtorũ. ¶ Egreſ
ſi ſunt aũt filij Hammón, & diſpoſuerũt bellũ
ad oſtiũ portæ è regione Arám Sobáh, & Re-
chób, & Iſtób, & Mahacháh ſeorſum in agro.
9 ¶ Et uidit Ioáb q́ eſſet contra ſe facies belli
ante, & retro, & elegit ex omnibus electis in
10 Iſraél, & ordinauit ſe in occurſum Arã. ¶ Re
ſiduũ uero populi tradidit in manu Abiſai fra
tris ſui, & diſpoſuit ſe in occurſũ filiorũ Ham-
món. Dixitq́. Si robuſtior fuerit Arã me, eris
mihi in ſalutem. Si uero filij Hammón robu-
ſtiores fuerint te, ueniam ad ſeruandum te.
11 ¶ Robora te, et eſto robuſtus pro populo no
ſtro, & pro ciuitatibus dei noſtri. Domin⁹ au-
12 tem faciat q́ bonũ eſt in oculis ſuis. ¶ Et ap-
propinquauit Ioáb, & populus qui erat ſecũ
ad prælium contra Arám, & fugerunt à facie
13 eius. ¶ Et filij Hammón uiderunt q́ fugeret
Arám, & fuerũt à facie Abiſai, & ingreſſi ſũt
ciuitatem. Reuerſuſq́ eſt Ioáb à filijs Hãmón,
14 & uenit ĩ Ieruſaláim. ¶ Viditq́ Arám q́ cæ-
ſus eſſet coram Iſraél, & congregati ſunt pari
15 ter. ¶ Et miſit Hadarhézer, & eduxit Arám
qui erat trans flumen, & uenerunt ad exerci-
tum eorũ, & Sobách princeps militiæ Hadar-
16 hézer erat ante eos. ¶ Et nunciatum eſt Da-
uid, & congregauit omnem Iſraél, tranſiuitq́
Iardén, & uenerũt ad exercitum eorum, & or
dinauerũt ſe Arám in occurſum Dauid, & pu-
17 gnauerunt cum eo. ¶ Et fugit Arám à facie
Iſraél, & interfecit Dauid de Arám ſeptingen
tos currus, & quadraginta milia equitum, &
Sobách principem exercitus eius percuſſit, et
18 mortuus eſt ibi. ¶ Et uiderunt omnes reges
ſerui Hadarhézer qui cæſi eſſent coram Iſraél,
& fecerunt pacẽ cum Iſraél, & ſeruierunt eis,
timueruntq́ Aramæi deinde ad ſeruandum ul
tra filios Hammón.

Capitulum.II.

1 ET fuit, in reuerſiõe anni, tempo
re quo egrediũtur reges, miſit
Dauid Ioáb, & ſeruos ſuos cũ
eo, & omnem Iſraél, & uaſtaue
runt filios Hammón, & obſede
runt Rabbáh. Dauid autem ma
2 nebat in Ieruſaláim. ¶ Et fuit, tẽpore ueſper
tino ſurrexit Dauid de ſtratu ſuo, & deambu
labat ſuper tectum domus regiæ, & uidit mu-
lierem lauãtem ſe è tecto, (& mulier erat deco
3 ra aſpectu ualde.) ¶ Miſitq́ Dauid, & requi
ſiuit de muliere & dixit quidam. Nonne hæc
eſt Bathſébah filia Elihã uxor Vriáh Chittæi.
4 ¶ Et miſit Dauid nuncios & tulit eam. Et in-
greſſa eſt ad eum, & rem habuit cum ea, & ipſa
purgabat ſe ab immunditia ſua, & reuerſa eſt
5 in domum ſuam. ¶ Et cõcæpit mulier, & mi-
ſit, & nunciauit Dauid, & dixit. Pregnãs ſum.
6 ¶ Et miſit Dauid ad Ioáb. Mitte ad me Vriáh
7 Chittæũ. Et miſit Ioáb Vriáh ad Dauid. ¶ Et
uenit Vriáh ad eũ. Et interrogauit Dauid de
pace Ioáb, & de pace populi, & de pace belli.
8 ¶ Dixitq́ Dauid ad Vriáh. Deſcende in do
mum tuam, & laua pedes tuos. Et egreſſus
eſt Vriáh è domo regis. Et egreſſus eſt poſt
9 eum donum regium. ¶ Et dormiuit Vriáh
ad oſtium domus regis cum omnibus ſeruis
domini ſui, & non deſcendit in domum ſuam.
10 ¶ Et nunciauerunt Dauid dicendo. Non de-
ſcendit Vriáh in domum ſuam. Dixitq́ Da-
uid ad Vriáh. Nonne de uia tu uenis? Qua-
11 re non deſcendiſti in domũ tuam? ¶ Dixitq́
Vriáh ad Dauid. Arca, & Iſraél, & Iehudáh
manet in tabernaculis, & dominus meus Ioáb
& ſerui domini mei in ſuperficie agri manent,
& ego ingrediar domũ meam, ut comedam,
& bibam, & dormiam cum uxore mea? Per
12 uitã tuã & uitã aĩæ tuæ non faciã hoc. ¶ Di
xitq́ Dauid ad Vriáh. Mane hic etiam hodie.
& cras dimittam te. Et manſit Vriáh in Ieruſa
13 láim die illa, & ſequenti. ¶ Et uocauit eũ Da
uid, & comedere fecit ante ſe, & bibere, et in-
ebriauit eum. Et egreſſus eſt ueſperi ad dor-
miendum in ſtratu ſuo cum ſeruis domini ſui,
14 & in domum ſuam non deſcendit. ¶ Et fuit,
mane ſcripſit Dauid literas ad Ioáb, & miſit p
15 manum Vriáh. ¶ Et ſcripſit in literis dicen-
do. Ponite Vriáh è regione prælij fortis, & re
uertimini ab eo, & percutiatur, & moriatur.
16 ¶ Et fuit, cum obſeruaret Ioáb ciuitatem, po
ſuit Vriáh in loco in quo cognouit q́ eẽnt ui-
17 ri fortes. ¶ Et egreſſi ſunt uiri ciuitatis, et
pugnauerunt cum Ioáb. Et mortui ſunt de po
pulo, de ſeruis Dauid. & mortu⁹ ẽ etiã Vriáh
18 Chittæus. ¶ Miſitq́ Ioáb, & nunciauit Da-
19 uid omnia uerba prælij. ¶ Et præcepit nun-
cio dicendo. Cum compleueris uniuerſa uer-
20 ba prælij loqui ad regem. ¶ Erit, ſi aſcende-
rit furor regis, & dixerit tibi, quare acceſſiſtis
ad ciuitatẽ, ut p̄liaremini, nõne ſcitis q́ proij-
21 ciunt è muro. ¶ Quis percuſſit Abimélech fi
lium Ierubbéſeth, nõne mulier proiecit ſuper
eum fragmẽ molæ è muro, & mortuus eſt in

Tebes, ut quid acceſſiſtis ad murum, dices et
ſeruus tuus Vrijáh Chittæus mortuus eſt.
22 ¶ Et abijt nuncius, & uenit, & nunciauit Da
23 uido omnia pro quibus miſerat eum Ioab. ¶ Et
dixit nuncius ad Dauid. Præualuerũt aduer
ſum nos uiri, & egreſſi ſunt aduerſum nos ĩ
agrũ, & fuim⁹ cõtra eos uſqꝫ ad oſtiũ portæ.
24 ¶ Et iecerũt iaculatores ĩ ſeruos tuos è mu
ro & mortui ſunt è ſeruis regis, & ẽt ſeru⁹ tu⁹
25 Vrijáh Chittheus mortu⁹ eſt. ¶ Dixitqꝫ Da
uid ad nuncium. Sic dices ad Ioab. Ne diſpli
ceat in oculis tuis hoc, quia hũc ſicut illum
conſumit gladius. Robora bellum tuum cõ-
tra urbem, & deſtrue eam, & conforta eum.
26 ¶ Et audiuit uxor Vrijah ꝙ mortu⁹ ẽ Vrijah
uir ſuus, & planxit ſuper uirum ſuum. Trãſi
uitqꝫ luctus, & miſit Dauid, & collegit eam
ĩ domũ ſuã, & fuit ei uxor, & peperit ei filiũ
Diſplicuitqꝫ quod fecit Dauid ĩ oculis dñi.

Capitulum. 12.

1 Miſit aũt dñs Natã ad Dauid. Et ue
nit ad eũ. Dixitqꝫ ei. Duo uiri erãt
in ciuitate una, unus diues, & al-
2 ter pauper. ¶ Diuiti erant oues
3 & boues multi ualde. ¶ Pauperi uero non
erat quicqꝫ, præter agnã unam paruam, quã
emerat, & uictum præbuerat ei, & creuerat
ſecum, & cũ filijs ſuis pariter de buccella ei⁹
comedebat, & de calice eius bibebat, et ĩ ſi
4 nu ei⁹ dormiebat, eratqꝫ illi ſicut filia. ¶ Et
uenit uiator ad uirum diuitẽ, & pepercit ſu
mere de pecudibus ſuis, & de bobus ſuis ad
parandum uiatori, qui uenerant ad eum, &
tulit agnam uiri pauperis, & parauit eam ui
5 ro qui uenerat ad eum. ¶ Et iratus eſt furor
Dauid in uirum ualde. Dixitqꝫ ad Nathã. Vi
uit dñs, quia obnoxi⁹ morti eſt uir qui fecit
6 hoc. ¶ Et agnam reſtituet bis quadruplica-
tam pro eo ꝙ fecit hoc, & ei non pepercit.
7 ¶ Dixitqꝫ Nathan ad Dauid. Tu es uir. Sic
dicit dñs de⁹ Iſrael. Ego unxi te, ut eſſes rex
ſuper Iſraël, & erui te de manu Saúl. ¶ De
8 diqꝫ tibi domũ domini tui, & uxores dñi tui
in ſinu tuo, & tradidi tibi domum Iſraël, &
Iehudáh, & ſi parum eſt adijciam tibi ſimilia
9 & ſimilia. ¶ Quare contempſiſti uerbũ dñi
faciendo quod malũ eſt in oculis ei⁹? Vrijáh
Chittæum percuſſiſti gladio, & uxorem ei⁹
accepiſti tibi uxorem, ipſum uero occidiſti
10 gladio filiorum Hammon. ¶ Et nunc nõ re
cedet gladius de domo tua uſqꝫ in ſeculum,
eo ꝙ cõtempſiſti me, & tuliſti uxorẽ Vrijah
11 Chittæi, ut eſſet tibi uxor. ¶ Sic dicit domi
nus. Ecce ego cõſurgere facio aduerſum te
malum de domo tua, & tollam uxores tuas
in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dor-
miet cum uxoribus tuis in oculis ſolis hu⁹.
12 ¶ Tu enĩ feciſti abſcõdite, & ego faciã hoc
13 coram omni Iſraël, & coram ſole. ¶ Dixit
aũt Dauid ad Nathán. Peccaui dño. Dixitqꝫ
Nathán ad Dauid. Etiam dñs tranſire fecit
14 peccatum tuũ, & nõ morieris. ¶ Verumta-
men quia contemnendo contemnere feciſti
inimicos dñi propter hoc, etiã filius q natus
15 eſt tibi moriendo morieẽ. ¶ Et abijt Nathán
in domũ ſuã. Percuſſit aũt dñs puerũ quem
16 pepererat uxor Vrijah Dauid, & doluit. ¶ Et
rogauit Dauid deũ pro puero, & ieiunauit
Dauid ieiunium, & uenit, & pernoctauit, &
17 iacuit ſupra terrã. ¶ Surrexerunt aũt ſenio
res dom⁹ eius ad eum ut ſurgere facerent eũ
de terra, & noluit, & nõ comedit cum eis pa
18 nem. ¶ Et fuit, die ſeptima mortuus eſt in-
fans. Timueruntqꝫ ſerui Dauid nũciare ei ꝙ
mortuus eſſet infans, quia dixerunt. Ecce cũ
eſſet infans uiu⁹, locuti ſumus ad eum, & nõ
audiuit uocem noſtram, et quõ dicemus ei,
19 mortuus eſt infans ut faciat malum. ¶ Et ui
dit Dauid ꝙ ſerui ſui muſſitarent, & intello
xit Dauid ꝙ mortuus eſſet infans. Dixitqꝫ
Dauid ſeruis ſuis. Nũ mortuus eſt infans? Et
20 dixerunt. Mortuus eſt. ¶ Surrexitqꝫ Dauid
è terra, & lauit ſe, unxitqꝫ ſe, & mutauit ue-
ſtes ſuas. Ingreſſuſqꝫ domũ dñi, & adorauit
Et uenit in domũ ſuam, & petiuit, & poſue-
21 runt ſibi panem, & comedit. ¶ Dixeruntqꝫ
ſerui eius ad eũ. Quid eſt hoc quod feciſti?
Pro puero uiuo ieiunaſti, & fleuiſti. Quãdo
aũt mortuus eſt infans ſurrexiſti, & comedi-
22 ſti panem. ¶ Dixitqꝫ. Propter infantẽ uiuũ
ieiunaui, & fleui. Dixi enim. Quis ſcit ſi mi-
23 ſerebitur mei dñs, & uiuet infans? ¶ Nunc
aũt mortu⁹ eſt, ut qd iam ieiuno? Nũ potero
reducere eũ ampli⁹? Ego uado ad eũ, & ipſe
24 nõ reuertet ad me. ¶ Et cõſolat⁹ eſt Dauid
Bathſébah uxorem ſuam, & ingreſſus eſt ad
eã, & rẽ habuit cũ ea. Et peperit filiũ, & uo-
cauit nomẽ ei⁹ Selomóh, & dñs dilexit eum.
25 ¶ Miſit p manũ Nathán prophetæ, & uoca
uit nomen eius Iedidiáh propter dominum.
26 ¶ Pugnauit autẽ Ioáb cũ Rabbáh filiorũ
27 Hammón, & cæpit urbem regiam. ¶ Miſit
qꝫ Ioab nuncios ad Dauid, Dixitqꝫ ad Da-
uid. Dimicaui cõtra Rabbáh, & etiam cæpi
28 urbem aquarum. ¶ Et nunc congrega reſi-
duum populi, & caſtrametare contra ciuita-
tem, & cape eam, ne forte capiam ciuitatem
& uocetur nomen meum ſuper eam.
29 ¶ Et congregauit Dauid omnem popu-
lum, & abijt in Rabbáh, & pugnauit con-

tra eam, expitq; eam. ¶ Et tulit diade-
ma regis eorum è capite eius. (Et pondus
eius erat talentum auri, & lapis præcioſus
erat in eo) & fuit ſupra caput Dauid, & pdā
31 urbis eduxit multam ualde. ¶ Et pplm qui
erat in ea eduxit, & poſuit in ſerra, & ī tra-
his ferreis, & in ſecuribus ferreis, & tranſi
re fecit eos per fornacem. Et ſic fecit oībus
ciuitatibus filiorum Hammón. Et reuerſus
eſt Dauid, & oīs populus in Ieruſaláim.

Capitu. xiij.

1 ET fuit poſt hæc Abſalóm filio Da
uid erat ſoror pulchra. Et nomen
eius Tamár. Et adamauit eam Am
2 nón fili' Dauid. ¶ Et anguſtijs
affectus eſt Amnón adeo ut ægrotaret ppter
Tamár ſororem ſuā. Virgo em̄ erat, & diffici
le erat in oculis Amnón facere ei quicq;.
3 ¶ Et ipſi Amnón erat amicus, & nomen ei'
Ionadáb filius Simháh fratris Dauid (Iona
4 dáb aūt erat uir ſapiēs ualde) ¶ Dixitq; ei.
Quare es ſic īfirmus fili regis ſingulo mane?
Cur nō indicas mihi? Dixitq; ei Amnón. Ta-
már ſororem Abſalóm fratris mei adamo.
5 ¶ Dixitq; ei Ionadáb. Cuba ſuper lectum
tuū, & ægrotare ſimula, & ueniet pater tu'
ad uidendum te, & dices ad eum. Veniat ob
ſecro Tamár ſoror mea, & comedere faciat
me panem, & faciat in oculis meis pulmētū
6 ut uideam, & comedā de manu eius. ¶ Et ac
cubuit Amnón, & ægrotare ſimulauit. Et ue
nit rex ad uidendū eū. Dixitq; Amnón ad re
gem. Veniat obſecro Tamár ſoror mea, & fa
ciat lagana ī oculis meis, duo lagana, & cō-
7 edam de manu eius. ¶ Miſitq; Dauid ad
Tamár ad domū dicēdo. Veni obſecro in do
mum Amnón fratris tui, & fac ei pulmentū.
8 ¶ Et iuit Tamár in domum Amnón frīs ſui.
(Ipſe aūt iacebat.) Et tulit farinā, & miſcuit,
fecit lagana in oculis eius, & coxit lagana.
9 ¶ Et tulit ſartaginē, & effudit corā eo. Et re
nuit comedere. Dixitq; Amnón. Educite om
nem uirū à me. Et eduxerunt oēm uirum ab
10 eo. ¶ Dixitq; Amnō ad Tamár. Affer pulmē
tum in cubiculum, & comedam de manu tua
Tulitq; Tamár lagana quæ parauerat, & attu
11 lit ad Amnón fratrē ſuū in cubiculum. ¶ Et
obtulit ei, ut comederet. Et appræhēdit eā.
Dixitq; ei. Veni, cuba mecum ſoror mea.
12 ¶ Dixitq; ei. Ne frater mi, ne opprimas me
Non em̄ fit ſic in Iſraél. Ne facias ſtulticiam
13 hanc. ¶ Et ego quo pergere faciam pbrum
meum? Et tu eris ueluti unus è ſtultis in Iſrl',
Et nūc loquere obſecro ad regem, quia non
14 prohibebit me à te. ¶ Et noluit audire uocē
eius, ſed præualuit ei, & oppreſſit eam, & rē
15 habuit cum ea. ¶ Et odio habuit eam Amnō
odio magno ualde. Maius enim fuit odium
quo odio habuit eā amore quo dilexerat eā.
16 Dixitq; ei Amnón. Surge, uade. ¶ Dixitq;
ei. Ob hanc cauſam malum maius eſt hoc q̄
aliud qd' feciſti mecū, emittēdo me, Et noluit
17 audire eam. ¶ Et uocauit puerū ſuum mini
ſtrum ſuū, & dixit. Emitte nunc iſtam à me
18 foras, & obſera oſtiū poſt eā. ¶ Et ſuper eā
erat tunica polymita. Sic em̄ induebātur fi-
liæ regis uirgines tunicis. Et eduxit eā mini
ſter illius foras, & obſerauit oſtium poſt eā.
19 ¶ Et tulit Tamár cinerem ſuper caput ſuū
& tunicam polymitam q̄ erat ſuper ſe, ſcidit
& poſuit manum ſuā ſuper caput ſuū, & ibat
20 eundo, & clamabat. ¶ Dixitq; ad eam Ab-
ſalóm frater ſuus. Num amnón frater tuus
fuit tecum? Et nunc ſoror mea tace. Frī tu' eſt.
Ne ponas cor tuum ad hoc. Et māſit Tamár
21 deſolata in domo Abſalóm frīs ſui. ¶ Rex
aūt Dauid audiuit oīa hæc, & iratus eſt ual-
22 de ¶. Nō eſt aūt locut' Abſalóm cū Amnón
à maloq; ad bonū. Odio habebat em̄ Abſa
lóm Amnón, eo q' oppreſſerat Tamár ſoro-
23 rem ſuam. ¶ Et fuit, poſt duos annos dieꝫ
tondebant pecudes ipſi Abſalóm in Bahal-
chaſór, quæ erat iuxta Ephráim, & uocauit
24 Abſalóm oēs filios regis. ¶ Et uenit Abſa-
lóm ad regem, & dixit. Ecce nunc tondēt pe
cudes ſeruo tuo. Veniat obſecro rex & ſer-
25 ui eius cū ſeruo tuo. ¶ Et dixit rex ad Abſa
lón. Ne fili mi ne quæſo ueniam' oēs nos, ne
grauemus te. Et cogebat eum. Et noluit ire,
26 ſed benedixit ei. ¶ Dixitq; Abſalóm. Et nō
ueniet obſecro nobiſcū Amnón frater me'?
27 Dixitq; ei rex. Ad quid ueniet tecum? ¶ Et
coegit eum Abſalóm, & miſit ſecum Amnō,
28 & oēs filios regis. ¶ Præcepit aūt Abſalō
pueris ſuis, dicendo. Videte obſecro, cū io-
cundū fuerit cor Amnón uino, & dixero uo
bis, percutite Amnón, iterimite eū, ne timea
tis. Nōne quia ego præcepi uobis? Conforta
29 mini, & eſtote filij fortes. ¶ Et fecerūt pue-
ri Abſalóm ipſi Amnón, quemadmodū pce-
perat Abſalō. Surrexeruntq; oēs filij regis,
& equitauerunt quiſq; ſup mulum ſuū, & fu
30 gerunt. ¶ Et fuit, ipſis exiſtentib' in uia, fa
ma uenit Dauid dicendo. Percuſſit Abſalóm
oēs filios regis, & non remanſit ex eis unus.
31 ¶ Surrexit aūt rex, & ſcidit ueſtimēta ſua,
& iacuit in terra, & oēs ſerui eius aſſiſtebant
32 ſciſſis ueſtibus. ¶ Et reſpondit Ionadáb fi-
lius Simháh frīs Dauid, & dixit. Ne dicat do
minus meus, oēs pueros filios regis intere-
merunt

merunt, quia Amnón tm̄ mortuus eſt, qm̄ in
ore Abſalóm erat poſitum à die qua oppreſ
33 ſit Thamar ſororem ſuã. ¶ Et nunc ne ponat
dñs meus rex ſuper cor ſuum uerbum dicen
do. Oẽs filij regis mortui ſunt, quia Amnón
34 ſolus mortuus eſt. ¶ Fugit aũt Abſalóm. Et
eleuauit puer ſpeculator oc'los ſuos, & uidit
& ecce ppl's multus ueniebat de uia poſt mõ
35 tem ex latere montis. ¶ Dixitq́ Ionadab
ad regem. Ecce filij regis ueniunt iuxta uer
36 bum ſerui tui, ſic fuit. ¶ Et fuit, cũ comple-
uiſſet loqui, ecce filij regis uenerunt, & leua
uerunt uocem ſuã, & fleuerunt, & etiam rex
& oẽs ſerui eius fleuerũt fletu magno ualde
37 ¶ Abſalóm uero fugit, & abijt ad Talmai fi
lium Hammiud regẽ Gheſúr. Et luxit Da
38 uid ſup filium ſuum oĩbus diebus. ¶ Abſa
lóm uero fugit, & abijt in Gheſúr, & fuit ibi
39 tribus annis. ¶ Et deſiderauit aĩa Dauid re
gis egredi propter Abſalõ, quia conſolatus
fuerat ſup Amnón ꝙ mortuus eſſet.

Capitulum. 14.

1 COgnouit autẽ Ioáb filius Ser-
uiah ꝙ cor regis eſſet ab Abſa
2 lõ. ¶ Et miſit Ioáb ĩ Tecoháh
& tulit ĩde mulierẽ ſapiẽtẽ, &
dixit ad eam. Præteſer luctum
obſecro, & induere quæſo ue-
ſtimentís lugubribus, & ne ungas te oleo, &
ſis ueluti mulier iam diebus multis lugẽs ſu
3 per mortuũ. ¶ Et ingredieris ad regem, &
loqueris ad eum iuxta uerbũ hoc, & poſuit
4 Ioáb uerba in ore eius. ¶ Et dixit mulier Te
cohitis ad regẽ, & cecidit ſuper faciem ſuã
in terrã, & ĩcuruauit ſe, & dixit. Serua rex.
5 ¶ Dixitq́ ei rex. Quid ẽ tibi? Et dixit. Pro
fecto mulier uidua ſũ, & mortu' eſt uir me'.
6 ¶ Et ancillæ tuæ erãt duo filij, & rixati ſũt
ambo in agro, & non erat qui erueret inter
eos. Et percuſſit unus alterum, & occidit eũ.
7 ¶ Et ecce ſurrexit tota familia contra ancil
lam tuam, & dixerunt. Da percuſſorem frĩs
ſui, ut interficiamus eum propter aĩam frĩs
ſui, quẽ occidit, & diſperdam' etiã hæredẽ
Et extinguent prunam meã quæ relicta eſt,
ut non ponam uiro meo nomẽ, & reſiduũ ſu
8 p faciẽ terræ. ¶ Dixit autẽ rex ad mulierẽ.
Vade in domum tuã, & ego iubebo pro te.
9 ¶ Dixitq́ mulier Tecohitis ad regem. Sup
me dñe mi rex ſit pœna iniquitatís, & ſuper
domũ prĩs mei. Rex aũt, & thronus eius ſit
10 innocens. ¶ Dixitq́ rex. Loquẽtem contra
te adhuc ad me, & nõ addet ultra ut tãgat te

11 ¶ Dixitq́. Recordet obſecro rex dñi dei ſui
ne multiplicari faciat propĩquos ſanguinis
ad perdendum, & nõ diſperdant filium meũ
Et dixit. Viuit dñs ſi ceciderit de capillo filij
12 tui in terram. ¶ Dixitq́ mulier. Loquat ob
ſecro ancilla tua ad dñm meũ regem uerbũ.
13 Dixitq́. Loquere. ¶ Et ait mulier. Et quare
cogitaſti ſimile contra populum dei? Et ne lo
quatur rex uerbum hoc tanq̃ delĩquens, ut
14 non reducat rex expulſum ſuũ. ¶ Moriẽdo
em̄ morimur, & ueluti aquæ, quæ defluũt in
terram, q̃ non cõgregant, & nõ accipiet de'
aĩam. Sed cogitabit cogitationes, ut non ex
15 pellat ab ſe expulſum. ¶ Et nũc ꝙ uenerim
ut loquerer ad regem dñm meum uerbũ hoc
cauſa eſt, quia terruerunt me populus. Et di-
xit ancilla tua. Loquar nunc ad regem, forſi
16 tam faciet rex uerbum ancillæ ſuæ. ¶ Au-
diet em̄ rex ut liberet ancillam ſuam de ma-
nu uiri nolentis perdere me, & filiũ meũ pa-
17 riter de hæreditate dei. ¶ Et dixit ancilla
tua. Sit obſecro uerbum dñi mei regis ad re
quiem. Sicut em̄ angelus dei, ſic eſt dñs me'
rex, ut audiat qđ bonum eſt, & qđ malũ, &
18 dñs deus tuus ſit tecũ. ¶ Et reſpondit rex,
& dixit ad mulierem. Ne quæſo abſcondas
à me uerbũ qđ ego ĩterrogo te. Dixitq́ mu
19 lier. Loquat obſecro dñs meus rex. ¶ Dixit
q́ rex. Nũ cõſilium Ioáb tecum eſt ĩ oĩ hoc?
Et reſpondit mulier, & dixit. Per uitam aĩæ
tuæ dñe mi rex, nõ eſt qui poſſit declinare ad
dexteram, uel ſiniſtrã ab his quæ locutus eſt
dñs meus rex. Seruus em̄ tuus Ioab ipſe præ
cepit mihi, & ipẽ poſuit ĩ ore ancillæ tuæ oĩa
20 uerba hæc. ¶ Vt uerterem faciem uerbi fe-
cit ſeruus tuus Ioáb uerbum hoc. Dñs autẽ
meus ſapiens ẽ ſcđm ſapiĩam angeli dei, ut co
21 gnoſcat oĩa quæ ſunt in terra. ¶ Dixit autẽ
rex ad Ioáb. Ecce nunc feci uerbũ hoc. Vade
22 reduc puerum Abſalóm. ¶ Et proſtrauit ſe
Ioáb ſup faciem ſuã ſuper terram. & ĩcurua
uit ſe, & bñdixit regi. Dixitq́ Ioáb. Hodie
cognouit ſeruus tu' ꝙ inueni grãm in oc'lis
tuis dñe mi rex. Fecit em̄ rex uerbũ ſerui ſui.
23 ¶ Surrexit aũt Ioáb, & abijt in Gheſúr, &
24 adduxit Abſalóm in Ieruſaláim. ¶ Dixitq́
rex. Reuertatur ad domum ſuam, & faciem
meam nõ uideat. Et reuerſus eſt Abſalóm in
domum ſuam, & faciem regis non uidit.
25 ¶ Et ſicut Abſalóm non erat uir pulcher in
uniuerſo Iſraél, ita ut ſplendidus eſſet, ſplẽ-
deret ualde. A plãta pedis eius, uſq́ ad uerti
26 cem eius, nõ erat in eo macula. ¶ Et quãdo
tondebat caput ſuum (erat autem à fine an-
ni ad annum quo tondebat, quia graue erat

ei,& tondebat illud,ponderabat capillos ca
27 pitis ſui ducentis ſeclis pōdere regio. ¶ Na
ti ſunt autem Abſalóm tres filij,& filia una,
& nomen eius Tamár. Ipſa erat mulier pul-
28 chra aſpectu. ¶ Manſitq; Abſalóm in Ieru-
ſalaim duobus annis dierū, & faciem regis
29 nō uidit. ¶ Miſit ãt Abſalóm ad Ioáb,ut mit
teret eum ad regem,& noluit uenire ad eū,
Et miſit adhuc ſecundo, & noluit uenire.
30 ¶ Dixitq; ſeruis ſuis. Videte poſſeſſionem
Ioáb iuxta locum meum,& ei ſunt ibi ordea
Ite,& comburite ipſam igni. Et ſuccēderūt
31 ſerui Abſalóm poſſeſſionem igni. ¶ Surre-
xitq; Ioáb, & uenit ad Abſalóm in domum.
Dixitq; Ioáb ad eum. Vt quid ſuccenderunt
ſerui tui poſſeſſionem,quæ eſt mihi igni?
32 ¶ Dixitq; Abſalóm ad Ioáb. Ecce miſi ad
te dicendo. Veni huc,& mittam te ad regem
dicendo. Vt quid ueni de Ghesúr. Meli⁹ mi-
hi erat ꝙ adhuc eſſem ibi. Et nunc uideam fa
ciem regis. Et ſi eſt in me iniquitas,interfice
33 re me faciat. ¶ Et uenit Ioáb ad regē,& in-
dicauit ei. Et uocauit Abſalóm,& uenit ad re
gem, & incuruauit ſe ei ſuper faciem ſuā in
terra coram rege,& oſculat⁹ eſt rex Abſalō.

Capitulum.15.

ET fuit,poſt hæc fecit ſibi Abſa
lóm currus & equos,& quin-
quaginta uiros currentes ante
2 ſe. ¶ Et mane cōſurgebat Ab
ſalóm,& ſtabat iuxta locū uiæ
portæ. Et erat, omnem uirum
cui eſſet cauſa,ut ueniret ad regem pro iudi
cio, uocabat Abſalóm,& dicebat. Ex qua ci
uitate es tu? Et dicebat. Ex una tribuū Iſrael
ſeruus tuus eſt. ¶ Dicebatq; ad eum Abſalō
Vide ſermones tui boni ſunt,& recti, & q te
4 audiat non eſt tibi à rege. ¶ Dicebatq; Ab-
ſalóm. Quis ponat me iudicem ĩ terra, & ad
me ueniat omnis uir cui ſit cauſa,& iudi-
5 cium,& iuſtitiam faciā ei? ¶ Et erat quum
appropinquabat quiſpiam,& incuruabat ſe
ei, extendebat manum ſuam,& appræhen-
6 debat eum,& oſculabatur eum. ¶ Et facie-
bat Abſalóm hoc pacto uniuerſo Iſraél,q ue
niebant pro iudicio ad regem, & furabatur
7 Abſalóm cor uirorum Iſraél. ¶ Et fuit, in
fine quadraginta annorum, dixit Abſalóm
ad regem. Ibo obſecro,& reddam uotū meū
quod uoui dño in Chebrón. Votum enim uo
uit ſeruus tuus cum manerem in Ghesúr in
Arám dicendo. Si reducendo reduxerit me
dominus in Ieruſaláim, ſeruiam domino.

8 ¶ Dixitq; ei rex. Vade in pace. Et ſurrexit,
9 & abijt in Chebrón. ¶ Miſit autem Abſalō
exploratores in uniuerſas tribus Iſraél dicē
do. Cum audieritis ſonitum buccinæ dicite.
10 Regnauit Abſalóm in Chebrón. ¶ Cum ab
ſalóm autem iuerunt ducenti uiri de Ieruſa-
laim inuitati,& ibant in ſimplicitate ſua,nec
11 ſciebant quicq;. ¶ Miſitq; Abſalóm ad
Achithóphel Ghilonitam conſiliariū Dauid
de ciuitate ſua de Ghilóh,dum immolaret ui
ctimas, & fuit coniuratio ualida,& populus
12 ibat,& augebatur cum Abſalóm. ¶ Et ue-
nit nuncius ad Dauid dicendo. Fuit cor uiri
13 Iſrael poſt Abſalóm. ¶ Dixitq; Dauid om-
nibus ſeruis ſuis qui erant ſecum in Ieruſa-
laim. Surgite,& fugiamus,quia non erit no
bis euaſio à facie Abſalóm. Feſtinate ire, ne
forte acceleret, & appræhendat nos,& im-
pellat ſuper nos malum,& percutiat,ciuita-
14 tē acie gladij. ¶ Dixeruntq; ſerui regis ad
regem. Secundum omne quod elegerit do-
15 minus me⁹ rex ecce ſerui tui. ¶ Et egreſſus
eſt rex,& omnis familia eius pedibus ſuis.
Et reliquit rex decem mulieres concubinas,
16 ut cuſtodirent domum. ¶ Et egreſſus eſt
rex,& omnis populus pedibus ſuis, & ſtete
17 runt in loco longinquo. ¶ Et uniuerſi ſerui
eius ambulabant iuxta manum eius, & om-
nes Cherethi,& omnes pelethi, & oēs Chit
tæi ſexcenti uiri, qui uenerant pede ſuo de
18 Ghàth,tranſibant ante faciem regis. ¶ Di
xit autem rex ad Itthai Chitthæum. Vt quid
uenis etiam tu nobiſcum? Reuertere,& ma-
ne cum rege,quia alienigena es, & etiam ua
19 gus es ad locum tuum. ¶ Heri uenire tuum
fuit,& hodie mouere faciam te nobiſcum ad
eundum. Ego autem uado,quo uado. Reuer
tere & reduc fratres tuos. Tecum ſit miſeri-
20 cordia, & ueritas. ¶ Et reſpondit Itthái ad
regem,& dixit. Viuit dominus, & uiuat do
minus meus rex,niſi in loco in quo fuerit do
minus meus rex, tam in morte quā in uita,
21 ibi fuerit ſeruus tuus. ¶ Dixitq; Dauid ad
Itthái. Veni,& tranſi. Et trāſiuit Itthai Chit
thæus, & omnes uiri eius, & omnis paruu-
22 lus qui erat ſecum. ¶ Et omnis terra flebat
uoce magna,& omnis popl's tranſibat. Rex
autem tranſibat per torrentem Chidrón, &
omnis populus tranſibat contra faciem uiæ
23 ad deſertum. ¶ Et ecce etiam Sadóc, &
omnes leuitæ ſecum portantes arcam fœde-
ris dei, & ſtatuerunt arcam dei. Et aſcendit
Ebiathár,donec finiret omnis populus trā-
24 ire de ciuitate. ¶ Dixitq; rex ad Sadóc.
Reduc arcam dei in urbem. Si inuenero gra-

tiam in oculis domini reducet me, & oſten-
25 det mihi eam, & tabernaculum eius. ¶ Si
autem ſic dixerit, non complacui in te, ecce
ego, faciat mihi quod bonũ eſt in oculis ſuis
26 ¶ Dixitq; rex ad Sadóc ſacerdotem. Non
ne uideus es? Reuertere in ciuitatem in pace
Et Achimáhas filius tuus, & Iehonathã fili⁹
Ebiathár duo filij ueſtri ſint uobiſcum.
27 ¶ Et uidete, ego moror in campeſtribus de
ſerti, donec ueniat uerbum à uobis, ut nũcie
28 tis mihi. ¶ Et reduxit Sadóc, & Ebiathár
arcam dei in Ieruſaláim, & manſerunt ibi.
29 ¶ Dauid autem aſcendebat per aſcenſum
oliuarum, aſcendens, & flẽs, & caput ei op-
tum erat, & incedebat diſcalciatus. & om-
nis populus qui erat ſecum operuerunt
unuſquiſq; caput ſuum, & aſcendebant aſcẽ
30 dẽdo, & flendo. ¶ Et Dauidi nũciauit quiſ
piam dicendo. Achithóphel eſt in cõiuratio-
nibus cum Abſalóm. Dixitq; Dauid. Infatua
obſecro conſilium Achithóphel domine.
31 ¶ Et fuit, Dauid uenit uſq; ad uerticem, ut
incuruaret ſe ibi deo, & ecce ĩ occurſum ei⁹
Chuſái Archites ſciſſus tunica ſua, & terra
32 ſuꝑ caput eius. ¶ Dixitq; ei Dauid. Si trãſ-
33 ieris mecum, eris mihi oneri. ¶ Si autem
in ciuitatem reuertaris, & dixeris ab Abſa-
lóm, ſeruus tuus ſum rex, fui ſeruus patris
tui ex eo tempore, nũc ero ſeruus tuus, diſ-
34 ſipabis mihi conſilium Achithóphel. ¶ Et
an non tecum eſt ibi Sadóc, & Ebiathar ſa-
cerdotes. Et erit, omne uerbum quod audie
ris de domo regis, indicabis Sadóc, & Ebia
35 thár ſacerdotibus. ¶ Ecce ibi ſunt cum eis
duo filij eorum Achimáhas ipſi Sadóc, &
Iehonathan ipſi Ebiathar, & mittetis ꝑ ma-
num eorum ad me omne uerbũ quod audie-
36 ritis. ¶ Et uenit Chuſái amicus Dauid in ci
uitatẽ, & Abſalóm ĩgreſſus eſt ĩ Ieruſaláim.

Capitulum.16.

1 DAuid autem tranſierat
paululũ de uertice mõ
tis, & ecce Sibá puer
Miphibóſeth ĩ occurſũ
eius, & par aſinorum
ſtrati, & ſuper eos erãt
ducenti panes, & cen-
tum ligaturæ uuæ paſ-
ſæ, & centum ficus, & uter uini. Dixitq; rex
ad Sibá. Quid iſta? Dixitq; Sibá. Aſini ꝑ fa-
milia regis ad equitandum, & panis, & fic⁹,
ut comedant pueri, & uinum, ut bibat q̃ laſ-
2 ſus fuerit in deſerto. ¶ Dixitq; rex. Et ubi
eſt filius domini tui? Et dixit Sibá ad regẽ.
Ecce manet Ieruſalájm. Dixit enim. Hodie
reſtituet mihi domus Iſraél regnum patris
mei. Dixitq; rex ad Sibá. Ecce tibi omnia
quæ ſunt Miphibóſeth. Et dixit Sibá. Incur-
uaui me, Inueniam gratiam in oculis tuis do
3 mine mi rex. ¶ Venit autem rex Dauid uſq;
ad Bachurim. Et ecce inde uir egrediebatur
è familia domus Saúl, & nomen eius Simhi
filius Gherá. Egrediebatur egrediendo, &
4 maledicebat. ¶ Et lapidabat lapidibus Da
uid, & omnes ſeruos regis Dauid. Et omnis
populus, & omnes potentes erant à dextera
5 eius, & à ſiniſtra eius. ¶ Sic autem dicebat
Simhi dum malediceret illi. Egredere, egre-
6 dere uir ſanguinum, & uir impie. ¶ Reddi-
dit tibi dominus omnem ſanguinem domus
Saúl pro quo regnaſti. Deditq; dominus re-
gnum in manu Abſalóm filij tui. Et ecce es ĩ
7 malo tuo, quoniam uir ſanguinum es. ¶ Di
xitq; Abiſai filius Seruiah ad regem. Vt q̃d
maledicit canis mortuus hic domino meo re
gi? Tranſeã obſecro, & remouebo caput ei⁹.
8 ¶ Dixitq; rex. Quid mihi, & uobis filij Ser
uiah ſi maledicat. Et ſi dominus, dixit ei, ma
ledic Dauid, & quis dicet, cur feciſti ſic?
9 ¶ Et dixit Dauid ad Abiſai, & ad omnes ſer
uos ſuos. Ecce filius meus qui egreſſus eſt de
utero meo quærit animam meam, quãto ma
gis nunc filius iemini? Sinite illum, & male-
10 dicat, quia dixit ei dominus. ¶ Forſitan re
ſpiciet dominus ad afflictionẽ meam, et red-
det dominus mihi bonum pro maledictione
11 eius die hac. ¶ Et ibat Dauid, & uiri eius ꝑ
uiam. Simhi autem ibat per latus montis ex
aduerſo ipſius, & iactabat puluerem.
12 ¶ Et uenit rex, & omnis popul⁹ qui erat cũ
13 eo laſſi. & requieuit ibi. ¶ Abſalóm autem,
& omnis populus uirorũ Iſraél uenerunt in
14 Ieruſaláim, & Achithóphel cum eo. ¶ Et
fuit, quando uenit Chuſái Archites ami-
cus Dauid ad Abſalóm. Dixit Chuſái ad Ab
15 ſalóm. Viuat rex, uiuat rex. ¶ Dixitq; Ab-
ſalóm ad Achuſai. Iſta eſt miſericordia tua
ad amicum tuum? Vt quid non iuiſti cũ ami-
16 co tuo? ¶ Dixitq; Chuſái ad Abſalóm. Nõ,
ſed eius ero quem elegerit dominus, & po-
pulus iſte, & omnes uiri Iſraél, & cum eo
17 manebo ¶ Et ſecũdo cui ego ſeruitur⁹ ſum?
Nonne coram filio eius? Quẽadmodum ſer
18 uiui coram prẽ tuo, ſic ero coram te. ¶ Di-
xit aũt Abſalóm ad Achithóphel. Date con-
19 ſilium, quid faciamus. ¶ Dixitq; Achithó-

phel ad Abſalóm. Ingredere ad concubmas
patris tui quas dimiſit ad cuſtodieudam do-
mum, & audiet oĩs Iſraélq; abominationẽ fe
ceris in patrem tuũ, & roborabũt man' oĩm
20 qui ſunt tecum. ❡ Et extenderũt ipſi Abſa
lóm tabernaculũ ſuper tectũ, & ingreſſus eſt
Abſalóm ad cõcubinas pr̃is ſui in oculis oĩs
21 Iſraél. ❡ Conſilium aũt Achithóphel quod
conſulebat in diebus illis, erat queadmodũ
interrogaret quiſpiam uerbum dei. Sic erat
omue cõſilium Achithóphel, etiam Dauidi
etiam ipſi Abſalóm.

Capitulum.17.

1 DIxit autem Achithóphel ad Ab
ſalóm. Eligam nũc duodeci mi
lia uirorum, & conſurgam, &
2 perſequar Dauid nocte. ❡ Et
ueniam ſuper eum. Ipſe autem
eſt laborans, & debilis manib'
Et terrebo eum, & fugiet oĩs populus q eſt
3 ſecum, & percutiam regem ſolum ❡ Et re-
duc. in oẽm populum ad te, ſic redit oĩs uir,
quem tu quæris oĩs populus erit pacificus.
4 ❡ Et rectum fuit uerbum in oculis Abſalõ,
5 & in oculis oĩm ſeniorum Iſraél. ❡ Dixitq;
Abſalóm. Voca obſecro ẽt Chuſai architam
& audiamus quid ore ſuo etiã ipſe loquatur
6 ❡ Et uenit Chuſai ad Abſalóm, & dixit ab-
ſalóm ad eum dicendo. Secũdum uerbũ hoc
locutus eſt Achithóphel. Nunquid faciemus
7 uerbum eius, an nõ? Tu loquere. ❡ Dixitq;
Chuſai ad Abſalóm. Non eſt bonum conſiliũ
8 quod conſuluit Achitóphel uice hac. ❡ Di-
xitq; Chuſai. Tu noſti pr̃em tuũ, & uiros ei'
q; fortes ſunt, & amari aĩo ſunt ſicut urſus
orbatus in agro, & pr̃ tuus eſt uir bellicoſus
9 & non pernoctabit cum populo. ❡ Ecce
nunc abſcondit ſe in una è foueis, uel in uno
è locis, & erit cum ceciderit ex eis in princi-
pio, & audierit audiens, dicet. Fuit plaga in
10 populo qui erat poſt Abſalóm. ❡ Et ipſe ẽt
uir fortis, cuius cor eſt ſicut cor leonis, lique
fiendo liquefiet. Scit eñ oĩs Iſrael q; fortis ẽ
11 pr̃ tuus, & filij fortes q ſunt cum eo. ❡ Sed
cõſulo, ut cõgregãdo congregetur ad te oĩs
Iſrael à Dán uſq; Berſebah tanq; arena quæ
eſt iuxta mare in multitudine, & facies tua
12 uadat in bellum. ❡ Et ueniemus ad eum in
unum è locis in quo inuenietur, & caſtrame
tabimur aduerſum eum, quemadmodum ca
dit ros ſuper terrã, & non relinquetur ex eo
& ex omnibus uiris qui ſunt ſecum, ẽt unus.

13 ❡ Et ſi in ciuitatem collegerit ſe, portabit
oĩs Iſrael ad ciuitatem funes, & trahem' eã
uſq; in torrentem, uſq; quo nõ inueniatur ibi
14 etiam lapis. ❡ Dixitq; Abſalóm, & oĩs uir
Iſrael. Melius eſt conſilium Chuſai Architæ
conſilio Achitóphel. Dñs autẽ præceperat,
ut destrueret conſilium Achithóphel quod
bonum erat, ut induceret dñs ſuper Abſalõ
15 malum ❡ Dixit autẽ Achuſai ad Sadóch,
& Ebiathár ſacerdotes. Sic, & ſic conſuluit
Achithóphel Abſalóm, & ſenioribus Iſrael,
16 & ſic, & ſic conſului ego. ❡ Et nunc mitte
feſtinanter, & nunciate Dauid dicendo. Ne
moreris nocte in campeſtribus deſerti, ſed
etiam tranſeundo tranſibis, ne forte deglu-
tiatur rex, & omnis populus qui eſt cum eo.
17 ❡ Iehonathán autem, & Achimáhas ſtabãt
in fonte Roghel, & abijt ancilla, & nũciauit
eis, & ipſi abierunt, & nunciauerũt regi Da
uid. Non eñ poterant uideri ingredi urbem.
18 ❡ Et uidit eos puer, & nunciauit Abſalóm.
Et abierunt ambo feſtinanter, & uenerũt ad
domum uiri in Bachurim, & ei erat pute' in
19 atrio ſuo, & deſcenderunt illuc. ❡ Et tulit
mulier, & expandit uelamẽ in ſuperficie pu
tei, & expandit ſuper eum frumenta cõtuſa
20 & non eſt agnita res. ❡ Et uenerunt ſerui
Abſalóm ad mulierem in domũ, & dixerunt
Vbi eſt Achimáhas, & Iehonathán? Dixitq;
eis mulier. Tranſierunt uadum aquæ Et quæ
ſierunt, & non inuenerunt, & reuerſi ſunt in
21 Ieruſalaim. ❡ Et fuit, poſtq; abierunt illi,
aſcenderunt de puteo, & abierunt, & nũcia
uerunt regi Dauid. Dixeruntq; ad Dauid.
Surgite, & tranſite feſtinanter aquã. Sic eñ
22 conſuluit contra uos Achithóphel. ❡ Et ſur
rexit Dauid, & omnis popul' qui erat cum
eo, & tranſierũt Iardén, donec illuſceret ma
ne uſq; ad unum. Non defuit qui non tranſi-
23 ret Iardén. ❡ Achithóphel aũt uidit q; non
eſſet factum conſilium ſuũ, & ſtrauit aſinum
& ſurrexit, & abijt in domũ ſuam, & in ciui
tatem ſuam, & præcepta dedit familiæ ſuæ,
& ſtrãgulauit ſe, & mortuus eſt, & ſepultus
24 eſt in ſepulchro patris ſui. ❡ Dauid autem
uenit in Machanáim, & Abſalóm trãſijt Iar-
25 dén ipſe, & omnes uiri Iſraél cum eo. ❡ Et
Hamaſá poſuit Abſalóm ꝑ Ioáb ſuper exer-
citum. Hamaſá autẽ filius erat uiri, & nomẽ
eius Ithrá Iſrehelita, qui igreſſus eſt ad Abi
ghail filiam Nachás ſororem Seruiah matrẽ
26 Ioab. ❡ Et caſtrametatus eſt Iſraél, & Abſa
27 lóm in terra Ghilhád. ❡ Et fuit, cum ueniſ-
ſet Dauid in Machanáim Subi filius Nachás
de Rabbah filiorum Hammón, & Machir fi-

lius Hammiel de Lodebár, & Barzilai Ghil
28 hadites de Roghelim. ¶ Lectũ, & cratéres
& uaſa figalina, & frumenta, & ordea, & fa
rinam, & polentã, & fabas, & lentes, & po-
29 lentam. ¶ Et mel, & butyrum, & pecudes,
& caſeos uaccinos, obtulerũt Dauid, & po
pulo qui erat cũ eo ad ueſcendum. Dixerũt
enim populus famelicus, & laſſus, & ſitiens
eſt in deſerto.

Capitulum.18.

1 NVmerauit autem Dauid po
pulum qui erat ſecũ, & po
ſuit ſuper eos tribunos, &
2 cẽturiones. ¶ Et miſit Da
uid populum, tertiam par-
tem in manu Ioáb, & ter-
tiam partem in manu Abiſai filij Seruiáh fra
tris Ioab, & tertiam partem in manu Itthái
Ghitthæi. Dixitq; rex ad populum. Egrediẽ
3 do egrediar etiam ego uobiſcum. ¶ Dixit-
q; populꝰ. Nõ egredieris. Si enĩ fugiendo fu
gerimus, non ponent ſup nos cor, & ſi mor-
tua fuerit medietas noſtrũ non ponent ſuper
nos cor. Nunc enĩ tu es ſicut nos decẽ milia
Et nunc bonum eſt ꝙ ſis nobis in ciuitate ad
4 auxiliandum. ¶ Dixitq; ad eos rex. Quod
bonum eſt in oculis ueſtris faciam. Et ſtetit
rex in loco portæ, & omnis populus egre-
5 diebãtur centeni, & milleni. ¶ Præcepit au
tem rex Ioáb, & Abiſai, & Itthái dicendo.
Leniter ambulate propter me erga Abſalóm
Et omnis populus audierunt quando præce
pit rex oĩbus prĩcipibus ꝓpter Abſalóm. Et
egreſſus eſt populꝰ in campum in occurſum
6 Iſraél, & fuit prœliũ in ſaltu Ephráim. ¶ Et
cæſi ſunt ibi populus Iſraél coram ſeruis Da
uid, & fuit ibi plaga magna in die illa uigin-
7 ti milium. ¶ Et fuit ibi prælium diſperſum
in ſuperficie oĩs terræ, & plures ſilua con
8 ſumpſit de populo, q̃ gladiꝰ in die illa. ¶ Et
accidit ut occurreret Abſalóm ante ſeruos
Dauid, & Abſalóm equitabat ſuper mulo. Et
ingreſſus eſt mulus ſubter denſitatem quer
cus magnæ, & tenuit ſe caput eius in quer-
cu, & poſitus eſt inter cœlum, & terram. Mu
9 lus aũt qui erat ſub eo, tranſiuit. ¶ Et uidit
uir quiſpiam, & nunciauit Ioáb, & dixit. Ec
10 ce uidi Abſalóm ſuſpẽſum in quercu. ¶ Di
xit Ioáb uiro nuncianti ſibi. Et ecce uidiſti,
& cur non percuſſiſti eum ibi in terra, & mea
interfuiſſet dare tibi decem argẽteos, & bal
11 theum unum. ¶ Dixitq; uir ad Ioáb. Et ſi
apẽderem ſuper manus meas mille argen-
teos huius rei gratia mihi exibitos, non mit
terem manum meam in filium regis, quia in
auribus noſtris præcepit rex tibi, & Abiſái,
& Itthái dicendo. Cauete ne quis puerũ tan
12 gat Abſalóm. ¶ Vel feciſſem in animã meã
mendacium, & omne uerbum non abſcondi
tum eſſet à rege, & tu ſtares ex aduerſo.
13 ¶ Dixitq; Ioab. Non eſt bonum ꝙ ſic expe
ctem coram te. Et tulit tria tela in manu ſua,
& infixit ea in corde Abſalóm adhuc ipſo ui
14 uente in medio quercus. ¶ Et uerterunt ſe
decem iuuenes armigeri Ioáb, & percuſſeſt
15 Abſalóm, & occiderunt eum. ¶ Et clanxit
Ioáb buccina, & ſtetit populus ne perſeque
retur Iſraél, quia prohibuit Ioáb populum.
16 ¶ Et tulerunt Abſalóm, & proiecerũt eum
in ſaltum, in foueam grandẽ, & ſtatuerũt ſu-
per eum aceruum lapidum magnum ualde,
& omnis Iſraél fugerũt unuſquiſq; in taber
17 nacula ſua. ¶ Abſalóm autem tulerat, & ere
xerat ſibi in uita ſua monumentum, qđ erat
in ualle regia. Dixit enim. Non eſt mihi filiꝰ
faciam hoc ut memorare faciam nomen meũ
Et uocauit monumentum nomine ſuo. Et uo
catum eſt illud locus Abſalóm uſq; ad diem
18 hanc. ¶ Achimáhas autem filius Sadóc di-
xit. Curram nũc, & nunciabo regi ꝙ indica
uerit eum dñs de manu inimicorum ſuorum.
19 ¶ Dixitq; ei Ioáb. Non uir præmij eris die
hac, ſed nunciabis die altera. Die hac nõ nun
20 ciabis, eo ꝙ filius regis mortuus eſt. ¶ Di-
xitq; Ioáb ad Chuſi. Vade nuncia regi qđ ui
diſti. Et incuruauit ſe Chuſi ipſi Ioáb, & cu-
21 currit. ¶ Et addidit adhuc Achimáhas filius
Sadóc, & dixit ad Ioáb. Et ſit quicquid ſit.
Curram nunc etiam ego poſt Chuſi. Dixitq;
Ioáb. Vt qd tu curris fili mi cũ tibi merces nõ
22 ꝑparat? ¶ Et ſit quicqd ſit, currã. Dixitq;
ei. Curre. Et cucurrit Achimáhas per uiã pla
niciei, & tranſiuit Chuſi. Dauid aũt ſedebat
ĩter duas portas, & iuit ſpeculator ſup tectũ
portæ, ſuper murum, & eleuauit oclos ſuos
23 & uidit, & ecce uir currebat ſolꝰ. ¶ Et cla-
mauit ſpeculator, & nunciauit regi. Dixitq;
rex. Si ſolꝰ eſt, nũciꝰ eſt in ore eiꝰ. Et ibat cum
24 do, & appropinquabat. ¶ Et uidit ſpecula
tor uirũ alterũ currẽtẽ, & clamauit ſpecula-
tor ad ianitorem, & dixit. Ecce uir currẽs ſo
25 lus. Dixitq; rex. Etiã iſte nũciat. ¶ Dixitq;
ſpeculator. Video curſum prioris ueluti cur
ſum Achimáhas filij Sadóc. Dixitq; rex, uir
bonus eſt hic, & cum nuncio bono uenit.
26 ¶ Et clamauit Achimáhas, & dixit ad regẽ
pax. Et incuruauit ſe regi in faciem ſuam ſu-
per terram, & ait. Benedictus dominus deꝰ

tuus qui tradidit uiros, qui leuauerunt man⁹
27 ſuas contra dominum meum regem. ¶ Di-
xit autē rex. Pax ne eſt puero Abſalóm? Di-
xitq́ Achimáhas. Vidi tumultum magnū dū
mitteret ſeruum regiū Ioáb, & me ſeruū tuū
28 & non noui aliquid. ¶ Dixitq́ rex. Verte te
29 ſta hic, & uertit, & ſtetit. ¶ Et ecce Chuſi
uenit, & ait Chuſi. Nūciatur dño meo regi,
ꝙ iudicauit te dñs hodie de manu oīm inſur
30 gentium contra te. ¶ Dixit autem rex ad
Chuſi. Num eſt pax puero Abſalóm? Dixitq́
Chuſi. Sint ſicut puer inimici dñi mei regis,
& uniuerſi qui inſurgunt contra te in malū.
31 ¶ Et conturbatus eſt rex, & aſcendit ſuper
thalamū portæ, & fleuit, & ſic dicebat, dum
ſlet, fili mi Abſalóm, fili mi, fili mi Abſalóm
Vtinam mortuus eſſem pro te Abſalóm fili
mi, fili mi.

Capitulum. 19.

1 NVnciatum eſt autē Ioáb. Ecce
rex flet, & luget ſuper Abſalō
2 ¶ Et fuit ſal⁹ in die illa ī luctū
omni populo. Audiuit enī po-
pulus in die illa dicendo. Do-
3 let rex ſuper filio ſuo. ¶ Et in
ſtar furis ſe habuit populus in die illo ingre
diendo urbem, quēadmodum inſtar furis ſe
habet populus qui erubeſcunt, dum fugiūt
4 è prælio. ¶ Rex aūt operuit faciem ſuā, et cla
mauit rex uoce magna. Fili mi Abſalō, Abſa
5 lóm fili mi fili mi. ¶ Et ingreſſus eſt Ioáb ad
regem in domū, & dixit pudore affeciſti ho
die uultus oīm ſeruorum tuorū, qui eruerūt
aīam tuam hodie, & aīam filiorum tuorū, &
filiarum tuarū, & aīam uxorum tuarum, &
6 aīam concubinarum tuarū. ¶ Eo ꝙ diligis
odio habentes te, & odio habes diligentes
te. Indicaſti enī hodie ꝙuō ſunt tibi pricipes
& ſerui. Noui enī hodie ꝙ ſi Abſalóm uiue-
ret, & oēs nos hodie mortui eſſemus, qđ tūc
7 rectum fuiſſet in oculis tuis. ¶ Et nūc ſurge
egredere, & loquere ad cor ſeruorum tuorū.
Per dñm enī iuraui quod ſi non egreſſus fue
ris, non manebit quiſq́ tecum nocte. Et pei⁹
erit tibi hoc omni malo quod uenit ſuper te
ab adoleſcentia tua, uſq́ ad hoc tempus.
8 ¶ Surrexitq́ rex, & ſedit in porta, & omni
populo nunciauerunt dicendo. Ecce rex ſe-
det in portá, & uenit omnis populus coram
rege. Et Iſraél fugit unuſquiſq́ in tabernacu
9 cula ſua. ¶ Et fuit, omnis popul⁹ certabat
omnibus tribubus Iſraél dicendo. Rex eruit
nos de manu inimicorum noſtrorum, & ipſe
eripuit nos de manu Peliſtum, & nunc fugit

10 de terra propter Abſalóm. ¶ Abſalóm autē
quem unximus ſuper nos mortuus eſt ī præ
lio. Et nunc, ut quid ſiletis in reducendo re-
11 gem. ¶ Rex autem Dauid miſit ad Sadóc,
& Ebiathár ſacerdotes dicendo. Loquimini
ad ſeniores Iehudáh dicendo. Vt quid eritis
ultimi ad reducendum regem in domū ſuā?
Verbum autem omnis Iſraél uenit ad regem
12 in domū eius. ¶ Fratres mei eſtis, os meū,
& caro mea eſtis, & ut qd eritis nouiſſimi ad
13 reducendum regem? ¶ Et ad Hamaſá di-
cetis. Nūquid non os meum, & caro mea es?
Sic faciat mihi deus, & ſic addat niſi priceps
fueris exercitus coram me, omnibus diebus
14 pro Ioáb. ¶ Et inclinauit cor omnis uiri Ie-
hudáh ueluti uiri unius, & miſerunt ad regē
15 Reuertere tu, & omnes ſerui tui. ¶ Et reuer
ſus eſt rex, & uenit uſq́ ad Iardén, & Iehu-
dáh uenit in Ghighlál, ut pergeret in occur-
ſum regis, ut tranſire faceret regem Iardén.
16 ¶ Et feſtinauit Simhi filius Gherá filij Iemi
ni qui erat de Bachurim, & deſcendit cū ui-
17 ro Iehudáh, in occurſum regis Dauid. ¶ Et
mille uiri erant cum eo de Biniamin, & Sibá
ſeruus domus Saúl, & quindecim filij eius,
& uiginti ſerui eius ſecum, & irruperūt Iar
18 dén ante regem. ¶ Et tranſiuit ſcapha, ut
traducerent familiam regiam, & facerēt qđ
bonum eſt in oculis eius. Simhi autem filius
Gherá ꝓcidit ante regem, dum tranſiret per
19 Iardén. ¶ Et dixit ad regem. Ne reputet mi
hi dominus meus iniquitatem. Ne memine-
ris ꝙ inique egit ſeruus tu⁹ in die qua egreſ
ſus eſt dominus meus rex de Ieruſalaím, ut
20 ponat rex ſuper cor ſuum. ¶ Nouit enī ſer-
uus tuus ſe peccaſſe, & ecce ueni hodie pri-
mus de omni familia Ioſeph, ut deſcenderē
21 in occurſum domini mei regis. ¶ Et reſpon
dit Abiſái fili⁹ Seruiáh, & dixit. Nūquid ꝓ-
pter hoc non morietur Simhi qui maledixit
22 chriſto domini. ¶ Dixit autē Dauid. Quid
mihi, & uobis filij Seruiáh, quia eſtis mihi
hodie aduerſarij? Num hodie morietur uir
in Iſraél? Nonne noui ꝙ hodie ſum rex ſu-
23 per Iſraél? ¶ Dixitq́ rex ad Simhi. Non
24 morieris. Iurauitq́ ei rex. ¶ Miphibóſeth
autem filius Saúl deſcendit in occurſum re-
gis, & non aptauerat pedes ſuos, nec apta-
uerat labrum ſuum, & ueſtes ſuas non laue-
rat à die qua abierat rex, uſq́ ad diem qua
25 uenit in pace. ¶ Et fuit cū uenit Ieruſalaim
in occurſum regis, dixit ei rex. Vt quid non
26 ueniſti mecum Miphibóſeth? ¶ Dixitq́.
Domine mi rex, ſeruus meus decepit me. Di
xit enim ſeruus tuus. Sternam mihi aſinam,

et equitabo ſuper eam, & ibo ad regẽ.Clau
27 dus enim ſum, ego ſeruus tuus. ℂEt ac-
cuſauit me ſeruum tuum apud te dominum
meum regem. Dominus autem meus rex eſt
ſicut angelus dei.Fac qđ bonum eſt in ocu-
28 lis tuis. ℂNon enim fuit omnis familia pa-
tris mei, niſi obnoxia morti domino meo re
gi, & poſuiſti ſeruum tuum inter conuiuias
menſæ tuæ. Et qualis eſt mihi ultra iuſtitia,
29 ut clamem ultra ad regem? ℂDixitq; rex.
Vt quid loqueris ultra uerba tua? Dixi. Tu
30 & Sibá diuidite agros. ℂDixitq; Miphi-
bóſeth ad regem. Etiam omnia tollat poſtq;
uenit dominus meus rex in pace in domum
31 ſuam. ℂBarzilái autem Ghilhadites deſcẽ
dit de Roghlim, ut tranſiret cum rege Iardẽ
32 ut trãſmitteret eum ultra Iardén. ℂEt Bar
zillái ſenex erat ualde octoginta .ſ. annorum
& ipſe pauit regem dum manſit in Macha-
33 naím, quia uir magnus erat ualde. ℂDixit
q; rex ad Barzilái. Tranſi mecum, & alam te
34 mecum in Ieruſalaim. ℂDixitq; Barzillái
ad regem. Quot ſunt dies annorũ uitæ meæ
35 ut aſcendã cum rege in Ieruſaláim? ℂOcto
ginta annorum ſum hodie. Num diſcernã in
ter bonum, & malum? Anguſtabit ſeru' tu'
quod comedam, & quod bibam? Nũ audiã
ultra uocem cantorum, & cantatricum? Et
ut quid erit ſeruus tuus adhuc oneri domino
36 meo regi? ℂPaulùlum tranſibit ſeruus tu'
Iardén cum rege. Et ut quid retribuet mihi
37 rex retributionem iſtam? ℂReuertatur ob
ſecro ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea ĩ
ſepulchro patris mei, & matris meæ. ℂEt
ecce ſeruus tuus Chimhám tranſibit cum do
mino meo rege. Fac ei quod bonum eſt ĩ ocu
38 lis tuis. ℂDixitq; rex. Mecũ trãſeat Chim-
hám, & faciam ei quod bonum eſt in oculis
tuis, & quicquid uolueris à me, faciam tibi.
39 ℂEt trãſiuit omnis populus Iardén, & rex
tranſiuit. Et oſculatus eſt rex Barzillái, & be
nedixit ei, & reuerſus eſt in locum ſuum.
40 ℂTrãſiuit autem rex in Ghilghál, & Chim
hám tranſiuit cum eo, & omnis populus Ie-
hudáh trauſire fecerunt regem. & etiam di-
41 midium populi Iſraél. ℂEt ecce omnis uir
Iſraél uenientes ad regem, dixit. Cur furati
ſunt te fratres noſtri uiri Iehudáh, & trãſire
fecérunt regem, & familiam eius Iardén, &
42 omnes uiros Dauid cum eo? ℂEt reſpõdit
omnis uir Iehudáh uiro Iſraél. Quia propin
quus eſt rex mihi, & cur iraſceris propter
hoc? Nunquid comedendo comedimus ali-
quid ex rege? Num donatiuum donauit no-
43 bis? ℂReſpondit uir Iſraél uiro Iehudáh,
& dixit. Decem partes ſunt mihi in rege.
et etiam in Dauid complaceo pluſq; te. Et
cur floci feciſti me, & non fuit uerbũ meum
primum mihi, ut reducerem regem meum.
Et durius fuit uerbum uiri Iehudáh uerbo
uiri Iſraél.

Capitulum. 20.

1 IBi autem caſu erat uir impius
& nomen eius Sebah fili' Bi-
chri uir Iemini, & clanxit buc
cina, & dixit. Non eſt nobis
pars in Dauid, neq; hæreditas
nobis in filio Iſái. Vnuſquiſq;
2 reuertatur ad tabernacula ſua Iſraél. ℂEt
aſcendit omnis uir Iſraél à Dauid, poſt Sé-
bah filium Bichri. Viri autem Iehudáh adhæ
ſerunt regi ſuo à Iardén, uſq; ad Ieruſaláim.
3 ℂEt uenit Dauid in domum ſuam in Ieru-
ſaláim, & tulit rex decem mulieres concubi
nas, quas dimiſerat ad cuſtodiendam domũ
& poſuit eas in domo cuſtodiæ, & pauit eas
& ad eas non eſt ingreſſus. Et fuerunt cuſto-
ditæ uſq; ad diem mortis ſuæ in uiduitate ui
4 tæ. ℂDixit aũt rex ad Hamaſá. Congrega
hi uiros Iehudáh in tribus diebus, & tu hic
ſta. Et abijt Hamaſá ad conuocandum Iehu-
dáh. Et moratus eſt ultra tempus, quod con-
5 ſtituerat ei. ℂDixitq; Dauid ad Abiſái. Nũc
peius faciet nobis Sébah filius Bichri q; Ab
ſalóm. Tolle ſeruos domini tui, & perſeque-
re eum, ne forte inueniat ſibi ciuitates mu-
6 nitas, & effugiat ex ocl'is noſtris. ℂEt egreſ
ſi ſunt poſt eum uiri Ioáb, & Cherethi, & Pe
lethi, & omñes fortes, & egreſſi ſunt de Ieru
ſaláim ad perſequendum Sébah filium Bi-
7 chri. ℂIpſis exiſtentibus apud lapidẽ ma-
gnum, qui erat in Ghibhón, Hamaſa uenit
ante eos. Ioáb autem erat accinctus tunica
ueſtimenti ſui, & ſuper eam cingulum gla-
dij coniuncti lumbis eius in uagina ſua, &
8 Ioáb egreſſus eſt, & cecidit gladius. ℂDi-
xitq; Ioáb ab Hamaſí. Num ſaluus es frater
mi? Et tenuit manus dextra Ioáb barbam Ha
maſá, ut oſcularetur eum. ℂHamaſá au-
9 tem non obſeruauit ſe à gladio qui erat in
manu Ioáb. Et percuſſit eum illo in quinta
coſta, & effudit inteſtina ei' in terrã, & non
iterauit ei, & mortu' eſt. Ioáb autem, & Abi
ſái frater eius, perſecutus eſt Sébah filium
10 Bichri. ℂEt uir ſtetit iuxta Hamaſa è pue-
ris Ioáb, & dixit. Qualis eſt qui uoluit eſſe p
Ioáb, & qualis q uoluit eſſe Dauidi poſt Ioáb
11 ℂHamaſa antẽ inuolutus ſanguine erat in

medio uiæ. Et uidit uir ꝙ ſubſiſteret omnis po
pulus, & diuertit Hamaſá de uia in agrum, &
proiecit ſuper eum ueſtimentum, quum uidit
ꝙ omnis qui ueniebat ad eum, ſubſiſteret.
12 ¶ Quando autem amotus fuit tranſiuit om-
nis uir poſt Ioab ad perſequendum Sebah fi-
13 lium Bichri. ¶ Et tranſiuit per omnes tribus
Iſraél in Abel, & in Bethmahachah & omnia
loca Berim, & congregati ſunt, & uenerunt
14 etiam poſt Ioáb. ¶ Et uenerunt, & obſede-
runt eum in Abelah Bethmahacháh, & effu-
derunt aggerem iuxta ciuitatem. Et ſteterunt
uiri ciuitatis in antemurali. Et omnis populus
qui erat cum Ioáb diſſipabant, ut ruere facerēt
15 murum. ¶ Et clamauit mulier ſapiens de ciui-
tate. Audite, audite. Dicite obſecro ad Ioáb.
16 Appropinqua huc, & loquar ad te. ¶ Et ac-
ceſſit ad eam. Et dixit mulier. Num tu es Ioáb?
Et dixit. Sum. Et dixit ei. Audi uerba ancillæ
17 tuæ. Et dixit. Audio. ¶ Dixitqꝫ dicendo. Lo-
quendo loquebantur olim dicendo. Interro-
gando interrogēt in Abél, & ſic perfecta ſunt.
18 ¶ Ego Abeláh ſum inter pacificas & fideles
Iſraél. Tu quæris interficere ciuitatem, & me-
tropolim in Iſraél. Quare diſſipas hæredita-
19 tem domini? ¶ Et reſpondit Ioáb, & dixit.
Abſit, abſit mihi, ut ſubuertam, & diſperdam.
20 ¶ Nō ita ſe habet res, ſed uir de mōte Ephrá-
im Sebah filius Bichrí nomē eius, leuauit ma-
num ſuam contra regem Dauid. Tradite illum
ſolum, & recedam à ciuitate. Dixitqꝫ mulier.
Ecce caput eius proijcitur ad te per murum.
21 ¶ Et uenit mulier ad omnem populum ſapiē-
tia ſua, & abſciderunt caput Sebah filij Bichrí
& proiecerunt ad Ioáb. Et clanxit buccina, &
diſperſi ſunt ab urbe unuſquiſqꝫ in tabernacu-
la ſua. Ioáb autem reuerſus eſt Ieruſaláim ad
22 regem. ¶ Ioáb autem erat ſuper omnē exer-
citum Iſraél. Benaiáh uero filius Iehoiadah ſu
23 per Cherethí, & Pelethi. ¶ Et Adorám ſup tri
butum, & Iehoſapháth filius Achilúd à com-
24 mētarijs. ¶ Et Seiá ſcriba, & Sadóc, & Ebia
25 thár ſacerdotes. ¶ Et etiam Hirá Iairites erat
princeps ipſi Dauíd.

Capitulum.21.

1 FVit autem fames in diebus Da
uid trib' annis anno poſt annū.
Et requiſiuit Dauid faciem dn̄i,
& dixit dn̄s. Propter Saúl, et p
pter familiam ſanguinariam, eo
2 ꝙ interfecit Gibhonitas. ¶ Et
uocauit rex Gibhonitas, et dixit eis. Gibhoni-
tæ autem non de filijs Iſraél erant, ſed de reſi-
duis Emoræorum, & filij Iſraél iurauerant eis.
Et quæſiuit Saúl percutere eos, quando ze
3 latus eſt pro filijs Iſrael, & Iehudah. ¶ Di-
xitqꝫ Dauid ad Ghibhonitas. Quid faciam
nobis, & quo expiabo peccatum, ut benedi
4 catis hæreditati dn̄i? ¶ Dixerūtqꝫ ei Ghib-
honitæ. Non eſt nobis quæſtio ſuper argēto,
& auro cum Saúl, & cum familia eius, & nō
eſt nobis uoluntas quēqꝫ interficiēdi in Iſr.
Et dixit. Quicquid dixeritis faciam uobis.
5 ¶ Dixerūtqꝫ ad regem. Virū q conſumpſit
nos, et qui imputauit nobis diſperdemus, ut
6 non ſtet in omni termino Iſraél. ¶ Dentur
nobis ſeptem uiri è filijs eius, & affigem' do
mino ī Ghibháh Saúl electi domini. Dixitqꝫ
7 rex. Ego dabo. ¶ Et pepercit rex Miphibó
ſeth filio Iehonathán filij Saúl propter iuſiu
randum domini, quod fuit inter Dauíd, &
8 Iehonathā filium Saúl. ¶ Et tulit rex duos
filios Riſpáh filiæ Aiáh, quos peperit ipſi
Saúl Armoni, & Miphiboſeth, & quinqꝫ fi-
lios Michál filiæ Saúl quos peperit ipſi Ha-
9 driél filio Barziláí Meholatitæ. ¶ Et dedit
eos in manu Ghibhonitarum, & ſuſpēderūt
eos in monte coram domino. Et mortui ſunt
ſeptem hi pariter. Et occiſi fuerūt in diebus
meſſis, in primis diebus, in principio meſſis
10 hordeaceæ. ¶ Et tulit Riſpáh filia Aiáh ſac
cum, & extendit eum ſibi ſuper petrā à prin
cipio meſſis, donec ſtillaret aqua ſuper eos è
cœlo, & non permiſit aues cœli requieſcere
ſuper eos in die, nec beſtiam agri in nocte.
11 ¶ Et nunciatū eſt Dauid quod fecerat Riſ-
12 páh filia Aiáh cōcubina Saúl. ¶ Et abijt Da
uíd, & tulit oſſa Saúl, & oſſa Iehonathán fi-
lij eius à maioribus Iabés Ghilhád, qui fura
ti fuerant ea de platea Bethſán, in qua ſuſpē
derant eos Peliſtím, in die qua percuſſerunt
13 Peliſtím Saúl in Ghilbóah. ¶ Et aſcendere
fecit inde oſſa Saúl, & oſſa Iehonathán filij
14 eius, & collegerunt oſſa affixorum. ¶ Et ſe
pelierunt oſſa Saúl, & Iehonathán filij eius
in terra Biniamin in Seláh ī ſepulchro Chis
patris eius. Et fecerunt omnia quæ præcepe
rat rex, & propitiat' ē deus terræ poſt hæc.
15 ¶ Et fuit adhuc bellum Peliſtinis cū Iſrael,
& deſcendit Dauíd, & ſerui eius cum eo, &
pugnauerunt cum Peliſtinis, & defecit Da-
16 uid. ¶ Et Iſbibenob, qui erat de filijs Hara-
pháh. (Pondus autem ferri haſtæ eius erat
trecentorum ſiclorum pōderis æris, & ipſe
erat accinctus enſe nouo) cogitauit percute
17 re Dauíd. ¶ Et auxiliatus eſt ei Abiſai fi-
lius Seruiáh, & percuſſit Peliſtæum, & in-
terfecit eum. Tunc iurauerunt uiri Dauíd ei

dicendo. Non egredieris ultra nobiſcum in
prælium, ut non extinguas lucernam Iſraël.
18 ¶ Et fuit, poſt hæc fuit adhuc bellũ ĩ Ghob
cum Peliſtim. Tunc percuſſit Sibbechái Chu-
ſathites Saph, qui erat de filijs Haraphâh.
19 ¶ Et fuit adhuc bellum in Ghob cum Pe-
liſtim, & percuſſit Elchanán filius Iahare
Bethhalachmites Gholiáth Ghittæum, & li
gnũ haſtæ ei⁹ erat tanq̃ liciatoriũ texentiũ.
20 ¶ Et fuit adhuc bellum in Gath, & fuit ibi
uir magnæ menſuræ. Digiti autem manuum
eius, & digiti pedum eius ſex, & ſex, uigin-
ti & quattuor numero, & etiam erat natus
21 de Haraphâh. ¶ Et probris affecit Iſraël, &
percuſſit eum Iehonathán, filius Simháh fra
22 tris Dauid. ¶ Quatuor ij nati ſunt ipſi Ha-
raphâh in Ghath, et mortui ſunt per manum
Dauid, & per manũ ſeruorum eius.

Capitulum. 22.

1 LOcutus eſt autem Dauid
domino uerba cantici hu-
ius in die qua liberauit do
minus eum de manu om-
nium inimicorum ſuorũ,
2 & de manu Saul. ¶ Et di
xit. Dominus petra mea, & arx mea, & libe
3 rator me⁹ mihi. ¶ Deus fortitudo mea, ſpe
rabo in eo, ſcutum meum, & cornu ſalutis
meæ, eleuator meus, & refugium meum, ſal
4 uator meus à rapina ſaluũ feciſti me. ¶ Lau
dabilẽ inuocabo dominũ, & ab inimicis meis
5 ſaluus ero. ¶ Circundederunt me contritio
nes mortis, torrentes impij terruerunt me.
6 ¶ Dolores inferi circundederũt me, præue
7 nerunt me laquei mortis. ¶ In tribulatione
mea inuocaui dominũ, & ad deum meũ cla
maui. Et exaudiuit de templo ſuo uocem
8 meã, & clamor meus in aures eius. ¶ Et cõ
mota eſt, & contremuit terra, fundamenta
cœli commota ſunt, & cõmota ſunt, quoniã
9 iratus eſt ei. ¶ Aſcendit fumus in ira eius,
& ignis de ore eius deuorabit, carbones ſuc
10 cenſi ſunt ab eo. ¶ Et inclinauit cœlos, &
11 deſcendit, & caligo ſub pedibus eius. ¶ Et
equitauit ſuper cherub, & uolauit, & appa-
12 ruit ſuper pennas uenti. ¶ Et poſuit tene-
bras in circuitu ſuo tabernacula, colligantiã
13 aquarum nubes cœlorum. ¶ Præ fulgore
in conſpectu ei⁹ ſuccẽſi ſunt carbones ignis.
Tonauit de cœlo dominus, & altiſſimus de-
14 dit uocem ſuam. ¶ Et miſit ſagittas, & di-
ſperſit eos, fulgur & contriuit eos. Et appa
ruerunt effuſiones maris, reuelata ſunt fun-
damenta orbis, propter increpationem do-
15 mini ab inſpiratione ſpiritus iræ eius. ¶ Mi
ſit de ſũmo, aſſũpſit me, traxit me de aquis
16 multis. ¶ Et liberauit me ab inimico meo
forti, ab odio habentibus me, quoniam ro-
17 buſtiores erant me. ¶ Præuenerunt me in
die afflictionis meæ. Et fuit dominus bacu-
18 lus mihi. ¶ Et eduxit ad latitudinem me,
& liberauit me, quoniam complacuit in me.
19 ¶ Retribuet mihi dñs ſecundum iuſtitiam
meam, ſecũdum mũditiã manuũ mearũ red-
20 det mihi. ¶ Quia cuſtodiui uias domini, &
21 non impie egi à deo meo. ¶ Quia omnia iu
dicia eius in conſpectu meo, & ſtatuta eius,
22 non recedam ab eo. ¶ Et ero perfectus ei,
23 & cuſtodiam me ab iniquitate mea. ¶ Et
reſtituet dominus mihi ſecundum iuſtitiam
meam, ſecũdum munditiam meam in cõſpe-
ctu oculorum eius. Cum pio eris pius, cũ ui-
24 ro perfecto perfectus eris. ¶ Cum mundo
mundus eris, & cũ peruerſo peruerſus eris.
25 ¶ Et populum pauperem ſaluum facies, &
oculos tuos pones ſuper excelſos, humilia-
26 bis eos. ¶ Quia tu es lucerna mea domine,
27 & domin⁹ illuminabit tenebras meas. ¶ In
te enim conteram exercitũ, in deo meo trãſi
28 liam murum. ¶ Deus perfecta uia eius, elo
quium domini ſublimatum, ſcutum eſt om-
29 nibus ſperantibus in ſe. ¶ Quoniã quis eſt
deus præter dominum, & quis fortis præter
30 deum noſtrum? ¶ Deus fortitudo mea in
31 exercitu, ſoluit perfectam uiam meã. ¶ Po-
nens pedes meos tãq̃ ceruarũ, & ſup excelſa
32 mea ſtatuet me. ¶ Docens manus meas ad
bellum, & cõtritus eſt arcus æreus brachijs
33 meis. ¶ Et dediſti mihi ſcutũ ſalutis tuæ, &
34 in mãſuetudie tua multiplicaſti me. ¶ Dila
taſti paſſũ meũ ſubter me, & nõ declinauerũt
35 tali mei. ¶ Perſequar inimicos meos, & di
ſpdã eos, & nõ reuertar, donec cõſumã eos.
36 ¶ Et conſumã eos, & pfodiã eos, & nõ ſur-
37 gẽt, & cadẽt ſub pedib⁹ meis. ¶ Et accinxi
ſti me fortitudine ad prælium, incuruaſti in-
38 ſurgentes mihi ſubtus me. ¶ Et inimicos
meos dediſti mihi ceruicem, & odio haben-
39 tes me excidi. ¶ Aſpicient, & non erit ſer-
uator ad dominum & non exaudiuit eos.
40 ¶ Et contundam eos ſicut puluerem terræ,
ſicut lutum platearum cõminuam eos, diſtẽ-
41 dam eos. ¶ Et eruiſti me à contradictionib⁹
populorum. Cuſtodies me in caput gẽtium
42 populus quem non noui ſeruiet mihi. ¶ Fi-
lij alieni mẽtiti ſunt mihi. Ad auditum auris
43 audient mihi. ¶ Filij alieni defluent, & con
44 tremiſcent à clauſuris ſuis. ¶ Viuit domi-

tuus,& benedictus fortitudo mea, & exalte-
45 tur deus fortitudo ſalutis meæ. ¶ Deꝰ dans
uindictas mihi,& deijciens populos ſub me.
46 ¶ Et educẽs me ab inimicis meis, & ab in-
ſurgẽtibus in me eleuabis me,à uiro iniquo
47 liberabis me. ¶ Propterea confitebor tibi
48 in gentibus,& nomini tuo pſallam. ¶ Ma-
gnificans ſalutes regis ſui, & faciens miſeri
cordiam chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius
uſq; in ſæculum.

Capitulum.23.

1 HAec autem ſunt uerba Dauid
nouiſſima. Dixit Dauid filiꝰ
Iſai, & dixit uir qui conſtitu-
tus eſt excelſus,xp̄s dei Iaha-
cób,& dulcis carminibus Iſrl'.
2 ¶ Spiritus domini locutꝰ eſt
per me,& ſermo eius fuit ſuper lingua mea.
3 ¶ Dixit deus Iſraël mihi. Locutus eſt for-
tis Iſraël.Dominator in hominibꝰ iuſtus do-
4 minator timoris dei. ¶ Et ſicut lux matu-
tina orietur ſol,mane abſq; nubibus à ſplen
5 dore,& à pluuia hærba de terra. ¶ Non eñ
ſic domus mea cum deo, quia pactum æter-
num poſuit mihi diſpoſitum in omnibus,&
cuſtoditum. Cuncta eñ ſalus mea, & omnis
6 uoluntas, quia non germinare faciet. ¶ Im
pij aũt tanq; ſpinæ mouentur uniuerſi, quia
7 non manu capiẽt. ¶ Et uir qui tetigerit eas
replebitur ferro,& ligno lanceæ, & igne cõ
8 burendo comburẽtur in habitaculo. ¶ Iſta
ſunt nomina fortiũ qui erant ipſi Dauid. Se
dens in cathedra ſapiens caput magnorum.
ipſe Hadinó Heſnita qui occidit octingẽtos
9 uiros uice una. ¶ Et poſt cũ Elhazár filiꝰ Do
dó filij Achochí inter tres fortes cũ Dauid,
quando in Peliſteos qui cõgregati erãt illic
10 in prælium,& aſcenderunt uiri Iſraël. ¶ Ipſe
ſurrexit et pcuſſit Peliſtím,donec deficeret
manus eius,& adhæreret manus eiꝰ gladio.
Et fecit dominus ſalutẽ magnam in die illa,
& ppl's reuerſus eſt poſt eum tm̃ ad ſpolian-
11 dum. ¶ Et poſt cum Sammá filius Aghé Ha
rarites.Et cógregati ſũt Peliſtim in uilla, &
erat ibi poſſeſſio cãpi plena lẽtis,& ppl's fu-
12 gerat à facie Peliſtim. ¶ Et ſtetit in medio
poſſeſſiõis,& liberauit eũ,& percuſſit Peli-
13 ſtim,fecitq; dñs ſalutem magnã. ¶ Et deſcẽ
derũt tres ex triginta principibꝰ,et uenerũt
in meſſe ad Dauid ad ſpeluncã Hadullám,et
caſtra Peliſtím caſtrametata erãt in ualle Re
14 phaim. ¶ Dauid aũt tunc erat in p̄ſidio,&
præſides Peliſtim,tũc erant in Bethléchem.
15 ¶ Et deſiderauit Dauid,& ait. Vtinã q̄ſpiã
propinaret mihi aquã de ciſterna Bethléchẽ
16 quæ eſt in porta. ¶ Et irruperũt tres fortes
in caſtra Peliſtim,& hauſerũt aquã de ciſter
na Bethléchem,q̃ erat in porta, & portaue-
rũt,& attulerũt ad Dauid,& noluit bibere
17 eã ſed libauit eã dño. ¶ Et dixit.Abſit mihi
dñe,ut faciã hoc.Nũ bibã ſanguinẽ uirorum
qui abierũt cõtra aĩas ſuas?Et noluit bibere
18 eam. Hæc fecerũt tres fortes. ¶ Abiſai aũt
frater Ioáb filius Seruiah erat princeps triũ
& ipſe ſuſcitauit lanceã ſuã contra trecẽtos
quos occidit. Et ei erat nomen inter tres.
19 ¶ Tribus nõne glorioſior erat? Et erat eis
20 princeps,ſed uſq; ad tres nõ peruenit. ¶ Et
Benaiáhu filius Iehoiadáh,filius uiri fortis,
magnus operibꝰ,de Cabſeel. Ipſe percuſſit
duos fortes ut leones Moáb, & ip̄e deſcẽdit
& pcuſſit leonẽ in medio ciſternæ in die ni-
21 uis. ¶ Et ipſe percuſſit uirũ Aegyptiũ uirũ
aſpectus,& in manu Aegyptij erat lãcea,&
deſcendit ad eũ in uirga,& rapuit lanceã de
manu Aegyptij, & interfecit eum lãcea ſua.
22 ¶ Hæc fecit Benaiáh filius Iehoiadáh,& ei
erat nomẽ inter tres fortes,ip̄is triginta glo
rioſior,ſed ad tres nõ peruenit. ¶ Et poſuit
23 eũ Dauid ad auditum ſuũ. ¶ Haſahél frater
Ioáb inter triginta. Elchanan filiꝰ Dodo de
24 Bethléchem. ¶ Sammá Charodites, Elicá
25 Charadites. ¶ Chelés Paltites, Hira filius
26 Hicchés Tecohites. ¶ Abihézer Hannetho-
27 thites,Mebunnái Chuſathites. ¶ Salmón
Achochites, Maharái Nethophathites.
28 ¶ Chêled filius Bahanáh Nethophathites,
Itthái filius Ribái de Ghibháth filiorũ Bin-
29 iamin. ¶ Benaiáhu Pirhathonites, Hiddái
30 de torrente Ghahas. ¶ Abihalbón Harba-
31 thites,Hazmáueth Barchumites. ¶ Eliach-
32 bá Sahalbonites,filij Iaſén Iehonathã ¶ Sã
máh Hararites,Achiám filiꝰ Sarár Ararites.
33 ¶ Eliphéleth filiꝰ Achaſbái filiꝰ Mahacha-
thi, Elihám filius Achithophél Ghilonites.
34 ¶ Cheſrái Charmelites, Paharai Arbites.
35 ¶ Ighál filius Nathán de Sobáh, Bani Ga-
36 dites. ¶ Sélec Hãmonites,Naharái Beero
37 thites armiger Ioab filij Seruiáh. ¶ Hirá
38 Ithrites,Gharéb Ithrites. ¶ Vriáh Chittæꝰ
Omnes triginta,& ſeptem.

Capitulum.24.

1 ET addidit furor domini ira-
ſci contra Iſraël, & cõcitauit
Dauid in eis dicendo. Vade,
numera Iſraël, & Iehudáh.
2 ¶ Dixitq; rex ad Ioáb prin
cipem exercitus qui erat ſe-
cum. Diſcurre obſecro per oẽs tribus Iſraël
à Dan uſq; Beerſébah,& numerate populũ,

3 ut ſciam numerũ populi. ¶ Dixitq́ꝫ Ioáb ad
regẽ. Addat dñs de⁹ tuus pplo ſicut ſunt, &
ſicut ſunt centũ uicibus, et oculi domini mei
regis uideãt. Sed dñs meus rex, ut quid uult
4 hoc? ¶ Præualuit autẽ uerbum regis ſuper
Ioab, & ſup principes exercitus. Egreſſuſq́ꝫ
eſt Ioab, & principes exercitus à facie regis
5 ut numerarent populum Iſraél. ¶ Et trãſie-
runt Iardén, & caſtrametati ſunt in Harohér
ad dexterã urbis quæ eſt in medio torrentis
6 Ghád, & ad Iahazér. ¶ Et uenerũt in Ghil-
hád, & in terram Tachtím Chodſi, & uene-
7 runt in Dan Iahán, & circa Sidón. ¶ Et ue-
nerunt ad munitionem Tyri, & omẽs urbes
Chiunæi, & Chenahanæi, & egreſſi ſunt ad
8 meridiem Iehudah in Beerſébah. ¶ Et cir-
cuierunt omnem terram, & uenerunt in fine
nouem menſium, & uiginti dierum in Ieru-
9 ſaláim. ¶ Deditq́ꝫ Ioáb numerũ numeratio
nis populi regi. Et fuit Iſraél octingenta mi
lia uirorũ fortium euaginantium gladium,
& uiri Iehudáh quingenta milia uirorum.
10 ¶ Percuſſit autẽ cor Dauid eum, poſtq́ꝫ nu
11 merauit populum. ¶ Dixitq́ꝫ Dauid ad do
minũ. Peccaui ualde in eo quod feci. Et nunc
domine fac tranſire quæſo iniquitatem ſerui
12 tui, quia ſtulte egi ualde. ¶ Et ſurrexit Da-
uid mane, & uerbũ domini fuit ad Ghad pro
13 phetam uidentem Dauid dicendo. ¶ Vade
& loquere ad Dauíd. Sic dixit dominus.
Tria offero tibi. Elige tibi unum ex his, & fa
14 ciam tibi. ¶ Et uenit Ghad ad Dauid, & nũ
ciauitq́ꝫ ei. Dixitq́ꝫ illi. Num uis ut ueniant tibi
ſeptem anni famis in terra tua, aut trib⁹ men
ſibus fugere coram hoſtibus tuis, & ipſe ho
ſtis perſequatur te, aut q́ꝫ ſit tribus dieb⁹ pe
ſtis in terra tua? Nũc cognoſce, & uide qua-
15 le reſpondeam mittenti me uerbum. ¶ Di-
xitq́ꝫ Dauid ad Ghád. Anguſtijs afficior ual
de. Incidamus obſecro in manum domini,
quia multæ miſerationes eius, & in manum
16 hominum ne incidam. ¶ Et dedit dominus
peſtem in Iſraél à mane uſq́ꝫ ad tempus con-
ſtitutũ, & mortui ſunt de populo à Dan uſq́ꝫ
ad Beerſébah ſeptuaginta milia uirorum.
17 ¶ Et miſit manum ſuam angelus ad Ieruſa-
laím ut diſperderet eam, & pœnituit domi-
nũ ſuper malo. Dixitq́ꝫ angelo diſperdẽti po
pulum. Sufficit nunc. Quieſcere fac manum
tuam. Angelus aũt domini erat iuxta aream
18 Araunáh Iebuſæi. ¶ Dixitq́ꝫ Dauid ad do
minum cum uidiſſet angelum cædentem po
pulum, & dixit. Ecce ego peccaui, & ego
inique egi. Iſti autẽ qui oues ſunt, quid fece
runt? Veniat obſecro manus tua contra me,
19 & contra domum patris mei. ¶ Venit au-
tem Ghad ad Dauid in die illa, & dixit ei.
Aſcende, erige domino altare in area Arau-
20 náh Iebuſæi. ¶ Et aſcendit Dauid iuxta uer
bum Ghád quẽadmodum præceperat domi
21 nus. ¶ Et reſpexit Araunah, & uidit regem
& ſeruos eius tranſeuntes ad ſe, & egreſſus
eſt Araunáh, & incuruauit ſe regi ſuper fa-
22 ciem ſuam ſuper terram. ¶ Dixitq́ꝫ Arau-
náh. Cur uenit dominus meus rex ad ſeruũ
ſuum? Dixitq́ꝫ Dauid. Vt emam à te aream,
ut ædificem altare domino, & reſtringatur
23 plaga à populo. ¶ Dixitq́ꝫ Araunáh ad Da
uíd. Accipiat, & offerat dominus meus rex
quod bonum eſt in oculis ſuis. Vide boues
pro holocauſto, & plauſtra, & inſtrumenta
24 boum pro lignis. ¶ Omnia dedit Araunáh
regi. Dixitq́ꝫ Araunáh ad regem. Dominus
25 deus tuus cõplaceat tibi. ¶ Dixitq́ꝫ rex ad
Araunáh. Nequaq́ꝫ, ſed emendo emam eam.
Emam à te precio, & non offeram domino
domino meo holocauſta gratis. Et emit Da-
uid aream, & boues argento Sechelím quin
26 quaginta. ¶ Et ædificauit Dauid ibi altare
domino, & obtulit holocauſta, & pacifica.
Et propitiatus eſt dominus terræ, & reſtri-
cta eſt plaga ab Iſraél.

¶ Liber ſecũdus Semuelis explicit.

¶ INCIPIT LIBER PRIMVS MELA-CHIM. I. REGVM. QVI APVD NOS DICITVR TERTIVS LIBER REGVM INTERPRETE EODEM SANCTE PA GNINO LVCENSI.

Capitulum. I.

1 REx autẽ Dauid
ſenuerat, uene-
rat ĩ dies, & ope
riebant eũ ueſti
bus, & non erat
2 calor ei. ¶ Di
xerunt ei ſerui
ei⁹. Quærãt do
mino meo regi
puellam uirgi-
nẽ, & ſtet corã
rege & eum foueat, & dormiat in ſinu tuo,
3 & calefaciat dominum meum regem. ¶ Et
quæſierũt puellam pulchrã in omni termino
Iſraél, & inuenerũt Abiſágh Sunamitem, et
4 adduxerũt eã ad regem. ¶ Puella aũt erat
pulchra ualde, & regẽ fouebat, & miniſtra-
5 bat ei. Rex aũt nõ cognouit eã. ¶ Adoniiáh
aũt filius Chagíth eleuabatur dicendo. Ego
regnabo. Et fecit ſibi currus & equites, &
6 quinquaginta uiros currẽtes ante ſe. ¶ Et

neu dolore affecit eum pater ſuus à diebus
eius dicendo Cur ſic feciſti: Et etiam iſte de
corus erat forma ualde, & ipſum pepererat
7 Mahacháh poſt Abſalóm ¶ Et fuerunt uer
ba eius cum Ioáb filio Serujáh, & cum Ebia
thar ſacerdote, & adiuuabant Adonijah. Sa
doc uero ſacerdos, & Benaiáhu filius Ieho-
iadáh, & Nathã propheta, & Simhi, & Rehi
& fortes qui erant Dauidi, nõ erant cũ Ado
8 nijahu. ¶ Et immolauit Adonijahu oues, &
boues, & pingua iuxta lapidem Zochéleth,
quí erat apud fontem Roghél, & inuitauit
omnes fratres ſuos filios regis, & oẽs uiros
9 Iehudah ſeruos regis. ¶ Et Nathan prophe
tam, & Benaiahu, & fortes, & Selomóh fra
10 trem ſuum non inuitauit. ¶ Dixitq́ Nathã
ad Bathſebah matrem Selomóh dicẽdo. Nõ
ne audis ꝙ regnet Adonijahu fili⁹ Chagith,
11 & dñs noſter Dauid neſciuit. ¶ Et nunc ue
ni, cõſulam tibi obſecro conſilium, & erue
12 aĩam tuam, & aĩam filij tui Selomóh ¶ Va-
de, & ingredere ad regem Dauid, & dices ei
Nonne tu nunc mí rex iuraſti ancillæ tuæ di
cẽdo, Selomóh filius tuus regnatur⁹ eſt poſt
me, & ipſe ſedebit ſup ſolium meũ? Et cur re
13 gnauit Adonijáhu. ¶ Ecce adhuc te loquen
te ibi cum rege, ueniã poſt te, & complebo
14 ſermones tuos. ¶ Et ingreſſa eſt Bathſébah
ad regem in cubiculũ. Rex aũt ſenuerat ual-
de, & Abiſágh Sunamitis miniſtrabat regi.
15 ¶ Et inclinauit ſe Bathſébah, & incuruauit
16 ſe regi. Dixitq́ rex. Quid eſt tibi? ¶ Dixit-
q́ ei. Domine mí, tu iuraſti per dñm deũ tuũ
ancillæ tuæ Selomóh filius tu⁹ regnabit poſt
me, & ipſe ſedebit ſuper ſolium meũ. ¶ Et
17 nunc ecce Adonijáh regnauit. Et nunc domí
18 ne mi rex neſciſti. ¶ Et immolauit boues, &
pingua, & pecudes in multitudinem, & inui
tauit oẽs filios regis, Ebiathar ſacerdotẽ, &
Ioáb principem exercitus. Selomóh aũt ſer-
19 uum tuum non inuitauit. ¶ Et tu noſti dñe
mi rex ꝙ oculi oĩs Iſraél ſuper te ſunt, ut in-
dices eis, quis ſeſſurus ſit ſuper ſolium dñi
20 mei regis poſt eum. ¶ Et erit, cum dormie
rit dñs meus rex cum patribus ſuis, ero ego
21 & filius meus Selomóh peccatores. ¶ Et ec
ce adhuc ea loquente cum rege Nathan pro
22 pheta uenit. ¶ Et nunciauerunt regi dicen-
do. Ecce Nathan propheta: Et introiuit ante
regem, & incuruauit ſe ſuper faciem ſuam
23 ſuper terram. ¶ Dixitq́ Nathán. Domine
mi rex, tu ne dixiſti Adõnijáhu regnabit poſt
24 me, & ipſe ſedebit ſuper ſolio meo? ¶ De-
ſcendit enim hodie, & immolauit boues, &
pinguia, & pecudes in multitudinem, inui-
tauitq́ omnes filios regis, & principes exer
citus, & Ebiathár ſacerdotem. Et ecce ipſi
comedunt, & bibunt coram eo, atq́ dixerũt
25 Viuat rex Adonijáhu. ¶ Me autem qui ſum
ſeruus tuus, & Sadóc ſacerdotem, & Be-
naiahu filium Iehoiadah, & Selomóh ſeruũ
26 tuum non inuitauit. ¶ Num à domino meo
rege factum eſt uerbum hoc, & non ſcire fe
ciſti ſeruos tuos quis ſeſſurus eſſet ſuper ſo
27 lium domini mei regis poſt ſe? ¶ Et reſpon-
dit rex Dauid, & dixit. Vocate ad me Bath-
ſébah. Et ingreſſa eſt ante regem, & ſtetit co
28 ram rege. ¶ Et iurauit rex, & dixit. Viuit
dominus qui redemit animam meam de om
29 ni anguſtia. ¶ Quia quemadmodum iuraui
tibi per dominum deum Iſraél dicendo ꝙ ſi
filius tuus Selomóh regnabit poſt me, & ipſe
ſedebit ſuper ſolium meũ pro me, ſic faciam
30 die hac. ¶ Et inclinauit ſe Bathſébah ſuper
faciem ſuper terrã, & incuruauit ſe regi, &
dixit. Viuat dñs meus rex Dauid in æternũ.
31 ¶ Dixit aũt rex Dauid. Vocate ad me Sa-
dóc ſacerdotẽ, & Nathan prophetã, & Bena
iáhu filiũ Iehoiadáh. Et ingreſſi ſunt añ regẽ
32 ¶ Dixitq́ rex eis. Tollite nobiſcum ſeruos
dñi uṝi, & equitare facite Selomóh filiũ meũ
ſup mulã ꝗ eſt mihi, & deſcẽdere facietis eũ
33 in Ghichón. ¶ Et unget eum ibi Sadoc ſa-
cerdos, & Nathã propheta regẽ ſuper Iſraél
& clangetis buccina, atq́ dicetis. Viuat rex
34 Selomóh, ¶ Et aſcendetis poſt eũ, & ueniet
& ſedebit ſup ſolium meũ, & regnabit ꝓ me
& ipſi præcipiã ut ſit dux ſup Iſraél, & ſuper
35 Iehudáh. ¶ Reſpondit aũt Benaiáhu filius
Iehoiáda ad regem, & dixit Amen: Sic dicat
36 domin⁹ deus domini mei regis. ¶ Quemad
modum fuit dominus cum domino meo re-
ge, ita ſit cum Selomóh, & magnificet ſoliũ
eius, pluſq́ ſolium domini mei regis Dauid.
37 ¶ Et deſcendit Sadóc ſacerdos, & Natháu
propheta, & Banaiáhu filius Iehoiadáh, &
Cherethi, & Pelethi, & equitare fecerunt
Selomóh ſuper mulam regis Dauid, & ire
38 fecerunt eum in Ghichón. ¶ Tulitq́ Sa-
dóc ſacerdos cornu olei de tabernaculo,
& unxit Selomóh. Et clanxerunt buccina,
dixeruntq́, omnis populus. Viuat rex Se-
39 lomóh. ¶ Et aſcenderunt omnis popu-
lus poſt eum. Et populus canebat tibijs,
& lætabatur lætitia magna. Et ſcindeba-
40 tur terra à uoce eorum. ¶ Audiuit autem
Adonijahu, & omnes inuitati qui erãt ſecũ,
ipſi autem finierant comedere. Et audiuit
Ioáb ſonitum buccinæ, & dixit. Cur uox ci-
41 uitatis tumultuãtis? ¶ Adhuc eo loquente

Ecce Iehonathán filius Ebiathár ſacerdotis ue
nit. Dixitqꝫ Adoniáhu. Ingredere, quia uir for
42 tis es & bonum nunciabis. ¶ Reſponditqꝫ Ie-
honathán, & dixit ad Adoniáhu. Profecto do
minus noſter rex Dauíd regnare fecit Selo-
43 móh. ¶ Et miſit ſecum rex Sadóch ſacerdotē
& Nathán prophetam, & Benaiáhu filium Ie-
hoiadáh, & Cherethí, & Pelethí, & equitare
44 fecerunt eū ſuper mulā regiā. ¶ Et unxerunt
eum Sadóc ſacerdos, & Nathan propheta in
regem in Ghichón. Et aſcenderunt inde lætan
tes, & tumultuauit ciuitas. Hic eſt ſonitus quē
45 audiſtis. ¶ Et etiam ſedit Selomóh ſuper ſo-
46 lium regni. ¶ Et etiam uenerunt ſerui regis
ad benedicendum domino noſtro regi Dauíd
dicēdo. Benefaciat deus nomini Selomóh ma
gis ꝙ nomini tuo, & magnificet ſoliū eius ma-
gis ꝙ ſolium tuū. Et incuruauit ſe rex ſuper le-
47 ctum. ¶ Et etiam ſic dixit rex. Benedictus do
minus deus Iſraél qui dedit hodie ſedentem ſu
48 per thronum meum, & oculi mei uidēt. ¶ Et
territi ſunt, & ſurrexere omnes inuitati ꝗ erāt
cum Adoniahu, & abierunt uniuſquiſqꝫ in uiā
49 ſuam. ¶ Adoniáhu autem timens à facie Se-
lomóh, ſurrexit, & abiit, & tenuit cornua alta
50 ris. ¶ Et nunciatū eſt Selomóh dicendo. Ecce
Adoniáhu timens regem Selomóh, appræ-
hendit cornu altaris dicēdo. Iuret mihi hac die
rex Selomóh ꝙ nō īterficiet ſeruū ſuū gladio.
51 ¶ Dixitqꝫ Selomóh. Si fuerit fili⁹ uirtuoſus,
nō cadet de capillis ei⁹ ſup terrā. Si uero malū
52 inuentum fuerit in eo, morietur. ¶ Et miſit
rex Selomóh, & deſcendere fecerunt eum ab
altari, & uenit, & incuruauit ſe regi Selomóh.
Dixitqꝫ Selomóh. Vade in domū tuam.

Capitulum. 2.

1 APpropinquauerunt autem dies
Dauíd, ut moreretꝰ. Præcepitqꝫ
Selomóh filio ſuo dicendo.
2 ¶ Ego uado per uiā omnis ter
3 ræ. Cōforta te, & eſto uir. ¶ Et
cuſtodi cuſtodiā domini dei tui,
ut ambules in uiis ei⁹, ut cuſtodias decreta ei⁹,
& præcepta eius, & iudicia eius, & teſtimonia
eius ſicut ſcriptum eſt in lege Moſéh, ut ſecun-
des omnia quæ feceris, et omnia ad quæ te uer
4 teris. ¶ Vt confirmet dominus uerbum ſuū,
quod locutus eſt mihi dicendo. Si cuſtodierint
filii tui uiam ſuam, & ambulauerint coram me
in ueritate, in toto corde ſuo, & in tota anima
ſua dicēdo: Non abſcidetur tibi uir de ſolio Iſ-
5 raél. ¶ Et etiam noſti quæ fecerit mihi Ioab
filius Seruiáh, & quæ fecerit duobus princi-
pibus exercituum Iſraél, Abnér filio Nér, &
Hamaſá filio Iéther, quos occidit, et poſuit ſan
guines belli in pace, & dedit ſanguines belli in
balthео ſuo qui erat in lumbis ſuis, & in calcia
6 mento ſuo, quod erat in pedibus ſuis. ¶ Fa-
cieſqꝫ iuxta ſapientiam tuam, & non deſcende
re facies caniciem eius pacifice ad ſepulchrū.
7 ¶ Filiis aūt Barzillái Ghilhaditæ facies miſe
ricordiam, & erunt inter conuiuas menſæ tuæ
quia ſic acceſſerunt ad me dum fugerem à fa-
8 cie Abſalóm fratris tui. ¶ Et ecce tecum eſt
Simhi filius Gherá filii Ieminí de Bachurim
qui maledixit mihi maledictiōe uehementi in
die qua pergebam ad Machanáim & ipſe deſcē
dit in occurſum meum ad Iardén, & iuraui ei
per dominum, dicēdo. Non mori faciam te gla
9 dio. ¶ Et nunc ne innocentem dimittas, quia
uir ſapiens es, & noſti quę facias ei, & deſcen
dere facies caniciem eius cum ſanguine ad ſe-
10 pulchrum. ¶ Et dormiuit Dauid cum patri-
bus ſuis, & ſepultus ē in ciuitate Dauid. Dies
autem quibus regnauit ſuper Iſraél fuerūt qua
draginta anni. In Chebron regnauit ſeptem
annis, & Ieruſaláim regnauit triginta, & trib⁹
11 annis. ¶ Selomóh autem ſedit ſuper ſolium
Dauid patris ſui, & firmatum eſt regnum eius
12 ualde. ¶ Venit autem Adoniáhu filius Cha-
gith ad Bathſébah matrem Selomóh. Et dixit
Bathſébah. Num pacificus eſt ingreſſus tuus?
13 Dixitqꝫ. Pacificus. ¶ Et ait. Verbum mihi
14 eſt ad te. Et dixit. Loquere. ¶ Et dixit. Tu no-
ſti quia meum erat regnum, & ſuper me po-
ſuerunt omnis Iſraél facies ſuas, ut regnarem.
Et uerſum eſt regnum, & fuit fratri meo. A do
15 mino enim fuerat ei. ¶ Et nunc petitionem
unam poſtulo à te. Ne auertere facias faciem
16 meam. Et dixit ad eum. Loquere. ¶ Et dixit.
Dic obſecro Selomóh regi. (Non enim auer-
tere faciet faciem tuam) ut det mihi Abiſagh
17 Sunamitē uxorem. ¶ Dixitqꝫ Bathſébah.
18 Bene ego loquar pro te ad regem. ¶ Et uenit
Bathſébah ad regem Selomóh, ut loqueretur
ei pro Adoniáhu. Et ſurrexit rex in occurſum
eius, & incuruauit ſe ei, & ſedit ſuper ſolium
ſuum, & poſuit ſolium matri regis, & ſedit ad
19 dexteram eius. ¶ Et ait. Petitione unam par-
uam ego peto à te, ne auertere facias faciem
meam. Dixitqꝫ ei rex. Pete mater mea. Non
20 enim auertere faciam faciem tuam. ¶ Et ait.
Detur Abiſágh Sunamitis Adoniáhu fratri
21 tuo uxor. ¶ Et reſpondit rex Selomóh &
dixit matri ſuæ. Et quare tu poſtulas Abiſagh
Sunamitē, pro Adoniáhu? Pete pro eo re-
gnum. Ipſe enim frater meus maior me eſt, &
ei eſt Abiathár ſacerdos, & Ioab fili⁹ Seruiáh.

22 ¶ Et iurauit rex Selomóh per dominum di-
cendo. Sic faciat mihi deus, & ſic addat, quia
contra animã ſuam locutus eſt Adoniiáhu uer
23 bum hoc. ¶ Et nunc uiuit dominus qui firma
uit me, & ſedere fecit me ſuper thronum Da-
uid patris mei, & qui fecit mihi domum, ſicut
locutus eſt, quia hodíe morietur Adoniiáhu.
24 ¶ Et miſit rex Selomóh per manum Benaiá-
hu filij Iehoiadáh, & interfecit eũ, & mortuus
25 eſt. ¶ Et ad Ebiathár ſacerdotem dixit rex. In
Hanathóh uade ad agrum tuũ, quia uir obno
xius morti es, & in die hac non interficiam te,
quia portaſti arcam domini dei ante Dauid pa
trem meũ, & quia afflictus fuiſti in omnibus in
26 quibus afflictus fuit pater meus. ¶ Et eiecit
Selomóh Ebiathár, ne eſſet ſacerdos domini,
ut impleretur uerbũ domini quod locutus fue
27 rat ſuper domum Helí in Siloh. ¶ Et fama ue
nit uſq; ad Ioáb, quia Ioáb declinauerat poſt
Adoniiáhu, & poſt Abſalóm non declinaue-
rat. Et fugit Ioáb ad tabernaculum domini, &
28 apprehendit cornua altaris. ¶ Et nunciatum
eſt regi Selomóh quod fugiſſet Ioáb ad taber
naculum domini, & ecce eſt apud altare. Mi-
ſitq; Selomóh Benaiáhu filium Iehoiadáh di-
29 cendo. Vade interfice eum. ¶ Et uenit Bena-
iáhu ad tabernaculum domini, dixitq; ad eũ.
Sic dixit rex. Egredere. Et dixit. Nequaq̃, ſed
hic moriar. Et retulit Benaiáhu regi uerbum
dicẽdo. Sic locut⁹ eſt Ioáb, & ſic reſpondit mi
30 hi. ¶ Dixitq; ei rex. Fac ſicut locut⁹ eſt, & in-
terfice eum, & ſepelies eum Et remouebis ſan
guines gratis quos effudit Ioáb à me, & à do-
31 mo patris mei. ¶ Et reddet dominus ſangui-
nem eius ſuper caput eius, quia aggreſſus eſt
duos uiros iuſtiores, & meliores ſe, et occidit
eos gladio, & pr̃ meus Dauid neſciuit Abnér
uidelicet filium Ner principem exercitus Iſrl',
& Hamaſá filiũ Iéther principẽ militiæ Iehu-
32 dáh. ¶ Et reuertẽt ſanguines eorum in ca-
put Ioáb, & in caput ſeminis eius in æternum.
Dauid autem & ſemini eius, & domui eius, &
throno eius ſit pax uſq; in ſæculum à domino.
33 ¶ Et aſcendit Benaiáhu filius Iehoiadáh, &
aggreſſus eſt eum, & interfecit eũ. Sepultuſq;
34 eſt in domo ſua in deſerto. ¶ Et poſuit rex Be
naiáhu filium Iehoiadáh pro eo ſuper exerci-
tum, & Sadóc ſacerdotem poſuit rex pro
35 Ebiathár. ¶ Et miſit rex, & uocauit Simhi.
Dixitq; ei. Aedifica tibi domum in Ieruſaláim
& habitabis ibi, & nõ egredieris in die huc, et
36 illuc. ¶ Et erit in die qua egreſſus fueris, &
tranſieris torrentem Chidrón, ſciendo ſcias ꝙ
moriẽdo morieris. Sanguis tuus erit in caput
37 tuum. ¶ Dixitq; Simhí ad regẽ. Bonum eſt
uerbum. Sicut locutus eſt dominus meus rex,
ſic faciet ſeruus tuus. Et manſit Simhi in Ieru-
38 ſaláim diebus multis. ¶ Et fuit, in fine trium
annorum fugerunt duo ſerui Simhí ad Achís
filium Mahacháh regem Ghath, & nunciaue-
rũt Simhí dicẽdo. Ecce ſerui tui ſũt in Ghath.
39 ¶ Et ſurrexit Simhí, & ſtrauit aſinum ſuum,
& abijt in Ghath ad Achis, ut quæreret ſeruos
ſuos. Et abijt Simhi, & adduxit ſeruos ſuos de
40 Ghath. ¶ Nunciatum eſt autem Selomóh ꝙ
iuiſſet Simhí de Ieruſaláim in Ghath, & reuer
41 ſus eſſet. ¶ Et miſit rex, & uocauit Simhí, di-
xitq; ad eum. Nõne iuraui tibi per dominum,
& teſtificat⁹ ſum tibi dicendo, in die qua egreſ
ſus fueris, & abieris huc, & illuc, ſciendo ſcias
quod moriendo morieris, et dixiſti mihi bonũ
42 eſt uerbum quod audiui? ¶ Et quare non cu
ſtodiſti iuſiurãdum domini, et præceptum qđ
43 præcepi tibi? ¶ Dixitq; rex ad Simhi. Tu no
ſti omne malum, quod nouit cor tuum, quod
feciſti Dauid patri meo. Reddidit autem domi
44 nus malum tuũ in caput tuum. ¶ Et rex Selo
móh benedictus, & thronus Dauid ſit ſtabilis
45 coram domino uſq; in ſæculum. ¶ Et præce-
pit rex Benaiáhu filio Iehoiadáh, & egreſſus
eſt, & interfecit eum, & mortuus eſt. Et regnũ
confirmatũ eſt in manu Selomóh.

Capitulum. 3.

1 ET affinitate cõiũct⁹ eſt Parhóh
regi Aegypti & accæpit filiam
Parhóh, & adduxit eam in ciui
tatem Dauid, donec finiret ædi
ficare domũ ſuam, & domũ do
mini & murum Ieruſaláim per
2 circuitum. ¶ Attamen populus immolabat in
excelſis, quia non erat ædificata domus nomi
3 ni domini uſq; ad díes illos. ¶ Dilexit aũt Se
lomóh dominum ambulando in præceptis Da
uid pr̃is ſui, tm̃ ĩ excelſis immolabat, & ſuffie
4 bat. ¶ Et iuit rex in Ghibhón, ut immolaret
ibi, quia ipſum erat excelſum magnum. Mille
holocauſta obtulit Selomóh ſuper altare illud.
5 ¶ In Ghibhón uiſus eſt dominus Selomóh
in ſomnis noctis. Dixitq; deus. Poſtula quicqd
6 uis, & dabo tibi. ¶ Dixitq; Selomóh. Tu fe-
ciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſeri-
cordiam magnam, ſicut ambulauit coram te in
ueritate, & in iuſtitia, & in rectitudine cordis
tecum, & cuſtodiſti miſericordiam magnam
iſtam, & dediſti ei filium ſedentem ſuper thro
7 num eius ſecundum diem hanc. ¶ Et nunc do
mine deus tu regnare feciſti me ſeruum tuum
pro Dauid patre meo. Ego autẽ ſum puer par-

8 nus, non ſcio egredi, & ingredi. ¶ Et ſeruus
tuus eſt in medio populi tui, quem elegiſti, po
puli multi, qui non numerabitur nec ſupputa-
9 bitur præ multitudine. ¶ Dabiſq; ſeruo tuo
cor intelligens ut iudicet populũ tuum, ut di-
ſcernat inter bonum & malum. Quis enim po
terit iudicare populum tuum grauem iſtum?
10 ¶ Et placuit uerbum in oculis domini qđ po
11 ſtulauerit Selomóh hoc. ¶ Dixitq; deus ad
eum. Pro eo q̃ poſtulaſti hoc, et non poſtulaſti
tibi dies multos, nec poſtulaſti tibi diuitias, neq;
poſtulaſti animã inimicorum tuorum, ſed po-
ſtulaſti tibi intelligentiam ad audiendum iudi
12 cium. ¶ Ecce feci iuxta uerba tua, ecce dedi ti
bi cor ſapiens, & intelligens ut ſimilis tibi non
fuerit ante te nec poſt te ſurrecturus ſit ſimilis
13 tibi. ¶ Et etiam quod nõ poſtulaſti dedi tibi,
etiam diuitias, etiam gloriam ut nõ fuerit ſimi-
lis tibi quiſq; inter reges omnibus diebus tuis.
14 ¶ Et ſi ambulaueris in uijs meis, ut cuſtodias
decreta mea, et præcepta mea, ſicut ambulauit
Dauíd pater tuus, longos faciam dies tuos.
15 ¶ Et euigilauit Selomóh, & ecce ſomnium.
Et uenit in Ieruſaláim, & ſtetit corã arca fœde
ris dominí, & obtulit holocauſta, feciteq; paci-
fica, & fecit conuiuium uniuerſis famulis ſuis.
16 ¶ Tunc uenerũt duæ mulieres meretrices ad
17 regem, & ſteterunt coram eo. ¶ Dixitq; mu
lier una. Obſecro domine mi. Ego & mulier iſta
habitabamus in domo una, & peperi apud eã
18 in domo. ¶ Et fuit, die tertia qua peperi, pe-
perit etiam mulier hæc, & eramus pariter. Nõ
erat alienus nobiſcũ in domo præter nos duas
19 in domo. ¶ Mortuus eſt autem filius mulieris
20 huius nocte, quia dormiebat ſuper eũ. ¶ Et
ſurrexit media nocte, & tulit filium meum qui
erat apud me. (Ancilla aũt tua dormiebat,) &
21 requieſcere fecit eum in ſinu ſuo. ¶ Et ſurre-
xi mane, ut darem lac filio meo, & ecce mor-
tuus erat. Et conſideraui eum mane, & ecce nõ
22 erat filius meus, quem pepereram. ¶ Dixitq;
mulier altera. Nequaq̃, ſed filius meus uiuit, et
filius tuus mortuus eſt. Hæc aũt dicebat. Non,
ſed filius tuus mortuus eſt, & filius meus ui-
23 uit. Et loquebantur coram rege. ¶ Dixitq;
rex. Hæc dicit. Hic eſt filius meus qui uiuit, &
filius tuus mortuus. Et hæc dicit. Nequaq̃, ſed
24 fili⁹ tu⁹ mortu⁹ eſt, & fili⁹ me⁹ uiu⁹. ¶ Dixitq;
rex.. Afferte gladium. Et attulerunt gladium
25 coram rege. ¶ Dixitq; rex. Diuidite infan-
tem uiuum in duas partes, & date dimidium
26 uni, & dimidium alteri. ¶ Dixitq; mulier cu-
ius filius uiuus erat ad regem. (Cõmota enim
ſunt uiſcera eius ſuper filio ſuo) & dixit. Obſe
cro domine mi, date ei infantem uiuum, & in-
terficiendo ne interficiatis eum. Illa autem di-
cebat. Etiam mihi, etiam tibi non ſit, diuidite.
27 ¶ Et reſpõdit rex, & dixit. Date ei infantẽ
uiuum, & interficiendo non interficietis eum.
28 Hæc eſt mater eius. ¶ Et audierũt om̃is Iſrael
iudicium quod iudicauit rex, & timuerũt à fa-
cie regis, quia uiderunt q̃ ſapientia dei eſſet in
corde eius ad faciendum iudicium.

Capitulum.4.

1 ET fuit rex Selomóh, rex ſup omnẽ
2 Iſrl'. ¶ Et iſti pricipes q erãt ei Ha
zariáhu filius Sadóc ſacerdotis.
3 ¶ Elichóreph, & Achiiáh, & filij
Siſá ſcribæ, & Iehoſapháth filius Achilúd à
cõmentarijs, & Benaiáhu filius Iehoiadáh ſu-
per exercitũ, & Sadóc, & Ebiathár ſacerdo
4 tes. ¶ Et Hazariáhu fili⁹ Nathán ſuper præfe
ctos, & Zabúd filius Nathán ſacerdos amicus
5 regis. ¶ Et Achiſár ſuper domum, & Adoni
6 rám filius Habdáh ſuper tributum. ¶ Et ipſi
Selomóh erant duodecim præfecti ſuper om-
nem Iſrael, & alebant regem, & domum eius
per menſem in anno intererat unumquẽq; ex
7 eis alere. ¶ Et hæc nomina eorum filius Chúr
8 in monte Ephraím. ¶ Filius Décher in Ma-
chás, & in Sahalbím, & i Bethſémes, & Elón
9 de Bethchanán. ¶ Fili⁹ Chéled in Arubóth.
Ei erat Sochóh, & omnis terra Chépher.
10 ¶ Filius Abinadáb omnis terminus Dor,
11 Tapháth filia Selomóh erat ei uxor. ¶ Baha-
náh filius Achilúd Tahanách, & Meghiddó,
& omnis Bethſeán, que erat iuxta Sarthán
ſubter Izrehél à Béthſeán uſq; ad Abél Me-
12 choláh uſq; trans Iochmeáim. ¶ Filius Ghé-
ber in Ramóth Ghilhád. Ei erant uillæ Iair
filij Menaſſéh quæ erant in Ghilhád. Ei erat
regio Arghób, quæ erat in Baſan ſexaginta
urbes magnæ muratæ, & uectibus æreis mu-
13 nitæ. ¶ Achinadáb filius Hiddó in Macha-
14 náim. ¶ Achimáhas in Naphtali. Etiam ipſe
accæpit Boſmáth filiam Selomóh uxorem Ba
haná filius Chuſái in Aſer, & in Halóth.
15 ¶ Iehoſaphath filius Parúach in Iiaſchár,
16 Simhí filius Elah in Biniamín. ¶ Et Héber fi
lius Vrim in terra Ghilhád, terra Sicón regis
Emoræi, & Hog regis Baſán, & pfectus unus
17 qui erat in terra. ¶ Iehudáh, & Iſrael multi
ſicut arena quæ eſt iuxta mare in multitudi-
18 nẽ comedentes, & bibẽtes, & lætãtes. ¶ Selo
móh aũt dominabatur oibus regnis à flumine
terræ Peliſtím uſq; ad terminũ Aegypti offe-
rentes munera, & ſeruientes Selomóh omni-
19 bus diebus uitæ eius. ¶ Erat autem cibus Se-

lomóh per ſingulos dies, triginta chori ſimilæ
20 & ſexaginta chori farinæ. ¶ Decẽ boues pin
gues, & uiginti boues paſcuales, & centũ pe
cudes, præter ceruos, & capreas, & bubalos,
21 & gallinaceos ĩpinguatos. ¶ Ipſe enim dña-
batur omni loco trans flumen à Tiphſách uſq;
ad Hazzah omnibus regibus qui erant trans
flumen, & pax erat ei ex omnibus laterib' eius
22 in circuitu. ¶ Et habitauit Iehudáh, & Iſraél
confidenter, unuſquiſq; ſub uite ſua, & ſub fi-
cu ſua à Dan uſq; Beerſébah omnibus diebus
23 Selomóh. ¶ Et fuerũt quadraginta milia præ
ſepia equorum pro currib' eius, & duodecim
milia equites. Et alebant præfecti iſti regem
Selomóh, & omnem qui appropinquabat ad
menſam regis Selomoh unuſquiſq; in menſe
24 ſuo, non deficiebant in aliquo. ¶ Et ordea, et
paleas pro equis, & mulis deferebant ad locũ
ubi erat unuſquiſq; ſecundum regulam ſuam.
25 ¶ Dedit autem deus ſapientiam Selomóh, et
intelligentiam multam ualde, & latitudinem
cordis ſecũdum arenã quæ eſt iuxta littus ma-
26 ris. ¶ Et amplior fuit ſapientia Selomóh, ſa-
pientia omniũ filiorum orientalium, & omni
27 ſapientia Aegyptiorum. ¶ Et ſapientior fuit
omni homie, Ethán Ezrachitæ, & Hemán, &
Chalchól, & Dardáh filijs Machól. Et fuit no-
men eius in omnibus gentibus per circuitum.
28 ¶ Et locut' eſt tria milia parabolas. Et fuerũt
29 cantica eius quinq; milia. ¶ Et locutus eſt ſu
per arboribus à cedro quæ ẽ in Lebanón uſq;
ad hyſopum, quæ egreditur de pariete. Et lo-
cutus eſt ſuper animalibus, & ſuper uolatilib'
30 & ſuper reptilibus, & ſuper piſcibus. ¶ Et ue
niebant ex omnibus populis ad audiendam ſa
pientiam Selomóh de uniuerſis regibus terræ
qui audierunt ſapientiam eius.

Capitulum. 5.

1 MIſit autem Chírám rex Tyri ſer-
uos ſuos ad Selomóh. Audierat
enim q ipſum unxiſſent in regẽ
pro pr̃e ſuo, quia dilexerat Chi-
rám ipſum Dauíd omnibus die-
2 bus. ¶ Miſitq; Selomóh ad Chirám dicendo.
3 ¶ Tu noſti Dauid patrem meũ non potuiſſe
ædificare domũ nomini domini dei ſui, ppter
bella quæ circundederunt eum, donec poſuit
4 dominus eos ſub plantis pedum eius. ¶ Nũc
autẽ requiem dedit dñs deus mihi in circuitu.
Non eſt aduerſarius, & nõ eſt occurſus malus.
5 ¶ Et ecce cogito ædificare domum nomini
dei mei, ſicut locut' eſt dominus ad Dauid pa
trem meũ dicendo. Filius tuus quem dabo pro
te ſuper ſolium tuũ, ipſe ædificabit domũ no-
6 mini meo. ¶ Et nunc præcipe, ut præcidant
mihi cedros de Lebanón, & ſerui mei ſint cum
ſeruis tuis. Mercedem autẽ ſeruorum tuorum
dabo tibi ſecũdum omnia quæ dixeris. Tu enĩ
noſti q nõ ẽ inter nos uir ſciẽs cædere ligna ſi
7 cut Sidonij. ¶ Et fuit, cum audiſſet Chirá uer
ba Selomóh, lætatus eſt ualde, & ait. Benedi-
ctus dominus hodie qui dedit Dauíd filium ſa
8 pientem ſuper populum multũ hunc. ¶ Et mi
ſit Chirám ad Selomóh dicendo. Audiui quæ
miſiſti ad me. Ego faciam oẽm uolũtatẽ tuam
in lignis cedrinis, & lignis abiegnis. Serui
9 mei deponent de Lebanón ad mare. ¶ Ego
autem ponã ea in ratibus in mari uſq; ad locũ
quem miſeris ad me & diſſoluere faciã ea ibi.
Et tu tolles, & facies uoluntatem meã præben
10 do cibum domui meæ. ¶ Et Chirám dedit Se
lomóh ligna cedrina, & ligna abiegna iuxta
11 omnem uoluntatem eius. ¶ Selomóh autem
præbuit Chirám uiginti milia choros triticorũ
in cibum domui eius, & uiginti choros olei cõ
preſſi. Sic dedit Selomóh ipſi Chirám per ſin-
12 gulos annos. ¶ Dominus autem dedit ſapien
tiam Selomóh, ſicut locutus eſt ei. Et fuit pax
inter Chirã et Selomóh, & percuſſerũt fœdus
13 ambo. ¶ Et aſcendere fecit rex Selomóh tri-
butum ex omni Iſrael, & fuit tributum trigin-
14 ta milia uirorũ. ¶ Et miſit eos in Lebanón
decem milia per menſem, uiciſſim per menſem
erant in Lebanón, duobus menſibus in domo
15 ſua. Et Adonirám erat ſuper tributum. ¶ Et
fuerunt Selomóh ſeptuaginta milia portãtes
onus, & octoginta milia cædentes ligna in mõ
16 te. ¶ Præter principes qui aſſiſtebant ipſi Se
lomóh qui erant ſuper opus tria milia, & trecẽ
ti, qui præerant populo, qui faciebat opus.
17 ¶ Et præcepit rex & proficiſci fecerunt lapi
des grandes, lapides precioſos ad fundandũ
18 domũ, lapides dolatos. ¶ Et dolauerunt cæ-
mentarij Selomóh, & cæmentarij Chirám, &
Ghiblím, & præparauerunt ligna, & lapides
ad ædificandum domum.

Capitulum. 6.

1 ET fuit, octogeſimo ãno, & qua
dringẽteſimo anno quo egreſ
ſi ſunt filij Iſrael ẽ terra Aegy-
pti, anno quarto menſe aprili.
(Ipſe eſt menſis ſecũdus) quo
regnauit Selomóh ſup Iſraél
2 cœpit ædificare domũ domino. ¶ Domus au
tem quã cœpit ædificare rex Selomóh domi-
no, ſexaginta cubitorũ erat longitudo eius,
& uiginti

et uiginti latitudo eius, & triginta cubitorum
3 altitudo eius. ¶ Et ueſtibulum erat ante tē
plum domus uiginti cubitorum longitudo
eius ante latitudinem domus decem cubito
4 rum latitudo eius ante domū. ¶ Et fecit do
mui feneſtras latas extrinſecus, auguſtas in
5 trinſecus. ¶ Et ædificauit iuxta parietē do
mus thalamum per circuitum iuxta parietes
domus per circuitum templi, & oraculi, &
6 fecit thalamos per circuitū. ¶ Thalami in-
ferioris quinq; cubitorum erat latitudo, &
medij ſex cubitorum latitudo, & tertij ſeptē
cubitorū latitudo q̄a interſtitia in muro reſtri
cto ubi capita ponerentur trabium erāt do-
mui per circuitum extra parietes domus.
7 ¶ Domus autem cū ædificaretur lapide p-
fecto, & pficiſci facto è monte, ædificata eſt
Et mallei, & ſecuris omne inſtrumentum fer
reum, non fuit auditum in domo, quādo ædi
8 ficabat. ¶ Oſtium thalami medij erat in la-
tere domus dextro, & per cochleas aſcende
bant ad medium, & de medio ad tertium.
9 ¶ Et ædificauit domum, & perfecit eam,
& texit domū tignis excauatis inſtar foſſarum
10 trabibus cedrinis. ¶ Et ædificauit thalamū
cum omni domo. Quinq; cubitorū erat alti-
tudo eius, & apprehēdebat domū cū lignis
11 cedrinis. ¶ Fuit autē uerbum dñi ad Selo-
12 móh dicendo. ¶ Domus iſta quam tu ædifi
cas, ſi ambulaueris in decretis meis, & iudi
cia mea feceris, & ſeruaueris omnia manda-
ta mea ambulando in eis, ſtatuā uerbū meū
tecum, quod locutus ſum ad Dauid patrem
13 tuum. ¶ Et habitabo in medio filiorum Iſraël
& non derelinquam populum meum Iſraël.
14 ¶ Et ædificauit Selomóh domum, & perfe
15 cit eam. ¶ Et ædificauit parietes domus in-
trinſecus tabulis cedrinis à pauimento do-
mus uſq; ad parietes cótignationis. operuit
ligno intrinſecus. Et obduxit pauimentum
16 domus tabulis abiegnis. ¶ Et ædificauit ui
ginti cubitos a lateribus domus tabulis ce-
drinis à pauimento uſq; ad parietes. Et ædi-
ficauit ei quod erat intra oraculum, ut eſſet
17 ſanctitas ſanctitatū. ¶ Et quadraginta cu-
bitorum erat dom⁹. Ipſa eſt templum exteri⁹
18 quod eſt añ oraculum. ¶ Et tabulæ cedrinæ
quibus tegebatur domus intrinſecus depi-
ctæ erant picturis inſtar fundæ, & colocyn-
tidarum, & cælaturis inſtar florū. Oīa tabu
lis cedrinis tegebātur, nec lapis apparebat.
19 ¶ Oraculum autem in medio domus intrin
ſecus parare fecit, ut poneret ibi arcā foede-
20 ris domini. ¶ Et quod texerat auro deora-
culo uiginti cubitorum erat lōgitudo, & ui-
ginti cubitorum latitudo, & uiginti cubito
rum altitudo eius. Et operuit illud auro pu-
riſſimo. Operuit autem altare cedrinis tabu
21 lis. ¶ Et texit Selomóh domum intrinſecus
auro mūdo. Et clauſit peſſulis aureis parie-
tem q erat ante oraculum, & texit illū auro.
22 ¶ Et omnē domum operuit auro donec per
ficeretur tota domus. Et totum altare quod
erat in pariete exteriori oraculi texit auro.
23 ¶ Fecit autem in oraculo duos cherubim è
lignis pineis. Decem cubitorū altitudo eius
24 ¶ Et quinq; cubitorum erat ala Cherúb una
& quinq; cubitorum ala cherub altera Decē
cubiti erant à ſummitatibus alæ unius, uſq;
25 ad ſūmitates alæ alterius. ¶ Et decem cubi
torum erat Cherúb ſecundus. Mēſura eadē,
26 & inciſio eadē erat duob⁹ cherubim. ¶ Al-
titudo Cherúb unius decem cubitorum, et
27 ſimiliter Cherúb ſecundus. ¶ Et poſuit che
rubī in medio domus interioris, & extēde
bant alas cherubin. Et tangebat ala una pa-
rietem, & ala cherub ſecūdi tangebat parie
tem ſecūdum. Et alæ eorum in medio dom⁹
28 tangebant ſeinuicem. ¶ Texitq; cherubim
29 auro. ¶ Et omnes parietes domus per cir-
cuitum texit picturis inſtar fundarum, cæla-
turis inſtar fundarum, picturis cherubim, &
palmarum, & cælaturis florum intrinſecus,
30 & extrinſecus. ¶ Et pauimentum domus
31 texit auro intrinſecus, & extrinſecus. ¶ Et
ianuæ oraculi fecit oſtia è lignis pineis ſuper
32 liminare, & poſtes erant quinq; laterū. ¶ Et
duo oſtia è lignis pineis, & cælauit in eis cæ
laturas inſtar fundarum, cherubim, & palmarum
& cælaturas in eis florum, & texit auro. Et
extendit ſuper cherubim, & ſuper palmas
33 aurum. ¶ Et ſic fecit portæ templi poſtes è
lignis pineis quadrilateros, & duo oſtia è li
gnis abiegnis, & duo latera oſtij unius ro-
tunda, & duo latera oſtij ſecundi rotunda.
34 ¶ Et cælauit cælaturas inſtar fundarum, &
cherubim, & palmarum, & cælaturas florū.
35 Operuitq; auro directo q̄ erāt ſculpta. ¶ Et
ædificauit atriū interi⁹ tribus ordinib⁹ lapi
dum dolatorum, & ordine trabiū cedrinarum.
36 ¶ Anno quarto fundata eſt domus domini
37 menſe aprili. ¶ Et anno undecimo in menſe
octobri. (Ipſe eſt mēſis octauus) cōpleta eſt
dom⁹ ſcd'm oīa ad eam ptinētia, & ſcd'm oēs
regulas ſuas, & ædificauit eā annis ſeptem.

Capitulum. 7.

1 DOmū aūt ſuā ædificauit Selomóh
tredecī annis, & cōpleuit oēm do-
2 mū ſuā. ¶ Et ædificauit domū ſal
tus lebanō Cētū cubitorum erat lōgi

tu.do ei⁹, & quinquaginta cubitorum latitudo
eius, & triginta cubitorum altitudo ei⁹. Super
quatuor ordines colūnarum cedrinarum ædifica
uit eā. Trabes aūt cedrinæ erāt ſup colūnas
3 ¶ Et tecta eſt tabulis cedrinis deſup trabes
quæ erāt ſup colūnas quadraginta, & quin
4 q; quindeci per ordinē ſingulum. ¶ Et fene
ſtræ erant tres ordines, & feneſtra erat con
5 tra feneſtram in trib⁹ parietib⁹. ¶ Et om̄es
portæ, & poſtes quadrati erāt, & ſic feneſtel
la q̄ erat ſupra portā, & feneſtra erat contra
6 feneſtram, in tribus parietib⁹. ¶ Porticum
aūt colūnarum fecit. Quinquaginta cubito
rum erat longitudo eius, & trigīta cubitorum
latitudo eius. Et porticus erat ante colūnas,
7 & colūnæ aliæ, & trabs ante eas. ¶ Et por
ticum ſolij in qua iudicaret, hoc eſt porticū
iudicij fecit. Et tecta eſt cedrinis tabulis à pa
8 uimento uſq; ad pauimentum. ¶ Et domuī
ſuæ in qua manebat atriū aliud intra porti
cum, ſecūdum opus iſtud erat. Et domū fecit fi
liæ Parhóh quā acceperat ſelomóh ſecundū
9 porticum hanc. ¶ Oīa hæc erant ex lapidi
bus precioſis ſecūdū mēſuras è lapidib⁹ do
latis, ſerratis ſerra intrinſecus, & extrinſec⁹
& à fundamento uſq; ad lapides ſuper quos
capita ponebant trabiū qui erat ad menſurā
palmi, & extrinſecus uſq; ad atrium maius.
10 ¶ Et fundatum lapidibus precioſis, lapidi
bus magnis, lapidib⁹ decem cubitorū, & la
11 pidib⁹ octo cubitorū. ¶ Et ſupra à fundamē
to erant lapides precioſi ſecundū menſuras
12 lapidum dolatorū, & cedrinæ tabulæ. ¶ Et
atrio maiori per circuitū erant tres ordines
è petris dolatis, & ordo trabium cedrinarū
& atrio dom⁹ dn̄i interioris, & porticui do
13 mus. ¶ Et miſit rex Selomóh, & tulit Chirā
14 de tyro. ¶ Filius mulieris uiduæ erat de tri
bu Naphtali. Pater uero eius uir, prius faber
ærari⁹. Plenuſq; erat ſapiētia, & intelligētia
& ſciētia ad faciendum omnē opus in ære, &
uenit ad regem Selomóh, & fecit omne op⁹
15 ei⁹. ¶ Et finxit duas colūnas æreas. Octo, &
decē cubitorū erat altitudo colūnæ unius, &
filū duodeci cubitorum circundabat colūnam
16 ſecūdam. ¶ Et duo capitella fecit, ut poneret
ſup capita colūnarum fuſa ex ære. Quinq; cu
bitorum erat altitudo capitelli unius. Et quinq;
cubitorum altitudo capitelli ſecūdi. Retiacula
operæ retiaculi cohærētia ope catenarum capitel
lis q̄ erat ſup caput colūnarum. Septē erāt capi
17 tello uno, & ſeptē capitello ſecūdo. ¶ Et fecit
colūnas, & duos ordines p circuitū ſup retia
culū unū, ut tegerēt capitella q̄ erāt ſup ea
put malogranatorum, & ſic fecit capitello ſecūdo
18 ¶ Capitella aūt q̄ erāt ſup caput colūnarū,
19 erat op⁹ lilij ī porticu, q̄tuor cubitorum. ¶ Et
capitella ſup duas colūnas ēt deſup è regiōe
loci medij, q erat trās retiaculū. Malograna
torum aūt ducenti erāt ordines p circuitū ſup
20 capitellū ſecūdum. ¶ Et ſtatuit colūnas ī porti
cu tēpli. Et ſtatuit colūnā dexterā, & uocauit
nomē ei⁹ Iachin, & ſtatuit colūnā ſiniſtram,
21 & uocauit nomē ei⁹ Bóhaz. ¶ Et ſup caput
colūnarū opus lilij. Et perfectū eſt op⁹ colū
22 narum. ¶ Fecit aūt mare fuſū decē cubitorum
à labro ei⁹ uſq; ad labrū ei⁹ rotūdū ī circuitu
Et quinq; cubitorum erat altitudo ei⁹, & filū tri
23 gīta cubitorum ābiebat illud p circuitū. ¶ Et
tubercula inſtar colocyntidarum ſubter la
biū eius p circuitū circūdantia illud decē cu
bitis ambiētia mare p circuitū. Duo ordīes
24 tuberclorum fuſorum erāt ī fuſiōe ei⁹. ¶ Stabat
mare ſup duodeci boues. Tres reſpiciebant
ad aquilonem, & tres reſpiciebāt ad occidētē
& tres reſpiciebant ad meridiē, & tres reſpi
ciebāt ad orientē. Et mare ſup eos deſup erat
25 & oīa poſteriora eorum intrinſec⁹ erāt. ¶ Dē
ſitas ei⁹ erat palmi, & labiū ei⁹ erat ſecundū
opus labij calicis. Flos lilij. Duo milia batos
26 cōprahēdebat. ¶ Et fecit baſes decē æreas
quatuor cubitorum longitudo baſis unius, &
quatuor cubitorū latitudo ei⁹, & triū cubi
27 torū altitudo ei⁹. ¶ Et hoc op⁹ baſis. Clau
ſuræ erant ipſis, & clauſuræ inter uectes, q
28 erant ut ſcalarum grad⁹. ¶ Et ſup clauſuras q
erāt inter uectes erant leones, boues, & che
rubī, & ſup uectes baſis deſuper, & ſubter
leones, & boues, copulatiōes opere expreſſo.
29 ¶ Et quatuor rotæ æreæ erant baſi ſingulæ
& tabulæ æreæ, & quatuor angulis ei⁹ hume
ri erāt, & ſubter cōcā humeri fuſi erāt ex late
30 re cuiuſlibet copulationū. ¶ Et os ei⁹ intra
capitellū erat, & ſuperi⁹ in cubito, & os ei⁹
erat rotūdū ope baſis cubit⁹, & dimidiū cu
biti. Et ēt ſup os ei⁹ erāt cælaturæ, & clauſu
31 ræ earum quadratæ nō rotūdæ. ¶ Et quatuor
rotæ erāt ſubter clauſuras, & cardines rota
rum ī baſi. Altitudo rotæ uni⁹ erat cubit⁹, &
32 dimidiū cubiti. ¶ Op⁹ aūt rotarū erat ſicut
op⁹ rotæ curr⁹, & cardines earum, & radij earum
& canthicarum, & ligamina earū oīa erāt fuſa.
33 ¶ Et quatuor humeri ſup quatuor angulos
34 baſis unius ex baſe erant humeri ei⁹. ¶ Et ī
ſūmitate baſis dimidiū cubiti altitudo rotū
da p circuitū, & ſup uerticē baſis erāt axes
35 ei⁹, & clauſuræ ei⁹ ex ea. ¶ Et cælauit ſuper
tabulis cardinū ei⁹, & ſup clauſuris ei⁹ cheru
bim, leōes, & palmas ex latere uniuſcuiuſq;
36 p circuitū. ¶ Secūdum hoc fecit decē baſes, fu

ſura una, mẽſura una, inciſio una erat cũctis
37 ipſis. ❡ Et fecit decẽ cõchas æreas. Quadra
gĩta batos capiebat cõcha una. Quatuor cu
b.torũ erant ſingulæ cõchæ ſup baſẽ unã de-
38 cem baſib'. ❡ Et poſuit baſes quinq; ad latus
dom' à dextera, & quinq; ad lat' dom' à ſini-
ſtra ei'. Et mare poſuit à latere domus dexte
39 ro ad orientẽ cõtra meridiẽ. ❡ Fecit aũt Chi
rám cõchas, & ſcopas, & pelues, & cõpleuit
Chirám facere oẽ op' qđ fecit regi Selomóh
40 i domo dñi. ❡ Et colũnas duas, & uaſa rotũ
da inſtar craterarũ capitellorũ q̃ erãt ſup ca-
put colũnarũ duarũ. Et retiacula duo, ut opi-
rẽt duo illa uaſa rotũda, q̃ erãt ſup caput co-
41 lũnarũ. ❡ Et malogranata quadrigẽta duo
bus retiaculis. Duo ordines malogranatorũ
erant retiaculo uno ad opiendũ duo illa uaſa
42 capitellorũ q̃ erant ſup faciẽ colũnarũ. ❡ Et
43 baſes decẽ, & cõchas decẽ ſup baſes. ❡ Et
mare unũ, & boues duodecim ſubter mare.
44 ❡ Et lebetes, & ſcopas, & crateras, & oĩa
uaſa hæc q̃ fecit Chirám regi Selomóh in do
45 mo dñi erãt ex ære limato. ❡ In planicie Iar
dén fudit ea rex ĩ argilla terra inter Succóth
46 & inter Sarthán. ❡ Et noluit ut põderarent
Selomóh oĩa uaſa. Propter multitudinem ui
47 miã nõ eſt exploratũ pond' æris. ❡ Et fecit
Selomóh oĩa uaſa q̃ erãt in domo dñi, altare
aureũ, & mẽſam ſup quã erãt panes facierũ
48 aureã. ❡ Et cãdelabra quinq; à dextera, & quin
q; à ſiniſtra aũ oraculũ ex auro puriſſimo, &
49 flores, & lucernas & forcipes ex auro. ❡ Et
hydrias, et pſalteria, et pelues, & cochlearia,
50 & acerras ex auro puro. ❡ Et cardines oſtijs
dom' interioris ſctitatĩ ſctitatũ, oſtijs dom'
51 tẽplo, aurei. ❡ Et pfectũ eſt oẽ op' qđ fecit
rex Selomóh in domo dñi, & itulit Selomóh
ſctitates Dauid pr̃is ſui argentũ, & aurũ, &
uaſa poſuit in theſauris domus dñi.

Capitulum. 8.

1 TVnc cõgregauit Selomóh ſeniores
Iſraél oẽs prĩcipes tribuũ, prĩcipes
pr̃m filiorũ Iſrl' ad regẽ Selomóh in
Ieruſalaĩ, ut aſcendere facerẽt arcã
fœderis dñi de ciuitate Dauid. Ipa eſt Syón.
2 ❡ Et cõuenerunt ad regẽ Selomóh oĩs uiri
Iſraél in mẽſe ſeptẽbri in ſolemnitate. Ipſe eſt
3 mẽſis ſeptim'. ❡ Et uenerũt oẽs ſeniores Iſ
raél, & tulerũt ſacerdotes arcã, & aſcẽdere
fecerũt arcam dñi, & tabernaculũ eccl'iæ, &
4 oĩa uaſa ſctitatis. ❡ Et aſcẽdere fecerunt ea
5 ſacerdotes, & leuitæ. ❡ Rex aũt Selomóh
& oĩs congregatio Iſrael, quæ conuenerant
ad eum erant ſecum ante arcam immolantes
oues, & boues quæ non enumerabãtur, nec
6 ſupputabantur præ multitudine. ❡ Et addu
xerunt ſacerdotes arcam fœderis dñi ad lo-
cum ſuum, ad oraculum domus, ad ſanctita-
7 tem ſanctitatũ ſub alas cherubim. ❡ Quia
cherubim expandebãt alas ſuper locũ arcæ
& operiebant cherubím arcam, & uectes ei'
8 deſuper. ❡ Et elongare fecerant uectes, &
apparebant capita uectium è ſanctitate corã
oraculo, & non apparebant extrinſecus, fue
9 runtq; ibi uſq; ad diem hanc. ❡ Nõ erant in
arca niſi duæ tabulæ lapideæ, quas repoſue-
rat ibi Moſéh in Choreb, quãdo pepigit fœ
dus cũ filijs Iſraél, quando egreſſi ſunt è ter
10 ra Aegypti. ❡ Et fuit cum exirent ſacerdo-
tes è ſanctitate nubes repleuit domũ dominĩ
11 ❡ Et non potuerunt ſacerdotes ſtare admi
niſtrandum propter nubẽ. Repleuerat enim
12 gloria dñi domum domini. ❡ Tunc dixit Se
lomóh. Dñs dixit, ut habitaret in caligine.
13 ❡ Aedificando ædificaui domum habitacu
li tibi, habitaculum ut habitares in ſæcula.
14 ❡ Et uertit rex faciem ſuam, & benedixit
oĩ congregationi Iſraél, omnis aũt congre-
15 gatio Iſrael ſtabat. ❡ Et ait. Benedictus do-
minus deus Iſraél, qui locutus eſt ore ſuo ad
Dauid patrem meum, & potentia ſua imple
16 uit dicẽdo. ❡ A die qua eduxi populũ meũ
Iſraél ex Aegypto nõ elegi ciuitatem ex uni
uerſis tribubus Iſraél ad ædificãdum domũ
ut eſſet nomẽ meũ ibi. Sed elegi Dauid ut eſ
17 ſet ſup pplm meũ Iſrl'. ❡ Et fuit ĩ corde Da
uid pr̃is mei, ut ædificaret domũ noĩ dei Iſrl'
18 ❡ Dixit aũt dñs ad Dauid pr̃em meũ ꝓ eo
ꝙ fuit in corde tuo, ut ædificares domũ noĩ
19 meo bñfeciſti, q̃a fuit ĩ corde tuo. ❡ Verũtñ
tu nõ ædificabis domũ. Sed fili' tu' q egreſſ'
ẽ de lũbis tuis, ipe ædificabit domũ noĩ meo
20 ❡ Firmauitq; dominus uerbum ſuũ quod
locutus eſt, & ſurrexit pro Dauid pr̃e meo,
& ſedi ſuper thronum Iſrael quemadmodũ
locut' eſt dominus, & ædificaui domũ nomi
21 ni domini dei Iſrl'. ❡ Et poſui ibi locũ arcæ
ĩ qua ẽ fœd' dñi, qđ pepigit cũ pr̃ib' nr̃is, qñ
22 eduxit eos è terra Aegypti. ❡ Stetit aũt Se
lomóh añ altare dñi corã oĩ cõgregatiõe Iſrl'
23 & extẽdit palmas ſuas ad cœlũ. ❡ Et dixit.
Dñe de' Iſrl' nõ eſt ſilis tibi de' ĩ cœlo deſup
nec ſup terrã deorſum, cuſtodiẽs pactum, &
miam ſeruis tuis, q ãbulãt corã te toto corde
24 ſuo. ❡ Qui ſeruaſti ſeruo tuo Dauid patri
meo, quæ locutus es ei, & locut' es ore tuo,
& potentia tua impleſti ſecũdũ diem hanc.
25 ❡ Et nũc domine deus Iſraél cuſtodi ſeruo
tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei di-
cẽdo. Non excidetur tibi uir à facie mea

ſedens ſuper thronum Iſraël. Verũtamen ſi
cuſtodierint filij tui uiam ſuã, ut ambulẽt co
26 ram me, ſicut ambulaſti corã me. ¶ Et nunc
deus Iſraël ſtabiliatur obſecro uerbum tuũ,
quod locutus es ſeruo tuo Dauid patri meo
27 ¶ Num uere habitabit deus ſuper terram?
Ecce cœli, & cœli cœlorum non cõtinent te,
quanto magis dom⁹ hæc quam ædificaui?
28 ¶ Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad
deprecationem eius domine deus mi. Vt au
dias clamorem, & orationem quã ſeru⁹ tuus
29 orat coram te hodie. ¶ Vt ſint ocl'i tui aper
ti ſuper domum iſtam die ac nocte, in loco de
quo dixiſti, erit nomen meum ibi, ut audias
orationem quam orat ſeruus tu⁹ in loco iſto
30 ¶ Et exaudi dep̃catione ſerui tui & ppl'i tui
Iſraël, qui orauerit in loco iſto. Et exaudies
de loco habitationis tuæ de cœlis, & exau-
31 dies, & parces. ¶ Cum peccauerit uir in p-
ximum ſuum, & exegerit ab eo iuramẽtũ, ut
faciat iurare eum, & uenerit iuramentũ ante
32 altare tuum in domo hac. ¶ Tu exaudies in
cœlo, & facies, & iudicabis ſeruos tuos, ut
condẽnes impium, dando uiam ei⁹ in caput
eius, & iuſtifices iuſtum, dando ei ſecundum
33 iuſtitiam eius. ¶ Cum cæſus fuerit populus
tuus Iſraël coram inimico, ſi peccauerit tibi
& reuerſi fuerint ad te, & confeſſi fuerit no
men tuum, & orauerint. & deprecati fuerint
34 te in domo hac. ¶ Tu exaudies in cœlo, &
parces peccato populi tui Iſraël, & reduces
eos in terram quam dediſti patribus eorum.
35 ¶ Cum clauſum fuerit cœlum, & non fue-
rit pluuia, ſi peccauerint tibi, & orauerint ĩ
loco iſto, & confeſſi fuerint nomen tuũ, & à
peccato ſuo auerſi fuerĩt quũ afflixeris eos.
36 ¶ Tu exaudies in cœlo, & parces peccato
ſeruorum tuorũ, & populi tui Iſraël. Doce-
bis enim eos uiam bonam per quã ambulent
& dabis pluuiã ſuper terram tuã, quam dedi
37 ſti populo tuo in hæreditatẽ. ¶ Fames ſi fue
rit in terra, peſtis ſi fuerit, ariditas, ærugo, lo
cuſta, bruc⁹ cum fuerit, ſi obſederit eũ inimi
cus eius in terra portarũ ſuarũ, oĩs plaga, oĩs
38 infirmitas. ¶ Oĩs orõ, oĩs deprecatio q̃ fue
rit oĩ hoĩ, oĩ popl'o tuo Iſraël, ſi cognouerint
unuſquiſq; plagã cordis ſui, & expãderit ma-
39 nus ſuas in domo hac. ¶ Tu exaudies de cœ
lo, de loco habitationis tuæ, & parces, ac fa
cies, dabiſq; uniciuiq; ſecũdum oẽs uias ſuas
cuius cognouiſti cor. Tu eñ noſti ſolus cor
40 omnium filiorum hominum, ¶ Vt timeant
te omnibus diebus quibus uiuunt in ſup̃ficie
41 terræ, quam dediſti patribus noſtris. ¶ Et
etiam de alienigenis qui non de populo tuo
Iſraël ſunt, & uenerint de terra longinqua:
42 ¶ Si audierint nomen tuũ magnum, & po-
tentiam tuam ualidam, & brachium tuũ ex-
tentum, & uenerint, & orauerint in domo hac
43 ¶ Tu exaudies de cœlo, de loco reſidentiæ
tuæ. Facieſq; iuxta omnia pro quibus inuo-
cauerint te alienigenæ, ut ſciant omnes ppl'i
terræ nomen tuum, ut timeant te ſicut ppl's
tuus Iſraël, & cognoſcant q̃ nomẽ tuum in-
uocatum eſt ſuper domũ hanc quã ædifica-
44 ui. ¶ Si egreſſus fuerit popul⁹ tuus ad bel
lum contra inimicum ſuum per uiam p̃ quã
miſeris eos, & orauerint ad dñm ĩ uia ciuita-
tis quã elegiſti, & domũ quam ædificaui noĩ
45 tuo. ¶ Exaudies de cœlo orõnẽ eorũ, & dep̃
46 cationẽ eorũ, & facies iudiciũ eorũ. ¶ Si pec-
cauerint tibi (non eſt enim homo qui nõ pec-
cet,) & iratus fueris contra eos, tradideriſ-
q; eos coram inimico, & captiuos duxerint
ipſos captiuos ducẽtes eos in terram inimici
47 lõginquã, uel propinquam. ¶ Et reuerſi fue
rint ad cor ſuũ in terra, in qua captiui ducti
fuerunt, & reuerſi fuerint, & deprecati fue-
rint te in terra illorũ qui captiuos eos duxe-
runt dicendo, peccauimus, & inique egim⁹,
48 impie egimus. ¶ Et reuerſi fuerint ad te to
to corde ſuo, & tota anima ſua in terra inimi
corum ſuorum, qui captiuos duxerunt eos,
& orauerint ad te cõtra uiam terræ ſuæ, quã
dediſti patribus eorum ciuitatis quã elegi-
ſti, & domus quàm ædificaui nomini tuo.
49 ¶ Exaudies de cœlo, de loco reſidẽtiæ tuæ
orationem eorũ, & deprecationem eorũ, &
50 facies iudicium eorũ. ¶ Parceſq; popl'o tuo
qui peccauerũt tibi, & omnibus præuarica-
tionibus eorum quibus præuaricati ſunt cõ
tra te. Et dabis eos in miſericordias corã eis,
qui captiuos duxerunt eos, & miſerebũtur
51 eorũ. ¶ Popl's eñ tu⁹, & hæreditas tua ſunt
quos eduxiſti ex Aegypto ẽ medio fornacis
52 ferreæ. ¶ Vt ſint oculi tui apti ad dep̃catio
nẽ ſerui tui, & ad dep̃cationẽ ppl'i tui Iſraël,
ut exaudias eos oĩ tẽpore quo inuocauerĩt te
53 ¶ Tu enim ſeparaſti eos tibi in hæreditatẽ
de uniuerſis populis terræ, ſicut locut⁹ es p̃
manum Moſeh ſerui tui, quãdo eduxiſti pa-
54 tres noſtros ex Aegypto domine de⁹. ¶ Et
fuit, cum compleuiſſet Selomoh orare ad do
minum omni oratione, & deprecatione hac
ſurrexit à facie altaris domini, à genufleƈtẽ
do ſuper genua ſua, & manibus ſuis, expan
55 ſis ad cœlum. ¶ Et ſtetit, & benedixit om-
ni congregationi Iſraël uoce magna dicẽdo
56 ¶ Benedictus dominus qui dedit requiem
populo ſuo Iſraël iuxta omnia quæ locutus

eſt. Non cecidit uerbum unum ex omni uer-
bo eius bono qđ locut⁹ eſt per manũ Moſéh
57 ſerui ſui. ¶ Sit dñs deus noſter nobiſcum ſi
cut fuit cum patribus noſtris. Ne derelinquat
58 nos, & ne deſerat nos. ¶ Vt inclinare faciat
cor noſtrum ad eum, ut ambulem⁹ in uniuer
ſis uijs eius, & cuſtodiamus præcepta ei⁹, &
decreta ei⁹, & iudicia eius quæ præcepit pa
59 tribus noſtris. ¶ Et ſint uerba mea hæc,
quibus deprecatus ſum coram domino ꝓpĩ
qua domino deo nr̃o per diem, & noctem, ut
faciat iudicium ſerui ſui, & iudicium populi
60 ſui Iſraél per ſingulos dies. ¶ Vt cognoſcãt
oẽs populi terræ ꝙ dñs eſt deus, nec eſt ultra
61 ¶ Et ſit cor eorũ perfectũ cum dño deo nr̃o
ut ambulent in decretis eius, & cuſtodiant
62 præcepta eius ſecundum diem hanc. ¶ Rex
aũt, & omnis Iſraél cum eo ſacrificabant ſa-
63 crificium coram dño. ¶ Et ſacrificauit Selo
móh ſacrificium pacificorũ, qđ ſacrificauit
domino, boues uiginti, & duo milia, & oues
centum uiginti milia, & dedicauerunt do-
64 mum domini rex, & omnes filij Iſraél. ¶ In
die illa ſanctificauit rex medium atrij quod
erat ante domum dñi. Fecit quippe ibi holo-
cauſtum, & ſacrificium, & adipes pacifico-
rum, qa altare æreum quod erat coram dño,
erat paruum ut nõ compræhẽderet holocau
ſtum, & ſacrificium, & adipes pacificorum
65 ¶ Fecitqꝫ Selomóh in tempore illo feſtiuita
tem, & oĩs Iſraél cum eo congregatiõe ma-
gna ab ingredi Chamáth uſqꝫ ad torrentem
Aegypti coram domino deo noſtro ſeptem
diebus, & ſeptem diebus quatuordecim die
66 bus. ¶ Die aũt octauo dimiſit populum, &
benedixerunt regi, & abierunt in taberna-
cula ſua, lætantes, & iocundi corde ſuper
omne bonum quod fecerat dominus Dauid
ſeruo ſuo, & Iſraél populo ſuo.

Capitulum. 9.

1 ET fuit, cum compleuiſſet Selo-
móh ædificare domum domi-
ni, & domum regiam, & omne
deſiderium Selomóh quod uo
2 luit facere. ¶ Apparuit domi
nus Selomóh ſecundo ſicut ap
3 paruerat ei in Ghibhón. ¶ Dixitqꝫ domin⁹
ei. Exaudiui orationem tuam, & deprecatio
nem tuam, quam deprecatus es coram me.
Sanctificaui domum hanc quam ædificaſti,
ut ponerem nomen meum ibi uſqꝫ in ſæculũ
Et erunt oculi mei, & cor meum ibi omnib⁹
4 diebus. ¶ Tu aũt ſi ambulaueris coram me
ſicut ambulauit Dauid pr̃ tuus in perfectio
ne cordis, & rectitudine, ut facias ſecundum
oĩa quæ præcepi tibi, decreta mea, & iudi-
5 cia mea ſeruaueris. ¶ Firmabo thronum re-
gni tui ſuper Iſraél in ſæculum ſicut locut⁹
ſum ad Dauid patrem tuum dicendo. Nõ ab
6 ſcĩdetur tibi uir à throno Iſraél. ¶ Si auer-
tendo auerſi fueritis uos, & filij ueſtri, à me,
& non cuſtodieritis præcepta mea, & decre
ta mea q̃ dedi coram uobis, ſed abieritis, &
7 ſeruieritis dijs alienis. ¶ Excidam Dauid e
ſuperficie terræ, quam dedi eis, & domum
quam ſanctificaui nomini meo, dimittam à
facie mea, & erit Iſraél in parabolam, & ĩ fa
8 bulam in oĩbus populis. ¶ Et domus iſta q̃
eſt altiſſima, omnis qui tranſierit iuxta eam,
obtupeſcet, & ſibilabit, & dicet. Propter qđ
fecit dñs ſic terræ huic & domui huic? ¶ Et
9 dicent. Eo quod dereliquerunt dñm ſuum q
eduxit pr̃es eorum è terra Aegypti, & appꝛe-
henderunt deos alienos, adorauerũtqꝫ eos
& ſeruierunt eis. Idcirco induxit dñs ſuper
10 eos omne malum hoc. ¶ Et fuit, in fine ui-
ginti annorum quibus ædificauit Selomóh
duas domos, domũ domini, & domũ regiã.
11 ¶ Chirám rex Tyri donauerat Selomóh li-
gna cedrina, & abiegna, & aurum ſecundũ
omnem uoluntatem eius, tunc dedit rex Se-
lomóh ipſi Chirã uiginti urbes ĩ terra Gha-
12 lil. ¶ Et egreſſus eſt Chirám è Tyro, ut uide
ret urbes quas tradiderat ei Selomóh, & nõ
13 placuerunt in oculis eius. ¶ Et dixit. Qua-
les ſunt urbes iſtæ, quas dediſti mihi frater
mi? Et appellauit eas terram Chabúl uſqꝫ ad
14 diem hanc. ¶ Miſit aũt Chirám ad regẽ cen
15 tum, & uiginti talenta auri. ¶ Et hæc ẽ res
quam aſcendere fecit rex Selomóh ad ædifi
candum domũ dñi, & domum ſuam, & Mil
ló, & murum Ieruſaláim, & Chaſór, & Me
16 ghiddó, & Ghézer. ¶ Parhóh rex Aegypti
aſcendit, & cæpit Ghézer, & ſuccendit eam
igni, & Chenahanæum qui habitabat in ciui
tate interfecit, & tradidit eam pro muneri-
17 bus filiæ ſuæ uxori Selomóh. ¶ Et ædifica-
uit Selomóh Ghézer, & Bethchorón inferio
18 rem. ¶ Et Bahaláth, & Tamór in deſerto in
19 terra. ¶ Et omnes urbes theſaurorum quæ
erant ipſi Selomóh, & ciuitates curruum, &
ciuitates equitum, & deſiderium Selomóh,
quod deſiderauit ædificare in Ieruſaláim, &
in Lebanum, & in omni terra domini ſui.
20 ¶ Omnẽ populum qui remanſerat de Emo
ræo, Chittæo, Perizæo, chiuuæo & Iebuzæo
21 qui non de filijs Iſraél erant. ¶ Filios eorũ
qui remanſerant poſt eos in terra, quos non
potuerunt filij Iſraél occidere. Fecit Selo-

22 mòh tributarios uſq; ad diem hanc. ¶ De
filijs uero Iſraël non dedit Selomóh ſeruum
ſed erant uiri bellatores, & ſerui eius, & pri
cipes eius, & duces eius, & principes cur-
23 ruum eius, & equitum eius. ¶ Iſti ſunt pri
cipes præfectorum qui erant ſuper op' Se-
lomóh, quinquaginta, & quigenti, qui præ
24 erant populo qui faciebat opus. ¶ Sed fi-
lia Parhoh deſcendit de ciuitate Dauid ĩ do
mum ſuam quam ædificauerat ſibi. Tũc ædi
25 ficauit Millo. ¶ Obtulit autem Selomóh
tribus uicibus in anno holocauſta, & pacifi
ca ſuper altare quod ædificauerat domino,
& adoleuit ſuper illud quod erat coram do-
26 mino, & perfecit domum. ¶ Et nauem fe-
cit rex Selomóh in Heſionghéber quæ erat
iuxta Elóth, iuxta ripam maris Suph ĩ terra
27 Edóm. ¶ Miſitq; Chirám ĩ naui ſeruos ſuos
uiros nautas, guaros maris cum ſeruis Selo
28 móh. ¶ Et uenerũt ĩ Ophír, & tulerunt in-
de aurum, quadraginta, & uiginti talenta,
& adduxerunt ad regem Selomóh.

Capitulum. 10.

1 Regina aũt Sebá audiens famã
Selomóh in nomie domini ue-
nit ut tentaret eum in ænig-
2 matibus. ¶ Et ingreſſa eſt Ie
ruſalaim cum exercitu graui
ualde, camelis portantib' aro
mata, & aurum multum ualde, & lapides p̃-
cioſos. Venitq; ad regem Selomóh, & locu-
ta eſt ad eum omne quod erat in corde ſuo.
3 ¶ Et indicauit ei Selomóh omnia uerba ei'
Non fuit uerbum abſconditũ à rege, qđ non
4 indicauerit ei. ¶ Et uidit regina Seba. oẽm
ſapientiam Selomóh, & domũ quam ædifi-
5 cauerat. ¶ Et cibos menſæ eius, & habitacu
la ſeruorum eius, & aſſiſtentiã miniſtrorum
eius, & ueſtimenta eorum, & pincernas eius
& gradus eius quibus aſcendebant in domũ
6 dñi, & nõ erat in ea ultra ſpũs. ¶ Dixitq; ad
regem. Verũ fuit uerbum qđ audiui in terra
7 mea, ſuper uerbis tuis, & ſapia tua. ¶ Et nõ
credidi uerbis, donec ueni, & uiderũt oculi
mei, & ecce nõ fuit nunciatũ mihi dimidiũ.
Addidiſti ſapiam, & bonũ ſup famã quã au-
8 diui. ¶ Beati uiri tui ſerui tui, ĩ qui ſtant co
9 ram te ſemp audientes ſapiam tuam. ¶ Sit
dñs de' tu' bñdictus q cõplacuit in te, ut po-
neret te ſuper ſolium Iſraél, cum dilexerit
dñs Iſraél in ſæculum, & poſuit te regem, ut
10 faceres iudicium, & iuſtitiã. ¶ Deditq; regi
centum, & uiginti talenta auri, & arómata
multa ualde, & lapides precioſos. Non uene
rũt talia aromata ultra in multitudine, quæ
11 dedit Regina Sebá regi Selomóh. ¶ Et ẽt
nauis Chirám quæ portabat aurũ ex Ophir,
detulit ex Ophir coralia multa ualde & la-
12 pides precioſos ¶ Fecitq; rex ẽ coralijs ful
cimenta domus dñi & domus regis, & cy-
tharas, & lyras cantoribus. Non uenerunt
talia coralia, nec uiſa ſunt uſq; ad diem hãc.
13 ¶ Rex autem Selomóh dedit reginæ Se-
bá omnẽ uoluntatẽ ſuam quam petiuit, præ-
ter ea quæ dedit ei manu regia Selomóh.
14 ¶ Et uertit ſe & abijt in terrã ſuam ipſa &
15 ſerui eius. ¶ Erat autem pondus auri qđ ue
niebat ad Selomóh p ãnos ſinglos ſexcẽtoꝝ
16 & ſexagintoꝝ, & ſex talẽtorũ auri. ¶ Præ-
ter uiros mercatores, & negociationẽ aro-
matariorũ, & oẽs reges Harabiæ, & duces
17 terræ. ¶ Fecit autem rex Selomóh ducenta
ſcuta ex auro tracto. Sexcẽtos aureos tradi
18 dit pro ſcutis ſingulis. ¶ Et trecentos cly-
peos ex auro tracto. Tres minas auri tradi-
dit pro ſingulis clypeis, & poſuit eos rex in
19 domo ſaltus Lebanon. ¶ Fecit autẽ rex ſo-
lium eburneũ grande, & operuit illud auro
20 obrizo. ¶ Sex gradus erant ſolio, & ſum-
mitas rotũda erat ſolio à parte poſteriori &
loca hinc & inde ſuper locũ ſeſſionis, & duo
21 leones ſtabant apud loca. ¶ Et duodecim
leones ſtabãt ibi ſuper ſex gradus hinc & in
de. Non fuit factum tale in omnibus regnis.
22 ¶ Et omnia uaſa potus regis Selomóh erãt
aurea, & omĩa uaſa domus ſaltus Libani ex
auro mũdo. Non erat argentũ, nõ reputabaẽ
23 in diebus Selomóh quicq;. ¶ Quia nauis
Tharſis erat regi per mare cũ naui Chirám.
Semel in tribus annis ueniebat nauis Thar-
ſis, & portabat aurum, & argentum, dentes
24 elephantũ, & ſimias, & pauos. ¶ Et magni
ficatus eſt rex Selomóh præ omnibus regi-
25 bus terræ in diuitijs, & ſapientia. ¶ Et oẽs
habitatores terræ quærebant faciem Selo-
móh, ut audirẽt ſapientiã eius quam poſue-
26 rat deus in corde eius. ¶ Et afferebãt unuſ
quiſq; munus ſuum, uaſa argentea, & ua-
ſa aurea, & ueſtes, & arma, & aromata, &
27 equos, & mulos per ſingulos annos. ¶ Et
congregauit Selomóh currus, & equites.
Et fuerunt ei mille, & quadringenti currus,
& duodecim milia eqtes, & poſuit eos in ci
uitatibus curruũ, & cum rege in Ieruſalaim.
28 ¶ Et dedit rex argentũ in Ieruſalaim tanq̃
lapides, & cedros dedit tanq̃ ſycomoros.
29 quæ ſunt in cãpeſtri in multitudine. ¶ Et
exit' equorũ ipi Selomóh erat ex Aegypto

& cõgregatio negociatorũ regis accipiebãt
30 uerum in precium. ¶ Et aſcẽdebat, & egre
diebatur quadriga ex Aegypto ꝓ ſex centis
argenteis, equus uero pro quinquaginta, &
centum, & ſic omnes reges Chittæorum, &
reges Arám per manum eorum educebant.

Capitulum. II.

1 REx autem Selomóh adamauit
mulieres alienigenas multas,
& filiam Parhóh, Moabitidas
16 Nabóth uiuit, ſed mortuus eſt. ¶ Et fuit, cũ
audiſſet Acháb ꝙ mortu⁹ eſſet Nabóth, ſur
rexit Acháb, ut poſſideret uineam Nabóth
17 Izrehelitæ, ut poſſideret eam. ¶ Et fuit uer
18 bum dñi ad Eliiáhu Tiſbitẽ, dicendo. ¶ Sur
ge, deſcende in occurſum Acháb regis Iſrl',
qui eſt ĩ Somrón. Ecce in uinea Nabóth eſt,
19 ad quam deſcẽdit, ut poſſideat eam. ¶ Et
loqueris ad eum dicendo. Sic dixit dñs. Nõ-
ne occidiſti, & etiam poſſediſti? Loquerisqꝫ
ad eum dicendo. Sic dixit dominus. In loco
in quo linxerũt canes ſanguinẽ Nabóth, lin
20 gent canes ſanguinẽ tuum, etiã tuũ. ¶ Di-
xit autem Acháb ad Eliiáhu. Num inueniſti
me inimicũ tuum? Et dixit. Inueni, quia tra
didiſti teipſum ad faciẽdum malũ in oculis

21 dñi. ¶ Ecce ego adduco ſuper te malum, &
an[illegible] poſteros tuos, & ſuccidã de Acháb
mingentem ad parietem, & clauſum, & de-
22 relictum in Iſraél. ¶ Et dabo domum tuam
ſicut domum Iarobhám filij Nebáth, & ſicut
domum Bahaſá filij Achijáh propter irrita-
tionem qua irritaſti, & peccare feciſti Iſraél.
23 ¶ Et etiam ſup̃ Izébel locutus eſt dñs dicẽ-
do. Canes comedẽt Izébel intra ante murale
24 Izrehél. ¶ Eũ qui mortuus fuerit de Acháb
in ciuitate, comedent canes, & qui mortuus
25 in agro comedent uolucres cœli. ¶ Verum
tamen non fuit ſicut Acháb q̃ tradiderit ſe-
ipſum ad faciendum malum in oculis domi-
26 ni, quia incitauit eum Izébel uxor ei⁹. ¶ Et
abominationes fecit ualde, ut iret poſt ido-
la, iuxta omnia quæ fecerunt Emoræi, quos
expulit dominus à facie filiorum Iſraél.
27 ¶ Et fuit, cum audiſſet Acháb uerba hæc,
ſcidit ueſtimenta ſua, & poſuit ſaccum ſup̃
carnem ſuam, & ieiunauit, & dormiuit i ſac-
28 co, & ambulauit ſenſim. ¶ Fuit antẽ uerbũ
29 dñi ad Elijáhu Tiſbitem dicendo. ¶ Nũ ui-
diſti quod humiliauit ſe Acháb à facie mea?
Pro eo quod humiliauit ſe à facie mea, nõ in-
ducam malum in diebus eius. In diebus filij
eius inducam malum ſuper domũ eius.

Capitulum. 22.

1 Anſerunt antẽ tres anni abſq;
bello inter Arám, & Iſraél.
2 ¶ Et fuit, ãno tertio deſcẽdit
Iehoſapháth rex Iehudáh ad re-
3 gem Iſraél. ¶ Dixitq; rex Iſrl̃
ſeruis ſuis. Nonne noſtis ꝙ nr̃a
fuit Ramóth Ghilhád, & tacemus ab acci-
4 piẽdo eam de manu regis Arám? ¶ Dixitq;
ad Iehoſapháth. Venies ne mecũ ad prælũ i
Ramóth ghilhád? Dixitq; Iehoſapháth ad re-
gem Iſraél. Sicut ego, ſic tu, ſicut popul⁹ me⁹
ſic populus tuus, ſicut equi mei, ſic equi tui.
5 ¶ Dixitq; Iehoſapháth ad regem Iſraél.
6 Quære obſecro hac die uerbum dñi. ¶ Et
cõgregauit rex Iſraél prophetas ferme qua-
dringentos uiros, dixitq; ad eos. Num ire de-
beo in Ramóth Ghilád ad prælium, an quie-
ſcere? Et dixerunt. Aſcende, & dabit domin⁹
7 in manu regis. ¶ Dixitq; Iehoſapháth. Nũ-
quid non eſt hic propheta domini ultra, ut
8 inquiramus ab eo? ¶ Dixitq; rex Iſraél ad
Iehoſapháth. Adhuc eſt uir unus, ut inquira-
mus dominum ab eo, ſed ego odi eum, quia
non uaticinatur mihi bonum, ſed malũ Mi-
cháichu filius Imlá. Dixitq; Iehoſapháth. Ne
9 dicat rex ita. ¶ Vocauit autem rex Iſraél eu-
nuchum unum, & dixit. Feſtina re fac Michá-

10 ichu filium Imlá. ¶ Rex autem Iſraél, & Ie-
hoſapháth rex Iehudáh ſedebant unuſquiſq;
ſuper ſolium ſuum induti ueſtibus in area ad
oſtium portæ Somrón, & omnes uates uati-
11 cinabant añ eos. ¶ Fecitq; ſibi Sidchijáh fi-
lius Chenahanáh cornua ferrea, et dixit. Sic
dixit dominus. His cornupetes Aramæos,
12 donec conſumas eos. ¶ Et omnes uates ua-
ticinabant ſic dicendo. Aſcende in Ramóth
Ghilhád, & proſperaberis, & tradet domi-
13 nus in manu regis. ¶ Nuncius autem qui ie-
rat ad uocandum Micháichu locutus eſt ad
eum, dicendo. Ecce obſecro uerba prophe-
tarum ore uno bonum annunciant regi. Sit
obſecro uerbum tuum, ſicut uerbum uni⁹ ex
14 eis, & loquere bonum. ¶ Dixitq; Micháic-
hu. Viuit dominus, quia quod dixerit domi-
15 nus mihi, illud loquar. ¶ Et uenit ad regẽ.
Dixitq; rex ad eum Micháichu. Num ire de-
bemus in Ramóth Ghilhád ad bellum, an de-
ſiſtere? Dixitq; ad eum. Aſcende, & proſpe-
raberis, & tradet dominus in manu regis.
16 ¶ Dixitq; ad eum rex uſq; ad tot uices, ego
adiuro te, ut non loqueris mihi niſi ueritatẽ
17 in nomine domini. ¶ Et ait. Vidi uniuerſum
Iſraél diſperſum ſuper montes, ſicut oues q-
bus non erat paſtor. Dixitq; dominus. Non
eſt dominus iſtis. Reuertatur unuſquiſq; in
18 domum ſuam in pace. ¶ Dixitq; rex Iſraél
ad Iehoſapháth. Nõne dixi tibi ꝙ non uatici-
19 naretur mihi bonum, ſed malum? ¶ Et ait
Idcirco audi uerbum domini. Vidi dominũ
ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnẽ exer-
citum cœli ſtantem iuxta eum à dextera ei⁹,
20 & à ſiniſtra eius. ¶ Dixitq; dominus. Quis
decipiet Acháb, ut aſcendat, & cadat in Ra-
móth Ghilhád? Et dixit, hic ſic, & alter dice-
21 bat ſic. ¶ Et egreſſus eſt ſpirit⁹, & ſtetit co-
ram domino, & ait. Ego decipiam eum. Di-
22 xitq; domin⁹ ad eum. In quo? ¶ Et ait. Egre-
diar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium
uatum eius. Et dixit. Decipies, & etiam præ-
23 ualebis. Egredere, & fac ita. ¶ Et nunc, ec-
ce dedit dominus ſpiritum mẽdacem in ore
omnium uatum iſtorum tuorum, & locutus
24 eſt dominus ſuper te malum. ¶ Et acceſſit
Sidchijáhu filius Chenahanáh, & percuſſit
Micháichu in maxillam, & dixit. Quãdo trã-
ſiuit ſpirit⁹ domini à me, ut alloqueretur te?
25 ¶ Dixitq; Micháichu. Ecce uidebis in die il-
la qua ingredieris de cubiculo in cubiculũ,
26 ut abſcondas te. ¶ Dixitq; rex Iſraél. Tolle
Micháichu, & reduc fac eum ad Amón prin-
cipem ciuitatis, & ad Ioás filium regis.
27 ¶ Et dices. Sic dicit rex. Ponite hunc in do-

mo carceris, & comedere facies eum panē
arctum, & aquam arctam, donec ueniam in
28 pace. ¶ Dixitq; Michaíehu. Si reuertendo
reuerſus fueris in pace, non eſt locutus do-
minus per me. Et ait. Audite populi omnes.
29 ¶ Aſcēdit autē rex Iſraël, & Iehoſapháth
30 rex Iehudáh in Ramóth Ghilhád. ¶ Dixit
q; rex Iſraël ad Iehoſapháth. Mutabo me, &
ingrediar bellum, tu autem indue te ueſti-
bus tuis. Et mutauit ſe rex Iſraël, & ingreſ-
31 ſus eſt bellum. ¶ Rex autem Arám præce-
pit principibus curruum qui erant ſibi tri-
gínta & duobus dicendo. Non pugnabitis
cum paruo, uel magno, niſi cum rege Iſraël
32 ſolum. ¶ Et fuit, cū uidiſſent principes cur
ruum Iehoſapháth dixerūt. Certe rex Iſraël
eſt. Et declinauerūt contra eum ad pugnan-
33 dū. Et exclamauit Iehoſapháth. ¶ Et fuit,
cum uidiſſent principes curruum ꝙ nō eſſet
34 rex Iſraël ipſe auerſi ſunt ab eo. ¶ Vir autē
iaculatus eſt arcu in ſimplicitate ſua, & per-
cuſſit regem Iſraël inter coniunctūras, & lo-
ricam. Dixitq; aurigæ ſuo. Verte manū tuā,
& educ me de caſtris, quia uulneratus ſum.
35 ¶ Et aſcendit prælium in die illa. Rex autē
Iſraël ſtabat in curru cōtra Aramæos, & mor
tuus eſt ueſpere, & effluebat ſanguis plagæ
36 in ſinu currus. ¶ Et trāſiuit præco per ca-
ſtra occumbente ſole dicendo. Vnuſquiſq;
eat in ciuitatē ſuā, & unuſquiſq; in terram
37 ſuam. ¶ Mortuus eſt autem rex, & uenit in
Somrón, & ſepelierunt regem in Somrón.
38 ¶ Lauitq; lauās currū in piſcina Somrón, &
linxerunt canes ſanguinem eius, & arma la
uerunt, iuxta uerbum domini quod locutus
39 fuerat. ¶ Reſidua autem Achàb, & omnia
quæ fecit, & dom⁹ eburnea quā ædificauit,
& omnes urbes quas ædificauit, nonne ſunt
ſcripta in libro uerborum dierū regum Iſrl'?
40 ¶ Et dormiuit Achàb cū pr̄ibus ſuis, & re
41 gnauit Achaziáhu filius eius ꝓ eo. ¶ Ieho-
ſapháth aūt filius Aſá regnauit ſuper Iehu-
42 dáh anno quarto Achàb regis Iſraël. ¶ Ie-
hoſapháth uero triginta & quinq; annorū
erat, quando regnauit, & uiginti, & quinq;
annis regnauit in Ieruſaláim. Nomen autem
43 matris eius Hazubáh filia Silchí. ¶ Et am-
bulauit in omni uia Aſá patris ſui, & nō de-
clinauit ab ea faciēdo quod rectū eſt in ocu-
44 lis domini. ¶ Verūtamen excelſa nō remo
uerunt, adhuc populo immolante, & ſuffien
45 te in excelſis. ¶ Et pacē fecit Iehoſapháth
46 cum rege Iſraël. ¶ Reſidua autem Iehoſa
phát, & robur eius quod fecit, & quo pu-
gnauit, nōne ſcripta ſunt in libro uerborum
47 dierum regum Iehudáh? ¶ Et reſidua ſcor
ta quæ remanſerāt in diebus Aſá patris [illegible],
48 tulit è terra. ¶ Et rex nō erat in Edóm, præ-
49 fect⁹ erat rex. ¶ Iehoſapháth fecit naues
Tharſis, ut irent in Ophír pro auro, & non
ierunt quia cōfractæ ſunt naues in Heſion
50 ghábe r. ¶ Tūc dixit Achaziáhu fili⁹ Achàb
ad Iehoſapháth. Vadant ſerui mei cum ſer-
uis tuis in nauibus, & noluit Iehoſapháth.
51 ¶ Dormiuitq; Iehoſapháth cum patribus
ſuis, & ſepultus eſt cum patribus ſuis in ciui
tate Dauid patris ſui, & regnauit Iehorám
52 filius eius pro eo. ¶ Achaziáhu fili⁹ Achàb
regnauit ſuper Iſraël in Somrón anno ſepti
mo decimo Iehoſapháth regis Iehudáh, &
53 regnauit ſuper Iſraël duobus annis. ¶ Fe-
citq; malum in oculis domini. Ambulauitq;
in uia patris ſui, & in uia matris ſuæ, & in
uia Iarobhám filij Nebáth, qui peccare fe-
54 cit Iſraël. ¶ Seruiuitq; Báhal, & incuruauit
ſe ei, & irritauit dominum deum Iſraël, ſe-
cundum omnia quæ fecerat pater eius.

¶ INCIPIT LIBER MELACHIM ID-EST REGVM SECVNDVS INTERPRETE EODEM SANCTE' PAGNINO LVCENSI SACRAE THEO. PROFESSO.

1 DEfecit autē Mo-
áb Iſraël mortuo
2 Achàb. ¶ Ceci
dit aūt Achaziá
hu de cācello in
cœnaculū ſuum
qđ erat in Som-
rón & ægrota-
uit. Miſitq; nun-
cios, & dixit ad
eos. Ite inquiri-
te per Báhalzebúb deum Hecrón, ſi uiuam
3 de infirmitate hac. ¶ Angelus autem domi
ni locut⁹ eſt ad Eliiáhu Tiſbitē. Surge, aſcē-
de in occurſum nūciorū regis Somrón, & lo
quere ad eos. Nunqđ nō eſt de⁹ in Iſraël, ut
eatis ad inquirendū ꝑ Báhalzebúb deū He-
4 chrón? ¶ Et idcirco ſic dicit dn̄s. De lecto
ſuꝑ quē aſcēdiſti, nō deſcēdes, ſed moriēdo
5 morieris. Et abijt Eliiáh. ¶ Et reuerſi ſunt
nūcij ad eū. Dixitq; ad eos. Vt quid reuerſi
6 eſtis? ¶ Dixerūtq; ad eum. Vir aſcendit in
occurſum noſtrū, dixitq; nobis. Ite reuerti-
mini ad regem, qui miſit uos, & loquimini
ad eum. Sic dixit domin⁹. Nunquid non eſt
deus in Iſraël, ut mittas ad ingrēdū ꝑ Báhal
zebúb deū Hechrō. Idcirco de lecto ſuꝑ quē

aſcendiſti, nõ deſcendes, ſed moriẽdo morie
7 ris. ¶ Dixitq; ad eos. Qualis diſpoſitio eſt
uiri, qui aſcendit in occurſum ueſtrum, & lo
8 cutus eſt nobis ſermones iſtos? ¶ Dixerunt
q; ad eũ. Vir piloſus, & cingulo pelliceo ac
cinctus renes ſuos. Et ait. Elijáh Tiſbites eſt.
9 ¶ Miſitq; ad eũ principem quinquagenariũ
& quinquaginta eius. Et aſcendit ad eũ. Et
ecce ſedebat in uertice mõtis. Locutuſq; ad
eum. Vir dei, rex locutus eſt. Deſcẽde. ¶ Et
10 rñdit Elijahu. ¶ Locutuſq; eſt ad principem
quinquagenarium. Et ſi uir dei ſum, deſcen=
dat ignis è cœlo, & cõſumat te, & quinqua=
ginta tuos. Et deſcendit ignis è cœlo, & con
11 ſumpſit eum, & quinquaginta eius. ¶ Et re
uerſus eſt, miſitq; ad eum pricipem quinqua=
12 genarium aliũ, & quinquaginta ei⁹. ¶ Et re
ſpondit, & locutus eſt ad eum. Vir dei ſic di=
xit rex. Feſtia, deſcẽde. Et rñdit Elijáh, dixit
q; ad eos. Si uir dei ſum, deſcendat ignis è
cœlo, & conſumat te, & quinquaginta tuos
Et deſcendit ignis dei è cœlo, & conſumpſit
13 eum, & quinquaginta eius. ¶ Et reuerſus ẽ
& miſit principem quinquagenariũ tertiũ,
& quinquaginta eius. Et aſcendit, & uenit
princeps quinquagenari⁹ terti⁹, & incurua
uit ſe ſup genua ſua cõtra Elijáhu, & preca=
tus eſt eum. Locutuſq; eſt ad eum. Vir dei pre
cioſa ſit quaſo aĩa mea, & aĩa ſeruorũ tuorũ,
14 horũ quinquaginta in oculis tuis. ¶ Ecce
deſcendit ignis è cœlo, & conſumpſit duos
principes quinquagenarios primos, & quĩ=
quaginta eorũ, & nũc precioſa ſit aĩa mea ĩ
15 oculis tuis. ¶ Locutus eſt aũt angelus dñi
ad Elijáhu. Deſcende cum eo, ne timeas à fa
cie eius. Et ſurrexit, deſcenditq; cum eo ad
16 regem. ¶ Et locut⁹ eſt ad eum. Sic dixit dñs
Pro eo quod miſiſti nuncios ad inquirendum
Báhalzebúb deum Hechrón. (Nũquid nõ eſt
deus in Iſrael ad quærẽdũ per uerbũ eius?)
Idcirco de lecto ſuper quem aſcendiſti, non
17 deſcendes, ſed moriẽdo morieris. ¶ Et mor
tuus eſt iuxta uerbum domini, quod locut⁹
fuerat Elijáhu. Et regnauit Iehoram pro eo,
ãno ſecũdo Iehorám filij Iehoſaphath regis
18 Iehudáh, quia non fuerat ei filius. ¶ Reſi=
dua autem Achaziah quæ fecit, nonne ipſa
ſcripta ſunt in libro uerborum dierum regũ
Iſrael?

Capitulum. 2.

1 ET fuit, cum aſcendere faceret domi
nus Elijahu per turbinem in cœlum.
2 abijt Elijahu, & Eliſáh, de Ghil=
ghal. ¶ Dixitq; Elijáhu ad Eliſáh.
Sede obſecro hic, quia dominus miſit me uſ
q; in Bethél. Dixitq; Eliſáh. Viuit dominus,
& uiuit anima tua, ſi dereliquero te. Et de=
3 ſcenderunt in Bethél. ¶ Et egreſſi ſunt filij
prophetarum qui erant in Bethél, ad Eliſáh,
atq; dixerunt. Nunquid noſti quod hodie do
minus tollit dominum tuum à capite tuo?
4 Dixitq;. Etiam noui, tacete. ¶ Dixitq; ei
Elijahu. Eliſáh ſede obſecro hic, quia domi=
nus miſit me in Ierichó. Et dixit. Viuit domi
nus, & uiuit anima tua. Si dimiſero te, Et ue
5 nerunt in Ierichó. ¶ Et acceſſerunt filij pro
phetarum qui erant in Ierichó ad Eliſáh, di=
xeruntq; ad eum. Num noſti q; hodie tollit
dominum tuum à capite tuo? Et ait. Etiã no=
6 ui, ſilete ¶ Dixitq; ei Elijáhu. Sede obſecro
hic, quia dominus miſit me ad Iardén Et ait,
Viuit dominus, & uiuit anima tua, ſi dereli=
7 quero te. Et abierunt ambo. ¶ Quinquagi
ta autem uiri de filijs prophetarum abierũt,
ſteteruntq; e regione à longe, & ambo ſte=
8 terunt iuxta Iardén. ¶ Tulitq; Elijahu pal=
lium ſuum, & inuoluit, & percuſſit aquas.
Et diuiſerunt ſe huc, & illuc, & tranſierunt
9 ambo per ſiccum. ¶ Quũ autem trãſiſſent
Elijáhu dixit ad Eliſah. Poſtula qđ faciã tibi
ãteq; tollar à te. Dixitq; Eliſáh. Et ſit obſecro
10 mẽſura duarũ partiũ de ſpũ tuo ſuper me. ¶ Et
ait. Difficilẽ rẽ poſtulaſti. Si uideris me abla
11 tum à te, erit tibi ſic. Sin aũt, nõ erit. ¶ Et
fuit ipſis pergentibus pergendo, & loquen
do, ecce currus igneus, & equi ignei, diuiſe
runt utrumq;. Et aſcendit Elijáhu per turbi=
12 nem in cœlum. ¶ Eliſáh autem uidebat, &
clamabat. Pater mi, pater mi, currus Iſraẽl,
& equites eius. Et nõ uidit eum amplius, &
apprehendit ueſtimenta ſua, & ſcidit ea in
13 duas ſciſſiones. ¶ Et eleuauit palliũ Elijahu
quod ceciderat ab eo, & reuerſus eſt, & ſte=
14 tit iuxta ripam Iardén. ¶ Tulitq; palliũ Eli=
iahu qđ ceciderat ab eo, & percuſſit aquas
& dixit. Vbi eſt dominus deus Elijahu, eti=
am ipſe? Et percuſſit aquas, & diuiſerũt ſe
15 huc, & illuc, & tranſiuit Eliſáh. ¶ Et uide=
runt eum filij prophetarum qui erant in Ie=
richó è regione, atq; dixerũt. Requieuit ſpi
ritus Elijahu ſuper Eliſáh. Et uenerunt in oc
curſum eius, & incuruauerũt ſe ei ſuper ter=
16 ram. ¶ Et dixerunt ei. Ecce obſecro ſunt cũ
ſeruis tuis quinquaginta uiri robuſti. Eant
nunc, & quærant dominum tuum, ne forte
tulerit eum ſpiritus domini, & proiecerit eũ
in unum è montibus, aut in unã è uallibus. Et
17 dixit. Ne mittatis. ¶ Et coegerunt eum q;=
diu tardauit. Et dixit. Mittite, & miſerunt

quinquaginta uiros, qui quæſieruntq; trib' die-
18 bus, & non inuenerunt eum. ¶ Et reuerſi
ſunt ad eum. Ipſe autē habitabat in Iericho.
Dixit ad eos. Nonne dixi uobis, ne eatis?
19 ¶ Dixerunt autem uiri ciuitatis ad Eliſáh.
Ecce obſecro habitatio ciuitatis bona eſt, ſi
cut dominus meus uidet, & aquæ malæ, &
20 terræ habitatores orbant. ¶ Et dixit. Tolli-
te mihi phialam nouam, & ponite in ea ſal.
21 Et attulerunt ei. ¶ Et egreſſus eſt ad exitū
aquarum, & proiecit illuc ſal, & dixit. Sic di
xit dominus. Sanaui aquas iſtas. Non erit in-
22 de ultra mors, & orbans. ¶ Et ſanatæ ſunt
aquæ uſq; ad diem hāc, iuxta uerbum Eliſáh
23 quod locutus fuerat. ¶ Et aſcendit inde in
Bethél. Et ipſo aſcendente per uiam, pueri
parui egreſſi ſunt ex urbe, & illudebant ei,
dixeruntq; ei. Aſcende calue, aſcende calue.
24 ¶ Et reſpexit poſt ſe, & uidit eos, maledi-
xit eis in nomine domini, & egreſſæ ſunt duæ
urſæ è ſylua, & lacerauerūt ex eis quadragin
25 ta, & duos pueros. ¶ Et abijt inde in mon-
tem Charmél, & inde reuerſus eſt in Som-
rón.

Capitulum. 3.

1 IEhorám autem fili' Achab
regnauit ſup Iſraél in Som
rón anno octauo decimo
Iehoſapháth regis Iehu-
dáh regnauitq; duodecim
2 annis. ¶ Fecitq; quod ma
lum eſt in oculis domini, ueruntamen non ſi
cut pater ſuus, & ſicut mater ſua. Et remouit
ſtatuam Báhal, quam fecerat pater ſuus.
3 ¶ Veruntā peccatis Iarobhām filij Hebáth
qui peccare fecit Iſraél, adhæſit, nō receſſit
4 ab eis. ¶ Meſáb autem rex Moáb habebat
greges, & reddebat regi Iſraél centum mi-
lia agnos centum milia arietes cum lana.
5 ¶ Et fuit, cum mortuus eſſet Acháb defecit
6 rex Moáb cōtra regem Iſraél. ¶ Et egreſſ'
eſt rex Iehorám die illa de Somrón, & recē-
7 ſuit uniuerſum Iſraél. ¶ Et abijt, & miſit ad
Iehoſapháth regem Iehudáh dicendo. Rex
Moáb defecit cōtra me. Num uenies mecum
cōtra Moáb ī prælium? Et dixit ei. Aſcēdā. Si
cut ego, ſic tu, ſicut populus meus ſic popu
8 lus tuus, ſicut equi mei, ſic equi tui. ¶ Et
dixit. Per quam uiam aſcendimus? Et dixit.
9 Per uiam deſerti Edóm. ¶ Et abijt rex Iſrl,
10 & rex Iehudáh, & rex Edóm. ¶ Et circuie-
runt p uiam ſeptem diebus, & non erat aqua
caſtris, nec iumentis quæ erant ad pedes eo-
11 rum. ¶ Dixitq; rex Iſrl. Aháh. Vocauit do-
minus tres reges iſtos, ut traderet eos in ma
12 nu Moáb. ¶ Dixitq; Iehoſapháth. An non
eſt hic propheta domini, ut inquiramus do-
minum ab eo? Reſponditq; unus e ſeruis re-
gis Iſraél, & dixit. Hic ē Eliſáh fili' Sapháth
qui fundebat aquam ſuper manum Elijáhu.
13 ¶ Dixitq; Iehoſapháth. Eſt ne ſecum uer-
bum domini? Et deſcenderunt ad eum rex Iſ
14 raél, & Iehoſapháth, & rex Edóm. ¶ Dixit-
q; Eliſáh ad regem Iſraél. Quid mihi, & tibi?
Vade ad prophetas patris tui, & ad prophe
15 tas matris tuæ. ¶ Dixitq; rex Iſraél. Nequa
q̄, quia conuocauit domin' tres reges iſtos,
16 ut traderet eos in manu Moáb. ¶ Dixitq;
Eliſáh. Viuit dominus exercituum, cuius ſte
ti in conſpectu, quia niſi faciē Iehoſapháth
regis Iehudáh honorarem, ſi reſpexiſſem ad
17 te, & ſi uidiſſem te. ¶ Et nunc tollite mi-
hi pulſatorem, & fuit cum pulſando pulſa-
18 ret, fuit ſuper eum prophetia domini. ¶ Et
ait. Sic dixit dominus. Fac torrentem hunc
19 foſſas foſſas. ¶ Sic enim dixit domin'. Non
uidebitis uentum, neq; uidebitis pluuiam,
& torrens ipſe implebitur aqua, & bibetis
uos, & greges ueſtri, & iumenta ueſtra.
20 ¶ Et leue eſt hoc in oculis domini. Dabitq;
21 Moáb in manu ueſtra. ¶ Et percutietis om
nem ciuitatem munitam, & omnem ciuitatē
electam, & omnem arborem bonam cadere
facietis, cunctoſq; fontes aquarum obtura-
bitis, & omnem agrum bonum operietis la-
22 pidibus. ¶ Et fuit mane, quando offertur ſa
crificiū, ecce aquæ ueniebāt è uia Edóm, &
23 repleta eſt terra aqs. ¶ Vniuerſus aūt Moáb
audierunt ꝙ aſcendiſſent reges ad pugnan-
dum aduerſus eos, & congregauerunt ſe ab
omni accincto cingulo, & ſupra, & ſteterūt
24 ſuper terminum. ¶ Et ſurrexerunt mane, &
ſol ortus erat ſuper aquas. Videruntq; Moáb
25 è regione, aquas rubras ſicut ſanguis. ¶ Et
dixerūt. Sanguis eſt. Digladiando gladiati
ſunt reges, & percuſſerunt unuſquiſq; pro-
ximum ſuum. Et nunc ad ſpolia Moáb.
26 ¶ Veneruntq; ad caſtra Iſraél. Et ſurrexerūt
Iſraél, & percuſſerunt Moabitas. Fugeruntq;
à facie eorum, & percuſſerunt eos, & percu
27 tiendo Moabitas. ¶ Et urbes deſtruxerunt
& in omnem agrum optimum proiecerunt
unuſquiſq; lapidem ſuum, & repleuerūt illū
& omnem fontem aquarum obturauerunt,
& omnem arborem bonam cadere fecerunt
donec dimitterent lapides ei' ī pariete Cha
réſeth, & circundederunt fundibularij, & p
28 cuſſerunt eum. ¶ Et uidit rex Moáb ꝙ præ
ualeret ſibi bellum, & tulit ſecum ſeptingē-

tos uiros euaginantes gladium, ut irrumpe
ret ad regem Edóm, & non potuerant.
29 ¶ Et tulit filium ſuum primogenitum qui
regnaturus erat pro eo, & obtulit illum ho-
locauſtum ſuper murũ. Et fuit ira magna ſu-
per Iſrael, & profecti ſunt ab eo, & reuerſi
ſunt in terram.

Capitulum. 4.

1 MVlier autem una de uxoribus
filiorum prophetarum clama-
uit ad Eliſah dicendo. Seruus
tuus uir meus mortuus eſt, &
tu noſti ꝙ ſeruus tuus timebat
dominum. Creditor autem ue
nit, ut tollat duos natos meos ſibi in ſeruos
2 ¶ Dixitq; ad eam Eliſah. Quid faciam tibi?
Indica mihi. Quid eſt tibi in domo? Et ait.
Non eſt ancillæ tuæ quicq̃, niſi uas olei.
3 ¶ Et dixit. Vade, pete uaſa ab ijs qui ſunt ex
tra, ab oĩbus uicinis tuis uaſa uacua, nõ pau-
4 ca petes. ¶ Et ingredieris, & claudes oſtiũ
ſuper te, & ſuper filios tuos, & fundes ſuper
omnia uaſa hæc. Et quod plenum fuerit re-
5 mouere facies. ¶ Iuitq; ab eo, & clauſit oſtiũ
ſuper ſe, & ſuper filios ſuos. Ipſi afferebant
6 ad eam, & ipſa infundebat. ¶ Et fuit, cum
impleuiſſet uaſa, dixit ad filium ſuum. Affer
mihi adhuc uas. Dixitq; ab eam. Non eſt ul-
7 tra uas. Et ſtetit oleum. ¶ Venitq;, & indica
uit uiro dei, & ait. Vade, uẽde oleum, & red
de creditori tuo. Tu autem, & filius tuus ui-
8 ues de reſiduo. ¶ Et fuit dies, & tranſibat
Eliſah in Sunem, & ibi erat mulier magna,
& uim fecit ei, ut comederet panem. Et fuit
quando tranſibat decliuabat illuc, ut come
9 deret panem. ¶ Dixitq; uiro ſuo. Ecce
nunc noui ꝙ uir dei ſanctus eſt, tráſicus per
10 nos iugiter. ¶ Faciamus nunc cœnaculum
habẽtem pariete paruum, ponamuſq; ei ibi
lectum, & menſam, & ſellam, & candelabrũ.
Et erit, quũ uenerit ad nos, declinauit illuc.
11 ¶ Fuitq; dies, & uenit illuc, & decliuauit
12 in cœnaculum, & requieuit ibi. ¶ Dixitq;
ad Ghechazi puerum ſuum. Voca Sunamitẽ
13 hanc. Et uocauit eam, & ſtetit ante eũ. ¶ Di
xitq; ei. Dic ad eam. Ecce ſollicita fuiſti ꝓ no
bis ſollicitudine iſta. Quid uis ut faciã tibi?
Num eſt loquendum tibi ad regem, uel ad
principem exercitus? Et dixit. In medio po-
14 puli mei habito? ¶ Et dixit. Et quid uis ut fa
ciam ei. Et dixit Ghechazi. Equidem fili⁹ nõ
15 eſt ei, & uir eius ſenex eſt. ¶ Et ait. Voca eã.
16 Et uocauit eam, & ſtetit ad oſtium. ¶ Et di-
xit. In tempore iſto uiuente te amplexaberis
filium. Et ait. Ne domine mi uir dei, ne men-
17 tiaris ancillæ tuæ. ¶ Et concæpit mulier, &
peperit filium ad tempus ipſum iuxta tẽpus
18 uitæ quod locut⁹ fuerat ei Eliſah. ¶ Et cre-
uit puer. Et fuit, in die qua egreſſus eſt ad pa
19 trem ſuum, ad meſſores. ¶ Dixit patri ſuo.
Caput meum, caput meum. Dixitq; ad pue-
20 rum. Tolle eum ad matrem ſuam. ¶ Tulitq;
eum, & adduxit eum ad matrem ſuam. Et ſe
dit ſuper genua eius uſq; ad meridiẽ, & mor
21 tuus eſt. ¶ Et aſcendit, & accumbere fecit
ſuper lectum uiri dei, & oſtium clauſit ſuper
22 eum, & egreſſa eſt. ¶ Vocauitq; uirum ſuũ
& ait. Mitte obſecro mihi unum e pueris, &
unam aſinam, & curram uſq; ad uirum dei,
23 & reuertar. ¶ Et dixit. Cur uadis ad eũ? Ho
die nõ ſunt Kalendæ, nec ſabbatum. Et dixit
24 Pax. ¶ Et ſtrauit aſinã, dixitq; puero. Duc
& uade, ne moreris equitando, niſi dixero
25 tibi. ¶ Et iuit, & uenit ad uirum dei in mon
tem Charmel. Et fuit, cum uidiſſet uir dei illã
e contra, dixit ad Ghechazi puerum ſuum.
26 Ecce Sunamitis illa. ¶ Nunc curre obſe-
cro in occurſum eius, & dic ei. Nunquid eſt
pax tibi? Num eſt pax uiro tuo? Num eſt pax
27 puero? Et dixit. Pax. ¶ Et uenit ad uirũ dei
in montem, & appræhendit pedes eius. Et ac
ceſſit Ghechazi, ut expelleret eam. Dixitq;
uir dei. Dimitte eam, quia anima eius amara
eſt ei. Et dominus celauit à me, & nõ indica
28 uit mihi. ¶ Et ait. Nunquid petiui filium à
domino meo? Nunquid non dixi, ne errare
29 facias me? ¶ Dixitq; ad Ghechazi. Accinge
lumbos tuos, & tolle baculum meum in ma-
nu tua, & uade. Si inueneris uirum, ne ſalu-
tes eum, & ſi ſalutauerit te uir, non reſpon-
debis ei, & pones baculum meum ſuper fa-
30 ciem pueri. ¶ Dixit autem mater pueri. Vi
uit dominus, & uiuit anima, ſi dimiſero te.
31 Et ſurrexit, & iuit poſt eam. ¶ Ghechazi
autem tranſiuit ante eos, & poſuit baculum
ſuper faciem pueri, & non erat uox, nec at-
tentio. Et reuerſus eſt in occurſum eius, &
nunciauit ei dicendo. Non ſurrexit puer.
32 ¶ Ingreſſuſq; eſt Eliſah in domum, & ecce
puer mortuus, iacebat ſuper lectum eius.
33 ¶ Et ingreſſus eſt, & clauſit oſtiũ ſup utrũ
34 q;, orauitq; ad dñm ¶ Et aſcẽdit, & icubuit
ſuper puerum. Poſuitq; os ſuũ ſup os ei⁹, &
oculos ſuos ſup oculos ei⁹, & manu⁹ ſuas ſup
manus eius, & incuruauit ſe ſup eum, & ca-
35 le facta eſt caro pueri. ¶ Et reuerſus eſt, &
deãbulauit i domo ſemel huc, & ſemel illuc,
& aſcẽdit, incuruauit ſe ſuper eũ. Et ſternu-

tauit puer uſq; ad ſeptem uices, & aperuit
36 puer oclos ſuos. ¶ Vocauitq; Ghechazi, &
dixit. Voca Sunamitem hanc. Et uocauit. Ve
37 nitq; ad eum. Et ait. Tolle filium tuũ. ¶ Et
uenit, & proſtrauit ſe ad pedes eius, & incur-
uauit ſe ſuper terram. Tulitq; filium ſuum,
38 & egreſſa eſt. ¶ Eliſáh autem reuerſus eſt
in Ghilghál. Fames autem erat in terra, &
filij prophetarũ habitabant coram eo. Di-
xitq; puero ſuo. Pone ollam grandem, & co
39 que pulmentum filijs prophetarum. ¶ Et
egreſſus eſt unus in agrum, ut colligeret ole
ra, & inuenit uitem ſylueſtrem, collegit ex
ea colocyntidas ſylueſtres plenum ueſtimen
tum ſuum, & uenit, & concidit in ollã pul-
40 menti. Non enim cognouerãt. ¶ Fuderunt
autem uiris, ut comederent. Et fuit, edenti-
bus illis de pulmento, clamauerũt, atq; dixe
runt. Mors in olla uir dei. Et non potuerunt
41 comedere. ¶ Et dixit. Tollite farinã. Et pro
iecit in ollã, & dixit. Funde populo. Et come
42 derunt, & nõ fuit quicq; mali in olla. ¶ Vir
autem uenit de ualle Saliſáh, & detulit ad ui
rum dei panes primitiarum, uiginti panes hor
deaceos, & ſpicas plenas uirides ĩ ueſte ſua.
43 Et dixit, Da populo, ut comedant. ¶ Et di-
xit miniſter eius. Quomodo dabo hoc corã
centum uiris? Et dixit. Da populo, & come-
dent. Sic enim dixit dominus. Comedent, &
44 ſupererit. ¶ Et dedit coram eis. Et comede
runt & ſuperfuerunt iuxta uerbum dñi.

Capitulum. 5.

1 NAhamán autem princeps mili
tiæ regis Arám erat uir magnus
corã domino ſuo, & honorata
perſona. Per illum enim dedit
dñs ſalutem Arám. Vir autem
erat potens robore leproſus.
2 ¶ Et de Arám egreſſi fuerant exercitus, &
captiuam duxerãt è terra Iſraél puellã par-
3 uam, & erat ante uxorem Nahamán. ¶ Di-
xitq; ad dominã ſuam. Vtinam dominus meus
eſſet coram propheta qui eſt in Somrón, tunc
4 curaſſet eum à lepra ſua. ¶ Et uenit, & nun
ciauit domino ſuo, dicendo. Sic & ſic locu-
5 ta eſt puella quæ eſt è terra Iſraél. ¶ Dixit-
q; rex Arám. Vade, ingredere, & mittam li-
teras ad regem Iſraél. Et abijt, & tulit in ma
nu ſua decem talenta argẽti, & ſex millia au
6 reos, & decem mutatoria ueſtimenta. ¶ Et
detulit literas ad regem Iſraél, dicendo. Et
nunc cũ uenerit epiſtola hæc ad te, ecce mi-
ſi ad te Nahamán ſeruum meum, & curabis
7 eum à lepra ſua. ¶ Et fuit, cum legiſſet rex
Iſraél epiſtolam, ſcidit ueſtimẽta ſua, & ait.
Num deus ego ſum, ut mortificem, & uiuifi
cem, quia iſte mittit ad me, ut curem uirum
à lepra ſua? Verũtamen ſcitote nunc, & uide
8 te quod occaſionẽ quærat contra me. ¶ Et
fuit, cũ audiſſet Eliſáh uir dei quod ſcidiſſet rex
Iſraél ueſtimẽta ſua, miſit ad regẽ, dicendo.
Vt quid ſcidiſti ueſtimenta tua? Veniat nũc
9 ad me, & ſciat quod eſt propheta in Iſraél. ¶ Ve
nitq; Nahamán in equo ſuo, & in curru ſuo,
10 & ſtetit ad oſtium domus Eliſáh. ¶ Miſitq;
ad eũ Eliſáh nũciũ, dicendo. Vade, & laua te
ſeptẽ uicibus in Iardén, & reuertetur caro
11 tua tibi, & mundaberis. ¶ Et iratus eſt Naha-
mán, & abibat, & dixit. Ecce cogitaui ĩ me.
Egredietur egrediendo, & ſtabit & inuoca
bit nomen domini dei ſui, & eleuabit manũ
12 ſuam ad locũ & mũdabit leproſum. ¶ Nõ-
ne meliores ſunt Amanáh, & Parpár fluuij
Damméſech omnibus aquis Iſraél? An nõ la
uabo me, & mũdabo me? Et uertit ſe, & ibat
13 cum ira. ¶ Et acceſſerunt ſerui eius, & locu
ti ſunt ad eum, atq; dixerunt. Pater mi, ſi rẽ
grandem uates locutus fuiſſet tibi, nõne fe-
ciſſes? Et quanto magis quũ dixerit tibi, la-
14 ua te, & mundus eris? ¶ Et deſcendit, &
abluit ſe in Iardén ſeptẽ uicibus, iuxta uerbũ
uiri dei, & reuerſa eſt caro eius ſicut caro
15 pueri parui, & mundatus eſt. ¶ Et reuerſus
eſt ad uirum dei ipſe, & omnis turma eius, &
uenit, ſtetitq; ante eum, & dixit. Ecce nunc
noui quod non eſt deus in omni terra niſi in Iſrl.
Et nunc tolle obſecro benedictionẽ à ſeruo
16 tuo. ¶ Et dixit. Viuit dominus, cuius ſteti in
conſpectu, ſi accæpero. Et cogebat eum, ut
17 tolleret, & renuit. ¶ Dixitq; Nahamán. Et
non dabit nunc onus paris mulorũ de terra?
Non enim faciet ultra ſeruus tuus holocau-
ſtum, & ſacrificiũ dijs alienis, niſi domino.
18 ¶ Pro re hac parcat dñs ſeruo tuo, quan-
do ingredietur dominus meus in domum
Rimmõ, ut adoret ibi, & ipſe innixus fuerit ſup
manum meam, & adorauero in domo Rim-
món in adoratione mea, in domo Rimmón,
19 ignoſcat dominus ſeruo tuo in re hac. ¶ Di-
xitq; ei. Vade in pace. Et abijt ab eo per mi-
20 liare terræ. ¶ Dixit autem Ghechazi puer
Eliſáh uiri dei. Ecce prohibuit dominus meus
Nahamán Aramæũ hunc. Vt non acciperet
de manu eius quæ attulit. Viuit dominus,
niſi currero poſt eum, & accepero ab eo ali
21 quid. ¶ Et ſecutus eſt Ghechazi Nahamã.
Viditq; Nahamán currẽtẽ poſt ſe, & deſilijt
de curru in occurſum eius, & dixit. Nũquid

22 eſt pax? ⸿ Et dixit. Pax. Dñs me⁹ miſit me,
dicẽdo. Ecce tẽpore hoc uenerũt ad me duo
pueri de monte Ephraím de filijs propheta-
rum. Da obſecro eis talentũ argenti, & duo
23 mutatoria ueſtimẽta. ⸿ Dixitq́ Nahamán.
Complace, & tolle duo talẽta. Et coegit eũ.
Et ligauit duo talenta argẽti in duobus ſac
culis, & duo mutatoria ueſtimẽta, & poſuit
ſuper duos pueros ſuos, & portauerũt ante
24 eũ. ⸿ Et uenit ad munitionẽ, & tulit de ma
nu eorum, & depoſuit in domo, & dimiſit
25 uiros, & abierũt. ⸿ Ipſe autẽ ingreſſus eſt,
& ſtetit ante dñm ſuum. Dixitq́ ei Eliſáh.
Vnde Ghechazi? Et dixit. Non iuit ſeru⁹ tu⁹
26 huc, & illuc. ⸿ Dixitq́ ad eum. Nonne cor
meũ iuit tecum, quum uertit ſe uir de curru
ſuo in occurſum tui? An nõ uoui tẽpus quo
ibas ad accipiendũ, & ad accipiendũ ueſtes
ut emeres olineta, & uineas, & pecudes, &
27 boues, & ſeruos, & ancillas. ⸿ Et lepra Na
hamán adhærebit tibi, & ſemini tuo in ſclm.
Et egreſſus eſt à facie ei⁹ leproſus ſicut nix.

Capitulum. 6.

1 DIxerunt autẽ filij prophetarũ
ad Eliſáh. Ecce nunc locus in
quo habitamus coram te, an-
2 guſtus eſt nobis. ⸿ Ibim⁹ nũc
uſq́ ad Iardén, & tollemus in
de unuſquiſq́ tignũ unum, &
faciemus nobis ibi locum ad habitandũ ibi.
3 Et dixit. Ite. ⸿ Dixitq́ unus. Complace ob
ſecro, & ueni cũ ſeruis tuis. Et dixit. Ego ue
4 niam, ⸿ Et abijt cum eis. Venerũtq́ ad Iar-
5 dén, & cædebant ligna. ⸿ Et fuit, uno cade
re faciente tignũ, ferrũ cecidit in aquam &
clamauit, & dixit Aháh dñe mi. Et ipm erat
6 cõmodatũ. ⸿ Dixitq́ uir dei. Vbi cecidit?
Et oſtendit ei locũ. Præciditq́ lignũ, & pro
7 iecit illuc, & ſupernatare fecit ferrũ. ⸿ Et
dixit. Tolle, & extendit manũ ſuam, & tulit
8 illud. ⸿ Rex autem Arám pugnabat cũ Iſ-
raél. Et cõciliatus eſt cum ſeruis ſuis dicẽdo.
9 In loco tali & tali erit manſio mea. ⸿ Miſit
aũt uir dei ad regẽ Iſrl, dicẽdo. Caue ne trãſ-
eas ad locum illum. Illuc eñi Aramæi deſcen
10 dunt. ⸿ Et miſit rex Iſraél ad locum quem
dixerat ei uir dei, & monuerat eum, & obſer
11 uauit ſe ibi non ſemel, nec ſecundo. ⸿ Et cõ
turbatum eſt cor regis Arám ꝑpter hoc, &
uocauit ſeruos ſuos, & ait eis. Vt quid non
indicatis mihi quis ẽ nobis eſt regis Iſraél?
12 ⸿ Dixitq́ unus ẽ ſeruis eius. Non dñe mi
rex, ſed Eliſáh propheta, q eſt in Iſraél indi-
cat regi Iſraél uerba quæ loq̃ris in penetrali
13 cubilis tui. ⸿ Dixitq́. Ite, & uidete ubi ſit,
& mittã & tollã eum. Nunciatũq́ ei dicen-
14 do. Ecce eſt ĩ Dothã. ⸿ Miſitq́ illuc equos,
& currus, & exercitũ grauẽ, & uenerũt no
15 cte, & circũdederunt ciuitatẽ. ⸿ Surrexit
autem mane miniſter uiri dei, ut ſurgeret, &
egreſſus eſt, & ecce exercit⁹ circũdãs ciuita
tẽ, & eq, & curr⁹. Dixitq́ puer ei⁹ ad eum.
16 Aháh dñe mi, quõ faciem⁹? ⸿ Et dixit. Ne
timeas, qa plures ſunt qui nobiſcũ q̃ qui cũ
17 eis. ⸿ Orauit autem Eliſáh, & ait. Dñe ape
ri obſecro oculos eius, & uideat. Et aperuit
dñs oculos pueri, & uidit, & ecce mons ple
nus equis, & currus igneus in circuitu Eli-
18 ſáh. ⸿ Et deſcenderũt ad eum. Orauitq́ Eli
ſáh ad dominũ, & ait. Percute obſecro gen
tem iſtam cæcitatibus. Et percuſſit eos cæci
19 tatibus iuxta uerbum Eliſáh. ⸿ Dixitq́ ad
eos Eliſáh. Non eſt hæc uia, nec eſt hæc ciui-
tas. Venite poſt me, & ducam uos ad uirum
20 quẽ quæritis. Et duxit eos in Somrón. ⸿ Et
fuit, cum ingreſſi eſſent Somrón, dixit Eli-
ſáh. Dñe aperi oculos iſtorum, & uideant.
Et aperuit dñs oculos eorum, & uiderũt, &
21 ecce in medio Somrón. ⸿ Dixit autem rex
Iſraél ad Eliſáh, cum uidiſſet eos. Num per-
22 cutiã ꝑcutiã pater mi? ⸿ Et ait. Nõ ꝑcuties.
Num quos cœpiſti gladio tuo, & arcu tuo
ꝑcutis? Pone panẽ & aquã añ eos, & come-
dant, & bibant, & uadant ad dominũ ſuum.
23 ⸿ Et præparauit eis apparatũ magnum. Et
comederunt, & biberunt. Et dimiſit eos, &
abierunt ad dominũ ſuum, & nõ addiderũt
ultra exercitus Arám ut uenirent in terram
24 Iſraél. ⸿ Et fuit, poſt hæc cõgregauit Ben-
hadád rex Arám omnia caſtra ſua, & aſcen-
25 dit, & obſedit Somrón. ⸿ Fuitq́ fames ma
gna in Somrón. Et ecce obſidebant eam, do
nec eſſet caput aſini octoginta argenteis, &
quartũ cab ſtercoris colũbarũ quinq́ argen
26 teis. ⸿ Et fuit, rege Iſraél tranſeunte ſuper
murũ, mulier clamauit ad eum, dicẽdo. Sal-
27 uam me fac domine mi rex. ⸿ Et dixit. Nõ
te ſaluam faciat domin⁹. Vnde ſaluam faciã
28 te? Num de area, uel de torculari? Dixitq́ ei
rex. Quid eſt tibi? Et ait. Mulier hæc dixit
mihi. Da filium tuum. & comedamus eũ ho
die. Filium autem meum comedemus cras.
29 ⸿ Et coximus filium meũ, & comedimus
eũ. Dixitq́ ad eã, die altera. Da filiũ tuum,
& comedemus eum, & abſcondit filiũ ſuũ.
30 ⸿ Et fuit, cum audiſſet rex uerba mulieris,
ſcidit ueſtimenta ſua. Et eo tranſeunte ſu-
per murum, uidit populus, & ecce ſaccus

31 erat ſuper carnem eius intrinſecus. ¶ Et ait.
Sic faciat mihi deus, & ſic addat, ſi ſteterit ca-
32 put Eliſáh filij Saphath ſuper eū hodie. ¶ Eli-
ſáh autem ſedebat in domo ſua, & ſeniores ſe-
debant ſecum. Miſitq; rex uirum à facie ſua.
Anteq̃ ueniret nuncius ad eum, dixit ad ſenio
res. Num uidiſtis ꝙ miſerit filius homicidæ hu
ius, ut auferre faciat caput meum? Videte, cū
uenerit nuncius, claudite oſtium, & opprimi-
te eum in oſtio. Nonne ſonitus pedum domi-
33 ni eius poſt eum eſt? ¶ Adhuc eo loquente
cum eis, ecce nuncius deſcendebat ad eum, &
ait. Ecce hoc malum à domino eſt. Quid expe-
ctabo dominum amplius?

Capitulum. 7.

1 DIxit autem Eliſáh. Audite uer-
bum domini. Sic dixit domi-
nus. Iuxta tempus cras ſatum
ſimilæ ſeclo, & duo ſata ordei
2 ſeclo in porta Somrón. ¶ Et
reſpondit dux, cuius rex inite
batur ſuper manum ad uirum dei, & ait. Si do
minus faceret feneſtras in cœlo, nunquid erit
hoc? Et dixit. Ecce uidebis oculis tuis, ſed inde
3 non comedes. ¶ Quatuor autem uiri erant
leproſi ad oſtiū portæ. Dixeruntq; unuſquiſq;
ad proximum ſuum. Quid manemus hic, do-
4 nec moriamur? ¶ Si dixerimus, ingrediá-
mur ciuitatem, fames eſt in ciuitate, & mo-
riemur ibi, & ſi manſerimus hic, moriemur.
Et nunc uenite, & transfugiamus ad caſtra A-
rám. Si uiuificauerint nos uiuemus, & ſi mor-
5 tificauerint nos moriemur. ¶ Et ſurrexerunt
in crepuſculo, ut uenirent ad caſtra Arám. Ve-
neruntq; uſq; ad extremum caſtrorum Arám,
6 & ecce non erat ibi quiſq;. ¶ Dominus au-
tem audiri fecerat caſtra Arám ſonitum cur-
ruum, & ſonitum equorum, ſonitum exerci-
tus magni. Dixeruntq; unuſquiſq; ad fratrem
ſuum. Ecce mercede conduxit aduerſum nos
rex Iſraél reges Chittæorum, & reges Aegy-
7 ptiorum, ut ueniant contra nos. ¶ Et ſurre-
xerunt, & fugerunt in crepuſculo, & reliquē-
runt tētoria ſua, & equos ſuos, & aſinos ſuos,
caſtra ſecundum quod erant, & fugerunt pro
8 anima ſua. ¶ Et uenerūt leproſi ij uſq; ad ex-
tremū caſtrorū, & uenerunt ad tentoriū unū,
& comederunt, & biberunt. Tuleruntq; inde
argentum, & aurum, & ueſtes, & abierunt, &
abſconderunt. Et reuerſi ſunt, & uenerunt ad
tentorium aliud, & tulerunt inde, et abierunt,
9 & abſconderunt. ¶ Dixeruntq; unuſquiſq;
ad proximū ſuum. Nō recte facimus. Dies hæc
dies boni nūcij eſt, & nos tacemus? Et ſi expe-
ctauerimus uſq; ad lucem matutinam, inueniet
nos punitio. Et nunc uenite, & eamus, & nun-
10 ciemus in domo regis. ¶ Et uenerunt, & cla-
mauerūt ad portarium ciuitatis, & nunciaue-
runt eis, dicendo. Venimus ad caſtra Arám, &
ecce non eſt ibi quiſq;, nec uox hominis, niſi
equi ligati, & aſini ligati, & tentoria ſecundū
11 ꝙ erant. ¶ Et clamauerunt portarij, & nūcia
12 uerunt in domo regis intrinſecus. ¶ Surre-
xitq; rex nocte, & dixit ſeruis ſuis. Indicabo
nūc uobis quod fecerūt nobis Aramæi. Sciue
rūt ꝙ famelici ſumus, et egreſſi ſunt è caſtris,
ut lateant in agro, dicendo. Cum egreſſi fue-
rint è ciuitate, capiemus eos uiuos, & urbē in-
13 grediemur. ¶ Et reſpondit unus è ſeruis ei9,
& dixit. Tollant nunc quinq; ex equis, qui re
manſerunt, q remanſerunt in ea. Ecce ipſi ſunt
in uniuerſa multitudine Iſraél, qui remanſe-
runt in ea. Ecce ipſi ſunt in uniuerſa multi-
tudine Iſraél, qui conſumpti erant, & mitta-
14 mus, & uideamus. ¶ Et tulerunt duos cur-
rus equorum, et miſit rex poſt caſtra Arám, di
15 cendo. Ite, & uidete. ¶ Et abierunt poſt eos
uſq; ad Iardén. Et ecce omnis uia plena erat ue
ſtibus, & uaſis quæ proiecerunt Aramæi dum
feſtinarent. Et reuerſi ſunt nuncij, & indicaue
16 runt regi. ¶ Et egreſſus eſt populus, & diri-
puit caſtra Arám. Et fuit ſatum ſimilæ ſeclo, et
17 duo ſata ordei ſeclo iuxta uerbū dn̄i. ¶ Rex
autem conſtituit ducem cui9 innitebatur ſuper
manū ſuper portam, & conculcauit eum popu
lus in porta, et mortuus eſt ſicut locutus fuerat
uir dei, qui locutus eſt quando deſcendit rex
18 ad eum. ¶ Et fuit, ſecūdum quod locutus eſt
uir dei ad regem dicēdo. Duo ſata ordei ſeclo,
& ſatum ſimilæ ſeclo erit ſecūdum tēpus iſtud
19 cras in porta Somrón. ¶ Et reſpondit dux ad
uirū dei, & ait. Et ſi faceret domin9 feneſtras
in cœlo, nūquid erit hoc? Et dixit. Ecce tu ui-
20 debis oculis tuis, ſed inde non comedes. ¶ Et
fuit ei ſic. Et conculcauerunt eum populus in
porta, & mortuus eſt.

Capitulum. 8.

1 ELiſáh autem locutus eſt ad mu-
lierem cuius uiuere fecerat fi-
lium dicendo. Surge, & uade,
tu & familia tua, & peregrina-
re ubi potueris peregrinari.
Vocauit enim dominus famē,
& etiam uenit ſuper terram ſeptem annis.
2 ¶ Surrexitq; mulier, & fecit iuxta uerbum
uiri dei. Et abijt ipſa, & familia eius, & pere-

grinata eſt in terra Peliſtím ſeptem annis.
3 ¶Et fuit, in fine ſeptem annorum, reuerſa eſt
mulier è terra Peliſtím. Et egreſſa eſt, ut cla-
maret ad regem ꝑ domo ſua, & pro agro ſuo.
4 ¶Rex autem loquebatur ad Ghechazí pue
rum uiri deí dicendo. Narra obſecro mihi om-
5 nia magnalia quæ fecit Eliſáh. ¶Et fuit, eo
narrante regi quod uiuere fecerat mortuum,
ecce mulier cuius uiuificauerat filíum, clama-
bat ad regem pro domo ſua, & pro agris ſuis.
Dixitq; Ghechazí. Domine mi rex. Hæc eſt
mulier, & hic eſt filius eius, quem uiuificauit
6 Eliſáh. ¶Et interrogauit rex mulierem, &
narrauit ei. Deditq; ei rex eunuchum unũ, di
cẽdo. Reſtitue oĩa quæ erant ei, & omnes fru
ctus agri à die qua reliquit terram uſq; ad hoc
7 tempus. ¶Et uenit Eliſáh in Dammeſech,
Benhadád autem rex Arám ægrotabat. Nun-
ciatumq; ei dicendo. Venit uir dei huc uſq;.
8 ¶Et ait rex ad Chazaél. Tolle in manu tua
munus, & uade in occurſum uiri dei, & requi-
res dominum ab eo dicendo. Nunquid uiuam
9 de infirmitate hac? ¶Et abijt Chazaél in oc-
curſum ei⁹, et tulit munus in manu ſua, & omẽ
bonum Damméſec, onus quadraginta came-
lorum, & uenit, ſtetitq; coram eo, & ait. Fi-
lius tuus Benhadád rex Arám miſit me ad te
dicendo. Nunquid uiam de infirmitate hac?
10 ¶Dixitq; ei Eliſáh. Vade dic ei. Viuendo ui-
ues. Et oſtendit mihi dominus ꝙ moriẽdo mo
11 rietur. ¶Et ſtare fecit faciem ſuam, & poſuit
12 donec tardauit, Fleuitq; uir deí. ¶Dixitq;
Chazaél. Quare dñs me⁹ flet? Et ait. Quia no
ui ꝙ facturus es filijs Iſraêl malum. Munitio-
nes eorum mittes in ignem, & iuuenes eorum
gladio occides, & paruulos eorum allides, &
13 prægnantes eorum diuides. ¶Dixitq; Cha-
zaél. Quid eſt enim ſeruus tuus canis ut faciat
rem magnam hanc? Dixitq; Eliſáh. Oſtendit
14 mihi domin⁹ te fore regem ſuper Arám. ¶Et
receſſit ab Eliſáh, & uenit ad dominum ſuum.
Dixitq; ei. Quid dixit tibi Eliſáh? Et ait. Dixit
15 mihi. Viuendo uiues. ¶Et fuit, in craſtino tu-
lit pannum è pilis caprarũ & intinxit in aquã,
& expãdit ſuper faciem eius, & mortuus eſt,
16 & regnauit Chazaél pro eo. ¶Anno autem
quinto Iorám filij Achàb regis Iſraêl, et Ieho-
ſapháth regis Iehudáh regnauit Iehorám fi-
17 lius Iehoſapháth rex Iehudáh. ¶Filius tri-
ginta, & duorum annorum erat quando re-
gnauit, & octo annis regnauit in Ieruſalàim.
18 ¶Et ambulauit per uiam regum Iſraél, quẽ-
admodum fecerunt domus Achàb. Filia enim
Achàb erat ei uxor. Fecitq; malum in ocu-
19 lis domini. ¶Sed noluit dominus diſperde-
re Iehudáh propter Dauíd ſeruum ſuum, quẽ
admodum dixerat ei, ut daret ei lucernam, &
20 filijs eius cunctis diebus. ¶In diebus eius de-
fecit Edóm à poteſtate Iehudáh, & regnare
21 fecerunt ſuper ſe regem. ¶Et tranſiuit Io-
rám in Sehír, & omnes currus cum eo. Et fuit,
ipſe ſurrexit nocte, & percuſſit Edóm, qui cir
cũdederat eum, & principes curruũ, fugitq;
22 populus in tabernacula ſua. ¶Et defecit
Edóm à poteſtate Iehudáh uſq; ad diem hanc.
23 Tunc defecit Libnáh in tempore illo. ¶Re-
ſidua autem Iorám, & omnia quæ fecit, non-
ne ſunt ſcripta in libro uerborum dierum re-
24 gum Iehudáh? ¶Dormiuitq; Iorám cum
patribus ſuis, & ſepultus eſt cum patrib⁹ ſuis
in ciuitate Dauid, & regnauit Achaziáhu fi-
25 lius eius pro eo. ¶Anno duodecimo Iorám
filij Achàb regis Iſraél regnauit Achaziáhu fi
26 lius Iehorám regis Iehudáh. ¶Viginti, &
duorũ annorũ erat Achaziáhu, cum regnauit,
& anno uno regnauit in Ieruſaláim. Nomen
autem matris eius erat Nataliáhu filia Homrí
27 regis Iſraél. ¶Et ambulauit per uiam domus
Achàb. Fecitq; malum in oculis domini, ſicut
domus Achàb. Gener enim dom⁹ Achàb erat.
28 ¶Et abijt cum Iorám filio Achàb in præ-
lium contra Chazaél regem Arám in Ramóth
Ghilhád, & percuſſerunt Aramæi Iorám.
29 ¶Et reuerſus eſt Iorám rex, ut curaret ſe in
Izrehél à plagis quibus percuſſerãt eum Ara-
mæi in Ramáh, dum pugnaret contra Cha-
zaél regem Arám. Achaziáhu autem filius
Iehorám rex Iehudáh deſcẽdit, ut uideret Io-
rám filium Achàb in Izrehél, quia ægrotabat.

Capitulum. 9.

1 ELiſáh autem propheta uo-
cauit unum è filijs pro-
phetarum, dixitq; ei. Ac-
cinge lumbos tuos, & tol
le lenticulam olei huius in
manu tua, & uade in Ra-
móth Ghilhád. ¶Et ue-
nies illuc, & uidebis Ie-
hú filium Iehoſapháth filij Nimſi, & uenies,
& ſtatues eum de medio fratrum ſuorum, &
introduces eum in cubiculũ ante cubiculum.
3 ¶Et tolles lenticulam olei, & fundes ſuper
caput eius, & dices. Sic dixit dominus. Vn-
xi te regem ſuper Iſraél. Et aperies oſtiũ, & fu
4 gies, & nõ expectabis. ¶Et abijt puer, puer
5 ꝓphetæ i Ramóth Ghilhád. ¶Et uenit, et ec
ce Principes exercit⁹ ſedebãt, & dixit. Verbũ

eſt mihi ad te o princeps. Dixitq; Iehú. Ad
quē ex oībus nobis? Et dixit. Ad te o prīceps
6 ¶ Surrexitq;, & ingreſſus eſt domū, & fudit
oleum ſuper caput eius, dixitq; ei. Sic dixit
dominus deus Iſraél. Vnxi te regem ſup po-
7 pulum domini, ſup Iſraél. ¶ Et percuties
domū Achab dñi tui, & ulciſcar ſanguinem
ſeruorū meorū prophetarum, & ſanguinem
8 oīm ſeruorū dñi de manu Izébel. ¶ Et peri-
bit oīs domus Acháb, & ſuccidam de Acháb
mingentem ad parietem, & clauſum, & de-
9 relictum in Iſraél. ¶ Et dabo domū Acháb,
ſicut domum Iarobhám filij Nebáth, & ſi-
10 cut domum Bahaſá filij Achijah. ¶ Izébel
autem comedent canes in agro Izrehél, & nō
erit ſepeliens. Et aperuit oſtium, & fugit.
11 ¶ Iehú autē egreſſus eſt ad ſeruos dñi ſui.
Dixitq; ei. Eſt ne pax? Cur uenit inſanus ille
ad te? Dixitq; ad eos. Vos noſtis uirū, & elo
12 quiū eius? ¶ Et dixerunt. Falſum eſt Iudica
nunc nobis. Et dixit. Sic, & ſic, dixit mihi di
cendo. Sic dixit dominus. Vnxi te regem ſu
13 per Iſraél. ¶ Et feſtinauerunt, & tulerunt
unuſquiſq; ueſtimentum ſuum, & poſuerūt
ſubter eum ſuper faſtigium graduum, & clā
xerunt tuba, atq; dixerunt. Regnauit Iehú.
14 ¶ Et cōiurauit Iehú filius Iehoſapháth filij
Nimſi cōtra Iorám. Ioram autem obſeruaue
rat Ramóth Ghilhád ipſe, & omnis Iſraél à
15 facie Chazaél regis Arám. ¶ Et reuerſus
fuerat Iehorám rex, ut curaret ſe in Izrehél à
uulneribus, quibus uulnerauerant eum Ara
mæi, dum pugnaret contra Chazaél regem
Arám. Dixitq; Iehú. Si eſt uoluntas ueſtra ne
egrediatur euaſor è ciuitate, ut uadat ad an-
16 nunciandum in Izrehél ¶ Et equitauit Iehú
& abijt in Izrehél. Iorám enim cubabat ibi,
& Achaziáh rex Iehudáh deſcenderat ad ui-
17 dendum Iorám. ¶ Speculator autem ſtabat
ſuper turrem in Izrehél, et uidit globū Iehú,
eo ueniente, & dixit. Globum uideo. Dixit-
q; Iehorám. Tolle equitātem, & mitte in oc-
18 curſum eorum, & dicat. Num eſt pax? ¶ Et
abijt equitās equum in occurſum eius, & di
xit. Sic dixit rex. Eſt ne pax? Dixitq; Iehú.
Quid tibi, & paci? Gyra poſt me. Et nuncia-
uit ſpeculator dicendo. Venit nuncius uſq;
19 ad eos, & non reuertitur. ¶ Miſitq; equitā
tem equum ſecundum, & uenit ad eos, & ait
Sic dixit rex. Nū ē pax? Et dixit Iehú. Quid
20 tibi, & paci? Gyra poſt me. ¶ Nunciauitq;
ſpeculator dicendo. Venit uſq; ad eos, & nō
reuertitur. Inceſſus autem eſt ſicut inceſſus
21 Iehú filij Nimſi, quia furioſe incedit. ¶ Di-
xitq; Iehorám. Liga. Et ligauit currum eius.
Et egreſſus eſt Iehorám rex iſraél, & Acha-
ziáhu rex Iehudáh unuſquiſq; in curru ſuo,
& egreſſi ſunt in occurſum Iehú. Et inuene
22 runt eum in agro Nabóth Izrehelitæ. ¶ Et
fuit, cum uidiſſet Iehorám Iehú, dixit. Num
eſt pax Iehú? Et dixit. Quæ pax? Adhuc for
nicationes Izébel matris tuæ, & ueneficia
23 eius multa ſunt. ¶ Et cōuertit Iehorám ma
num ſuam, & fugit. Dixitq; ad Achaziáhu.
24 Dolus Achaziáh. ¶ Iehú autē impleuit ma
num ſuam arcu, & percuſſit Iehorám inter
brachia eius, & egreſſa eſt ſagitta è corde
25 eius, & incuruauit ſe in curru ſuo. ¶ Dixit
autem ad Bidcár ducem ſuum. Tolle, proij-
ce eum in partem agri Nabóth Izrahelitæ.
Memini enim ego & tu cum equitarem' co
pulati poſt Acháb patrem eius q; dominus
leuauit aduerſus eum prophetiam hanc.
26 ¶ Si non ſanguinē Nabóth, & ſanguinē fi
liorum eius uidi heri nocte dicit dominus.
Reddam tibi in agro hoc dicit dominus. Et
nunc tolle, & proijce eum in agrum iuxta
27 uerbum domini. ¶ Achaziah autē rex Iehu
dáh uidit, & fugit per uiam domus horti.
Perſecutuſq; eſt eum Iehú, & ait. Etiam hūc
percutite ſuper currū. In aſcenſu Ghúr quæ
eſt iuxta Ibleham. Et fugit in Meghiddó; &
28 mortuus eſt ibi. ¶ Et equitare fecerūt eum
ſerui eius in Ieruſaláim, ſepelieruntq; eum
in ſepulchro ſuo cum patribus ſuis in ciuita
29 te Dauid. ¶ Anno autem undecimo, anno
Iorám filij Acháb regnauit Achaziáh ſuper
30 Iehudáh, ¶ Venitq; Iehú in Izrehél. Izebel
autē audiuit, & poſuit fucum in oculis ſuis,
& decorauit caput ſuum, & reſpexit de fe-
31 neſtra. ¶ Et Iehú ingrediebatur per portā,
& dixit. Num pax eſt o Zimri occiſor domi-
32 ni ſui? ¶ Et leuauit faciem ſuam ad feneſtrā
& dixit. Quis eſt mecum, quis? Et reſpexe-
33 runt ad eum duo tres eunuchi. ¶ Et dixit.
Dimittite eam. Et dimiſerunt eam. Et aſper-
ſus eſt de ſanguine ei' in parietē, & i equos,
34 & cōculcauit eam. ¶ Et uenit, & comedit,
& bibit, & dixit. Viſitate nunc maledictam
illam, & ſepelite eam, quia filia regis eſt.
35 ¶ Et abierunt, ut ſepelirent eam, & non
inuenerunt ex ea, niſi caluariam, & pedes,
36 & palmas manuū. ¶ Et reuerſi ſunt & nun-
ciauerūt ei. Et dixit. Verbum domini quod
locutus eſt per manum ſerui ſui Eliiahu Tiſ
bitæ, dicendo. In agro Izrehél comedent

37 canes carnem Izébel. ¶ Et erit cadauer
Izébel, ſicut ſterc' ſuper faciem agri ĩ agro
Izrehél, ut non dicat, hæc eſt Izébel.

Capitulum. 10.

1 AChâb autem fuerant ſeptua-
ginta filij in Somrón. Scripſit-
q; Iehú litteras, & miſit in Sō-
rón ad principes Izrehél ſenio
rés, & ad nutricios. Achâb, di-
2 cendo. ¶ Et nunc cum uene-
rit epiſtola hæc ad nos, (& nobiſcum ſunt fi
lij domini noſtri, & nobiſcum ſunt curr', &
3 equi, & ciuitas munita, & arma.) ¶ Videte
meliorem, & qui placet de filijs domini nr̄i,
& ponite ſuper ſolium patris ſui, & pugna-
4 te pro domo domini ueſtri. ¶ Timueruntq;
uehementiſſime, atq; dixerunt. Ecce duo re-
ges non ſteterunt coram eo, & quomodo ſta
5 bimus nos? ¶ Et miſerunt qui erāt ſup do-
mum, & qui erāt ſuper ciuitatem, & ſenio-
res, & nutricij ad Iehú, dicendo. Serui tui ſu
mus, & omnia quæ dixeris nobis, faciemus:
Non conſtituem' regem quemq̃. Quod bo-
6 num eſt in oculis tuis fac. ¶ Scripſit autem
ad eos epiſtolam ſecundam, dicendo. Si mei
eſtis, & uoci meæ obeditis, tollite capita ui-
rorum filiorum domini ueſtri, & uenite ad
me tempore hoc cras in Izrehél. Filij autem
regis ſeptuaginta uiri, cum maioribus ciui-
7 tatis nutrientibus eos, erant. ¶ Et fuit, cum
ueniſſet epiſtola ad eos, tulerunt filios regis
& iugulauerunt ſeptuaginta uiros, & poſue
runt capita eorum in cophinis, & miſerūt ad
8 eum in Izrehél. ¶ Venit autem nuncius, &
indicauit ei, dicendo. Attulerunt capita filio
rum regis. Et dixit. Ponite ea in duobus
9 aceruis ad oſtium portæ uſq; mane. ¶ Et
fuit mane, & egreſſus eſt, & ſtetit, & ait ad
oēm populum. Iuſti uos eſtis. Ecce ego cōiu
raui contra dominum meum, & interfeci eū
10 ſed quis percuſſit omnes hos? ¶ Et ſcitote
nunc quod nō cecidit de ſermone domini in
terram quem locutus eſt dominus contra do
mum Achâb. Et dominus fecit quod locutus
11 eſt per man' ſerui ſui Elijáhu. ¶ Percuſſitq;
Iehú oēs q remāſerāt de domo Achâb ĩ Izre
hél, & oēs optimates ei', propinquoſq; eius
ac ſacerdotes ei' donec nō remāſit ei ſupſtes
12 ¶ Et ſurrexit, & uenit, & abijt in Somrón
13 ad domum tōſtrinæ paſtorum in uia. ¶ Et
Iehú inuenit fratres Achazíáhu regis Iehu-
dáh, & dixit. Qui eſtis? Et dixerunt fratres
Achaziáhu ſumus & deſcēdimus ad ſalutan
14 dum filios regis, & filios reginæ. ¶ Dixit-
q;. Comprehendite eos uiuos. Et compræ-
hēderūt eos uiuos, & iugulauerūt eos in ci
ſterna dom' tōſtrinæ, quadragita & duos ui
15 ros, & non reliquit ex eis quẽq̃. ¶ Et abiit
inde, & inuenit Iehonadâb filiū Rechâb in
occurſum ſibi, & ſalutauit eū, & ait ei. Nun
quid eſt cor tuum rectū, quēadmodum eſt
cor meū cum corde tuo? Dixitq; Iehonadâb
Eſt, & eſt. Da, inquit, manū tuā. Et dedit ei
manū ſuam. Et aſcēdere fecit eū ad ſe in cur
16 ru. ¶ Et dixit. Veni mecū, & uide zelū meū
pro dn̄o. Et equitare fecit eum in curru ſuo.
17 ¶ Et uenit in Somrón, & percuſſit oēs qui
remāſerāt de Achab in Somrón, donec diſp
didit ipſum, iuxta uerbū dn̄i, quod locutus
18 fuerat ad Eliiáhu. ¶ Congregauit aūt Iehú
omnē populum, dixitq; ad eos. Achâb coluit
19 Báhal parū, Iehú colet eū multū. ¶ Et nunc
oēs prophetas Báhal, omnes ſeruos eius, &
oēs ſacerdotes eius uocate ad me. Quiſq; ne
deficiat. Sacrificiū eīn grande eſt mihi. Oīs
qui defecerit, nō uiuet. Iehú aūt faciebat cal
20 lide, ut perderet cultores Báhal. ¶ Dixitq;
Iehú. Sanctificate cœtum pro Báhal, & uo-
21 cauerunt. ¶ Miſitq; Iehú in omnē Iſraél, &
uenerunt oēs cultores Báhal, & non reman
ſit quiſq; qui nō uenerit. Et ingreſſi ſunt do
mum Báhal. Et repleta eſt domus Báhal ab
22 extremo uſq; ad extremū. ¶ Dixitq; ei qui
erat ſuper theſauro ueſtium. Profer ueſtimē
tum omnibus cultoribus Báhal. Et protulit
23 eis ueſtes. ¶ Ingreſſus eſt autem Iehú, &
Iehonadâb filius Rechâb domum Báhal, di
xitq; cultoribus Báhal. Scrutamini, & uide-
te ne forte ſit hic uobiſcū de ſeruis dn̄i, niſi
24 cultores Báhal ſoli. ¶ Et ingreſſi ſunt, ut fa
cerent ſacrificia, & holocauſta. Iehú autem
poſuit ſibi foris octoginta uiros, & ait. Vir
qui euaſerit de hominibus quos ego addu-
co ad man' ueſtras, anima eius erit pro ani-
25 ma illius. ¶ Et fuit, cum compleuiſſet face-
re holocauſtū, dixit Iehú curſoribus, & du-
cibus. Ingredimini, percutite eos, quiſq; ne
egrediatur. Et percuſſerūt eos acie gladij,
& proiecerunt occiſos ipſi curſores, & du-
ces. Et ierunt uſq; ad ciuitatē domus Báhal.
26 ¶ Et eduxerunt ſtatuas domus Báhal, & cō
buſſerunt eam, & diruerunt ſtatuam Báhal.
27 ¶ Et diruerunt domum Báhal, & poſuerūt
28 eā ꝓ latrinis uſq; hodie. ¶ Et deleuit Iehú

29 Báhal de Iſraël. ¶ Verũtamen à peccatis Ia-
robham filij Nebath, qui peccare fecit Iſrl', nõ
declinauit Iehú, uitulis aureis q erãt in Bethél
30 & q erant in Dan. ¶ Dixit aũt dñs ad Iehú.
Pro eo ꝙ benefeciſti, ut faceres qd' rectũ erat
in oculis meis, iuxta q̄ erant in corde meo, feci
ſti domui Acháb, filij quartæ gñatiõis ſedebũt
31 tibi ſup ſoliũ Iſraël. ¶ Iehú aũt nõ cuſtodiuit
ut ãbularet in lege dñ. dei Iſrl' toto corde ſuo.
Non declinauit à pctis Iarobhám, q peccare fe
32 cit Iſraël. ¶ In dieb' illis cœpit dñs excidere
in Iſraël. Et percuſſit eos Chazaél in oĩ termio
33 Iſraël. ¶ A Iardén ad ortũ ſolis omnẽ terram
Ghilhad, Gaditem, & Reubenitem, & Menaſ
ſitem ab Harohér, quæ eſt iuxta torrentẽ Ar-
34 nón, & Ghilhád, & Baſán. ¶ Reſidua autem
Iehú, & oĩa quæ fecit, & fortitudo eius, nõne
ſunt ſcripta in libro uerboꝝ dierũ regũ Iſraël?
35 ¶ Dormiuitq; Iehú cũ pr̃ibus ſuis, & ſepelie
runt eum in Somrón, & regnauit Iehoacház
36 filius eius pro eo. ¶ Dies autẽ quibus regna
uit Iehú ſuper Iſraël fuerunt uiginti, & octo
anni in Somrón.

Capitulum.11.

1 HAthaliáh aũt mater Achaziáhu
uidit ꝙ mortuus eſſet fili' ſuus,
& ſurrexit, & perdidit omẽ ſe-
2 men regium. ¶ Et tulit Iehoſé
bah filiã regis Iorã ſoror Acha
ziáhu Ioás filium Achaziáhu, et
furata eſt eum è medio filiorũ regis qui inter-
ficiebantur, ipſum & nutricẽ eius in cubiculo
lectorũ. Et occultauerunt eum à facie Hatha-
3 liáhu, & nõ eſt interfectus. ¶ Fuitq; ſecum in
domo domini abſcõditus ſex annis. Hathaliáh
4 autẽ regnabat ſup terrã. ¶ Anno autẽ ſeptĩ-
mo miſit Iehoiadah, & tulit cẽturiones, duces
& curſores, et introduxit eos ad ſe in domum
domini, & percuſſit cum eis fœdus, & iurare
fecit eos in domo domini, & oſtẽdit eis filium
5 regis. ¶ Præcepitq; eis dicẽdo. Hoc eſt quod
facietis. Tertia pars ex uobis ingrediatur ſab-
bato, & cuſtodiant cuſtodiam domus regiæ.
6 ¶ Et tertia ps erit in porta Sur, & tertia pars
in porta quæ eſt poſt curſores, & cuſtodietis
7 cuſtodiam domus à demolitione. ¶ Et duæ
partes ex uobis omnes egrediẽtes ſabbato cu
ſtodiant cuſtodiam domus domini circa regẽ.
8 ¶ Et circundabitis regem per circuitũ unuſ-
quiſq; & arma eius in manu eius. Qui uenerit
ad ſeptũ moriatur. Et eſtote cum rege, quan-
9 do egreditur, & quando ingreditur. ¶ Et fe
cerunt centuriones iuxta omnia quæ præcepe
rat Iehoiadah ſacerdos. Et tulerũt unuſquiſq;
uiros ſuos ingrediẽtes ſabbato, cum egredien
tibus ſabbato, & uenerũt ad Iehoiadáh ſacer
10 dotem. ¶ Deditq; ſacerdos centurionib' lan
ceas, & clypeos quæ fuerãt regis Dauid, quæ
11 erãt in domo domini. ¶ Et ſteterũt curſores
unuſquiſq;, & arma eius in manu eius, à latere
domus dextero, uſq; ad latus domus ſiniſtrum
altaris, & domus iuxta regem per circuitum.
12 ¶ Et eduxit filium regis, & poſuit ſuper eum
diadema, & ornamẽtum, & regem conſtitue
runt eum. Vnxeruntq; eum, plauſeruntq; ma-
13 nu, atq; dixerũt. Viuat rex. ¶ Audiuit autem
Hathaliah ſonitum currentiũ populorum, &
14 ingreſſa eſt ad populum in domum dñi. ¶ Et
uidit, & ecce rex ſtabat iuxta colũnam ſecũ-
dum morem, & principes, & tubæ ante regẽ,
& omnis populus terræ lætus, & clangebant
tubis. Et ſcidit Hathaliáh ueſtimenta ſua, & di
15 xit. Coniuratio, coniuratio. ¶ Et præcepit
Iehoiadáh ſacerdos centurionibus præpoſitis
exercitus, dixitq; ad eos. Educite eam è ſepto
& qui uenerit poſt eã, interficiatur gladio. Di
xerat enim ſacerdos, ne moriatur in domo do-
16 mini. ¶ Dederuntq; ei locum, & uenit per
uiam introitus equorum domus regiæ, & in-
17 terfecta eſt ibi. ¶ Percuſſit Iehoiadáh fœdus
inter dominum, & regem, & populũ, ut eſſet
populus domini, & inter regem, & populum.
18 ¶ Et ingreſſi ſunt omnis populus terræ do-
mum Báhal, & diruerunt illam, & aras eius, et
imagines eius confregerunt bene, & Mattán
ſacerdotem Báhal occiderunt ante aras. Et po
ſuit ſacerdos præfectos ſuper domum domini.
19 ¶ Tulitq; centuriones, & duces, & curſores,
& oẽm populũ terræ, & deſcendere fecerunt
regem è domo dñi, & uenerunt per uiã portæ
curſorum in domũ regiam, & ſedit ſuper thro
20 num regũ. ¶ Et lætatus eſt oñis populus ter
ræ, & ciuitas requieuit. Hathaliáhu aũt occide
runt gladio in domo regia.

Capitulum.12.

1 SEptem annorũ erat Iehoás, quum
2 regnauit. ¶ Anno ſeptimo Iehú
regnauit Iehoás, & quadraginta
annis regnauit in Ieruſaláim. No-
men autem matris eius Sibiáh de Beerſébah.
3 ¶ Fecitq; Iehoás quod rectum eſt in oculis
domini omnibus diebus ſuis quibus docuit eũ
4 Iehoiadáh ſacerdos. ¶ Verũtamen excelſa
non remouerunt. Adhuc populus immolabat,
5 & ſuffiebat in excelſis. ¶ Dixitq; Iehoás ad
ſacerdotes. Omnem pecuniam ſanctitatũ quæ
introducetur in domũ dñi, pecuniam tráſeun-
tis uiri, pecuniam animarum æſtimatiõis eius,

omnem pecuniam quæ aſcéderit ſuper cor ui-
6 ri, ut adducant in domum domini. ¶ Tollent
ſibi ſacerdotes unuſquiſq; à noto ſuo, & forti
ficabunt rimas domus ſecũdum omẽs quæ in-
7 uentæ fuerint ibi, rimas. ¶ Et fuit, anno uige
ſimo, & tertio anno regis Iehoás non fortifi-
8 cauerant ſacerdotes rimas templi. ¶ Et uoca
uit rex Iehoás Iehoiadáh ſacerdotẽ, & ſacer-
dotes. Dixitq; ad eos. Cur non fortificaſtis ri-
mas templi? Et nunc ne accipiatis pecuniam à
notis ueſtris, ſed ad rimas domus tradite eam.
9 ¶ Et morem geſſerunt ſacerdotes, ut nõ acci
perent pecuniam à populo, neq; fortificarent
10 rimas domus. ¶ Et tulit Iehoiadah ſacerdos
arcam unius, & perforauit foramẽ in oſtio ei⁹,
& poſuit eam apud altare in dextera, cum in-
greditur unuſquiſq; in domum domini, & po
ſuerũt ibi ſacerdotes cuſtodes liminis omnem
pecuniam, quæ adducebatur in domũ domi-
11 ni. ¶ Et erat, qñ uidebãt q; multa pecunia eẽt
in arca, aſcẽdebat ſcriba regis, & ſacerdos ma
gnus, & ligabant, & numerabãt pecuniã quæ
12 inueniebat in domo domini. ¶ Et tradebant
pecuniam paratam per manus facientiũ opus
qui præerant in domo domini, & educebant
eã ad fabros lignarios, & ad ædificatores qui
13 faciebant in domo dñi. ¶ Ad cementarios &
cæſores lapidum, & ut emerent ligna, & lapi-
des dolatos, ut fortificarent rimas domus dñi,
& ad omne quod egrediebatur ſuper domum
14 ad muniendum. ¶ Verũtñ non fiebant in do
mo dñi crateræ argẽteæ, pſalteria, pelues, tu-
bæ, omnia uaſa aurea, & omnia uaſa argentea,
ex pecunia quæ inferebatur in domũ domini.
15 ¶ Facientibus enim opus dabant eam, & for
16 tificabant ex ea domũ domini. ¶ Et non ra-
tionem faciebant reddere homines per quorũ
manus dabant pecunias, ut darent facientibus
17 opus, ſed in fide faciebant. ¶ Pecunia p deli-
cto, & pecunia pro peccatis non inferebat in
18 domũ domini. Sacerdotum erat. ¶ Tunc aſcẽ
dit Chazaél rex Arã, & pugnauit cõtra Gháth
cæpitq; eam. Et poſuit Chazaél faciẽ ſuam, ut
19 aſcenderet contra Ieruſaláim. ¶ Tulit autem
Iehoás rex Iehudáh omnes ſanctificationes
quas ſanctificauerãt Iehoſapháth, & Iehorám
& Achaziáhu patres ei⁹ reges Iehudáh, & ſan
ctificationes ſuas, & omne aurum quod inuen
tum eſt in theſauris domus domini, & domus
regis, & miſit ad Chazaél regẽ Arám, et aſcẽ-
20 dit à Ieruſaláim. ¶ Reſidua autem Ioás, &
omnia q̃ fecit, nonne ſunt ſcripta in libro uer-
21 borum dierum regum Iehudáh? ¶ Et ſurre-
xerunt ſerui eius, & coniurauerunt cõiuratio-
nem, & percuſſerũt Ioás in domo Milló, quæ
22 deſcendit in Sillá. ¶ Iozachár autem filius
Simháth, & Iehozabád filius Somér ſerui ei⁹
percuſſerunt eum, & mortuus eſt. Et ſepelie-
runt eum cum patribus ſuis in ciuitate Dauid,
& regnauit Amaſiáh filius eius pro eo.

Capitulum. 13.

1 ANno uigeſimo, & tertio anno
Ioás filij Achaziáhu regis Iehu
dáh regnauit Iehoacház filius
Iehú ſuper Iſraél in Somrón, ſe
2 ptẽ & decẽ ãnis. ¶ Et fecit qđ
malum eſt in oculis domini, & ambulauit poſt
peccata Iarobhám filij Nebáth, qui peccare fe
3 cit Iſraél, non declinauit ab eis. ¶ Iratuſq; eſt
furor domini contra Iſraél, & tradidit eos in
manu Chazaél regis Arám, & in manu Benha
4 dád filij Chazaél omnibus diebus. ¶ Et de-
precat⁹ eſt Iehoacház faciem domini, & exau
diuit eum dominus. Vidit enim oppreſſionem
5 Iſraél, qua oppreſſit eos rex Arám. ¶ Et de-
dit dominus Iſraeli ſeruatorẽ, & egreſſi ſunt
de poteſtate Aram, habitaueruntq; filij Iſraél
in tabernaculis ſuis ſicut heri, & nudiuſterti⁹.
6 ¶ Verũtamen non receſſerunt à peccatis do
mus Iarobhám, qui peccare fecit Iſraél, per ea
ambulauit, & etiam lucus ſtetit in Somrón.
7 ¶ Non enim dimiſit ipſi Iehoacház de popu
lo niſi quinquaginta equites, & decem cur-
rus, & decem milia peditum. Diſperdiderat
enim eos rex Arám, & poſuerat eos ueluti pul
8 uerem ad triturandum. ¶ Reſidua autem
Iehoacház, et om̃ia quæ fecit, et fortitudo ei⁹,
nonne ſunt ſcripta in libro uerborum dierum
9 regum Iſraél? ¶ Dormiuitq; Iehoacház cum
patribus ſuis, & ſepelierunt eum in Somrón,
10 regnauitq; Ioás filius eius pro eo. ¶ Anno
trigeſimo, & ſeptimo anno Ioás regis Iehu-
dáh regnauit Iehoás filius Iehoacház ſuper
11 Iſraél in Somrón ſexdecim annis. ¶ Et fecit
malum in oculis domini. Nõ declinauit ab om
ni peccato Iarobhám filij Nebáth, qui pecca-
12 re fecit Iſraél, in eo ambulauit. ¶ Reſidua au
tem Ioás, & omnia quæ fecit, & fortitudo
eius qua pugnauit cum Amaſiáh rege Iehu-
dáh, nonne ſunt ſcripta in libro uerborum die
13 rum regum Iſraél? ¶ Dormiuitq; Ioás cum
patribus ſuis. Iarobhám autem ſedit ſuper ſo-
lium eius. Sepultuſq; Ioás in Somrón cum
14 regibus Iſraél. ¶ Eliſáh autẽ ægrotauit ægro
tatione ſua de qua mortuus eſt, et deſcẽdit ad
eum Ioás rex Iſraél, & fleuit ſuper faciem ei⁹,
& dixit. Pater mi, pater mi, currus Iſraél, &
15 equites eius. ¶ Dixitq; ei Eliſáh. Tolle ar-

eum & ſagittas. Et accæpit arcum, & ſagit-
16 tas. ¶ Dixitq; ad regem Iſraél. Appræhen-
de manu tua arcum. Et appræhēdit manum
ſuam, & poſuit Eliſáh manus ſuas ſup ma-
17 nus regis. ¶ Et dixit. Aperi feneſtram ad
orientem. Et aperuit. Dixitq; Eliſáh. Iace.
Et iecit. Et ait. Sagitta ſalutis domini, & ſa-
gitta ſalutis cōtra Arám. Percutieſq; Arám
18 in Aphéch, donec conſumas. ¶ Et ait. Tolle
ſagittas. Et tulit. Dixitq; ad regem Iſraél.
Percute terram. Et percuſſit tribus uicibus,
19 & ſtetit. ¶ Et iratus eſt contra eum uir dei,
& ait. Percutiēdū erat quinq; uel ſex uicib'
tunc percuſſiſſes Arám, donec conſumpſiſ-
ſes. Nunc autem tribus uicibus percuties
20 Arám. ¶ Et mortuus eſt Eliſáh, & ſepelie-
runt eum. Caſtra autem Moab uenerunt in
21 terram ſequenti anno. ¶ Et fuit, ipſis ſepe-
lientibus uirum ecce uiderunt caſtra, & pro
iecerūt uirum in ſepulchro Eliſáh. Et abijt,
& tetigit uir oſſa Eliſáh, & uixit, & ſurre-
22 xit ſuper pedes ſuos. ¶ Chazaél autem rex
Arám oppreſſit Iſraél omnib' diebus Iehoa
23 cház. ¶ Et miſeratus eſt domin' eis, & mi-
ſertus eſt eorum, & cōuerſus eſt ad eos pro-
pter pactum ſuum cum Abrahám, Iſchác, &
Iahacób, & noluit diſperdere eos, nec pro-
iecit eos à facie ſua, uſq; ad hoc tempus.
24 ¶ Mortu' eſt autem Chazaél rex Arám, &
25 regnauit Benhadád filius eius pro eo. ¶ Et
reuerſus eſt Iehoás filius Iehoacház, & tu-
lit ciuitates de manu Bēhadád filij Chazaél
quas tulerat de manu Iehoacház patris ſui
in prælio. Tribus uicibus percuſſit eū Ioás,
& reddidit ciuitates Iſraél.

Capitulum, 14.

1 ANno ſecūdo Ioás filij Iehoacház
regis Iſraél regnauit Amaſiáhu
2 filius Ioás regis Iehudáh. ¶ Vi-
ginti & quinq; annorū erat quā-
do regnauit, uiginti autem & nouem annis
regnauit in Ieruſaláim. Nomen uero matris
3 eius Iehohaddán de Ieruſaláim. ¶ Et fecit
quod rectum erat in oculis domini. Verūta
men nō ſicut Dauid pater eius, iuxta omīa
4 quæ fecit Ioás pater eius, fecit. ¶ Verunta
men excelſa non abſtulerunt. Adhuc popu-
5 lus immolabat, & ſuffiebat ī excelſis. ¶ Et
fuit, quum roboratum eſſet regnum in ma-
nu eius, percuſſit ſeruos ſuos, qui percuſ-
6 ſerant regem patrem ſuum. ¶ Filios autem
percuſſorum non occidit, ſicut ſcriptū eſt in
libro legis Moſéh, in quo præcepit domin'
dicendo. Non morientur patres pro filijs, &
filij nō morientur pro patribus, ſed unuſqſ-
7 q; pro peccato ſuo morietur. ¶ Ipſe percuſ
ſit Edóm in ualle ſalis decem milia, & cæpit
Seláh in bello, & uocauit nomē eius Ioctéel
8 uſq; ad diem hanc. ¶ Tunc miſit Amaſiah
nuncios ad Ioás filium Iehoacház, filij Iehú
regis Iſraél dicendo. Veni, uideamus nos fa-
9 cie. ¶ Miſitq; Iehoás rex Iſraél ad Amaſiá-
hu regem Iehudáh dicendo. Carduus qui eſt
in Lebanón miſit ad cedrum quæ eſt in Leba
nón dicendo. Da filiam tuam filio meo uxo-
rem, & tranſiuit beſtia agri, quæ eſt in Leba
10 nón, & conculcauit carduum. ¶ Percutien
do percuſſiſti Edóm, & eleuauit te cor tuum.
Gloriare, & ſede in domo tua. Et ut qd pro-
uocas te in malum, ut cadas tu, & Iehudáh
11 tecum. ¶ Et non audiuit Amaſiahu. Et aſcē
dit Iehoás rex Iſraél. & uiderunt ſe facie, ipſe
& Amaſiáhu rex Iehudáh in Bethſémes quæ
12 eſt ipſi Iehudáh. ¶ Et cæſus eſt Iehudáh co
ram Iſraél, & fugerunt unuſquiſq; in taber-
13 nacula ſua. ¶ Amaſiáhu uero regem Iehu-
dah filiū Iehoás filij Achaziahu, cæpit Ioás
rex Iſraél in Bethſémes, & uenit in Ieruſa-
láim. Et diruit murum Ieruſaláim à porta
Ephráim, uſq; ad portam anguli quadringē
14 tis cubitis. ¶ Tulitq; omne aurum, & ar-
gentum, & uaſa quæ inuenta ſunt in domo
domini, & in theſauris domus regiæ, & fi-
lios obſides, & reuerſus eſt in Somrón.
15 ¶ Reſidua autem Iehoás quæ fecit, & for-
titudo eius, & qua pugnauit cum Amaſiá-
hu rege Iehudah, nonne ſunt ſcripta in libro
16 uerborum dierum regum Iſraél? ¶ Dormi-
uitq; Iehoás cum patribus ſuis, & ſepultus
eſt in Somrón cum regibus Iſraél, & regna-
17 uit Iarobhám filius eius pro eo. ¶ Vixit au
tem Amaſiahu filius Ioás rex Iehudah poſt-
q; mortuus eſt Iehoás filius Iehoacház regis
18 Iſraél quindecim annis. ¶ Reſidua autem
Amaſiáhu, nonne ſunt ſcripta in libro uerbo
19 rum dierum regū Iehudá? ¶ Et coniurauē
runt aduerſus eum coniurationem in Ieru-
ſaláim, & fugit in Lachis. Et miſerunt poſt
20 eum in Lachis, & occiderunt eum ibi. ¶ Et
tulerunt eum in equis, & ſepultus eſt in Ie-
ruſaláim cum patrib' ſuis in ciuitate Dauid.
21 ¶ Tulerunt autem uniuerſus populus Ie-
hudáh Hazariáh. (Et erat ſexdecim anno-
rum,) & regem cōſtituerunt eum pro patre
22 ſuo Amaſiáhu. ¶ Ipſe ædificauit Eláth, &
reſtituit eā ipſi Iehudáh poſtq; dormiuit rex
23 cum patribus ſuis. ¶ Anno quintodecimo,
Amaſiáh filij Ioás regis Iehudáh, regnauit

Iarobhám filius Ioás ſuper Iſraél in Somrón.
24 quadraginta, & uno annis. ¶ Et fecit malũ
in oculis dñi. Non declinauit ab oĩbus pctĩs
Iarobhám filij Nebáth qui peccare fecit Iſrl'
25 ¶ Ipſe reſtituit terminum Iſraél ab introitu
Chamáth uſq; ad mare ſolitudinis, iuxta uer
bum dñi dei Iſraél, quod locutus fuerat per
manũ ſerui ſui Ionáh filij Amithái prophetæ
26 qui erat de Gathhachépher. ¶ Vidit enim
dñs afflictionẽ Iſraél mutabilẽ ualde. Et non
erat clauſus, nec derelictus, neq; auxiliãs Iſ-
27 raéli. ¶ Et non eſt locut' dñs, ut deleret no
men Iſraél, ut non eſſet ſub cœlo. Et ſeruauit
28 eos p manũ Iarobhám filij Ioás. ¶ Reſidua
aũt Iarobhám, & oĩa quæ fecit, & fortitudo
eius qua pugnauit, & qua reſtituit Dammé
ſec, & Chamáth ipſi Iehudáh in Iſraél, nõne
ſunt ſcripta in libro uerborum dierũ regum
29 Iſraél? ¶ Et dormiuit Iarobhám cũ patrib'
ſuis cum regibus Iſraél, & regnauit Zecha-
riáh filius eius pro eo.

Capitulum. 15.

1 ANno uigeſimo, & ſeptimo anno,
Iarobham regis Iſraél regnauit
2 Haſariáh filius Amaſiáh regis Ie
hudáh. ¶ Sexdecim annorum
erat qñ regnauit, & quinquagin
ta, & duobus annis regnauit in Ieruſalaim,
Et nomen matris eius Iecholiáhu, de Ieru-
3 ſaláim. ¶ Et fecit quod rectũ erat in oculis
dñi iuxta oĩa quæ fecerat Amaſiáhu pater
4 eius. ¶ Veruntñ excelſa nõ abſtulerunt ad-
huc popl's immolabat, & ſuffiebat in excel-
5 ſis. ¶ Percuſſit aũt dñs regem, & fuit lepro
ſus uſq; ad diem quo mortuus eſt. Et habita-
uit in domo libera. Iothám uero filius regis
erat ſuper domum iudicans populum terræ.
6 ¶ Reſidua aũt Hazariáhu. & oĩa quæ fecit
nonne ſunt ſcripta in libro uerborum dierũ
7 regum Iehudáh. ¶ Et dormiuit Hazariáh
cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum cum
patribus ſuis in ciuitate Dauid, & regnauit
8 Iothán filius eius pro eo. ¶ Anno trigeſimo
& octauo anno Hazariáhu regis Iehudáh re-
gnauit Zechariahu filius Iarobhám ſup Iſrl'
9 in Somrón ſex menſibus. ¶ Et fecit malũ in
oculis dñi, quẽadmodũ fecerunt patres ei'.
Nõ declinauit à peccatis Iarobhám filij Ne-
10 báth qui peccare fecit Iſraél. ¶ Et coniura
uit aduerſus eum Sallúm filius Iabés, & per
cuſſit eum coram populo, & occidit eum, &
11 regnauit pro eo. ¶ Reſidua autem Zecha-
riáhu, ecce ipſa ſunt ſcripta in libro uerb
12 rum dierum regũ Iſraél. ¶ Hoc eſt uerbum
domini quod locutus fuerat ad Iehú, dicen-
do. Filij quartæ gñatiõis ſedebũt ſuper thro
13 num Iſraél, fuitq; ita. ¶ Sallúm autẽ filius
Iabés regnauit anno trigeſimo, & nono Ha
zariáhu regis Iehudáh, & regnauit per men
14 ſem dierum in Somrón. ¶ Et aſcendit Me-
nachém fili' Ghadi de Tirſah. Venitq; ĩ Som
rón & percuſſit Sallúm filiũ Iabés in Som-
rón, & interemit eum, regnauitq; pro eo.
15 ¶ Reſidua autem Sallúm & coniuratio ei'
qua cõiurauit, ecce ſunt ſcripta in libro uer
16 borum dierum regum Iſraél. ¶ Tũc percuſ
ſit Menachém Tiphſách, & omnes qui erãt
in ea, & terminos eius à Tirſáh, quia nõ ape
ruerat, percuſſit omnes prægnãtes eius ſci
17 dit. ¶ Anno trigeſimo & nono anno Ha-
zariáhu regis Iehudáh regnauit Menachém
filius Ghadi ſuper Iſraél decẽ annis in Som
18 rón. ¶ Et fecit malũ in oculis dñi. Nõ receſ-
ſit à peccatis Iarobhám filij Nebáth q pec-
19 care fecit Iſraél omnib' diebus ſuis. ¶ Ve-
nit Pul rex Aſſúr contra terram. Et dedit Me
nachém ipſi Pul mille talenta argenti, ut eſ-
ſent manus eius ſecum ad roborandũ regnũ
20 in manu ei'. ¶ Et indixit Menachém argẽtũ
ſuper Iſraél ſuper omnes potẽtes ſubſtãtia,
ut darẽt regi Aſſúr quinquaginta ſiclos ar-
genteos ſinguli. Et reuerſus eſt rex Aſſúr, &
21 non ſtetit ibi in terra. ¶ Reſidua autem Me
nachém, & omnia quæ fecit, nõne ſunt ſcri
pta in libro uerborũ dierum regum Iſraél?
22 ¶ Et dormiuit Menáchém cũ patrib' ſuis,
& regnauit Pechachiáh filius eius pro eo.
23 ¶ Anno quinquageſimo anno Hazariáh re
gis Iehudáh regnauit Pechachiáh filius Me
nachém ſuper Iſraél in Somrón duobus an-
24 nis. ¶ Fecitq; quod erat malũ in oculis do-
mini. Non receſſit à peccatis Iarobhám filij
Nebáth qui peccare fecit Iſraél. Et coniura
uit aduerſus eum Pécach filius Remaliáhu
dux eius, & percuſſit eum in Somrón in pa-
latio domus regiæ cũ Arghób, & cũ Arieh,
& cũ eo quinquaginta uiri de filijs Ghilha-
ditarum, & interfecit eum, regnauitq; pro
25 eo. ¶ Reſidua autem Pechachiáh, & omnia
quæ fecit, ecce ſunt ſcripta in libro uerbo-
26 dierum regum Iſraél. ¶ Anno quinquage-
ſimo, & ſecundo Hazariáh regis Iehudáh re
gnauit Péchach fili' Remaliáhu ſuper Iſrl' ĩ
27 Somrón uiginti annis. ¶ Fecitq; quod ma-
lum erat in oculis domini. Non receſſit a pec
catis Iarobhám filij Nebáth, qui peccare fe-
28 cit Iſraél. ¶ In diebus Péchach regis Iſraél
uenit

uenit Tigláthpilèſer rex Aſſúr, & tulit Hi-
iòn, & Abélbethmahacháh, & Ianóach, &
Chédes, & Chaſór, & Ggilhád, & Galilah
oẽm terrã Naphtháli, & trãſtulit eos ĩ Aſſúr.
29 ¶ Et coniurauit cõiuratione Hoſéah filius
Eláh contra Péchach filium Remaliáhu, &
percuſſit eũ, & occidit eum, regnauitq́ꝫ pro
eo anno uigeſimo Iothám filij Huzziiahu.
30 ¶ Reſidua autẽ Péchach, & oĩa quæ fecit,
ecce ſunt ſcripta in libro uerborũ dierũ re-
31 gum Iſraél. ¶ Anno ſecundo Péchach filij
Remaliáhu regis Iſraél regnauit Iotám fili⁹
32 Huzziiáhu regis Iehudáh. ¶ Filius uiginti,
& quinq́ꝫ annorũ erat quando regnauit, &
ſexdecim annis regnauit in Ieruſaláim. No-
men autẽ matris eius Ieruſá filia Sadóc. Et
fecit quod rectum erat in oculis dñi. Iuxta
33 oĩa quæ fecit Huzziiáhu p̃ť ei⁹ fecit. ¶ Ve-
rũtamen excelſa non abſtulerũt. Adhuc po-
pulus imolabat, & ſuffiebat in excelſis. Ipſe
ædificauit portam domus dñi ſuperiorem.
34 ¶ Reſidua autẽ Iothám, & omnia quæ fe-
cit, nõne ſunt ſcripta in libro uerborũ dierũ
35 regũ Iehudáh? ¶ In diebus ipſis cœpit do-
minus mittere in Iehudáh Reſín regẽ Arám
36 & Péchach filium Remaliáhu. ¶ Dormi-
uitq́ꝫ Iothám cũ patribus ſuis, & ſepult⁹ eſt
cum patribus ſuis in ciuitate Dauid patris
ſui, regnauitq́ꝫ Acház filius eius pro eo.

Capitulum.16.

1 ANuo ſeptimo decimo Péchach
filij Remaliahu regnauit Acház
2 fili⁹ Iothã regis Iehudáh. ¶ Vi-
ginti annorum erat Acház quan
do regnauit, & ſexdecim annis
regnauit in Ieruſaláim. Et non fecit quod re
ctum eſt in oculis domini dei ſui, ſicut Da-
3 uid pater eius. ¶ Et abijt in uia regũ Iſraél,
& etiã filiũ ſuũ tranſire fecit per ignẽ ſecũ-
dum abominationes gentium, quas expulit
4 dñs à facie filiorꝫ Iſraél. ¶ Et immolauit
& ſuffiuit in excelſis, & collibus, & ſubter
5 omne lignum uiride. ¶ Tunc aſcendit Re-
ſin rex Arám, & Péchach filius Remaliáhu
rex Iſraél in Ieruſaláim in prælium, & obſe
derunt Acház, & non potuerũt expugnare.
6 ¶ In tempore illo reſtituit Reſin rex Arám
Eláth ipſi Arám, & extirpauit Iehudæos de
Elóth, & Edomæi uenerunt in Eláth, & habi
7 tauerũt ibi uſq́ꝫ ad diẽ hác. ¶ Miſit autem
Acház nũcios ad Tiglathpeléſer regẽ Aſſúr
dicẽdo. Seruus tu⁹, & fili⁹ tu⁹ ſum. Aſcẽde,
& ſerua me de manu regis Arám, & de ma-
nu regis Iſraél, q ſurrexerũt aduerſum me.
8 ¶ Et tulit Acház argentũ, & aurũ qđ inuen
tum eſt in domo dñi, & in theſauris dom⁹ re
9 giæ, & miſit regi Aſſúr munus, ¶ Et exau-
diuit eũ rex Aſſúr. Aſcẽdit autẽ rex Aſſúr in
Dãméſec & cæpit eam, & trãſmigrare fecit
10 in Chir, & Reſin interemit. ¶ Perrexitq́ꝫ
rex Acház ĩ occurſum Tiglatapiléſer regis
Aſſúr in Dãméſec. Viditq́ꝫ altare, qđ erat in
Dãméſec, & miſit rex Acház ad Vriiáh ſa-
cerdotẽ ſimilitudinẽ altaris, & figurã eius
11 ſecundum omne opus eius. ¶ Extruxitq́ꝫ
Vriiáh ſacerdos altare. Iuxta oĩa quæ miſit
rex Acház è Dãméſec, ſic fecit Vriiah ſacer
dos, donec uenit rex Acház è Damméſec.
12 ¶ Venit autẽ rex è Dãméſec, & uidit altare
& acceſſit ad altare, & obtu it ſuper illud.
13 ¶ Et ſuffiuit holocauſtũ ſuũ, & ſacrificium
ſuũ, & libauit libamẽ ſuũ, & ſparſit ſangui-
nem pacificorũ, qui erat ei ſup altare. Alta-
re autẽ æreũ, quod erat corã dño, appropin
quare fecit à facie domus inter altare, & do
mum dñi, & poſuit illud iuxta latus altaris
14 ad aquilonem. ¶ Et præcepit rex Acház
Vriiáh ſacerdoti, dicẽdo. Super altare mai⁹
ſuffi holocauſtũ matutinũ, & ſacrificiũ ueſp
tinum, & holocauſtũ regiũ, & ſacrificium
eius, & holocauſtũ uniuerſi populi terræ, &
ſacrificiũ eorũ, & libamina eorũ, & oẽm ſan
guinem holocauſti, & uniuerſum ſanguinẽ
uictimæ ſup illud ſparges. Altare uero æreũ
15 erit mihi ad quærendũ. ¶ Et fecit Vriiah ſa
cerdos iuxta oĩa quæ præcepit rex Acház.
16 ¶ Et abſcidit rex Acház clauſuras baſiũ, &
remouit ab eis cõchã, & mare deponi fecit
de bob⁹ æreis q erãt ſub eo. Et poſuit eos ſup
17 pauimẽtũ lapideũ. ¶ Et tectũ ſabbati qđ
ædificauerant in domo, & ingreſſum regis
exterius circuire fecit domũ dñi ꝑpter re-
18 gem Aſſúr. ¶ Reſidua autẽ Acház quæ fe-
cit, nõne ſunt ſcripta in libro uerborũ dierũ
19 regum Iehudáh? ¶ Dormiuitq́ꝫ rex Acház
cũ patribus ſuis, & ſepultus eſt cũ patribus
ſuis in ciuitate Dauid, & regnauit Chizchi
iáhu filius eius pro eo.

Capitulum.17.

1 ANno duodecimo Acház regis
Iehudáh, regnauit Hoſéah fi-
lius Eláh in Somrón ſup Iſraél
2 nouẽ annis. ¶ Fecitq́ꝫ malũ
ĩ ocl'is dñi. Verũtñ nõ ſicut re
3 ges Iſrael q fuerũt ante eũ. ¶ Aduerſus eũ
aſcẽdit Salmanéſer rex Aſſúr, & fuit ei Ho

4 ſéah ſeru⁹.Reddebatq́ ei mun⁹. ¶ Et inuenit
rex Aſſúr ī Hoſéah cōiurationē, q̄ miſit nū-
cios ad Sō regē Aegypti,& nō obtulit mun⁹
regi Aſſúr annuatī. Et clauſit eū rex Aſſúr,
5 & uinxit eū in domo carceris. ¶ Et aſcendit
rex Aſſúr in oēm terrā. Et aſcēdit in Sōrón,
6 & obſedit eā trib⁹ annis. ¶ Anno autē no-
no Hoſéah cæpit rex Aſſúr Somrō,& trāſtu
lit Iſraél in Aſſúr,& habitare fecit eos ī Che
lách,& in Chabór flumine Gozán,& ciuita
7 tibus Medorū. ¶ Et fuit,cū peccaſſent filij
Iſraél dn̄o deo ſuo q̄ aſcendere fecerat eos è
terra Aegypti,ne eſſent ſub ptāte Parhóh re
8 gis Aegypti,timuerunt deos alienos. ¶ Et
ambulauerūt in decretis gētiū, q̄s eiecerat
dn̄s à facie filiorū Iſrl̄,& regū Iſraél quæ fe
9 cerūt. ¶ Et occulte fecerūt filij Iſraél quæ
nō erant recta corā dn̄o deo ſuo.Et ædifica-
uerunt ſibi excelſa in cūctis urbibus ſuis à
10 turre cuſtodū,uſq; ad ciuitatē munitā. ¶ Et
ſtatuerūt ſibi ſtatuas,& lucos ſup omnē col
lem eleuatū, & ſubter omne lignum uiride.
11 ¶ Et ſuffiuerunt ibi in oībus excelſis ſicut
gētes quas trāſtulerat dn̄s à facie eorū & fe
12 cerunt peſſima ad irritandū dn̄m. ¶ Et ſer-
uierunt idolis de quib⁹ dixit dn̄s. Non facie
13 tis hoc. ¶ Et teſtificari fecit dn̄s in Iſraél,&
in Iehudah per manū omniū pphetarū oēm
uiſionem,dicēdo.Reuertimini à uijs ueſtris
malis,& cuſtodite præcepta mea,& decre-
ta mea,iuxta omnē legē quā præcepi patri-
bus ueſtris,& quā miſi ad uos per manū ſer
14 uorum meorū prophetarū. ¶ Et nō audie-
rūt, & indurauerūt ceruicē ſuā iuxta ceruí
cem patrū ſuorū qui nō crediderūt dn̄o deo
15 ſuo. ¶ Et contēpſerūt decreta ei⁹,& pactū
eius,quod pepigit cum patrib⁹ eorū,& teſti
ficationes eius, quibus teſtificat⁹ eſt eis. Et
ambulauerūt poſt uanitatē,& uani facti ſūt,
& poſt gētes quæ erant in circuitu eorū de
quib⁹ præcepit dn̄s, ut nō facerēt ſicut illæ.
16 ¶ Et dereliqrūt oīa præcepta dn̄i dei ſui,
& fecerūt ſibi conflatile,duos uitulos & fe
cerunt lucū,& incuruauerūt ſe uniuerſæ mi
17 litiæ cœli,& ſeruíerūt Bahal. ¶ Et tranſire
fecerunt filios ſuos,& filias per ignē, & di-
uinauerunt diuinationes,& augurabant̄,&
tradiderūt ſe,ut facerēt malū in oculis dn̄i,
18 ut irritarent eū. ¶ Et irat⁹ eſt dn̄s ualde con
tra Iſraél,& remouit eos à facie ſua. Non re
19 manſit niſi tribus Iehudáh ſola. ¶ Etiā Iehu
dáh non cuſtodiuit præcepta dn̄i dei ſui, &
ambulauerunt in decretis Iſraél quæ fece-
20 runt. ¶ Et reprobauit dominus omne ſemē
Iſraél,& afflixit eos,& tradidit eos in manu
diripiētiū,donec proijceret eos à facie ſua.
21 ¶ Quū ſcidit Iſraél à domo Dauid. Et regē
conſtituerūt Iarobhám filiū Nebáth, expu-
lit Iarobhám Iſrl̄ ne iret poſt dn̄m,& pecca-
22 re,fecit eos peccatū grāde. ¶ Et ambulaue
runt filij Iſraél in uniuerſis pctīs Iarobhám
23 quæ fecit.Non receſſerūt ab eis. ¶ Donec
remouit dominus à facie ſua ſicut locut⁹ fue
rat per manū omniū ſeruorū ſuorū prophe-
tarum, & trāſmigrare fecit Iſraél è terra ſua
24 in Aſſúr uſq; ad diem hāc. ¶ Adduxitq́ rex
Aſſúr è Babél, & è Chutáh, & Hauuáh, &
Chamáth,& Sepharuáim,& habitare fecit
in ciuitatib⁹ Somrón pro filijs Iſraél.Et poſ-
ſederunt Somrón,& habitauerūt in urbib⁹
25 eius. ¶ Et fuit,in pricipio quo habitauerūt
ibi, nō timuerūt dominū, & miſit dominus
26 in eis leones, & occidebāt eos. ¶ Dixerūt-
q́ regi Aſſúr dicēdo.Gētes quas trāſmigra-
re feciſti,& habitare feciſti in urbibus Som-
rón neſciūt iudiciū dei terræ. Et miſit in eos
leones,& ecce interimūt eos,eo q̄ neſciunt
27 iudiciū dei terræ. ¶ Et præcepit rex Aſſúr,
dicēdo. Pergere facite illuc unū è ſacerdoti
bus quos tranſmigrare feciſtis inde.Et per-
gat & uadat illuc,& doceat eos iudiciū dei
28 terræ. ¶ Et uenit unus è ſacerdotibus quos
tranſmigrare fecerāt de Somrón,& habita-
uit ī Bethél,& docebat eos quomodo time-
29 rent dominū. ¶ Et fecerunt ſingulæ gentes
deos ſuos,& poſuerunt in domo excelſorū,
quæ fecerant Somronitæ ſingulæ gentes in
30 urbibus ſuís in quibus habitabant. ¶ Et ui
ri Babél fecerunt Succóth Benóth. Viri aūt
Chúth fecerunt Nerghál, & uiri Chamáth
31 Aſimáh. ¶ Hauuæi aūt fecerūt Nibcház &
Tartách.Sepharuæi autē comburebāt filios
ſuos igni Adramélech, & Hanamélech dijs
32 Sepharueorū. ¶ Et timebāt dominū, & fe-
cerunt ſibi aliq eorū ſacerdotes excelſorū &
33 ſacrificabāt eis in domo excelſorū. ¶ Do-
minum timebāt, & dijs ſuis ſeruiebāt iuxta
iudicium gentium,quas tranſmigrare fece-
34 rant inde. ¶ Vſq; ad diem hanc faciūt iuxta
prima.Non timēt dominū,neq; faciūt iuxta
decreta eorum,& iuxta iudicium eorum,&
iuxta legem & iuxta præceptū que præce-
pit dominus filijs Iahacób cui impoſuit no-
35 men Iſraél. ¶ Et pepigerat dominus cū eis
pactum & præceperat eis,dicendo.Non ti-
mebitis deos alienos,nec incuruabitis uos
eis, nec ſeruietis eis,nec immolabitis eis.
36 ¶ Sed dominū qui aſcēdere fecit uos è ter

ra Aegypti in fortitudine magna, & in bra-
chio extento timebitis, & ei genuflecte-
37 tis, & ei ſacrificabitis. ¶ Et ſtatuta, & iudi-
cia, & legem, & præceptũ, quæ ſcripſit uo-
bis cuſtodietis. ut faciatis cũctis diebus, &
38 non timebitis deos alienos. ¶ Et pacti qđ
pepigi uobiſcũ ne obliuiſcamini, & non ti-
39 mebitis deos alienos. ¶ Sed dominũ deum
ueſtrũ timebitis, & ipſe liberabit uos è ma-
40 nu omniũ inimicorũ ueſtrorũ. ¶ Et non au-
dierunt, ſed iuxta conſuetudinẽ ſuã primã
41 faciunt. ¶ Fueruntꝗ gẽtes iſtæ timẽtes do
minum, & ſculptilibus ſuis ſeruiebant, etiã
filij eorum, & filij filiorum eorum, Secũdũ
ꝙ fecerũt patres eorum, ipſi faciunt uſꝗ ad
diem hanc,

Capitulum. 18.

1 ET fuit anno tertio Hoſéah filij
Eláh regie Iſraël, regnauit
Chizchiiáh filius Achaz re-
2 gis Iehudáh. ¶ Viginti & quin-
ꝗ annorum erat cũ regnauit,
& uiginti nouẽ annis regna-
uit in Ieruſaláim. Nomẽ autẽ matris eius Abi
3 filia Zechariáh. ¶ Fecitꝗ quod rectũ erat
in oculis domini iuxta omnia quæ fecit Da-
4 uid pater ei⁹. ¶ Ipſe remouit excelſa, & cõ
triuit ſtatuas, & ſuccidit lucum, cõfregitꝗ
ſerpentẽ æreum quem fecerat Moſéh, quia
uſꝗ ad dies illos filij Iſraël ſuffiebant ei. Et
5 uocauit eum Nechuſáu. ¶ In domino deo
Iſraël ſperauit. Et poſt eum non fuit ſimi-
lis illi inter cunctos reges Iehudáh, & q fue-
6 runt ante eum. ¶ Adhæſitꝗ domino, & nõ
declinauit ab eo, Cuſtodiuitꝗ præcepta ei⁹
7 quæ præcepit domin⁹ Moſéh. ¶ Et fuit do
minus cũ eo. In oi loco ad quẽ egrediebat,
pſpere agebat. Rebellauitꝗ cõtra regẽ Aſ-
8 ſúr, & nõ ſeruiuit ei. ¶ Ipſe percuſſit Peli-
ſtæos uſꝗ ad Hazzáh & terminos eius, à tur
9 ri cuſtodũ uſꝗ ad ciuitatẽ munitã. ¶ Et fuit
anno quarto regis Chizchiiáhu (ipſe erat an
nus ſeptimus Hoſéah filij Eláh regis Iſraël,
aſcẽdit Salmanéſer rex Aſſúr cõtra Somrõ,
10 & obſedit eã. ¶ Et ceperunt eã in fine triũ
annorũ anno ſexto Chizchiiáh (ipſe eſt an-
nus nonus Hoſeáh regis Iſraël) capta eſt Sõ
11 rón. ¶ Et trãſmigrare fecit rex Aſſúr Iſraël
in Aſſúr, & ducere fecit eos in Chalách, &
in Chabór flumen Ghozán, & ciuitates
12 Madai. ¶ Eo ꝙ non audierunt uoci domini
dei ſui, & tranſgreſſi ſunt pactum eius, om-
nia quæ præcepit dominus Moſéh ſeru⁹ do-
13 mini, & non audierũt, nec fecerũt. ¶ Quar
to decimo autem anno regis Chizchiiáhu aſcẽ-
dit Sancherib rex Aſſur contra oẽs ciuitates
14 Iehudáh munitas, & cepit eas. ¶ Miſitꝗ
Chizchiiáh rex Iehudáh ad regem Aſſur ĩ la
chis dicẽdo. Peccaui. Recede à me. Qđ ipo
ſueris mihi, ferã. Et impoſuit rex Aſſur Chiz
chiiáh regi Iehudáh trecenta talenta argẽti
15 & triginta talenta auri. ¶ Deditꝗ Chizchi
iáh omne argentum quod repertum eſt in
domo domini, & in theſauris domus regiæ.
16 ¶ In tpe illo abſcidit Chizchiiáh ualuas
templi domini, & columnas quas obtexe-
rat Chizchiiáhu rex Iehudah, & dedit eas
17 regi Aſſúr. ¶ Miſit autem rex Aſſur Tar-
thán, & Rabſaris, & Rabſachéh de Lachis
ad regem Chizchiiáhu cum exercitu gra-
ui in Ieruſalaim, & aſcenderunt, & uene-
runt. Steteruntꝗ in aquæductu piſcinæ quæ
18 eſt in uia agri fullonis. ¶ Et uocauerunt re-
gem, & egreſſus eſt ad eos Eliachim filius
Chilchiiáhu qui erat ſuper domum, & Seb-
ná ſcriba, & Ioách filius Aſáph à commẽta-
19 rijs. ¶ Dixitꝗ ad eos Rabſachéh. Dicite ob
ſecro ad Chichiiáhu. Sic dicit rex magn⁹ rex
20 Aſſúr. Quæ eſt fiducia hæc cui fiſ⁹ es. ¶ Di
xiſti tm̃ uerbum labiorum conſiliũ, & forti-
tudo ad prælium. Nunc cui fiſus es, quia de-
21 feciſti contra me? ¶ Nunc ecce ſperaſti ĩ ba
culo arundineo abſciſo iſto in Aegypto, cui
ſi innitatur quiſpiam ingredietur in manum
eius, & perforabit eam. Sic eſt Parhóh rex
Aegypti omnibus confidentibus in eo.
22 ¶ Si autem dixeritis mihi in domino deo
noſtro confidimus, nonne hic eſt cuius remo
uit Chizchiiáh excelſa, & altaria. Dixitꝗ ad
Iehudáh, & Ieruſalaim, coram altari hoc in-
23 curuábitis uos in Ieruſálaim? ¶ Et nunc fi-
deiube obſecro domino meo regi Aſſúr, &
dabo tibi duo milia equos, ſi potueris dare
24 equitantes ſuper eos. ¶ Et quõ uertere fa
cies faciem ducis uni⁹ ſeruorum domini mei
minimorum, ut confidas in Aegypto pro-
25 pter currus, & equites. ¶ Et nũc num abſꝗ
domino aſcendi ad locum iſtum, ut diſperdã
illum? Dominus dixit mihi. Aſcende con-
26 tra terram hanc, ut diſperdas eam. ¶ Di-
xitꝗ Eliáchim. Filius Chilchiáihu, & Seb-
na, & Ioách ad Rabſachéh. Loquere, obſe-
cro ſeruis tuis aramenice. (Siquidem in-
telligimus,) & ne loquaris nobiſcum Iehu-
daice in auribus populi qui eſt ſuper mu-
27 rum. ¶ Dixitꝗ ad eos Rabſachéh. Num

ad dominū tuum, & ad te miſit me dominus
meus, ut loquerer uerba iſta? Nōne ad uiros
q ſedēt ſup murū, ut comedāt ſtercus ſuum
28 & bibant aquam urinæ ſuæ uobiſcū? ¶ Ste
titq; Rabſacheh, & exclamauit uoce magna
Iehudaice, & locut' eſt, ac dixit: Audite uer-
29 bum regis magni regis Aſſúr. ¶ Sic dixit
rex. Ne ſeducat nos Chizchijáhu, qa nō pote
30 rit eruere nos è manu ei'. ¶ Et ne ſperare fa
ciat uos Chizchijáhu in dño dicendo. Eruen
do eruet nos dñs, & nō tradetur ciuitas hæc
31 in manu regis Aſſúr. ¶ Ne audiatis Chizchi
iahu. Sic eñ dixit rex Aſſúr, Facite mecū be
nedictionem, & egredimini ad me, & come-
dite unuſqſq; de uite ſua. & unuſquiſq; de fi
cu ſua. Et bibite unuſquiſq; aquam ciſternæ
32 ſuæ. ¶ Donec ueniam, & tollam uos ad ter
ram, ſicut terram ueſtram, terram frumenti,
& uini, terram panis, & uinearum terram,
oliuæ olei, & mellis, & uiuite, & non morie
mini, & ne audiatis Chizchijáhu cū perſua-
33 ſerit uobis dicendo. Dñs eruet nos. ¶ Num
eruendo eruerunt dij gentium unuſqſq; ter-
34 ram ſuam è manu regis Aſſúr. ¶ Vbi eſt de'
Chamáth, & Arphad? Vbi eſt deus Sepha-
ruáim Henáh, & Hiuuáh? Num eruerunt Sō
35 róm è manu mea? ¶ Quis iter oēs deos ter-
rar, qui eruerit terram ſuā è manu mea? Nū
39 eruet dñs Ieruſaláim è manu mea? ¶ Et ta-
cuerunt populus, & non reſponderūt ei uer
bum, quia præceptum regis erat dicēdo, nō
37 reſpōdeatis ei. ¶ Veneruntq; Eliachim fili'
Chilchijáhu, qui erat ſuper domum, & Seb-
ná ſcriba, & Ioách filius Aſáph à commenta
rijs ad Chizchiiáhu ſciſſi ueſtibus, & nūcia-
uerunt ei uerba Rabſacheh.

Capitulum. 19.

1 ET fuit, cum audiſſet rex Chizchiiá
hu, ſcidit ueſtimēta ſua, & operuit
ſe ſacco, ingreſſuſq; eſt domū dñi.
2 ¶ Et miſit Elijachim, qui erat ſup
domum, & Sebná ſcribá, & ſeniores ſacerdo
tum opertos ſaccis ad Ieſahaiáhu prophetā
3 filium Amós. ¶ Dixerunt autē ad eum. Sic
dixit Chizchijahu. Dies anguſtiæ, & increpa
tionis, & conuicij in deū, eſt dies hæc. Vene-
runt enim filij uſq; ad matricem, & uirt' nō
4 eſt parienti. ¶ Si forte audiat domin' deus
tuus omnia uerba Rabſacheh, quē miſit rex
Aſſúr dominus ſuus ut probris afficeret deū
uiuentem, & argueret uerbis quæ audiuit
dominus deus tuus. Et leua orationem pro
5 reſiduo quod inuenitur. ¶ Veneruntq; ſer-
6 ui regis Chizchijáhu ad Ieſahaiáhu. ¶ Di-
xitq; Ieſahaiáhu. Sic dicetis domino ueſtro.
Sic dixit dominus. Ne timeatis à facie uerbo
rum quæ audiſtis, quib' probris affecerūt
7 pueri regis Aſſúr me. ¶ Ecce pono in eo ſpi
ritum, & audiet auditū, & reuertetur in ter
ram ſuā, & cadere faciā eum gladio in terra
8 ſua. ¶ Et reuerſus eſt Rabſacheh, & inuenit
regē Aſſúr pugnantē cōtra Libnáh. Audie-
9 rat eñ q; profectus erat de Lachis. ¶ Audi
uitq; de Tirhacáh rege Chus, dicendo. Ecce
egreſſus eſt, ut pugnet tecū, & reuerſus eſt,
& miſit nuncios ad Chizchiiáhu, dicendo.
10 ¶ Sic dicetis Chizchiiáhu regi Iehudáh, di
cēdo. Ne decipiat te de' tuus in quo tu confi
dis, dicēdo. Non tradet Ieruſalaim in manu
11 regis Aſſúr. ¶ Ecce audiſti quæ fecerūt re-
ges Aſſúr uniuerſis terris, perdēdo eas. & tu
12 liberaberis? ¶ Nū liberauerūt eas dij gen
tiū, quos deleuerūt patres mei Gozán & Ha
rán, & Réſeph, & filij Héden, q erant in Te
13 laſár? ¶ Vbi eſt rex Chamáth, & rex Arpád
& rex ciuitatis Sepharuáim Henáh, & Chiu
14 uáh. ¶ Et tulit Chizchiiáhu literas de ma-
nu nūciorū, & legit eas, & aſcēdit in domū
dñi, & expādit eas Chizchiiáhu corā domi-
15 no. ¶ Orauit aūt Chizchiiáhu corā dño, &
dixit. Dñe deus Iſraël ſedēs ſup Cherubím,
tu es deus ſolus omniū regnorū terræ. Tu fe
16 ciſti cœlū, & terrā. ¶ Inclina dñe aurē tuā,
& audi. Aperi dñe oculos tuos & uide, & au
di oīa uerba Sancherib, quæ miſit, ut pbris
17 afficeret deū uiuentē. ¶ Vere dñe uaſtaue-
runt reges Aſſúr gētes, & terrā eorū, & po-
ſuerūt deos eorū in ignē. Nō eñ dij erāt, ſed
opus manuū hominū, lignū & lapis, & per-
18 diderūt eos. ¶ Et nunc dñe deus noſter ſal-
uos fac nos obſecro de manu eius, ut ſciant
19 oīa regna terræ q; tu es dñs de' ſolus. ¶ Mi
ſit aūt Ieſahaiáhu filius Amós ad Chizchiiá
hu, dicēdo. Sic dixit dñs de' Iſraël. Pro qui-
bus oraſti me ſup Sancherib regē Aſſúr au-
20 diui. ¶ Hoc eſt uerbū, qd' locut' eſt dñs ſu-
per eū. Contēpſit te, ſubſannauit te uirgo fi
lia Siiōn, poſt te caput mouit filia Ieruſa-
21 láim. ¶ Quē pbris affeciſti, & in quē cōui
ciatus es, & ſup quē exaltaſti uocē, & leua-
ſti in excelſum oculos tuos? Ad ſanctū Iſrl'.
22 ¶ Per manū nūciorū tuorū probris affeci-
ſti dñm, & dixiſti. In multitudie curruū meo
rum aſcēdi excelſa mōtiū, latera Lebanón,
& ſuccidam altitudinē cedrorum eius, ele-
ctas abietés illius, & ingrediar habitaculum
23 finis eius, ſaltum Charmeli eius. ¶ Ego fo-
di uenam, & bibi aquas alienas, & ſiccaui

plāta pedū meorum omnes riuos munitos.
24 ¶ Nunquid non audiſti à longe quod feci
in diebus antiquis, & plaſmaui illud, nunc
adduxi illud, & erit ad deſolādū in aceruos
25 deſtructionū ciuitates munitas? ¶ Et habi-
tatores earū abbreuiati manu, cōtriti & pu
dore affecti ſunt, fuerunt ut hærba agri, &
olus germinis hærbæ tectorū & percuſſa uē
26 to ante ſegetē. ¶ Habitare autem tuum, &
egredi tuū, & ingredi tuum noui, & iraſci
27 tuum cōtra me. ¶ Pro eo ꝙ iratus es aduer
ſum me tumult⁹ tuus aſcēdit in aures meas,
& ponā hamū meū in naribus tuis, & camū
meū in labijs tuis, & redire faciam te ꝑ uiā
28 per quā ueniſti. ¶ Et hoc tibi ſignū. Come-
de anno iſto caduca. Anno autē ſecūdo ſpon
te germinata. Anno uero tertio ſeminate,
& metite, & plātate uineas, & comedite fru
29 ctum earum. ¶ Et addet quæ euaſit familiæ
Iehudáh quæ remāſit radicem deorſum, &
30 faciet fructū ſurſum. ¶ De Ieruſaláim enī
egredietur reſiduum, & euaſor de monte
Siión. Zelus domini exercituum faciet hoc.
31 ¶ Quāobrem ſic dixit domin⁹ ſuper regē
Aſſúr. Non ingredietur urbem hanc, & non
faciet illuc ſagittam, & non præoccupabit
eam clypeo, & non effundet iuxta eā agge-
32 rem. ¶ Per uiam qua uenit, reuertetur, &
ciuitatē hāc non ingredietur dicit domin⁹.
33 ¶ Et protegā ciuitatē hanc, ut ſeruem eam
propter me, & propter Dauid ſeruum meū.
34 ¶ Et fuit, nocte illa egreſſus eſt angelus
domini, & percuſſit in caſtris Aſſúr centum
octoginta, & quinq; milia. Et ſurrexerūt ma
ne, & ecce omnes ipſi cadauera mortuorum.
35 ¶ Et profectus eſt, & abijt. Et reuerſus eſt
Sācherib rex Aſſúr, & habitauit ī Niniueh.
36 ¶ Et fuit, eo adorāte in domo Niſróch deū
ſuum Adramélech, & Sarécer filij eius per-
cuſſerunt eū gladio. Ipſi autem euaſerunt in
terrā Araráth, & regnauit Eſarchadón fili⁹
eius pro eo.

Capitulum. 20.

1 IN dieb⁹ illis ægrotauit Chiz-
chiiahu ad moriendū. Et ue-
nit ad eum Ieſahaiáhu filius
Amós ꝓphetæ, dixitq; ad eū.
Sic dixit dn̄s. Præcipe domui
tuæ, quia morieris, & non ui-
2 ues. ¶ Et uertit Chizchiiáhu faciem ſuam
ad parietem, & orauit ad dominum, dicen-
3 do. ¶ Obſecro domine. Memēto quæſo ꝙ
ambulauerim coram te in ueritate, & cor-
de perfecto, & quod bonū eſt in oculis tuis
fecerim. Et fleuit Chizchiiáhu fletu magno.
4 ¶ Et fuit, Ieſahaiáhu nō egreſſus fuerat ad
atrium mediū, & uerbum domini fuit ad eū
5 dicendo. ¶ Reuertere, & dic Chizchiiáhu
duci populi mei. Sic dixit dominus de⁹ Da-
uid patris tui. Audiui orationē tuam. Vidi la
chrymam tuā. Ecce ſano te. Die tertia aſcen-
6 des in domū domini. ¶ Et addā dieb⁹ tuis
quindecim annos, & de manu regis Aſſúr
eruam te, & ciuitatē iſtam, & protegam ci-
uitatem iſtā propter me, & propter Dauid
7 ſeruum meum. ¶ Dixitq; Ieſahaiáhu. Tolli
te maſſam ficuum. Et tulerunt, & poſuerunt
8 ſuper ulcus, & ſanatū eſt. ¶ Dixitq; Chiz-
chiiáhu ad Ieſahaiáhu. Quod ſignum ꝙ ſa-
naturus ſit domin⁹ me, & aſcenſurus ſim die
9 tertio in domū dn̄i? ¶ Dixitq; Ieſahaiáhu.
Hoc tibi ſignū à domino qđ facturꝰ ſit dn̄s
uerbū qđ locutus eſt. Nū uis uadat umbra
decem gradibus, an reuertatur decem gra-
10 dibus? ¶ Dixitq; Chizchiiáhu. Leue eſt um
bræ declinare decē gradib⁹. Nolo hoc. Sed
ut reuertatur umbra retrorſum decem gradi-
11 bus. ¶ Et clamauit Ieſahaiáhu ꝓpheta ad
dominū, & reduxit umbrā per gradus quos
deſcenderat per gradus Achaz retrorſum
12 decē gradibus. ¶ In tēpore illo miſit Bero
dách Baladán filius Baladán rex Babel lite
ras, & mūera ad Chizchiiáhu. Audierat enī
13 ꝙ ægrotaſſet Chizchiiáhu. ¶ Et audiuit
eis Chizchiiáhu, & oſtēdit eis omnē domū
deſiderabilē ſuam, argentū, & aurū, & aro-
mata, & unguentū optimū, & domū uaſo-
rum ſuoꝝ, & oē qđ inuentū eſt in theſauris
ſuis. Non fuit quicq; quod nō oſtenderit eis
Chizchiiáhu in domo ſua, & in omni pote-
14 ſtate ſua. Venit autem Ieſahaiáhu propheta
ad regē Chizchiiáhu, dixitq; ad eū. Quid
dixerunt uiri iſti, & unde uenerūt ad te? Di
xitq; Chizchiiáhu. De terra longinqua ue-
15 nerunt ad me, de Babél. ¶ Et ait. Quid ui-
derunt in domo tua? Dixitq; Chizchiiáhu:
Oīa quę ſunt in domo mea uiderunt. Nō fuit
qcq; qđ non oſtēderim eis in theſauris meis
16. ¶ Dixit autē Ieſahaiáhu ad Chizchiiáhu.
17 Audi uerbū dn̄i. ¶ Ecce dies ueniūt, & de-
feretur omne quod eſt in domo tua, & quæ
condiderunt patres tui uſq; ad diem hanc in
Babél. Non remanebit quicq; dixit domi-
18. nus. ¶ Et de filijs tuis qui egredientur de te,
quos generabis tollent, & erunt eunuchi in
19 palatio regis Babél. ¶ Dixitq; Chizchiiá-
hu ad Ieſahaiáhu. Bonum eſt uerbum domi-
ni, quod locutus es. Et dixit. Nōne bonum

eſt cū pax & ueritas futura ſit in dieꝰ meis?
20 ¶ Reſidua autem Chizchiiáhu, & oīs forti
tudo eiꝰ, & ꝙ fecit piſcinam, & aquæductū,
& introduxit aquas in ciuitatē, nōne ſunt
ſcripta in libro uerborū dierū regum Iehu-
21 dáh? ¶ Dormiuitq; Chizchiiahu cū patri-
bus ſuis, & regnauit Menaſſch filius eius
pro eo.

Capitulum.21.

1 Quodecim annorū erat Menaſ-
ſch cum regnauit, & quinqua-
ginta et quinq; annis regna-
uit in Ieruſaláim. Nomen autē
matris eius erat Chephſibáh.
2 ¶ Fecitq; malū in oculis do-
mini iuxta abominationes gentiū quas ex-
3 pulit dominus à facie filiorū Iſraél. ¶ Con
uerſuſq; eſt, et ædificauit excelſa quæ per-
diderat Chizchiiáh pater eius, & erexit al-
taria ipſi Báhal, et fecit lucum ſicut fecerat
Achab rex Iſraél, & incuruauit ſe omni mili
4 tiæ cœli, & ſeruiuit eis. ¶ Et extruxit alta-
ria in domo dñi, de qua dixit dñs, in Ieruſa-
5 láim ponā nomen meū. ¶ Extruxitq; aras
uniuerſæ militiæ cœli ī duobus atrijs domꝰ
6 domini. ¶ Et tranſire fecit filium ſuum per
ignē, & obſeruauit tēpora, & auguratꝰ eſt,
& fecit pytonem, & magos multiplicauit,
ut faceret malum in oculis dñi ad irritādum
7 eum. ¶ Et poſuit ſculptile luci quod fece-
rat in domo, de qua dixerat dñs ad Dauid,
& ad Selomóh filium eius, in domo hac, &
in Ieruſaláim quā elegi de cunctis tribubus
8 Iſraél, ponā nomē meū in ſempiternū. ¶ Et
non addā ut moueri faciam pedē Iſraél è ter
ra quam dedi patribus eorū, ſi cuſtodierint,
ut faciant iuxta omnia quæ præcepi eis, et
iuxta omnē legem quā præcepit eis ſeruus
9 meus Moſéh. ¶ Et nō audierūt, & errare fe
cit eos Menaſſch, ut facerēt peius ꝗ̄ gentes
quas deleuit deus à facie filiorū Iſraél. Locu
tuſq; eſt dñs ꝑ manū ſeruorū ſuorū prophe-
10 tarum, dicendo. ¶ Pro eo ꝙ fecit Menaſſch
rex Iehudah abominationes iſtas faciēdo pe
ius omnibus quæ fecerunt Emoræi qui fue
runt ante eum, & peccare fecit etiam Iehu-
11 dáh in idolis ſuis. ¶ Idcirco dixit dñs deus
Iſraél. Ecce ego inducā malū ſuper Ieruſa-
láim, & Iehudáh quod omnis audietis illud
12 tinnient ambæ aures. ¶ Et extēdam ſuper
Ieruſaláim lineam Somrón, & pondus do-
mus Achab, & abſtergā Ieruſaláim ſicut ab-
ſtergit quiſpiā ſcutellā, & terſit, uertit ſup
13 faciē ſuā. ¶ Et derelinquā reſiduos hæredi
tatis meæ, & tradā eos in manu inimicorū
eorū, eruntq; in rapinā, & in direptionē omni-
14 bus inimicis ſuis. ¶ Eo ꝙ fecerūt malum in
oclis meis, & irritauerūt me à die qua egreſ
ſi ſunt patres eorum ex Aegypto uſq; ad diē
15 hanc. ¶ Et etiā ſanguinē innoxium effudit
Menaſſch multū ualde, donec impleret Ieru
ſaláim de latere ad latus, præter pctm̄ ſuum
quo peccare fecit Iehudáh, ut faceret malū
16 in oculis domini, ¶ Reſidua autem Menaſ-
ſch, & uniuerſa quæ fecit, & peccatū quod
peccauit, nōne ſunt ſcripta in libro uerborū
17 dierū regū Iehudah? ¶ Dormiuitq; Menaſ
ſch cū patribus ſuis, et ſepultus eſt in horto
domꝰ ſuæ ī horto Huzzá, regnauitq; Amón
18 filius eius pro eo. ¶ Viginti & duorū an-
norum erat Amón qn̄ regnauit, & duobꝰ an
nis regnauit in Ieruſaláim. Nomē autem ma
tris eiꝰ erat Meſulémeth filia Charús de Iot
báh, fecitq; malū in oculis dñi ſicut fecerat
19 Menaſſch pater ſuꝰ. ¶ Et ambulauit in omni
uia per quā ambulauit pater ſuus. Seruiuit-
q; idolis quibus ſeruierat pater ſuus, & in-
20 curuauit ſe eis. ¶ Et dereliquit dñm deum
patrū ſuorū, & nō ambulauit in uia dñi. Et
coniurauerūt ſerui Amón cōtra eum, & in-
21 terfecerunt regē in domo ſua. ¶ Et percuſ-
ſit populus terræ omnes qui coniurauerant
aduerſum regem Amón, & regem conſtituit
populus terræ Ioſiiáhu filium eius pro eo.
22 ¶ Reſidua autē Amón quæ fecit, nōne ſunt
ſcripta in libro uerborū dierū regū Iehudáh?
23 ¶ Et ſepelierunt eū in ſepulchro ſuo in hor
to Huzzá, regnauitq; Ioſiiáhu filiꝰ eiꝰ ꝓ eo.

Capitulum.22.

1 Octo annorum erat Ioſiiáhu
cum regnauit, & triginta, &
uno anno regnauit in Ieruſa-
láim. Nomen autem matris eiꝰ
erat Iedidáh filia Hadaiáh de
2 Boſáth. ¶ Fecitq; qđ rectum
erat in oculis dñi, & ambulauit in omni uia
Dauid patris ſui, & nō declinauit ad dexte-
3 ram & ſiniſtrā. ¶ Et fuit octauo decimo an
no regis Ioſiiáhu, miſit rex Saphán filiū Aſa
liáhu filij Meſulám ſcribā ad domū dñi, dicē
4 do. ¶ Aſcēde ad Chilchiiáhu ſacerdotem
magnū, & perficiat cōflare pecuniā quæ il-
lata eſt in domū dñi, quam collegerūt cuſto
des liminis à populo & tradat eā manui fa-
5 cientiū opus præfecti in domo dñi. ¶ Et tra-
dant eā facientibꝰ opus qđ eſt in domo dñi ad

6 roborandum rimas dom᷒. ¶ Fabris, & ædi
ficatorib᷒, cementarijs, & ad emendū ligna
& lapides exciſos, ad roborandum domum.
7 ¶ Tantum non ſupputet eis argentum qđ
8 dat ad manū eorū, ſed in fide faciāt. ¶ Di-
xit aūt Chilchiiáhu ſacerdos magnus ad Sa-
phán ſcribam. Librum legis inueni in domo
dñi. Et dedit Chilchiiáhu librū ipſi Saphā. Le
9 gitq́ illum. ¶ Venit autē Saphán ſcriba ad
regē, & retulit regi rem, & dixit. Conflaue-
runt ſerui tui argentū qđ inuentū eſt in do-
mo, & dederunt illud manui facientiū opus
10 ꝑfecti in domo dñi. ¶ Nunciauitq́ Saphán
ſcriba regi dicendo. Librū dedit mihi Chil-
chiiáhu ſacerdos. Legitq́ illū Saphán coram
11 rege. ¶ Et fuit cū audiſſet rex uerba libri
12 legis, ſcidit ueſtimēta ſua ¶ Præcepit āt rex
Chilchiiáhu ſacerdoti, & Achicám filio Sa-
phán, & Hachbór filio Michaiáh, & Saphán
13 ſcribæ, & Haſaiáh ſeruo regis dicēdo. ¶ Ite
inquirite dñm pro me, & pro pplo, & ꝓ oī Ie-
hudáh ſup uerba libri q inuentus eſt hui᷒, qa
magna eſt ira dñi, q̄ ſuccēſa eſt cōtra nos, eo
ꝙ non audierunt prēs noſtri uerbis libri hu-
ius, ut facerent iuxta oē qđ ſcriptū eſt nobis
14 ¶ Abijt aūt Chilciiáhu ſacerdos, & Achi-
chám, & Hachbór, & Saphán, & Haſaiáh ad
Chuldáh prophetiſſam uxorē Sallúm filij Ti
cuáh filij Charchám cuſtodis ueſtiū. Ipſa aūt
habitabat in Ieruſaláim ī domo doctrinæ, &
15 locuti ſunt ad eam. ¶ Dixitq́ ad eos. Sic di
xit dñs deus Iſraël. Dicite uiro q miſit nos
16 ad me. ¶ Sic dixit dñs. Ecce adduco malum
ſuper locū iſtum, & ſup habitatores eius oīa
17 uerba libri quē legit rex Iehudáh. ¶ Pro eo
ꝙ dereliquerūt me, & ſuffierunt dijs alienis,
ut irritarēt me in oī ope manuū ſuarū, ſuccē
ſus eſt furor me᷒ in loco iſto, & nō extinguet
18 ¶ Ad regē aūt Iehudáh qui miſit nos ad re-
quirendū dñm, ſic dicetis Sic dixit dñs deus
19 Iſraël. Verba q̄ audiſti. ¶ Pro eo ꝙ mollitū
eſt cor tuū, & humiliatus es à facie dñi, qn̄
audiſti q̄ locut᷒ ſum ſup locū iſtum, & ſuper
habitatores eius, ut ſint in deſolationē, & in
maledictionem, & ſcidiſti ueſtimenta tua, &
fleuiſti corā me, ego etiam audiui dixit dñs.
20 ¶ Idcirco ecce colligam te ad patres tuos,
& colligeris ad ſepulchra tua in pace, & non
uidebunt oculi tui omne malum quod indu-
co ſuper locū hunc. Et retulerūt regi uerbū.

Capitulum. 23.

1 Miſit autem rex, & congregauerūt
ſe ad eum omnes ſeniores Iehu-
dáh, & Ieruſalaim. ¶ Aſcenditq́
rex in domum domini, & oīs uir
Iehudáh, & omnes habitatores Ieruſaláim
erant cum eo, & ſacerdotes, & prophetæ, &
omnis ppl's à paruo uſq́ ad magnum. Legit-
q́ in auribus eorum oīa uerba libri fœderis,
3 qui inuentus eſt in domo domini. ¶ Stetit
autem rex ſuper columnam, & pepigit fœ-
dus coram domino, ut ambularent poſt do-
benitas dux Elihézer filius Zichri, ſuꝑ Sim-
honitas, Sephathiáhu filius Mehacháh.
17 ¶ Super Leui Ghaſabiáh filius Chemuél,
18 ſuꝑ Aharón Sadóc. ¶ Suꝑ Iehudáh Elihu
de fratribus Dauíd. Super Iſaſchár Hamri fi
19 lius Michaél. ¶ Suꝑ Zebulún Iſmahaiáhu fi
lius Hobadiáhu. Super Naphtali Ieremóth
20 filius Hazriél. ¶ Super filios Ephráim Ho-
ſéah filius Hazaziáhu. Super dimidiam tri-
bum Menaſſéh filius Pedaiáhu. Super dimi
dium Menaſſéh in Ghilhád Iddó fili⁹ Zecha-
riáhu. Super Biniamin Iahaziél fili⁹ Abnér.
21 ¶ Suꝑ Dan Hazarél fili⁹ Ierochám. Iſti prin
22 cipes tribuũ Iſraél. ¶ Et nõ leuauit Dauid
numerũ eorum à filio uiginti annorũ & in-
fra: quia dixit dominus ut multiplicaret Iſ-
23 raél ueluti ſtellas cœli. ¶ Ioáb fili⁹ Seruiáh
cœpit numerare, & non compleuit. Et fuit
propter hoc ira ſuper Iſraél, & non aſcẽdit
numer⁹ in numerũ uerborũ dierũ regis Iſrl'.
24 ¶ Super theſauros autẽ regis fuit Hazmá-
ueth filius Hadiél. Et ſuper theſauros in re-
gione, in urbibus, & in uillis, & in turribus
25 fuit Iehonatháu filius Huzziiáhu. ¶ Et ſu-
per faciẽtes opus agri ĩ cultura terræ Hezri
26 filius Chelúb. ¶ Et ſuper uineas Simhi Ra
mathites. Et ſuper ea quæ ſunt in uineis ſu-
27 per cellaria uini Zabdi Siphmites. ¶ Et ſu-
per oliueta, & ſicomoros quæ ſunt in cãpe-
ſtribus Bahalcanán Ghederites, & ſuꝑ cel-
28 laria olei Iohás. ¶ Et ſuꝑ boues qui paſce-
bantur in Sarón Sithri Saronites, & ſuꝑ bo
29 ues in uallib⁹ Saphát filius Hadlái. ¶ Et
ſuper camelos Obil Iſmehelites, & ſuꝑ aſi-
30 nas Iecdeiáhu Meronothites. ¶ Et ſuꝑ pe-
cudes Iaziz Haghérites. Oẽs iſti principes
31 ſubſtãtiæ quæ erant regi Dauid. ¶ Iehona
tháu autem patruus Dauid conſiliarius uir
intelligens, & ſcriba ipſe, & Iechiél filius
32 Chachmoni cũ filijs regis. ¶ Achithóphel
autẽ conſiliarius regis, & Chuſái Archites
33 amicus regis. ¶ Et poſt Achithóphel Ieho-
iadáh filius Benaiáhu, & Ebiathár, & prin-
ceps exercitus regis Ioáb.

Capitulum. 28.

1 ET congregauit Dauíd omnes prin
cipes Iſraél, principes tribuum, &
principes diuiſionũ miniſtrãtium
regi, & tribunos, & centuriones,
& principes ſubſtãtiæ & poſſeſſionis regis,
& filiorum eius cũ eunuchis & potentibus,
2 & omnẽ fortem uiribus in Ieruſaláim. ¶ Et
ſurrexit Dauid rex ſuꝑ pedes ſuos, & ait. Au-
dite me fr̃es mei, & ppl's me⁹. In corde meo
fuit ut ædificarẽ domũ quietis arcæ fœderis
dñi & ſcabello pedũ dei ur̃i, & præparaui ad

3 ædificandum. ¶ Deus autẽ dixit mihi. Non
ædificabis domũ nomini meo, quia uir bellorũ
4 es, et ſanguinẽ effudiſti. ¶ Et elegit dñs deus
Iſrl' me ex oi domo pr̃is mei, ut eſſem rex ſup
Iſrl' in ſæculũ. De Iehudah em̃ elegit ducẽ, et
ẽ domo Iehudáh domũ pr̃is mei, et ẽ filijs pr̃is
mei me uoluit, ut regnarẽ ſup uniuerſũ Iſraél.
5 ¶ Et ẽ filijs meis (mltos em̃ filios dedit mihi
dñs) elegit Selomóh filiũ meũ, ut ſederet ſup
6 thronũ regni dñi ſup Iſraél. ¶ Dixitq́ mihi
Selomóh fili' tuus ipſe ædificabit domũ meã,
et atria mea. Elegi em̃ eũ m filiũ, et ego ero illi
7 in patrẽ. ¶ Et firmabo regnũ eius uſq́ i ſæcu-
lũ, ſi robuſt' fuerit ad faciẽdũ præcepta mea,
8 & iudicia mea ſecundum diẽ hãc. ¶ Et nũc in
oculis oĩs Iſrael cœtus dñi, & in aurib' dei nr̃i
cuſtodite, & quærite cuncta mandata dñi dei
noſtri, ut poſſideatis terrã bonam, et hæredi-
tare faciatis filios ur̃os poſt uos uſq́ in ſæculũ.
9 ¶ Et tu Selomóh fili mi ſcito deũ patris tui, et
ſerui eo corde pfecto, & aĩo uolũtario. Omnia
em̃ corda ſcrutat̃ dñs, & oẽm imaginationem
intelligit. Si quæſieris eũ, inueniet̃ tibi, et ſi de
10 reliq̃ris eũ, proijciet te in æternũ. ¶ Vide nũc
q̃ dñs elegit te, ut ædifices domũ ſanctuarij.
11 Confortare, & fac. ¶ Dedit aũt Dauid Selo
móh filio ſuo ſimilitudinẽ portic', & domorũ
eius, & cellariorũ ei', & cœnaculorũ eius, et cu
biculorũ eius interiorũ, & dom' propitia-
12 tionis. ¶ Et ſimilitudinẽ oĩs qđ' fuerat in ſpũ
cũ eo in atrijs domus dñi, & in oĩbus cubiculis
per circuitum in theſauros dei, & in theſauros
13 ſanctitatũ. ¶ Et in diuiſionib' ſacerdotũ, et le
uitarũ, & in oi opere miniſterij domus dñi. Et
14 in oĩbus uaſis miniſterij dom' dñi. ¶ In auro,
in põdere in auro, in oĩbus uaſis ſingulorũ mi
niſteriorũ, & põdere, in cãdelabris aureis, et lu
15 cernis eorũ aureis. ¶ In põdere ſingulorũ can
delabrorũ, & lucernarũ eius ſcđm miniſteriũ
16 ſingulorũ candelabrorũ. ¶ Et auri põdus p
menſis ppoſitiõis, p ſingula menſa, et argẽtũ
17 pro mẽſis argẽteis. ¶ Et p fuſcinulis, & crate
ribus, & acerris aurũ mundũ, & p crateribus
aureis in põdere, p ſingulo cratere, & p crate
18 rib' argẽteis i põdere p ſingulo cratere. ¶ Et
p altari ſuffimẽti aurũ purificatũ in põdere, &
pro figura quadrigæ cherubim aurũ p expan
19 dentib' & tegentib' arcã fœderis dñi. ¶ Oia
in ſcriptura de manu dñi ſuper me, intelligere
20 fecit om̃ia opera ſimilitudinis. ¶ Dixitq́ Da
uid Selomóh filio ſuo. Cõfortare, & roborare
& fac, ne timeas, & ne paueas, quia dñs deus,
deus meus tecum erit. Et non dimittet te, et nõ
derelinquet te, donec perficias omne opus mi
21 niſterij domus domini. ¶ Et ecce diuiſiones
ſacerdotum, & leuitarũ in omne miniſteriũ do
mus dei, & tecũ ſunt in omni opere omni ſpõ
taneo in ſapiẽtia om̃i miniſterio, & principes,
& omnis populus omnibus uerbis tuis.

Capitulum. 29.

1 Dixit aũt Dauid rex ad oẽm
cœtũ. Selomóh filiũ meum
unũ elegit de' puerũ, & te-
nellum. Et opus grande eſt.
Non em̃ hois eſt ædes, ſed
2 dñi dei. ¶ Totis aũt uirib'
meis præparaui domui dei mei aurum ad au-
rum, & argentũ ad argentum, & æs ad æs, &
ferrum, & ligna ad ligna, lapides onychinos,
& gẽmas, lapides ſtibinos & diuerſorũ colo-
rum, & oẽm lapidem p̃cioſum, & lapides mar
3 moreos in multitudine. ¶ Et adhuc pp̃ter uo
luntatem meã in domo dei mei eſt mihi pecu-
liare aurum, & argentũ, quod dedi domui dei
mei pp̃ter gradũ, ex oĩbus præparaui domui
4 ſanctuarij. ¶ Tria milia talenta auri de auro
Ophir, & ſeptẽ milia talenta argenti purgati
5 ad complanandũ parietes domorũ. ¶ Ad au-
rum ad aurum, ad argentũ ad argentũ, & ad
omne opus per manũ artificũ, & quiſq́ ſpon-
te offert, ut cõſecret manum ſuam hodie domi
6 no. ¶ Et ſponte obtulerũt principes familia-
rũ, & principes tribuũ Iſrael & tribuum, & cẽ-
7 turiones, & pricipes operis regis. ¶ Et dede-
runt ad miniſteriũ domus dei auri, talẽta quin
q́ milia, & ſolidos decem milia, & argenti ta-
lenta decem milia, & æris decem milia & octo
milia talenta, & ferri centum milia talenta, &
cum quo inuenti ſunt lapides dederunt in the
ſaurũ domus domini per manũ Iechiel Gher-
8 ſunitæ. ¶ Et lætati ſunt populus cum ſponte
offerrent ipſi, quia corde perfecto ſpõte obtu-
lerunt domino: & etiam Dauid rex lætatus eſt
9 lætitia magna. ¶ Et benedixit Dauid domi-
no in oculis omnis congregationis. Et ait Da-
uid. Benedictus es tu domine deus Iſrael pa-
10 tris mei à ſæculo uſq́ in ſæculum, ¶ Tibi do-
mine magnificentia, & potentia, & gloria, &
uictoria, & gloria. Cuncta enim quæ in cœlo
ſunt, & in terra tua ſunt. Tuum eſt domine re-
gnum, & exaltatio ſuper omnem principem.
11 ¶ Et diuitiæ, & gloria à facie tua, & tu domi
naris omnibus. Et in poteſtate tua, uirtus, &
fortitudo. Et in poteſtate tua eſt magnificare,
12 & confortare omnia. ¶ Et nunc deus noſter
confitemur, & laudamus nomen gloriæ tuæ.
13 ¶ Quis enim ego ſum, & quis eſt populus
meus q̃ obtineamus potentiam ad ſponte offe
rendum ſecũdum hoc. A te enim ſunt omnia,

14 et de manu tua dedimus tibi. ¶Peregrini enĩ
ſumus corã te,& aduenæ ſicut oẽs pr̃es noſtri.
Dies noſtri ſicut umbra ſuper terram,et nõ eſt
15 expectatio. ¶Domine deus noſter omnis co
pia hæc quam parauimus ad ædificandum tibi
domũ nomini ſancto tuo, de manu tua eſt, &
16 tua ſunt omnia. ¶Noui autem deus mi ꝙ
tu probas cor,& rectitudines uoles. Ego in re
ctitudĩe cordis mei ſpõte obtuli uniuerſa hæc,
& nunc populum tuum, qui reperti ſunt hic,
uidi cum gaudio ad ſponte offerendum tibi.
17 ¶Domine deus Abrahám,Iſchác, & Iſrael.
patrum noſtrorum,cuſtodi hoc in ſæculũ ima-
ginationem cogitationum cordis populi tui,
18 et para cor eorũ tibi. ¶Et Selomóh filio meo
da cor perfectum, ut cuſtodiat præcepta tua,
teſtimonia tua, & ſtatuta tua, ut faciat omnia,
19 & ædificet ædem quã præparaui. ¶Et dixit
Dauid uniuerſæ eccleſiæ. Bñdicite quæſo do-
mino deo ueſtro.Et benedixerunt omnis eccle
ſia domino deo patrũ ſuorum. Et inclinauerũt
20 ſe,& genuflexerunt ſe dño,& regi. ¶Immo
lauerũtq; uictimas domino,& obtulerũt holo-
cauſta domino i craſtino diei illi⁹ tauros mille,
arietes mille,agnos mille, & libamina eorum,
& uictimas in multitudine pro omni Iſrael.
21 ¶Et comederunt, et biberunt coram domi-
no in die illa in lætitia, & regem conſtituerunt
ſecundo Selomóh filium Dauid, & unxerunt
22 domino ducem,et Sadóc ſacerdotem. ¶Se-
ditq; Selomóh ſuper ſolium domini rex ꝓ Da
uid patre ſuo,& proſperatus eſt.Et paruerunt
23 ei omnis Iſrael. ¶Et uniuerſi principes,et po
tentes,et omnes filij regis Dauid dederũt ma
24 nũ ſub Selomóh rege. ¶Et magnificauit do-
minus Selomóh excellenter in oculis oĩs Iſ-
rael.Et dedit illi gloriam regni qualis non fuit
25 omni regi ante eum ſuper Iſrael. ¶Dauid au
tem filius Iſái regnauit ſuper uniuerſum Iſrl.
26 ¶Et dies quibus regnauit ſuper Iſrael qua-
draginta anni.In Chebrón regnauit ſeptẽ an-
nis,in Ieruſaláim regnauit triginta, et tribus
27 annis. ¶Et mortuus eſt in ſenectute bona,ſa-
turus diebus,diuitijs,et gloria, regnauitq; Se
28 lomóh fili⁹ eius pro eo. ¶Res autem Dauid
regis primæ ecce ipſæ ſcriptæ ſunt in uerbis
Semuel uidentis, et in libro Nathán prophe-
29 tæ,& in uerbis Ghad uidentis. ¶Cum om-
ni regno eius,& fortitudine eius,et temporũ
quæ tranſierunt ſuper eum,& ſuper Iſrael, et
ſuper uniuerſa regna terrarum.

¶Explicit liber primus Paralipoménon.

¶DIBRE HAIAMIM, QVI ET PARA LIPOMENON SECVNDVS, QVAMꝗ HEBRAEIS EST VNVS LIBER, INTERPRETE EODEM SANCIE PAGNINO LVCENSI.

Capitulum primum.

1 ROboraũit ſe aſſe Selomóh filius
Dauid in regno ſuo, et dñs deus
ei⁹ erat cũ eo, et magnificauit eũ
2 i excelſũ. ¶Di
xitq; Selomóh
uniuerſo Iſrael,
tribunis,et cẽtu
rionib⁹, et iudi-
cibus,& omni duci ſuper Iſrael principibus fa
3 miliarum. ¶Et ierunt Selomóh,& oĩs cœtus
in excelſum quod erat in Ghibhón. Ibi enim
erat tabernaculũ fœderis dei, quod fecit Mo-
4 ſéh famulus domini in deſerto. ¶Sed arcam
dei aſcẽdere fecerat Dauid de Chiriáthiecha-
rím,quando præparauit ei locũ Dauid.Exten
5 dit enim ei tabernaculum in Ieruſaláim. ¶Et
altare æneum quod fecit Beſalel filius Vri filij
Chur,ibi coram tabernaculo domini.Et requi
6 ſiuit illud Selomóh, et cœtus. ¶Aſcenditq;
Selomóh illuc ad altare æneũ corã dño, quod
erat i tabernaculo fœderis, et obtulit ſup illud
7 holocauſta mille. ¶In nocte ipſa apparuit de⁹
Selomóni.Dixitq; ei. Poſtula quod dem tibi.
8 ¶Dixitq; Selomóh deo. Tu feciſti cum Da-
uid patre meo miſericordiã magnã, et regna-
9 re feciſti me pro eo. ¶Nunc domine deus ſta
biliatur uerbum tuũ cum Dauid pr̃e meo. Tu
enim regnare feciſti me ſuper populũ multum
10 ſicut puluerem terræ. ¶Nunc ſapientiam, et
ſcientiam da mihi, ut egrediar coram populo
iſto, et ingrediar. Quis enim iudicabit populũ
11 tuum hunc magnum? ¶Dixit autem deus ad
Selomóh. Pro eo ꝙ fuit hoc in corde tuo, &
non poſtulaſti diuitias,ſubſtãtias, & gloriam,
& animas odio habentium te, & etiã dies mul
tos non poſtulaſti, petiſti autem ſapientiam,et
ſcientiam,ut iudices populum meũ ſuper quẽ
12 regnare feci te. ¶Sapientia,& ſcientia data
eſt tibi.Diuitias autem & ſubſtantias, & glo-
riam dabo tibi,ut nõ fuerit ſic inter reges qui
13 fuerunt ante te,& poſt te non erit ſic. ¶Et ue
nit Selomóh ab excelſo quod erat i Ghibhón
in Ieruſaláim coram tabernaculo fœderis, &
14 regnauit ſup Iſrael. ¶Et congregauit Selo-
móh currus,& equites.Et fuerũt ei mille qua-

drīgenti currus, & duodecim milia equites
& collocauit eos in urbibus curruum, & cū
15 rege in Ieruſaláim. ¶ Præbuitq́ rex argētū
& aurum ſicut lapides, & cedros dedit ſicut
ſycomoros quæ ſunt in cāpeſtribus in multi
16 tudine. ¶ Et exitum equorū qui erant Selo
moni ex ægypto, & è Cheué negociatores
17 regis de Cheué accipiebant pcio. ¶ Et aſcē
debant, & educebant ex Aegypto quadrigā
ſexcentis argenteis, & equū quinquagita,
& centum, & ſic uniuerſis regibus Chittim
& regibus Arám, per manū eorū educebant.

Capitulum. 2.

1 DIxit autē Selomóh ut ædifica-
ret domū noī dñi, & domū re-
2 gno ſuo. ¶ Et numerauit Se-
lomóh ſeptuaginta milia uiro
rum portantium, & octoginta
milia uirorum cædentiū in mō
te, & præpoſitos ſuper eos tria milia, & ſex-
3 centos. ¶ Et miſit Selomóh ad Churám re-
gem Sor dicendo. Sicut feciſti cū Dauid pře
meo, & miſiſti ei cedros, ut ædificaret ſibi
4 domū ad habitandū in ea. ¶ Ecce ego ædi-
fico domū noī dñi dei mei, ad ſanctificandū
eam, & ad ſuffiendum coram illo ſuffimentū
aromaticum, & diſpoſitionē iugem, & holo
cauſta mane, & ueſpere, ſabbatis, & Kalen-
dis, & ſolēnitatibus dñi dei nři i ſæculū hoc
5 ſuper Iſrl'. ¶ Domus aūt quam ædifico ma
gna eſt. Magnus eſt eīm deus nř pťæ oib' dijs
6 ¶ Et quis obtinebit uires ad ædificandum
ei domū? Si cœlum, & cœli cœlorū nō capiūt
eum, qs ego ſum, ut ædificem ei domū? Sed
7 ad ſufficiēdum corā eo domū ædifico. ¶ Et
nunc mitte mihi uirū ſapientē ad faciendum
in auro, & argēto, & ære, & ferro, & purpu
ra, & coccino, & hyacincto, & ſcientē cæla-
re cælaturas cum ſapientibus qui ſunt in Ie-
hudáh, & in Ieruſalaim, quos præparauit Da
8 uid pater meus. ¶ Et mitte mihi ligna cedri
na, & abiegna, & almughin de Lebanón. No
ui eīm q́ ſerui tui ſciſit cædere ligna Lebanō.
9 Et ecce ſerui mei erunt cū ſeruis tuis. ¶ Ad
parandum mihi ligna in multitudinē, qa do
mus quam ædifico magna eſt, & mirabilis.
10 ¶ Et ecce cæſoribus, exciſorib' lignorū de
di triticorum percuſſorū ſeruis tuis coros ui
ginti milia. Et hordeorū coros uiginti milia,
11 et uini batos uiginti milia. ¶ Dixit autem
Churám rex Sor per ſcripturam, & miſit ad
Selomóh. Pro eo q́ dilexit dominus populū
12 ſuum poſuit te ſuper eos regem. ¶ Dixitq́
Churam. Benedixit domin' deus Iſrael, qui
fecit cœlum, & terram. Qui dedit Dauid re-
gi filium ſapientē, ſcientē intellectū, & in-
telligentiam, ut ædificaret domū domino,
13 & domū regno ſuo. ¶ Et nunc miſi uirū ſa-
pientem, ſcientem intelligentiā ipſius Chu
14 rám patris mei. ¶ Filium mulieris de filia-
bus Dan, & pater eius erat Soræus ſciētem
facere in auro, & argento, in ære, ferro, lapi
dib', & lignis, in purpura, hyacincto, & byſ
ſo, & coccino, & ad cælandū oēm cælaturā,
& ad cogitandū oēm cogitationē, quæ da-
bitur ei cum ſapientib' tuis & ſapiētib' dñi
15 Dauid pr̄is tui. ¶ Et nūc tritica, & hordea,
oleum, & uinum quæ dixit dñs meus, mit-
tat ſeruis ſuis, & nos cædemus ligna de Le-
banón prout opus fuerit tibi, & afferemus
ea tibi per rates ad mare Iappo, & tu aſcen-
16 dere facies eam in Ieruſaláim. ¶ Et numera
uit Selomóh omnes uiros peregrinos q erāt
in terra Iſrael poſt dinumerationē qua dinu
merauit eos Dauid pater ſuus, & inuēti ſunt
centum, & quinquaginta milia, & tria milia
17 & ſexcēti. ¶ Fecitq́ ex eis ſeptuaginta mi
lia baiulos, & octogita milia cæſores in mō-
te. Et tria milia & ſexcenti erant ſollicitato-
res ad faciendum operari populum.

Capitulum. 3.

1 ET cœpit Selomóh ædificare domū
in Ieruſalaim in monte Moriiáh, q
mōſtratus fuerat Dauid patri ſuo,
quando parauit in loco Dauid in
2 area Ornán Iebuſæi. ¶ Et cœpit ædificare
menſe ſecundo, die ſecundo, anno quarto re
3 gni ſui. ¶ Et iſtæ diſpoſitiones ſecundum
quas conſultum fuit Selomóh, ut ædificaret
domum dei. Longitudo cubitorum, in men-
ſura prima erat cubitorum ſexaginta, & la-
4 titudo cubitorū uiginti. ¶ Et porticus quæ
erat ante longitudinē, ante latitudinem do-
mus erat cubitorum uiginti. Altitudo autē
centum, & uiginti, & texit eam intrinſecus
5 auro mundo. ¶ Domū autem magnam te-
xit lignis abiegnis, & texit eam auro bono,
& aſcendere fecit ſuper eam palmas, & ca-
6 tenas. ¶ Et texit domum lapide precioſo
ad gloriā. Aurum autē erat aurum ex loco
7 paruáim. ¶ Texitq́ domum, trabes, poſtes
& parietes eius, & oſtia eius auro, & cæla-
8 uit Cherubim in parietibus. ¶ Fecitq́ do
mum ſanctitatis ſanctitatū, lōgitudo eius ſe
cundum latitudinem domus, cubitorum ui-
ginti, & latitudo eius cubitorum uiginti,
& texit eam auro bono talentis ſexcentis.
9 ¶ Pondus autem clauorum ſeclorū quin-

quaginta auri erat, & cœnacula texit au-
10 ro. ¶ Feciteq́ in domo ſanctitatis ſanctita-
tum Cherubim duos opere inſtar puerorū,
11 & texerunt eos auro. ¶ Alarū autē Cheru
bim longitudo erat cubitorum uiginti. Ala
una cubitorū quinq́ tāgebat parietē dom⁹,
& ala altera cubitorū quinq́ tāgebat alam
12 Cherúb alteri⁹. ¶ Et ala Cherúb unius cu-
bitorum quinq́ tāgebat parietē domus, &
ala altera cubitorum quinq́ iuncta erat alæ
13 Cherúb alteri⁹. ¶ Et alæ Cherubim iſtorū
expanſæ erant per cubitos uiginti, & ſtabāt
ſuper pedes ſuos, & facies eorū uerſus do-
14 mum. ¶ Feciteq́ uelū ex Hyacintho, & pur-
purá, & cocco, & byſſo, & aptauit ei Cheru
15 bim. ¶ Et fecit ante domū colūnas duas cu
bitorum triginta & quinq́ in longitudine,
& corona quæ erat ſuper caput eius cubito
16 rum quinq́. ¶ Et fecit catenas in oraculo,
& poſuit ſuper caput colūnarū. Feciteq́ ma-
logranata cētum, & poſuit in catenis. & ſta
tuit colūnas ante templū unam à dextera, &
alterā à ſiniſtra. Vocauiteq́ nomen dexteræ
Iachin, & nomen ſiniſtræ Bóhaz.

Capitulum. 4.

1 FEcit aūt altare æneum, uiginti
cubitorū lōgitudo eius, & ui-
ginti cubitorū latitudo eius,
& decē cubitorū altitudo ei⁹.
2 ¶ Feciteq́ mare fuſile decem
cubitorū à labio eius uſq́ ad
labium ei⁹ rotundū in circuitu. Et quinq́ cu
bitorum altitudo eius, & linea triginta cu-
3 bitorū circūdabat illud per circuitū. ¶ Et
ſimilitudo boum ſubter illud per circuitum
circūdātiū illud decē cubitis ambiebāt ma-
re p circuitū. Duo ordines erant boū fuſorū
4 ſecundū fuſurā illius. ¶ Stabat ſuper duo-
decim boues. Tres reſpiciebāt ad aquilonē,
& tres reſpiciebāt ad occidentē. Tres autē
reſpiciebāt ad meridiē, & tres reſpiciebāt
ad orientē, & mare ſuper eos deſuper. Oīa
autem poſteriora eorum erant intrinſecus.
5 ¶ Porro dēſitas eius erat palmi unius, & la
bium eius ſicut opus labij calicis floris lilij.
Compræhēdebat batos tria milia capiebat.
6 ¶ Et fecit conchas decē, & poſuit quinq́ à
dextera, & quinq́ à ſiniſtra ad lauandum in
eis opus holocauſti impellebāt i eas. Et ma
7 re ut lauarēt ſe ſacerdotes in eo. ¶ Et fecit
cādelabra aurea decē ſecundū normā eorū,
& poſuit in tēplo quinq́ à dextera, & quinq́
8 à ſiniſtra. ¶ Et fecit mēſas decē, & poſuit in
templo, quinq́ à dextra, & quinq́ à ſiniſtra
9 & fecit crateras aureas centum. ¶ Et fecit
atrium ſacerdotū, & atriū magnum, & oſtia
10 ipſi atrio, & oſtia eorum texit ære. ¶ Mare
aūt poſuit à latere dextro ad orientem cōtra
11 meridiem. ¶ Fecit aūt Churám, lebetes, &
ſcopas, & pelues, & cōpleuit Churám facie-
re opus qđ fecit regi Selomóh in domo dei.
12 ¶ Colūnas duas, & funiculos, & coronas
ſup caput colūnarum duarū, & rætiacl'a duo
ad operiendum duos funiculos coronarum,
13 qui erant ſuper caput colūnarum. ¶ Et ma-
logranata quadringenta in duobus rætiacu
lis. Duo ordines malogranatorum erant ræ-
tiaculo uno ad operiendum duos funiculos
14 coronarum quæ erāt ante columnas. ¶ Ba-
15 ſes fecit, & cōchas fecit ſuper baſes. ¶ Ma-
re unum, & boues duodecim ſubter illud.
16 ¶ Et lebetes, & ſcopas tridentes, & oīa ua
ſa eorum fecit Churám pater eius regi Selo
17 móh in domo dñi ex ære mūdo. ¶ In regio
18 ne Iardén fudit rex in argylla terra. ¶ Et fe-
cit Selomóh omnia uaſa hæc in multitudine
grandi. Non eñi inueſtigabatur pond⁹ æris.
19 ¶ Et fecit Selomóh oīa uaſa quæ erant do-
20 mus dei. ¶ Et altare æreum, & menſas, &
ſup eas panes facierum. Et candelabra, & lu
cernas eorum, ut arderent iuxta ordinem in
21 oraculo ex auro purgato. ¶ Et flores, & lu
cernas, & forcipes ex auro quod erat pfectū
22 ¶ Et pſalteria, & pelues, & cochlearia, &
acerras ex auro mundo. Et oſtium domus,
oſtia eius interiora ipſi ſanctitati ſanctitatū,
& oſtia domus ipſi templo ex auro.

Capitulum. 5.

1 ET perfectum eſt oē opus quod fe-
cit Selomóh in domo dñi. Et intu
lit Selomóh ſancti ficationes Da-
uid patris ſui. Et argentum, & au
rum, & oīa uaſa poſuit in theſauris dom⁹ dei
2 ¶ Tunc congregauit Selomóh ſeniores Iſrl'
& oēs principes tribuum, principes familia
rum de filijs Iſraél in Ieruſaláim, ut aſcende-
re facerent arcam fœderis domini è ciuitate
3 Dauid. Ipſa eſt Sijón. ¶ Et congregati ſunt
ad regem oñs uiri Iſraél in ſolennitate ipſi⁹
4 menſis ſeptimi. ¶ Et uenerunt oēs ſeniores
5 Iſraél, & portauerunt Leuitæ arcam. ¶ Et
aſcendere fecerunt arcam, & tabernaculum
eccleſiæ, & oīa uaſa ſanctitatis quæ erant in
tabernaculo aſcendere fecerunt ſacerdotes,
6 & Leuitæ. ¶ Rex aūt Selomóh, & oīs cœtus
Iſrael, qui conuenerant ad eum ante arcā im
molabant pecudes, & boues, qui non nume
rabāt, & non numerabātur ꝓpter multitu-
dinem

7 dinem. ¶ Et adduxerũt ſacerdotes arcam
fœderis dñi ad locũ ſuum, ad oraculũ interi⁹
ad ſctitatẽ ſanctitatũ ſubter alas Cherubim.
8 ¶ Et Cherubim expandebant alas ſuper lo
cum arcæ, & tegebant Cherubim arcam, &
9 uectes eius deſuper. ¶ Et elongauerũt ue-
ctes, & uidebãtur capita uectiũ arcæ coram
oraculo, & nõ apparebãt forinſecus. Et fuit
10 ibi uſq; ad diem hãc. ¶ Nõ erãt in arca niſi
duæ tabulæ quas poſuit Moſch in Choreb,
quas excidit dñs cum filij Iſraël egrederent
11 ex Aegypto. ¶ Et fuit, cũ egreſſi eſſent ſa-
cerdotes de ſanctitate. (Oẽs eñ ſacerdotes
qui inuenti ſunt ſanctificauerũt ſe) non erat
12 obſeruare diſtinctiones. ¶ Leuitæ, canto-
res de oñibus ipis, de Aſáph, de Hemán, de
Ieduthún, & de filijs eorum, & de fratribus
eorum, induti erant byſſo, in cymbalis, & in
pſalterijs, & citharis ſtantes ad orientẽ alta
ris. Et cũ eis ſacerdotes centũ, & uiginti clã
13 gentes tubis. ¶ Et erãt ueluti unus clangẽ
tibus, & cantãtibus, ut audire facerẽt ſoni-
tum unũ, laudãdo & confitẽdo dño, cũ eleua
rent uocẽ cũ tubis, & cymbalis & inſtrumẽ-
tis muſicis, & cũ laudarẽt dñm, qm̃ bonus,
qm̃ in ſæculũ miſericordia eius, dom⁹ imple
14 ta eſt nube domus dñi. ¶ Et nõ poterant ſa-
cerdotes ſtare ad miniſtrandũ ꝓpter nubẽ,
Impleuerat enim gloria dñi domũ dei.

Capitulum. 6.

1 TVnc ait Selomóh. Dñs dixit
2 ꝙ habitaret ĩ caligine ¶ Ego
aũt ædificaui domum, habita
culũ tibi, & locũ habitationi
3 tuæ in ſæcula. ¶ Et conuertit
rex faciẽ ſuam, & bñdixit uni
uerſo cœtui Iſraël. Omnis autẽ cœtus Iſraël
4 ſtabat ¶ Et ait. Benedictus dñs deus Iſraël
q̃ locut⁹ eſt ore ſuo Dauid pr̃i meo, & ꝑ ma-
5 nus eius cõpleuit, dicẽdo. ¶ A die qua edu
xi populũ meũ è terra Aegypti non elegi ci-
uitatem è cunctis tribubus Iſraël ad ædificã
dum domũ, ut eſſet nomẽ meum ibi, & non
6 elegi uirũ, ut eſſet dux ſup Iſraël. ¶ Sed ele
gi Ieruſaláim, ut eſſet nomẽ meũ ibi, & ele-
gi Dauid ut eſſet ſuper populũ meũ Iſraël.
7 ¶ Et fuit, in corde patris ut ædificaret do-
8 mũ nomini dñi dei Iſraël. ¶ Dixit aũt dñs
ad Dauid patrẽ meũ. Pro eo ꝙ fuit in corde
tuo ut ædificares domũ nomini meo, bñfeci
9 ſti, quia fuit in corde tuo. ¶ Sed tu nõ ædifi
cabis domũ, ſed filius tuus qui egredieť de
lumbis tuis, ipſe ædificabit domũ noĩ meo.

10 ¶ Et ſtatuit dñs uerbũ ſuũ qđ locut⁹ fuerat,
& ſurrexi ꝓ Dauid pr̃e meo, & ſedi ſuper
thronũ Iſrl̃, ſicut locut⁹ eſt dñs, & ædifica-
11 ui domũ noĩ dñi dei Iſraël. ¶ Et poſui ibi
arcã in qua eſt pactũ dñi quod pepigerat cũ
12 filijs Iſraël. ¶ Stetit autẽ corã altari dñi cõ
tra omnem cœtum Iſraël, & extẽdit manus
13 ſuas. ¶ Fecit eñ Selomóh ſuggeſtũ inſtar
conchæ æneũ & poſuit illud in medio atrij,
quinq; cubitorũ lõgitudo eius, & quinq; cu
bitorũ latitudo eius, & cubitorũ triũ altitu
do eius. Stetitq; ſup illud, & genuflexit ſe
ſuper genua ſua contra oẽm cœtũ Iſraël, &
14 extẽdit palmas ſuas ad cœlũ. ¶ Et ait. Dñe
deus Iſraël nõ eſt ſicut tu deus in cœlo, & in
terra, cuſtodiens pactũ, & miſericordiã ſer-
uis tuis ambulãtib⁹ corã te toto corde ſuo.
15 ¶ Qui cuſtodiſti ſeruo tuo patri meo qđ
locutus es ei, & locutus es ore tuo, & potẽ
16 tia tua impleſti ſcđm diẽ hanc. ¶ Et nũc do
mine de⁹ Iſraël cuſtodi ſeruo tuo Dauid pa-
tri meo, qđ locutus es ei, dicẽdo. Non exci-
detur tibi uir à facie mea ſedens ſuper thro
num Iſraël, tm̃ ſi cuſtodierĩt filij tui uiã ſuã,
ut ambulẽt in lege mea, quẽadmodũ ambu-
17 laſti corã me. ¶ Et nũc dñe deus Iſraël fir-
metur uerbũ tuũ quod locutus es ſeruo tuo
18 Dauid. ¶ Sed nũ uere habitabit de⁹ cũ ho-
mine ſuper terrã? Ecce cœlũ & cœli cœlorũ
non capiũt te, quãto magis domus hæc quã
19 ædificaui. ¶ Et reſpicias ad orationẽ ſerui
tui, & ad deprecationẽ eius dñe deus me⁹,
ut audias clamorẽ, & orationẽ quã ſeru⁹ tu⁹
20 orat corã te. ¶ Vt ſint oculi tui aperti ſuper
domũ iſtã die, ac nocte, ſuper locũ in quo di
xiſti ꝙ poneres nomẽ tuũ, ut audias oratio-
21 nem quã orat ſeruus tuus in loco iſto. ¶ Et
exaudias deprecationẽ ſerui tui, & populi
tui Iſraël quam orauerint in loco iſto, & tu
exaudies è loco habitationis tuæ è cœlo, &
22 exaudies, & parces. ¶ Si peccauerit q̃ſpiã
in ꝓximũ ſuum, & leuauerit contra eũ iura
mentum, ut faciat iurare eũ, & uenerit iura
23 mentũ corã altari tuo in domo iſta. ¶ Tu au
dies de cœlo, & iudicabis ſeruos tuos, red-
dendo impio, dãdo uiam eius in caput eius,
& iuſtificãdo iuſtum, dando ei ſcđm iuſtitiã
24 eius. ¶ Et ſi cæſi fuerint ſerui tui corã inimi
co, cum peccauerint tibi, & cõuerſi fuerint,
& cõfeſſi fuerint nomẽ tuum, & orauerint,
& deprecati fuerint coram te in domo hac.
25 ¶ Tu audies de cœlo, & parces peccato po
puli tui Iſraël, & reduces eos ad terrã, quã
26 dediſti eis, & patribus eorum. ¶ Cum clau
ſum fuerit cœlum, & non fuerit pluuia, cum

peccauerint tibi, & orauerint in loco iſto,
& confeſſi fuerint nomen tuum, & à pecca-
to ſuo conuerſi fuerint, cum afflixeris eos.
27 ¶ Tu exaudies de cœlo, & parces peccato
ſeruorum tuorum, & populi tui Iſraël. Do-
cebis enim eos uiam bonã per quam ambu-
lent, & dabis pluuiã terræ, quam dediſti po
28 pulo tuo in hæreditatẽ. ¶ Fames ſi fuerit in
terra, peſtis ſi fuerit: ariditas: aurugo: locu-
ſta, rubigo cum fuerit, ſi obſederit eũ inimi-
cus eius in terra intra portas ſuas, oĩs pla-
29 ga, omnis infirmitas. ¶ Omnis oratio, oĩs
deprecatio, quæ fuerit omni homini, & oĩ
populo tuo Iſraël, ſi cognouerint unuſquiſq;
plagam ſuam, & dolorem ſuum, & expan-
30 derit manus ſuas ad domũ iſtã. ¶ Tu exau-
dies de cœlo, habitaculo ſeſſiõis tuæ, & par
ces, & dabis unicuiq; iuxta uias ſuas, quia
noſti cor eius. Tu enim ſolus noſti cor filiorũ
31 hominum. ¶ Vt timeant te, ut ambulent in
uijs tuis omnibus diebus, quibus uiuunt ſu-
per faciem terræ, quam dediſti patribus no
32 ſtris. ¶ Et etiam alienigenã, qui non eſt de
pp͞lo tuo Iſraël ipſe, & ueniens è terra lõgin
qua propter nomen tuum magnũ, & manũ
tuam robuſtã, & brachiũ tuum extentũ, &
33 uenerint & orauerint in domo iſta. ¶ Tu
exaudies de cœlo, habitaculo ſeſſionis tuæ.
Et facies ſecundũ omnia pro quibus inuoca
uerit te alienigena, ut ſciant omnes populi
terræ nomẽ tuum, & timeant te ſicut popu-
lus tuus Iſraël & cognoſcant q nomen tuũ
inuocatũ eſt ſuper domũ hanc, quam ædifi-
34 caui. ¶ Si egreſſus fuerit popul' tu' ad bel
lum contra inimicos ſuos per uiam qua miſe
ris eos, & orauerit ad te in uia ciuitatis hu-
ius, quam elegiſti, & domus quam ædifica-
35 ui nomini tuo. ¶ Exaudies de cœlo oratio-
nem eorum, & deprecationẽ eorũ, & facies
36 iudiciũ eorum. ¶ Si peccauerint tibi. (Non
enĩ eſt homo qui non peccet), & iratus fue-
ris cõtra eos, & tradideris eos corã inimico,
& captiuos duxerĩt eos, captiuos ducẽtes
37 eos ad terrã longinquã uł ꝑpinquã. ¶ Et re
dierit ad cor ſuũ ĩ terra ad quã captiui ducti
ſunt & cõuerſi fuerint, & orauerint ad te in
terra captiuitatis ſuæ, dicendo, peccauim',
38 inique egimus, impie egimus. ¶ Et cõuer-
ſi fuerint ad te toto corde ſuo & tota anima
ſua in terra captiuitatis ſuæ ad quam capti-
uos duxerunt eos, & orauerint in uia terræ
eorum, quam dediſti patribus eorum, & ci
uitatis quam elegiſti, & domus quam ædifi
39 caui nomini tuo ¶ Exaudies de cœlo, de ha
bitaculo ſeſſionis tuæ orationem eorum, &
deprecationẽ eorum, & facies iudicium eo-
rum, & parces populo tuo, qui peccauerunt
40 tibi. ¶ Nũc de' me' ſint quæſo oculi tui ap-
ti, & aures tuæ intentæ ad orationẽ loci hu-
41 ius. ¶ Et nũc ſurge domine deus in requiẽ
tuam, tu & arca fortitudinis tuæ. Sacerdo-
tes tui domine deus, induãtur ſalute, & ſan-
42 cti tui lætentur in bono. ¶ Domine de' ne
auertas faciem chriſti tui. Memento miſeri-
cordiarum Dauid ſerui tui.

Capitulum.7.

1 CVmq; compleſſet Selomóh
orare, ignis deſcendit è cœlo,
& conſumpſit holocauſtum,
& uictimas, & gloria domi-
2 ni repleuit domum. ¶ Et non
potuerunt ſacerdotes ingre-
di domum domini, quia repleuit gloria do-
3 mini domum domini. ¶ Et omnes filij Iſraël
uidebant, quãdo deſcendebat ignis, & glo-
ria domini ſuper domum, & incuruauerunt
ſe in facie in terra ſuper pauimentũ, & con-
fitebantur domino, quoniã bonus, quoniã
4 in ſæculum miſericordia eius. ¶ Rex autẽ,
& omnis populus immolabãt uictimam co-
5 ram domino. ¶ Et immolauit rex Selomóh
uictimã, boues uiginti, & duo milia, & oues
centum, & uiginti milia, & dedicauerũt do
6 mum dei rex, & uniuerſus populus. ¶ Sa-
cerdotes autem in cuſtodijs ſuis ſtabant, &
Leuitæ cũ inſtrumẽtis muſicis domini, quæ
fecit Dauid rex ad confitendũ domino, quo
niam in ſæculum miſericordia eius, dũ lau-
daret Dauid per manũ eorũ. Sacerdotes au
tem clangebant contra eos, & omnis Iſraël
7 ſtabãt ¶ Fecit autem ſanctificare rex Selo
móh medium atrium, quod erat ante domũ
domini. Fecit enim ibi holocauſta, & adipes
pacificorũ, quia altare æneum, quod fecit
Selomóh non poterat ſuſtinere holocauſtũ,
8 & uictimam, & adipes. ¶ Et fecit Selomóh
ſolẽnitatem in tempore illo ſeptem diebus,
& omnis Iſraël cũ eo, cœtus magnus ualde,
ab ingreſſu Chamáth uſq; ad torrentẽ Aegy
9 pti. ¶ Et fecerũt in die octauo collectã. De-
dicationem enĩ altaris fecerũt ſeptẽ dieb',
10 & ſolennitatẽ ſeptem diebus. ¶ Die autem
uigeſima, & tertia mẽſis ſeptimi dimiſit po
pulum ad tabernacula ſua lætos, & iucun-
dos corde ſuper bono quod fecit dominus
Dauid, & Selomóh, & Iſraël populo ſuo.
11 ¶ Compleuitq; Selomóh domum domini,
& domum regiam, & omne quod uenit in

cor Selomóh,ut faceret in domo dñi,& ĩ do
12 mo ſua proſpere fecit. ¶ Apparuit aũt dñs
Selomóh nocte,& ait ei. Audiui orõnem tuã,
& elegi locum iſtum mihi in domũ ſacrificij
13 ¶ Si clauſero cœlum, & non fuerit pluuia,
& ſi præcepero locuſtæ,ut deuoret terram,
& ſi miſero peſtilentiam in populum meum
14 ¶ Et humiliauerint ſe ppl's meus ſup quos
inuocatum eſt nomen meũ, & orauerint, &
exquiſierint faciem meã, & conuerſi fuerit
à uijs ſuis malis,ego exaudiã de cœlo,& par
cam peccato eorum, & ſanabo terram eorũ.
15 ¶ Nunc oculi mei erũt aperti,& aures meæ
16 intentæ ad orõnem loci huius. ¶ Et nũc ele
gi,& ſanctificaui domũ hãc,ut ſit nomẽ meũ
ibi uſq; in ſclm. Et erũt oculi mei, & cor meũ
17 ibi cunctis diebus. ¶ Tu autẽ ſi ambulaue-
ris coram me,ſicut ambulauit Dauid pater
tu',ut facias iuxta oĩa, quæ præcepi tibi, &
ſtatuta mea, & iudicia mea cuſtodieris.
18 ¶ Suſcitabo ſoliũ regni tui,quẽadmodum
pollicit' ſum Dauid pr̃i tuo dicẽdo. Nõ ſuc-
19 cidetur tibi uir dñans ĩ Iſraél. ¶ Si aũt auer
ſi fueritis, & dereliqueritis ſtatuta mea, &
præcepta mea quæ dedi coram uobis,& am
bulaueritis,& ſeruieritis dijs alienis,& ĩcur
20 uaueritis uos eis. ¶ Euellã eos è terra mea,
quã dedi eis,& domũ iſtam quã ſanctificaui
nõi meo, proijciam à facie mea,& dabo eam
in parabolam,& in exemplum cũctis poplis.
21 ¶ Et domus iſta quæ fuit excelſa oĩ trãſeun
ti per eã,erit ſtupori,& dicet. Propter quod
fecit dominus ſic terræ huic,& domui huic.
22 ¶ Et dicent. Eo q; dereliquerint deũ patrũ
ſuorum qui eduxit eos è terra Aegypti,&
appræhenderint deos alienos,& adorauerit
eos,& ſeruierint eis. Idcirco adduxit ſuper
eos omne malum hoc.

Capitulum. 8.

1 ET fuit,in fine uiginti annorũ, quib'
ædificauit Selomóh domum domi
2 ni,& domum ſuam. ¶ Ciuitates
quas dedit Chirám Selomoni ædifi
cauit Selomóh,& habitare fecit ibi filios Iſrl'
3 ¶ Et abijt Selomóh in Chamáth Sobáh,&
4 obtinuit eam. ¶ Et ædificauit Tadmór ĩ de-
ſerto,& uniuerſas urbes theſaurorum quas
5 ædificauit ĩ Chamáth. ¶ Et ædificauit Beth
chorón ſuperiorem,& Bethchorón inferio-
rem ciuitates munitas muris,portis,& uecti
6 bus. ¶ Et Behaláth,& omnes urbes theſau-
rorum quæ fuerunt Selomoni,& omnes ur-
bes quadrigarum,& urbes equitum,& om
ne uolitum Selomóh quod uoluit ædificare
in Ieruſaláim, & in Lebanón, & in uniuerſa
7 terra poteſtatis ſuæ. ¶ Omnem populum q
remanſit de Chitthim,& Emoræis, & Peri-
zæis,& Chiuuæis,& Iebuſæis,q non de Iſrl
8 erant. ¶ De filijs eorum qui remãſerãt poſt
eos in terra quos non conſumpſerunt filij Iſ
raél, fecit tributarios uſq; ad diem hanc.
9 ¶ Et de filijs Iſraél quos non poſuit ſeruos
in opere regio. Ipſi enim erant uiri bellato-
res, & principes principum eius, & princi-
10 pes curruum eius, & equitum eius. ¶ Iſti
ſunt autem principes qui ſtabant, qui erant
regi Selomóh,quinquagita, & ducenti qui
11 dominabantur populo. ¶ Et filiam Parhóh
aſcendere fecit Selomóh de ciuitate Dauid ĩ
domum quam ædificauit ei. Dixit enim. Nõ
habitabit uxor mea in domo Dauid regis Iſ
raél, quia ſanctitas eſt quia ingreſſa eſt eam
12 arca domini. ¶ Tunc obtulit Selomóh holo
cauſta domino ſuper altare domini, quod
13 ædificauit ante porticum. ¶ Et per ſingu-
los dies,ut offerrent iuxta præceptum Mo-
ſéh in ſabbatis,& Kalendis,& ſolennitatib'
tribus uicibus per annum, in ſolennitate in-
fermentatorum,& in ſolennitate ebdomada
rum, & in ſolennitate tabernaculorum.
14 ¶ Et ſtatuit iuxta ordinem Dauid patris
ſui diuiſiones ſacerdotum in miniſterio ſuo,
& Leuitas in cuſtodijs ſuis, ut laudarent, &
miniſtrarent coram ſacerdotibus per ſingu-
los dies, & ianitores in diuiſionibus ad ſin-
gulas portas. Sic enim erat præceptum Da-
15 uid uiri dei. ¶ Et non declinauerunt à præ-
cepto regis ſuper ſacerdotibus, & leuitis in
16 omni re,& in theſauris. ¶ Et præparauit
omne opus Selomóh uſq; ad diem qua fun-
data eſt domus domini, & donec compleuit
17 perficere domum domini. ¶ Tunc iuit Se-
lomóh in Heſiongheber, & in Elóth ad litt'
18 maris in terram Edóm. ¶ Et miſit ad eum
Churám per manum ſeruorum ſuorum na-
ues,& ſeruos gnaros maris. Et iuerunt cum
ſeruis Selomóh in Ophir. Et tulerunt inde
quadrigenta, & quinquaginta talenta auri,
& attulerunt ad regem Selomóh.

Capitulum. 9.

1 REgina autem Sebá audiuit Fa
mam Selomóh,& uenit ad tẽ-
tandum Selomóh in ænigma-
tibus in Ieruſaláim cum exer-
citu graui ualde, & camelis
portantibus aromata, & au-
rum in multitudine,& lapides

precioſos,& uenit ad regem Selomóh,& lo
cuta eſt cum eo quicquid erat in corde ſuo.
2 ¶Et indicauit ei Selomóh oīa uerba eius,
& non latuit quicq̄ à Selomóh quod nō indi
3 cauerit ei. ¶Et uidit regina Sebá ſapientiā
Selomóh, & domum quam ædificauerat.
4 ¶Et cibos menſæ eius,& habitacula ſeruo
rum eius,& functionem miniſtrorū ei⁹,& ue
ſtimenta eorum,& pincernas eius, & ueſti-
menta eorum,& cœnaculū eius quo aſcen-
debat in domum dn̄i, & non erat ultra in ea
5 ſpūs. ¶Dixitq́ ad regem. Verum eſt uer-
bum quod audiui in terra mea de reb⁹ tuis,
6 & de ſapiētia tua ¶Et nō credebam uerbis
eorū,donec uenirem, et uiderent oculi mei.
Et ecce nō fuit indicatum mihi dimidiū mul-
titudinis ſapientiæ tuæ.Addidiſti famæ quā
7 audiui.¶Btī uiri tui,& beati ſerui tui iſtiq
ſtant coram te ſemper,& audiūt ſapientiam
8 tuam. ¶Sit dn̄s deus tuus bn̄dictus qui uo-
luit te,ut poneret te ſup thronum ſuum in re
gem dn̄o deo tuo,ꝑpterea ꝙ diligit de⁹ tu⁹
Iſraél,ut ſtare faciat eum in Ieſlm,poſuit te ſu
per eos regem ad faciendum iudiciū,& iuſti
9 tiam.¶Dedit aūt regi centum,& uiginti ta
lenta auri,& aromata in multitudinē ualde,
& lapides precioſos. Non fuit ſicut aroma
iſtud,quod dedit regīa Sebáh regi Selomóh
10 ¶Et etiā ſerui Churám,&ſerui Selomóh.q
attulerāt aurū de Ophir,attulerāt ligna algū in
11 & lapides p̄cioſos.¶Et fecit rex de lignis
algumitigna i domo dn̄i, & domo regia,&
cytharas,&pſalteria cātorib⁹.Et nō ſūt uiſa
12 ſicut ipſa añ i terra Iehudáh. ¶Rex āt,Selo
móh dedit reginæ Sabá oēm uolūtatē ei⁹quā
poſtulauit præter id quod attulerat ad regē.
Et reuerſa eſt,&abijt in terram ſuā ipa,&ſer
13 ui eius.¶Erat aūt pōdus auri quod ueniee-
bat ad Selomóh annuatim ſexcenta, & ſexa
14 gīta,& ſex talēta auri.¶Præter uiros mer-
catores,& negociatores adducētes,& om̄s
reges Haráb,& duces terræ adducētes aurū
15 & argentum Selomoni.¶Et fecit rex Selo
móh ducenta ſcuta ex auro ductili. Sexcēti
aurei ductiles aſcēdebant ſup ſcuto ſingulo.
16 ¶Et trecētos clypeos ex auro ductili.Trecē
ti aurei aſcēdebāt ſup clypeo ſingulo,& po-
17 ſuit eos ī domo ſalt⁹Lebanō.¶Fecit aūt rex
ſoliū eburneū grande,& texit illud auro mū
18 do.¶Et ſex gradus erant ſolio,& grad⁹ex
auro erant ipſi ſolio tenentes,& manus hinc
& idē,in loco ſeſſionis,& duo leones ſtantes
19 iuxta manus. ¶Et duodecim leones ſtabāt
iuxta ſex grad⁹ hinc & īde.Nō eſt factum ſic
in uniuerſis regnis.Et omnia uaſa pot⁹regis
20 Selomóh aurea. ¶Et oīa uaſa domus ſalt⁹
Libani ex auro mundo.Non argentum repu
21 tabatur in diebus Selomóh quicq̄. ¶Na-
ues enī regis ibant in Tarſis cum ſeruis Chu
rám ſemel in tribus annis,deferebant naues
Tarſis portantes aurum,& argentum,dētes
22 elephantum,& ſimias,& pauos. ¶Magni-
ficatuſq́ eſt rex Selomóh præ omnibus regi
23 bus terræ in diuitijs,& ſapiētia. ¶Et oms
reges terræ quærebant faciem Selomóh, ut
audirent ſapientiam eius,quam dedit de⁹ in
24 corde eius.¶Et ipſi deferebant unuſquiſq́
munus ſuum, uaſa argētea,& uaſa aurea,&
ueſtes,arma,& aromata,& equos,& mulos
25 annuatim. ¶Et fuerūt Selomoni quatuor
milia præſepia equorū,& curruum,& duo-
decim milia equitum.Et dimiſit eos in urbi-
26 bus curruū,&cum rege in Ieruſaláim.¶Et
dn̄atus eſt omnib⁹ regibus à flumine uſq́ ad
terram Peliſtim,& uſq́ ad terminū Aegypti
27 ¶Et præbuit rex argētum in Ieruſaláim ſi-
cut lapides, & cedros præbuit quaſi ſyco-
moros quæ ſunt in campeſtrib⁹ in multitudi
28 ne. ¶Et educebant equos ex Aegypto ad
29 Selomóh, & de cunctis terris. ¶Reſidua
aūt Selomóh primorum,& nouiſſimorū,nō-
ne ſunt ſcripta in libro Nathán prophetæ,&
in prophetia Achiiáh Silonitæ,&in uiſioni
bus Iahaddi uidentis contra Iarobhám filiū
30 Nebáth:¶Et regnauit Selomóh in Ieruſa-
láim ſuper omnem Iſraél quadraginta annis.
31 ¶Et dormiuit Selomóh cum patribus ſuis.
Et ſepelierunt eum in ciuitate Dauid patris
ſui, regnauitq́ Rechabhám fili⁹ ei⁹ pro eo.

Capitulum.10.

1 ABijt autem Rechabhám in Sechē
quia in Sechém uenerant oīs Iſrl̄,
2 ut regem conſtituerent eū. ¶Et
fuit,cum audiſſet Iarobham fili⁹
Nebath,qui erat in Aegypto,qui fugerat à
facie Selomóh regis,reuerſ⁹ eſt de Aegypto
3 ¶Et miſerunt,& uocauerunt eum,& uenit
Iarobhám,& oīs Iſraél, & locuti ſunt ad Re
4 chabhám,dicendo.¶Pater tuus aggraua-
uit iugum noſtrum,& nunc alleuia de ſerui-
tute patris tuí dura, & de iugo eius graui,
quod poſuit ſuper nos,& ſeruiemus tibi.
5 ¶Et dixit ad eos.Adhuc tres dies,& reuer
6 timini ad me,& abijt populus.¶Et conſu-
luit rex Rechabhám ſenes qui ſteterant corā
Selomóh patre eius, ipſo uiuente,dicendo.
Quomodo conſulitis,ut reſpōdeam populo
7 huic uerbum? ¶Et locuti ſunt ad eum,di-

cendo. Si fueris in bono populi huic, & pla-
cueris eis, & locutus fueris ad eos uerba bo
na, erunt tibi ſerui omnibus diebus. ¶ Et
8 reliquit conſilium ſenum quod cōſuluerant
ei. Et conſuluit adoleſcentes qui nutriti erāt
9 ſecum qui ſtabant coram eo. ¶ Et dixit ad
eos. Quid uos conſulitis, & reſpondebimus
uerbum populo huic, qui locuti ſunt dicen-
do, allenia de iugo quod poſuit pater tuus
10 ſuper nos? ¶ Et locuti ſunt cum eo adoleſcē
tes, qui nutriti erant cum eo dicendo. Sic di
ces populo qui locuti ſunt ad te dicendo.
Pater tuus aggrauauit iugum noſtrum, &
tu allenia á nobis, ſic dices ad eos. Minor
digitus me' groſſior eſt lumbis patris mei.
11 ¶ Et nunc pater meus onerare fecit ſuper
uos iugum graue, & ego addā iugo ueſtro,
pater me' caſtigauit uos uirgis, & ego ſcor
12 pionibus. ¶ Et uenit Iarobhám, & omnis
populus ad Rechabhám die tertio, quemad
modū locut' fuerat rex dicendo. Reuertimi
13 ni ad me die tertio. ¶ Reſponditq; eis rex
dura, & dereliquit rex Rechabhám conſiliū
14 ſenū. ¶ Et locutus eſt ad eos iuxta conſiliū
adoleſcentium dicendo. Pater meus aggra-
uauit iugum ueſtrum, & ego addam ſup il-
lud. Pater meus caſtigauit uos flagellis, &
15 ego ſcorpionibus. ¶ Et non audiuit rex po
pulum. Erat enim cauſatum à deo, ut firma-
ret dominus uerbum ſuum, quod locut' fue
rat per manum Achiiáhu Silonitæ ad Iaro-
16 bhám filium Nebáth. ¶ Et omnis Iſraél ui
derunt q nou audiſſet rex eos, & reſponde
runt populus ad regem, dicendo. Quæ no-
bis pars in Dauid? Et non eſt hæreditas in fi-
lio Iſái. Vnuſquiſq; in tabernacula tua Iſraél
Nūc prouide domui tuæ Dauid. Et abijt om
17 nis uir Iſrael in tabernacula ſua. ¶ Super
filios aūt Iſrl' habitātes in urbibus Iehudáh,
18 regnauit Rechabhám. ¶ Et miſit rex Re-
chabhám Hadorám qui erat ſuper tributum
et lapidauerunt eum filij Iſraél lapide, &
mortuus eſt, & rex Rechabhám roborauit
ſe, ut aſcenderet currum ad fugiendum in Ie
19 ruſaláim. ¶ Et præuaricati ſunt contra do-
mum Dauid uſq; ad diem hanc.

Capitulum. II.

1 Venit autem Rechabhám in Ie
ruſaláim, & congregauit do-
mum Iehudáh, & Biniamin cē
tum, & octoginta milia electo
rum facientium bellum, ut di
micaret cum Iſraél, ut reduce-
2 ret regnum ad Rechabhám. ¶ Et fuit uer-
bum domini ad Semahaiáhu uirum dei dicē
3 do. ¶ Dic ad Rechabhám filium Selomóh
regem Iehudáh, & ad uniuerſum Iſrael in
4 Iehudáh, & in Biniamin dicendo. ¶ Sic di-
xit dominus. Non aſcendetis, & non pugna
bitis cum fratribus ueſtris. Reuertimini
unuſquiſq; in domum ſuam, quia à me factū
eſt uerbum hoc. Et audierunt uerba domini,
& reuerſi ſunt ne irent contra Iarobhám.
5 ¶ Et habitauit Rechabhám in Ieruſaláim,
& ædificauit urbes ad munitionem in Iehu-
6 dáh. ¶ Et ædificauit Bethléchē, & Hethā &
7 Techoáh. ¶ Et Bethſúr, & Sochó, & Hadu-
8 lám. ¶ Et Gháth, & Mareſáh, & Ziph. ¶ Et
9 Adoráim, & Lachis, & Hazecháh. ¶ Et So
10 tháh, & Aialón, & Chebrón, quæ erant in Ie
11 hudáh, & Biniamin urbes munitas. ¶ Et
roborauit munita, & poſuit in eis duces, &
12 cellaria cibi, & olei, & uini. ¶ Et in ſingu-
lis urbibus ſcuta, & haſtas, & roborauit eas
multum ualde. Et fuit ſibi Iehudáh, & Binia-
13 min. ¶ Sacerdotes autem, & Leuitæq; erant
in uniuerſo Iſraél, ſteterunt iuxta eum de cū
14 ctis finibus ſuis. ¶ Dereliquerunt enim Le-
uitæ ſuburbana ſua, & poſſeſſionem ſuam,
& ierunt in Iehudáh, & in Ieruſalaim, quia
eiecit eos Iarobhám, & filij eius ne miniſtra
15 rent domino. ¶ Et conſtituit ſibi ſacerdo-
tes in excelſis, & dæmonijs, & uitulis quos
16 fecit. ¶ Et poſt eos de cunctis tribubus Iſ-
rael, qui ponebant cor ſuum, ut quærerent
dominum deum Iſraél, ueniebant in Ieruſa-
láim ad immolandum deo patrum ſuorum.
17 ¶ Et roborauerunt regnum Iehudah, & cō
firmauerunt Rechabhám annis tribus. Am-
bulauerunt enim in uia Dauid, & Selomóh,
18 annis tribus. ¶ Accæpit autem ſibi Recha-
bhám uxorem Machaláth filiam Ierimóth fi
lij Dauid Abicháil filiam Eliáb, filij Iſái.
19 ¶ Et peperit ei filios Iehúś, & Semariáh,
20 & Zahám. ¶ Et poſt eā accæpit Mahacháh
filiam Abſalóm, & peperit ei Abiiáh, & Hat
21 thái, & Zizá, & Selomith. ¶ Et amauit Re-
chabhám, Mahacháh filiam Abſalóm præ oī
bus uxoribus ſuis, & concubinis ſuis. Vxo-
res enim octo, & decem accæpit, cōcubinas
ſexaginta. Et genuit uiginti, & octo filios, &
22 ſexaginta filias. ¶ Conſtituit autem in ca-
pite Rechabhám filium Abiiáh filium Maha
cháh ducem inter fratres ſuos, ut regnare fa
23 ceret eum. ¶ Et erudire faciebat, & diſper
gebat de omnibus filijs ſuis in cunctis terris
Iehudáh, & Biniamin. In cunctis urbib' mu-
nitis poſuit eſcam copioſe, & petiuit multi-

tudinem uxorum.

Capitulum. 12.

1 ET fuit, cum cõfirmaſſet regnũ
Rechabhám, & cũ roboraſſet
illud, dereliquit legẽ domini
2 & omnis Iſraél cum eo. ❡ Et
fuit, anno quinto regis Recha
bhám, aſcendit Siſác rex Ae-
gypti contra Ieruſaláim (Preuaricati enim
3 fuerant in dominũ.) ❡ Cum mille, & ducẽ
tis curribus, & ſexaginta milibus equitum,
Et non erat numerus populi qui uenerũt cũ
eo ex Aegypto Lubĩ, Succhijm, & Chuſiim.
4 ❡ Et cœpit urbes munitas quæ erant in Ie-
5 hudáh, & uenit uſq; ad Ieruſaláim. ❡ Sema-
haiáh autem propheta uenit ad Rechabhám
& ad principes Iehudáh qui cõgregati erãt
in Ieruſaláim à facie Siſác, & dixit ad eos.
Sic dixit dominus. Vos dereliquiſtis me,
& ego etiam dereliqui uos in manu Siſác.
6 ❡ Et humiliauerunt ſe principes Iſraél, &
7 rex, & dixerunt Iuſtus eſt dominus. ❡ Et
cum uidiſſet dominus ꝙ humiliaſſent ſe, fuit
uerbum domini ad Semahaiáh, dicendo. Hu
miliati ſunt, non diſperdam eos, daboq; eis
paululum euaſiõis, & non ſtillabit furor me⁹
8 contra Ieruſaláim per manum Siſác. ❡ Sed
erunt ei ſerui, & ſcient ſeruitutem meam, &
9 ſeruitutem regnorum terrarum. ❡ Et aſcen
dit Siſác contra Ieruſaláim, & tulit theſau-
ros dom⁹ dñi, & theſauros dom⁹ regiæ, oĩa
tulit. Et tulit clypeos aureos quos fecit rex
10 Selomóh. ❡ Et fecit rex Rechabhám ꝓ eis
clypeos æneos, & conſtituit ad manum prin
cipum curſorum, qui cuſtodiebant oſtium
11 domus regiæ. ❡ Et erat, ingreſſo rege do-
mum domini, ueniebant curſores, & tolle-
bant eos, & referebant eos ád thalamũ cur-
12 ſorum. ❡ Et quia humiliauit ſe auerſa eſt ab
eo ira domini, & non fuit ad diſperdendum
ad conſumptionem. Et etiam in Iehudáh
13 fuerunt bona. ❡ Et roborauit ſe rex Re-
chabhám in Ieruſaláim, & regnauit, quia
quadraginta & unius annorum erat Recha-
bhám, dum regnauit, & ſeptem, & decem
annis regnauit in Ieruſaláim urbe, quam ele
git dominus, ut poneret nomen ſuum ibi ex
oĩbus tribubus Iſraél. Nomen autem matris
14 eius erat Nahamáh Hammonitis. ❡ Et fecit
malum, quia nõ præparauit cor ſuũ, ut q̃re-
15 ret dominũ. ❡ Verba autem Rechabhám
prima, & nouiſſima, nonne ſcripta ſunt ĩ uer
bis Semahaiáh prophetæ, & Iddó uidentis
dum recenſent ſeriem generationum? Et bel
la Rechabhám, & Iarobhám oĩbus dieb⁹.
16 ❡ Et dormiuit Rechabhám cum patribus
ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid, & re-
gnauit Abiiáh filius eius pro eo.

Capitulum. 13.

1 ANno octauo decimo regis Iaro
bhám, regnauit
Abiiáh ſuper Ie
2 hudáh. ❡ Tri-
b⁹ annis regna
uit in Ieruſaláĩ
Nomen autem
matris eius Mi-
chaiáhu filia
Vriél de Ghi-
bháh. Et bellum fuit inter Abiiáh, & Iaro-
3 bhám. ❡ Et ligauit Abiiáh bellum cũ exer-
citu uirorum bellicoſorum quadraginta mi-
lia uirorum electorum. Et Iarobhám diſpo-
ſuit cum eo bellum cum octingentis milibus
4 uiris electis, potentibus uiribus. ❡ Et ſurre
xit Abiiáh è monte Semaráim, qui erat ĩ mõ
te Ephráim, & dixit. Audite me Iarobhám,
5 & omnis Iſraél. ❡ Nonne ueſtra intereſt ſci
re ꝙ dominus deus Iſraél dedit regnum Da
uid ſuper Iſraél in ſæculum, ipſi, & filijs ei⁹
6 pacto ſalis: ❡ Et ſurrexit Iarobhám fili⁹ Ne
báth ſeruus Selomóh filij Dauid, & defecit
7 conta dominum ſuum. ❡ Et cõgregauerũt
ſe ad eum uiri uacui, filij impij, & roboraue
runt ſe contra Rechabhám filium Selomóh,
Rechabhám autem erat puer, & tener corde
8 & non roborauit ſe ante eos. ❡ Et nunc uos
dicitis roborari uos coram regno domini ꝑ
manum filiorum Dauid. Eſtis autem multi-
tudo magna, & uobiſcum ſunt uituli aurei,
quos fecit uobis Iarobhám pro dijs.
9 ❡ Nonne expuliſtis ſacerdotes domini fi-
lios Aharón, & Leuitas, & feciſtis uobis ſa-
cerdotes ſicut populi terrarum? Omnis qui
uenit ad conſecrandum manum ſuam, cum
tauro filio bouis, & arietibus ſeptem, erit
10 ſacerdos ijs qui non ſunt dij. ❡ Nos autem
ſumus domini dei noſtri, & non dereliquim⁹
eum, ſacerdoteſq; miniſtrant domino filij
Aharón, & leuitæ ſunt in opere, & ſuffiunt
domino holocauſta ſingulo mane, & ſingu-
lo ueſperi. Et ſuffimentum aromaticum, &
propoſitio panis ſuper, menſam mundam,
& candelabrum aureum, & lucernæ eius,

ad accēdendum ſingulo ueſperi. Cuſtodim⁹
enī nos cuſtodiam domini dei noſtri, & nos
11 dereliquiſtis eum. ¶ Et ecce nobiſcum pro
duce deus, & ſacerdotes eius, & tubæ uoci-
ferationis ad taratantizandū contra nos. Fi
lij Iſraél, ne pugnetis cum domino deo pa-
trum ueſtrorum, quia non proſperabimini.
12 ¶ Iarobhám autem circuire fecit inſidias,
ut ueniret à tergo, & eſſent ante Iehudáh, &
13 inſidiæ à tergo eorū. ¶ Et reſpexerūt Iehu-
dáh, & ecce eis bellum ante, & retro, & cla-
mauerunt ad dominum, & ſacerdotes clan-
14 gebant tubis. ¶ Et uociferati ſunt uir Iehu
15 dáh. ¶ Fugeruntq; filij Iſraél à facie Iehu-
dáh, & tradidit eos deus in manu eorum, &
percuſſerunt eos Abiiáh, & populus ei⁹ pla
ga magna. Et ceciderunt uulnerati ex Iſraél
16 quinquaginta milia uirorū electorū. ¶ Et hu-
miliauerunt ſe filij Iſraél in tpe illo, & robo
rati ſunt filij Iehudáh, quia innixi ſunt domi
17 no deo patrum ſuorum. ¶ Et perſecut⁹ eſt
Abiiáh Iarobhám, & cæpit ab eo ciuitates
Bethél, & uillas ei⁹, & Ieſanáh, & uillas ei⁹,
18 & Ephrón, & uillas eius. ¶ Et nō ualuit for
titudo Iarobhám ultra in diebus Abiiáh. Et
19 percuſſit eū dominus, & mortuus eſt. ¶ Et
roborauit ſe Abiiáh, & accæpit ſibi uxores
quatuordecim, & genuit uiginti, & duos fi
20 lios, & ſexdecim filias. ¶ Reſidua autem
Abiiáh, & uiarum eius, & uerborū eius ſcri
21 pta ſunt in Midrás prophetæ Hiddó. ¶ Et
dormiuit Abiiáh cum patribus ſuis, & ſepe-
lierunt eum in ciuitate Dauid. Et regnauit
Aſá filius eius pro eo. In diebus eius requie
uit terra decem annis.

Capitulum. 14.

1 ET fecit Aſá quod bonum, & rectū
2 eſt in oculis domini dei ſui. ¶ Et
remouit altaria aliena, & excelſa,
& confregit ſtatuas, & ſuccidit lu
3 cos. ¶ Et dixit Iehudáh, ut quæreret do-
minum deum patrum ſuorum, & faceret le-
4 gem, & mandatum. ¶ Et remouit de cun-
ctis urbib⁹ Iehudáh excelſa, & ſimulachra,
5 & requieuit regnum ante eum. ¶ Et ædifi-
cauit urbes munitas I Iehudáh, quia requie
uit terra, & non fuit cum eo bellum annis
iſtis, quia requieſcere fecit dominus eum.
6 ¶ Dixit autem ad Iehudáh. Aedificemus ci
uitates has, & uallemus muro, & turribus,
portis, & uectibus, adhuc exiſtente terra co
ram nobis, quia quæſiuimus dominum deū
noſtrum, quæſiuimus, & requieſcere fecit
nos per circuitum Et ædificauerunt, & pro
7 ſperati ſunt. ¶ Fuit autem Aſá exercitus
portans ſcutum, & haſtam de Iehudáh tre-
centa milia, & de Biniamin portantium cly
peum, & tendentium arcū, ducenta, & octo
8 ginta milia. Om̄es iſti uiri robuſti. ¶ Egreſ
ſus eſt autem cōtra eos Zérach Aethiops cū
exercitu mille millium, & curribus trecen-
9 tis, & uenit uſq; ad Mareſáh. ¶ Et egreſſus
eſt Aſá contra eum, & diſpoſuerunt bellum
10 in ualle Sephatháh iuxta Mareſáh. ¶ Et cla
mauit Aſá ad dominum deum ſuum, & ait.
Domine non eſt opus apud te ut auxilieris
cum multis ei cui non eſt fortitudo. Adiuua
nos domine de⁹ noſter. Tibi enim innitimur,
& in nomine tuo uenimus contra multitudi
nem hanc. Dominus deus noſter tu es. Non
11 præualeat contra te homo. ¶ Et percuſſit
domin⁹ Aethiopes coram Aſá, & corā Iehu
12 dáh, & fugerūt Aethiopes. ¶ Et perſecu-
tus eſt eos Aſá, & populus qui erat cum eo
uſq; ad Gherár, & ceciderunt Aethiopes do
nec non eſſet eis uita, quia contriti ſunt corā
domino, & coram caſtris ei⁹. Et tulerūt ſpo
13 lia multa ualde. ¶ Et percuſſerunt omnes ci
uitates per circuitum Gherár, quia pauor
domini fuit ſuper eos. Et diripuerūt omnes
14 urbes, quia præda multa erat in eis. ¶ Et
etiam tabernacula gregum percuſſerunt, &
cæperunt pecora in multitudine, & came-
los, & reuerſi ſunt in Ieruſaláim.

Capitulum. 15.

1 SVper Hazariáhu autem fi
liū Hobéd fuit ſpirit⁹ dei.
2 ¶ Et egreſſus eſt añ Aſá,
et dixit ei. Audite me Aſá,
& omnis Iehudáh, & Bin-
iamin. Dominus nobiſcū,
eo φ fuiſtis cum eo. Et ſi quæſieritis eum in-
uenietur nobis, & ſi dereliqueritis eum, de-
3 relinquet nos. ¶ Dies autem multi erunt Iſ-
raéli abſq; deo uero, & abſq; ſacerdote, do
4 ctore, & abſq; lege. ¶ Et reuertetur in an-
guſtia ſua ad dominum deum Iſrael. Et quæ
5 rent eum, & inuenietur eis. ¶ Et in tempo
ribus illis non erit pax egredienti, & egre-
dienti, ſed occaſiones multæ in cūctis habita
6 torib⁹ terrarū. ¶ Et cōcidēt gēs gētē, & ci-

uitas ciuitatem, quia deus conturbauit eos
7 in omni angustia. ¶ Vos autem confor-
tamini, & ne debilitentur manus uestræ,
8 quia est merces operi uestro. ¶ Et cũ audiſ-
ſet Aſá uerba hæc, & prophetiã Hobéd pro
phetæ, cõfortatus eſt, & tranſire fecit abo-
minationes de omni terra Iehudah, & Bin-
iamín, & de urbibus quas cæpit de monte
Ephraím, & ſanctificare fecit altare domi-
9 ni, quod erat ante porticum domini. ¶ Et
congregauit uniuerſum Iehudah, & Binia-
min, & aduenas cum eis de Ephraím, & Me
naſſeh, & Simhón, quia tranſfugerunt ad eũ
de Iſraél in multitudinẽ, cum uiderent ꝙ do
10 minus deus eius eſſet cum eo. ¶ Et congre
gati ſunt in Ieruſaláim, menſe tertio, anno
11 quinto decimo regni Aſá. ¶ Et immolaue-
runt domino in die illo de ſpolijs quæ addu
xerant, boues ſeptingẽtos, & oues ſeptẽ mi
12 lia. ¶ Et uenerũt in pactum, ut quærerẽt do
minum deum patrum ſuorũ toto corde ſuo,
13 & tota anima ſua. ¶ Et omñs qui non quæ-
ſierit dominũ deum Iſraél moriatur à paruo
14 uſq; ad magnũ, à uiro uſq; ad mulierẽ. ¶ Iu
rauerunt q; dño uoce magna, & in iubilo, &
15 in tubis, & in buccinis. ¶ Et lætati ſunt oĩs
Iehudáh ſuper iuramento. Toto eñi corde iu
rauerunt, & tota uolũtate ſua quæſierũt eũ,
& inuẽtus eſt eis, & requiẽ præſtitit dñs eis
16 per circuitũ. ¶ Et etiam Mahacháh matrẽ
Aſá remouere fecit ab imperio, quia fecit in
luco ſimulachrũ. Et cõminuit ſimulachrum
17 ei⁹, & cõbuſſit in torrẽte Chidrón. ¶ Excel
ſa autẽ nõ remouerũt de Iſraél. Attamen cor
18 Aſá fuit perfectũ omñibus diebus ſuis. ¶ Et
intulit ſanctificationes patris ſui, & ſancti-
ficationes ſuas, in domum dei, argẽtum, &
19 aurum, & uaſa. ¶ Et bellum nõ fuit uſq; ad
annum trigeſimũ, & quintum regni eius.

Capitulum. 16.

1 ANuo trigeſimo, & ſexto regni
Aſá aſcendit Bahaſá rex Iſraél
contra Iehudáh, & ædificauit Ra
máh ut non permitteret egre-
dientem, & ingredientẽ de Aſá
2 rege Iehudah. ¶ Et protulit Aſá argẽtum,
& aurum de theſauris domus domini, & do
mus regiæ, & miſit ad Benadáh regẽ Arám,
3 qui habitabat in Dãméſec, dicendo. ¶ Fœ-
dus inter me, & te eſt, & inter patrem meũ,
& patrem tuum, ecce miſi ad te argentum,
& aurum. Vade, irrita fœdus tuum cum Ba-
4 haſá rege Iſraél, & aſcendere fac à me. ¶ Et
audiuit Benadáh regem Aſá. Et miſit princi
pes exercituũ qui erant ſibi ad urbes Iſraél,
& percuſſerũt Hijón, & Dan, & Abelmáim,
5 & oẽs theſauros urbium Naphthali. ¶ Et
fuit, cũ audiſſet Bahaſá, deſijt ædificare Ra-
6 máh, & ceſſare fecit opus ſuum. ¶ Aſá au-
tem aſſumpſit uniuerſum Iehudáh, & tule-
runt lapides Ramáh, & ligna eius, quibus
ædificabat Bahaſá, & ædificauit ex eis Ghẽ
7 bah, & Miſpáh. ¶ In tempore autem illo ue
nit Chananín uidẽs ad Aſá regem Iehudáh.
Et dixit ei. Quia innixus es regi Arám, &
non innixus es domino deo tuo, idcirco eua
8 ſit exercit⁹ regis Arám de manu tua. ¶ Nõ-
ne Aethiopes & Lubín fuerunt in exerci-
tu in multitudine, cum curribus, & equiti-
bus, ad multiplicandũ ualde, & cum innix⁹
fuiſti domino, tradidit eos in manu tua?
9 ¶ Quia domini oculi luſtrant totam terrã,
ut roboret ſe cum corde eorum perfecto ad
ſe. Stulte egiſti in hoc, quia ex hoc tempore
10 erunt tecum bella. ¶ Iratuſq; Aſá aduerſus
uidentem, & poſuit eum in domo carceris,
quia fuit in ira cum eo propter hoc, & op-
11 preſſit Aſá de populo in tempore illo. ¶ Et
ecce uerba Aſá prima, & nouiſſima, ecce ipa
ſcripta ſunt in libro regum Iehudáh, & Iſ-
13 raél. ¶ Et ægrotauit Aſá anno trigeſimo,
& nono regni ſui pedibus ſuis, uſq; ad uerti
cem fuit ægrotatio eius. Et etiam in infirmi
tate ſua non quæſiuit dominum, ſed fidit me
12 dicis. ¶ Et dormiuit Aſá cum patribus ſuis
Et mortuus eſt anno quadrageſimo & uno,
14 quo regnauit. ¶ Et ſepelierũt eum in ſepul
chro ſuo quod foderat ſibi in ciuitate Da-
uid. Et accumbere fecerũt eum in lecto quẽ
impleuerat aromatibus, & aromatibus con
fectis è diuerſis ſpeciebus aromatario ope-
re, & combuſſerunt eum combuſtione ma-
gna uſq; ualde.

Capitulum. 17.

1 REgnauit autẽ Iehoſapháth fi-
lius eius pro eo, & inualuit cõ
2 tra Iſraél. ¶ Et poſuit exerci
tum in cunctís urbibus Iehu-
dáh munitis, & poſuit præſi-
dia in terra Iehudáh, & in ur-
bibus Ephráim quas cæperat Aſá pater ei⁹.
3 ¶ Et fuit dominus cum Iehoſapháth, quia
ambulauit in uijs Dauid patris ſui primis,
4 & non quæſiuit Behalím. ¶ Sed deum pa-
tris ſui quæſiuit, & in præceptis eius am-
bulauit, & non ſecundum opus Iſraél.

5 ¶Confirmauitꝗ dominus regnum in manu
eiꝰ. Et dederūt oīs Iehudáh munera ipſi Ieho-
ſapháth, & fuerunt ei diuitiæ, & glia copioſe.
6 ¶Et eleuauit cor ſuū in uijs domini, et adhuc
remore fecit excelſa, & lucos de Iehudah.
7 ¶Anno autē tertio quo regnauit miſit prin-
cipes ſuos Benchá il, & Hobadiáh, & Zecha-
riáh, & Nethanél, & Michaiáhu, ut docerent
8 in ciuitatibus Iehudáh. ¶Et cum eis Leuitas
Semahaiáhu, et Nethaniáhu, & Zebadiáhu, et
Haſaél, & Semiramóth, & Iehonathā, & Ado
nijáhu, & Thobijáhu, & Thobadoniáhu, & Le
uitas, & cū eis Eliſamah, & Iehorā ſacerdotes.
9 ¶Et docuerunt Iehudáh. Et cū eis erat liber
legis domini. Et circuierunt per uniuerſas ur-
10 bes Iehudáh, et docebant populum. ¶Et fuit
pauor domini ſuper omnia regna terrarū quæ
erant in circuitu Iehudáh, & non pugnaue-
11 runt cum Iehoſapháth. ¶Et de Peliſtím ad-
ducebant ad Iehoſapháth munus, & argenti
uectigal. Etiam Harabes adducebant ei peco-
rum arietes ſeptem milia, & ſeptingentos,
12 & hircos ſeptem milia & ſeptingentos. ¶Et
fuit, Iehoſapháth uadens, & creſcens uſꝗ ad
ſublime. Et ædificauit in Iehudáh ædes, & ur
13 bes theſaurorum. ¶Et opus multum fuit in
urbibus Iehudáh, & uiri bellatores, potentes
14 uiribus erant in Ieruſaláim. ¶Et iſti numeri
eorum per domum patrum ſuorum, In Iehu-
dáh pricipes milium, Haduáh princeps, & cū
15 eo potentes uiribꝰ trecenta milia. ¶Et ad ma
num eius Hamaſaiáh filius Zichri ſponte obla
tus domino, & cum eo ducenta milia potentiū
16 uiribus. ¶Et de filijs Biniamín, potēs uiribꝰ
Eliadáh, & cum eo armati arcu & clypeo ducē
17 ta milia. ¶Iſti miniſtrabant regi præter eos
quos ponebat rex in urbibus munitis in omni
Iehudáh.

Capitulum. 18.

1 ET fuerūt Iehoſapháth diuitiæ, et glo
ria copioſe, & affinitate iunctus eſt
2 Acháb. ¶Deſcenditꝗ in fine anno
rū ad Acháb in Somrón, et mactauit
ei Acháb oues, & boues copioſe, & populo q
erat cum eo, perſuaſitꝗ ei, ut aſcēderet in Ra-
3 móth Ghilhád. ¶Dixitꝗ Acháb rex Iſraél
ad Iehoſapháth regem Iehudáh. Nunqd per-
ges mecum in Ramóth Ghilhád? Et dixit ei.
Sicut ego ſic tu, & ſicut populus tuꝰ, ſic ppl's
4 meus, & tecum ero in bello. ¶Dixitꝗ Ieho-
ſapháth ad regē Iſraél. Cōſule obſecro hodie
5 uerbum domini. ¶Et cōgregauit rex Iſraél
prophetas quadringentos uiros, & dixit ad
eos. Num pergere debemus in Ramóth Ghil-
hád ad bellū, an quieſcere? Et dixerūt. Aſcēde
6 & tradet deus in manu regis. ¶Dixitꝗ Ieho
ſapháth. Num eſt hic propheta dñi adhuc, ut
7 requiramus ab eo? ¶Et ait rex Iſraél ad Ieho
ſapháth. Adhuc uir unus eſt ad requirendū do
minū ab eo. Sed ego odi eum, quia non uatici-
natur mihi bonum, ſed omnibus diebus ſuis
malum. Ipſe eſt Micháiehu filius Imlá. Dixitꝗ
8 Iehoſapháth. Ne dicat rex ſic. ¶Vocauitꝗ
rex Iſraél eunuchum unū, & dixit. Feſtina Mi
9 cháiehu filium Imlá. ¶Rex aūt Iſraél, & Ie-
hoſapháth rex Iehudáh ſedebant unuſquiſꝗ
ſup ſoliū ſuū, induti ueſtibꝰ, et ſedebāt in area
ad oſtiū portæ Somrón, et omnes ꝓphetæ ua
10 ticinabātur corā eis. ¶Et fecit ſibi Sidchiiá-
hu filius Chenahanáh cornua ferrea, & dixit.
Sic dixit dñs. His uētilabis Aramæos donec cō
11 ſumas eos. ¶Et oēs prophetæ uaticinabātur
ſic dicendo. Aſcende in Ramóth Ghilhád, &
proſperaberis, & dabit dominus in manu re-
12 gis. ¶Nūcius aūt qui perrexerat ad uocan-
dum Micháiehu, locutus eſt ad eum dicendo.
Ecce uerba prophetarū ore uno bonū annū-
ciant regi. Sitꝗ obſecro uerbū tuū ſicut unū
13 ex eís, & loquaris bonū. ¶Dixitꝗ Micháie-
hu. Viuit dñs, quia quod dixerit deꝰ meꝰ illud
14 loquar. ¶Et uenit ad regem. Dixitꝗ rex ad
eū. Micháh num pergere debemꝰ in Ramóth
Ghilhád ad bellū, an quieſcere? Et dixit. Aſcē
dite, & proſperabimini, & tradentur in manu
15 ueſtra. ¶Et dixit ad eum rex. Víſꝗ ad tot ui-
ces, ego adiuro te, ut nō loquaris mihi niſi ue-
16 ritatem in noīe domini. ¶Et ait. Vidi uniuer
ſum Iſraél diſperſos ſup montes ſicut oues qui
bus non eſt paſtor. Et dixit dominus. Non do-
mini ſunt iſti. Reuertatur unuſquiſꝗ in domū
ſuam in pace. Et ait rex Iſraél ad Iehoſapháth.
Nōne dixi tibi, non uaticinabitur mihi bonū,
17 ſed malum? ¶Et dixit. Ideo audite uerbū do
mini. Vidi dominū ſedentem ſuper ſoliū ſuum
& oēm exercitum cœli ſtantem iuxta dexterā
18 eius, & ſiniſtrā eius. ¶Et dixit dominꝰ. Quis
decipiet Acháb regem Iſraél, ut aſcendat, &
corruat in Ramóth Ghilhád? Et iſto dicēte ſic,
19 & illo dicente ſic. ¶Egreſſus eſt ſpiritꝰ, & ſte
tit corā domino, & ait. Ego decipiam eum. Et
20 dixit dominꝰ ad eū. In quo? ¶Et dixit. Egre
diar, & ero ſpiritus mēdax in ore omniū pro-
phetarum eius. Et dixit. Decipies, & etiā præ-
21 ualebis. Egredere, & facita. ¶Et nūc ecce de
dit dominus ſpiritum mendacem in ore om-
nium prophetarum tuorum iſtorum, & domi-
22 nus locutus eſt contra te malum. ¶Et acceſſit
Sidchiiáhu filiꝰ Chenahanáh, & percuſſit Mi-
cháiehu in maxillam, & ait. Per quā uiam trāſi
uit ſpiritꝰ domini à me, ut loqueretur tecum?

23 ¶ Dixitq; Micháicha. Ecce tu uidebis in die
illo quo ingredieris cubiculum per cubiculum
24 ut abſcondas te. ¶ Dixitq; rex Iſraél. Tollite
Micháichu, & reducite eum ad Amón princi-
25 pem ciuitatis, & ad Ioás filiũ Hamélech. ¶ Et
diceris. Sic dixit rex. Ponite hunc in domo car
ceris, & comedere facite eum panẽ artum, &
26 aquã afflictiõis, donec reuertar in pace. ¶ Et
dixit Michaich. Si reuertendo reuerſus fueris
in pace, non eſt locutus domin’ per me. Et ait.
27 Audite populi uniuerſi. ¶ Et aſcẽdit rex Iſrl’,
& Iehoſapháth rex Iehudáh ĩ Ramóth Ghil-
28 hád. ¶ Dixitq; rex Iſraél ad Iehoſapháth.
Mutabo me, & ingrediar præliũ. Tu aũt indue
te ueſtibus tuis. Et mutauit ſe rex Iſraél. Et in-
29 greſſi ſunt prælium. ¶ Rex autẽ Arám præce
perat principibus curruum qui erant ſibi, dicẽ
do. Nõ pugnabitis cum magno, uel paruo, ſed
30 cum rege Iſraél tm̃. ¶ Et fuit, cum uidiſſent
principes curruũ Iehoſapháth, dixerunt. Rex
Iſraél eſt. Et uerſi ſunt contra eum ad pugnan-
dum. Et clamauit Iehoſapháth, & domin’ au-
31 xiliat’ eſt ei, & recedere fecit eos ab eo. ¶ Et
fuit, cum uidiſſent principes curruũ ꝙ nõ eſſet
rex Iſraél auerſi ſunt ab eo. Et uir traxit arcum
in ſimplicitate ſua, & percuſſit regem Iſraél in
ter iuncturas & iter loricã. Et ait aurigæ. Ver-
te manũ tuã, & educ me de caſtris, quia ægro
32 to. ¶ Et aſcendit bellũ in die illo, & rex Iſraél
ſtabat in curru contra Arám uſq; ad ueſperã.
Et mortuus eſt tempore quo occũbit ſol.

Capitulum. 19.

1 REuerſus eſt autem Iehoſapháth
rex Iehudáh in domum ſuam in
2 pace in Ieruſaláim. ¶ Et egreſ-
ſus eſt ante eum Iehú filius Cha
naní uidens, & dixit ad regem
Iehoſapháth. Numquid impio auxiliãdum eſt,
& odio habẽtes dominum diliges? Et propter
3 hoc ſuper te eſt ira à facie domini. ¶ Sed res
bonæ inuentæ ſunt tecum, quia ſuccendiſti lu-
cos de terra, & præparaſti cor tuum, ut requi-
reres dominũ. Et habitauit Iehoſapháth in Ie-
4 ruſaláim. ¶ Et reuerſus eſt, & egreſſus eſt cũ
populo à Beerſébah uſq; ad montem Ephrá-
im, & reduxit eos ad dominum deum patrum
5 ſuorum. ¶ Conſtituitq; iudices in terra, in
cunctis ciuitatibus Iehudáh munitis, ciuitate,
& ciuitate. Et dixit ad iudices. Videte quid fa-
citis. Non enim homini iudicabitis, ſed domi-
no ut nobiſcum ſit ſecundum rem iudicij.
6 ¶ Et nunc ſit pauor domini ſuper uos, cuſto-
dite et facite, quia non eſt cum domino deo nõ
ſtro iniquitas, & acceptio perſonarum, & ac-
7 ceptio muneris. ¶ Et etiã in Ieruſaláim conſti
tuit Iehoſapháth de Leuitis, & ſacerdotibus, et
de principibus familiarum Iſraél ad iudicium
domini, & ad cauſam, & reuerſi ſunt Ieruſa-
8 láim. ¶ Et præcepit eis dicendo. Sic agetis in
9 timore domini, in fide, & corde pfecto. ¶ Et
omnem cauſam quæ uenerit ad uos de fratri-
bus noſtris qui habitant in urbibus ſuis inter
ſanguinem, & ſanguinẽ, inter legem & præ-
ceptum, & ſtatuta, & iudicia, præmonebitis
eos, & non peccabunt domino, et non erit ira
ſuper uos, et ſuper fratres noſtros, ſic facietis,
10 & non peccabitis. ¶ Et ecce Amariáhu ſacer
dos ſummus ſuper uos in omni re domini, et
Zebadiáhu filius Iſmahél dux domus Iehudáh
in omni re regia, et magiſtri Leuitæ coram uo
bis. Cõfortamini, et facite, et erit dominus cũ
bono.

Capitulum. 20.

1 ET fuit, poſt hoc uenerunt filij
Moáb, et filij Hammón, et cũ
eis de Hámoním contra Ieho
2 ſapháth ad prælium. ¶ Et ue
nerunt, et nunciauerũt Ieho-
ſapháth dicendo. Venit con-
tra te multitudo magna de trãſmare, de Arám,
& ecce ſunt in Chaſeſontamár, ipſa eſt Hen-
3 ghédi. ¶ Et timuit, et poſuit Iehoſapháth
faciem ſuam ad quærẽdum dominum, et præ-
4 dicauit ieiunium uniuerſo Iehudáh. ¶ Et cõ-
gregati ſunt Iehudáh ad quærendum domi-
num, etiam de uniuerſis urbibus Iehudáh ue-
5 nerunt ad quærendum dominum. ¶ Et ſte-
tit Iehoſapháth in cœtu Iehudáh, & Ieruſa-
láim in domo domini ante atrium nouum.
6 ¶ Et ait. Dñe deus patrum noſtrorum, nõne
tuipſe es deus in cœlo, et dominaris cunctis re
gnis gentium, & in manu tua eſt fortitudo, &
potentia, & non eſt qui tibi poſſit reſiſtere?
7 ¶ Nonne tu deus noſter expuliſti habitato-
res terræ huius à facie populi tui Iſraél, & de-
diſti eam ſemini Abrahám amici tui in ſæcu-
8 lum? ¶ Et habitauerunt in ea, & ædificaue-
runt tibi in ea ſanctuarium nomini tuo dicen-
9 do. ¶ Si uenerit ſuper nos malum, gladius iu
dicij, & peſtilentia, & fames, ſtabimus coram
domo hac, & coram te, quia nomen tuũ eſt in
domo hac. Et clamabim’ ad te in anguſtijs no-
10 ſtris, & exaudies, & ſaluos facies. ¶ Et nunc
ecce filij Hammón, & Moáb, & mons Sehír
per quos nõ permiſiſti Iſraéli, ut uenirẽt, dum

uenirent è terra Aegypti, ſed declinauerũt
11 ab eis, & non diſperdiderũt eos. ¶ Et ecce
ipſi retribuunt nobis, ueniendo ad eijcien-
dum nos de hæreditate tua, quam hæredita
12 te accipere feciſti nos. ¶ Deus noſter, nõ-
ne iudicabis eos? Non enim eſt fortitudo in
nobis coram multitudine magna hac, quæ
uenit contra nos. Nos autem neſcimus quid
13 faciamus, ſed in te ſunt oculi noſtri. ¶ Et
omnis Iehudáh ſtabant coram domino, etiã
paruuli eorum, uxores eorum, & filij eorũ.
14 ¶ Iachaziél autem filius Zechariáhu filij
Benaiáh filij Hiehiél, filij Matthaniáh Leui-
tes de filijs Aſáph fuit ſup eum ſpiritus do-
15 mini in medio cœtus. ¶ Et ait. Attendite oĩs
Iehudáh, & habitatores Ieruſaláim, & rex
Iehoſapháth. Sic dixit dominus uobis. Ne ti
meatis, & ne paueatis à facie multitudinis
magnæ huius, quia nõ uobis eſt bellum, ſed
16 deo. ¶ Cras deſcẽdite contra eos. Ecce ipſi
aſcendũt per gradum Sis, & inuenietis eos
in fine torrentis contra ſolitudinem Ieruel.
17 ¶ Non uobis pugnandũ eſt in hoc, ſtate, ſta
te & uidete ſalutem dñi uobiſcum Iehudáh
& Ieruſaláim, ne timeatis, & ne paueatis.
Cras egredimini cõtra eos, & dominus erit
18 uobiſcum. ¶ Et incuruauit ſe Iehoſapháth
in faciem in terram. Et omnis Iehudáh, & Ie
ruſaláim proſtrauerũt ſe coram domino, in-
19 curuando ſe domino. ¶ Et ſurrexerunt Le-
uitæ de filijs Chehathim, & de filijs Chor-
chím, ad laudandum dominum deum Iſraél
20 uoce magna in excelſum. ¶ Et ſurrexerunt
mane, & egreſſi ſunt per deſertum Tecóah.
Et cum egrederentur, ſtetit Iehoſapháth, &
dixit. Audite me Iehudáh, & habitatores Ie
ruſaláim. Credite in dominũ deum noſtrũ,
& roborabimini, credite pphetis ei⁹, & pro
21 ſperabimini. ¶ Et conſiliatus eſt cum popu
lo, & conſtituit cantores domini, & laudan
tes in decore ſanctuarij, dum egrederentur
ante accinctos ad prælium, & dicerent. Con
fitemini domino, quoniã in ſæculum miſeri
22 cordia eius. ¶ Et in tempore quo cœperũt
cum clamore, & laude, poſuit dominus inſi-
dias contra filios Hammón, Moáb, & mon-
tem Schir qui uenerant contra Iehudáh, &
23 percuſſerunt ſe. ¶ Et ſteterũt filij Hammón
& Moáb contra habitatores montis Schir,
ut interficerent, & diſperderent. Et cum cõ-
ſumpſiſſent eos cum habitatorib⁹ Schir, au
xiliati ſunt unuſquiſq; pximo ſuo ad inter-
24 fectionem. ¶ Iehudáh autem uenit ad ſpe-
culam ſolitudinis, & reſpexerunt ad multi-
tudinem, & ecce ipſa cadauera ceciderãt in
25 terram, & non erat euaſio. ¶ Et uenit Ieho-
ſapháth, & populus eius ad diripiendũ ſpo-
lia eorum. Inuenerunt q; inter ea abundãter,
& ſubſtãtiam, & cadauera, & ſuppellectilia
concupiſcibilia, & diripuerũt ſibi abſq; põ-
dere. Et diebus tribus prædati ſunt ſpolia, q̃a
26 multa erant. ¶ Die autem quarta cõgrega-
ti ſunt in ualle Berach※h, quia ibi benedixe-
runt domino, idcirco uocauerunt nomen lo-
27 ci illius uallem Beracháh uſq; hodie. ¶ Et
reuerſi ſunt omnis uir Iehudáh in Ieruſaláim
& Iehoſapháth in capite eorum, ut reuerte-
rentur in Ieruſaláim cum lætitia. Lætificauit
28 enim eos dominus de inimicis ſuis. ¶ Et in
greſſi ſunt Ieruſaláim cum pſalterijs, & cy-
29 tharis, & tubis in domum domini. ¶ Et fuit
pauor dei ſuper oĩa regna terrarum, cum au
diſſent quod pugnaſſet dominus cum inimí
30 cis Iſraél. ¶ Quieuit q; regnũ Iehoſapháth,
& requieſcere fecit eum deus ſu⁹ per circui-
tum, & regnauit Iehoſapháth ſup Iehudáh.
Quinq;, & triginta annorum erat cũ regna
uit, & uiginti, & quinq; annis regnauit in Ie
ruſaláim, & nomen matris eius Hazubáh fi-
31 lia Silchi. ¶ Et ambulauit in uia Aſá patris
ſui, & non declinauit ab ea faciendo rectum
32 in oculis domini ¶ Veruntamen excelſa nõ
abſtulerũt, & adhuc populus nõ præparaue
33 runt cor ſuum deo patrum ſuorum. ¶ Reſi-
dua autẽ Iehoſapháth primorum, & nouiſſi
morũ, ecce ſunt ſcripta ĩ uerbis Iehú filij Cha
nani, ut depoſitum eſt in libro regum Iſraél.
34 ¶ Et poſt hoc iunxit ſe Iehoſapháth rex Ie-
hudáh cum Achaziáh rege Iſraél. Ipſe impie
fecit faciendo, & iunxit ſeipſum cum eo, ut
faceret naues ad eundum in Tarſis. Et fece-
35 runt naues in Heſióngháber. ¶ Vaticina-
tus eſt autem Elihézer filius Dodauahu de
Mareſáh Iehoſapháth, dicendo. Quia iunct⁹
es cum Achaziahu dimiſit dominus opera
tua. Et contritæ ſunt naues, & non ualuerunt
ire in Tarſis.

Capitulum. 21.

1 DOrmiuit autẽ Iehoſapáth
cum patribus ſuis, & ſe-
pultus eſt cum patrib⁹ ſuis
in ciuitate Dauid. Et re-
gnauit Iehorám filius eius
2 pro eo. ¶ Et erãt ẽi fratres fi
lij Iehoſaphath Hazariah,

& Iechiél, & Zechariáhu, & Hazariáhu, &
Michaél, & Sephathiáhu. Oēs iſti filij Icho-
3 ſapháth regis Iehudáh. ℂ Et dedit eis pa-
ter eorū dona multa argenti, & auri, & pre
cioſorum cū urbib' munitis in Iehudáh. Re
gnum autē dedit Iehorám, quia ipſe erat pri
4 mogenitus. ℂ Et ſurrexit Iehorám ſuper re
gnum patris ſui, & roborauit ſe, & occidit
omnes fratres ſuos gladio, & etiā de princi
5 pibus Iſraél. ℂ Triginta, & duorū annorū
erat Iehorám cū regnauit, & octo annis re-
6 gnauit in Ieruſaláim. ℂ Ambulauitq; per
uiam regum Iſraél quēadmodū fecerunt do
mus Acháb. Filia em̄ Acháb fuit ei uxor, &
7 fecit malū in oculis dn̄i. ℂ Et noluit domi-
nus diſperdere domū Dauid ꝑpter fœdus,
quod pepigerat cū Dauid, & quēadmodū
dixerat quod daret ei lucernā, & filijs eius
8 oībus diebus. ℂ In diebus eius præuarica-
tus eſt Edóm ne eſſet ſub poteſtate Iehudáh
9 & regnare fecerūt ſuper ſe regē. ℂ Et trāſi
uit Iehorám cū principib' ſuis, & omni cur-
ru cū eo. Et ſurrexit nocte, & ꝑcuſſit Edóm,
qui circūdederat eum, & principes curruū.
10 ℂ Et præuaricat' eſt Edóm, ne eſſet ſub po
teſtate Iehudáh uſq; ad diē hanc. Tunc præ-
uaricata eſt Libnáh in tempore ipſo ne eſſet
ſub poteſtate eius, quia dereliquit dn̄m deū
11 patrū ſuorū. ℂ Etiam ipſe fecit excelſa in
montibus Iehudáh, & fornicari fecit habi-
tatores Ieruſaláim, & compulit Iehudáh.
12 ℂ Et uenit ad eum ſcriptura ab Eliáhu pro
pheta, dicēdo. Sic dixit dn̄s deus Dauid pa
tris tui. Pro eo ꝙ non ambulaſti in uijs Ieho
ſapháth patris tui, & in uijs Aſá regis Iehu-
13 dáh. ℂ Sed ambulaſti in uia regum Iſraél,
& fornicari feciſti Iehudáh, & habitatores
Ieruſaláim, ſicut fornicata eſt dom' Acháb,
& etiam fratres tuos familiā patris tui me-
14 liores te occidiſti. ℂ Ecce dn̄s ꝑcutit plaga
magna populū tuum, & filios tuos, & uxo-
res tuas, & oēs ſubſtātias tuas, tu autē eris
in infirmitatib' multis, in infirmitate uiſce
rum tuorū, donec egrediantur inteſtina tua
15 præ infirmitate per ſingulos dies. ℂ Et ſu-
ſcitauit dominus contra Iehorám ſpiritū Pe
liſtím, & Harabúm qui erant iuxta terminū
16 Aethiopum. ℂ Et aſcenderunt in Iehudáh,
& ſciderunt eam, & diripuerunt omnē ſub
ſtantiam quæ inuenta eſt in domo regia, &
etiam filios eius, & uxores eius; & non re-
manſit ei filius niſi Iehoacház minor inter fi
17 lios eius. ℂ Et poſt totum hoc percuſſit eū
domin' in inteſtinis eius infirmitate, cui nō
18 erat medela. ℂ Et fuit ad dies ex diebus, &
in tempore quo egreſſus eſt finis dierum an-
norum duorum egreſſa ſunt inteſtina eius cū
infirmitate eius, & mortuus eſt infirmitati-
bus malis. Et non fecerunt ei populus ei' cō-
buſtionem ſecundum combuſtionem patrū
19 ſuorum. ℂ Triginta, & duorum annorum
erat cū regnauit, & octo ānis regnauit in Ie
ruſaláim. Ambulauitq; abſq; deſiderio. Et ſe
pelierunt eum in ciuitate Dauid, ſed non in
ſepulchris regum.

Capitulum. 22.

1 ET conſtituerunt regem habita
tores Ieruſalaim Achaziahu fi
lium eius minimum pro eo.
Omnes enim primos occide-
rat exercitus qui uenit cū Ha-
rabis ad caſtra. Et regnauit
Achaziáhu filius Iehorám regis Iehudáh.
2 ℂ Quadraginta, & duorum annorum erat
Achaziáhu cū regnauit, & anno uno regna-
uit in Ieruſaláim. Nomen autem matris eius
3 Hathaliáhu filia Homrí. ℂ Etiam ipſe ambu
lauit in uijs domus Achab. Mater enim eius
4 cōſuluerat ei ut impie ageret. ℂ Et fecit ma
lum in oculis domini, ſicut domus Acháb.
Ipſi enim fuerunt ei conſiliarij, poſtq; mor-
tuus eſt pater eius ad perditionem ei.
5 ℂ Et in conſilio eorum ambulauit. Et per-
rexit cum Iehorám filio Acháb rege Iſraél,
ad bellum contra Chazaél regem Arám in
Ramóth Ghilhad. Et percuſſerunt Aramæi
6 Iehorám. ℂ Et reuerſus eſt, ut curaret ſe in
Izrehél, quia plagæ erant ei quibus percuſ-
ſerunt eum in Ramáh dum pugnaret cū Cha
zaél rege Arám. Et Hazariáhu filius regis Ie
hudáh deſcendit ut uideret Iehorám filium
7 Acháb in Izrehél quia ægrotabat. ℂ Adeo
autem erat conculcatio Achaziáhu, ut ueni-
ret ad Iehorám. Et cum ueniſſet egreſſus eſt
cum Iehorám contra Iehú filium Nimſi, quē
unxit domin' ut ſuccideret domum Acháb.
8 ℂ Et fuit, cum iudicium faceret cum domo
Acháb, inuenit principes Iehudáh, & filios
fratrum Achaziáh miniſtrātes ipſi Achaziá-
9 hu, & interfecit illos. ℂ Et quæſiuit Acha-
ziáhu, & compræhendit eum, (& ipſe late-
bat in Somrón) & adduxerunt eum ad Ie-
hú, & interemit eum, & ſepelierunt eum. Di
xerunt enim filius Iehoſapháth eſt, qui quæ
ſiuit dominum toto corde ſuo, & non erat
potentia domui Achaziáhu, ad obtinēdum

10 regnū. ¶ Hathaliáhu autē mater Achaziáhu
uidit ꝙ mortuus eſſet filius ſuus, & interfecit
11 omne ſemē regiū dom⁹ Iehudáh. ¶ Et accæpit
Iehoſabháth filia regis Ioás filiū Achaziáhu,
& furata eſt eum è medio filiorum regis qui
interficiebātur, & poſuit eū & nutricem ei⁹ in
cubiculo lectorū. Et abſcōdit eū Iehoſabháth
filia regis Iehorā uxor Iehoiadáh ſacerdotis.
(Ipſa em̄ erat ſoror Achaziáhu) à facie Hatha
12 liáhu, et non interemit eum. ¶ Et fuit cum eis
in domo dei abſconditus ſex annis. Hathaliah
autem regnabat ſuper terrām.

Capitulum.23.

1 ANno autē ſeptimo confortatus eſt
Iehoiadáh, & aſſumpſit centurio-
nes Hazariahu filiū Ierochām, &
Iſmahél filiū Iehochanán, & Ha-
zariahu filiū Hobéd, & Mahaſa-
iáhu filium Hadaiáhu, & Eliſaph ith filium Zi-
2 chrí ſecum in fœdere. ¶ Et circuierūt ꝑ Iehu-
dáh, & cōgregauerūt Leuitas de cunctis urbi-
bus Iehudáh, & principes familiarū Iſrael, &
3 uenerunt in Ieruſaláim. ¶ Et percuſſit omnis
cœtus fœdus in domo dei cū rege, dixitq́ ad
eos. Ecce filius regis regnabit ſicut locutus eſt
4 dn̄s ſuper filios Dauid. ¶ Hoc eſt qđ facietis
Tertia pars ex uobís qui uenitis ad ſabbatum
eritis cū ſacerdotib⁹, & leuitis, & ianitoribus
5 liminū. ¶ Et tertia pars in domo regis, & ter
tia pars in porta fundamēti, et oīs populus in
6 atrijs domus dn̄i. ¶ Et ne ingrediátur domū
domini niſi ſacerdotes, & miniſtri de Leuitis.
Ipſi ingrediátur, quia ſanctitas ſunt. Et oīs po-
7 pulus obſeruēt cuſtodiā dn̄i. ¶ Et circumdent
Leuitæ regē undiq́ uniuſquiſq́, & inſtrumēta
ſua i manu ſua. Et q igreſſus fuerit domū, mo-
riatur. Et eſtote cū rege, eo ingrediēte, et egre
8 diēte. ¶ Et fecerūt Leuitæ, & uniuerſus Iehu
dáh, iuxta omnia quæ ꝓcepit Iehoiadáh ſacer
dos. Et aſſumpſerunt ſinguli uiros ſuos uenié-
tes ad ſabbatum cum egrediētibus à ſabbato.
Non enim dimiſerat Iehoiadáh ſacerdos diui-
9 ſiones. ¶ Et dedit Iehoiadah ſacerdos centu
rionibus lāceas, & clypeos, & peltas quæ fue
rant regis Dauíd, quæ erant in domo dei.
10 ¶ Et conſtituit omnem populum, & ſingu-
li gladios habebāt in manu ſua à latere domus
dextero uſq́ ad latus domus ſiniſtrū altari, &
11 domui, iuxta regem per circuitum. ¶ Et edu
xerunt filiū regis, & poſuerūt ſup eū diadema
& teſtimoniū. Et regē cōſtituerunt eū, & un-
xerunt eum Iehoiadáh, & filij eius, atq́ dixe-
12 runt. Viuat rex. ¶ Et audiuit Hathaliáhu uo-
cem populorum currentium, et laudantium re
13 gem, & uenit ad populum in domū dei. ¶ Et
uidit, & ecce rex ſtabat ſuper gradum ſuū in
introitu, & principes, & tubæ iuxta regem, et
oēm ppl'm terræ lætantē, & clangente tubis,
& cātores cū inſtrumentis muſicis, & ſcientes
laudare, ſcidit Hathaliáhu ueſtimēta ſua, & di
14 xit. Cōiuratio, cōiuratio. ¶ Egreſſus eſt autē
Iehoiadáh ſacerdos ad cēturiones, & ꝓfectos
exercitus, & dixit ad eos. Educite illam extra
ſepta, & q iuerit poſt eā, moriatur gladio. Di-
xit em̄ ſacerdos. Non interficiatis eā in domo
15 domini. ¶ Et impoſuerūt ei manus, & uenit ad
introitū portæ equorū domus regiæ, & īterfe
16 cerūt eam ibi. ¶ Et pepigit Iehoiadah fœdus
inter ſe, & uniuerſum populū & regē, ut eſſet
17 popul⁹ domini. ¶ Et ingreſſi ſunt omnis ppl's
domū Báhal, & deſtruxerūt eā, & altaria ei⁹,
& ſimulachra eius cōfregerūt, & Mathán ſa-
18 cerdotē Báhal. ¶ Et poſuit Iehoiadáh præpo
ſitos dom⁹ domini ꝑ manū ſacerdotū Leuitarū
quos diſtribuit Dauid in domo dn̄i ad offeren
dum holocauſta dn̄o, ſicut ſcriptum eſt in lege
Moſch in lætitia, & cantico iuxta manus Da-
19 uid. ¶ Et cōſtituit ianitores ad portas domus
domini, & non ingrediebať imundus in quali-
20 bet re. ¶ Aſſumpſitq́ cēturiones, & magna-
tes, & dominātes populo, & oēm ppl'm terræ.
21 ¶ Et deſcēdere fecerunt regem de domo do
mini, & introierunt per mediū portæ ſuperio-
ris in domū regiam, & ſedere fecerunt regem
22 ſuper ſolium regni. ¶ Et lætati ſunt oīs popu
lus terræ, & urbs quieuit. Hathaliahu autem
interfecerunt gladio.

Capitulum.24.

1 SEptē annorū erat Ioás cum re-
gnauit, et quadraginta annis re
gnauit in Ieruſaláim. Nomē au
te matris eius Sibiáh de Beerſé
2 bah. ¶ Et fecit Ioás rectum in
oculis domini, omnibus diebus
3 Iehoiadáh ſacerdotis. ¶ Accæpit autem Ieho
iadáh ei uxores duas, & genuit filios, & filias.
4 ¶ Et fuit, poſt hoc fuit in corde Ioas, ut inno-
5 uaret domū dn̄i. ¶ Et congregauit ſacerdo-
tes Leuitas, & dixit eis. Egredimini ad ciuita-
tes Iehudáh, & congregate de uniuerſo Iſrl'
argentum ad roborandum domum dei noſtri
per ſingulos annos, & feſtinabitis rem. Et non
6 feſtinauerūt Leuitæ. ¶ Et uocauit rex Iehoia
dáh principem, & dixit ei. Cur non quæſiſti à
Leuitis, ut afferrent de Iehudah, & de Ieruſa-
láim munus Moſch ſerui dei, & à cōgregatio-
7 ne Iſraél in tabernaculū teſtimonij? ¶ Quia
Hathaliahu impia, & filij eius deſtruxerūt do
mū dei, & etiam omnes ſanctificatiōes domus
8 dei fecerunt ipſi Behalim. ¶ Et dixit rex, &

fecerunt arcam unã, & poſuerunt eã in porta
9 domus domini forinſecus. ¶ Et dederunt uo
cẽ in Iehudáh, & Ieruſaláim, ut afferrẽt domi
no donũ Moſéh ſerui dei ſuper omnẽ Iſraél in
10 deſerto. ¶ Lætati ſunt oẽs principes, & om̃is
populus, & attulerũt, & proiecerũt in arcam
11 donec implerẽt. ¶ Et erat, tẽpore quo afferre
bat arcam ad præpoſitũ regis per manũ leui⸗
tarum, quũ uidebãt ꝙ multũ eſſet argentum,
ingrediebatur ſcriba regis, & præpoſit' ſacer
dotis primi: & effundebant arcã, & portabant
eã: & reſtituebãt eam in loco ſuo. Sic fecerunt
per ſingulos dies. Et cõgregauerunt argẽtum
12 in mltitudine. ¶ Et dedit illud rex, & Iehoia
dáh facienti opus miniſterij domus domini. Et
conduxerũt cæſores, & artifices ad innouan⸗
dum domũ domini, & etiã fabros ferri, & æris
13 ad fortificandum domũ dñi. ¶ Et fecerunt fa
ciẽtes opus, & obducta eſt cicatrix operis per
manum eorum, & ſtare fecerunt domũ dei, in
14 diſpoſitione ſua, et roborauerũt eam. ¶ Et cũ
conſumaſſent, attulerunt corã rege & Iehoia⸗
dáh reſiduum argẽti, & fecerũt ex eo uaſa do
mus domini, uaſa miniſterij & mortaria, & co
chlearia, & uaſa aurea, & argentea. Et offere⸗
bant holocauſta in domo domini iugiter cun⸗
15 ctis diebus Iehoiadáh. ¶ Et ſenuit Iehoiadáh
& ſaturatus eſt diebus, & mortuus eſt. Cẽtum
& triginta annorum erat, quãdo mortuus eſt.
16 ¶ Et ſepelierunt eum in ciuitate Dauid cum
regib', quia fecit bonum in Iſraél cum deo, &
17 domo eius. ¶ Poſtq̃ autem mortuus eſt
Iehoiadáh uenerunt principes Iehudáh, & in
18 curuauerũt ſe regi. Tunc audiuit rex eis. ¶ Et
dereliquerunt domum domini dei patrum ſuo
rum, & ſeruierunt lucis, & ſculptilibus. Et fuit
ira contra Iehudáh, & Ieruſaláim, propter de
19 lictum eorum hoc. ¶ Et miſit ad eos prophe⸗
tas, ut conuerterent eos ad dominum, & teſti
20 ficati ſunt eis, & non auſcultauerunt. ¶ Spi⸗
ritus autem dei induit Zechariáh filium Iehoia
dáh ſacerdotis, & ſtetit ſuper populum, & di⸗
xit eis. Sic dixit deus. Vt quid tranſgredimi⸗
ni mandata domini? Et non proſperabimini.
21 Quia dereliqſtis dñm, derelinquet uos. ¶ Et
coniurauerunt aduerſum eũ, & obruerunt eũ
lapidib', iuxta præceptũ regis in atrio domus
22 domini. ¶ Et non eſt recordatus Ioás rex mi
ſericordiæ quam fecit Iehoiadáh pater eius cũ
eo, & interfecit filium eius. Et cum morere⸗
23 tur, dixit. Videat dominus, & requirat. ¶ Et
fuit, in reuolutione anni aſcendit contra eum
exercitus Arám & uenerũt in Iehudáh, & Ie⸗
ruſaláim, & perdiderunt omnes principes po
puli è populo, et omnia ſpolia eorum miſerunt
24 ad regem Darmeſec. ¶ Quia cum paucis ui⸗
ris uenit exercitus Arám, & dominus tradidit
in manu eorum exercitum in multitudine ue⸗
hementi, quia dereliquerũt dominum deum
patrum ſuorum, et cum Ioás fecerunt iudicia.
25 ¶ Et cum abirent ab eo, dereliquerunt eum
in languoribus multis. Coniurauerunt contra
eum ſerui ſui propter ſanguinem filiorum Ie⸗
hoiadáh ſacerdotis, et occiderunt eum in lecto
ſuo, & mortuus eſt, ſepelieruntq̃ eum in ciui⸗
tate Dauid. Et non ſepelierunt eum in ſepul⸗
26 chris regum. ¶ Iſti ſunt autem qui coniura⸗
uerunt contra eum. Zabád fili' Simháth Ham
monites, & Iehozabád filius Simríth Moabi⸗
27 tes. ¶ Et filij eius, & multitudo donorum ſu
per eum, & fundamẽtum domus dei. Ecce ſcri
pta ſunt in Midrás libri regum. Et regnauit
Amaſiáhu filius eius pro eo.

Capitulum. 25.

1 VIginti & quinq; annorum erat
quando regnauit Amaſiáhu. Et
uiginti, & nouem annis regna⸗
uit in Ieruſaláim. Nomen au⸗
tem matris eius Iehodan de Ie⸗
2 ruſaláim. ¶ Fecitq; rectum
in oculis domini, uerũtamen non corde per⸗
3 fecto. ¶ Et fuit, quum roboratum eſſet re⸗
gnum ſibi, occidit ſeruos ſuos qui percuſſerãt
4 regem patrem ſuum. ¶ Filios autem eorum
non interimere fecit, ſicut ſcriptum eſt in lege
in libro Moſéh. Quia præcepit dominus dicẽ⸗
do. Non morientur patres pro filijs, & filij nõ
morientur pro patribus, ſed unuſquiſq; pro⸗
5 pter peccatum ſuum, morientur. ¶ Et cõgre⸗
gauit Amaſiáhu Iehudáh, & conſtituit eos per
domum familiarum tribunos, & centuriones
in omni Iehudáh, & Biniamín. Et recenſuit
eos à filio uiginti annorum & ſupra, inuenitq;
eos trecenta milia electorum egredientium ad
6 pugnam tenentium haſtam, & clypeum. ¶ Et
conduxit mercede de Iſraél centum milia for⸗
7 tium robore centum talentis argenti. ¶ Vir
autem dei uenit ad eum dicendo. Rex ne ue⸗
niat tecum exercitus Iſraél, quia non eſt domi
nus cum Iſraél, cum omnibus filijs Ephráim.
8 ¶ Si mihi non credis, ingredere, fac, robo⸗
rare ad bellum. Cadere faciet te deus coram
inimico. Eſt enim fortitudo deo ad adiuuan⸗
9 dum & cadere faciendum. ¶ Dixitq; Ama⸗
ſiáh ad hominem dei. Et quid faciẽdum eſt de
centũ talentis quæ dedi exercitui Iſrl'? Et dixit
uir dei. Eſt dño ad dandum tibi multum ualde.

10 ¶ Separauit aũt Amaſiáhu exercitum q ue
nerat ad ſe de Ephráim, ut iret ad locum ſuũ
Et iratus eſt furor eorum ualde contra Iehu-
dáh, & reuerſi ſunt ad locum ſuũ ĩ ira furoris
11 ¶ Amaſiáhu aũt roborat' eſt, & eduxit po-
pulum ſuum, & abijt ĩ uallem ſalis, & percuſ
12 ſit de filijs Sehir decem milia. ¶ Et decem
milia uiuos cæperunt filij Iehudáh, & addu
xerunt eos ad uerticem petræ, & proiecerũt
eos à uertice petræ, & omnes hi crepuerunt.
13 ¶ Filij aũt exercitus quem remiſit Amaſiá-
hu, ne iret ſecum ad bellum diffuſi ſunt in ur
bibus Iehudáh à Somrón uſq; ad Bethchorõ
& percuſſerunt ex eis tria milia, & diripue-
14 runt prædam multam. ¶ Et fuit, poſtq̃ ue-
nit Amaſiáhu à cædendo Edomæos adduxit
deos filiorum Sehir, & ſtatuit eos ſibi ĩ deos
& coram eis incuruauit ſe, & eis ſuffiuit.
15 ¶ Et iratus eſt furor dñi in Amaſiáhu, & mi
ſit ad eum prophetã, & dixit ei. Vt quid q̃ſi-
ſti deos ppli qui nõ eruerunt ppl'm ſuũ è ma
16 nu tua? ¶ Et fuit, cum loqueret' dixit ei. Nũ
quid conſiliariũ regis poſuerunt te? Ceſſa,
ut quid percutiant te? Et ceſſauit propheta, &
dixit. Noui, q cogitauerit deus pdere te, q̃a
feciſti hoc, & non audiſti conſilium meum.
17 ¶ Et conſiliatus eſt Amaſiáhu rex Iehudáh
& miſit ad Ioás filiũ Iehoacház filij Iehú re-
gem Iſraél dicendo. Veni, uideam' nos facie
18 ¶ Et miſit Ioás rex Iſraél ad Amaſiáhu re-
gem Iehudáh dicendo. Cardu' qui eſt in Le-
banón, miſit ad cedrum q̃ eſt in Lebanón di-
cendo. Da filiam tuam filio meo uxorem. Et
trãſiuit beſtia agri, quæ erat in Lebanón, &
conculcauit carduũ. Dixiſti. Ecce pcuſſi Edõ
& leuauit te cor tuũ ad honorificãdũ. Nũc ſe
de in domo tua. Vt quid prouocas in malum
19 ut cades tu, & Iehudáh tecum? ¶ Et non
audiuit Amaſiáhu, quia à deo erat, ut trade-
ret eos in manu, quia quæſierũt deos Edóm
20 ¶ Et aſcendit Ioás rex Iſraél, & uiderunt
ſe facie, ipſe & Amaſiáhu rex Iehudah ĩ Beth
21 ſémes, quæ erat in Iehudáh. ¶ Et cæſus eſt
Iehudáh coram Iſraél, & fugerunt unuſquiſq;
22 ad tabernacula ſua. ¶ Et Amaſiáhu regẽ Ie
hudáh filium Ioás filij Iehocház, cœpit Ioás
rex Iſraél in Bethſémes, & adduxit eum ĩ Ie
ruſaláim, & rupit murum Ieruſaláim à por-
ta Ephráim uſq; ad portam anguli quadrin-
23 gentis cubitis. ¶ Et omne aurum, & argẽ-
tum, & omnia uaſa quæ inuenta ſunt in do-
mo dei apud Hobédedóm, & in theſauris re
gis, & filios nobiles reduxit in Somrón.
24 ¶ Vixit autem Amaſiáhu filius Ioás rex Ie
hudáh poſtq̃ mortuus eſt Ioás filius Iehoa-
25 chaz rex Iſraél quindecim annis. ¶ Reſidua
aũt Amaſiáhu primorũ, & nouiſſimorum,
nõne ecce ſcripta ſunt in libro regum Iehu-
26 dáh, & Iſraél? ¶ A tempore aũt quo receſ-
ſit Amaſiáhu à domino coniurauerunt cõtra
eum coniurationẽ in Ieruſaláim, & fugit in
27 lachis, & interfecerũt eum ibi. ¶ Et porta-
uerunt eum ſuper equos, & ſepelierũt eum
cum patribus ſuis in ciuitate Iehudáh.

Capitulum.26.

1 TVlerunt aũt oĩs populus Iehu
dáh Huzziiáhu (et ipſe erat ſex
decim annorũ) & regem cõſti
tuerũt eũ p patre ſuo Amaſiá-
2 hu. ¶ Ipſe ædificauit Elóth,
& reſtituit eam ipſi Iehudáh,
3 poſtq̃ dormiuit rex cũ patrib' ſuis. ¶ Sex-
decim annorũ erat Huzziiáhu cũ regnauit,
& quinquaginta, & duobus annis regnauit
in Ieruſaláim. Nomẽ autẽ matris eius Iecho-
4 liáh de Ieruſaláim. ¶ Et fecit rectum in ocu
lis dñi, iuxta omnia quæ fecit Amaſiáhu pa-
5 ter eius. ¶ Et quæſiuit deum in diebus Za-
chariáhu intelligẽtis uiſiones dei, & in die-
bus quibus quæſiuit dominũ proſperari fe-
6 cit eum deus. ¶ Et egreſſus eſt & pugnauit
cum Peliſtím, & rupit murum Gath, & mu-
rum Iabnél, & murum Aſdód, & ædificauit
7 urbes in Aſdód & in Peliſtím. ¶ Et adiu-
uit eum deus contra Peliſtím, & contra Ha
rabas qui habitabant in Gurbáhal & Mehu
8 ním. ¶ Et dabãt Hammonitæ munus ipſi Ha
zariáhu, & iuit nomen eius uſq; ad introitũ
Aegypti, quia robuſtus fuit uſq; in excel-
9 ſum. ¶ Et ædificauit Huzziiáhu turres in
Ieruſaláim ſuper portam anguli, & ſup por
tam uallis, & ſuper angulum, & roborauit
10 eas. ¶ Extruxitq; turres in deſerto, & fo-
dit ciſternas multas, quia grex multus erat
ei, & in campeſtribus, & in planicie agrico
læ, & uinitores in montibus, & in Charmél,
11 quia diligebat terram. ¶ Fuit autem ipſi
Huzziiáhu exercitus facientium bellum in-
gredientium ad pugnam in exercitu ſecun-
dum numerum numeri eorum per manum
Iehiél ſcribæ, & Mahaſeiáhu præfecti ad
manum Chananiáhu de principibus regis.
12 ¶ Omnis numerus principum familiarum
fortium uiribus duum milium, & ſexcen-
13 torum. ¶ Et ad manum eorum exercitus
militiæ trecentorum milium, & ſeptem mi-
lium, & quingentorũ facientium bella cum
fortitudine roboris, ad auxiliandum regi cõ

14 tra inimicũ. ¶ Et præparauit Huzziiáhu cũ
ĉto exercitui clypeos, & haſtas, & galeas, &
15 loricas, & arcus, & lapides fundarũ. ¶ Et fe
cit in Ieruſaláim machinas arte artificis, ut
eſſent in turribus, & in angulis ad iaciendũ
ſagittas, & lapides grandes, egreſſumq́ eſt
nomen ei⁹ procul, quia mirificauit eum de⁹
16 auxiliando, donec roboratus eſt. ¶ Et cũ ro
boratus eſſet, eleuatum eſt cor eius, ad cor-
rũpendum, & præuaricatus eſt contra domi
num deum ſuũ, & ingreſſus eſt tẽplum dñi,
17 ut ſuffiret ſuper altare ſuffimẽti ¶ Et ingreſ
ſus eſt poſt eum Hazariáhu ſacerdos. Et cum
eo ſacerdotes domini octogita filij robuſti.
18 ¶ Et ſteterunt contra Huzziáhu regem, &
dixerunt ei. Nõ eſt tuũ Huzziiáhu ſuffire dño
ſed ſacerdotum filiorũ Aharón (q ſanctifica
ti ſunt) eſt ſuffire. Egredere de ſctuario, qa ꝑ
uaricatus es, & non erit tibi ad gliam à dño
19 deo ¶ Irat⁹q́ eſt Huzziiáhu, & in manu ſua
erat ſuffimentum, ut ſuffiret. Et cum iraſcere
tur cum ſacerdotib⁹ lepra orta eſt in fronte
eius coram ſacerdotibus in domo dñi ſuper
20 altare ſuffimenti. ¶ Et reſpexit eum Haza-
riahu ſacerdos ſumm⁹, & oẽs ſacerdotes, &
ecce erat leproſus in fronte ſua, & feſtinare
fecerunt eum inde. Et etiam ipſe feſtinauit
21 egredi, qa percuſſit eum dñs. ¶ Et fuit Huz
ziiá hu rex leproſus uſq́ ad diẽ quo mortu⁹
eſt, & habitauit in domo libera leproſus, qa
exciſus fuerat è domo dñi. Iothám aũt filius
eius erat ſuper domũ regis, & iudicabat po-
22 pulum terræ. ¶ Reſidua aũt primorum, &
nouiſſimorũ ſcripſit Ieſahaiáhu filius Amós
23 prophetæ. ¶ Et dormiuit Huzziiáhu cũ pñi
24 bus ſuis. ¶ Et ſepelierunt eum cũ pñib⁹ ſuis
in agro ſepulchri qui erat regibus. Dixerũt
enim Leproſus eſt. Et regnauit Iothám filius
eius pro eo.

Capitulum. 27.

1 VIginti, & quinq́ annorũ erat
Iothám cum regnauit, & ſexde
cim annis regnauit In Ieruſa-
láim. Nomen aũt matris Ieru-
2 ſáh filia Sadóc. ¶ Feciteq́ re-
ctum in oculis dñi iuxta oia q̃
& fecit Huzziiahu pater ei⁹ Veruntñ non eſt
ingreſſus tẽplum dñi. Et adhuc ppl's erat cor-
3 ruptor. ¶ Et ipſe ædificauit portam dom⁹
dñi excelſam, & ĩ muro arcis ædificauit mul
4 tum ¶ Vrbeſq́ ædificauit in mõte Iehudáh
& in ſaltibus ædificauit palatia, & turres.
5 ¶ Et ipſe pugnauit cũ rege filiorũ Hámón,
& roboratus eſt ſuper eos. Et dederũt ei fi-
lij Hámón anno ipſo centum talenta argẽti,
& decem milia choros tritici, & hordei de-
cem milia. Hoc reddiderũt ei filij Hammón,
6 & anno ſecundo, & tertio. ¶ Roboratuſq́
eſt Iothám, quia præparauit uias ſuas coram
7 dño deo ſuo. ¶ Reſidua aũt Iothám, & oia
bella ei⁹ & uiæ ei⁹, ecce ſunt ſcripta in libro
8 regũ Iſraél, & Iehudáh. ¶ Viginti & qnq́
annorũ erat cũ regnauit, & ſexdecĩ annis re
9 gnauit ĩ Ieruſaláim. ¶ Dormiuitq́ Iothám
cũ patribus ſuis, & ſepelierũt eũ in ciuitate
Dauid, & regnauit Acház filius eius ꝑ eo.

Capitulum. 28.

1 VIginti annorũ erat Acház cũ re-
gnauit, & ſexdecim annis regna
uit in Ieruſaláim, & non fecit re-
ctum ĩ oculis dñi ſicut Dauid pa-
2 ter eius. ¶ Abijt per uias regum Iſraél, &
3 etiã ſtatuas fecit ipſi Behalim. ¶ Et ipſe ſuffi
uit in ualle Benhinnóm, & combuſſit filios
ſuos igni iuxta abominationes gẽtiũ, quas
4 expulit dñs à facie filiorum Iſraél. ¶ Et im-
molabat, & ſuffiebat in excelſis, & ſup col-
5 les, & ſub omni ligno uiridi. ¶ Tradiditq́
eum dñs deus eius in manu regis Arám, &
percuſſerũt eum, & ceperũt ex eo prædam
magnã, & adduxerũt Darméſec, & etiã in
manu regis Iſraél traditus eſt, & percuſſit
6 eũ plaga magna. ¶ Occidit aũt Pécach fi-
lius Remaliáhu in Iehudáh centum & uigin
ti milia die uno, omnes filios robuſtos, eo q
reliquiſſent dominũ deum patrem ſuorum.
7 ¶ Et occidit Zichri potens Ephráim Maha
ſeiáhu filium regis, & Hazrichám ducẽ do-
8 mus, & Elchanáh ſecũdũ à rege. ¶ Cæpe
runtq́ filij Iſraél de fratrib⁹ ſuis ducẽta mi-
lia mulierũ, filiorũ & filiarũ, & ſpolia diri-
9 puerunt ab eis. ¶ Et adduxerunt ſpolia in
10 Sõrón. ¶ Ibi autẽ erat ꝓpheta dñi Hobéd
nomen eius, & egreſſus eſt coram exercitu
qui ueniebat in Sõrón, Dixitq́ ei. Ecce pro-
pter iram dei patrũ noſtrorũ cõtra Iehudáh
tradidit eos ĩ manu ueſtra, & occidiſtis eos
11 in furore, uſq́ ad cœlũ peruenit. ¶ Et nunc
filios Iehudáh, & Ieruſaláim dicitis ſubijce
re in ſeruos, & ancillas uobis. Nõne uere no
12 biſcũ ſunt delicta domino deo ueſtro? ¶ Et
nunc audite me, & reducite captiuitatẽ quã
captiuã duxiſtis de fratrib⁹ ueſtris, qa ira fu
13 roris dñi eſt ſuper nos. ¶ Et ſurrexerũt uiri
de principibus Ephráim Hazariáhu filius
Iehochanán, Berechiáhu filius Miſillemóth
& Iechizchiiáhu

& Iechízchiiáhu fili' Sallúm, & Hamaſá fi-
lius Chadlái contra uenientes è pugna, & di
14 xerunt eis. ¶ Non adducetis captiuitatem
huc, q̃a delictū cōtra dñm ē ſup nos. Vos di
citis addere ſup peccata noſtra, & ſup deli-
cta noſtra. Magnū eñ delictum eſt nobis, &
15 ira furoris ſuper Iſraél. ¶ Et reliq̃t exerci-
tus captiuitatē, & prædam corā principib'
16 & omni cœtu. ¶ Et ſurrexerūt uiri qui no-
minati ſunt p̄ noīa, & appræhenderūt capti
uitatem, & omnes nudos eorū ueſtierūt de
ſpolijs, & ueſtire fecerūt eos, calciare fece-
runt eos, & comedere fecerūt eos, ac bibere
fecerūt eos, unxeruntq; eos, & duxerūt eos
in aſinis omnē infirmū, & adduxerūt eos Ie
richo ciuitatē palmarū apud fratres eorū, &
17 reuerſi ſunt in Somrón. ¶ In tēpore illo mi
ſit rex Acház ad reges Aſſúr, ut auxiliarent̄
18 ſibi. ¶ Et adhuc Edomæi uenerunt, & per-
cuſſerunt de Iehudáh, & cæperūt captiuita
19 tem. ¶ Peliſtím autē diffuderūt ſe per ur-
bes planiciei, & ad meridiē Iehudáh. Et cæ-
perūt Bethſémes, & Aialón, & Ghederóth,
& Sochó, & uillas eius, & Timnáh, & uillas
eius, & Ghimzó, & uillas eius, & habitaue-
20 runt ibi. ¶ Humiliauit enim dñs Iehudáh
propter Acház regem Iehudáh, quia ulciſci
fecit de Iehudáh, & præuaricatus eſt præua
21 ricationem in dominū. ¶ Et uenit cōtra eū
Tigláth pilneéſer rex Aſſúr, & obſedit eū,
& nō roborauit eum, q̃uis diuiſerit Acház
domum domini, & domum regis, & princi
pum, & dederit regi Aſſúr, & nō fuit ad au-
22 xilium ſibi. ¶ Et tēpore quo erat anguſtijs
affect' addidit ut præuaricarent̄ in dominū
ipſe Acház, & īmolauit dijs Darmeſec per-
cutientibus eum. Et dixit q̄ dij regū Arám
adiuuant eos, eis immolabo & adiuuabunt
me. Et ipſi fuerunt ei ad faciendū ruere eū,
23 & omni Iſraél. ¶ Et cōgregauit Acház oīa
uaſa domus dei, & confregit omnia uaſa do
mus dei, & clauſit oſtia domus domini, & fe
cit ſibi altaria in omni angulo in Ieruſaláim.
24 ¶ Et ī ſingulis urbib' Iehudáh fecit excel-
ſa ad ſuffiēdum dijs alienis, & iraſci fecit do
25 minum deum patrum ſuorum. ¶ Reſidua
autem eius, & omnium uiarum eius, primo-
rum & nouiſſimorum, ecce ſcripta ſunt in li
26 bro regum Iehudáh, & Iſraél. ¶ Et dormi-
uit Acház cum patribus ſuis, & ſepelierunt
eum in ciuitate, in Ieruſaláim, quia non ad-
duxerunt eum ad ſepulchra regū Iſraél. Et
regnauit Iechizchiiáhu filius eius pro eo.

Capitulum. 29.

1 IEchizchiiáhu regnauit cū eēt
uiginti, & quinq; annorū, &
uiginti, & nouē annis regna-
uit in Ieruſaláim. Nomen autē
matris ei' Abiiáh filia Zecha-
2 riáhu. ¶ Fecitq; rectū in ocu
lis domini iuxta omnia quæ fecerat Dauid
3 pater eius. ¶ Ipſe anno primo quo regna-
uit menſe primo, aperuit ualuas domus do-
4 mini, & roborauit eas. ¶ Adduxitq; ſacer-
dotes, atq; Leuitas, & cōgregauit eos ad pla
5 team orietalē. ¶ Dixitq; ad eos. Audite me
Leuitæ. Nunc ſanctificate uos, & ſanctifica-
te domū dñi patrū ueſtrorū, & educite im-
6 mundiciā de ſanctitate. ¶ Quia præuarica
ti ſunt patres noſtri, & fecerūt malū in ocu-
lis domini dei noſtri, & dereliquerūt eū. Et
uerterunt facies ſuas à tabernaculo dñi, &
7 dederūt ceruicē. ¶ Et clauſerunt oſtia por
ticus, & extinxerūt lucernas, ſuffimentūq;
non ſuffierūt, & holocauſtū non obtulerunt
8 in ſanctitate deo Iſraél. ¶ Et fuit ira dñi ſu-
per Iehudáh, & Ieruſaláim, tradiditq; eos in
cōmotionē, in deſolationē, & in ſibilū, quē-
9 admodū cernitis oculis ueſtris. ¶ Et en cor
ruerunt patres noſtri gladio, & filij noſtri,
& filiæ noſtræ, & uxores noſtræ in captiui-
10 tatem propter hoc. ¶ Nūc in corde meo eſt
percutere fœdus cū dño deo Iſraél, & auer-
11 tet à nobis iram furoris ſui. ¶ Filij mei nūc
ne erretis. Vos eñ elegit dñs, ut ſtetis corā
eo ad miniſtrandū ei, & ei miniſtretis & ſuf
12 fiatis. ¶ Et ſurrexerūt Leuitæ Macháth fi-
lius Hamaſái, & Ioél filius Hazariáhu de fi-
lijs Chahatí, & de filijs Merari Chis fili' Hab
di, & Hazariáhu fili' Iehalelél, & de Gher-
ſunitis Ioáh filius Zimmáh, & Héden filius
13 Ioáh. ¶ Et de filijs Seliſapháu, Simri, & Ie-
hiél, & de filijs Aſáph Zechariáhu, & Mat-
14 thaniáhu. ¶ Et de filijs Hemán Iechiél, &
Simhi, & de filijs Ieduthún, Semahaiah,
15 & Huzziél. ¶ Congregaueruntq; fratres
ſuos, & ſctificati ſunt, & ingreſſi ſunt iuxta
mandatū regis, iuxta uerba dñi ad mundan
16 dum domū dñi. ¶ Et ingreſſi ſunt ſacerdo-
tes intra domū dñi ad mundandū, & eduxe
runt omnē immūdiciā, quam inuenerunt in
templo dñi, in atrio domus dñi. Et tulerunt
Leuitæ, ut educerēt ad torrētē Chidrón fo
17 ras. ¶ Cœperunt autem in una menſis pri-
mi ſanctificare, et die octaua menſis ingreſ
ſi ſunt porticum domini, & ſanctificauerūt
domū domini diebus octo, & die ſextadeci
18 ma menſis primi perfecerunt. ¶ Et ingreſſi
ſunt interius ad Chizchiiáhu regem, & di-

xeruut. Mundauimus omnẽ domum domi-
ni, altare holocauſti, & omnia uaſa eius, &
menſam diſpoſitionis, & omnia uaſa eius.
19 ¶ Et omnia uaſa quæ elongare fecerat rex
Acház in regno ſuo, dũ præuaricaret, præ-
parata ſunt, & ſanctificata ſunt, & ecce ſunt
20 coram altari domini. ¶ Et mane ſurrexit Ie
chizchiiáhu rex, & cõgregauit principes ci
21 uitatis, & aſcendit in domum domini. ¶ Et
adduxerũt tauros ſeptem, & arietes ſeptẽ,
& agnos ſeptem, & hircos caprarũ ſeptem
pro peccato, pro regno, & pro ſanctitate,
& pro Iehudáh, dixitq; filijs Aharón ſacer-
dotibus, ut offerrent ſuper altare domini.
22 ¶ Et mactauerunt boues, & ſuſcæperũt ſa-
cerdotes ſanguinẽ, & aſperſerunt ſuper al-
tare, & mactauerunt arietes, & aſperſerunt
23 ſanguinẽ ſuper altare. ¶ Et applicuerũt hir
cos pro peccato coram rege, & cœtu, impo
24 ſueruntq; manus ſuas ſuper eos. ¶ Et macta-
uerunt eos ſacerdotes, & expiauerunt ſan-
guinem eorum ſuper altare ad expiãdũ uni
uerſum Iſrael, quia ꝓ omni Iſrael dixit rex
25 holocauſtũ & ſacrificiũ pro peccato. ¶ Et
ſtatuit Leuitas in domo domini cum cymba
lis, pſalterijs, & citharis, iuxta præceptũ Da
uid regis, & Ghád uidẽtis regis, & Nathán
prophetæ, quia per manum domini præce-
26 ptum, per manũ prophetarũ eius. ¶ Stete-
runtq; Leuitæ cum inſtrumẽtis muſicis Da-
27 uid, & ſacerdotes cũ tubis. ¶ Et dixit Chiz
chiiahu, ut offerrent holocauſtũ ſup altare.
Et ĩ tpe quo cœpit holocauſtũ cœpit cãticũ
dñi, & tubæ, & per manus inſtrumẽtoꝝ Da
28 uid regis Iſrael. ¶ Et omnis cœtus adora-
bant, & canticum cantoris & tubæ clange-
29 bãt oẽs donec perficerẽt holocauſtũ. ¶ Et
cum perfeciſſent offerre, incuruauerunt ſe
rex, & omnes qui inuenti ſunt cum eo, &
30 adorauerunt. ¶ Et dixit Iechizchiiáhu rex
& principes Leuitis, ut laudarent dominum
uerbis Dauid, & Aſáph uidentis. Et lauda-
uerunt uſq; ad lætitiam, & incuruati ſunt, &
31 adorauerunt. ¶ Et reſpondit Iechizchiiá-
hu, & dixit. Nunc impleſtis manum ueſtrã
domino. Accedite, & adducite uictimas, &
laudes in domo domini. Et attulerunt cœ-
tus uict.mas, & laudes, & omnis uolunta-
32 rius corde holocauſta. ¶ Et fuit numerus
holocauſti quod attulerũt cœtus, boues ſe-
ptuaginta, arietes cẽtum, agnos ducẽtos in
holocauſtum domino, omnia hæc, & ſancti-
ficationes, boues ſexcẽtos, & pecudes tria
33 milia. ¶ Verũtamen ſacerdotes erant pau-
ci, & non poterant excoriare holocauſta, &
iuuarunt eos fratres eorum Leuitæ donec cõ
ſumaretur opus, donecq; ſanctificarent ſe
ſacerdotes. Leuitæ enim erant recti corde,
34 ut ſanctificarent ſe præ ſacerdotibus. ¶ Et
etiam holocauſtum pro multitudine cũ adi-
pibus pacificorum, & libaminibus ad holo-
cauſtum, & præparatum eſt miniſteriũ do-
35 mus domini. ¶ Et lætatus eſt Iechizchiiá-
hu, & omĩs populus, eo ꝙ præparaſſet deus
populo, quia repente fuit res.

Capitulum. 30.

1 MIſit aũt Iechizchiiáhu ad oẽm
Iſraél, & Iehudáh, & etiã epi
ſtolas ſcripſit ad Ephráim, &
Menaſſéh, ut uenirent ad do-
mum domini in Ieruſaláim, ut
facerent péſach domino deo
2 Iſrael. ¶ Et conſiliatus eſt rex, & princi-
pes eius, & omnis cœtus in Ieruſalaim, ut
3 facerent péſach menſe ſecundo. ¶ Non eñi
poterant facere illud tẽpore ipſo, quia ſacer
dotes non erant ſanctificati ad ſufficientiã;
& populus non erat congregatus in Ieruſa
4 láim. ¶ Et placuit uerbum in oculis regis,
5 & in oculis omnis cœtus. ¶ Et ſtatuerunt
uerbum, ut tranſire facerent uocem in uni-
uerſum Iſrael à Beerſébah uſq; Dan, ut ueni
rent ad faciendũ péſach domino deo Iſraél
in Ieruſaláim, quia non propter multitudi-
6 nem fecerunt ſicut ſcriptum eſt. ¶ Perrexe
runtq; curſores cum epiſtolis de manu eius,
& principũ eiꝰ in uniuerſum Iſraél, & Iehu-
dáh, & iuxta præceptũ regis, dicendo. Filij
Iſrael reuertimini ad dominũ deũ Abrahám
Iſchác, & Iſrael. Et reuertetur ad eos q euaſ-
7 ſerunt uobis è manu regis Aſſúr. ¶ Et ne ſi-
tis ſicut patres ueſtri, & fratres ueſtri, qui
præuaricati ſunt in dominũ deum patrum
ſuorum, & tradidit eos in deſolationẽ, quẽ-
8 admodum cernitis. ¶ Nũc ne induretis cer
uicem ueſtram, ſicut patres ueſtri. Date ma-
num domino, & uenite ad ſanctuariũ, quod
ſanctificauit in ſæculum, & ſeruite domino
deo ueſtro, & auertetur à uobis ira furoris
9 eius. ¶ Quia cum reuerſi fueritis ad domi-
num fratres ueſtri, & filij ueſtri miſericor-
diam conſequentur coram eis qui captiuos
duxerunt eos, ut reuertant ad terram hanc,
quia clemens, & miſericors eſt dominus

deus noſter, & non remouebit faciem à uo-
10 bis ſi reuerſi fueritis ad dominũ. ¶ Et curſo
res tranſierunt de ciuitate in ciuitatem p ter
tam Ephráim. & Menaſſéh, uſq; ad Zebulún.
11 Et irridebant eos, & ſubſannabant. ¶ Attñ
uiri de Aſér, & Menaſſéh, & Zebulún humi-
12 liauerũt ſe, & uenerũt in Ieruſaláim. ¶ Etiã
in Iehudáh fuit manus dei, ut daret eis cor
unum ad faciendum præceptũ regis, & prin
13 cipum iuxta uerbum dñi. ¶ Congregatiq;
ſunt in Ieruſaláim pplſ multus, ut facerẽt ſo
lẽnitatem infermẽtatorum mẽſe ſecũdo cœ
14 tus multus ualde. ¶ Et ſurrexerũt, & remo
uerunt altaria quæ erãt in Ieruſaláim, & al-
taria ſuffimenti remouerunt, & proiecerunt
15 in torrentẽ Chidrón. ¶ Et imolauerunt Pé
ſach quarta decima menſis ſecundi. Sacerdo
tes, & Leuitæ, pudore erant affecti, & ſancti-
ficauerunt ſe, & adduxerunt holocauſta ĩ do
16 mũ dñi. ¶ Et ſteterunt in loco ſuo ſcd'm mo
rem ſuum, ſcd'm legem Moſéh uiri dei ſacer-
dotes ſpargebant ſanguinem de manu Leui-
17 tarum. ¶ Quia multi erant in cœtu, qui nõ
ſanctificauerant ſe, & Leuitæ erant ſup imo-
latione Peſachim pro oĩ nõ mundo ad ſctifi-
18 candum dño. ¶ Quia multitudo ppli mul-
titudo de Ephráim, & Menaſſéh, Iſaſchár, &
Zebulún non mũdauerant ſe. Sed comederũt
Péſach non ſecundum ꝙ ſcriptũ eſt. Sed ora
uit Iechizchiiáhu pro eis dicendo. Dominus
19 bon' expiabit eũ. ¶ Qui omne cor ſuũ pa-
rauit ad quærendum deum dominum deum
patrum ſuorum, q̃q; non eſt purificatus ſe-
20 cundum purificationem ſanctitatis. ¶ Et
exaudiuit dominus Iechizchiiáhu, & ſana-
21 uit pplm. ¶ Feceruntq; filij Iſraél qui inuen
ti ſunt in Ieruſaláim ſolennitatẽ infermenta
torum ſeptẽ diebus cum lætitia magna, &
laudabant dñm per ſingulos dies Leuitæ, &
ſacerdotes cum inſtrumentis ſonoris domi-
22 no. ¶ Locutuſq; eſt Iechizchiiáhu ad cor
omnium Leuitarum intelligentium intelle-
ctum bonum domino, & comederunt ſolen-
nitatem ſeptem diebus, immolantes uicti-
mas pacificorum, & cõfitentes domino deo
23 patrum ſuorum. ¶ Et decreuerunt omnis
cœtus facere ſeptem dieb' alijs, & fecerunt
24 ſeptem dieb' cum lætitia. ¶ Quia Chizchi
iáhu ſeparare fecit cœtui mille tauros, & ſe-
ptem milia ouium. Principes uero ſeparaue
runt cœtui tauros mille, & oues decẽ milia.
Et ſanctificauerunt ſe ſacerdotes in multitu-
25 dine. ¶ Et lætati ſunt omnis cœtus Iehudáh
& ſacerdotes, & Leuitæ, & omnis cœtus qui
uenerant de Iſraél. Et peregrini qui uenerũt
de terra Iſraél, & habitantes in Iehudáh.
26 ¶ Et fuit lætitia magna in Ieruſaláim, quia
à diebus Selomóh filij Dauid, regis Iſraél,
27 non fuit ſimilis in Ieruſaláim ¶ Surrexerũt
autem ſacerdotes, & Leuitæ, & benedixerũt
populo, & exaudita eſt uox eorum, & uenit
oratio eorum ad habitaculum ſanctitatis ei'
ad cœlum.

Capitulum. 31.

1 ET cum perfeciſſent totum hoc
egreſſi ſunt omnis Iſraél q inue-
uenti ſunt in urbibus Iehudáh
& fregerunt ſtatuas, & ſucci-
derunt lucos, & demoliti ſunt
excelſa, & altaria de uniuerſo
Iehudáh, & Biniamin, & in Ephráim, & Me
naſſéh donec conſumerent. Reuerſiq; ſunt
omnis filij Iſraél unuſquiſq; ad poſſeſſionem
2 ſuam ad urbes ſuas. ¶ Et ſtatuit Iechizchi-
iáhu diuiſiones ſacerdotum, & Leuitarum ĩ
diuiſionibus ſuis unumquemq; ſecũdum mi
niſterium ſuum, ſacerdotes, & Leuitas ad ho
locauſtum, & pacifica ad miniſtrandum, &
confitendum, & laudandum in portis caſtro
3 rum domini. ¶ Pars autem regis de ſubſtã
tia eius ad offerendum holocauſta mane, &
ueſpere, & holocauſta ſabbatis, & Kalendis
& ſolemnitatibus ſicut ſcriptum eſt in lege
4 domini. ¶ Et dixit populo habitatoribus Ie
ruſaláim, ut darẽt partem ſacerdotum, & Le
uitarum, ut confortarentur in lege domini.
5 ¶ Et cum multiplicata eſſet res, multiplica
uerunt filij Iſraél primitias frumenti, uini, &
olei, & mellis, & omnis fructus agri, & deci
mam omniũ in multitudinem adduxerunt.
6 ¶ Et filij Iſraél, & Iehudáh, etiam ipſi deci
mam boum, & pecudum, & decimam ſancti
tatum quæ ſanctificata erãt domino deo ſuo
adduxerunt, & poſuerunt aceruatim.
7 ¶ Menſe tertio cœperunt aceruos fundare
8 & menſe ſeptimo cõſumauerũt. ¶ Et uene-
runt Iechizchiiáhu, & principes, & uiderũt
aceruos, & benedixerunt domino, & popu-
9 lo eius Iſraél. ¶ Et inquiſiuit Iechizchiiá-
hu à ſacerdotibus, & Leuitis de aceruis.
10 ¶ Et dixit ad eum Hazariáhu ſacerdos pri
mus de domo Sadóc, & dixit. A tẽpore quo
incœperunt oblatiões adducere ad domum
domini comedimus, & ſaturati ſum', & ſu
pfuerũt uſq; ad multitudinẽ, q a dñs bñdixit
pplo ſuo, & ſupereſſe fecit multitudinẽ hãc

11 ¶ Et dixit Iechizchiiáhu, ut pararēt gazo-
12 philacia ī domo dñi. Et parauerūt. ¶ Et ad
duxerūt primitias, & decimas, & ſancta fide
liter. Et ſuper ea erat dux Chananiáhu Leui-
13 ta, & Simhi fr eius ſecundus. ¶ Et Iechiél,
& Hazatiáhu, & Natháth, & Hazahél, & Ie
rimóth, & Ioſabád, & Eliél Iſmachiahu, &
Máchath, & Benaiáhu ꝓpoſiti de manu Cha
naniáhu, & Simhi fratris eius ſcd'm imperiū
Iechizchiiahu regis, & Hazariáhu ducis do
14 mus dei ¶ Choré uero filius Imnáh Leuites
ianitor ad orientem erat ſup ſponte oblata,
ad dandum primitias domini, & ſancta ſan-
15 ctorum. ¶ Et ad manum eius Héden, & Mi
niamin, & Ieſuáh, & Semahaiáhu, Amariáhu
& Secheniáhu in ciuitatibus ſacerdotum fi
deliter, ut darent fratrib' ſuis ſecundū diui-
16 ſiones ſicut magno ſic paruo. ¶ Præter pro
geniem eorum maſculis à filio trium annoꝝ
& ſupra oī ingredienti domū dñi, p ſingulos
dies ſecūdum miniſterium eorum, ſcd'm ob
17 ſeruationes eorum in diuiſionib' ſuis. ¶ Et
progeniem ſacerdotum p domū patrū ſuo-
rum, & Leuitarum à filio uiginti annorū, &
ſupra ſecundū obſeruatiōes ſuas in diuiſiōi
bus ſuis, & progeniem in cunctis paruulis
coꝝ uxoribus coꝝ, & filijs eorū, & filiabus
eorū, oī cœtui, quia in fide coꝝ ſe ſctificabāt
18 in ſanctitate. ¶ Et filijs Aharón ſacerdoti-
bus in agro ſuburbano urbium eorū, in ſin-
gulis ciuitatib' uiri qui cognominati ſunt p
noīa, ut darent partes oī maſculo, tam de ſa
cerdotibus, & omni progeniei q̄ de Leuitis.
19 ¶ Et fecit ſic Iechízchiiáhu in oī Iehudáh.
Et fecit bonū, & rectum, & uerum corā dño
20 deo ſuo. ¶ Et in oī opere qd' cœpit in mini-
ſterio domus dei, & in lege, & præcepto, ut
quæreret deum ſuū toto corde ſuo, fecit, &
proſperatus eſt.

Capitulum.32.

1 POſt hæc, & ueritatem horū uenit
Sancherib rex Aſſúr, & ingreſſus ē
Iehudah, & caſtrametat' eſt contra
ciuitates munitas. Et dixit, ut diui
2 deret eas ad ſe ¶ Et uidit Iechizchiiáhu ꝙ
uenit Sancherib, & ꝙ facies eius eſſet ad bel
lum contra Ieruſaláim, & conſuluit cū prin
cipibus ſuis, & potētibus ſuís, ut obturarēt
aquas fōtiū, q erāt extra ciuitātē, & adiuuerūt
3 eū. ¶ Et cōgregati ſunt ppl's mult', & clau
ſerunt oēs fontes, & torrentē inūdantem in
medio terræ dicendo. Vt qd ueniēt reges Aſ
4 ſúr, & inuenient aquas multas? ¶ Et cōfor-
tatus eſt, & ædificauit oēm murū dirutū, &
reparauit turres, & forinſec' murum altum.
Et roborauit Milló urbē Dauid, & fecít gla-
5 dios in multitudinem, & clypeos. ¶ Et po-
ſuit principes bellorū ſup ppl'm, & cōgrega
uit eos ad ſe, ad plateam portæ ciuitatis, &
6 locutus eſt ad cor eorū dicendo. ¶ Cōforta
mini, & roboremini, ne timeatis, & ne pa-
ueatis à facie regis Aſſúr, & à facie uniuerſæ
multitudinis q̄ eſt cum eo, qa nobiſcū plures
7 ſunt q̄ cum illo. ¶ Cū ipſo eſt brachiū car-
nis, nobiſcum uero eſt dñs deus noſter, ut ad
8 iuuet nos, & pugnet bella nr̄a. ¶ Et confir-
mauit ſe popl's propter uerba Iechizchiiáhu
9 regis Iehudáh. ¶ Poſt hac míſit Sancherib
rex Aſſúr ſeruos in Ieruſaláim. (Et ipſe erat
cōtra Lachis, & oīs ptās eius erat cum illo)
ad Iechizchiiáhu regem Iehudáh, & ad oēm
10 Iehudáh q erat in Ieruſaláim dicēdo. ¶ Sic
dixit Sancherib rex Aſſúr. Cui fiditis, & ma
11 neris in obſidione in Ieruſaláim. ¶ Nonne
Iechízchiiáhu ſeducit nos, ut tradat nos ad
moriendum fame, & ſiti dicendo, dñs deus
12 noſter eruet nos è manu regis Aſſúr? ¶ Non
ne ipſe Iechizchiiáhu remouit excelſa ei': &
altaria eius, & dixit ipſi Iehudáh, & Ieru-
ſaláim dicēdo, coram altari uno adorabitis,
13 & ſuper illud ſuffietis? ¶ Nonne cognoſci-
tis quid feci ego, & p̄res mei oībus populis
terrarum? Nūquid potentes potuerūt dij gē
tium terrarū eruere terrā ſuam è manu mea?
14 ¶ Quis fuit īter uniuerſos deos gētiū iſtaꝝ
quas occiderūt p̄res mei, qui potuerit erue
re ppl'm ſuum è manu mea, ut poſſit deus ur̄
15 eruere nos è manu mea? ¶ Et nunc ne ſedu-
cat uos Chízchiiáhu, & ne pſuadeat uobis ſī
mile, & ne credatis ei. Si non potuit oīs de'
oīs gens, & regnum eruere ppl'm ſuū è manu
mea, & è manu patrū meoꝝ, q̄to magis de'
16 ueſter non eruet uos è manu mea? ¶ Et ad-
huc locuti ſunt ſerui eius contra dñm deum,
17 & contra Iechizchiiáhu ſeruum eius. ¶ Et
epiſtolas ſcripſit probris afficiēdo dñm deū
Iſraél, & dicendo contra eum dicēdo. Sicut
dij gentiū terrarū qui nō eruerunt ppl'm ſuū
è manu mea, ſic nō eruet de' Iechizchiiáhu
18 ppl'm ſuū è manu mea. ¶ Et clamauerūt uo-
ce magna Iehudaice contra ppl'm qui erat ſu
per murū, ut timerent, & terrerent eos, ut ca
19 perent ciuitatem. ¶ Et locuti ſunt contra
deum Iſraél, ſicut cōtra deos populoꝝ terræ
20 opus manuum hoīs. ¶ Et orauit Iechizchí
iáhu rex, & Ieſahaiáhu filius Amós prophe-
ta contra hoc, & uociferati ſunt ad cœlum.
21 ¶ Et miſit dominus angelum, & excidit
omnem potentem exercitus, & ducem, &
principem, in caſtris regis Aſſúr, reuerſuſq;

eſt cum rubore multus in terram ſuam,& in-
greſſus eſt domū dei ſui, & egreſſi è uiſceri-
22 bus eius ſibi interemerūt eum gladio. ¶ Ser
uauitq́ dñs Iechizchiiáhu,& habitatores Ie
ruſaláim è manu Sancherib regis Aſſúr,& è
manu oīm ,& portauit eos, ut non timerent
23 ab ijs qui erant in circuitu. ¶ Et multi affe-
rebant munera domio in Ieruſaláim, & præ
cioſa Chizchiiáhu regi Iehudáh,& exaltat'
24 eſt in oculis oīm gētium poſt hac. ¶ In die-
b' illis ægrotauit Chizchiiáhu uſq́ ad mor-
tē,& orauit ad dñm. Et dixit ei, & portentū
25 dedit ei. ¶ Et nō ſecūdū retributionē ſibi fa
ctam, reddidit Iechizchiiáhu, q̄a eleuatū eſt
cor eius,& fuit contra eum ira,& cōtra Iehu
26 dáh,& Ieruſaláim ¶ Et humiliauit ſe Iechiz
chiiáhu ab elatione cordis ſui, ipſe, & habi-
tatores Ieruſaláim, & non uenit ſup eos ira
27 dñi in diebus Iechizchiiáhu. ¶ Et fuerunt
ipſi Iechichiiáhu diuitiæ,& gloria multa ual
de,& theſauros fecit ſibi argenti,& auri,&
lapidum precioſorum,& aromatum,& cly-
peorum,& oīm uaſorum cōcupiſcibilium.
28 ¶ Et apothecas fructus frumēti,& uini, &
olei,& præſepia ſingulis iumentis,& gregi
29 bus præſepia. ¶ Et urbes fecit ſibi,& gre-
ges pecudum,& boues in multitudinē. De-
30 dit enī ei deus ſubſtantiā multā ualde. ¶ Et
ipſe Iechizchiiáhu obturauit exitum aquarū
Ghichón ſuperiorem, & direxit eas ſubter
ad occidentem urbis Dauid,& proſperatus
31 eſt Chizchiiáhu in oī opere ſuo. ¶ Et ſic p-
pter principes pricipum Babel miſſos ad eū
ut quærerent de portento qđ fuerat in terra
dereliquit eum deus,ut tētaret eū,ut ſcirent
32 oīa quæ erant in corde ei'. ¶ Reſidua autē
Iechizchiiáhu, & miſ eius, ecce ſcripta ſunt
in uiſiōe Ieſahaiáhu filij Amós prophetæ , in
33 libro regum Iehudáh,& Iſrael. ¶ Et dormi
uit Iechizchiiáhu cum patribus ſuis,& ſepe
lierunt eum in excelſo ſepulchro filiorū Da
uid,& gloriam fecerunt ei mortuo ipſo oīs
Iehudáh,& habitatores Ieruſaláim. Et regna
uit Menaſſéh filius eius p eo.

Capitulum:33.

1 DVodecim annorū erat Me-
naſſéh quum regnauit, &
quinquaginta,& quinq́ an
nis regnauit in Ieruſaláim.
2 ¶ Et fecit malum ī oculis
domini iuxta abominatio-
nes gentium quas expulit dominus à facie
3 filiorum Iſraél. ¶ Et conuerſus eſt,& ædifi
cauit excelſa quæ diruerat Iechizchiiáhu pr̄
4 eius. ¶ Et erexit aras ipſi Behalim, & fecit
lucos,& incuruauit ſe omni militiæ cœli, &
5 ſeruiuit eis ¶ Et ædificauit altaria in domo
domini de qua dixerat dñs,in Ieruſaláim erit
nomen meum in ſæculum,& ædificauit alta
ria cuncto exercitui cœli in duob' atrijs do-
6 mus domini. ¶ Et tranſire fecit filios ſuos p
ignem in ualle filij Hinnóm,& obſeruabat te
pora,& augurabat, & diuinationibus ope-
rā dabat,& fecit Pythones,& magos multi-
plicauit ut faceret malum in oculis domini,
7 ad irritandum eum. ¶ Et poſuit ſculptile,
idolum quod fecerat in domo dei, de qua di
xit deus ad Dauid,& ad Selomóh filium ei'
in domo hac, & in Ieruſalaim quā elegi de
cunctis tribub' Iſraél, ponam nomē meū in
8 ſæculum. ¶ Et nō addam remouere pedem
Iſraél à terra quam ſtatui patribus eorum,
dumtaxat ſi cuſtodierint,ut faciant omnia q̄
præcepi eis,omnem legem,& ſtatuta,& iu-
9 dicia per manū Moſéh. ¶ Et errare fecit Me
naſſéh,Iehudáh,& habitatores Ieruſaláim,
ut facerent malum præ gentib',quas perde
re fecit dominus à facie filiorum Iſraél.
10 ¶ Locutus eſt autem dominus ad Menaſſéh
& ad populum eius, & non attenderunt.
11 ¶ Et adduxit dominus ſuper eos principes
exercitus qui erant regi Aſſúr,& cæperunt
Menaſſéh in abditis,& uinxerunt eum cōpe
12 dibus,& abire fecerūt eū in Babél ¶ Et cū
anguſtijs eſſet affectus,orauit faciem domi-
ni dei ſui, & humiliauit ſe ualde à facie dei
13 patrum ſuorum. ¶ Et orauit ad eum,& exo
rabilis fuit ei, & exaudiuit deprecationem
eius,& reduxit eum in Ieruſalaim in regnū
ſuum,& cognouit Menaſſéh q' domin' ipſe
14 eſſet deus. ¶ Et poſt hoc ædificauit murum
extra ciuitatem Dauid ad occidentem Ghi-
chón in torrente,& ad introitum in porta pi
ſcium,& circumdedit muro arcem,& exalta
uit eam ualde,& poſuit principes exercitus
in cunctis ciuitatibus munitis in Iehudáh.
15 ¶ Et remouit deos alienos,& ſimulachrum
è domo domini,& omnes aras quæ ædifica
uerat in monte domus domini, & in Ieruſa-
16 láim,& proiecit extra urbem. ¶ Et ædifica
uit altare domini, & immolauit ſuper illud
uictimas pacificorum, & confeſſionem, di-
xitq́ Iehudáh,ut ſeruiret domio deo Iſraél.
17 ¶ Attamē adhuc populus immolabat in ex
18 celſis, dumtaxat domino deo ſuo. ¶ Reſi-
dua autem Menaſſéh & oratio eius ad deum
ſuum, & uerba uatum qui loquebantur ad
eum nomine domini dei Iſraél , ecce ſunt in

19 uerbis regum Iſrael. ¶ Et oratio eius,&
quomodo exorabilis fuit ei deus,& oẽ pec-
catum eius,& præuaricatio eius,& loca in
quib⁹ ædificauit excelſa,& ſtatuit lucos,&
ſculptilia antequã humiliaret ſe, ecce ſcripta
20 ſunt in uerbis Chuzái. ¶ Dormiuitq; Me-
naſſéh cum patribus ſuis,& ſepelierunt eum
in domo ſua,& regnauit Amón filius ei⁹ pro
21 eo. ¶ Viginti,& duorum annorũ erat Amõ
quum regnauit,& duobus annis regnauit i
22 Ieruſaláim. ¶ Et fecit malum in oculis do-
mini,quemadmodum fecerat Menaſſéh pa-
ter eius,& cunctis ſculptilibus quæ fecerat
Menaſſéh pater eius immolauit Amón,& ſer
23 uiuit eis. ¶ Et non humiliauit ſe à facie do-
mini,quemadmodum humiliauerat ſe Me-
naſſéh pater eius, ſed ipſe Amón multiplica
24 uit delictum. ¶ Et coniurauerunt contra
eum ſerui eius,& interfecerunt eum in do-
25 mo ſua. ¶ Et percuſſerunt populus terræ
omnes qui coniurauerant cõtra regẽ Amón,
& regna re fecerunt populus terræ Ioſiiahu
filium eius pro eo.

Capitulum 34.

1 OCto annorũ erat Ioſiiáhu quũ
regnauit,& trigĩta,& uno an
no regnauit in Ieruſaláim.
2 ¶ Et fecit rectum in oculis
domini, & ambulauit in uijs
Dauid patris ſui,& non decli
3 nauit ad dexteram,& ſiniſtrã. ¶ Octauo au
tem anno quo regnauit,& ipſo adhuc exiſtẽ
te puero,cœpit quærere deum Dauid patris
ſui,& duodecimo anno cœpit mundare Ie-
hudáh,& Ieruſaláim ab excelſis,& lucis,&
4 ſimulacris,& ſculptilibus. ¶ Deſtruxe-
runtq; corã eo aras Behalim,& ſimulachra
q̃ erant ſuper eis demoliri fecit,& lucos,&
ſimulachra,& ſculptilia contriuit,& com-
minuit,& ſparſit in ſuperficie ſepulchrorũ
5 immolantium eis. ¶ Et oſſa ſacerdotum cõ-
buſſit ſuper altaria,mundauitq; Iehudáh,&
6 Ieruſaláim. ¶ Et in urbibus Menaſſéh,&
Ephráim & Simhón uſq; ad Naphthali,mal
7 leis ſuis per circuitum. ¶ Demolitus eſt al-
taria,& lucos,& ſimulachra contriuit com-
minuendo,& omnia ſimulachra excidit in
omni terra Iſrael,& reuerſus eſt Ieruſaláim.
8 ¶ Anno autem octauo decimo quo regna-
uit,quo mundauit terram,& domum miſit
Saphán filium Aſaliahu,& Mahaſeiahu prĩ-
cipem ciuitatis,& Ioách filium Ioacház in
commentarijs ad roborandum domum do-
9 mini dei ſui. ¶ Et uenerunt ad Chilchiiáhu
ſacerdotem magnum,& dederunt argentũ
illatum in domum dei, quod cõgregauerãt
Leuitæ cuſtodes liminis de manu Menaſſéh,
& Ephráim,& de uniuerſo reſiduo Iſrael,&
ab omni Iehudáh,& Biniamin,& habitato-
10 ribus Ieruſaláim. ¶ Et tradiderũt manu fa-
cientium opus,qui præfecti erant in domo
domini,& tradiderunt illud factores operis
qui faciebant in domo domini, ut ſarcirent
11 & ad roborandum domum. ¶ Et dederunt
artificibus,& cementarijs ut emerent lapi-
des exciſos,& ligna ad commiſſuras,& ad
contiguandum domos quas deſtruxerãt re-
12 ges Iehudah. ¶ Et uiri faciebant fideliter
in opere,& ſuper eos cõſtituti erant Iáchath
& Hobadiáhu Leuitæ de filijs Merari,& Ze
chariáh,& Meſſullám de filijs Chehathim ad
urgendum,& Leuitæ omnis intelligens in
13 inſtrumento muſico. ¶ Et ſuper baiulos,&
ſollicitatores,omnem faciẽtem opus in quo
libet opere erant de Leuitis ſcribæ,& præfe
14 cti,& ianitores. ¶ Et cum educerent argẽ-
tum quod illatum fuerat in domo domini,
repperit Chilchiiáhu ſacerdos librum legis
15 domini per manum Moſéh. ¶ Et reſpondit
Chilchiiáhu,& dixit ad Saphán ſcribam. Li
brum legis repperi in domo domini. Et tra-
didit Chilchiiahu librum ipſi Saphán.
16 ¶ Et adduxit Saphán librum ad regem,&
retulit adhuc regi rem dicendo. Omne quod
datum eſt in manu ſeruorum tuorum faciũt.
17 ¶ Et conflauerunt argentum quod inuen-
tum eſt in domo domini,& tradiderunt il-
lud manui præpoſitorum,& manui faciẽtiũ
18 opus. ¶ Et nunciauit Saphán ſcriba regi di
cendo. Librum dedit mihi Chilchiiáhu ſa-
cerdos. Et legit in eo Saphán coram rege.
19 ¶ Et fuit,quum audiſſet rex uerba legis,
20 ſcidit ueſtimenta ſua. ¶ Et præcepit rex
Chilchiiahu,& Achichám filio Saphán,&
Habdón filio Micháh,& Saphán ſcribæ,&
21 Haſaiáh ſeruo regis dicendo. ¶ Ite,quæ-
rite dominum pro me,& pro reſiduo in Iſ-
raél,& in Iehudáh ſuper uerbis libri qui re-
pertus eſt, quia magnus furor domini,qui
ſtillauit in nos,eo quod non cuſtodierunt pa
tres noſtri uerbum domini,ut facerent iux-
ta omne quod ſcriptum eſt in libro hoc.
22 ¶ Et abijt Chilchiiahu,& qui erant regis
ad Chuldáh prophetem uxorem Sallúm fi-
lij Tocháth,filij Chaſráh,cuſtodis ueſtiũ,&

ipſa habitabat in Ieruſaláim in ſecũda, & lo
23 cuti ſunt ad eam iuxta hoc. ¶ Et dixit eis.
Sic dixit dñs deus Iſraél. Dicite uiro q̃ mi-
24 ſit uos ad me. ¶ Sic dixit dñs. Ecce ego ad-
duco malũ ſuper locum iſtum, & ſuper habí
tatores eius, oĩa maledicta quæ ſcripta ſunt
in libro quem legerũt coram rege Iehudáh.
25 ¶ Pro eo ꝙ dereliquerũt me, & ſuffiuerũt
dijs alienis, ut irritarent me in cũctis operi-
bus manuũ ſuarum, & ſtillabit furor meus
26 in loco iſto, & non extinguet. ¶ Et ad regẽ
Iehudáh qui mittit uos ad inquirẽdũ dñm,
ſic dicetis. Sic dixit dñs deus Iſraél, uerba
27 quæ audiſti. ¶ Pro eo ꝙ emollitum eſt cor
tuũ, & humiliaſti te à facie dei, quũ audires
uerba eius cõtra locũ iſtum, & contra habí-
tatores eius, & humiliaſti te corã me, & ſci-
diſti ueſtimẽta tua, & fleuiſti coram me, &
28 etiã ego, dixit dñs. ¶ Ecce ego colligã te
ad patres tuos, & congregabis te ad ſepul-
chrum tuum in pace, & non uidebunt oculi
tui omne malũ quod ego adduco contra lo-
cum iſtum, & cõtra habitatores eius. Et re-
29 tulerunt regi uerbũ. ¶ Et miſit rex, & con-
gregauit omẽs ſeniores Iehudáh, & Ieruſa-
30 láim. ¶ Et aſcendit rex in domũ dñi, & oĩs
uir Iehudáh, & habitatores Ieruſaláim, &
ſacerdotes, & Leuitæ, & om̃is populus à ma
gno uſqꝫ ad paruũ. Et legit in auribus eorũ
omnia uerba libri fœderis qui repertus eſt
31 in domo dñi. ¶ Et ſtetit rex in loco ſuo, per
cuſſitqꝫ fœdus corã dño, ut ambularet poſt
dominũ, & cuſtodiret præcepta eius, & te-
ſtimonia eius, & ſtatuta eius toto corde ſuo,
& tota anima ſua, faceretqꝫ uerba fœderis,
32 quæ ſcripta ſunt in libro hoc. ¶ Et ſtare fe-
cit omnẽ qui repertus eſt in Ieruſaláim, &
Biniamin, & fecerũt habitatores Ieruſaláim
33 iuxta pactum dei, dei patrũ ſuorũ. ¶ Et re-
mouit Ioſiiáhu oẽs abominationes de uni-
uerſis terris quæ erãt filiorum Iſraél, & ſer-
uire fecit omnem qui repertus eſt in Iſraél,
ut ſeruirent domino deo ſuo cunctis diebus
ſuis non receſſerunt à domino deo patrum
ſuorum.

Capitulum.35.

1 FEcit autem Ioſiiáhu in Ieruſa-
láim péſach domino, & immo
lauerunt péſach quartadeci-
2 ma menſis primi, ¶ Et conſti
tuit ſacerdotes ĩ cuſtodijs ſuis
& cõfortauit eos ĩ miniſterio
3 domus domini. ¶ Dixitqꝫ Leuitis intellige
re facientibus uniuerſum Iſraél q̃ ſancti erãt
dño. Ponite arcam ſanctuarij in domo quam
ædificauit Selomóh filius Dauid rex Iſraél.
Non erit uobis onus in humero. Nunc ſerui-
te domino deo ueſtro, & populo eius Iſraél.
4 ¶ Et præparate uos per domum familiarũ
ueſtrarũ in diuiſionib' ueſtris, ſecũdum qđ
ſcripſit Dauid rex Iſraél, & ſecũdũ ſcriptu
5 ram Selomóh filij ei'. ¶ Et ſtate in ſanctua-
rio ſecundũ diuiſionẽ domus patrum fratrũ
ueſtrorũ filiorũ populi, & diuiſionẽ domus
6 patris Leuitarũ. ¶ Et immolate péſach, &
ſctificate uos, & præparate fratres ueſtros,
ut faciant iuxta uerbum domini, per manũ
7 Moſéh. ¶ Et largitus eſt Ioſiiáhu filijs po-
puli oues, & agnos, & filios caprarũ, oĩa ꝑ
peſachím, oĩ q̃ repert' eſt ſcđm numerũ tri-
ginta milia, & boũ tria milia. Hæc de ſub-
8 ſtantia regis. ¶ Et principes eius ſponte po
pulo, ſacerdotib', & Leuitis largiẽrũt Chil
chiiáhu, & Zechariáhu, & Iechiel duces do
mus dei ſacerdotibus dederunt pro peſa-
chím duo milia, & ſexcenta, & boues trecẽ
9 tos. ¶ Chonaniáhu autem, & Semahaiáhu
& Nethanél fratres eius, & Chaſabiáhu, &
Iehiél, & Iozabád principes Leuitarum lar-
giti ſunt Leuitis pro peſachím quinqꝫ milia
10 pecudes, & boues quingentos. ¶ Et præ-
paratum eſt miniſterium, & ſteterunt ſacer-
dotes in loco ſuo, & Leuitæ in diuiſionibus
11 ſuis, iuxta præceptum regis. ¶ Et immola-
uerũt péſach, & aſperſi ſunt ſacerdotes ſan-
12 guine eorũ, & Leuitæ decorticabãt ea. ¶ Et
remouerunt holocauſtum, ut darent ea ſe-
cundum diuiſiones domus familiarum filio-
rum populi, ut offerrent domino ſicut ſcri-
ptum eſt in libro Moſéh. Et ſic de bobus.
13 ¶ Et coxerunt péſach igne iuxta normam,
& ſancta coxerunt in ollis, & ahenis, & le-
betibus, & currere fecerunt ad uniuerſos fi
14 lios populi. ¶ Et poſtea parauerunt ſibi,
& ſacerdotibus. Nam ſacerdotes filij Aha-
rón in offerendo holocauſtum, & adipes fue
runt uſqꝫ ad noctem, & Leuitæ parauerunt
15 eis, & ſacerdotibus filijs Aharón. ¶ Et can
tores filij Aſáph erant in gradu ſuo, iuxta
præceptum Dauid, & Aſáph, & Hemán, &
Iedutún uatis regis, & ianitores in ſingu-
lis portis. Non erat eis recedendum à mi-
niſterio ſuo, quia fratres eorum Leuitæ pa-
16 rauerunt eis. ¶ Et paratum eſt omne mi-
niſterium domini in die illa, ut facerent pé-
ſach, & offerrent holocauſta ſuper altare do
mini iuxta præceptum regis Ioſiiáhu.

17 ¶ Feceruntq́ filij Iſraél qui reperti ſunt pé
ſach in tẽpore illo, & ſolẽnitatem infermen
18 tatorum ſeptem diebus. ¶ Et non eſt factũ
péſach ſimile in Iſraél à dieb⁹ Semuel uatis.
Et omnes reges Iſraél non fecerũt ſicut pé-
ſach qđ fecit Ioſiiáhu, & ſacerdores & Le-
uitæ, & oĩs Iehudah, & Iſraél, qui repertus
19 fuerat, & habitatores Ieruſaláim. ¶ Octa-
uo decimo anno regni Ioſiiahu factũ eſt pé-
20 ſach hoc. ¶ Poſt totũ hoc quod præparauit
Ioſiiáhu domũ, aſcẽdit Nechó rex Aegypti,
ut pugnaret in Charchemis, iuxta Peráth,
& egreſſus eſt in occurſum eius Ioſiiáhu.
21 ¶ Et miſit ad eos nuncios, dicendo. Quid
mihi, & tibi rex Iehudáh? Non contra te ho
die, ſed contra domum eſt bellum meum, &
deus dixit, ut feſtinarẽ. Deſine à deo qui me
22 cum eſt, ut non perdat te. ¶ Et non auertit
Ioſiiáhu faciem ſuam ab eo, ſed ut pugnaret
cum eo, mutauit ſe. Et nõ audiuit uerbis Ne-
chó ex ore dei. Et uenit, ut pugnaret in cam
23 po Meghiddó. ¶ Et iaculis affecerũt ſagit-
tarij regem Ioſiiáhu. Dixitq́ rex ſeruis ſuis.
Tranſire facite me, quia ægrotaui ualde.
24 ¶ Et tranſire fecerũt eum ſerui eius de cur
ru, & equitare fecerũt eum ſuper currum ſe
cundũ q erat ei, & pergere fecerũt eũ in Ie-
ruſaláim, & mortuus eſt, & ſepultus eſt in
ſepulchris patrũ ſuorum, & omnis Iehudáh
25 & Ieruſalaim lugebãt ſuper Ioſiiáhu. ¶ Et
lamẽtatus eſt Irmeiáhu ſuper Ioſiiahu. Et di
xerunt omnes cantores & cantatrices in la-
mentationibus ſuis ſuper Ioſiiahu uſq́ ho-
die, & dederunt ea in ſtatutũ ſuper Iſraél.
Et ecce ipſa ſcripta ſunt in lamentationib⁹.
26 ¶ Reſidua autẽ Ioſiiáhu, & miſericordiæ
eius, ſicut ſcriptũ eſt in lege domini, & res
eius primæ & nouiſſimæ, ecce ſcripta ſunt
in libro regum Iſraél, & Iehudáh.

Capitulum. 36.

1 ET tulerũt popul⁹ terræ Iehoacház
filium Ioſiiahu, & regem cõſtitue
runt eum pro patre ſuo in Ieruſa-
2 laim. ¶ Trium, & uiginti annorũ
erat Iehoacház quũ regnauit, & tribus men
3 ſibus regnauit in Ieruſaláim. ¶ Et amouit
eum rex Aegypti in Ieruſaláim, & condem-
nauit terram centum talentis argenti, & ta
4 lento auri. ¶ Et regem conſtituit rex Aegy
pti Eliachím fratrem eius ſuper Iehudáh, &
Ieruſaláim. Et uertit nomẽ eius Iehoiachím,
& Iehoacház fratrẽ eius tulit Nechó, & ad-
5 duxit eum in Aegyptũ. ¶ Viginti, & quin-
q́ annorũ erat Iehoíachím quum regnauit,
& undecim annis regnauit in Ieruſaláim, &
6 fecit malũ in oculis domini dei ſui. ¶ Con-
tra eum aſcẽdit Nebuchadneſár rex Babél,
& uinxit eum compedibus, ut pergere face
7 ret in Babél. ¶ Et ex uaſis domus dñi addu
xit Nebuchadneſár in Babél, & poſuit ea in
8 templo ſuo in Babél ¶ Reſidua autem Ieho
iachím, & abominationũ eius quas fecit, &
quod inuẽtum eſt in eo, ecce ſcripta ſunt in
libro regum Iſraél, & Iehudáh, & regnauit
9 Iehoíachin filius eius pro eo. ¶ Octo anno
rum erat Iehoiachín quum regnauit, & tri-
bus menſibus, & decem diebus regnauit in
Ieruſaláim. Et fecit malũ in oculis domini.
10 ¶ Et in reuerſione anni miſit rex Nebuchad
neſár, & adducere fecit eum in Babél cum
uaſis cõcupiſcibilibus domus domini, & re
gem conſtituit Sidchiiáhu fratrem eius ſu-
11 per Iehudáh. & Ieruſalaim. ¶ Viginti, &
unius anni erat Sidchiiáhu quum regnauit,
& undecim annis regnauit in Ieruſalaim.
12 ¶ Et fecit malũ in oculis dñi dei ſui, nec hu
miliauit ſe à facie Irmeiahu ꝓphetæ ex ore
13 dñi. ¶ Et etiam cõtra regem Nebuchadne
ſar defecit, qui iurare fecerat eum per deũ,
& indurauit ceruicẽ ſuam, & roborauit cor
ſuum, ne reuerteret ad dominũ deũ Iſraél.
14 ¶ Et etiam uniuerſi principes ſacerdotum
& ppl's multiplicauerũt præuaricari præua
ricationem iuxta omẽs abominationes gen
tium, & polluerunt domũ domini, quam ſan
15 ctificauerat in Ieruſalaim. ¶ Et miſit domi
nus patrũ ſuorum ad eos per manũ nuncio-
rum ſuorũ mane ſurgendo, & mittẽdo, q́a
16 pepercit populo ſuo, & habitaculo ſuo. ¶ Et
ſubſannabãt nuncios dei, & paruipendebãt
uerba eius, & errabant in prophetis eius do
nec aſcẽderet furor domini in populũ eius,
17 donec non eſſet curatio. ¶ Et aſcendere fe-
cit cõtra eos regẽ Chaſdim, & occidit iuue-
nes eorũ gladio in domo ſanctuarij eorum,
& non pepercit iuueni, & uirgini, ſeni, & de-
18 crepito. ¶ Et uniuerſa uaſa domus dei, ma-
gna, & parua, & theſauros dom⁹ dñi, & the
ſauros regis, & principũ eius, omnia addu-
19 xit in Babél. ¶ Et ſuccederunt domũ dei, de-
ſtruxeruntq́ murũ Ieruſalaim, & oĩa pala-
tia eius combuſſerũt igne, & oĩa uaſa concu
20 piſcibilia eius, ad delendũ. ¶ Et trãſmigra
re fecit q reliq⁹ fuerat à gladio in Babél. Et
fuerũt ei, & filijs ei⁹ in ſeruos, donec regna
21 uit regnũ Parás. ¶ Ad explẽdũ uerbũ dñi ĩ
ore Irmeiáhu, donec pficeret terra ſabbata
ſua, omnibus diebus quibus deſolata fuit,

22 quieuit, ut cõplerẽtur ſeptuagita anni. ¶ An
no aũt primo Chóres regis Parás ad explẽdũ
uerbũ dñi per os Irmeiáhu, ſuſcitauit dñs ſpiri
tum Chóres regis Parás, & trãſire fecit uocẽ
per uniuerſum regnũ ſuũ, et etiã per ſcripturã
23 dicendo. ¶ Sic dixit Chóres rex Parás. Oia
regna terræ dedit mihi dñs deus cœli, & ipſe
præcepit mihi, ut ædificarẽ ei domũ in Ieruſa
láim, quæ eſt in Iehudáh. Quis ĩ nobis de om
ni populo eius. Dominus deus ſuus ſit cum eo,
& aſcendat.

¶ Explicit ſecũdus liber Paralipoménon.

¶ INCIPIT LIBER PRIMVS HEZRAE QVI APVD NOS DICITVR ESDRAS INTEPREIE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEOLOGIAE PROFES.

Capitulum. I.

1 ET ãno prĩo Chóres regis Parás
ut perficeret uer
bum dñi ex ore
Irmeiáh, ſuſcita
uit dñs ſpm̃ Chó
res regis Parás,
& tranſire fecit
uocẽ per om̃e re
gnũ ſuũ, & etiã
per ſcripturã di
2 cendo. ¶ Sic di
xit Chóres rex Parás. Omnia regna terræ de
dit mihi dñs deus cœli. Et ipſe p̃cepit mihi, ut
ædificem ei domũ in Ieruſaláim, q̃ eſt in Iehu
3 dáh. ¶ Quis ẽ in uobis de uniuerſo pp̃lo ei⁹?
Sit de⁹ ei⁹ cũ eo, Et aſcẽdat in Ieruſaláim q̃ eſt
in Iehudáh, & ædificet domum dñi dei Iſraél.
4 Ipſe eſt de⁹ q̃ ẽ in Ieruſaláim. ¶ Et oẽm Iehu
dæũ, qui remãſit ex oĩb⁹ locis, in q̃bus peregri
naẽ, ſubleuabũt uiri loci ſui argento, & auro,
& ſubſtãtia, & iumẽtis, cũ oblatiõe ſpontánea
5 domui dei q̃ eſt i Ieruſaláim. ¶ Et ſurrexerũt
pricipes patrũ Iehudáh, et Biniamí, et ſacerdo
tes, & Leuitæ, oĩs cui⁹ ſuſcitauit de⁹ ſpm̃, ut aſcẽ
deret ad ædificandũ domũ dñi, q̃ eſt in Ieruſa
6 láim. ¶ Et oẽs qui erant in circuitu eorũ robo
rauerunt manus eorũ uaſis argẽteis, & aureis,
ſubſtãtia, & iumẽtis, & precioſis præter omne
7 ſpõte oblatũ. ¶ Rex aũt Chóres protulit ua
ſa domus dñi q̃ eduxerat Nebuchadneſár de
8 Ieruſaláim, & poſuerat in domo dei ſui. ¶ Et
eduxit ea Chóres rex Parás per manũ Mithre
dáth theſaurarij, & nũerauit ea ipſi Seſbaſár
9 pricipi Iehudáh. ¶ Et iſti nũeri eorũ pollubra
aurea triginta, pollubra argẽtea mille, Cultri
10 nouẽ, & uiginti. ¶ Cochlearia aurea trigita,
Cochlearia ex argẽto ſecũdo quadraginta, et
11 decẽ, uaſa alia mille. ¶ Oia uaſa aurea, & ar
gẽtea, quinq; milia, & quadringenta. Omnia
aſcendere fecit Seſbaſár cũ aſcẽdere faceret ca
ptiuitatem è Babel in Ieruſaláim.

Capitulum. 2.

1 ET iſti ſũt filij p̃uinciæ aſcẽdẽtes de ca
ptiuitate trãſmigrationis, quã trãſmi
grare fecit Nebuchadneſár rex Ba
bél in Babél. Et reuerſi ſunt in Ieru
ſaláim, & in Iehudáh, unuſquiſq; in ciuitatem
2 ſuã. ¶ Qui uenerũt cũ Zerubabel, Ieſúah, Ne
chemiáh, Seraiáh, Reheliáh, Mordochái, Bil
ſán, Miſpár, Biguái, Rechũ, Bahanáh. Nume
3 rus uirorũ popli Iſraél. ¶ Filij Parhós duo mi
4 lia centũ ſeptuaginta & duo. ¶ Filij Sepha
5 thiah treccẽti ſeptuagita, et duo. ¶ Filij Arach
6 ſeptingẽti quinq;, & ſeptuaginta. ¶ Filij Pa
cháthmoáb, filiorum Ieſúah, Ioáb, duo milia
7 octingenti, & duodecim. ¶ Filij Heilám, mille
8 ducẽti, quinquaginta, & quatuor. ¶ Filij Zat
9 tú, nongẽti, & quadraginta, & quinq;. ¶ Filij
10 Zacchái ſeptingẽti, & ſexaginta. ¶ Filij Ba
11 ní ſexcẽti quadraginta, & duo. ¶ Filij Bebái
12 ſexcẽti uiginti, et tres. ¶ Filij Haſghad, mille
13 ducẽti uiginti, et duo. ¶ Filij Adonichã ſexcẽ
14 ti ſexaginta, & ſex. ¶ Filij Biguái duo milia
15 quinquagita, & ſex. ¶ Filij Hadín quadringẽ
16 ti q̃nquaginta, & quatuor. ¶ Filij Athér ipſi
17 Chizchiáh nõgenti, & octo. ¶ Filij Beſái tre
18 cẽti uiginti, & tres. ¶ Filij Iorah cẽtũ, & duo
19 decim. ¶ Filij Chaſúm ducẽti uiginti, & tres.
20 ¶ Filij Ghibbár nõgẽti, et q̃nq;. ¶ Filij Beth
21 lechẽ cẽtũ uiginti, & tres. ¶ Viri Nethopháh
22 q̃nquaginta, & ſex. ¶ Viri Hanathóth centũ
23 uigiti, & octo. ¶ Filij Haſmáueth q̃draginta.
24 & duo. ¶ Filij Chiriathhiai ſiu Chephirah, et
25 Beeróth ſeptĩgẽti q̃draginta, & tres. ¶ Filij
26 Ramáh & Ghabáh ſexcenti uiginti, & unus.
27 ¶ Viri Michmas centum, & uiginti, & duo.
28 ¶ Filij Bethel, & Hái ducẽti uiginti, & tres.
29 ¶ Filij Nebó quinquaginta, & duo. ¶ Filij
30 Maghbís centũ quinquaginta, & ſex. ¶ Filij
31 Heilam alteri⁹ mille ducẽti q̃nquagita, & quat
32 tuor. ¶ Filij Harim treccẽti, & uigiti. ¶ Filij
33 Lod Chadíd, & Onó ſeptingẽti uigiti, & q̃n
34 q;. ¶ Filij Iericho trecẽti q̃draginta, & q̃nq;.
35 ¶ Filij Senaah tria milia, & ſexcẽti, & trigin
36 ta. ¶ Sacerdotes filij Iedahiáh domus Ieſúah
37 nõgẽti ſeptuaginta, et tres. ¶ Filij Immer mil
38 le q̃nquaginta, & duo. ¶ Filij Paſchúr mille
39 ducẽti quadragiuta, & ſeptem. ¶ Filij Harim
40 mille, & ſeptẽ decẽ. ¶ Leuitæ filij Ieſúah, &
Chadmiel filijs Hodauiáh ſeptuagita, & qua
41 tuor. ¶ Cãtores, filij Aſaph centũ uiginti, &

42 octo. ¶ Filij Ianitorũ, filij Sallũm, filij Athér,
filij Talmón, filij Hacób, filij Chathitháh, filij
43 Sobai, oẽs centũ triginta, & nouẽ. ¶ Nethi-
ním filij Sicháh, filij Chaſuphá, filij Tabaóth.
44 ¶ Filij Cherós, filij Sihahá, filij Padón. ¶ Fi-
45 lij Lebanáh, filij Chaghabáh, filij Hacúb, filij
46 Chagháb, filij Samáli, filij Chanán. ¶ Filij
47 Ghiddél, filij Ghachár, filij Reaiáh. ¶ Filij Re
48 ſín, filij Nechudá, filij Ghazã. ¶ Filij Huzzá,
49 filij Paſéach, filij Beſái. ¶ Filij Aſná, filij Me-
50 huním, filij Nephuſím. ¶ Filij Bachbúch, fi-
51 lij Chachuphá, filij Charchúr. ¶ Filij Baſlíth
52 filij Mechidá, filij Charſá. ¶ Filij Barchnm, fi
53 lij Siſrá, filij Tamách. ¶ Filij Neſiách, filij Cha
54 thiphá. ¶ Filij ſeruorũ Selomóh, filij Sothái,
55 filij Sopheréth, filij Perudá. ¶ Filij Iahaláh,
56 filij Darcõ, filij Ghiddél. ¶ Filij Sephathiáh,
filij Chatiſl, filij Pocheréth Haſbáim, filij Ami.
57 ¶ Oẽs Nethinĩ, & filij ſeruorũ Selomóh trecẽ
58 ti nonagita, & duo. ¶ Et iſti aſcẽdẽtes de Tel
melách, Telcharſá, Cherúb, Addán, Immér. Et
nõ potuerũt indicare domũ patrũ ſuorũ, & ſe
59 men ſuũ, an ex Iſraél eſſent. ¶ Filij Delaiáh,
filij Thobiáh, filij Necudá ſexcẽti quĩquagin-
60 ta, & duo. ¶ Et de filijs ſacerdotum filij Cha
baiáh, filij Cos, filij Barzillái qui accæpit de fi-
liabus Barzillái Ghilhaditis uxorẽ, & uocat'
61 eſt noĩe earũ. ¶ Hi quæſierũt ſcripturã ſuam,
genealogias, & nõ ſunt inuẽtæ, & elõgati ſunt
62 à ſacerdotio. ¶ Et dixit Tirſathá ad eos, ut nõ
comederẽt de ſanctitate ſanctitatũ, donec ſta-
63 ret ſacerdos in Vrím, & Tũmím. ¶ Oĩs con-
gregatio tanq̃ unus quater decẽ milia, & duo
64 milia trecẽti ſexaginta. ¶ Præter ſeruos eo-
rũ, & ancillas eorũ ſeptẽ milia trecẽti, triginta
& ſeptẽ. Et eis erãt cãtores, & cãtatrices ducẽ
65 ti. ¶ Equi eorũ ſeptingẽti triginta, & ſex, mu
66 li eorũ ducẽti quadraginta, & quinq;. ¶ Ca-
meli eorũ quadringẽti triginta, & quinq;. Aſini
67 ſex milia ſeptingẽti, & uiginti. ¶ Et de princi
pibus patrũ quũ ingrederẽtur domũ dñi quæ
eſt in Ieruſaláim ſpõte obtulerũt domui dei, ut
68 ſtare facerent eam in loco ſuo. ¶ Scḋm uires
ſuas dederũt in theſaurũ operis auri dragmas
ſexies decem milia, & mille, & argenti minas
69 quinq; milia, et tunicas ſacerdotales cẽtũ. ¶ Et
habitauerũt ſacerdotes, & Leuitæ, et de pplo,
& cãtores, et ianitores, et Nethiním in urbib'
ſuis, et omnis Iſraél in urbibus ſuis.

Capitulum.3.

1 ET attigit mẽſis ſeptim', et filij Iſraél
erãt in urbib'. Et cõgregati ſũt ppls
2 tanq̃ uir un' i Ieruſaláim. ¶ Et ſur
rexit Ieſúah fili' Ioſadách, et fratres
ei' ſacerdotes, et Zerubabél filius Sealthiél, et
fratres ei', & ædificauerũt altare dei Iſraél, ut
offerrẽt ſup illud holocauſta ſicut ſcriptũ ẽ in
3 lege Moſéh uiri dei. ¶ Et firmauerũt altare in
loco ſuo eo ꝙ timerẽt ſibi ipſis à populis terra
rum. Et obtulit ſup illud holocauſta domino,
holocauſta mane, & ueſpere. Et fecerunt ſolẽ-
nitatẽ tabernaculorũ ſicut ſcriptũ eſt, & holo-
cauſta p ſingulos dies in numero ſecundũ con
4 ſuetudinẽ per ſingulos dies. ¶ Et poſtea holo
cauſtũ iuge, et in Kalẽdis, & oĩb' ſolẽnitatib'
domini ſctificatis, et oĩ ſpõtaneẽ offerẽti ſpon
5 taneũ domino. ¶ A die primo menſis ſeptimi
cœperunt offerre holocauſta domino. Templũ
6 autẽ domini nõ erat fundatũ. ¶ Et dederunt
argentum latomis & opificibus, & cibum, &
potum, & oleũ Sidonijs, & Sorijs, ut adduce
rent ligna cedrina de Lebanón ad mare Iappó
7 iuxta uolũtatẽ Chóres regis Parás eis. ¶ An
no autẽ ſecũdo aduẽtus eorũ ad domum dei in
Ieruſaláim, menſe ſecũdo, cœperunt Zeruba-
bél filius Sealthiél, & Ieſúah filius Ioſadách,
& reliqui fratres eorũ ſacerdotes, & Leuitæ,
oẽs qui uenerunt de captiuitate in Ieruſaláim,
& ſtatuerũt Leuitas à filio uiginti annorum, et
8 ſupra, ut præeſſent operi domus dñi. ¶ Ste-
titq; Ieſúah filij eius & fratres ei', Chadmiél,
& filij ei', et filij Iehudáh tanq̃ un', ut pẽſſent
facienti opus in domo dei filij Chenadád, filij
9 eorũ, & fratres eorum Leuitæ. ¶ Et fundaue
rũt ædificãtes tẽplũ dñi, et ſtare fecerũt ſacer-
dotes indutos cũ tubis, et Leuitas filius Aſáph
cũ cymbalis, ut laudarent dñm per manus Da
10 uid regis Iſraél. ¶ Et concinebãt, dum lauda
rent dñm, & cõfiterent domino, qm̃ bon' qm̃
in ſæculũ miſericordia ei' ſup Iſraél. Et oĩs po-
pulus uociferati ſunt uociferatione magna dũ
laudaret dñm, eo ꝙ fundata eſſet domus do-
11 mini. ¶ Et multi ex ſacerdotib', & Leuitis, &
principib' patrũ, ſeniores q uiderũt domũ pri
mã, dum fundarẽt hanc domũ in oculis eorum
flebant uoce magna, & multi in uociferatione
12 in lætitia, & eleuando uocẽ. ¶ Et nõ agnoſce
bat populus uocem clamoris lætitiæ à uoce fle
tus populi, quia populus uociferabat uocife-
ratione magna, & uox audiebatur uſq; ad lon
ginquum.

Capitulum.4.

1 AVdierunt autẽ hoſtes Iehudáh, &
Biniamín ꝙ filij tranſmigrationis
ædificarẽt templum domino deo
2 Iſraél. ¶ Et acceſſerunt ad Zeru-
babél & ad capita patrum, & di-
xerunt eis. Aedificabimus uobiſcum, quia ſi-
cut nos quærimus deum ueſtrũ, & ei imola-

uiſmus à dieb' Eſarchadón regis Aſſúr, quí
3 aſcendere fecit nos huc. ¶ Et dixit eis Zeru
babél, & Ieſúah, ſed reliqui principes patrũ
Iſraél. Non ueſtra, ſed nr̃a intereſt ædificare
domũ deo nr̃o. Sed nos pariter ædificabim'
dño deo Iſraél, quẽadmodum præcepit no-
4 bis rex Chóres rex Parás. ¶ Et ppl's terræ
diſſoluebat manus ppl'i Iehudáh, & pturba
5 bat eos, ne ædificarẽt. ¶ Et cõduxerũt con
tra eos cõſiliarios, ut diſſiparent cõſiliũ eorũ
oĩbus dieb' Chóres regis Parás, & uſq; ad
6 regnum Dariáues regis Parás. ¶ Et ĩ regno
Achaſueros in principio regni eius ſcripſe-
runt accuſationem cõtra habitatores Iehu-
7 dáh, & Ieruſaláim. ¶ Et in diebus Arthach
ſaſtá ſcripſit uerbis pacificis Mithredáth,
Thabél, & reliq ſocij ei' ad Arthachſaſtá re-
gem Parás, & ſcriptura epiſtolæ ſcripta erat
8 ſyriace, & interpretata erat ſyriace. ¶ Re-
chúm à cõmentarijs, & Simſái ſcriba ſcripſe
runt epiſtolam unã ſuper Ieruſaláim ad Ar-
9 thahſaſtá regem huiuſcemodi. ¶ Edáin Re
chúm à cõmentarijs, & Simſái ſcriba, & reli
q ſocij eorũ, Dinaie, & Apharſathchaie Thar
pelaié, Apharſaié, Archanaié, Bablaié Suſan
10 chaié, Dehaué, Helmaié. ¶ Et reliquæ gen-
tes q̃s tranſtulit Aſnaphár magn', & glioſus
Et habitare fecit eas in urbibus Samaríæ, &
reliquæ gentes q̃ ſunt transflumẽ, & Chehé
11 neth. ¶ Hoc exẽplar epiſtolæ quã miſerũt
ad eum Arthachſaſtá regi ſerui tui quicũq;
12 ſunt transflumen, & Cheheneth ¶ Notũ ſit
regi q Iehudæi qui aſcenderunt à te ad nos
uenerunt in Ieruſaláim, ciuitatem rebellem,
& malã ædificantes, & muros fundauerũt,
13 & parietes cõpoſuerunt. ¶ Nunc notum ſit
regi, q ſi ciuitas illa ædificata fuerit, & mu-
ri fundati fuerint, tributũ, uectigal, & reddi
tum annuũ non dabũt, & tributũ regũ læde
14 tur. ¶ Nũc pro oĩ uiciſſitudine ſalis palatij
quẽ comedim' contẽptum regis nõ eſt pul-
chrum nobis uidere. Propterea miſimus, &
15 notificauim' regi ¶ Vt q̃ras in libro hiſto-
riarũ patrũ tuorũ, et inuenies in libro hyſto-
riarum, & ſcies q urbs illa urbs eſt rebellis
& nocens regib', & defectionẽ faciẽtes fue
runt ĩ medio ei' à diebus ſcli. Propterea ciui
16 tas hæc deſtructa eſt. ¶ Notificam' regi, q̃a
ſi ciuitas hæc ædificata fuerit, & muri ip̃ius
fundati fuerit, pro uice illa, portio q̃ tibi de-
betur ab ijs qui ſunt trãsflumẽ, nõ erit tibi.
17 ¶ Verbum miſit rex ad Rechúm à commẽ
tarijs, & Simſai ſcribã, & reliquos ſocios ei'
qui habitant in Samria, & reliquos qui erãt
18 trãsflumen Selám, & Chehéth, ¶ Epiſtola
quã miſiſtis ad nos manifeſte lecta eſt coram
19 me. ¶ Et à me poſitũ eſt decretũ, & quæ-
ſierunt, & inuenerũt q ciuitas illa à diebus
ſæculi eleuat aduerſum reges, & rebellat,
20 & rebellio fiebat in ea. ¶ Et reges fortes
fuerũt in Ieruſaláim, & dominati ſunt omni
bus qui erant trãs flumẽ, & tributum, uecti
21 gal, & redditus annualis dabat eis. ¶ Nũc
ponite edictũ, ut ceſſent uiri illi, & urbs illa
non ædificet donec à me præceptũ poſitum
22 fuerit. ¶ Et moniti eſtis ut faciatis iuxta
hoc. Cur creſcet corruptio ad nocendũ regi
23 bus? ¶ Quũq; exẽpla epiſtolæ Arthachſa-
ſtæ regis lectũ eſſet coram Rechúm, & Sim-
ſái ſcriba, & ſocijs eorum, abierũt feſtinãter
in Ieruſaláim ad Iehudæos, & ceſſare fece-
24 runt eos brachio, & robore. ¶ Tunc ceſſa-
uit opus domus dei quæ erat in Ieruſaláim,
& ceſſauit uſq; ad annum ſecũdũ Dariáues
regis Parás.

Capitulum. 5.

1 ET pphetauit Chaggái, ppheta, &
Zechariáh filius Hiddó prophetæ
qui erant in Iehudæa & in Ieruſa-
láim in nomĩe dei Iſraél ſuper eos.
2 ¶ Tunc ſurrexerũt Zerubabél filius Seal-
thiel, & Ieſúah filius Ioſadách, & cœperunt
ædificare domũ dei, quæ ẽ in Ieruſaláim, &
cum eis erant prophetæ dei auxiliantes eis.
3 ¶ In illo tempore uenit ad eos Tattenái dux
eorũ qui erant trãs flumẽ, & Setharboznái,
& ſocij eorum, & ſic dixerunt eis. Quis po-
ſuit uobis præceptũ ut domũ hanc ædifica-
4 retis, & fundaretis? ¶ Tũc adhuc diximus
eis. Quæ ſunt noĩa uirorũ qui hoc ædificium
ædificant, & oculus dei eorũ fuit ſup ſenes
Iehudæorũ, & nõ ceſſare fecerũt eos, donec
res ad Dariáues pergeret, & tunc reſponde-
5 rent per epiſtolã ſuper his. ¶ Exemplar epi
ſtolæ, quam miſit Tattenái dux eorũ q erant
trans flumẽ, & Setharboznái, & ſocij eius,
Apharſachaié qui erant trans flumẽ ad Da-
6 riaues regẽ. ¶ Verbũ miſerũt ad eũ, & iu-
xta hoc ſcriptũ erat in medio eius Dariáues
7 regi pax oĩs. ¶ Notũ ſit regi q iuim' in Ie
hudæã puinciã ad domũ dei magni, & ipſa
ædificat lapide impolito, & ligna ponunt in
parietib', & opus ip̃m feſtinãter fit, & pſpe
8 ratur in manib' eorũ. ¶ Tũc interrogauim'
ſeniores illos huiuſcemodi dixim' eis. Quis
poſuit uobis præceptũ ut domũ hãc ædifi-
9 caretis, & parietes hos fũdaretis? ¶ Et etiã
de noĩb' eorũ interrogauim' eos, ut notifica
remus tibi, ut ſcriberem' noĩa uirorũ q ſunt
10 duces eorũ. ¶ Et eiuſcemodi uerbũ rñderũt
nobis dicendo. Nos ſumus ſerui dei cœli, &

terræ,& reædificamꝰ domũ quæ fuit ædifi-
cata ante hos annos multos. Et rex Iſraél ma
11 gnus ædificauit eã,& fundauit eam. ¶ Ve-
runtñ ex quo prouocauerunt patres nr̃i deũ
cœli,tradidit eos ĩ manu Nebuchadneſar re
gis Babel,& domũ hanc deſtruxit, & ppl'm
12 eius tranſmigrare fecit in Babél ¶ Verũtñ
ãno primo Chóres regis Babel,Chóres rex
poſuit edictum,ut domꝰ dei hæc ædificaref.
13 ¶ Et etiam uaſa domꝰ dei aurea,& argen-
tea,q̃ Nebuchadneſár è templo ꝙ eſt in Ieru
ſaláim attulerat in tẽplũ Babél,eduxit Chó
res rex è templo Babel,& data ſunt ipſi Seſ
14 baſár, quem ducem cõſtituerat. ¶ Dixitqꝫ
ei. Hæc uaſa tolle,& uade,deferre fac ea in
tẽplum,quod eſt in Ieruſaláim, & domꝰ dei
15 ædificef in loco ſuo. ¶ Tunc Seſbáſar ille
uenit,poſuit fundamenta domꝰ dei,quæ eſt
in Ieruſaláim,& ex eo tp̃e uſqꝫ ad hoc tẽpus
16 ædificatur,& non eſt perfecta. ¶ Et nunc
ſi regi bonum eſt q̃ratur in domo theſaurorꝫ
regis quæ eſt in Babél, an ſit à Chóres rege
poſitum edictum, ut ædificarent domũ dei
hanc,quæ eſt in Ieruſaláim,& uoluntatẽ re-
gis ſup hoc mittat ad nos. Capitulũ.6.

1 TVnc Dariáues rex poſuit præ
ceptum,& q̃ſierunt in domo
librorum theſaurorũ qui po-
2 ſiti erant ibi in Babél. ¶ Et
inuentũ eſt in lagena q̃ erat in
palatio,quod erat in Madái ꝓ
uincia uolumen unũ,& ſic ſcriptum erat in-
3 teriuſecꝰ memoriale. ¶ Anno primo Chó-
res regis,Chores rex poſuit edictum, ut do-
mus dei quæ eſt in Ieruſaláim domus ædifi-
caretur quæ eſt locus in quo immolant uicti
mas,parietes eius colligarentur. Altitudo
4 eius cubitorꝫ ſexaginta.Latitudo eius cubi
torum ſexaginta. ¶ Parietes,ex lapidibus
marmoreis tres,& paries iterior è lignis no
5 uis,& ſumptus de domo regis dabif. ¶ Et
etiam uaſa domus dei aurea, & argentea, q̃
Nebuchadneſár eduxerat è tẽplo quod erat
in Ieruſaláim,& detulerat in Babel, reddãt
& uadant ad tẽplum,quod eſt in Ieruſaláim
ad locum ſuum, & deſcendant in domũ dei.
6 ¶ Nunc Tattenái dux eorũ q ſunt tráſflumẽ
Setharbozuái,& ſocij eorum. Apharſechaie
qui eſtis transflumen longinqui eſtote inde.
7 ¶ Dimittite ut fiat domꝰ dei huius à duce
Iehudæorũ,& ſenioribus Iehudæorum. Do
8 mus dei hæc ædificabitur in loco ſuo. ¶ Et
à me poſitum eſt edictum illi quod faciatis
cũ ſenioribus iehudæorũ iſtorum,in ædificã
do domum dei hanc, & de ſubſtantia regis

quæ eſt tributũ trans flumẽ feſtinanter red-
9 ditus ſit datus uiris illis,ut nõ ceſſent. ¶ Et
quod neceſſariũ fuerit,& filij boum,& arie
tes,& agni in holocauſtum ſacerdotum,qui
ſunt in Ieruſaláim dabuntur eis per ſingu-
10 los dies,ut non ſit error. ¶ Vt offerant ſuffi
menta deo cœli, & orent pro uita regis, &
11 pro filijs eius. ¶ Et à me poſitũ eſt decretũ
ꝙ omnis homo qui mutauerit uerbum hoc,
diruatur lignum è domo eius,& erectũ ſuſ-
pẽdatur in eo,& domus eius ſterquilinium
12 fiat propter hoc. ¶ Deus autem qui habita
re facit nomen ſuum ibi, diſſipet omnem re-
gem,& populum qui miſerit manũ ſuam ad
mutandum,& corrũpendũ domum dei hãc,
quæ eſt in Ieruſaláim. Ego Dariáues poſui
13 decretum,feſtinanter fiat. ¶ Tunc Thatte-
nái dux eorum qui erant trãs flumẽ,Sethar
boznái,& ſocij eorum,ſecundũ ꝙ miſit Da
riáues rex,ſecundũ hoc feſtinãter fecerunt.
14 ¶ Seniores autẽ Iehudæorũ ædificabãt,&
proſperabãtur ſecũdũ prophetiã Chaggái
prophetæ,& Zachariáh filij Hiddó,& ædifi
cauerunt, & fundauerunt ex præcepto dei
Iſraél,& ex præcepto Chóres,& Dariáues,
15 & Arthachſaſthæ regis Parás. ¶ Et pfecta
eſt domus hæc uſqꝫ ad diem tertium menſis
Adar,qui eſt annus ſextꝰ regni Dariáues re
16 gis. ¶ Et fecerũt filij Iſraél ſacerdotes, &
Leuitæ,& reliqui filij tranſmigrationis,de-
dicationem domus dei huius cum gaudio.
17 ¶ Et obtulerunt in dedicatione domus dei
huius uitulos centũ,arietes ducẽtos, agnos
quadringẽtos,& hircos caprarũ pro pecca
to,pro toto Iſraél duodecim,ſecundũ nume
18 rum tribuũ Iſraél ¶ Et ſtatuerũt ſacerdotes
in diuiſionibus ſuis,& Leuitas in diſtinctio-
nibꝰ ſuis ſup opera dei q̃ erãt in Ieruſaláim.
19 ¶ Et fecerunt filij trãſmigrationis péſach
20 quartadecima mẽſis primi ¶ Purificati enĩ
ſunt ſacerdotes,& Leuitæ tanqꝫ unus, cũcti
ipſi mũdi.Et ĩmolauerũt péſach ꝓ oĩbꝰ filijs
trãſmigrationĩs,& fratribꝰ eorꝫ ſacerdotibꝰ,
21 & ſibipſis. ¶ Et comederũt filij Iſraél qui
reuerſi erãt de trãſmigratione, & oĩs q ſeſe
parauerat à coinquinatiõe gẽtiũ terræ ad eos,
22 ut quærerẽt dñm deum Iſraél. ¶ Et fecerũt
ſolẽnitatẽ infermẽtatorũ ſeptẽ dieb' cũ lætĩ
tia,q a lætificauerat eos dñs, & cõuerti fece
rat cor regis Aſſúr ad eos ad cõfortãdũ eos
in opere domus dei Iſraél. Capitulũ.7.

1 ET pſt hæc in regno Arthaſaſthæ re
gis Parás erat Hezráh filius Sera-
iah filij Hazariáh, filij Chilchi-
2 iáh. ¶ Filij Sallúm, filij Sadóc,

3 filij Achíthob. ¶ Filij Amariáh, filij Hazariáh
filij Meraióth, filij Zerachiáh, filij Huzzí, filij
4 Bucchí. ¶ Filij Abiſúah, filij Pinchás, filij El-
5 hazár, filij Aharón ſacerdotis primi. ¶ Ipſe
Hezrá aſcendit è Babél, et erat ſcriba uelox in
lege Moſéh, quam dedit dn̄s deus Iſraél, & de
dit ei rex ſcd̄m manū dn̄i dei ſui ſuper eū oēm
6 petitionē eiꝰ. ¶ Et aſcēderūt de filijs Iſraél &
de ſacerdotibus, Leuitis, & cātoribus, & iani-
toribus, & Nethinim in Ieruſaláim anno Ar-
7 thachſaſthæ regis. ¶ Et uenit in Ieruſaláim
quinto menſe. Ipſe eſt annus ſeptimus regis.
8 ¶ Quia in prima mēſis primi fuit initiū aſcē-
ſionis de Babél, & in prima mēſis quinti uenit
in Ieruſaláim ſecundū manum dei ſui bonā ſu
9 per eum. ¶ Quia Hezrá parauit cor ſuum, ut
quæreret legem dn̄i, & faceret, & doceret Iſ-
10 raél præceptū, & iudicium. ¶ Et hoc eſt exē-
plar epiſtolæ, quam dedit rex Arthachſaſthæ
Hezræ ſacerdoti ſcribæ, ſcribæ uerborū præ-
11 ceptorꝝ dn̄i, & ſtatutorꝝ eiꝰ ſup Iſraél, ¶ Ar-
thachſathé rex regū Hezræ ſacerdoti, ſcribæ
12 legis dei cœli cōſumato, & Chcheneth. ¶ A
me poſitum eſt decretū, ꝙ oïs qui ſpontaneus
eſt i regno meo de pplo Iſrael, & ſacerdotibꝰ,
& Leuitis, ut eat in Ieruſaláim tecum uadat.
13 ¶ Pro eo ꝙ à facie regis, & ſeptē cōſiliariorꝝ
eiꝰ miſſus es ad uiſitandū Iehudæam, & Ieruſa
14 láim in lege dei tui, q̄ eſt in manu tua. ¶ Et ad
ferendū argentū & aurū qd' rex, et conſiliarij
eius ſpōte obtulerūt deo Iſrael, cuiꝰ in Ieruſa-
15 láim eſt habitaculū. ¶ Et om̄e argētū, & au
rū, qd' inueneris in uniuerſa ꝓuincia Babel, cū
ſpōtaneis pplis, & ſacerdotibꝰ, qui ſpōte obtu
16 lerint domui dei ſui q̄ eſt in Ieruſaláim. ¶ Vt
cito emas argento hoc, uitulos, arietes, agnos,
& ſacrificia eorꝝ, & libamina eorū, & offeras
ea ſup altare domus dei ueſtri, q̄ eſt in Ieruſa-
17 láim. ¶ Et illud qd' tibi, et fratribꝰ tuis placue
21 ¶ Serua me ab ore leonis, & à cornibus uni
cornium exaudiſti me.
22 ¶ Narrabo nomen tuũ fratribus meis, in me
dio congregationis laudabo te.
23 ¶ Timentes dominum, laudate eum, uniuer
ſum ſemẽ glorificate eum, & timete ab eo om
ne ſemen Iſraél.
24 ¶ Quia non ſpreuit, nec abominatus eſt hu
militatem pauperis, neq̃ abſcondit faciem ſuã
à me, & dum clamaui ad eum, audiuit.
25 ¶ A te laus mea in congregatione multa, uo
ta mea reddam coram timentibus te.
26 ¶ Edent pauperes, & ſaturabuntur, lauda
bunt dominum quærentes eum, uiuet cor ue
ſtrum in ſæculum.
27 ¶ Reminiſcentur, & conuertentur ad domi
num omnes fines terræ, & inclinabunt ſe corã
te uniuerſæ familiæ gẽtium.
28 ¶ Quoniam domini eſt regnum, & domina
tur gentibus.
29 ¶ Incuruabunt ſe omnes deſcẽdentes in pul
uerem, & qui animã ſuam non uiuificabit.
30 ¶ Semẽ ſeruiet ei, narrabitur domino in ge
nerationem.
31 ¶ Venient, & annunciabunt iuſtitiam eius,
populo genito q̃ fecit.

¶ Pſalmi. 22. titulus.
¶ Canticum Dauidi.
¶ Pſalmus. 22. ſcd̃m Hebræum.

1 Dominus paſcit me, non defi
ciam.
2 ¶ In tugurĳs germinis accu
bare faciet me, ad aquas requie
tum ducet me.
3 ¶ Animã meã cõuertet, ducet
me per ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum.
4 ¶ Etiam cum ambulauero per uallem um
bræ mortis, non timebo malum, quoniam tu
mecum. Virga tua, & baculus tuus, ipſa conſo
labuntur me.
5 ¶ Præparabis coram me menſam contra ho
ſtes meos, impinguaſti in oleo caput meum, ca
lix meus ſaturus.
6 ¶ Verũtamen bonũ, & miſericordia ſequen
tur me omnibus diebus uitæ meæ, & habitabo
in domo domini in longitudinem dierum.

¶ Pſalmi. 23. titulus.
¶ Dauidi canticum.
¶ Pſalmus. 23.

1 Domini eſt terra, & plenitudo eius,
orbis, & habitantes in eo.
2 ¶ Quia ipſe ſuper maria fundauit
eam, & ſup flumina firmauit eam.
3 ¶ Quis aſcendet in montem domini, & quis
ſtabit in loco ſanctitatis eius?
4 ¶ Mundus manibus, & mundus corde, qui
non accepit in uanum animam meam, nec iu
rauit doloſe.
5 ¶ Accipiet benedictionem à domino, & iuſti
tiam à deo ſalutis ſuæ.
6 ¶ Hæc eſt generatio quærentium eum, quæ
rentium faciem tuam Iahacób, Sélah.
7 ¶ Eleuate portæ capita uſ̃a, & eleuate uos
portæ ꝑpetuæ, & introibit rex gloriæ.
8 ¶ Quis eſt iſte rex gloriæ? Dñs fortis, & po
tens, dominus potens in prælio.
9 ¶ Eleuate portæ capita ueſtra, & eleuate uos
portæ perpetuæ, & introibit rex gloriæ.
10 ¶ Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus exerci
tuum ipſe eſt rex gloriæ, Selãh.

¶ Pſalmi, 24. titulus. Dauidi.
¶ Pſalmus. 24. ſcd̃m Hebræum.

1 AD te domine animam meam le-
uabo.
2 ¶ Deus meus in te ſperaui, ne
pudore afficiar, ne exultent ini-
mici mei de me.
3 ¶ Etiam omnes qui expectant
te non afficientur pudore, pudore afficientur
præuaricantes gratis.
4 ¶ Vias tuas domine ſcire fac me, ſemitas tuas
doce me.
5 ¶ Ambulare fac me per ueritatem tuam, &
doce me, quia tu es deus ſalutis meæ, te expe-
ctaui omni die.
6 ¶ Reminiſcere miſerationũ tuarum domine,
& miſericordiarũ tuarum, quia à ſæculo ſunt.
7 ¶ Peccatorum adoleſcentiæ meæ, & præua-
ricationum mearum ne memineris, ſecundum
miſericordiam tuam memẽto mei tu, propter
bonitatem tuam domine.
8 ¶ Bonus & rectus domin', ideo docebit pec
catores uiam.
9 ¶ Ambulare faciet humiles in iudicio, & do-
cebit humiles uiam ſuam.
10 ¶ Omnes ſemitæ dñi miſericordia, et ueritas
cuſtodientibus pactũ eius, & teſtimonia ei'.
11 ¶ Propter nomen tuum domine, parces ini-
quitati meæ, quoniam multa eſt.
12 ¶ Quis eſt uir timẽs dominum? Docebit eũ
uiam quam eligat.
13 ¶ Anima eius in bono morabitur, & ſemen
eius hæreditate accipiet terram.
14 ¶ Secretum domini timentibus eum, & pa-
ctum ſuum ut ſcire faciat eos.
15 ¶ Oculi mei ſemper ad dominũ, quoniã ipſe
educet è rœti pedes meos.
16 ¶ Reſpice ſup me, & miſerere mei, quia uni-
cus, & pauper ſum.
17 ¶ Anguſtias cordis mei dilatare fecerunt, ab
anguſtijs meis educere fac me.
18 ¶ Vide afflictionem meam, & laborem meũ,
& parce omnibus peccatis meis.
19 ¶ Vide inimicos meos, quoniam multiplicati
ſunt, & odio iniquo oderunt me.
20 ¶ Cuſtodi animam meam, & erue me, ne cõ-
fundar, quoniam ſperaui in te.
21 ¶ Perfectio, & rectitudo cuſtodient me, quo
niam expectaui te.
22 ¶ Redime deus Iſraelem, ex omnibus angu
ſtijs eius.

¶ Pſalmi. 25 titulus. ¶ Dauidi.
¶ Pſalmus. 25. ſcdm Hebræum.

1 IVdica me domine, quoniam ego in
perfectione mea ambulaui, & domi
no fiſus ſum, non deficiam.
2 ¶ Proba me domine, & tenta me,
funde renes meos, & cor meum.
3 ¶ Quoniã miſericordia tua corã oculis meis,
& ambulabo in ueritate tua.
4 ¶ Non ſedi cum uiris mẽdacibus, & cũ occul
tantibus ſe non introibo.
5 ¶ Odiui cœtum malignãtium, & cum impijs
non ſedebo.
6 ¶ Lauabo in innocentia manus meas, & cir-
cuibo altare tuum domine.
7 ¶ Vt audire faciam uocem confeſſionis, &
narrem omnia mirabilia tua.
8 ¶ Domine dilexi habitaculũ domus tuæ, &
locum tabernaculi gloriæ tuæ.
9 ¶ Ne conſumas cũ peccatoribus animã meã,
& cum uiris ſanguinolentis uitam meam.
10 ¶ Quorum in manibus eſt præuaricatio, &
dextera eorum plena eſt muneribus.
11 ¶ Et ego in perfectione mea ambulabo, redi
me me, & miſerere mei.
12 ¶ Pes meus ſtetit in rectitudine, in cœtibus
benedicam domino.

¶ Pſalmi. 26. titulus. ¶ Dauidi.
¶ Pſalmus. 26. ſcdm Hebræum.

1 DOmin' lux mea, et ſalus mea à quo
timebo, dñs fortitudo uitæ meæ à
quo pauebo?
2 ¶ Cũ appropinquauerint aduer-
ſum me maligni, ut edãt carnem meam, hoſtes
mei & inimici mei mihi, ipſi impegerunt, &
ceciderunt.
3 ¶ Si caſtrametata fuerint aduerſum me ca-
ſtra, non timebit cor meũ, ſi ſurgat aduerſum
me bellum, huic ego fido.
4 ¶ Vnum petij à dño, hoc quærã ut habitẽ in
domo dñi omnibus diebus uitæ meæ, ut uideã
pulchritudinẽ dñi, & quæram in templo eius.
5 ¶ Quia abſcondet me in tabernaculo ſuo in
die mala, & abſcondet me in abſcondito taber
naculi ſui, in petra exaltabit me.
6 ¶ Et nunc exaltabit caput meũ in circuitibus
meis, & ſacrificabo in tabernaculo eius ſacrifi
cia uociferationis, cantabo, & canam domino.
7 ¶ Audi domine uocẽ meam, clamabo, & mi-
ſerere mei, & exaudi me.
8 ¶ Tibi dixit cor meum, quærite faciem meã,
faciem tuam domine quæram.
9 ¶ Ne abſcondas faciẽ tuã à me, ne declines in
iram ſeruũ tuũ, auxiliũ meũ fuiſti, ne dereliu-
quas me, & ne dimittas me deus ſalutis meæ.
10 ¶ Qm̃ pater meus, & mater mea dereliquer-
runt me, & dominus colliget me.
11 ¶ Doce me dñe uiam tuã, & duc me per ſe-
mitam rectitudinis propter hoſtes meos.
12 ¶ Ne tradas me uoluntati hoſtium meorum,
quoniam ſurrexerunt in me teſtes mendaces,

& locuti ſunt iniquitatem.
13 ¶Niſi crederem uidere bonitatem domini
in terra uiuentium.
14 ¶Expecta dñm, roborate, & roborabit̄ᵗ dcʼ
cor tuum, & expecta dñm.

¶Pſalmi.27. Titulus. ¶Dauidi.

¶Pſalmus.27. ſcd'm Hebræum.

1 AD te dñe clamabo petra mea, ne
taceas à me, ne forte ſileas à me,
& aſſimiler deſcendentibus in ſe
pulchrum.
2 ¶Audi uocem deprecationum
mearum, cum clamauero ad te, cum eleuaue
ro manus meas ad adytum ſanctitatis tuæ.
3 ¶Ne trahas me cum impijs, & cum operā-
tibus iniquitatem, loquentibus pacem cum
proximis ſuis, & malum in corde eorum.
4 ¶Da eis ſecūdum opus eorum, & ſecundū
malum operum eorum, & ſcd'm opʼ manuū
eorum da eis, redde retributionem eorū eis.
5 ¶Qm̄ non intellexerunt opera dñi, & opʼ
manuum eius, deſtruet eos, & non ædifica-
bit eos.
6 ¶Benedictus dñs, qm̄ audiuit uocem dep̄-
cationum mearum.
7 ¶Dñs fortitudo mea, & ſcutum meum, in
ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum, &
exultauit cor meum, & cantico meo confite
bor ei.
8 ¶Dñs fortitudo eiʼ, & fortitudo ſalutum
chriſti ſui eſt.
9 ¶Serua pplm tuum, & benedic hæreditati
tuæ, & paſce eos, & extolle eos uſq; in ſcl'm.

¶Pſalmi.28. Titulus. ¶Cātica Dauidi.

¶Pſalmus.28. ſcd'm Hebræum.

1 Ate dño filios arietum, afferte
dño gloriam, & fortitudinem
2 ¶Date dño gloriam nomi-
nis eius, incuruate uos dño in
gloria ſanctitatis.
3 ¶Vox dñi ſuper aquas, deʼ
gloriæ tonare fecit, dominus ſuper aquas
multas.
4 ¶Vox dñi in porta, uox dñi in gloria.
5 ¶Vox dñi confringens cedros, & confre-
git dñs cedros libani.
6 ¶Et ſaltare faciet eas ſicut uitulus, libanū
& Sirion, ſicut filius unicornium.
7 ¶Vox dñi ſuccidens flammas ignis.
8 ¶Vox dñi parturire faciet feras deſerti,
parturire faciet dñs deſertum Cades.
9 ¶Vox domini parturire faciet ceruas, &
detexit ſyluas, & in templo eius, totus ipſe
dicit gloriam.
10 ¶Dominus in diluuio ſedit, & ſedit domi-
nus rex in ſæculum.

¶Pſalmi.29. titulus.

¶Pſalmʼ cātici dedicatiōis domus Dauid.

¶Pſalmus.29. ſecundū Hebræum.

1 EXaltabo te domine, quoniam exal
taſti me, & nō lætificaſti inimicos
meos de me.
2 ¶Domine deus meus clamaui ad
te, & ſanaſti me.
3 ¶Domine aſcendere feciſti ab inferno ani-
mam meam, uiuificaſti me à deſcendentibʼ
in ſepulchrum.
4 ¶Cecinite domino miſericordes eiʼ, & cō
fitemini memoriæ ſanctitatis eius.
5 ¶Quoniā momentū eſt in furore eius, uita
in uoluntate eius, ueſperi pernoctabit fletʼ,
& mane lætitia.
6 ¶Et ego dixi in fœlicitate mea, non decli-
nabo in ſæculum.
7 ¶Domine uolūtate ſtare feciſti in monte
meo fortitudinē, abſcondiſti faciem tuam,
fui territus.
8 ¶Ad te domine clamabo, & ad dominum
orabo.
9 ¶Quæ utilitas in ſanguine meo, cū deſcē-
dero in foueam? Nunquid cōfitebit̄ᵗ tibi pul
uis, nunquid annūtiabit ueritatem tuam?
10 ¶Audi domine, & miſerere mei, domine
eſto auditor mihi.
11 ¶Vertiſti planctū meum in chorum mihi,
ſoluiſti ſaccū meū, & accinxiſti me lætitia.
12 ¶Vt canat tibi gloria, & non taceat, domi
ne deus mi in ſæculum confitebor tibi.

¶Pſalmi.30. titulus.

¶Canticum Dauidi.

¶Pſalmus.30. ſecundum Hebræum.

1 IN te domine ſperaui nō, pudo
re afficiar in ſæculum, in iuſti-
tia tua eripe me.
¶Inclina ad me aurem tuā,
celeriter erue me, eſto mihi ut
petra fortis, ut domus muni-
ta, ut ſerues me.
3 ¶Qm̄ petra mea, & munitio mea es, & p-
pter nomē tuū, duces me, & deduces me.
4 ¶Educes me è reti, qd' abſcōderūt mihi,
qm̄ tu es fortitudo mea.
5 ¶In manu tua cōmendabo ſpiritū meum,
redemiſti me domine deus ueritatis.
6 ¶Odiſti obſeruantes uanitates fruſtra, &
ego in domino ſperaui.
7 ¶Exultabo, & lætabor ī miſericordia tua,
quia uidiſti afflictionem meam, cógnouiſti
in anguſtijs animam meam.

8 ¶ Et,nō tradere feciſti me in manū inimici,
ſtare feciſti in latitudine pedes meos.
9 ¶ Miſerere mei domine,qm̄ anguſtia eſt mi
hi,computruit in ira oculus meus, aīa mea,
& uenter meus.
10 ¶ Qm̄ defecit in dolore uita mea, & anni
mei in gemitu,impegit propter iniquitatem
meā fortitudo mea,& oſſa mea cōputruerūt
11 ¶ Propter omnes hoſtes meos fui oppro-
brium,& uicinis meis ualde, & pauor notis
meis,uidentes me foris,migrauerunt à me.
12 ¶ Obliuioni fui ſicut mortuus à corde, fui
ſicut uas perditum.
13 ¶ Qm̄ audiui uituperationem multoꝝ, pa
uor circunquaq;,dum conſultant pariter ad
uerſum me,ut caperēt aīam meā cogitauerūt
14 ¶ Et ego in te ſperaui domine, dixi deus
meus tu.
15 ¶ In manu tua ſunt tempora mea,erue me
è manu inimicorum meorum,& à perſequē
tibus me.
16 ¶ Lucere fac faciem tuam ſuper ſeruū tuū
ſerua me propter miam tuam.
17 ¶ Dñe nō pudore afficiar,qm̄ inuocaui te,
pudore afficiant impij,excidant ī ſepulchro
18 ¶ Obmuteſcēt labia mendacia,quæ loquū
tur aduerſus iuſtum dura cum ſuperbia, &
contemptu.
19 ¶ Qm̄ multū eſt bonum tuū,qđ abſcōdiſti
timentibus te,operatus es ſperantibus in te
coram filijs hominum.
20 ¶ Abſcōdere facies eos in abſcōdito faciei
tuæ ab elationib⁹ uiri, abſcōdes eos ī abſcō
dito tabernaculi à contentione linguarum.
21 ¶ Benedictus dñs,qm̄ mirificare fecit miſe
ricordiam ſuā mihi in ciuitate munita.
22 ¶ Et ego dixi dum feſtinarem,exciſus ſum
ab oculis tuis,uere audiſti uocem deprecas
tionum mearum,qū clamaui ad te.
23 ¶ Diligite dñm omnes miſericordes eius,
fideles cuſtodit dñs, & reddit retributionē
reſiduo facienti ſuperbe.
24 ¶ Roborate uos,& roborabit deus cor ue
ſtrum,omnes ſperantes in dño.
¶ 31. Pſalmi Titulus. ¶ Dauidi ītelligētia.
¶ Pſalmus.31.ſcdm Hebræum.
1 BEatus cui dimittit̄ ꝑuaricatio,
cui tegitur peccatum.
2 ¶ Btūs hō cui nō īputabit dñs
iniqtatē,nec eſt in ſpū ei⁹ dol⁹.
3 ¶ Qm̄ tacui inueterauerūt oſ
ſa mea,in rugitu meo omni die.
4 ¶ Qm̄ die ac nocte aggrauabit̄ ſup me per
cuſſio tua, uerſus eſt uiror me⁹ in ſiccitates
æſtatis,Selah.
5 ¶ Peccatum meū cognoſcere feci te, & ini
quitatem meā non operui,Dixi, confitebor
aduerſum me prævaricationes meas dño,&
tu dimiſiſti iniquitatē peccati mei,Selah.
6 ¶ Propter hoc orabit omnis miſericors ad
te,tempore inuentionis, dūtaxat in munda
tione aquarū multarū,ad eū nō pertingēt.
7 ¶ Tu abſconſio es mihi,ab anguſtia cuſto-
dies me,clamoribus liberationis circunda-
bis me,Selah.
8 ¶ Intelligere faciam te,& docebo te uiam
per quam ambules,conſulā tibi oculo meo.
9 ¶ Ne ſitis ſicut equus, ſicut mulus quibus
non eſt intelligere Camo, & fræno os eius
obtura,ne appropinquet tibi.
10 ¶ Multi dolores erunt impio,ſed ſperantē
in dño,miſericordia circūdabit.
11 ¶ Lætamini in dño,& exultate iuſti, & lau
date omnes rectos corde.
¶ Pſalmus.32.ſecundū Hebræum.
1 EXultate iuſti in dño, rectis pul
chra eſt laus.
2 ¶ Confitemini domino in ci
thara, in nebel & decacordo
canite ei.
3 ¶ Cātate ei canticū nouum,
benefacite canendo in clamore.
4 ¶ Quia rectum eſt uerbū domini,& omne
opus eius in fide,
5 ¶ Diligens iuſtitiam,& iudiciū,mia domi
ni plena eſt terra.
6 ¶ Verbo domini cœli facti ſunt, & ſpiritu
oris eius omnis exercitus eorum.
7 ¶ Congregās ſicut aceruum aquas maris,
ponens in theſauris uoragines.
8 ¶ Timeant à dño omnis terra,ab eo paueāt
omnes habitatores orbis.
9 ¶ Quoniam ipſe dixit,& fuit, ipſe præce-
pit,& ſtetit.
10 ¶ Dñs irritare fecit conſiliū gentium,irri-
tare fecit cogitationes populorum.
11 ¶ Cōſiliū dñi in ſæculū ſtabit,cogitatiōes
cordis eius in generatione & generationē.
12 ¶ Beata gens cuius dominus eſt deus eius,
populus,quē elegit in hæreditatē ſibi.
13 ¶ E cœlis reſpexit domin⁹, uidit omnes fi-
lios hominum.
14 ¶ Ex habitaculo ſeſſionis ſuæ, ꝓſpexit ſu-
per omnes habitatores terræ.
15 ¶ Formans pariter cor eorum,conſiderans
omnia opera eorum.
16 ¶ Non rex ſaluat̄ in multitudine exercit⁹,
potēs non euadet in multitudine potentiæ.
17 ¶ Mendaciū eſt equus ad ſalutem, in multi
tudine roboris ſui non eruet.

18 ¶Ecce oculus domini ſuper timentes eũ, ſpe-
rantes in miſericordia eius.
19 ¶Vt eruat à morte animas eorum, & uiuifi-
cet eos in fame.
20 ¶Anima noſtra expectauit dominũ, auxiliũ
noſtrum, & clypeus noſter eſt.
21 ¶Quia in eo lætabitur cor noſtrum, quia in
nomine ſanctitatis eius ſperauimus.
22 ¶Sit miſericordia tua dñe ſuper nos, quẽad-
modum ſperauimus in te.

¶Titulus Pſalmi.33.

¶Dauidi, quũ mutauit ipe uerbũ ſuũ coram
Abimelech, & expulit eum, & abijt.

¶Pſalmus.33. ſecundum Hebræum.

1 BEnedicam domino in omni
tempore, ſemper laus eius
in ore meo.
2 ¶In dño laudabit ſe ani-
ma mea, audiẽt humiles, &
lætabuntur.
3 ¶Magnificate dominum mecum, & exalte-
mus nomen eius pariter.
4 ¶Quæſiui dominũ, & exaudiuit me, & ex
omnibus timoribus meis eripuit me.
5 ¶Aſpexerunt ad eum, & illuminati ſunt, &
facies eorum non ſunt pudore affectæ.
6 ¶Iſte pauper clamauit, & dominus audiuit,
& ex omnibus anguſtijs eius ſeruauit eum.
7 ¶Caſtrametatur angelus domini circum ti-
mentes eum, & eripit eos.
8 ¶Guſtate, & uidete, quoniam bonus domi-
nus, beatus uir qui ſperabit in eo.
9 ¶Timete dominum ſancti eius, quoniã non
eſt defectus timentibus eum.
10 ¶Leunculi depauperati ſũt, & fameſcẽt, ſed
quærẽtes dominum, nõ deficient omni bono.
11 ¶Venite filij, obedite mihi, timorem domini
docebo uos.
12 ¶Quis uir qui uult uitam, diligit dies, ut ui-
deat bonum.
13 ¶Cuſtodi linguam tuam à malo, & labia tua
à loquendo dolum.
14 ¶Declina à malo, & fac bonum, quære pa-
cem, & ſequere eam.
15 ¶Oculi domini ſuper iuſtos, & aures ei' ad
clamorem eorum.
16 ¶Iræ domini ſunt contra faciẽtes malum, ut
ſuccidat è terra memoriam eorum.
17 ¶Clamauerunt, & domin' audiuit, & ex om-
nibus anguſtijs eorum, eruit eos.
18 ¶Propinquus eſt dominus contritis corde,
& attritos ſpiritu ſeruabit.
19 ¶Multa ſũt mala iuſti, & à cũctis ipſis, eruet
eum dominus.
20 ¶Cuſtodiens omnia oſſa eius, unum ex eis
non eſt contritum.
21 ¶Interimet impium malitia, & odio haben-
tes iuſtum deſolabuntur.
22 ¶Redimit dominus animã ſeruorum ſuorũ,
& non deſolabuntur oẽs ſperantes in eo.

¶Titulus Pſalmi.34. Dauidi.

¶Pſalmus.34. ſcdm Hebræum.

1 IVdica dñe iudices meos, pugna
cum eis qui pugnant mecum.
2 ¶Appræhende clypeũ, & ſcu-
tum, & ſurge in adiutoriũ meũ.
3 ¶Et expedi lanceam, & clau-
de in occurſum perſequentium
me, dic animæ meæ, ſalus tua ſum.
4 ¶Pudore afficientur, & erubeſcent quæren-
tes animam meam, uertentur retrorſum, & pu-
dore afficientur cogitantes malum meum.
5 ¶Erunt ſicut gluma ante uentum, & ange-
lus domini impellet eam.
6 ¶Erit uia cõꝝ tenebræ, & lubricitates, & an-
gelus domini perſequens eos.
7 ¶Quĩ gratis abſconderunt mihi foueam, &
ræte ſuum gratis foderũt animæ meæ.
8 ¶Veniet ei contritio, quam non cognoſcet,
& ræte ipſius quod abſcondit, capiet eum, in
contritionem cadet.
9 ¶Et anima mea exultabit in domino, gaude-
bit in ſalute eius.
10 ¶Omnia oſſa mea dicent, domine quis ſicut
tu, eripiens pauperem à fortiori eo, & paupe-
rem, & egenum à rapiente eum.
11 ¶Surgent teſtes mendaces, quæ non cogno-
ui interrogabunt me.
12 ¶Reddent mihi malum pro bono, ſterilita-
tem animæ meæ.
13 ¶Et ego ægrotãtib' ipſis, ueſtimentũ habebã
è ſacco, affligebam in ieiunio animã meam, &
oratio mea ad ſinũ meum r. uertebatur.
14 ¶Sicut ꝓ amico, ſicut ꝓ fratre meo ambula-
bã tanq̃ lugẽs matrẽ, pullatus humiliabã me.
15 ¶Sed ipſi in claudicatione mea lætati ſunt, et
congregauerunt ſe, congregauerunt ſe aduer-
ſum me percuſſi, & non cognoui, cachinaue-
runt, & non ſiluerunt.
16 ¶Cum impijs ſubſannatoribus qui indulgẽt
uentri, fremendo dentibus ſuis.
17 ¶Dñe q̃diu uidebis, eripe aiam meã à deſo-
lationibus eorum, à leonibus unicam meam.
18 ¶Confitebor tibi in cœtu magno, in populo
forti laudabo te.
19 ¶Ne lætentur inimici mei gratis, odio habẽ-
tes me gratis annuent oculo.
20 ¶Quia non pacẽ loquẽtur, & contra humi-
les terræ, uerba fraudulenta cogitabunt.
21 ¶Et dilatare fecerũt aduerſum me os ſuum,

dixerunt, euge euge, uidit oculus noſter.
22 ℂ Vidiſti domine, ne taceas, domine ne elon-
ges te à me.
23 ℂ Suſcita te, & euigila ad iudiciū meū, deus
mi, et domine mi, ad iudicium meum.
24 ℂ Iudica me ſecundū iuſtitiam tuam domine
deus mi, & ne lætētur de me.
25 ℂ Ne dicāt in corde ſuo, euge animæ noſtræ,
ne dicant, diſperdamus eum.
26 ℂ Pudore afficientur, & erubeſcent pariter
læti malo meo, induent pudore, & erubeſcen-
tia, magnificantes ſe aduerſus me.
27 ℂ Laudabunt, & exultabunt qui uolunt iuſti-
tiam meā, & dicent ſemper, magnificetur do-
minus, qui uolunt pacem ſerui ſui.
28 ℂ Et lingua mea loquetur iuſtitiā tuam, om-
ni die laudem tuam.

ℂ Trigeſimi quinti Pſalmi titulus.

ℂ Victori ſeruo domini Dauidi.

ℂ Pſalmus. 35. ſecūdum Hebræum.

1 Dictum præuaricatiōis impio eſt,
in medio cordis mei, non eſt pa-
uor dei ante oculos eius.
2 ℂ Qm̄ leniuit ei peccatum in
oculis eius, ut inueniat iniquita-
tem ſuā, ut odio habeāt bonum.
3 ℂ Verba oris ei⁹ ſunt iniquitas, & dolus, de-
ſijt intelligere, ut bene ageret.
4 ℂ Iniquitatem cogitauit in cubili ſuo, ſtetit ſe-
cus uiam non bonam, malū non abiecit.
5 ℂ Domine in cœlis miſericordia tua, ueritas
tua uſq; ad cœlos.
6 ℂ Iuſtitia tua ſicut montes fortiſſimi, iudicia
tua uorago multa, hoiem, & animal ſeruabis.
7 ℂ Quā p̄cioſa eſt mia tua deus, & filij homi-
num, in umbra alarum tuarum ſperabunt.
8 ℂ Inebriabūtur pinguedine domus tuæ, & è
torrente delitiarum tuarum potū dabis eis.
9 ℂ Quoniam tecū eſt uena uitæ, & in lumine
tuo uidebimus lumen.
10 ℂ Trahe miſericordiā tuam ad ſcientes te, et
iuſtitiam tuam ad rectos corde.
11 ℂ Ne ueniat mihi pes ſuperbiæ, & man⁹ im-
piorum ne migrare faciat me.
12 ℂ Ibi ceciderūt operarij iniquitatis, expulſi
ſunt, & non potuerunt ſurgere.

ℂ Pſalmi. 36. titulus. ℂ Dauidi.

1 NE miſceas te cum malignis,
ne zelaueris faciētes iniqui-
tatem.
2 ℂ Quoniam tanq̄ herba
uelociter ſuccidentur, & ſi-
cut olus germinis decidēt.
3 ℂ Spera in domino, & fac bonum, habita ter-
ram, & paſce ueritatem.
4 ℂ Et delectare in domino, & dabit tibi peti-
tiones cordis tui.
5 ℂ Volue ſuper dominum uiam tuam, & ſpe-
ra in eo, & ipſe faciet.
6 ℂ Et educet ſicut lumen iuſtitiam tuam, & iu-
dicia tua ſicut meridiem.
7 ℂ Tace domino, & ſpera in eo, ne miſceas te
cum eo qui proſperat̃ in uia ſua, cum uiro fa-
ciente abominationes.
8 ℂ Deſine à furore, & relinque iram, ne mi-
ſceas te ueruntamen ad malefaciēdum.
9 ℂ Qm̄ maligni excidentur, & expectantes
dominū ipſi hæreditate accipient terram.
10 ℂ Et adhuc paululum, & non erit impius, &
contemplaberis locum eius, & non erit.
11 ℂ Et humiles hæreditate capient terrā, & de-
lectabuntur in multitudine pacis.
12 ℂ Cogitat impius contra iuſtum, & frendit
aduerſus eum dentibus ſuis.
13 ℂ Dominus ridebit ei, quia uidit, q̄ ueniet
dies eius.
14 ℂ Gladium acuerunt impij, & tetenderunt
arcum ſuum, ut ruere faciant pauperem, &
inopem, ut iugulent rectos uia.
15 ℂ Gladius eorum ingredietur cor eorum, &
arcus eorum confringentur.
16 ℂ Melius eſt paululum iuſto, q̄ diuitiæ im-
piorum multæ.
17 ℂ Quia brachia impiorum confringētur, &
ſuſtentauit iuſtos dominus.
18 ℂ Scit dominus dies perfectorum, & hære-
ditas eorum in ſæculum erit.
19 ℂ Non pudore afficientur in tempore malo,
& in diebus famis ſaturabuntur.
20 ℂ Quia impij peribunt, & inimici dn̄i erunt
ſicut precioſi agni, defecerunt ſicut fumus de-
fecerunt.
21 ℂ Mutuum accipit impius, & non reddit, ſed
iuſtus donat, & dat.
22 ℂ Quia benedicti ab eo hæreditate accipient
terram, & maledicti ab eo excidentur.
23 ℂ A domino greſſus hominis parati ſunt, &
uiam eius uolet.
24 ℂ Cum ceciderit, non proijcietur, quia domi-
nus ſuſtentat manum eius.
25 ℂ Puer fui, etiam ſenui, & non uidi iuſtū de-
relictū, nec ſemen eius quærens panem.
26 ℂ Omni die donat, & mutuat, & ſemen eius
erit in benedictione.
27 ℂ Recede à malo, & fac bonū, & habitabis
in ſæculum.
28 ℂ Quia dn̄s amat iudiciū, & nō derelinquet
miſericordes ſuos, in ſæculum cuſtodientur, &
ſemen impiorum ſuccidetur.
29 ℂ Iuſti hæreditate accipient terram, & habi-

tabunt in ſæculum ſuper eam.
30 Os iuſti loquetur ſapientiam, & lingua eius
loquetur iudicium.
31 ¶ Lex dei eius in corde eius, non nutabunt
pedes eius.
32 ¶ Speculatur impius iuſtum, & quærit in-
terimere eum,
33 ¶ Dñs nõ dereliquet eum in manu eius, nec
condẽnabit eum cum iudicatus fuerit ipſe.
34 ¶ Expecta dñm, & cuſtodi uiã eius. & exal
tabit te, ut hæreditate capias terram, cũ ſuc
ciſi fuerint impij, uidebis.
35 ¶ Vidi impium fortem, & uireſcentẽ ſicut
laurus uiridis.
36 ¶ Et trãſiuit, & ecce non fuit, & quæſiui eũ
& non eſt inuentus.
37 ¶ Cuſtodi perfectum, & uide rectum, quia
merces uniuſcuiuſq; pax.
38 ¶ Et præuaricantes diſſipati ſunt pariter,
merces impiorum ſucciſa eſt.
39 ¶ Et ſalus iuſtorum à dño, fortitudo eorũ
in tempore anguſtiæ.
40 ¶ Et audiuit eos dñs, & eruit eos, eruet eos
ab impijs, & ſeruabit eos, qa ſperauerũt in eo.

¶ Pſalmi. 37. Titulus.

¶ Pſalmus Dauid ad cõmemorandũ.

1 Domine ne i furore tuo arguas me,
nec in ira tua corripias me.
2 ¶ Qm̃ ſagittæ tuæ deſcẽderunt
in me, & deſcendit ſuper me per-
cuſſio tua.
3 ¶ Non eſt perfectio in carne mea propter
iram tuam, non eſt pax oſſibus meis propter
peccatum meum.
4 ¶ Qm̃ iniquitates meæ tranſierunt caput
meũ, ſicut onus graue grauiores fuerũt me.
5 ¶ Putruerunt, tabuerunt liuores mei, pro-
pter ſtultitiam meam.
6 ¶ Incuruaui me, humiliaui me uehementiſ
ſime, omni die pullatus ambulaui.
7 ¶ Qm̃ ilia mea plena fuerunt ardore, & nõ
eſt perfectio in carne mea.
8 ¶ Debilitatus ſum, & attritus ſum uehemẽ
tiſſime, rugij propter rugitum cordis mei.
9 ¶ Dñe coram te eſt oẽ deſideriũ meum, &
ſuſpirium meum à te non eſt abſconditum.
10 ¶ Cor meũ circuiuit, dereliquit me fortitu
do mea, & lumen oculorum meorum, & ipſi
non ſunt mecum.
11 ¶ Qui dilexerant me, & amici mei ẽ regio
ne plagæ meæ ſteterunt, & propinqui mei à
longinquo ſteterunt.
12 ¶ Et illaqueauerunt me quærentes animã
meã, & quærentes malum meum locuti ſunt
prauitates, & dolos omni die meditabũtur.
13 ¶ Et ego tanq̃ ſurdus nõ audiebã, & ſicut
mutus qui non aperit os ſuum.
14 ¶ Et fui ſicut uir, qui non audit, & nõ ſunt
in ore eius redargutiones.
15 ¶ Quia te domine expectaui, tu exaudies
domine deus mi.
16 ¶ Quia dixi, ne forte lætentur de me, cum
declinabat pes meus, aduerſum me magnifi
cauerunt linguam ſuam.
17 ¶ Qm̃ ego ad claudicationẽ parat' ſum, &
dolor meus coram me eſt ſemper.
18 ¶ Qm̃ iniquitatẽ meam annunciabã, time-
bam propter peccatum meum.
19 ¶ Et inimici mei uiuẽtes roborati ſunt, &
multiplicati ſunt odio habentes me gratis.
20 ¶ Et reddẽtes malum pro bono aduerſabã
tur mihi, eo ꝙ ſequebar bonum.
21 ¶ Ne derelinquas me dñe deus mi, ne elon
ges te à me.
22 ¶ Feſtina ad auxilium meũ, domine ad ſalu
tem meam.

¶ Pſalmi. 38. Titulus.

¶ Victori ipſi Ieduthũn canticũ dauidi.

¶ Pſalmus. 38. & ſecundũ Hebræum. 39.

1 Dixi, cuſtodiã uias meas, ne pec
cem lingua mea, cuſtodiã ori
meo clauſuram adhuc exiſten
te impio coram me.
2 ¶ Obmutui ſilentio, tacui à
bono, & dolor me' turbat' eſt
3 ¶ Caluit cor meũ in medio mei, in medita-
tione mea exarſit ignis, locutus ſum lingua
mea.
4 ¶ Scire fac me dñe finem meũ, & menſurã
dierum meo℞ quæ ſit, ſcio ꝙ tẽporalis ſum.
5 ¶ Ecce ut menſurã quatuor digitorũ poſ-
ſuiſti dies meos, & tẽpus meũ tanq̃ nihil co
ram te, uerũtamen uniuerſa uanitas, omnis
homo ſtans, Selah.
6 ¶ Verũtñ in imagine ambulabit uir, uerũ-
tamen in uanũ tumultuabũt, congregabit,
& neſciet cui congregat ea.
7 ¶ Et nũc qd expectaui dñe? Spes mea ĩ te ẽ.
8 ¶ Ex oĩbus præuaricationib' meis erue me
opprobriũ ſtulti, ne ponas me.
9 ¶ Obmutui, nõ aperiã os meũ, qa tu feciſti.
10 ¶ Remoue à me plagã tuam, à bello manꝰ
tuæ, ego defeci.
11 ¶ Increpationibus propter iniquitatẽ cor
ripuiſti uirũ, & liq̃ſcere feciſti, ut tineã deſi
deriũ eius, uerũtñ uanitas oĩs homo, Selah.
12 ¶ Audi orõnẽ meã dñe, clamorẽ meũ auri-
bus pcipe, & ad lachrymã meã ne ut ſurdũ
te exhibeas, quia peregrinus ſum apud te,
incola ut omnes patres mei.

13 ¶ Deſine à me, & roborabor, anteq̄ uadã
et non ſim.
¶ Pſalmi.39.Titulus.
¶ Victori ipſi Dauid, Cãticum.
¶ Pſalm' 39.& ſcd'm Hebræum.40.
1 EXpectando expectaui domi-
num, & inclinauit ſe mihi, &
audiuit clamorem meum.
2 ¶ Et aſcendere fecit me è ci-
ſterna ſonitus, è luto cœni, &
ſtatuit ſup petrã pedes meos,
præparauit pedes meos.
3 ¶ Et poſuit in ore meo canticum nouũ, lau
dem deo noſtro.
4 ¶ Videbunt multi, & timebunt, & ſpera-
bunt in domino.
5 ¶ Beat' uir qui poſuit dñm ſpem ſuam, &
non reſpexit ad ſuperbos, & declinantes ad
mendacium.
6 ¶ Multa feciſti tu dñe deus meus mirabilia
tua, & cogitationes tuas nobis non eſt ordi-
nare tibi, annunciabo, & loquar, multa ſunt
ut non narrentur.
7 ¶ Sacrificium, & oblationem noluiſti, au-
rem fodiſti mihi, holocauſtum, & ſacrificiũ
pro peccato non poſtulaſti.
8 ¶ Tũc dixi, ecce ueni, in uolumine libri ſcri
ptum eſt ſuper me.
9 ¶ Vt facerem uoluntatẽ tuam deus mi uo-
lui, & lex ſua in medio inteſtinorũ meorũ eſt.
10 ¶ Annũciaui iuſtitiam in cœtu multo, ecce
labia mea non prohibui, dñe tu ſciuiſti.
11 ¶ Iuſtitiam tuam non operui in medio cor-
dis mei, ueritatem tuam, & ſalutem tuam di
xi. Non abſcondi miam tuam in cœtu multo.
12 ¶ Tu dñe ne prohibeas mias tuas à me, mia
tua, & ueritas tua ſemper cuſtodiant me.
13 ¶ Qm̃ circumdederunt me mala innumera,
comprahenderunt me iniquitates meæ, et
non potui uidere, multiplicatæ ſunt præ ca-
pillis capitis mei, & cor meũ dereliquit me.
14 ¶ Complace dñe, ut eruas me, dñe ad auxi-
lium mei feſtina.
15 ¶ Pudore afficientur, & erubeſcent pari-
ter quærentes aiam meam, ut perdant eam,
reuertentur retrorſum, & pudore afficiẽtur
uolentes malum meum.
16 ¶ Deſolabuntur, propter mercedem pudo
ris ſui, qui dicunt mihi euge, euge.
17 ¶ Gaudebunt, & lætabuntur in te oẽs quæ
rentes te, & dicent ſemper magnificetur do
minus, qui diligunt ſalutem tuam.
18 ¶ Et ego pauper, & egenus dñs cogitabit
de me, auxilium meum, & liberator meus es
deus mi ne tardaueris,

¶ Pſalmi.40.titulus. ¶ Victori cãtus Dauidi.
¶ Pſalmus.40.& ſcd'm Hebræũ.41.
1 BEatus qui intelligit ſuper paupe-
rem, in die mala liberabit eũ dñs.
2 ¶ Dñs cuſtodiat eum, & uiuifi-
cet eum, beatificetur in terra, &
ne tradas eum uoluntati inimicorum eius.
3 ¶ Dñs fulciat eum ſuper lectũ doloris ei',
omne cubile eius uerſaſti in infirmitate ei'.
4 ¶ Ego dixi, dñe miſerere mei, ſana animã
meã, q̄ꝙ peccaui tibi.
5 ¶ Inimici mei dicent malum de me, quãdo
morietur, & peribit nomen eius?
6 ¶ Et ſi uenerit ad uidendum, mendaciũ lo-
quetur cor eius, congregabit iniquitatẽ ſi-
bi, egredietur foras, loquetur.
7 ¶ Simul aduerſum me murmurabũt oñes
odio habẽtes me, aduerſum me cogitabũt
malum mihi.
8 ¶ Verbum impium adhærebit ei, & qui ac
cubuit non addet ut ſurgat.
9 ¶ Etiam uir pacis meæ cui fidebã qui man-
ducabat panem meum, magnificauit aduer
ſum me calcaneum.
10 ¶ Et tu dñe miſerere mei, & reſuſcitare fac
me, & reddam eis.
11 ¶ In hoc cognoui, qm̃ complacuiſti in me,
quia non iubilabit inimicus meus ſuper me.
12 ¶ Et ego in perfectiõe mea ambulaui, ſuſtẽ
taſti me, & ſtatuiſti me coram te ſemper.
13 ¶ Benedictus dñs deus Iſrael à ſæculo, &
uſq; in ſæculum, Amen, & Amen.
¶ Pſalmi.41.titulus.
¶ Victori, intellectus filijs Córach.
¶ Pſalmus.41.& ſcd'm Hebræũ.42.
1 QVemadmodũ ceruA deſiderat
ad torrentes aquarum, ita aĩa
mea deſiderat ad te deus.
2 ¶ Sitiuit anima mea ad deũ,
ad deũ uiuum, quando ueniã,
& uidebor coram deo?
3 ¶ Fuit mihi lachyma mea panis die ac nocte
dum dicunt mihi omni die, ubi eſt deus tu'?
4 ¶ Horum recordabor, & effundam ſuper
me animã meam, quoniã tranſibo in nume-
rum, incedam cum eis uſq; ad domum dei in
uoce laudis, & confeſſionis multitudo tripu
dians,
5 ¶ Cur humiliaſti te anima mea, & perſonui
ſti in me, expecta deum, quia adhuc confite
bor ei propter ſalutes quæ ſunt coram eo.
6 ¶ Deus mi in me anima mea humiliabit ſe,
Idcirco recordabor tui de terra Iardén, &
Chermoním de monte paruo.
7 ¶ Vorago, uoraginem uocat ad ſonitum fi
ſtularum

ſtularum tuarum, omnes inundationes tuæ,
& fluctus tui ſuper me tranſierunt.
8 ¶ In die præcipiet dñs miſericordiã ſuam,
& nocte cãticum eius erit mecũ, oratio deo
uitæ meæ.
9 ¶ Dicam deo, ut quid oblit⁹ es mei, ut qd
pullatus ambulabo propter oppreſſionem
inimici?
10 ¶ Vt occiſio eſt in oſſibus meis, quum pro
bris afficiunt mei inimici mei, dicentib⁹ ipſis
ad me omni die, ubi eſt deus tuus?
11 ¶ Cur humiliaſti te anima mea, & cur per-
ſonuiſti in me? Expecta deũ, quia adhuc con
fitebor ei propter ſalutes uultus mei, & dei
mei. ¶ Pſalmus.32.
1 IVdica me deus, & iudica iudiciũ
meum de gente nõ miſericorde,
à uiro doloſo & iniquo eripe me
2 ¶ Quia tu es deus fortitudinis
meæ, ut quid elongaſti me, ut quid pullat⁹
ambulabo propter oppreſſionẽ inimici?
3 ¶ Mitte lucẽ tuam, & ueritatẽ tuam, ipſæ
ducent me, introducent me ad montem ſan
ctitatis tuæ.
4 ¶ Et introibo ad altare dei, ad deũ lætitiæ
exultationis meæ, & confitebor tibi in ci-
thara, deus deus mi.
5 ¶ Cur humiliaſti te anima mea, & cur pſo-
nuiſti in me? Spera in deo, qm̃ adhuc cõfite
bor ei propter ſalutes uult⁹ mei, & dei mei.

¶ Pſalmi.43.titulus.
¶ Victori filijs Córach intelligentia.
¶ Pſalmus.43.& ſcdm Hebræũ.44.

1 DEus auribus noſtris audiuim⁹, pa-
tres noſtri narrauerũt nobis, opus
operatus es in diebus eorũ, in die
bus priſtinis.
2 ¶ Tu manu tua gentes expellere feciſti, &
plantaſti eos, malefeciſti populis, & emiſi-
ſti eos.
3 ¶ Quia non gladio ſuo poſſederũt terram,
& brachiũ eorũ non ſeruauit eos, ſed dexte
ra tua, & brachium tuum, & lux uultus tui,
quia complacuiſti in eis.
4 ¶ Tu ipſe rex meus deus, præcipe ſalutes
Iahacób.
5 ¶ In te hoſtes noſtros cornupetem⁹, in no-
mine tuo cõculcabimus inimicos noſtros.
6 ¶ Quia nõ in arcu meo ſperabo, & gladi⁹
meus non ſeruabit me.
7 ¶ Qm̃ ſeruare feciſti nos ab hoſtibus nr̃is,
& odio habẽtes nos pudore affeciſti.
8 ¶ In deo laudamus om̃i die, & nomini tuo
in ſæculum confitebimur, Sélah.
9 ¶ Etiã elongaſti, & erubeſcere feciſti nos,
& non egredieris cum exercitibus noſtris.
10 ¶ Redire feciſti nos retrorſum ab hoſte, &
odio habẽtes nos diripuerunt ſibiipſis no-
ſtras opes.
11 ¶ Poſuiſti nos ut pecudes cibi, & in gẽtes
diſperſiſti nos.
12 ¶ Vendidiſti populũ tuum ſine diuitijs, &
non multiplicaſti propter precia eorum.
13 ¶ Ponere feciſti nos opprobriũ uicinis no
ſtris, ſubſannationẽ, & deriſionẽ his q erant
in circuitibus noſtris.
14 ¶ Ponere feciſti nos prouerbiũ in gentib⁹,
cõmotionem capitis in populis.
15 ¶ Omni die uerecũdia mea corã me eſt, &
& pudor faciei meæ operuit me.
16 ¶ Propter uocẽ ꝓbris afficiẽtis & cõtume
lijs afficientis propter inimicũ, & ultorem.
17 ¶ Totũ hoc uenit nobis, nec obliti ſumus
tui, nec mentiti ſumus in pacto tuo.
18 ¶ Non uertit ſe retrorſum cor noſtrũ, neq;
declinauit pes noſter de ſemita tua.
19 ¶ Qm̃ contriuiſti nos in loco draconis, &
operuiſti nos umbra mortis.
20 ¶ Si obliti ſumus nõis dei noſtri, & expan
dimus palmas noſtras ad deum alienũ.
21 ¶ Nonne deus inueſtigabit hoc, quia ipſe
ſcit abſcondita cordis?
22 ¶ Qm̃ ꝓpter te occiſi fuim⁹ omni die, exti
mati ſum⁹ ut pecudes ad iugulãdũ paratæ.
23 ¶ Suſcita te, ut quid dormies dñe? Exper-
giſcere, ne elonges te in ſæculum.
24 ¶ Vt quid faciẽ tuam abſcõdis, obliuiſce-
ris afflictionis noſtræ, & oppreſſiõis noſtræ?
25 ¶ Quia humiliauit ſe uſq; ad puluerẽ ani-
ma noſtra, adhæſit terræ uenter noſter.
26 ¶ Surge ad auxilium nobis, & redime nos
propter miſericordiam tuam.

Pſalmi.44.titulus.
¶ Victori ſuper ſoſannim filijs Cò-
rach intellectus, canticum amorũ.

1 ERuctauit cor meũ uerbũ bonũ, di
co opera mea regi, lingua mea ut
ſtilus ſcribæ uelocis.
2 ¶ Pulchruiſti præ filijs hominũ,
diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea be
nedixit tibi deus in ſæculum.
3 ¶ Accinge te gladio tuo ſup fœmur o po-
tens, gloria tua & decore tuo.
4 ¶ Et in decore tuo proſperare, equita ſup
uerbum ueritatis, & mãſuetudinis, & iuſti-
tiæ, & docebit te terribilia dextera tua.
5 ¶ Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadẽt,
in cor inimicorum regis cadent.
6 ¶ Sedes tua deus in ſæculũ & ultra, uirga
æquitatis eſt uirga regni tui.

7 ¶ Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti impietatem
propterea unxit te dñs deus tuus oleo gau-
dij præ participibus tuis.
8 ¶ Vt myrrha & aloes, caſſiæ, oĩa ueſtimẽta
tua ex ædibus eburneis, ex quibus lætifica-
uerunt te.
9! ¶ Filiæ regũ cũ honorabilibus tuis, aſtitit
cõiũx ad dexterã tuã in diademate aureo.
10 ¶ Audi filia, & uide, & inclina aurẽ tuã, &
obliuiſcere populi tui, & domus patris tui.
11 ¶ Et cõcupiſcet rex decorẽ tuum, qm̃ ipſe
eſt dñs tuus, & incurua te ei.
12 ¶ Et filia tyri cũ munere, uultum tuum de-
precabuntur diuites populi.
13 ¶ Tota inclyta eſt filia regis intrinſecus.
14 ¶ Polymitis aureis induta, cũ ueſtib⁹ phry
gionicis adducetur regi, uirgines poſt eam,
proximæ eius ducentur tibi.
15 ¶ Ducenť cũ lætitijs, & exultatiõe, ingre-
dientur palatium regis.
16 ¶ Pro patrib⁹ tuis erunt filij tui, pones eos
principes in uniuerſa terra.
17 ¶ Memorare faciã nominis tui in omni ge
neratione, & generatione, propterea popu
li confitebuntur in ſæculum, & ultra.

¶ Pſalmi. 45. titulus.

¶ Victori filijs Córach ſuper Ha
lamóth canticum.

1 DEus nobis ſpes, & fortitudo, au
xilium in anguſtijs inueniemus
ualidum.
2 ¶ Propterea nõ timebimus cũ
mutabit terrã, & cũ mouerit mõ
tes in cor maris.
3 ¶ Sonabũt, turbabunť aquæ ei⁹, contremi
ſcent mõtes ꝓpter ſublimitatẽ eius, Sélah.
4 ¶ Fluminis eius riui lætificabũt ciuitatem
dei, ſanctã habitaculorũ altiſſimi.
5 ¶ Deus in medio eius, ne cõmouearis, adiu
uabit eã deus reſpiciente mane.
6 ¶ Sonuerũt gẽtes, mota ſunt regna, dedit
uocem ſuam, defluxit terra.
7 ¶ Dñs exercituũ nobiſcũ, eleuatio nobis
deus Iahacób, Sélah.
8 ¶ Venite, uidete opera dñi, quæ poſuit ſo-
litudines in terra.
9 ¶ Ceſſare facit bella uſq; ad extremum ter
ræ, arcum conteret, & concidet haſtã, plau-
ſtra comburet igni.
10 ¶ Vacate, & ſcitote q̧ ego ſum deus, exal-
tabor in gentib⁹, exaltabor in terra.
11 ¶ Domin⁹ exercituũ nobiſcũ, eleuatio no
bis deus Iahacób, Sélah.

¶ Pſalmi. 46 titulus.

¶ Victori filijs Córach cantus.

1 OMnes populi plaudite manũ,
iubilate deo in uoce laudis.
2 ¶ Qm̃ dñs altiſſim⁹, terribi-
lis, rex magn⁹ ſup oẽm terrã.
3 ¶ Ducet populos ſubter nos
& tribus ſubter pedes nr̃os.
4 ¶ Eliget nobis hæreditatẽ noſtrã, gloriam
quam dilexit, Sélah
5 ¶ Aſcẽdit de⁹ in iubilo, dñs in uoce tubæ.
6 ¶ Cantate deo, cãtate regi noſtro, cãtate.
7 ¶ Quoniã rex om̃is terræ deus, canite in-
telligibiliter.
8 ¶ Regnauit deus ſuper gentes, deus ſedit
ſuper thronũ ſanctitatis ſuæ.
9 ¶ Principes populorũ cõgregati ſunt, po-
pulus dei Abrahám, qm̃ dei ſunt ſcuta ter-
ræ, uehementer eleuatus eſt.

¶ Pſalmi. 47. titulus.

¶ Canticum cantus Córach.

¶ Pſalmus. 47. & ſcd̃m Hebræũ. 48.

1 MAgn⁹ dñs, & laudabilis ualde in
ciuitate dei nr̃i, monte ſc̃titatis.
2 ¶ Pulcher termino, gaudiũ uni
uerſæ terræ, mons Siión ad late-
ra aquilonis, ciuitas regis magni.
3 ¶ Deus in ædibus eius notus eſt, ad eleua-
tionem.
4 ¶ Qm̃ ecce reges cõgregati ſunt, tranſie-
runt pariter.
5 ¶ Ipſi uiderunt, ſic admirati ſunt, territi
ſunt, feſtinauerunt.
6 ¶ Tremor appræhẽdit eos ibi, dolor tanq̃
parturientis.
7 ¶ Vento orientali cõteres naues maris.
8 ¶ Sicut audiuimus, ſic uidimus in ciuitate
dñi exercituum, in ciuitate dei noſtri, deus
fundauit eam uſq; in ſæculum, Selah.
9 ¶ Cogitauim⁹ deus miſericordiã tuam, in
medio templi tui.
10 ¶ Scd̃m nomẽ tuũ de⁹, ſic laus tua uſq; ad
fines terræ, iuſtitia plena eſt dextera tua.
11 ¶ Lætetur mõs Siión, exultẽt filiæ Iehudáh
propter iudicia tua.
12 ¶ Circũdate Siión, & circuite eam, nume-
rate turres eius.
13 ¶ Ponite cor ueſtrũ ad antemurale eius, ro
borate palatia eius, ut enarretis in proge-
nie nouiſſima.
14 ¶ Quoniam iſte deus deus noſter in ſæcu-
lum, & ultra ipſe ducet nos uſq; ad mortẽ.

¶ Pſalmi. 48. titulus.

¶ Victori filijs Córach cantus.

¶ Pſalmus. 48. & ſecundũ Hebræũ. 49.

1 AVdite hoc oẽs populi, auſculta
te oẽs habitatores orbis.
2 ¶ Etiam filij hoĩm, ẽt filij uiri,
pariter diues, & pauper.
3 ¶ Os meum loquetur ſapien-
tias, & meditatio cordis mei intelligentias.
4 ¶ Inclinabo ad parabolam aurem meã, ape
riam cum cithara ænigma meum.
5 ¶ Vt quid timebo in diebus malis, iniqui-
tas calcaneorum meorum circundabit me?
6 ¶ Qui fidunt opibus ſuis, & in multitudine
diuitiarum ſuarum iactant ſe.
7 ¶ Fratrem nõ redimendo redimet quiſpiã,
nec dabit deo propitiationem ſuam.
8 ¶ Et precioſa erit redemptio aĩæ eorum,
& deſinet in ſæculum.
9 ¶ Et uum uiuet adhuc in ſæculum, nõ uide
bit foueam, quũ uiderit ſapientes mori? Si-
mul ſtultus, & inſipiẽs peribũt, & relinquẽt
alienis diuitias ſuas.
10 ¶ Interiora eorum, domus eorum in ſcl'm,
tabernacula eorũ in gñatione, & gñationẽ,
uocauerunt noĩbus ſuis terras.
11 ¶ Et hõ in honore nõ commorabitur, aſſi-
mulatus eſt iumentis, ſimiles ſunt.
12 ¶ Hæc uia eorũ ſtultitia ipſis, & poſteri eo
rum ſecunda ipſa ibunt.
13 ¶ Sicut pecora in inferno ponentur, mors
depaſcet eos, & dñabuntur eis recti mane, et
figura eorum ut ueteraſcat egredietur ad fo
ueam, ab habitaculo quod erat ſibi.
14 ¶ Verumtñ deus redimet aĩam meã de po-
teſtate inferi, cum acceperit me, Sélah.
15 ¶ Ne timueris cum ditatus fuerit uir, cum
multiplicauerit gloria dom' eius.
16 ¶ Qm̃ non cũ mortuus fuerit accipiet oĩa,
neq; deſcendet poſt eum gloria eius, qm̃ aĩæ
ſuæ in uita ſua bñdixit, & laudabunt te pij
quod bñfeceris tibi.
17 ¶ Introibit uſq; in progeniem prm ſuorum
q uſq; in ſcl'm non uidebunt lumen.
18 ¶ Homo in honore, & non intelliget, aſſi-
mulatus eſt iumentis, ſimiles fuerunt.

¶ Pſalmi. 49. Titulus.

¶ Cantus ipſi Aſáph.

¶ Pſalmus. 49. & ſcd'm Hebræum. 50.

1 DEus dñs locutus eſt, & uocauit
terrã, ab ortu ſolis uſq; ad occa
ſum eius.
2 ¶ Ex Siión pfecti decoris de'
illuſtrauit.
3 ¶ Veniet deus noſter, & nõ ſilebit, ignis co
ram eo uorabit, & in circuitu eius tẽpeſtate
affecta eſt uehementer.
4 ¶ Vocabit cœlos deſuper, & terram, ut iu-
dicet populum ſuum.
5 ¶ Congregate mihi ſanctos meos qui pepi
gerunt pactum mecum ſup ſacrificium.
6 ¶ Et nunciauerunt cœli iuſtitiam eius, qm̃
deus iudex eſt, Sélah.
7 ¶ Audi populus mi, & loquar Iſraél, & te-
ſtificari faciã cõtra te, deus de' tuus ego ſũ.
8 ¶ Nõ ſup ſacrificia tua arguam te, nec ſup
holocauſta tua qđ nõ fuerint corã me ſemp.
9 ¶ Non accipiam è domo tua iuuencum, de
ſeptis tuis hircos.
10 ¶ Qm̃ mihi ſunt oĩs beſtia ſyluæ, animalia
in montibus mille.
11 ¶ Cognoui omne uolatile mõtium, & fera
agri mecum eſt.
12 ¶ Si eſuriero non dicam tibi, quia meus eſt
orbis, & plenitudo eius.
13 ¶ Nũquid comedam carnem taurorum, &
ſanguinem hircorum bibam?
14 ¶ Imola deo laudem, & redde altiſſimo uo
ta tua.
15 ¶ Inuoca me in die anguſtiæ, eruam te, &
honorificabis me.
16 ¶ Impio autẽ dixit de', qđ tibi, ut enarres
iſtitutra mea, & aſſumas pactũ meũ i ore tuo?
17 ¶ Tu uero odiſti diſciplinam, proieciſti uer
ba mea poſt te.
18 ¶ Si uidebas furem, ibas cum eo, & cũ adul
teris portio tua erat.
19 ¶ Os tuum mittebas in malum, & lingua
tua coniũgebat dolum.
20 ¶ Sedebas contra fratrem tuum, loqueba-
ris cõtra filium matris tuæ, dabas probrum,
hæc feciſti, & tacui, exiſtimaſti q̧ eſſendo eſ
ſem ſicut tu, ſed arguã te, & ordinabo in ocu
lis tuis iudicium.
21 ¶ Intelligite, q̃ſo hoc q obliuiſcimini dei,
ne forte rapiam, & non ſit qui eruat.
22 ¶ Qui ſacrificauerit confeſſionem honori
ficabit me, & ponẽti uiam dei coram ſe oſtẽ
dam ſalutem dei.

¶ Pſalmi. 50. Titulus.

¶ Victori, Cãtus ipſi Dauid, qñ uenit ad eũ
Natháu ppheta, eũ intrauit ad Bathſébah.

¶ Pſalmus. 50. & ſcd'm Hebræũ. 51.

1 MIſerere mei de' ſcd'm miam tuã
ſcd'm mlritudidẽ miſerationũ
tuarũ dele puarieatiões meas.
2 ¶ Ml'tiplica miſeratiões tuas
ut laues me ab iniquitate mea,
& à peccato meo munda me.
3 ¶ Qm̃ præuaricationes meas ego agno-
ſco, & peccatum meũ coram me eſt ſemper.
4 Tibi ſoli, tibi peccaui, & malũ i ocl'is tuis feci
ut iuſtifices te, quũ locut' fueris purifices te

cum iudicaueris.
5 ¶Ecce cum iniquitate genitus ſum, & cum
peccato calefacta eſt de me mater mea.
6 ¶Ecce uẽritatem uoluiſti in renibus, & oc
cultum ſapientiæ ſcire feciſti me.
7 ¶Purificabis me hyſſopo, & mundabor, la
uabis me, & præ niue dealbabor.
8 ¶Audire facies me gaudium, & lætitiam,
exultabunt oſſa, quæ contriuiſti.
9 ¶Abſconde faciem tuam à peccatis meis,
& omnes iniquitates meas dele.
10 ¶Cor mundum crea mihi deus, & ſpiritum
rectum innoua in uiſceribus meis.
11 ¶Ne proijcias me à facie tua, & ſpiritũ ſan
ctitatis tuæ ne capias à me.
12 ¶Redde mihi gaudium ſalutis tuæ, & ſpi-
ritus uoluntarius confirmet me.
13 ¶Docebo p̃uaricatores uias tuas, & pctõ-
res ad te conuertentur.
14 ¶Erue me de ſanguinibus deus deus ſalu-
tis meæ, laudabit lingua mea iuſtitiam tuã.
15 ¶Dñe labia mea aperies, & os meum annũ
ciabit laudem tuam.
16 ¶Qm̃ non uis ſacrificiũ, & dabo? holocau
ſtum non uis.
17 ¶Sacrificia dei, ſpũs contritus, cor contri
tum, & confractum deus non deſpicies.
18 ¶Benefac in uoluntate tua ipſi Siión, ædifi
ces muros Ieruſaláim.
19 ¶Tũc uoles; ſacrificia iuſtitiæ, holocauſtũ,
& oblationem, tunc offerẽt ſuper altare tuũ
uitulos.

¶Pſalmi quĩquageſimi primi titulus.
¶Victori ipſi Dauid intellectus cũ uenit
Doégh Edomæus, & nũciauit ipſi Saúl
& dixit ei, Venit Dauid in domũ Achi-
melech.
¶Pſalmus. 51. & ſecd'm Hebræos. 52.

1 CVr iactas te de malitia o potẽs,
miſericordia dei oĩ die mecũ ẽ.
2 ¶Contritiones cogitauit lin-
gua tua, ſicut nouacula acuta fa
ciẽs dolum.
3 ¶Dilexiſti malum magis ꝙ̃ bonum, menda
cium magis ꝙ̃ loqui iuſtitiam, Sélah.
4 ¶Dilexiſti oĩa uerba diſſipata, linguã do-
loſam.
5 ¶Etiam deus deſtruet te in ſæculum, tollet
te, euellet te è tabernaculo, & eradicabit te è
terra uiuentium, Sélah.
6 ¶Et uidebunt iuſti, & timebunt, & ſuper
eum ridebunt.
7 ¶Ecce uir qui non poſuit deum fortitudi-
nem ſuam, ſed fidit multitudini diuitiarum
ſuarum, roboratus eſt in prauitate ſua.

8 ¶Ego autem ſicut olea uiridis ĩ domo dei
ſperaui in miſericordia dei in ſcl'm, & ultra.
9 ¶Confitebor tibi in ſcl'm, qm̃ feciſti, & ex
pectabo nomen tuum, qm̃ bonum eſt coram
miſericordibus tuis.

¶Pſalmi. 52. Titulus.
¶Victori ſuper Machaláth intellectus
ipſi Dauidi.
¶Pſalmus. 52. & ſecd'm Hebræum. 53.

1 DIxit ſtultus in corde ſuo, nõ eſt de⁹,
corruperunt uiam ſuam, & abomi-
nabilem fecerunt iniquitatẽ, & non
eſt qui faciat bonum.
2 ¶Deus è cœlo proſpexit ſup filios hoĩm,
ut uideat an ſit intelligens, requirens deum
3 ¶Totus ĩpe retroceſſit, pariter computrue
runt, nõ eſt qui faciat bonum, non eſt etiam
unus.
4 ¶Nonne cognouerunt oẽs operantes ini-
quitatem, comedentes ppl'm meum ac ſi co-
mederent panem, deum non inuocauerunt.
5 ¶Ibi timuerũt timore, non fuit timor, qm̃
deus diſperſit oſſa caſtrametantis contra te,
pudore affeciſti, qm̃ deus ſpreuit eos.
6 ¶Quis dabit ex Siión ſalutes Iſraël, cũ cõ-
uerterit deus captiuitatem ppl'i ſui, exulta-
bit Iahacób, lætabitur Iſraël?

¶Pſalmi. 53. Titulus.
¶Victori in pſalmis intellect⁹ ipſi Da
uid cum ueniſſent Ziphím, & dixiſſent
ad Saúl. nonne Dauid abſconditus eſt
apud nos?

1 DEus in noĩe tuo ſaluum me fac,
& in fortitudine tua iudica me
2 ¶Deus audi orõnem meam,
auſculta ſermones oris mei.
3 ¶Qm̃ alieni inſurrexerũt ad
uerſum me, & fortes q̃ſierunt
aĩam meam, non poſuerunt deum coram ſe,
Sélah.
4 ¶Ecce deus auxiliatur mihi, dñs eſt inter
ſuſtentatores aĩæ meæ.
5 ¶Reddet malum inimicis meis, in ueritate
tua ſuccidet illos.
6 ¶Voluntarie ſacrificabo tibi, cõfitebor no
mini tuo dñe, qm̃ bonum eſt.
7 ¶Qm̃ ex omni anguſtia eruet me, & in ho-
ſtibus meis, quod uolui uidit oculus meus.

¶Pſalmi. 54. Titulus.
¶Victori in pſalmis intellectus ipſi
Dauidi.

¶Pſalmus. 54. quartus, & ſecd'm He-
bræum quinquageſimus quintus.

1 AVribus percipe deus oronem
meã, & ne abſcondas te à dep
catione mea.
2 ¶ Intẽde mihi, & exaudi me,
clamabo in ſermone meo, & tu
multuabor.
3 ¶ A uoce inimici, & à facie anguſtiæ impŷ
qm̃ extenderunt contra me mẽdacium, & in
furore aduerſati ſunt mihi.
4 ¶ Cor meum doluit in medio mei, & terro
res mortis ceciderunt ſuper me.
5 ¶ Timor, & tremor uenit ſuper me, & ope-
ruit me tremor.
6 ¶ Et dixi, utinam haberem alas ſicut colũ-
ba, uolarem, & requieſcerem.
7 ¶ Ecce elongabo me tranſmigrando, cõmo
rabor in deſerto, Sélah.
8 ¶ Feſtinarem eruere me à uento qui ſuſci-
tatur à turbine.
9 ¶ Perde dñe, diuide linguam eorũ, qm̃ ui-
di iniquitatem, & contradictionẽ in ciuitate.
10 ¶ Die ac nocte circundederunt eam ſuper
muros eius, & iniquitas, & peruerſitas eſt in
medio eius.
11 ¶ Prauitates ſunt in medio eius, & non re-
ceſſit è platea eius fraus, & dolus.
12 ¶ Quia non inimicus ꝓbris affecit me, qđ
ſuſtinuiſſẽ, nõ odio habens me aduerſum me
magnificauit os ſuũ qa abſcõdiſſẽ me ab eo.
13 ¶ Sed tu homo ſcd'm æqualitatem meam,
dux meus, & notus meus.
14 ¶ Qui ſimul dulceſcere faciebam' ſecretũ,
in domo dei ambulabamus coniunctim.
15 ¶ Exiget debitũ mõs ab eis, deſcẽdẽt ĩ infer
nũ uiuentes in ſocietate eorũ, in medio eoꝝ.
16 ¶ Ego ad deum clamabo, & dominus ſer-
uabit me.
17 ¶ Veſpere, & mane, & meridie loquar, &
tumultuabo, & exaudiet uocem meam,
18 ¶ Redimet in pace aĩam meam à bello qđ
eſt contra me, qm̃ multi ſunt mecum.
19 ¶ Audiet deus, & humiliabit eos, & manẽs
ab initio, Sélah.
20 ¶ Quibus nõ ſunt mutationes, & nõ timue
runt deum.
21 ¶ Miſit manũ ſuam in eos qui pacifici erãt
cum eo, polluit pactum eius.
22 ¶ Leuierũt magiſq̃ butyra os ſuum, & præ
lium cor eius, leniora uerba ei' pluſq̃ oleum
& ipſa ſunt gladiŷ.
23 ¶ Proiice ſuper dñm põdus tuũ, & ipſe feret
te nõ dabit in ſcl'm nutationem iuſto.
24 ¶ Tu aũt de' deſcẽdere facies eos in puteũ
foueæ, uiri ſanguinolenti, & doloſi nõ dimi-
diabunt dies ſuos, ego aũt fido tibi.

¶ Pſalmi. 55. Titulus.
¶ Victori ſup colũbam mutã in remotis, ipſi
Dauid Mictã cũ tenuerẽt eũ Peliſtím in Gath.
¶ Pſalmus. 55. et ſcd'm Hebræũ. 56.
1 MIſerere mei de', qm̃ abſorbere uult
me hõ, oĩ die bellãs opprimit me.
2 ¶ Abſorbere uolunt me inimici
mei omni die, qm̃ multi bellantes
pro me ſunt in excelſo.
3 ¶ In die timebo, ego tibi fidam.
4 ¶ In deo laudabo uerbum eius, deo fidi, nõ
timebo quid faciat caro mihi.
5 ¶ Tota die ꝑꝑ uerba mea dolore afficiũt me
, aduerſũ me ſũt oẽs cogitatiões eoꝝ ĩ malũ.
6 ¶ Congregant, latẽt, ipſi ueſtigia mea ob-
ſeruant, quum expectauit aĩam meam.
7 ¶ Num propter iniquitatẽ euaſio erit eis?
In furore ppłos deſcendere fac deus.
8 ¶ Migratiões meas numeraſti, pone lachry
mas meas in utre tuo. Nõne ĩ libro tuo ſunt?
9 ¶ Tunc cõuertentur inimici mei retrorſum,
in die qua clamabo, hoc noui ꝙ de' ꝓ me eſt.
10 ¶ In die laudabo uerbum, in dño laudabo
uerbum, deo fidi, non timebo quid faciat ho
mo mihi.
11 ¶ Mea intereſt deus, ut pro ijs quæ uoui tibi
reddam laudes tibi.
12 ¶ Qm̃ eripuiſti aĩam meam à morte, nonne
& pedes meos ab expulſione mei, ut ambu-
lem coram deo in lumine uiuentium?
¶ Pſalmi. 56. Titulus.
¶ Victori ne diſperdas ipſi Dauid Mictám,
qñ fugit à facie Saúl in ſpeluncam.
¶ Pſalm'. 56. & ſcd'm Hebræũ. 57.
1 MIſerere mei de', miſerere mei, qm̃
in te ſperauit aĩa mea, & ĩ umbra
alarum tuarũ ſperabo, donec trã-
ſeãt contritiones.
2 ¶ Clamabo ad deum altiſſimũ, ad deum re
tribuentem mihi.
3 ¶ Mittet è cœlo, & ſeruabit me à probro
deglutire nolẽtis me Sélah. Mittet de' mĩam
ſuam, & ueritatem ſuam.
4 ¶ Aĩa mea eſt inter leones, iaceo inter ar-
dentes, inter filios hominum quorum den-
tes ſunt ut lãcea, & ſagittæ, & lingua ut gla
dius acutus.
5 ¶ Exalta te ſuper cœlos deus, ſuper oẽm ter
ram gloriam tuam.
6 ¶ Rete parauerunt greſſibus meis, incur
uauit ſe aĩa mea, foderunt ante me foueã, ce
ciderunt in medium eius Sélah.
7 ¶ Paratum cor meum deus, paratum cor
meum, cantabo, & canam.
8 ¶ Exurge gloria mea, exurge Nébel, & ci-

thara, exurgam diluculo.
9 ¶ Confitebor tibi in populis dñe, & canā
tibi in gentibus.
10 ¶ Qm̄ magna eſt uſq; ad cœlos mia tua, &
uſq; ad cœlos ueritas tua.
11 ¶ Exalta te ſuper cœlos deus, ſuper omnē
terram gloriam tuam.

¶ Pſalmi. 57. Titulus.

¶ Victori, ne diſperdas ipſi Dauid Michtám.

¶ Pſalm⁹. 57. & ſcd'm Hebræū. 58.

1 NVm uere o congregatio iuſtitiam
loquemini, æquitates iudicabitis
filij hominum?
2 ¶ Etiā corde iniquitates operabi
mini, in terra iniquitatem manuum ueſtra-
rum appendetis?
3 ¶ Alienati ſunt impij à uulua, errauerūt ab
utero, loquentes mendacium.
4 ¶ Venenum eſt illis inſtar ſerpentis, ſicut
aſpidis ſurdæ quæ obturat aurem ſuam.
5 ¶ Quæ non obtēperabit uoci incantantiū,
incantantis incantationes, ſapientis effecti.
6 ¶ Deus cōtere dentes eorum in ore ipſorū,
molas catulorum leonū confringe domine.
7 ¶ Diſſoluentur ſicut aquæ, ambulabūt ſi-
bi ipſis, intēdent ſagittas ſuas, ſed erunt ac ſi
eſſent excisæ.
8 ¶ Sicut limax quæ liquefit, pergent, ſicut
abortiuus mulieris, ne uideant ſolem.
9 ¶ Anteq; ſentiant lebetes ueſtri ignem rhā
ni, ſicut caro cruda, ſic ira ut turbo pdet eos.
10 ¶ Lætabitur iuſt⁹ cum uiderit uindictam,
pedes ſuos lauabit in ſanguine impij.
11 ¶ Et dicet homo, uere eſt fruct⁹ iuſto, utiq;
eſt deus iudicans in terra.

¶ Pſalmi 58. Titulus.

¶ Victori, ne diſperdas ipſi Dauid Michtám
qñ miſit Saúl, & cuſtodierunt domum, ut in
terficerent eum.

¶ Pſalmus. 58. & ſcd'm Hebræum. 59.

1 ERipe me ab inimicis meis deus mi,
& ab inſurgentibus contra me ele
ua me.
2 ¶ Eripe me ab operarijs iniquis,
& à uiris ſanguinolentis ſerua me.
3 ¶ Quia ecce inſidiati ſunt aiæ meæ, cōgre-
gati ſunt aduerſum me fortes abſq; præuari
catione mea, & abſq; peccato meo dñe.
4 ¶ Abſq; iniquitate cucurrerunt, & parauе
runt ſe, ſuſcita te in occurſum meū, & uide.
5 ¶ Et tu dñe deus exercituum, deus Iſrael,
euigila ad uiſitandum omnes gētes, ne miſe
rearis oīm præuaricatorū iniquorū, Selah.
6 ¶ Conuertētur ad ueſperam, tumultuabūt
ſicut canis, & circuibunt ciuitatem.
7 ¶ Ecce loquentur ore ſuo, gladij ſunt in la-
bijs eorum, qm̄ quis audit?
8 ¶ Tu autē dñe deridebis eos, ſubſannabis
omnes gentes.
9 ¶ Fortitudinem ei⁹ tibi cuſtodiam, qm̄ de⁹
eleuatio mea eſt.
10 ¶ Deus miæ meæ præueniet me, deus ui-
dere faciet me ultionem de inimicis meis.
11 ¶ Ne occidas eos, ne forte obliuiſcatur po-
pulus meus, cōmoue eos fortitudine tua, &
depone eos clypeus noſter dñe.
12 ¶ Propter pctm̄ oris eorum, ꝓpter uerbū
labiorum ipſorū, & capiantur ꝓpter ſupbiā
ſuam, & de contumelia, & mendacio nar-
rabunt.
13 ¶ Conſume in furore, conſume, & nō ſint,
& ſciant, quia deus dñatur Iahacób, finibus
terræ, Sélah.
14 ¶ Et conuertentur ad ueſperā, tumultua-
bunt ſicut canis, & circuibunt ciuitatem.
15 ¶ Ipſi uagabuntur ut comedāt, ſi nō fuerit
ſaturati, murmurabunt.
16 ¶ Ego autē cantabo fortitudinem tuam, et
laudabo mane miſericordiam tuam.
17 ¶ Quia fuiſti eleuatio mihi, & refugium in
die anguſtiæ m .æ.
18 ¶ Fortitudo mea tibi cantabo, quia de⁹ ele
uatio mea, deus miæ meæ.

¶ Pſalmi. 59. Titulus.

¶ Victori ſuper Suſan teſtimoniū, Michtám
ipſi Dauid ad docendum, cum rixaretur cū
Arámnaharáim, & cum Arám ſobáh, & re-
uerſus eſt Ioáb, & percuſſit Edóm in ualle ſa
lis duodecim milia.

¶ Pſalm⁹. 59. & ſcd'm Hebræū. 60.

1 DEus elōgaſti nos, ſcidiſti nos, ira
tus es, reuerteris ad nos.
2 ¶ Tremere feciſti terram, ſcidi-
ſti eam, ſana contritiones ei⁹, qa
nutat.
3 ¶ Videre feciſti pplm̄ tuū dura, ꝓpinare fe
ciſti nobis uinum ſoporatiuum.
4 ¶ Dediſti metuentibus te ſignum, ut ele-
uent ſe propter ueritatem, Selah.
5 ¶ Vt liberentur dilecti tui, ſaluum fac dex-
tera tua, & exaudi me.
6 ¶ Deus locut⁹ eſt p ſanctitatē ſuā, lætabor,
diuidā Séchem, & uallem Succóth metibor.
7 ¶ Meus eſt Ghilhád, & meus eſt Menaſſeh,
& Ephráim fortitudo capitis mei, Iehudah
legifer meus.
8 ¶ Moab olla lotionis meæ, ſup Edóm proij
ciā calciamētū meū, ſup me Peléſeth iubila.
9 ¶ Quis deducet me ad ciuitatē munitam,
quis deducet me uſq; ad Edóm?

10 ¶Nõne tu deus ꝓieciſti nos? Et non egre-
dieris deus cũ exercitibus noſtris.
11 ¶Da nobis auxiliũ in anguſtia, & mẽdax
ſalus hominis.
12 ¶In deo faciemus fortitudinẽ, & ipſe con
culcabit inimicos noſtros.

¶Pſalmi.60.titulus.

¶Victori ſuper neghináth ipſi Dauid.
¶Pſalmus.60.& ſecundũ Hebræũ.61.

1 Vdi deus clamorẽ meũ, inten
de orationi meæ.
2 ¶Ab extremo terræ ad te
clamabo, cum defecerit cor
meũ ad petrã quæ celſior eſt
me, deduces me.
3 ¶Quia fuiſti ſpes mihi, turris fortitudinis
à facie inimici.
4 ¶Habitabo in tabernaculo tuo in ſæcula,
ſperabo in abſcondito alarũ tuarũ, Sélah.
5 ¶Qm̃ tu deus audiſti uota mea, dediſti hæ
reditatem timentibus nomen tuum.
6 ¶Dies ſuper dies regis adijcies, anni eius
ſicut generatio & generatio.
7 ¶Manebit in ſæculũ coram deo, mĩam &
ueritatẽ præpara quæ conſeruant eũ.
8 ¶Sic canã nomini tuo in ſæculũ, ut reddã
uota mea de die in diem.

¶Pſalmi.61.titulus.

¶Victori ipſi Iedithún cãtus ipſi Dauid.

1 TAntum deo ſilet aĩa mea, ab ipſo
ſalus mea.
2 ¶Tantũ ipſe eſt deus me⁹, & ſa
lus mea, eleuatio mea, non decli-
nabo multa declinatione.
3 ¶Vſq; quo cogitabitis praua cõtra unum-
quemq;, interficiemini uniuerſi uos, eritis
tanq̃ paries inclinatus, maceria impulſa.
4 ¶Verũtamen à magnitudine ipſius dei cõ
ſuluerunt expellere alter alterũ, uoluerunt
mendaciũ, ore ſuo benedicebant, & intimo
ſuo maledicebant, Sélah.
5 ¶Tantũ deo tace aĩa mea, quoniã ab ipſo
eſt quod præſtolor.
6 ¶Tantũ ipſe eſt deus me⁹, & ſalus mea, ele
uatio mea, non declinabo.
7 ¶In deo eſt ſalus mea, & glĩa mea, robur
fortitudinis meæ, ſpes mea in deo.
8 ¶Sperate in eo oĩ tpe populi, effundite co
rã illo cor ueſtrũ, de⁹ eſt ſpes noſtra, Sélah.
9 Tantũ uanitas ſunt filij hominũ, mendaciũ
filij uiri, in ſtateris ſi aſcendãt, leuiores ſunt
uanitate pariter.
10 ¶Ne fidatis calũniæ, & rapinæ, ne euane-
ſcatis, ſubſtãtia ſi mltiplicet, ne ponatis cor
11 ¶Semel locutus eſt deus, bis hoc audiui,
quia fortitudo eſt deo.
12 ¶Et tibi dñe miſericordia, quia tu reddes
unicuiq; ſecundum opus ſuum.

¶Pſalmi.62.titulus.

¶Cãt⁹ ipi Dauid cũ eẽt ĩ deſerto Iehudáh.
¶Pſalmus.62.& ſecundũ Hebræũ.63.

1 DEus deus meus es, quærã te, ſitiuit
te aĩa mea, deſiderauit te caro mea
ĩ terra deſerti, & ſitibũda abſq; aq̃.
2 ¶Sic in ſctitate uidi te, ut uidẽã
fortitudinẽ tuam, & gloriã tuam.
3 ¶Qm̃ melior eſt mĩa tua q̃ uita, labia mea
laudabunt te.
4 ¶Sic benedicã tibi in uita mea, in nomine
tuo leuabo manus meas.
5 ¶Sicut adipe, & pĩguedine ſaturabit̃ aĩa
mea, & labijs laudationũ laudabit os meũ.
6 ¶Si recordatus fuero tui in cubilib⁹ meis,
in uigilijs meditabor de te.
7 ¶Quia fuiſti auxiliũ mihi, & in umbra ala
rum tuarum laudabo.
8 ¶Adhæſit anima mea tibi, me ſuſtentauit
dextera tua.
9 ¶Ipſi autẽ ad deſolationẽ quærent animã
meam, introibunt inferiora terræ.
10 ¶Occidẽt eũ gladio, pars uulpiũ erunt.
11 ¶Rex uero lætabit̃ in deo, laudabit̃ oĩs q
iurat per eum, quia obſtruetur os loquen-
tium mendacium.

¶Pſalmi.63.titulus.

¶Victori cantus ipſi Dauid.

¶Pſalmus.63. & ſecundũ Hebræũ.64.

1 Vdi de⁹ uocẽ meã ĩ ſermõe meo,
à timore ĩimici cuſtodi uitã meã.
2 ¶Abſcõde me à conſilio mali-
gnorum, à tumultu operantium
iniquitatem.
3 ¶Qui acuerũt ut gladiũ, linguã ſuã, tetẽ-
derunt ſagittam ſuam uerbum amarũ.
4 ¶Vt iaciant in abſconditis imperfectum,
ſubito ſagittauerũt eũ, & non timuerũt.
5 ¶Roborauerũt ſibijpſis uerbũ nequã, nar
rauerunt, ut abſcondant laqueos. Dixerũt,
quis uidebit eos?
6 ¶Scrutati ſunt iniqtates, perfecerũt ſcruti
nium ſcrutatũ, & intimum uniuſcuiuſq;, &
cor profundum.
7 ¶Et ſagittauit eos deus ſagitta ſubito, fue
runt plagæ eorum.
8 ¶Et impigere fecerũt eã in ſemetipſos lin
guam ſuã, elongabũt ſe oẽs uidẽtes eos.
9 ¶Et timuerũt oẽs hoĩes, & annunciauerũt
opus dei, & opus eius intellexerũt.
10 ¶Lætabitur iuſt⁹ in dño, & ſperabit in eo,
& laudabũt te omnes recti corde.

¶ Pſalmi.64.titulus.
¶ Victori cantus ipſi Dauid canticum.
¶ Pſalmus.64.& ſecundũ Hebræũ.65.
1 Tibi ſilet laus in Sión, & tibi
reddetur uotum.
2 ¶ Audis orationẽ, ad te oĩs
caro ueniet.
3 ¶ Rebus iniquis quæ præua
luerunt nobis, & præuarica-
tiõibus noſtris tu propitiaberis.
4 ¶ Beat' quẽ elegiſti, & appropinquare fe-
ciſti, habitabit in atrijs tuis, ſaturabimur bo
no domus tuæ ſancti templi tui.
5 ¶ In terribilibus, in iuſtitia exaudies nos,
deus ſalutis noſtræ, ſpes omniũ finium ter-
ræ, & inſularum maris diſtantiũ.
6 ¶ Qui firmat montes potentia ſua, qui ac-
cinctus eſt fortitudine.
7 ¶ Qui cõpeſcit ſonitũ mariũ, ſonitum flu-
ctuum eorum, & multitudinẽ gentiũ.
8 ¶ Et timuerũt habitatores finium à ſignis
tuis, ſtellas matutinas, & ueſpertinas lauda
re facies te.
9 ¶ Viſitaſti terram pluuia, poſtq̃ deſidera-
re feciſti eam, plurimũ locupletaſti eam, ri-
uus dei repletus eſt aquis, paraſti frumentũ
eorum, quia ſic paraſti eam.
10 ¶ Sulcos eius inebria, deſcendere fac in li-
neas eius, hymbribus liquefac eam, germi-
ni eius benedic.
11 ¶ Coronaſti annũ bono tuo, & cœli tuĩ ſtil
lauerunt pinguedinẽ.
12 ¶ Stillauerũt in cãpeſtrib' deſerti, & exul
tatione colles accinxerunt ſe.
13 ¶ Induerũt ſe paſcua pecudibus, & ualles
operuerũt ſe frumẽto, clamabũt, etiã canẽt.

¶ Pſalmi.65.titulus.
¶ Victori canticum cantus.
¶ Pſalmus.65.& ſcd'm Hebræũ.66.
1 IVbilate deo omnis terra.
2 ¶ Cantate gloriã noĩs eius,
ponite gloriam, laudem eius.
3 ¶ Dicite deo, q̃ terribilia ſũt
opera tua, propter multitudi-
nem fortitudinis tuæ negabũt
te inimici tui.
4 ¶ Omnes terræ habitatores incuruabũt ſe
tibi, & canent tibi, canent noĩ tuo, Sélah.
5 ¶ Venite, & uidete opa dei, terribile opus
ſuper filios hominum.
6 ¶ Conuertit mare in aridã, per flumẽ trãſi-
ierunt pede, ibi lætati ſumus in ipſo.
7 ¶ Qui dominatur fortitudine ſua in ſæcu-
lum, oculi eius gentes ſpeculantur, rebelles
ne eleuent ſeipſos.
8 ¶ Benedicite populi dño noſtro, & audire
facite uocem laudis eius.
9 ¶ Qui poſuit animã noſtrã in uitã, & non
permiſit ut declinaret pes noſter.
10 ¶ Qm̃ ,pbaſti nos deus, conflaſti nos ſicut
conflatur argentum.
11 ¶ Introduxiſti nos in ræte, poſuiſti angu-
ſtiam in lumbis noſtris.
12 ¶ Equitare feciſti hominẽ ſuper caput no-
ſtrum, ingreſſi ſumus ignẽ, & aquã, & edu-
xiſti nos ad terram irriguam.
13 ¶ Ingrediar domũ tuã in holocauſtis, red-
dam tibi uota mea.
14 ¶ Quæ aperuerũt labia mea, & locutũ eſt
os meũ dum eſſet anguſtia mihi.
15 ¶ Holocauſta agnorũ medullatorũ offerã
tibi cũ ſuffitu arietũ, faciam boues cum hir-
cis, Sélah.
16 ¶ Venite, audite, & narrabo omnes timen
tes deum, quæ fecit animæ meæ.
17 ¶ Ad ipſum ore meo clamaui, & exaltabi-
tur lingua mea.
18 ¶ Iniquitatẽ ſi uidi in corde meo, nõ exau-
diet dominus.
19 ¶ Vere exaudiuit deus, attẽdit uoci oratio
nis meæ.
20 ¶ Benedictus deus qui nõ remouit oratio-
nem meã, & miſericordiã ſuam a me.

¶ Pſalmi.66.titulus.
¶ Victori in Neghinóth cantus cantici.
¶ Pſalmus.66.& ſecundũ Hebræũ.67.
1 DEus miſereat̃ noſtri, & bñdicat no
bis, illuminet uultũ ſuũ nobiſcũ,
Sélah.
2 ¶ Vt ſciamus in terra uiã tuã, in
omnibus gentibus ſalutem tuam.
3 ¶ Confiteant̃ tibi populi deus, confiteant̃
tibi populi omnes ipſi.
4 ¶ Lætent̃, & clament gentes, qm̃ iudicabis
pp'los ĩ eqtate, & gẽtes ĩ terrã duces, Sélah.
5 ¶ Confiteãtur tibi populi deus, cõfiteant̃
tibi populi omnes ipſi.
6 ¶ Terra dedit fructũ ſuum, benedicat nobis
deus noſter.
7 ¶ Benedicat nobis deus, & metuant eum
omnes fines terræ.

¶ Pſalmi.67.titulus.
¶ Victori ipſi Dauid cantus cantici.
¶ Pſalmus.67.& ſecundũ Hebræũ.68.
1 EXurget deus, & diſpergentur ini-
mici eius, & fugient qui odio ha-
buerũt eũ à facie eius.
2 ¶ Sicut propellit̃ fumus, propel
les eos, ſicut liqueſcit cæra à facie ignis, ſic
peribunt impij à facie dei.
3 ¶ Iuſti autẽ lætabuntur, exultabũt coram
deo, & gaudebũt in lætitia.

4 ¶Cantate deo, canite nomini eius, exaltate
eum qui aſcẽdit ſuper cœlos, in Iáh noĩe eius,
& exultate coram eo.
5 ¶Pater eſt pupillorum, & iudex uiduarum,
deus in habitaculo ſanctitatis ſuæ.
6 ¶Deus habitare facit unicos in domo, edu-
cit uinctos compedibus, uerũtamen rebelles
habitauerunt in ſicco.
7 ¶Deus cum egredereris corã populo tuo,
cum incederes per deſertum, Seláh.
8 ¶Terra tremuit, etiã cœli diſtillauerũt à facie
dei, hic Sinái tremuit à facie dei q eſt de⁹ Iſrl'.
9 ¶Pluuiã uoluntariã eleuare feciſti de⁹ ꝓpter
hæreditatẽ tuã, et ſi laborauit, tu cõfirmaſti eã.
10 ¶Congregatio tua habitauerũt in ea, parare
feciſti propter bonitatẽ tuam pauperi deus.
11 ¶Dñs dabit ſermonem, earum quæ nũciant
exercitus magnus erit.
12 ¶Reges exercituũ fugient, fugient & habi-
taculum domus diuidet ſpolia.
13 ¶Si dormieritis inter tripodes eritis ſicut pẽ
næ columbæ quæ tecta eſt argento, & alæ eius
flauo auro.
14 ¶Cum extenderit omp̃s reges in ea inngere
faciet in Salmón.
15 ¶Mons dei eſt ut mons Baſán, mons excel-
ſus, ut mons Baſán.
16 ¶Vt quid ſaltabitis montes excelſi, mõtem
quem deſiderauit de⁹ inhabitare, & dominus
inhabitabit in ſæculum.
17 ¶Currus dei uiginti milia, milia angelorũ,
dñs cum eis Sinái in ſanctitate.
18 ¶Aſcẽdiſti in altitudinẽ, captiuã duxiſti capti
uitatẽ, accæpiſti dona in hominibus, & etiam
rebelles, ut inhabitarent dñm deum.
19 ¶Benedictus domin⁹ quotidie afferet nobis
deus ſalutem noſtram, Selah.
20 ¶Deus nobis eſt deus ad ſalutes, & domino
deo ad mortem ſunt exitus.
21 ¶Verũtñ de⁹ trãſfiget caput inimicorꝫ ſuorꝫ
, uerticem crinis ambulantis in delictis ſuis.
22 ¶Dixit domin⁹, ex Baſán redire faciã, redi
re faciam de profundis maris.
23 ¶Vt rubeſcat pes tuus in ſãguine, lingua ca-
num tuorum ex inimicis ipſis.
24 ¶Viderunt itinera tua deus, itinera dei mei,
regis mei in ſanctitate.
25 ¶Præuenerũt cantores, poſt pſallẽtes, in me
dio puellarum tympanizantium.
26 ¶In eccleſijs benedicite deo, domino q eſtis
ex uena Iſrael.
27 ¶Ibi Biniamín paruulus dominans eis, prin
cipes Iehudáh duces eorum, principes Zebu-
lún, principes Naphtalí.
28 ¶Præcæpit de⁹ tuus fortitudini tuæ, et fortifi
ca hoc quod operatus es nobis.
29 ¶In templo tuo, in Ieruſalám tibi offerent
reges munera.
30 ¶Diſperde congregationẽ calami, congre-
gationem taurorꝫ cũ uitulis, cum inciſionibus
argenteis, diſperſit populos qui bella uolunt.
31 ¶Veniẽt magni pricipes ex Aegypto, Aethio
pia currere faciet manus ſuas deo.
32 ¶Regna terræ cãtate deo, canite dño Selah.
33 ¶Equitanti in cœlos cœlorũ ab oriente, ecce
dabit in uoce ſua uocem fortitudinis.
34 ¶Date fortitudinẽ deo, ſup Iſrael magnifi-
centia eius, & fortitudo eius in cœlis.
35 ¶Terribilis deus ĩ ſanctuarijs ſuis, Deus Iſrl'
ipſe dat fortitudinem, & robora populo bene
dictus deus.

¶Pſalmi.68.titulus.
¶Victori ſup Soſannim ipſi Dauid.
¶Pſalmus.68.& iuxtã Hebræũ.69.

1 SErua me deus, quoniam intrauerunt
aquæ uſq; ad animam.
2 ¶Demerſus in limo profundi, &
non eſt ſtatus, ueni in ꝓfunda aqua
rum, & flumen operuit me.
3 ¶Laboraui clamãdo, ſiccatũ eſt guttur meũ,
defecerũt oculi mei, ſpero in deo meo.
4 ¶Plures ſunt q̃ capilli capitis mei, qui odio
habent me gratis, roborati ſunt, qui diſper-
dunt me inimici mei gratis, q̃ non rapui, tunc
reddidi.
5 ¶Deus tu noſti ſtultitiã meã, & delicta mea
à te non ſunt abſcondita.
6 ¶Ne pudore afficiãtur ꝓpter me q expectãt
te dñe, dñe exercituũ ne erubeſcant ꝓpter me
qui quærunt te deus Iſraél.
7 ¶Quoniam propter te ſuſtinui opprobriũ,
operuit confuſio faciem meam.
8 ¶Alienus fui fratribus meis, & extraneus fi-
lijs matris meæ.
9 ¶Quia zel⁹ dom⁹ tuæ comedit me, & ꝓbra
corꝫ qui ꝓbris afficiũt te, ceciderũt ſuper me.
10 ¶Et fleui, & ieiunio afflixi animam meam, et
fuit in opprobria mihi.
11 ¶Et poſui ueſtimẽtum meum ſaccum, & fui
eis in parabolam.
12 ¶Locuti ſunt cõtra me ſedentes in porta, &
pſalmos bibentium Sechár locuti ſunt.
13 ¶Et ego orõne mea conuerti me ad te dñe,
tp̃s eſt bñplaciti deus, ꝓpter multitudinẽ miæ
tuæ exaudi me, propter ueritatem ſalutis tuæ.
14 ¶Eripe me è luto, ne infigar, eripiar ab odio
habentibus me, & è profundis aquarum.
15 ¶Ne operiat me fluui⁹ aquæ, nec abſorbeat
me profundum, neq; claudat ſuper me puteus
os ſuum.

16 ¶Exaudi me domine, qm̃ bona eſt miſeri-
cordia tua, ſecundũ multitudinem miſeratio-
num tuarum reſpice me.
17 ¶Et ne abſcõdas faciẽ tuam à ſeruo tuo, qm̃
anguſtia eſt mihi, feſtina, exaudi me.
18 ¶Appropinqua animæ meæ, redime eã, pro
pter inimicos meos redime me.
19 ¶Tu noſti probrũ meũ, & pudorẽ meũ, &
ignominiã meã, corã te ſunt oẽs hoſtes mei.
20 ¶Probrum contriuit cor meum, & dolui, &
expectaui qui condoleret, & non fuit, & cõſo
lantes, & non inueni.
21 ¶Et dederunt in eſcam meã fel, & in ſiti mea
propinauerunt mihi acetum.
22 ¶Erit menſa eorũ coram eis laqueus, & re-
tributiones, offendiculum.
23 ¶Obſcurabũtur oculi eorũ, ne uideant, & lũ
bos eorum ſemper nutare facies.
24 ¶Effunde ſuper eos iram tuam, & furor iræ
tuæ compræhendat eos.
25 ¶Sit palatium eorũ deſolatum, in tabernacu
lis eorum ne ſit qui habitet.
26 ¶Qm̃ eum quẽ percuſſiſti, perſecuti ſunt, &
ſuper dolorem uulneratorũ tuorũ narrabunt.
27 ¶Da punitionẽ iniquitatis eorũ, & nõ ingre
diantur iuſtitiam tuam.
28 ¶Deleantur è libro uiuẽtium, & cum iuſtis
non ſcribantur.
29 ¶Ego autem ſum pauper, & dolẽs, ſalus tua
deus eleuabit me.
30 ¶Laudabo nomẽ dei cum cantico, & magni
ficabo eum in confeſſione.
31 ¶Et pulchrior erit dño q̃ bos, q̃ uitulus cor
nificans, & ungulificans.
32 ¶Viderunt humiles, & quærentes deum, &
uiuet cor ueſtrum.
33 ¶Qm̃ audit pauperes dominus, & uinctos
ſuos non deſpexit.
34 ¶Laudent eum cœli, & terra, maria, et omne
repens in eis.
35 ¶Qm̃ deus ſeruabit Siiõn, & ædificabit ci-
uitates Iehudáh, & habitabũt ibi, & hæredi-
tate accipient eam.
36 ¶Et ſemen ſeruorum eius hæreditate acci-
piet eam, & diligẽtes nomẽ eiꝰ habitabũt ĩ ea.

¶Pſalmi. 69. titulus.

¶Victori ipſi Dauid ad recordãdum.

¶Pſalmus. 69. & ſcdm Hebræum. 70.

1 DEus ut eruas me, deus ad auxi-
lium mei feſtina.
2 ¶Pudore afficientur, & eru-
beſcent quærẽtes aĩam meam.
Conuertẽtur retrorſum, & eru
beſcent uolentes malũ meum.
¶Conuertẽtur propter mercedem pudoris
ſui, qui dicunt euge, euge.
4 ¶Gaudebunt, & lætabuntur in te oẽs quæ-
rentes te, & dicẽt ſemper, magnificetur deus,
qui diligunt nomen tuum.
5 ¶Et ego egenus, & pauper ſum, deus feſti-
na propter me, auxilium meũ & ereptor meus
es, deus meus, ne tardaueris.

¶Pſalmus. 70. & ſcdm Hebræum. 71.

1 IN te domine ſperaui, ne pudore
afficiar in ſæculum.
2 ¶Propter iuſtitiã tuam eripies
me, & eripies me, inclina ad me au
rem tuam, & ſerua me.
3 ¶Eſto mihi robuſtum habitaculum, ut ingre
diar iugiter, præcepiſti ſeruare me, quia petra
mea, & munitio mea es tu.
4 ¶Deꝰ mi eripe me è manu impij, è manu per
uertentis, & opprimentis.
5 ¶Qm̃ tu expectatio mea, dñe deus fiducia
mea ab adoleſcentia mea.
6 ¶Tibi innixus ſum ab utero, de uentre mr̃is
meæ tu eductor meꝰ es, in te laus mea ſemper.
7 ¶Tanq̃ portẽtum fui multis, & tu ſpes mea
fortis.
8 ¶Repleatur os meũ laude tua, tota die glo-
ria tua.
9 ¶Ne proijcias me in tempore ſenectutis, cũ
defecerit fortitudo mea, ne derelinquas me.
10 ¶Quia dixerunt inimici mei aduerſum me,
& cuſtodientes animam meam conſiliati ſunt
pariter.
11 ¶Dicendo, deus dereliquit eum, perſequimi
ni, & comprǽhẽdite eum, quia nõ eſt q eruat.
12 ¶Deus ne elongeris à me, deus mi ad auxi-
lium meum feſtina.
13 ¶Pudore afficiẽtur, deficient aduerſarij ani
mæ meæ, operientur probro, & pudore quæ-
rentes malum meum.
14 ¶Ego autem ſemper expectabo, & adijciam
ſuper omnem laudem tuam.
15 ¶Os meũ narrabit iuſtitiam tuam, tota die ſa
lutem tuam, qm̃ non cognoui numeros.
16 ¶Introibo fortitudines dñi dei, recordabor
iuſtitiæ tuæ ſolius.
17 ¶Deus docuiſti me ab adoleſcentia mea, &
hactenus annũciabo mirabilia tua.
18 ¶Et etiã uſq; ad ſeniũ, & caniciẽ, deus ne de-
relinquas me, donec annũciẽ brachiũ tuũ gñra
tioni, omni qui uenturus eſt fortitudinẽ tuam.
19 ¶Et iuſtitia tua deus uſq; in excelſum, quæ
feciſti magna, deus quis ſicut tu?
20 ¶Qui oſtẽdiſti mihi anguſtias multas, & ma
las: reuerteris, uiuificabis me: & ex uoragini-
bus terræ reuerteris, aſcendere facies me.
21 ¶Multiplicabis magnitudinẽ meam, & con-

uerteris, conſolaberis me.
22 ¶ Etiam ego confitebor tibi inſtrumēto nē
bel, ueritatem tuam deus mi, cātabo tibi in
cithara ſancte Iſrael.
23 ¶ Laudabunt labia mea, cum cantauero ti-
bi, & aīa mea quam redemiſti.
24 ¶ Inſuper lingua mea tota die loq̄tur iuſti-
tiam tuam, quia pudore affecti ſunt, q̄ a eru-
buerunt quærentes malum meum.
¶ Pſalmus.71.titulus. ¶ Ipſi Salomóh.
1 DEus iudicia tua regi da, & iuſtitiam
tuam filio regis.
2 ¶ Iudicabit pplm̄ tuum in iuſtitia,
& pauperes tuos in iudicio.
3 ¶ Deferent mōtes pacem populo, & colles
iuſtitiam.
4 ¶ Iudicabit pauperes populi, ſeruabit fi-
lios pauperis, & confriget calumniatorem.
5 ¶ Timebūt te cum ſole, & dum fuerit luna
in gn̄atione generationum.
6 ¶ Deſcendet ſicut pluuia ſuper uellus, ſi-
cut imbres ſtillantes.
7 ¶ Florebit in diebus eius iuſtus, & multitu
do pacis, donec non ſit luna.
8 ¶ Dñabitur à mari uſq; ad mare, & à flumi
ne uſq; ad terminos terræ.
9 ¶ Coram illo pcīdent habitatores deſerti,
& inimici eius terram lingent.
10 ¶ Reges maris, & inſularum, munus red-
dent, reges Seba harabicæ, & Seba æthio-
picæ munus offerent.
11 ¶ Et incuruabunt ſe ei oēs reges, oīes gen
tes ſeruient ei.
12 ¶ Quia eruet pauperem clamātem, & pau
perem, cui non eſt auxiliator.
13 ¶ Parcet pauperi, & inopi, & aīas paupeꝝ
ſeruabit.
14 ¶ A dolo, & ab iīq̄tate redimet animā eoꝝ,
& precioſus erit ſanguis eorū in oculis ei⁹.
15 ¶ Et uiuet, & dabit ei de auro Seba harabi
cæ, & orabit p eo ſemp, tota die bn̄dicet ei.
16 ¶ Erit pugillus frumenti, in terra ſū⁹ in ca
pite mōtium, cōtremiſcet ſicut Lebanón fru-
ctus eius, & florebūt in ciuitate ſicut hær-
ba, terræ.
17 ¶ Erit nomen eius in ſæculū, ante ſolē erit
genitum nomē eius, & benedicentur in eo
omnes gentes, beatificabunt eum.
18 ¶ Benedictus dn̄s deus Iſraēl, qui facit mi-
rabilia ſolus.
19 ¶ Et bn̄dictū nomē gl'iæ e.⁹ in ſclm̄, & reple
bitur gloria ei⁹ oīs terra. Amen, amen.
20 ¶ Cōſummatæ ſūt orōnes Dauid filij Iſái.
¶ Incipit tertius liber pſalmorū.
¶ Titulus. ¶ Cantus ipſi Aſaph. ps.72.

1 PRofecto bonus eſt Iſraeli
deus, ſed mūdis corde.
2 ¶ Et mei penè declina-
uerunt pedes, ferè nihil
effuſi ſunt greſſus mei.
3 ¶ Quia zelaui ī inſanos,
pacem impiorum uidebo.
4 ¶ Quia non ſunt ligamēta in morte eorū,
& ſana eſt fortitudo eorum.
5 ¶ In labore hominis nō ſunt, & cum homi-
nibus non flagellabuntur.
6 ¶ Ideo coronauit eos ſuperbia, operiet ſe
ut tollat prædam ſibi.
7 ¶ Egreſſi ſunt præ adipe oculi eorū, trāſie
runt cogitationes cordis.
8 ¶ Diſſoluerūt, & locuti ſunt malicioſe ca-
lūniam, de excelſo locuti ſunt.
9 ¶ Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua
eorum tranſiuit in terra.
10 ¶ Ideo reuertet̄ populus eius huc, & aquæ
calicis pleni exprimentur eis.
11 ¶ Et dixerunt, quomodo ſciuit deus, & eſt
ſcientia in excelſo?
12 ¶ Ecce iſti impij & pacē habētes ſæculi, ap
prehenderunt diuitias.
13 ¶ Vere inuanū mundaui cor meum, & laui
in innocentia manus meas.
14 ¶ Fui flagellatus omni die, & increpatio
mea ſingulo mane.
15 ¶ Si dicebā narrabo ſicut hoc, ecce gene-
ratio filioꝝ tuorū dicēt q̄ præuaricat⁹ ſum.
16 ¶ Et putabā ſcire hoc, ſed labor eſt in ocu-
lis meis.
17 ¶ Donec intrem ſanctuaria dei, & intelli-
gam nouiſſimum eorum.
18 ¶ Profecto in locis lubricis poſuiſti eos, ca
dere feciſti eos in deſolationes.
19 ¶ Qm̄o fuerūt in deſolationem fere ſubito
defecerūt, cōſumpti ſunt à terroribus.
20 ¶ Velut ſomniū expgefacto hoīe erūt dn̄e
cū ſuſtētaueris eos imaginē eorum ſpnes.
21 ¶ Quía dolore fuerat affectū cor meum, &
lumbi mei acuti fuerunt.
22 ¶ Ego autē inſipiens erā, nec cognoſcebā,
ut iumēta eram apud te.
23 ¶ Ego autem ſemper tecū fui, tenuiſti ma-
num dexteram meam.
24 ¶ Conſilio tuo duces me, & poſtea ad glo
riam accipies me.
25 ¶ Quis mihi eſt ī cœlo? & tecū nolui quip-
piam in terra.
26 ¶ Defecit caro mea, & cor meū, robur cor
dis mei, & pars mea eſt deus in ſæculum.
27 ¶ Qm̄ ecce q ſe elōgāt à te, peribut, ſucci-
dere feciſti omnē fornicantē à te.

28 ¶ Et ego noui ꝙ acceſſus ad deum mihi eſt
bonus, poſui in dño deo ſpem meam, ut nar-
rem omnia opera tua.

¶ Pſalmi. 73. Titul'. ¶ Intellect' ipſi Aſáph.

1 VT quid deus elongaſti nos ĩ ſæ
culum, fumabit furor tuus cõ-
tra pecudes paſcuæ tuæ?
2 ¶ Recordare congregatiõis
tuæ, quam acquiſiuiſti antea,
ꝙ redemiſti uirgã hæreditatis
tuæ, montẽ Siión iſtum, ĩ quo habitaſti.
3 ¶ Leua pedes tuos ad deſolationes duratu-
ras in ſæculum, ſuper oẽm qui maleſecit ini-
micum, in ſanctitate.
4 ¶ Rugierunt hoſtes tui in medio taberna-
culi tui, poſuerunt ſigna ſua ſigna.
5 ¶ Contritum eſt ſicut adducens ſuperne in
perplexitate ligni ſecures.
6 ¶ Et nunc cælaturas eius pariter bipenni,
& malleis contriuerunt.
7 ¶ Miſerunt ignem in ſanctuarium tuum, in
terra polluerunt tabernaculum nominis tui.
8 ¶ Dixerũt in corde ſuo, depopulemur eos
pariter incenderunt oĩa tabernacula dei in
terra.
9 ¶ Signa noſtra non uidimus, non eſt ultra
propheta, & non eſt nobiſcum qui cogno-
ſcat uſqꝫquo.
10 ¶ Vſqꝫquo de' probris afficiet aduerſari',
ſpernet inimicus nomen tuum in ſæculum?
11 ¶ Vt quid reducis manum tuã, & dexterã
tuam è medio ſinus tui non educis inimicos
conſumendo?
12 ¶ Deus aũt rex meus ab initio operatur ſa
lutes in medio terræ.
13 ¶ Tu contriuiſti fortitudine tua mare, con-
fregiſti capita cœtorum in aquis.
14 ¶ Tu cõfregiſti capita Liuiathán, dediſti eũ
eſcam populo deſerta incolenti.
15 ¶ Tu dirupiſti fontem, & torrentem, tu ſic
caſti fluuios fortes.
16 ¶ Tuus eſt dies, etiam tua eſt nox, tu præpa
raſti luminare minus, & ſolem.
17 ¶ Tu ſtatuiſti oẽs terminos terræ, æſtatem,
& hyemem, tu plaſmaſti.
18 ¶ Memento huius, inimic' probris affecit
dñm, & populus ſtultus ſpreuit nomen tuũ.
19 ¶ Ne tradas cõgregationi inimicorũ aĩam
turturis tuæ, congregationis pauperũ tuorũ
ne obliuiſcaris.
20 ¶ Reſpice ad pactũ, qa repleta ſũt loca tene
broſa terræ, habitationes iniquorum.
21 ¶ Ne redeat paup pudore affect', paup, &
mendicus laudabunt nomẽ tuum.
22 ¶ Surge deus iudica cauſam tuã, memẽto
probri tui quo afficeris à ſtulto omni die.
23 ¶ Ne obliuiſcaris uocis hoſtium tuorũ, ſo-
nitus inimicorũ tuorũ aſcendit ſemper.

¶ Pſalmi. 74. titulus.

¶ Victori, Ne diſperdas cantus ipſi
Aſáph canticum.

1 COnfeſſi ſumus tibi deus, confeſſi
ſum', & ꝓpinquũ fuit nomẽ tuũ,
ĳs qui narrauerũt mirabilia tua.
2 ¶ Cum accæpero tẽpus, ego re
ctè iudicabo.
3 ¶ Liquefacta eſt terra, & habitatores eius,
ego direxi colũnas eius, Sélah.
4 ¶ Dixi inſanis, ne inſaniatis, & impĳs, ne
exalteτis cornu.
5 ¶ Ne extollatis in excelſum cornu ueſtrũ,
ne loquamini collo pingui.
6 ¶ Quia non ab exitu ſolis, nec ab occiden-
te, nec ab aquilone ueniet exaltatio.
7 ¶ Qm̃ de' iudicãs hunc humiliabit, & hũc
exaltabit.
8 ¶ Quia calix in manu dñi, & uinũ rubuit,
plenus eſt mixto, & effudit ex hoc. Verũta-
men feces eius quas exprimeut, bibent oẽs
impĳ terræ.
9 ¶ Ego autem annũciabo in ſæculum, canta
bo deo Iahacób, & omnia cornua impiorũ
confringam, exaltabuntur cornua iuſti.

¶ Pſalmi. 75. titulus.

¶ Victori in pſalmis cantus ipſi
Aſáph Cãticum.

1 NOtus fuit in Iehudáh de', in Iſraél
magnũ nomen eius.
2 ¶ Et fuit in Salém tabernaculũ
eius, & habitatio eius in Siión.
3 ¶ Ibi confregit ſagittas arcus, ſcutum, &
gladium, ac bellum, Sélah.
4 ¶ Luminoſus es o fortis præ montibus ra-
pacibus.
5 ¶ Spoliati fuerunt fortes corde, dormita-
uerunt in ſomno ſuo, & non inuenerunt oẽs
uiri fortes uires in manibus ſuis.
6 ¶ Propter increpatione tuã deus Iahacób
ſoporatus eſt, & currus, & equus.
7 ¶ Tu terribilis es, & quis ſtabit coram te,
ex eo tempore quo cœperit ira tua?
8 ¶ E cœlis audire feciſti iudicium, terra ti-
muit, & quieuit.
9 ¶ Quũm ſurget ad iudicium deus, ut ſer-
uet omnes humiles terræ, Sélah.
10 ¶ Quoniam ira homini confitebitur tibi,
reſiduum irarum accinges.
11 ¶ Vouete, & reddite dño deo ueſtro om̃es

quí eſtis in circuitũ ei⁹, afferãt munus timẽdo.
12 ¶ Succidet ſpiritum ducum, terribilis erit re-
gibus terræ.

¶ Pſalmus.76.
¶ Victori ipſi Ieduthún,
ipſi Aſáph cantus.

1 VOce mea ad deum & clamabo,
uoce mea ad deum, & auſculta-
bit me.
2 ¶ In die anguſtiæ meæ domi-
num quæſiui, plaga mea nocte
defluxit, & non quieuit, renuit conſolari ani-
ma mea.
3 ¶ Recordabor dei, & tumultuabo, loquar,
& deficiet ſpiritus meus, Sélah.
4 ¶ Tenuiſti uigilias oculorum meorum, con-
tritus ſum, & non loquar.
5 ¶ Supputaui dies qui fuerũt à principio, an-
nos ſæculorum.
6 ¶ Recordabor pſalmi mei, nocte corde meo
meditabor, & ſcrutabitur ſpiritum meum.
7 ¶ Nunquid in ſæcula elongabit me domin⁹,
& non addet ut uelit adhuc?
8 ¶ Nunquid defecit in ſæculum miſericordia
eius, conſumptum eſt eloquium, in generatio-
ne & generationem?
9 ¶ Nunqd oblitus eſt miſereri deus, num clau
ſit in furore miſericordias ſuas? Sélah.
10 ¶ Et cogitaui occidere me propter annos de-
xteræ excelſi.
11 ¶ Recordabor operum domini, quia recor-
dabor à principio mirabilium tuorum.
12 ¶ Et meditabor in omnibus operibus ſuis, &
de operibus tuis loquar.
13 ¶ Deus in ſanctitate uia tua. Quis deus ma-
gnus ſicut deus?
14 ¶ Tu es deus qui facis mirabile, ſcire feciſti in
populis fortitudinem tuam.
15 ¶ Redemiſti in brachio populum tuum, filios
Iahacób, & Ioſéph, Sélah.
16 ¶ Viderunt te aquæ deus, uiderunt te aquæ,
doluerunt, etiam cõmotæ ſunt uoragines.
17 ¶ Inundare fecerunt aquas nubes, tonitruũ
dederunt cœli, & fulgura tua iuerunt.
18 ¶ Sonitus tonitrui tui in rota, illuminauerũt
fulgura orbẽ, cõmota eſt, & cõtremuit terra.
19 ¶ In mari uia tua, & ſemitæ tuæ in aquis mul
tis, & itinera tua non ſunt agnita.
20 ¶ Duxiſti ſicut pecudes populum tuum, per
manum Moſéh, & Aharón.

¶ Pſalmus.77.
¶ Intellectus ipſi Aſáph.

1 AVſculta populus mi legẽ meã,
inclinate aurẽ ueſtram ad elo-
quia oris mei.
2 ¶ Aperiã in parabola os meum, loquar ænig-
mata à principio.
3 ¶ Quæ audiuimus & cognouimus ea, & pa-
tres noſtri narrauerunt nobis.
4 ¶ Non abſcondemus à filijs eorum, genera-
tioni nouiſſimæ, narrãtes laudes domini, et for
titudinẽ eius, & mirabilia eius quæ fecit.
5 ¶ Et ſuſcitauit teſtimonium in Iahacób, & le-
gem poſuit in Iſraél, quæ præcepit patrib⁹ no
ſtris, ut notificarent ea filijs ſuis.
6 ¶ Vt cognoſcant generatio nouiſſima, filij
qui naſcentur ſurgẽt, & narrabũt filijs ſuis.
7 ¶ Vt ponant in deo ſpem ſuam, & non obliui
ſcãtur operũ dei, & mandata eius cuſtodiant.
8 ¶ Et nõ ſint ſicut patres eorũ generatio decli
nans & rebellis, generatio quæ non præpara-
uit cor ſuũ, nec fuit fidelis cum deo ſpũs eius.
9 ¶ Filij Ephráim armati, iacientes arcu, uerte
runt ſe in die belli.
10 ¶ Non cuſtodierunt pactũ dei, & in lege eius
noluerunt ambulare.
11 ¶ Et obliti ſunt operum eius, & mirabilium
eius quæ oſtendit eis.
12 ¶ Coram patribus eorũ fecit mirabilia in ter-
ra Aegypti, in agro Sóhan.
13 ¶ Rupit mare, et tranſire fecit eos, & ſtare fe-
cit aquas ueluti aceruus.
14 ¶ Et duxit eos in nube per diem, & tota no-
cte in lumine ignis.
15 ¶ Scidit petras in deſerto, & potũ dedit eis
in uoraginibus magnis.
16 ¶ Et eduxit fluenta de petra, & deſcendere
fecit tanq̃ flumina aquas.
17 ¶ Et addiderunt adhuc ut peccarẽt ei, ut pro-
uocarent excelſum in ſolitudine.
18 ¶ Et tentauerunt deum in corde ſuo, peten-
do cibum animæ ſuæ.
19 ¶ Et locuti ſunt contra deum, dixerũt. Nun-
quid poterit deus parare menſam in deſerto?
20 ¶ Ecce percuſſit petrã, & fluxerũt aquæ, & tor
rẽtes inundauerunt. Nunquid etiam panẽ po-
terit dare, num parabit carnem populo ſuo?
21 ¶ Ideo audiuit dominus, & irat⁹ eſt, & ignis
accenſus eſt in Iahacób, & etiam furor aſcen-
dit contra Iſraél.
22 ¶ Quia non crediderunt deo, nec ſperaue-
runt in ſalute eius.
23 ¶ Et mandauit cœlis deſuper, & ianuas cœli
aperuit.
24 ¶ Et pluit ſuper eos Man ad comedendum,
& triticum cœleſte dedit eis.
25 ¶ Panem fortium comedit uir, cibũ miſit eis
ad ſaturitatem.
26 ¶ Proficiſci fecit eurũ in cœlo, & induxit in
fortitudine ſua auſtrum.

27 ¶ Et pluit ſuper eos ſicut puluerē carnem, & ſicut arenam marium uolatile alatum.
28 ¶ Et cadere fecit in medium caſtrorum eius, circa habitacula eius.
29 ¶ Et comederunt, & ſaturati ſunt ualde, & deſiderium eorum attulit eis.
30 ¶ Nō ſunt alienati à deſiderio ſuo, adhuc eſca eorum in ore eorum.
31 ¶ Et furor dei aſcendit in eos, & occidit pingues eorum, & electos Iſraél incuruauit.
32 ¶ In omni hoc peccauerunt adhuc, & nō crediderunt mirabilibus eius.
33 ¶ Et conſumpſit in uanitate dies eorū, & annos eorum feſtinanter.
34 ¶ Si occidebat eos, quærebāt eum, & reuertebantur, & quærebant deum.
35 ¶ Et recordati ſunt quia deus fortitudo eorū eſt, & deus excelſus, redēptor eorum eſt.
36 ¶ Et blāditi ſunt ei ore ſuo, & lingua ſua mētiti ſunt ei.
37 ¶ Cor autem eorum non erat rectum cū eo, nec permanſerunt in pacto eius.
38 ¶ Ipſe autem miſericors propitiat⁹ eſt iniquitati, & nō diſperdet, & multiplicauit, ut auerteret iram ſuā, & non ſuſcitabit oēm iram ſuam.
39 ¶ Et recordatus eſt quod caro ſunt, ſpiritus uadit, & non reuertitur.
40 ¶ Quotiens exacerbauerūt eum in deſerto, irritauerunt eum in ſolitudine.
41 ¶ Et reuerſi ſunt, & tentauerūt deum, & ſanctum Iſraél ſignauerunt.
42 ¶ Non ſunt recordati manus eius, diei qua redemit eos de anguſtia.
43 ¶ Qui poſuit in Aegypto ſigna ſua, & mirabilia ſua in regione Sóhan.
44 ¶ Et cōuertit in ſanguinem flumina eorum, & fluenta eorum, ne biberent.
45 ¶ Miſit in eis omne genus beſtiarū, & comedit eos, & ranam, & diſperdidit eos.
46 ¶ Et dedit brucho fructum eorum, & laborē eorum locuſtæ.
47 ¶ Occidit grandine uites eorum, & ſycomoros eorum, locuſta & bruchus.
48 ¶ Et tradidit grandini iumēta eorum, & poſſeſſiones eorum carbonibus.
49 ¶ Miſit in eos iram indignatiōis ſuæ iram & furorem, & anguſtiam immiſſionem angelorum malorum.
50 ¶ Ponderauit ſemitam furori ſuo, nō prohibuit à morte animam eorum, & uitam eorum morti tradidit.
51 ¶ Et pcuſſit omne primogenitū in Aegypto, principiū fortitudinū, in tabernaculis Cham.
52 ¶ Et proficiſci fecit ſicut pecudes pplm ſuū, & duxit eos ſicut gregem in deſerto.
53 ¶ Et duxit eos confidēter, & non timuerunt & inimicos eorum operuit mare.
54 ¶ Et adduxit eos ad terminos ſanctitatis ſuæ, in montem iſtum, quē acquiſiuit dextera eius.
55 ¶ Et eiecit à facie eorꝝ gentes, & cadere fecit eas in portiōe hæreditatis, & habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Iſraél.
56 ¶ Et tentauerunt, & exacerbauerunt deum excelſum, & teſtimonia eius non cuſtodierūt.
57 ¶ Et auerterunt ſe, & præuaricati ſunt, ſicut patres eorꝝ uerſi ſunt ut arcus doloſus.
58 ¶ Et irritauerunt eum excelſis ſuis, & ſculptilibus ſuis æmulari fecerūt eum.
59 ¶ Audiuit deus, & iratus eſt, & ſpreuit ualde Iſraél.
60 ¶ Et reliquit tabernaculum Silóh, tentorium quo habitauit inter homines.
61 ¶ Et tradidit in captiuitatem fortitudinem ſuam, & gloriam ſuam in manū hoſtis.
62 ¶ Et tradidit gladio populum ſuū, & in hæreditatem ſuam iratus eſt.
63 ¶ Iuuenes eius comedit ignis, & uirgines eius non fuerunt nuptui traditæ.
64 ¶ Sacerdotes eius gladio ceciderunt, & uiduæ eius non fleuerunt.
65 ¶ Et excitatus eſt tanꝗ̃ dormiens dominus, tanꝗ̃ potens clamans propter uinum.
66 ¶ Et percuſſit hoſtes ſuos retrorſum, opprobrium perpetuum dedit eis.
67 ¶ Et ſpreuit tentorium Ioſéph, & tribum Ephráim non elegit.
68 ¶ Elegit autem tribum Iehudáh, montem Siión quem dilexit.
69 ¶ Et ædificauit ſicut palatia excelſa ſanctuariū ſuum, ſicut terrā quam fundauit in ſæculū.
70 ¶ Et elegit Dauid ſeruuū ſuum, & tulit eum de ſeptis pecudum.
71 ¶ Et eunte post fœtas, adduxit eum, ut paſceret Iahacób populum ſuum, & Iſraél hæreditatem ſuam.
72 ¶ Et pauit eos in ſimplicitate cordis ſui, & intelligentijs manuū ſuarum duxit eos.

¶ Pſalmi. 78. titulus.

¶ Cantus ipſi Aſáph.

1 DEus uenerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templū ſanctitatis tuæ, poſuerunt Ieruſaláim in aceruos.
2 ¶ Dederunt cadauera ſeruorum tuorum eſcam uolatilibus cœli, carnem ſanctorū tuorum beſtijs terræ.
3 ¶ Effuderūt ſanguinē eorꝝ tanꝗ̃ aquā in circuitibus Ieruſaláim, & non erat qui ſepeliret.
4 ¶ Facti ſumus probrum uicinis noſtris, ſubſan-

natio, & deriſio ijs qui erãt in circuitib' nrīs.
5 ¶ Vſq; quo dñe iraſceris in ſæculum, arde-
bit uelut ignis Zelus tuus?
6 ¶ Effunde iram tuam ſuper gentes, quæ nõ
cognouerunt te, & ſup regna quæ nomẽ tuũ
non inuocauerunt.
7 ¶ Quia comederunt Iahacób, & habitacu
lum eius deſolauerunt.
8 ¶ Ne memineris nobis iniquitatum prior?
feſtina præueniant nos miſ tuæ, quia atte-
nuati ſumus ualde.
9 ¶ Adiuua nos deus ſalutis noſtræ propter
gloriam nois tui, & erue nos, & propitiare
peccatis noſtris propter nomen tuum.
10 ¶ Vt quid dicent gentes ubi eſt deus corũ,
cognoſcatur in gentib' in oculis noſtris, ul-
tio ſanguinis ſeruorum tuoꝝ qui effuſus eſt.
11 ¶ Introeat coram te clamor uinctorum, ſe-
cũdum magnitudinem brachij tui relinque
filios morti obnoxios.
12 ¶ Et redde uicinis noſtris ſeptuplũ in ſinu
eorum, probrum eorum qui probris affece-
runt te domine.
13 ¶ Nos autem ppl's tuus, & oues paſcuæ tuæ
cõfitebimur tibi in ſæculum, in gñatione, &
generationẽ narrabimus laudem tuam.

¶ Pſalmi. 79. Titulus.
¶ Victori ſuper Soſannim teſtimoniũ
ipſi Aſáph Cantus.

1 QVi paſcis Iſrael auſculta, qui
ducis tanq; pecudes Ioſeph,
qui ſedes ſuper cherubin, illu
ſtrare fac.
2 ¶ Coram Ephráim, & Binia
min, & Menaſſeh, ſuſcita for-
titudinem tuam, & ueni ad ſalutem nobis.
3 ¶ Deus conuerte nos, & illuſtra faciẽ tuã,
& ſeruabimur.
4 ¶ Domie deus exercituum, uſq; quo fuma-
bis in oratione populi tui?
5 ¶ Comedere feciſti eos panem lachrymæ,
& propinare feciſti eis lachrymas in mẽſura.
6 ¶ Poſuiſti nos contradictionem uicinis no
ſtris, & inimici noſtri ſubſannabunt ipſis.
7 ¶ Deus exercituum conuerte nos, & illu-
mina faciem tuam, & ſeruabimur.
8 ¶ Vitem ex Aegypto proficiſci feciſti, eieci
ſti gentes, & plantaſti eam.
9 ¶ Euacuaſti ante eam, & radicare feciſti ra
dices eius, & impleuit terram.
10 ¶ Operti ſunt montes umbra eius, & rami
eius ut cedri altiſſimæ.
11 ¶ Miſiſti ſummitates eius uſq; ad mare, &
uſq; ad flumen propagines eius.
12 ¶ Vt quid dirupiſti macerias eius, & colle-
gerunt eam omnes tranſeuntes per uiam.
13 ¶ Conſumpſit eam aper ſylueſtris, & auis
agreſtis depaſta eſt eam.
14 ¶ Deus exercituũ reuertere obſecro, re-
ſpice è cœlo, & uide, & uiſita uitem iſtam.
15 ¶ Et habitationẽ quam plantauit dextera
tua, & ſuper filiũ quẽ roboraſti tibi.
16 ¶ Incenſa igni, ſuccila, propter increpatio
nem iræ tuæ peribunt.
17 ¶ Sit manus tua ſuper uirũ dexteræ tuæ,
& ſuper filiũ hominis quem roboraſti tibi.
18 ¶ Et nõ retrocedem' à te, uiuificabis nos,
& nomen tuum inuocabimus.
19 ¶ Dñe deus exercituũ conuerte nos, illu-
mina faciem tuam, & ſeruabimur.

¶ Pſalmi. 80, titulus.
¶ Victori ſuper Haghithith ipſi Aſáph.

1 VOciferate deo fortitudini no-
ſtræ, iubilate deo Iahacób.
2 ¶ Sumite pſalmum, & date
tympanum, citharã iocundã
cum nébel.
3 ¶ Clangite in calendis tuba
in tẽpore, in die ſolẽnitatis noſtræ.
4 ¶ Quia ſtatutum Iſraeli eſt, iudicium deo
Iahacób.
5 ¶ Teſtimoniũ in Iehoſéph poſuit illud, cũ
exiret ipſe ſuper terram Aegypti, linguam
quã non noueram audiui.
6 ¶ Amouere feci ab onere humerũ eius, ma
nus eius ab aheno tranſierunt.
7 ¶ In anguſtia inuocaſti, & eruit te, exaudi-
ui te in abſcõdito tonitrui, probaui te apud
aquam contradictionis, Selah.
8 ¶ Audi populus mi & teſtificari faciã in te
Iſrael, ſi audieris mihi.
9 ¶ Non erit in te deus alienus, nec incurua-
bis te deo extraneo.
10 ¶ Ego ſum dñs deus tuus, qui aſcẽdere fe-
ci te è terra Aegypti, dilata os tuum, & im-
plebo illud.
11 ¶ Et nõ paruit populus meus uoci meæ, &
Iſraél noluit mihi obtẽperare.
12 ¶ Et dimiſi eum in fortitudine cordis eo-
rum, iuerunt conſilijs ſuis.
13 ¶ Vtinã populus meus obtẽperaſſet mihi,
Iſraél in uijs meis ambulaſſet.
14 ¶ Breui tẽpore inimicos eoꝝ humiliaſſem,
& contra hoſtes eorum uertiſſem manum
meam.
15 ¶ Odio habentes dominũ negauerunt eũ,
& erit tempus eorum in ſæculum.
16 ¶ Et cibauit eum adipe frumenti, & de pe
tra melle ſaturaui te.

¶ Pſalmi. 81. titul'. ¶ Pſalm' ipſi Aſáph.

1 DEus ſtat in cōgregatione iudicum,
in medio iudices iudicabit.
2 ¶ Vſq; quo iudicabitis iniquitatē,
& facies impiorū ſuſcipietis, Selah.
3 ¶ Iudicate pauperi, & pupillo, pauperē, &
egenum iuſtificate.
4 ¶ Eripite pauperem, & egenum de manu
impiorum eruite.
5 ¶ Neſciuerunt, nec intellexerunt, in tene-
bris ambulauerunt, nutauerunt oīa funda
menta terræ.
6 ¶ Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi oēs uos.
7 ¶ Vere ſicut hoīes moriemini, & ſicut unus
è principibus cadetis.
8 ¶ Surge deus, iudica terram, qm̄ tu hære-
ditabis omnes gentes.

¶ Pſalmi. 82. Titulus. ¶ Canticum.
Cantus. ¶ Pſalmus ipſi Aſáph.

1 DEus ne taceas tibi, ne ſileas, &
ne quieſcas deus.
2 ¶ Qm̄ ecce inimici tui ſonue
runt, & odio habentes te extu
lerunt caput.
3 ¶ Super populum tuū calli-
de egerunt conſilium, & conſiliati ſunt ſup
abſconditos tuos.
4 ¶ Dixerūt, uenite, & ſuccidam' eos de gē
te, & non memoretur nomen Iſrael ultra.
5 ¶ Qm̄ conſiliati ſunt corde pariter, contra
te fœdus pepigerunt.
6 ¶ Tabernacula Edóm, & Iſmahelim, Moáb
& Hagharim.
7 ¶ Ghebál, & Hammón, & Hamaléc, Pelé-
ſeth cum habitatoribus Sor.
8 ¶ Etiam Aſſúr copulatus eſt eis, fuerūt bra
chium filijs Loth, Selah.
9 ¶ Fac illis ſicut Madián, ſicut Siſerá, ſicut
Iabín in torrente Chiſón.
10 ¶ Diſperierunt in Hendór, fuerunt, ut ſter-
cus terræ.
11 ¶ Pone eos duces eorum, ſicut Horéb, & ſi
cut Zeéb, & ſicut Zebach, & ſicut Salmun-
nāh oēs principes eorum.
12 ¶ Qui dixerunt poſſideamus nobis habita
cula dei.
13 ¶ Deus mi pone eos ſicut rotam, ſicut ſti-
pulam coram uento.
14 ¶ Sicut ignis qui ardet in ſylua, & ſicut flā
ma quæ comburit montes.
15 ¶ Ita perſequeris eos in tempeſtate tua, &
turbine tuo terrebis eos.
16 ¶ Imple facies eorum ignominia, & q̄rent
nomen tuum domine.
17 ¶ Pudore afficiantur, & terreanť in ſæculū
ſæculi, & erubeſcant, & pereant.
18 ¶ Et cognoſcant quod tu es qui es nomen
tuum dn̄e, ſolus tu altiſſimus ſup oēm terrā.

¶ Pſalmi. 83. titulus.
¶ Victori ſuper Haghithíth filijs
Corach cantus.

1 QVá dilecta tabernacula tua do
mine exercituum.
2 ¶ Concupiuit, & etiam defi
derauit anima mea atria domi
ni, cor meum, & caro mea, lau
dabunt deum uiuum.
3 ¶ Etiam paſſer inuenit domū, & hirūdo ní
dum ſibi in quo poneret pullos ſuos, altaria
tua domine exercituū rex mi & deus mí.
4 ¶ Beati habitatores domus tuæ, in ſæculū
laudabunt te, Selah.
5 ¶ Beat' homo cui eſt fortitudo in te, uiæ in
corde eorum.
6 ¶ Tranſeuntes per uallem Habbacháh, fon
tem ponēt eā, etiā piſcinas operiet pluuia.
7 ¶ Ibunt de exercitu ad exercitū, uidebitur
deus deorum in Siión.
8 ¶ Domine deus exercituū exaudi orationē
meam, auſculta deus Iahacób, Selah.
9 ¶ Clypeum uide deus, & aſpice faciē chri-
ſti tui.
10 ¶ Quia melior eſt dies i atrijs tuis q̄ mille,
elegi eſſe in limine i domo dei mei, magis q̄
habitare in tabernaculis impietatis.
11 ¶ Quia ſol, & ſcutum dominus deus, gra-
tiam, & gloriām dabit dominus, nō prohi-
bebit bonum ambulantibus perfecte.
12 ¶ Domine exercituū, beat' homo qui ſpe-
rat in te.

¶ Pſalmi. 84. titulus.
¶ Victori filijs Córach cantus.

1 COmplacuiſti dn̄e terræ tuæ,
reduxiſti captiuitatē Iahacób
2 ¶ Remiſiſti iniquitatem po-
puli tui, operuiſti omne pecca
tum eorum, Selah.
3 ¶ Abſtuliſti omnem irā tuā,
reduxiſti furorem tuum.
4 ¶ Cōuerte nos de' ſalutis noſtræ, & ceſſare
fac iram tuam apud nos.
5 ¶ Nūquid in ſæculum iraſceris cōtra nos,
extendes iram tuam in generationem, & ge
nerationem.
6 ¶ Nōne tu conuerteris, uiuificabis nos, &
populus tuus lætabitur in te?
7 ¶ Oſtēde nobis domine miſericordiā tuā,
& ſalutem tuam da nobis.
8 ¶ Audiam quod loquetur dominus deus,
qm̄ loquetur pacem ad populū ſuum, & ad

miſericordes

miſericordes ſuos, & non conuertentur ad
ſtultitiam.
9 ¶ Vere prope eſt timentibus cũ ſalus eius,
ut habitet gloria in terra noſtra.
10 ¶ Miſericordia, & ueritas obuiauerunt ſi-
bi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.
11 ¶ Veritas è terra orietur, & iuſtitia è cœlo
proſpexit.
12 ¶ Etiã dñs dabit bonum, & terra noſtra da
bit fructum ſuum, iuſtitia ante eum ambula
bit, & ponet in uia pedes ſuos.

¶ Pſalmus.85. ¶ Oratio ipſi Dauid.

1 INclina dñe aurẽ tuã, exaudi
me, qm̃ pauper & egen' ſum.
2 ¶ Cuſtodi animã meã qm̃ mi
ſericors ſum, ſerua ſeruũ tuũ
tu deus mi ſperantẽ in te.
3 ¶ Miſerere mei domine, qm̃
ad te clamabo omni die.
4 ¶ Lætifica animã ſerui tui, qm̃ ad te domi-
ne animã meam leuaui.
5 ¶ Quoniã tu dñe bonus, & propiciabilis,
& multus miſericordia oib' inuocãtib' te.
6 ¶ Auſculta domine orationẽ meã, & inten
de uoci deprecationũ mearũ.
7 ¶ In die anguſtiæ meæ inuocabo te, quia
exaudies me.
8 ¶ Non eſt ſicut tu inter deos domine, nec
eſt ſecundum opera tua.
9 ¶ Oẽs gentes quas feciſti uenient, & genu
flectent corã te, & glorificabunt nomẽ tuũ.
10 ¶ Quoniã magnus es tu, & facis mirabi-
lia, tu es deus ſolus.
11 ¶ Doce me dñe uiam tuã, ambulabo in ue-
ritate tua, uni cor meũ, ut timeat nomẽ tuũ.
12 ¶ Confitebor tibi dñe deus mi toto corde
meo, & glorificabo nomẽ tuũ in ſæculum.
13 ¶ Mia tua magna eſt ſup me, & eruiſti ani-
mam meam, ex inferno inferiori.
14 ¶ Deus ſuperbi ſurrexerũt aduerſum me,
& cõgregatio fortiũ quæſierũt animã meã,
& non poſuerunt te coram ſe.
15 ¶ Et tu dñe deus miſericors, & clemẽs, lõ-
gus ira, & multus miſericordia, & ueritate.
16 ¶ Reſpice ad me, & miſerere mei, da forti
tudinem tuã ſeruo tuo, & ſerua filium ancil
læ tuæ.
17 ¶ Fac mecũ ſignũ in bonitate, & uideant
odio habẽtes me, & pudore afficiantur, qm̃
tu dñe adiuuiſti me, & cõſolatus es me.

¶ Pſalmi.86.titulus.
¶ Filijs Córach cantus cantici.

1 FVndamenta eius in montib' ſanctis.
2 ¶ Diligit domin' portas Siión, ma
gis ꝙ omnia habitacula Iahacób.
3 ¶ Glorioſa dicunt̃ de te ciuitas dei, Sélah.
4 ¶ Memorare faciã Aegyptũ, & Babél ſciẽ
tibus me, ecce Peleſtina, & Tyrus cũ Aethio
pia iſte natus eſt ibi.
5 ¶ Et ad Siión dicet̃ uir, & uir natus eſt in
ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus.
6 ¶ Dominus numerabit, qũ ſcribet popu-
los, iſte natus eſt ibi, Sélah.
7 ¶ Et cãtores ſicut tibicines, omnes fontes
mei in te.

¶ Pſalmi.87.titulus.
¶ Canticũ cantus filijs Córach. Victori ſu-
per Machaláth ad canẽdum intellectus ipſi
Hemán Ezrachitæ.

1 DOmine deus ſalutis meæ i die cla-
maui, in nocte coram te.
2 ¶ Intret corã te oratio mea, incli
na aurẽ tuam ad clamorẽ meũ.
3 ¶ Quia ſaturata eſt malis anima mea, & ui
ta mea ad ſepulchrum peruenit.
4 ¶ Reputaui me cũ deſcendẽtibus in ſepul
chrum, fui ſicut uir, cui non eſt fortitudo.
5 ¶ Inter mortuos liber, ſicut uulnerati dor
mientes in ſepulchro, quorũ nõ recordatus
es amplius, & ipſi à manu tua abſciſi ſunt.
6 ¶ Poſuiſti me in lacu inferiori, in tenebris,
in profundis.
7 ¶ Mihi appropinquauit ira tua, & cunctis
fluctibus tuis afflixiſti, Sélah.
8 ¶ Elongare feciſti notos meos à me, poſui
ſti me abominationes eis, clauſus ſum & nõ
egrediar.
9 ¶ Oculus meus doluit ꝓpter afflictionem
meam, inuocaui te dñe omni die, expãdi ad
te manus meas.
10 ¶ Nunqd mortuis facies mirabile, uñ mor
tui reſurgent, confitebũtur tibi, Sélah?
11 ¶ Nunquid narrabit̃ in ſepulchro miſeri-
cordia tua, ueritas tua in perditione?
12 ¶ Nũquid cognoſcet̃ in tenebris mirabile
tuum, & iuſtitia tua in terra obliuionis?
13 ¶ Et ego ad te dñe clamaui, & mane oratio
mea præueniet te.
14 ¶ Vt quid dñe elõgabis animã meã, abſcõ-
des faciem tuam à me?
15 ¶ Pauper ſum ego, & deficiens ab adole-
ſcentia, portaui timores tuos, timebo.
16 ¶ Super me trãſierũt iræ tuæ, terrores tui
ſucciderunt me.
17 ¶ Circũdederũt me ſicut aqua, tota die cir
cundederunt me pariter.
18 ¶ Elongaſti à me amantẽ, & amicũ, notos
meos in tenebris.

¶ Pſalmi.88.titulus.
¶ Intellectus ipſi Ethán Ezrachitæ.

1 MIſericordias dñi in ſæculū canta-
bo, in generatione, & gñatione
ſcite faciā ueritatē tuā ore meo.
2 ¶ Qm̄ dixi in ſæculū miſericor
dia ædificabitur, in cœlis firmabis ueritas-
tem tuam.
3 ¶ Percuſſi fœdus cū electo meo, iuraui Da
uid ſeruo meo.
4 ¶ Vſq; in ſæculū ſtabiliam ſemen tuum, &
ædificabo in generatione, & generatione
thronum tuum, Sélah.
5 ¶ Confitebūtur autē cœli mirabile tuum
domine, etiam ueritatem tuam in eccleſia
ſanctorum.
6 ¶ Qm̄ quis in cælo æquabitur dño, aſſimi
labitur domino in filijs deorum?
7 ¶ Deus terribilis in ſecreto ſanctorū mul-
to, & terribilis ſuper omnes qui ſunt in cir-
cuitibus eius.
8 ¶ Dñe deus exercituū, quis ſicut tu fortis
dñe, & ueritas tua in circuitibus tuis.
9 ¶ Tu dominaris elationi maris, cum eleua-
uerint ſe fluctus eius, tu compeſces eos.
10 ¶ Tu cōfregiſti tanq̃ uulneratū Aegyptū,
in brachio fortitudinis tuæ diſperſiſti inimi
cos tuos.
11 ¶ Tui ſunt cœli, etiā tua eſt terra, orbem &
plenitudinē eius tu fundaſti.
12 ¶ Aquilonē, & meridiē tu creaſti, Tabor,
& Chermón, in nomine tuo laudabunt.
13 ¶ Tibi eſt brachium cum fortitudine, robo
retur manus tua, exaltetur dextera tua.
14 ¶ Iuſtitia, & iudiciū habitaculū ſolij tui, mi
ſericordia, & ueritas præcedent faciē tuā.
15 ¶ Beatus populus qui ſcit iubilationē, dñe
in lumine uultus tui ambulabunt.
16 ¶ In nomine tuo exultabūt omni die, & in
iuſtitia tua exultabunt ſe.
17 ¶ Quoniam gloria fortitudinis eorū es, &
in uoluntate tua exaltabis cornua noſtra.
18 ¶ Quia domino eſt clypeus noſter, & ſan-
cto Iſraeli rex noſter.
19 ¶ Tunc locutus es in uiſione miſericordi
tuo, & dixiſti, poſui adiutoriū ſuper poten-
tem, exaltaui electum de populo.
20 ¶ Inueni Dauid ſeruum meū, oleo ſanctita
tis meæ unxi eum.
21 ¶ Cum quo manus mea firma erit, etiā bra
chium meum roborabit eum.
22 ¶ Non exiget inimicus ab eo, & filius ini-
quitatis non affliget eum.
23 ¶ Et concidam à facie eius hoſtes eius, &
odio habentes eum percutiam.
24 ¶ Et ueritas mea, & miſericordia mea cū
ipſo, & in nomine meo exaltabit᷑ cornu ei⁹.
25 ¶ Et ponā in mari manū eius, & in flumini-
bus dexteram eius.
26 ¶ Ipſe inuocabit me, pater me⁹ es, & deus
meus, & fortitudo ſalutis meæ.
27 ¶ Etiam ego primogenitū ponā eum, ex-
celſum regibus terræ.
28 ¶ In ſæculū cuſtodiā ei miſericordiā meā,
& pactum meū fidele erit ipſi.
29 ¶ Et ponam in ſæculū ſemen eius, & thro-
num eius ſicut dies cœli.
30 ¶ Si dereliquerint filij eius legem meā, &
in iudicijs meis non ambulauerint.
31 ¶ Si ſtatuta mea prophanauerint, & præce
pta mea non cuſtodierint.
32 ¶ Viſitabo uirga præuaricationē eorū, &
plagis iniquitatem eorum.
33 ¶ Miſericordiā autem meā nō auferam ab
eo, & nō mentiri faciam in ueritate mea.
34 ¶ Non prophanabo pactum meū, & egreſ-
ſum labiorum meorum non mutabo.
35 ¶ Semel iuraui per ſanctitatē meā, ſi Daui
di mentiar.
36 ¶ Semen eius in ſæculū erit, & thronus ei⁹
ſicut ſol coram me.
37 ¶ Sicut luna ſtabilietur in ſæculū, & teſtis
in cœlo fidelis, Sélah.
38 ¶ Tu uero elongaſti, & ſpreuiſti, iratus es
cum chriſto tuo.
39 ¶ Elongaſti pactum ſerui tui, prophanaſti
in terra diadema eius.
40 ¶ Deſtruxiſti om̄es maceriās eius, poſuiſti
munitiones eius contritionem.
41 ¶ Diripuerūt eum omnes tranſeuntes per
uiam, fuit opprobriū uicinis ſuis.
42 ¶ Exaltaſti dexterā hoſtium eius, lætifica-
ſti omnes inimicos eius.
43 ¶ Etiam auertiſti aciem gladij eius, & non
ſubleuaſti eum in prælio.
44 ¶ Ceſſare feciſti munditiam eius, & soliū
eius in terram cadere feciſti.
45 ¶ Abbreuiaſti dies adoleſcentiæ eius, ope
ruiſti eum pudore, Sélah.
46 ¶ Vſq; quo domine abſcondes te in ſæcu-
lum, exardeſcet ſicut ignis ira tua?
47 ¶ Memento quid ſum, quid tempus, pro-
pter quid fruſtra creaſti omnes filios hoīm?
48. ¶ Quis uir uiuet, & non uidebit mortem,
eruet animā ſuam de manu inferi? Sélah.
49 ¶ Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ do-
mine, quas iuraſti Dauidi in ueritate tua?
50 ¶ Recordare domine opprobrij ſeruorum
tuorum, ꝙ portauerim in ſinu meo oēs mul
tos populos.
51 ¶ Quia probris affecerunt inimici tui do-
mine, quia probris affecerunt ueſtigia chri

ſti tui.
52 ¶ Benedictus dominus in ſæculũ, Amen,
& Amen.

¶ Incipit liber quartus.

¶ Pſalmi 89. Titulus.

¶ Oratio ipſius Moſéh uiri dei.

1 Domine habitaculum fuiſti no-
bis in gñatione, & gñatione.
2 ¶ Priuſq̃ montes naſcerent,
& formares terram, & orbẽ,
& à ſæculo, & uſq; in ſæculum
tu es deus.
3 ¶ Conuertes hominem uſq; ad cõtritionẽ,
& dixiſti conuertimini filij hominum.
4 ¶ Qm̃ mille anni in oculis tuis, ſicut dies
heſterna, cum trãſierit, & cuſtodia in nocte.
5 ¶ Inundaſti eos, ut ſomnus erunt, mane ſi-
cut hærba tranſibit.
6 ¶ Mane florebit, & tranſibit, ueſperi exci-
detur, & ſiccabitur.
7 ¶ Quia conſumpti ſumus in furore tuo, &
& in ira tua territi ſumus.
8 ¶ Poſuiſti iniquitates noſtras coram te, er
rores noſtros ad luminare uultus tui.
9 ¶ Qm̃ omnes dies noſtri declinauerunt, p-
pter iram tuam, cõſumpſimus annos noſtros
tanq̃ ſermonem.
10 ¶ Dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptua
ginta anni, & ſi in fortitudinibus octoginta
anni, & fortitudo eorum peruerſitas, & ini-
quitas, qm̃ receſſit cito, & uolauimus.
11 ¶ Quis cognoſcit fortitudinem iræ tuæ? &
ſicut timor tuus, ira tua.
12 ¶ Vt numeremus dies noſtros, ſic uidere
fac, & adducemus in cor ſapientiam.
13 ¶ Conuertere domine uſq; quo, & conſola
re ſuper ſeruos tuos.
14 ¶ Satura nos mane miſericordia tua, & lau
dabimus, & lætabimur omnibus dieb' nr̃is.
15 ¶ Lætifica uos ſicut dies, quibus afflixiſti
nos, annos quibus uidimus malum.
16 ¶ Cõſpiciatur ſeruis tuis opus tuũ, & glo
ria tua filijs eorum.
17 ¶ Et ſit decor domini dei noſtri ſuper nos,
& opus manuum noſtrarum fac ſtabile ſup
nos, & opus manuum noſtratum confirma.

¶ Pſalmus. 90.

1 Qui habitat in abſcondito altiſſi
mi, in umbra omnipotentis cõ
morabitur.
2 ¶ Dicam domino ſpes mea,
& arx mea, deus meus ſpera-
bo in eo.
3 ¶ Quoniam ipſe eruet te de laqueo uena-
toris, de morte contritionum.
4 ¶ Alis ſuis obumbrabit tibi, & ſub alis ei'
ſperabis, ſcutum, & clypeus ueritas eius.
5 ¶ Non timebis à timore noctis, à ſagitta q̃
uolauerit per diem.
6 ¶ A morte, in caligine ambulabit, à morſu
qui uaſtat meridie.
7 ¶ Cadent à latere tuo mille, & decem milia
à dextera tua, tibi non appropinquabit.
8 ¶ Veruntamen oculis tuis aſpicies, & retri
butionem impiorum uidebis.
9 ¶ Quoniam tu es domine ſpes mea, excel-
ſum poſuiſti habitaculum tuum.
10 ¶ Non occurret tibi malum, & plaga non
appropinquabit tabernaculo tuo.
11 ¶ Qm̃ angelis ſuis mãdabit propter te, ut
cuſtodiant te in omnibus uijs tuis.
12 ¶ In manibus portabunt te, ne forte impin
gat ad lapidem pes tuus.
13 ¶ Super leonem, & baſiliſcum calcabis, cõ
culcabis catulum leonis, & draconem.
14 ¶ Qm̃ me peramauit, eruam eum, exulta-
bo eum, qm̃ cognouit nomen meum.
15 ¶ Inuocauit me, & exaudiam eum, cum ipõ
ſum in anguſtia, eruam eum, & glorificabo
eum.
16 ¶ Longitudine dierum ſaturabo eum, & ui
dere faciam eum ſalutem meam.

¶ Pſalmi. 91. Titulus.

¶ Cantus cantici in die ſabbati.

1 Bonum eſt confiteri domino, &
pſallere nomini tuo altiſſime.
2 ¶ Ad annũciandum mane mi
ſericordiam tuam, & ueritatẽ
tuam in noctibus.
3 ¶ Super decacordo, & ſuper Nébel, ſuper
Highaión in cithara.
4 ¶ Quia lætificaſti me domĩe in opere tuo,
opera manuum tuarum laudabo.
5 ¶ Quam magnificata ſunt opera tua domi
ne, ualde profundæ fuerunt cogitationes
tuæ.
6 ¶ Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus
non intelliget iſtud.
7 ¶ Cum floruerint impij ſicut hærba, & flue
rint omnes operarij iniquitatis, ut diſſipen-
tur ipſi uſq; in ſæculum.
8 ¶ Tu autem excelſus in ſæculum dñe.
9 ¶ Quoniam ecce inimici tui domine, quo-
niam ecce inimici tui peribunt, diuidentur
omnes operarij iniquitatis.
10 ¶ Et exaltabitur ſicut monocerotis cornu
meum, conſperſus ſum oleo uiridi.
11 ¶ Et reſpexit oculus meus in hoſtibus me-
is, in conſurgentibus aduerſum me, in mali-

gnantibus audient aures meæ.
12 ¶ Iuſtus ut palma florebit, ſicut cedrus in
libanó multiplicabitur.
13 ¶ Plantati in domo dñi, in atrijs dei noſtri
florebunt.
14 ¶ Adhuc fructificabunt in ſenectute, pin-
gues, & uirides erunt.
15 ¶ Ad annũciandum, qđ rectus dñs eſt forti
tudo mea, & non eſt iniquitas in eo.

¶ Pſalmus. 91.

1 DOminus regnauit, gloriam induit,
induit dñs fortitudinẽ, accīxit ſe,
etiam firmauit orbẽ, ne ſe moueat.
2 ¶ Paratum ſolium tuũ ex eo tpe,
& à ſæculo tu es.
3 ¶ Eleuauerunt flumina dñe, eleuauerũt flu
mina ſonum ſuum, eleuabunt flumina, con-
tritionem ſuam.
4 ¶ Magis q̃ ſonit' aquarum multarum, for-
tium fluctuũ maris, fortis eſt in excelſo dñs.
5 ¶ Teſtimonia tua fidelia ſũt ualde, domui
tuæ decora eſt ſanctitas, domine in longitu-
dine dierum.

¶ Pſalmus. 93.

1 DEus ultionum domine, deus ultio-
num apparE.
2 ¶ Eleua te iudicans terram, redde
retributionem ſuperbis.
3 ¶ Vſq; quo impij domine, uſq; quo impij ex
ultabunt?
4 ¶ Effabuntur, loquentur dura, extollent ſe
omnes operarij iniqui.
5 ¶ Populum tuum dñe contecent, & hære-
ditatem tuam affligent.
6 ¶ Viduam, & peregrinum interficient, &
pupillos occident.
7 ¶ Et dixerunt, non uidebit dñs, & non in-
telliget deus Iahacób.
8 ¶ Intelligite ſtulti in populo, & fatui aliqñ
intelligite.
9 ¶ Nonne plantans aurem, nonne audiet? nõ
ne formans oculum, nonne aſpiciet?
10 ¶ Nonne corripiens gentes, nõne arguet,
nonne docens hoiẽm ſcientiam?
11 ¶ Dñs cognoſcit cogitationes hominum,
qm̃ ſunt uanitas.
12 ¶ Beatus uir quẽ erudieris, domine, & le-
gem tuam docueris.
13 ¶ Vt quietem præſtes ei à dieb' malis, do-
nec fodiatur impio fouea.
14 ¶ Quia nõ derelinquet dñs populum ſuũ,
& hæreditatem ſuam non derelinquet.
15 ¶ Quia ad iuſtitiam reuertetur iudicium,
& poſt illud omnes recti corde.
16 ¶ Quis conſurget mihi cum malignãtib',
quis ſtabit cum operarijs iniquis?
17 ¶ Niſi dñs auxilio fuiſſet mihi, ferè habitaſ
ſet ſucciſa aĩa mea.
18 ¶ Si dicebam motus eſt pes meus, mĩa tua
ſuſtentabit me.
19 ¶ In multitudine cogitationũ mearum, in
intimo meo conſolationes tuæ, lætificabunt
animam meam.
20 ¶ Nũquid iungetur tecum thronus peruer
ſitatum, formãs iniquitatem in præcepto?
21 ¶ Cõgregabunt exercitum, & ſanguinem
innocentem condemnabunt.
22 ¶ Et fuit dñs mihi eleuatio, & deus me' pe
tra fiduciæ meæ.
23 ¶ Et reddidit eis iniquitatẽ eorum, & pro-
pter malitiam eorum ſuccidet eos, ſuccidet
eos dñs deus noſter.

¶ Pſalmus. 94.

1 VEnite laudemus dñm, iubile-
mus fortitudini ſalutis noſtræ.
2 ¶ Præoccupemus faciem ei'
in cõfeſſione, & in canticis iu
3 bilemus ei.
¶ Qm̃ deus magn' domin',
& rex magnus ſuper omnes deos.
4 ¶ Cuius in manu ſunt inueſtigationes ter-
ræ, & fortitudines montium ei.
5 ¶ Cuius eſt mare, & ipſe fecit illud, & ſic-
cam manus eius formauerunt.
6 ¶ Venite adorem', & incuruemus nos, ge-
nuflectamus coram dño factore noſtro.
7 ¶ Quia ipſe eſt deus noſter, & nos popul'
paſcuæ eius, & pecus man' eius, hodie ſi uo
ci eius obtemperaueritis.
8 ¶ Ne obduretis cor ueſtrũ ſicut in cõtradi-
ctione, ſicut in die tentationis in deſerto.
9 ¶ In quo tentauerunt me patres ueſtri, p-
bauerunt me, etiam uiderunt opus meũ.
10 ¶ Quadraginta annis litigaui cum gñatio
ne, & dixi, ppl's errantium corde ſunt, & ipſi
non cognouerunt uias meas.
11 ¶ Propterea iuraui in furore meo, q̃ nõ in-
troibunt in requiem meam.

¶ Pſalmus. 95.

1 CAntate dño canticum nouũ, canta
te domino omnis terra.
2 ¶ Cantate domino, benedicite
nomini eius, annũciate de die in
diem ſalutem eius.
3 ¶ Narrate gentibus gloriam eius, omnib'
populis mirabilia eius.
4 ¶ Qm̃ magn' dñs, & laudabilis ualde, ter
ribilis eſt ſuper omnes deos.
5 ¶ Qm̃ omnes dij pplorum idola, domin' au
tem cœlos fecit.

6 ¶Gloria,& decor coram eo,fortitudo, &
gloria in ſanctuario eius.
7 ¶Afferte dño familiæ populorū, afferte do
mino gloriam,& fortitudinem.
8 ¶Afferte domino gloriā nominis eius,fer-
te munera,& introite atria eius.
9 ¶Incuruate uos dño in decore ſanctitatis,
pauete à facie eius uniuerſa terra.
10 ¶Dicite in gentibus, dn̄s regnauit,firma
uit orbem, ne commoueatur, iudicabit po-
pulos in rectitudine.
11 ¶Lætabuntur cœli,& exultabit terra, to-
nabit mare ,& plenitudo eius.
12 ¶Exultabit ager, & oē quod eſt in eo,tūc
laudabunt oīa ligna ſyluæ.
13 ¶Coram dño,quia uenit,qm̄ uenit iudica
re terram,iudicabit orbem in iuſtitia,&po-
pulos in ueritate ſua.

¶Pſalmus.96.

1 DOminus regnauit,exultet terra,
lætentur inſulæ multæ.
2 ¶Nubes,& caligo ī circuitu ei⁹
iuſtiia,& iudicium habitaculum
ſolij eius.
3 ¶Ignis coram eo ibit, & exuret in circui-
tu hoſtes eius.
4 ¶Illuminauerunt fulgura eius, orbem ui-
dit,& contremuit terra.
5 ¶Montes ſicut cera diſſoluti ſunt,à facie
domini,à facie dn̄i omnis terra.
6 ¶Pudore afficientur oēs qui ſeruiunt ſcul-
ptilib⁹, qui iactant ſe in idolis,īcuruate uos
ei⁹omnes angeli.
7 ¶Audiuit,& lætata eſt Siiōn,& exultaue-
runt filiæ Iehudah, propter iudicia tua dn̄e.
8 ¶Qm̄ tu dominus excelſus ſuper omnem
terram,ualde eleuatus es ſuper oēs angelos.
9 ¶Qui diligitis dn̄m, odio,habete malum,
cuſtodit animas miſericordium ſuorū,è ma
nu impiorum eruet eos.
10 ¶Lux ſata eſt iuſto, & rectis corde lætícia.
11 ¶Lætamini iuſti in domino, & confitemi-
ni memoriæ ſanctitatis eius.

¶Pſalmus.97.

1 CAntate dño canticum nouum, q͂a
mirabilia fecit,ſeruauit eum dex-
tera eius,&brachium ſctitatis ei⁹.
2 ¶Notam fecit dn̄s ſalutem ſuam,
in oculis gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.
3 ¶Recordatus eſt miæ ſuæ,& ueritatis ſuæ
domui Iſrael,uiderunt oēs fines terræ ſalu-
tem dei noſtri.
4 ¶Iubilate domino omnis terra,uociferate
& laudate,& canite.
5 ¶Canite dño in cithara,in cithara,& uoce
cantus.
6 ¶In tubis claſſicis,& ſonitu cornu,iubila-
te coram rege domino.
7 ¶Tonet mare,& plenitudo eius, orbis, &
habitantes in eo.
8 ¶Flumina plaudent manu,ſimul montes
laudabunt.
9 ¶Coram dño,quia uenit iudicare terram,
iudicabit orbem in iuſtitia, & populos in
rectitudine.

¶Pſalmus.98.

1 DOminus regnauit,contremiſcāt po
puli,ſedet ſuper Cherubín, contre
miſcat terra.
2 ¶Dn̄s in Siiōn magnus, & excel-
ſus eſt ſuper omnes populos.
3 ¶Confitebuntur nomini tuo magno,&ter
ribili quod ſanctum eſt.
4 ¶Et fortitudo regis iudiciū dilexit, tu pa-
raſti rectitudinem,iudicium, & iuſtitiam in
Iahacób tu feciſti.
5 ¶Exaltate dn̄m deum noſtrum, & incurua
te uos ſcabello pedum ei⁹,quod ſanctum eſt.
6 ¶Moſéh,& Aharón inter ſacerdotes eius,
& Semuel inter inuocantes nomen eius, in-
uocabant dn̄m,& ipſe exaudiebat eos.
7 ¶In columna nubis loquebatur ad eos,cu
ſtodiebāt teſtimonia eius, & ſtatutum quod
dedit eis.
8 ¶Domine de⁹ noſter tu exaudiſti eos, de⁹
pepercisti propter eos,& ultionem feciſti ꝑ
pter opera eorum.
9 ¶Exaltate dn̄m deum noſtrum, & incurua
te uos monti ſanctitatis ei⁹,qm̄ ſanctus domi
nus deus noſter.

¶Pſalmi.99.Titulus.
¶Cantus pro confeſſione.

1 IVbilate dño omnis terra, ſeruite
dño in lætícia, ingredimini corā
eo cum laude.
2 ¶Scitote quod dn̄s ipſe eſt de⁹,
ipſe fecit nos,& non nos,populus ei⁹, & pe
cus paſcuæ eius.
3 ¶Ingredimini portas ei⁹cū cōfeſſiōe,atria
ei⁹ cū laude cōfitemini illi,bn̄dicite noī ei⁹.
4 ¶Qm̄ bon⁹ eſt dn̄s,in ſclm mia ei⁹,& uſqꝫ ī
gn̄ationem,& gn̄ationem ueritas eius.

¶Pſalmi.100.titul⁹. ¶Ipſi⁹ Dauid.Cāt⁹.

1 MIſericordiā, & iudicium cātabo ti
bi domine canam.
2 ¶Intelligam in uia ꝑfecta qn̄ ue-
niet ad me,ambulabo in ꝑfectione
cordis mei,in medio domus meæ.
3 ¶Nō ponam coram oculis meis rem impiā
operari declinationes odiui, non adhærebit

mihi.
4 ¶ Cor prauum recedet à me, malum non co-
gnoſcam.
5 ¶ Detrahētem in ſecreto proximo ſuo, hūc
ſuccidā, elatum oculis, & latum corde, ipſm
non potero ferre.
6 ¶ Oculi mei ad fideles terræ, ut ſedeāt me-
cum, ambulans in uia perfecta, iſte miniſtra-
bit mihi.
7 ¶ Non habitabit in medio domus meæ, fa-
ciens dolum, loquens mendacia, non firma-
bitur coram oculis meis.
8 ¶ Singulo mane ſuccidebam impios ter-
ræ, ut exterminarē oms operarios iniqtatis.

¶ Pſalmi. 101. Titulus.

¶ Oratio pauperis cum defice-
ret, & coram domino effunderet elo-
quium ſuum.

1 DOmine exaudi orationem meā,
& clamor meus ad te ueniat.
2 ¶ Ne abſcondas faciem tuam à
me, in die anguſtiæ meæ inclina
ad me aurem tuam, in die qua inuocauero,
feſtina exaudi me.
3 ¶ Quia defecerunt ſicut fumus dies mei,
& oſſa mea tanq̄ꝫ focus exuſta ſunt.
4 ¶ Percuſſum eſt ſicut hærba, & aruit cor
meum, quia oblit⁹ ſum comedere panē meū.
5 ¶ A uoce gemitus mei, adhæſit os meū car-
ni meæ.
6 ¶ Aſſimilatus ſum pelicano deſerti, fui ſi-
cut bubo ſolitudinum.
7 ¶ Vigilaui, & fui ſicut paſſer ſolitarius ſu-
per tectum.
8 ¶ Tota die probris afficiebant me inimicī
mei, inſaniētes in me, aduerſum me iurabāt.
9 ¶ Quia cinerem tanq̄ꝫ panem manducaui,
& potum meum cum fletu miſcui.
10 ¶ A facie indignationis tuæ, & iræ tuæ, qa
eleuaſti me, & proieciſti me.
11 ¶ Dies mei fuerunt ſicut umbra inclinata,
& ego ſicut hærba arui.
12 ¶ Tu aūt domine in ſæculum permanebis,
& memoria tui in generatione, & ḡnatione.
13 ¶ Tu exurges, miſereberis Siōn, quia tp̄s
miſerendi eius, quia uenit tempus.
14 ¶ Qm̄ uoluerunt ſerui tui lapides eius, &
pulueris eius miſerti ſunt.
15 ¶ Et timebunt gentes nomen dn̄i, & om̄es
reges terræ gloriam tuam.
16 ¶ Quia ædificabit dn̄s Siō, uidebit̄ in glo
ria ſua.
17 ¶ Reſpexit ad or̄onem eoꝝ̄ qui ſunt uelut
myrice, & non ſpreuit orationem eorum.
18 ¶ Scribatur hoc pro ḡnatione nouiſſima,
& popl̄s creatus laudabit dn̄m.
19 ¶ Quia ꝓſpexit de excelſo ſanctitatis ſuæ,
dominus ē cœlo in terrā aſpexit.
20 ¶ Vt audiret gemitum uinctorum, ut ſolue
ret filios morti obnoxios.
21 ¶ Vt narrent in Siōn nomen dn̄i, & laudē
eius in Ieruſaláim.
22 ¶ Cum congregati fuerit populi ſimul, &
regna, ut ſeruiant domino.
23 ¶ Afflixit in uia fortitudinem meam, abbre
uiauit dies meos.
24 ¶ Dicam deus mi, ne ſuccidas me, in dimi-
dio dierum meorum, in ḡnatione generatio-
num anni tui.
25 ¶ Antea terram fundaſti. & opus manuum
tuarum ſunt cœli.
26 ¶ Ipſi peribunt, & tu ſtabis, & om̄s ipſi ſi-
cut ueſtimentum ueteraſcent, ueluti palliū
mutabis eos, & mutabuntur.
27 ¶ Tu aūt ipſe, & anni tui non cōſumentur.
28 ¶ Filij ſeruorum tuorum habitabunt, & ſe
men eorum coram te ſtabilietur.

¶ Pſalmi. 102. Titulus. ¶ Ipſi Dauid.

1 BEnedic aīa mea dn̄o, & oīa
īteriora mea noī ſcītatisei⁹
2 ¶ Benedic aīa mea dn̄o,
& ne obliuiſcaris oīm re-
tributionum eius.
3 ¶ Qui ꝓpitiatur oī iniq-
tati tuæ, qui ſanat omnes
infirmitates tuas.
4 ¶ Qui redimit de fouea uitā tuam, qui co-
ronat te in mīa, & miſerationibus.
5 ¶ Qui ſatiat bono os tuum, renouabitur,
ut aquilæ adoleſcentia tua.
6 ¶ Qui facit iuſtitias, & iudicia om̄ib⁹, qui
bus uis infertur.
7 ¶ Notificauit uias ſuas Moſch, filijs Iſraēl
opera ſua.
8 ¶ Miſericors, & clemēs, longus ira, & mul
tus miſericordia.
9 ¶ Non in ſæculum contēdet, nec in ſæculū
cuſtodiet iram.
10 ¶ Non ſed'm peccata noſtra fecit nobis, ne-
q̄ꝫ ſed'm iniqtates noſtras retribuit nobis.
11 ¶ Qm̄ ſed'm altitudinē cœli ſuper terrā ro
borauit mīam ſuam ſuper timentes eum.
12 ¶ Quātū diſtat oriens ab occidēte, diſtare
fecit à nobis præuaricationes noſtras.
13 ¶ Qūo miſeretur pater filiorū, miſert⁹ eſt
dominus timentium eum.
14 ¶ Quia ipſe cognouit figmentum noſtrū,
recordatus quod puluis ſumus.
15 ¶ Hois ſicut hærba ſunt dies, ſicut flos agri
ſic florebit.

16 ¶ Qm̄ uētus trāſibit ſuper illū, & nō erit,
& non cognoſcet eū amplius locus eius.
17 ¶ Mia aūt dn̄i à ſæculo, & uſq; in ſæculum
ſup timētes eū, & iuſtitia ei' ſup filios filiorꝝ
18 ¶ Super cuſtodiētes pactū eius, & eos qui
recordātur præceptorū eius ad faciēdū ea.
19 ¶ Dominus in cœlo parauit thronū ſuum,
& regnū ipſius omnibus dominatur.
20 ¶ Bn̄dicite dn̄o angeli eius, fortes robo-
re, faciētes uerbum eius, ut obtēperent uo-
ci uerbi eius.
21 ¶ Benedicite domino oēs exercitus eius,
miniſtri eius, facientes uoluntatē eius.
22 ¶ Bn̄dicite dn̄o oia opera eius, in oibus lo-
cis dominationis eius, bn̄dic aīa mea dn̄o.

¶ Pſalmus.103.

1 Benedic aīa mea dn̄o, dn̄e de' mi ma
gnificatus es uehementer, gloriā,
& decorem indutus es.
2 ¶ Qui operit ſe lumine ſicut ue-
ſtimēto, qui extēdit cœlū ueluti cortinā.
3 ¶ Qui cōtignat ſupiora ei', q ponit nubes
currū ſuū, q ambulat ſup extremitates uēti.
4 ¶ Qui facit angelos ſpirit', miniſtros ſuos
ignem urentem.
5 ¶ Fundauit terrā ſup locū ſuū, ne moueat
ſe in ſæculū & in ſæculū.
6 ¶ Voragine ſicut ueſtimēto operuiſti eam,
ſuper montes ſteterunt aquæ.
7 ¶ Ab increpatione tua fugerūt, à ſonitu to
nitrui tui formidauerunt.
8 ¶ Aſcenderūt montes, deſcenderūt campi
ad locum huius quem fundaſti eis.
9 ¶ Terminū poſuiſti ne tranſirēt, ne reuerte
rentur ad operiendū terram.
10 ¶ Qui miſit fontes in conuallib', inter mō
tes ibunt.
11 ¶ Propinabūt oibus beſtijs agreſtib', frā-
gent onagri ſitim ſuam.
12 ¶ Super eos uolucres cœli habitabunt, in-
ter frondes dabunt uocem.
13 ¶ Qui irrigat montes de ſuperiorib' ſuis,
de fructu operum tuorū ſatiabitur terra.
14 ¶ Qui germinare facit hærbā pro iumen-
tis, & hærbam ad obſequiū hominū, ut edu
cat panem è terra.
15 ¶ Et uinū qd' lætificat cor hominis, ut illu
ſtret faciem præ oleo, & panē qui cor homi
nis fulcit.
16 ¶ Saturabunt arbores excelſæ, cedri leba
non, quas plantauit.
17 ¶ Vt ibi aues nidificent, ciconiæ abietes
ſunt domus.
18 ¶ Montes excelſi ibicibus, petræ hoſpitiū
leporibus.
19 ¶ Fecit lunam in tempora, ſol cognouit oc
caſum ſuum.
20 ¶ Poſuiſti tenebras, & fuit nox, in ipſa am
bulabit omnis beſtia ſylueſtris.
21 ¶ Leunculi rugiūt propter prædam, & ad
quærendū à deo eſcam ſuam.
22 ¶ Orietur ſol, congregabūt ſe, & in habi-
taculis ſuis accubabunt.
23 ¶ Egredietur homo ad opus ſuū, & ad cul
turam ſuam uſq; ad ueſperam.
24 ¶ Quā multiplicata ſunt opera tua domi-
ne, omnia ipſa in ſapiētia feciſti, impleta eſt
terra poſſeſſione tua.
25 ¶ Hoc mare magnū, & latum locis, ibi re-
ptilia quorum nō eſt numerus, beſtiæ puſil
læ cum magnis.
26 ¶ Ibi naues ambulabūt, Liuiathán iſte, quē
formaſti ad ludendum cum eo.
27 ¶ Vniuerſa ipſa in te ſperant ut des eſcam
eorum in tempore ſuo.
28 ¶ Dabis eis, colligent, aperies manū tuā,
ſaturabuntur bono.
26 ¶ Abſcondes faciem tuam, terrebunt, aufe
res ſpiritum eorum, deficient, & in puluerē
rem ſuam reuertentur.
30 ¶ Mittes ſpiritum tuum, creabunt, & inno
uabis faciem terræ.
31 ¶ Erit gloria domini in ſæculū, lætabit do
minus in operibus ſuis.
32 ¶ Qui aſpicit terrā, & tremit, attingit mō
tes, & fumant,
33 ¶ Cātabo dn̄o in uita mea, canam deo meo
dum adhuc ero.
34 ¶ Dulceſcet ei eloquium meum, ego læta-
bor in domino.
35 ¶ Conſument pctōres de terra, & impij ul
tra non erunt, benedic aīa mea domino.

¶ Pſalmi.104.titulus. ¶ Halleluiáh.

1 Confitemini dn̄o, inuocate nomen
eius, cognoſcere facite in populis
opera eius.
2 ¶ Cātate ei, canite ei, loquimini de uniuer
ſis mirabilibus eius.
3 ¶ Laudate uos in nomine ſancto eius, læte-
tur cor quærentium dominū.
4 ¶ Quærite dominū, & fortitudinem eius,
quærite faciem eius ſemper.
5 ¶ Memētote mirabiliū eius quæ fecit, pro
digiorū eius, & iudiciorū oris eius.
6 ¶ Semen abrahám ſerui eius, filij Iahacób
electi eius.
7 ¶ Ipſe domin' deus noſter, in uniuerſa ter-
ra iudicia eius.
8 ¶ Memor fuit in ſæculū pacti ſui, uerbi qd'

præcepit mille generationibus.
9 ¶ Quod pepigit cum Abrahám, & iuramẽ
tum ſuum ad Iſcách.
10 ¶ Et ſtatuit illud ipſi Iahacób in ſtatutum,
Iſraeli pactum ſempiternum.
11 ¶ Dicendo, tibi dabo terrã Chenáhan, fu-
niculum hæreditatis ueſtræ.
12 ¶ Cũ eſſent uiri pauci numero, & peregri
ni in ea.
13 ¶ Et ambulauerunt de gente ad gẽtem, de
regno ad populum alterum.
14 ¶ Nõ permiſit hominẽ iniuríari eis, & cor
ripuit propter eos reges.
15 ¶ Ne tangatis chriſtos meos, & prophetis
meís, ne malefaciatis.
16 ¶ Et uocauit famẽ ſuper terram, omnẽ uír
gam panis contriuit.
17 ¶ Miſit ante eos uirum, pro ſeruo uẽditus
eſt Ioſéph.
18 ¶ Afflixerũt in compede pedem eius, fer-
rum ingreſſum eſt animam eius.
19 ¶ Vſq; ad tempus quo uenit uerbum eius,
eloquium domini purgauit eum.
20 ¶ Miſit rex & ſoluit eũ, dominator popu-
lorum, & ſoluit eum.
21 ¶ Poſuit eum dominũ domus ſuæ, & do-
minatorem in omni poſſeſſione ſua.
22 ¶ Vt alligaret principes eius ſecundũ ani
mam ſuam, & ſenes eius ſapiẽtes efficeret.
23 ¶ Et ingreſſus eſt Iſraél Aegyptũ, & Iaha-
cob peregrinatus eſt in terra Chám.
24 ¶ Et auxit populũ ſuum ualde, & robora-
uit eum præ hoſtibus ſuis.
25 ¶ Conuertit cor eorũ, ut odío haberẽt po-
pulum eius, & machinarẽtur in ſeruos eius.
26 ¶ Miſit Moſeh ſeruum ſuum, Aharón quẽ
elegit.
27 ¶ Poſuerunt in eis uerba ſignorũ ſuorum,
& prodigia in terra Chám.
28 ¶ Miſit tenebras, & cõtenebrauit, & non
exacerbauerunt uerbum eius.
29 ¶ Conuertit aquas eorũ in ſanguinẽ, & oc
cidit piſces eorum.
30 ¶ Edidit terra eorum ranas in cubílibus re
gum eorum.
31 ¶ Dixit, & uenit cõgregatio miſta beſtia-
rum, pediculi in omni termino eorum.
32 ¶ Dedit pluuias eorum grandinẽ, ignẽ flã
matum in terra eorum.
33 ¶ Et percuſſit uites eorũ, & ficus eorũ, &
cõtriuit arbores termini eorum.
34 ¶ Dixit, & uenit locuſta, & bruchus, & nõ
erat numerus.
35 ¶ Et comedit omnẽ herbã in terra eorum,
& comedit fructum terræ eorum.
36 ¶ Et percuſſit omnẽ primogenitũ in terra
eorum, primitiuũ omnis laboris eorum.
37 ¶ Et eduxit eos cũ argento, & auro, & nõ
erat in tribubus eius debilis.
38 ¶ Læta eſt Aegyptus cũ egreſſi ſunt, q̃a
irruerat pauor eorum ſuper eos.
39 ¶ Expandit nubem in tentorio, & ígnẽ ad
illuminandũ noctem.
40 ¶ Petijt, & adduxit coturnices, & pane cœ
li ſaturauit eos.
41 ¶ Aperuit petram, & fluxerũt aquæ, abie
runt in arida aquæ fluminis.
42 ¶ Q̃m recordatus eſt uerbi ſanctitatis ſuæ,
cum Abrahám ſeruo ſuo.
43 ¶ Et eduxit populũ ſuum in gaudio, in lau
de electos ſuos.
44 ¶ Et dedit eis terras gentium, & labores
populorum poſſederunt.
45 ¶ Vt cuſtodirẽt ſtatuta eius, & leges eius
conſeruarent, Hallelu iáh.

¶ Pſalmi. 105. titulus. ¶ Halleluiáh.

1 COnfitemini dño, q̃m bonus, q̃m
in ſæculũ miſericordia eius.
2 ¶ Quis loquetur fortitudines
dñi, audire faciet oẽm laudẽ ei9?
3 ¶ Beati qui cuſtodiũt iudiciũ,
qui faciũt iuſtitiam omni tempore.
4 ¶ Memẽto mei dñe in uolũtate populi tui,
uiſita me in ſalute tua.
5 ¶ Vt uideã bonũ electorũ tuorum, ut læter
in lætitia gentis tuæ, ut lauder cum hæredi-
tate tua.
6 ¶ Peccauimus cũ patrib9 noſtris, praua fe
cimus, impia fecimus.
7 ¶ Patres noſtri in Aegypto non intellexe-
runt mirabilia tua, nõ fuerũt memores mul-
titudinis miſericordiarum tuarũ, & rebel-
lauerũt iuxta mare in mari Suph.
8 ¶ Et ſeruauit eos propter nomen ſuum, ut
notam faceret fortitudinem ſuam.
9 ¶ Et increpuit mare Suph, & ſiccatũ eſt, &
ambulare fecit eos per abyſſos ac ſi fuiſſent
in deſerto.
10 ¶ Et ſeruauit eos de manu odio habẽtis, &
redemit eos de manu inimici.
11 ¶ Et operuerunt aquæ hoſtes eorum, unus
ex eis non remanſit.
12 ¶ Et crediderunt uerbis eius, cantauerunt
laudem eius.
13 ¶ Feſtinauerũt, obliti ſunt operũ eius, non
expectauerunt conſilium eius.
14 ¶ Et concupierũt concupiſcentiã in deſer-
to, & tentauerunt deum in ſolitudine.
15 ¶ Et dedit eis petitionẽ eorũ, & miſit per-
ditionem in animã eorum.

16 ¶ Et zelati ſunt in Moſéh in caſtris, in Aharón
ſanctum domini.
17 ¶ Aperuit terra, & deglutiuit Dathã, & ope
ruit congregationem Abirám.
18 ¶ Et exarſit ignis in congregatione eorum,
flamma combuſſit impios.
19 ¶ Fecerunt uitulum in Choréb, & incurna-
uerunt ſe conflatili.
20 ¶ Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudi-
nem bouis comedentis hærbam.
21 ¶ Obliti ſunt dei ſeruatoris ſui, qui fecit ma-
gna in Aegypto.
22 ¶ Mirabilia in terra Chám, terribília in ma-
ri Suph.
23 ¶ Et dixit, ut diſperderet eos, niſi Moſéh ele
ctus eius ſtetiſſet in diuiſione corã eo, ut auer-
teret iram eius, ut non diſperderet.
24 ¶ Et ſpreuerunt terram deſiderabilem, & nõ
crediderunt uerbo eius.
25 ¶ Et murmurauerunt in tabernaculis ſuis, nõ
obtemperauerunt uoci domini.
26 ¶ Et eleuauit manum ſuam ſuper eos, ut ca-
dere faceret eós in deſerto.
27 ¶ Et cadere faceret ſemen eorum in genti-
bus, & diſpergeret eos in terras.
28 ¶ Et adhæſerunt ipſi Bahalpehór, et cómede
runt ſacrificia mortuorum.
29 ¶ Et irritauerunt eum operibus ſuis, & mul-
tiplícata eſt in eis plaga.
30 ¶ Et ſtetit Pinchás, & diiudicauit, & prohibi
ta eſt plaga.
31 ¶ Et reputatum eſt eí ad iuſtitiam in genera-
tione, & generationem uſq; in ſæculum.
32 ¶ Et irritauerunt eũ iuxta aquas cõtradictio
nis, et malum fuit ipſi Moſéh propter eos.
33 ¶ Quia exacerbauerunt ſpiritũ eius, & pro-
tulit labijs ſuis.
34 ¶ Non diſpdiderũt ppl'os, quos dixit dñs eis.
35 ¶ Et miſcuerunt ſe cum gentibus, & didice-
runt opera eorum.
36 ¶ Et ſeruierunt ſculptilibus eorũ, & fuerunt
eis laqueus.
37 ¶ Et ſacrificauerunt filios ſuos, & filias ſuas
dæmonijs.
38 ¶ Et effuderunt ſanguinẽ filiorꝶ ſuorꝶ, & fi-
liarum ſuarũ quos ſacrificauerũt ſculptilibus
Chenáham, & infecta eſt terra ſanguine.
39 ¶ Et polluerũt ſe in operibus ſuis, & fornica
ti ſunt in operibus ſuis.
40 ¶ Et iratus eſt furor dñi in populum ſuum, &
abominatus eſt hæreditatem ſuam.
41 ¶ Et dedit eos in manu gẽtium, & dominati
ſunt eis odio habentes eos.
42 ¶ Et oppreſſerũt eos inimici eorum, & humi
liati ſunt ſub manu eorum.
43 ¶ Vicib' mltis eruit eos, & ipſi exacerbauerũt
eũ cõſilio ſuo, et hũiliati ſũt ꝓpter iniqtatẽ ſuã.
44 ¶ Et uidit cum eſſet anguſtia eis, cum audi-
ret ipſe clamorem eorum.
45 ¶ Et recordatus eſt eis pacti ſui, & pœnituit
eũ ſecundũ multitudinẽ miſerationũ ſuarum.
46 ¶ Et dedit eos in miſericordias, corã omnib'
qui captiuos duxerunt eos.
47 ¶ Serua nos domine deus noſter, & congre-
ga nos de gentibus, ut cõfiteamur nomini ſan
ctitatis tuæ, ut laudemus nos in laude tua.
48 ¶ Bñdictus dñs de' Iſraél à ſæculo, & uſq; in
ſclm, & dícat oĩs populus, Amen, Halleluiáh.

¶ Hic eſt finis libri. 4. ſcdm Hæbreos.

¶ Incipit liber. 5. ſcdm Hebræ. ps. 106.

1 CONfitemini dño qm̃ bonus, qm̃
in ſæculũ miſericordia eius.
2 ¶ Dicant redempti dñi, quos
redemit de manu inimici.
3 ¶ Et de terris cõgregauit eos,
ab oriente, & ab occidente, &
ab aquilone, & à mari.
4 ¶ Errauerunt in deſerto in ſolitudine inuia,
ciuitatem habitationis non inuenerunt.
5 ¶ Famelici etiã ſitibũdi aĩa eorꝶ ĩ ipſis defecit.
6 ¶ Et clamauerũt ad dominũ in anguſtia ſua,
de anguſtijs eorum eruit eos.
7 ¶ Et ambulare fecit eos per uiã rectã, ut irent
ad ciuitatem habitationis.
8 ¶ Confiteantur domino ꝓpter miſericordiã
eius, & mirabilia eius filijs hominum.
9 ¶ Quia ſaturare fecit animam inanem, & ani
mam famelicam impleuit bono.
10 ¶ Habitãtes in tenebris, & caligine, uinctos
inopia, & ferro.
11 ¶ Quia mutauerunt eloquia dei, & cõſilium
altiſſimi deſpexerunt.
12 ¶ Et humiliauit in labore cor eorum, impege
runt, & non erat auxiliator.
13 ¶ Et clamauerũt ad dominũ in anguſtia ſua,
& de anguſtijs eorum ſeruauit eos.
14 ¶ Eduxit eos de tenebris, & umbra mortis,
& uincula eorum diſrupit.
15 ¶ Confiteantur dño propter miſericordiam
eius, & mirabilia eius filijs hominum.
16 ¶ Quia contriuit portas æreas, & uectes fer
reos confregit.
17 ¶ Stulti propter uiam præuaricationis eorꝶ,
& propter iniquitates eorum afflicti fuerunt.
18 ¶ Omnem eſcam abominata eſt aĩa eorum,
& peruenerunt uſq; ad portas mortis.
19 ¶ Et clamauerũt ad dñm in anguſtia ſua, ab
anguſtijs eorum ſeruauit eos.
20 ¶ Miſit uerbum ſuũ, & ſanauit eos, & eruit
de foueis eorum.

21 ¶Confiteantur domino propter miſericor-
diam eius, & mirabilia eius filijs hominũ.
22 ¶Et ſacrificẽt ſacrificia laudis, & narrẽt ope
ra eius in prædicatione.
23 ¶Deſcendentes ad mare nauibus, facientes
opus in aquis multis.
24 ¶Ipſi uiderunt opera domini, & mirabilia
eius in profundo.
25 ¶Dixitq́ & ſtetit ſpiritus turbinis, & exal-
tauit fluctus eius.
26 ¶Aſcẽderũt uſq; ad cœlũ, deſcẽderunt uſq;
ad uoragines, aĩa eorũ in malo liquefecit ſe.
27 ¶Tremuerunt, & mouerunt ſe ſicut ebrius,
& oĩs ſapientia eorum abſorpta eſt.
28 ¶Et clamauerunt ad dñm in anguſtia ſua, &
de anguſtijs eorum eduxit eos.
29 ¶Stare fecit turbinem in ſilentium, & ſiluе-
runt fluctus eorum.
30 ¶Et lætati ſunt, qm̃ ſiluerũt, & duxit eos ad
terminum uoluntatis eorum.
31 ¶Confiteãtur domino propter miſericordiã
eius, & mirabilia eius filijs hominum.
32 ¶Et exaltent eum in eccleſia populi, & in ca
thedra ſeniorum laudent eum.
33 ¶Poſuit flumina in deſertum, & exit' aqu-
rum in ſitim.
34 ¶Terram fructiferã in ſalſuginem, propter
malitiam habitantium in ea.
35 ¶Poſuit deſertum in ſtagnum aquarum, &
terram deſertam in exitus aquarum.
36 ¶Et collocauit ibi famelicos, & præparaue-
rũt ciuitatem habitationis.
37 ¶Et ſeminauerunt agros, & plãtauerunt ui-
neas, & fecerunt fructum & prouentum.
38 ¶Et benedixit eis, & ml'tiplicati ſunt ualde,
& iumenta eorum non minuit.
39 ¶Et diminuti ſunt, & humiliati ſunt à pote-
ſtate mala, & dolore.
40 ¶Effudit deſpectionẽ ſuper principes, & er-
rare fecit eos in ſolitudine abſq; uia.
41 ¶Et ſubleuauit pauperem ab inopia, & po-
ſuit ſicut pecudes familias.
42 ¶Viderunt recti, & lætati ſunt, & omnis ini-
quitas clauſit os ſuum.
43 ¶Quis ſapiens & cuſtodiet hæc, & intelli-
get miſericordias domini?
¶Pſal. 107. titul'. ¶Cãticũ cãt' ipſi Dauid.
1 PAratũ cor meũ deus, cantabo &
canam etiam gloria mea.
2 ¶Surge pſalterium, et cithara,
ſuſcitabo me mane.
3 ¶Cõfitebor tibi in populis do
mine, & canam tibi in populis.
4 ¶Quia magna eſt ſuper cœlos miſericordia
tua, & uſq; ad cœlos ueritas tua.
5 ¶Exaltare ſuper cœlos deus, ſuper omnem
terram gloria tua.
6 ¶Vt liberentur dilecti tui, ſerua dextera tua,
& exaudi me.
7 ¶Deus locut' eſt p̃ ſanctitatẽ ſuã, exultabo,
diuidã Sechẽm, & uallẽ Succhóth metibor.
8 ¶Meus eſt Ghilhád, meus eſt Menaſſéh, &
Ephráim fortitudo capitis mei, Iehudáh legi-
fer meus.
9 ¶Moáb olla lotiõis meæ, ſup Edóm proijciã
calciamentũ meũ, ſup Peléſeth taratantizabo.
10 ¶Quis deducet me ad ciuitatem munitam,
quis educet me uſq; ad Edóm?
11 ¶Nonne deus elongaſti nos, & nõ egredie-
ris deus cum exercitibus noſtris?
12 ¶Da nobis auxilium ab anguſtia, & mẽdax
ſalus hominis.
13 ¶In deo faciemus fortitudinem, & ipſe con
culcabit hoſtes noſtros.
¶Pſal. 108. titul'. ¶Victori ip̃i Dauid cãt'.
1 DEus laudis meæ, ne taceas.
2 ¶Quia os impij, & os doloſi
ſuper me aperuerunt ſe, locuti
ſunt mecũ lingua mendaci.
3 ¶Et uerbis odioſis circũdede
rũt me, et pugnauerunt mecum
gratis.
4 ¶Pro dilectione mea aduerſati ſunt mihi, &
ego uir orationis eram.
5 ¶Et poſuerunt aduerſum me malum pro bo
no, & odium pro dilectione mea.
6 ¶Conſtitue ſuper eum impium, & Satháu
ſtet ad dexteram eius.
7 ¶Cum iudicatus fuerit ipſe exeat impius, &
oratio eius ſit in peccatum.
8 ¶Sint dies eius pauci, præfecturam eius acci
piat alter.
9 ¶Sint filij eius pupilli, & uxor eius uidua.
10 ¶Et mouendo moueant ſe filij eius, & poſtu
lent & quærant de ſuis deſertis.
11 ¶Illaqueet fœnerator omnia quæ ſunt ei, &
diripiant alieni laborem eius.
12 ¶Ne ſit ei extendẽs miſericordiam, & ne ſit
qui miſereatur pupillis eius.
13 ¶Sit nouiſſimũ eius ad ſuccidendum, in ge-
neratione altera deleatur nomen eorum.
14 ¶Memoretur iniquitas patrum eorum do-
mino, & peccatum matris eius, ne deleatur.
15 ¶Sint coram domino ſemper, & ſuccidat è
terra memoriam eorum.
16 ¶Pro eo q̃ nõ eſt recordat' facere miſericor
diam, & perſecutus eſt uirũ pauperẽ, & men-
dicum, contritum corde ad interficiendum.
17 ¶Et dilexit maledictionẽ, & uenit ei, & no-
luit benedictionẽ, & elongauit ſe ab eo.

18 ¶Et induit maledictionem ſicut ueſtimētū
ſuum, & intrauit ſicut aqua interiora eiꝰ, &
ſicut oleum in oſſa eius.
19 ¶Sit ei ſicut ueſtimentum quo operit ſe,
& ſicut cingulum quo ſemper accingit ſe.
20 ¶Hoc opꝰ aduerſariorum meorum à dño,
& loquentium malum contra aïam meam.
21 ¶Tu aũt domine dñe, fac mecũ propter no
men tuum, quia bona eſt mïa tua, erue me.
22 ¶Quia pauper, & egenꝰ ego ſum, & cor
meum abſciſum eſt in uiſceribus meis.
23 ¶Sicut umbra cũ declinauerit ambulaui,
excuſſi me ſicut locuſta.
24 ¶Genua mea debilitata ſunt à ieiunio, &
caro mea macruit à pinguedine.
25 ¶Ego aũt fui opprobrium eis, uiderũt me,
mouerunt caput ſuum.
26 ¶Adiuua me dñe deus meꝰ, ſerua me ſecd'm
miſericordiam tuam.
27 ¶Et ſciant quia manus tua hoc, tu domine
feciſti hoc.
28 ¶Maledicent ipſi, & tu benedices, inſurre
xerunt, & pudore afficientur, ſeruus autem
tuus lætabitur.
29 ¶Induant ſe aduerſarij mei pudorem, &
operiantur tanꝗ ueſtimento pudore ſuo.
30 ¶Confitebor dño ualde ore meo, & in me
dio multorum laudabo eum.
31 ¶Qm̃ ſtabit ad dexteram pauperis, ut ſer
uet eum à iudicibus animæ eius.

¶Pſalmi.109. Titulus.
¶Ipſi Dauid Cantus.

1 DIxit dñs dño meo, ſede ad dexterā
meam: donec ponam inimicos tuos
ſcabellum pedibus tuis.
2 ¶Virgam fortitudinis tuæ mittet
dñs ex Sion, dñare ĩ medio inimicoꝝ tuoꝝ.
3 ¶Populus tuus ſponte ueniet in die forti-
tudinis tuæ, in pulchritudinibus ſanctitatis,
ex utero ab aurora fuit, tibi ros natiuitatis
tuæ.
4 ¶Iurauit dñs, & non pœnitebit eum, tu es
ſacerdos in ſclm ſecd'm morē Malchiſedech.
5 ¶Dñs qui eſt ad dexteram tuam, tranſfixit
in die furoris ſui reges.
6 ¶Iudicauit in gētibꝰ, impleuit corporibꝰ,
tranſfixit caput ſuper terram multum.
7 ¶De torrente in uia bibet, propterea exal
tabit caput.

¶Pſalmi.110. titulus. ¶Halleluiah.

1 COnfitebor dño toto corde, ĩ ſecre
to rectorum, & congregatione.
2 ¶Magna opera dñi, quæſita om
nibus uolentibus ea.
3 ¶Gloria, & decor opus eius, & iuſtitia eiꝰ
manet in ſæculum.
4 ¶Memoriā fecit mirabilibus ſuis, clemēs,
& miſericors dominus.
5 ¶Eſcam dedit timētibus ſe, memor erit in
ſæculum pacti ſui.
6 ¶Fortitudinē operũ ſuorũ annũciauit po
pulo ſuo, ut det eis hæreditatē gentium.
7 ¶Opera manuũ eius ueritas, & iudiciũ, fi-
delia omnia præcepta eius.
8 ¶Firmata in ſæculum in ſæculũ, facta in ue
ritate, & rectitudine.
9 ¶Redemptionē miſit populo ſuo, præce-
pit in ſæculum pactum ſuũ, ſanctum, & ter-
ribile nomen eius.
10 ¶Principiũ ſapientiæ timor dñi, intellectꝰ
bonus omnibus facientibus ea, laus eiꝰ per-
manet in ſæculum.

¶Pſalmi.111. titulus. ¶Halleluiah.

1 BEatus uir qui timet dominũ, man-
data eius uult ualde.
2 ¶Potens in terra erit ſemē eius,
generatio rectorum benedicetur.
3 ¶Opes, & diuitiæ in domo eiꝰ, & iuſtitia
eius manet in ſæculum.
4 ¶Ortum eſt in tenebris lumen rectis, cle-
mens, & miſericors, & iuſtus.
5 ¶Bonus uir donat, & cōmodat, metietur
uerba ſua in iudicio.
6 ¶Quia in ſæculũ non declinabit, in memo
ria æterna erit iuſtus.
7 ¶Ab auditione mala nō timebit, paratum
cor eius ſidens domino.
8 ¶Firmũ cor eius nō timebit, donec uideat
in hoſtibus ſuis quod optat.
9 ¶Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius
manet in ſæculum, cornu eiꝰ exaltabitur in
gloria.
10 ¶Impius uidebit, & iraſcetᷣ dentibus ſuis
fremet, & diſſoluetur, deſideriũ impiorum
peribit.

¶Pſalmi.112. titulus. ¶Halleluiah.

1 LAudate ſerui domini, laudate no-
men domini.
2 ¶Sit nomē dñi benedictum, ex
hoc tempore, & uſq; in ſæculum.
3 ¶Ab ortu ſolis uſq; ad occaſum eius, lauda
bile nomen domini.
4 ¶Excelſus ſuper omnes gentes dñs, ſuper
cœlos gloria eius.
5 ¶Quis ſicut dñs deus noſter, qui eleuat ad
habitãdum, qui humiliat ad uidendũ in cœ-
lo, & in terra?
6 ¶Qui ſtare facit de puluere inopē, de ſter-
core eleuabit pauperem?

7 ¶Vt ſedere faciat cum principibus, cum
principibus populi ſui.
8 ¶Qui habitare facit ſterilem familiam ha-
bētem, matrē filiorum lætātem, Halleluiáh.

¶Pſalmus. 113.

1 QVum egrederetur Iſraél ex Ae
gypto, familia Iahacób è pplo
barbaro.
2 ¶Fuit Iehudáh ſanctificatio
eius, Iſraél poteſtas eius.
3 ¶Mare uidit, & fugit, Iardén
conuerſus eſt retrorſum.
4 ¶Montes ſaltauerunt ſicut arietes, colles
ſicut filij pecudum.
5 ¶Quid fuit tibi mare q̄ fugiſti, Iardén cō
uertit ſe retrorſum?
6 ¶Montes ſaltauerunt ſicut arietes, colles
ſicut filij pecudum.
7 ¶A facie domini contremiſce terra, à facie
dei Iahacób.
8 ¶Qui conuertit petram in ſtagnum aqua-
rum, ſilicem in fontem aquarum.

¶Hic incipit alius pſalmus in Hebræo.

9 ¶Non nobis dñe nō nobis, ſed nomini tuo
da gloriam propter miſericordiam tuam, p-
pter ueritatem tuam.
10 ¶Vt quid dicent gentes, ubi eſt nunc deus
eorum?
11 ¶Deus autē noſter eſt in cœlo, omnia quæ
uoluit, fecit.
12 ¶Simulachra eorum ſunt ex argēto, & au
ro, opus manuum hominum.
13 ¶Os eſt eis, & non loquentur, oculi ſunt
eis, & non uidebunt.
14 ¶Aures ſunt eis, & nō audient, nares ſunt
eis, & non odorabunt.
15 ¶Manus eorum non palpabunt, pedes eo-
rum non ambulabunt, non loquentur guttu
re ſuo.
16 ¶Sicut ipſa ſint qui faciunt ea, omnis qui
fidit eis.
17 ¶Iſraél fide domino, auxilium eorum, &
clypeus eorum ipſe eſt.
18 ¶Domus Aharón fidite domino, auxilium
eorum, & clypeus eorum ipſe eſt.
19 ¶Qui timetis dñm, fidite dño, auxiliū eo-
rum, & clypeus eorum ipſe eſt.

¶Hic incipit alius pſalmus in He-
bræo, in aliquibus codicibus.

20 ¶Dñs memor fuit nr̄i bñdicet, bñdicet do
mui Iſraél, benedicet domui Aharón.
21 ¶Bñdicet timētib⁹ dñm, puſillis cū magnis
22 ¶Adijciat dñs ſuper uos, ſuper uos, & ſup
filios ueſtros.
23 ¶Benedicti uos à domino, q̄ fecit cœlos,
& terram.
24 ¶Cœlum cœlum domino, terram autē de-
dit filijs hominum.
25 ¶Non mortui laudabunt dominū, nec oēs
deſcendentes in ſepulchrum.
26 ¶Et nos benedicemus dño ex hoc tēpore,
& uſq; in ſæculum. Halleluiáh.

¶Pſalmus. 114.

1 DIlexi, qm̄ audiet dñs uocē meā in
deprecationibus meis.
2 ¶Quia īclinauit aurē ſuā mihi,
& in diebus meis inuocabo.
3 ¶Circūdederūt me dolores mortis, & an-
guſtiæ inferni inuenerūt me, anguſtiā & do-
lorem inueni.
4 ¶Et nomen dñi inuocabo, quæſo dñe erue
animam meam.
5 ¶Clemēs dominus, & iuſtus, & de⁹ noſter
miſerans.
6 ¶Cuſtodit ſimplices dñs, attenuatus ſum,
& me ſeruabit.
7 ¶Reuertere anima mea ad requiem tuam,
quia dñs retribuit tibi.
8 ¶Quia eripuiſti animam à morte, oculum
meum à lachryma, pedem meū ab expulſio-
ne mei.
9 ¶Ambulabo coram domino in terris ui-
uentium.

¶Pſalmus. 115. ſecundū Septuagīta, & la
tinos, ſed ſedm Hebraicū eſt idem pſalmus
cum præcedenti.

1 CRedidi quādo locutus ſum, ego
depauperatus ſum ualde.
2 ¶Ego dixi cum pauperem, oīs
homo mendax.
3 ¶Quid reddā dño pro omnibus retribu-
tionibus eius quæ ſunt ſuper me?
4 ¶Calicem ſalutum accipiam, & nomē do
mini inuocabo.
5 ¶Vota mea domino reddā corā nunc omni
populo eius.
6 ¶Precioſa in oculis domini mors miſeri-
cordium eius.
7 ¶Obſecro domine, quia ego ſeruus tuus
ego ſeruus tuus fili⁹ ancillæ tuæ, ſoluiſti uin
cula mea.
8 ¶Tibi ſacrificabo ſacrificiū laudis, & no-
men domini inuocabo.
9 ¶Vota mea domino reddam coram nunc
omni populo eius.
10 ¶In atrijs domus domini, in medio tui Ie-
ruſaláim. Halleluiah.

¶Pſalmus. 116.

1 Laudate dominum om̃es gentes,
laudate eũ omnes populi.
2 ¶Quoniã roborata eſt ſuper
nos miſericordia eius, & ueritas
domini in ſæculũ.Halleluiáh.

¶Pſalmus.117.

1 Confitemini domino quoniã bo
nus,quoniam in ſæculum miſe-
ricordia eius.
2 ¶Dicãt nũc iſraël, qm̃ in ſæcu
lum miſericordia eius.
3 ¶Dicãt nũc familiæ Aharón,
qm̃ in ſæculum miſericordia eius.
4 ¶Dicant nũc qui timent dominũ, quoniam
in ſæculum miſericordia eius.
5 ¶De anguſtia inuocaui dñm, & exandiuit
me in latitudine dominus.
6 ¶Dominus mecũ eſt,non timebo qd faciat
mihi homo.
7 ¶Domin' mecũ eſt inter auxiliatores meos,
& ego uidebo qđ opto odio habẽtibus me.
8 ¶Melius eſt ſperare in domino,q̃ ſperare in
homine.
9 ¶Melius eſt ſperare in domino,q̃ ſperare in
principibus.
10 ¶Omnes gentes circũdederunt me, in no-
mine dñi,quia ſuccidam eas.
11 ¶Circũderunt me, etiam circũdederunt me,
in nomine dñi,quia ſuccidam eas.
12 ¶Circũdederũt me ſicut apes, extinctæ ſunt
ſicut ignis ſpinarum, in nomine domini, quia
ſuccidam eas.
13 ¶Impellẽdo impuliſti me,ut caderem,& do
minus adiuuit me.
14 ¶Fortitudo mea,& laus dominus,& fuit mi
hi in ſalutem.
15 ¶Vox laudis,& ſalutis in tabernaculis iuſto
rum, dextera domini fecit fortitudinem.
16 ¶Dextera domini excelſa, dextera domini
facit fortitudinem.
17 ¶Non moriar,ſed uiuam, & narrabo opera
domini.
18 ¶Corripiendo corripuit me, & morti non
tradidit me.
19 ¶Aperite mihi portas iuſtitiæ,ingrediar eas
confitebor domino.
20 ¶Hæc porta dñi,iuſti intrabũt per eam.
21 ¶Confitebor tibi,quoniam exaudiſti me,&
fuiſti mihi in ſalutem.
22 ¶Lapis quem reprobauerunt ædificantes,
fuit in caput anguli.
23 ¶A domino fuit iſte, eſt mirabilis in oculis
noſtris.
24 ¶Hæc eſt dies quam fecit dominus, exulte-
mus,& lætemur in ea.
25 ¶Obſecro domine ſaluifica nũc,obſecro do
mine,proſperare fac nunc.
26 ¶Benedict' qui uenit in nomine domini,be
nediximus uobis de domo domini.
27 ¶Deus dñs, & illuxit nobis, ligate agnum
funibus uſq; ad cornua altaris.
28 ¶Deus meus es tu,& confitebor tibi, deus
meus & exaltabo te.
29 ¶Confitemini domino, qm̃ bonus, quoniã
in ſæculum miſericordia eius.

¶Pſalmus.118.

¶Pſalmũ.118.Propheta duabus & uiginti
ogdoadib'.i.octonarijs uerſuũ diſtinxit,uniuſ-
cuiuſq; lrẽ Hebraicæ elemẽto octonos uerſus
tribuens,qui ab illis elementis incipiũt, ut om
nes uerſus primæ ogdoadis ab Aleph, ſecũdæ
à Beth,& ita deinceps.

¶Prima Ogdoas incipit ab Aleph.

1 Beati perfecti uia,qui ambu-
lant in lege domini.
2 ¶Beati qui cuſtodiũt te-
ſtimonia eius,toto corde q̃-
runt eum.
3 ¶Etiã nõ qui operati ſunt
iniquitatem in uijs eius am
bulauerunt.
4 ¶Tu p̃cepiſti mãdata tua ut cuſtodiũt ualde.
5 ¶Vtinã firmentur uiæ meæ,ad cuſtodiendũ
ſtatuta tua.
6 ¶Tunc non pudore afficiar,cum reſpexero
ad omnia præcepta tua.
7 ¶Confitebor tibi in rectitudine cordis,cum
didicero iudicia iuſtitiæ tuæ.
8 ¶Statuta tua cuſtodiam,ne derelinquas me,
uehementer.

¶Secũda Ogdoas incipit à Beth.

9 IN quo mundabit puer ſemitam
ſuam, ut cuſtodiat iuxta uerbũ
tuum.
10 ¶Toto corde meo exq̃ſiui te,
ne errare facias me à mandatis
tuis.
11 ¶In corde meo abſcondi eloquia tua,ut non
peccem tibi.
12 ¶Benedictus es dñe,doce me ſtatuta tua.
13 ¶Labijs meis narraui omnia iudicia oris tui.
14 ¶In uia teſtimoniorum tuorũ gauiſus ſum,
ſicut ſuper omnibus diuitijs.
15 ¶In præceptis tuis meditabor, & aſpiciam
ſemitas tuas.
16 ¶In ſtatutis tuis delectabor, non obliuiſcar
uerborum tuorum.

¶Tertia Ogdoas incipit à Ghímal.

17 REtribue ſeruo tuo, uiuam, & cu
ſtodiam uerba tua.
18 ¶Reuela oculos meos, et aſpi
ciam mirabilia de lege tua.
19 ¶Aduena ego ſum in terra,
ne abſcondas à me p̄cepta tua.
20 ¶Confracta eſt anima mea deſiderando iudi
cia tua omni tempore.
21 ¶Diſperdidiſti ſuperbos maledictos q̄ errāt
à præceptis tuis.
22 ¶Volue à me opprobrium, et contemptum,
quia teſtimonia tua cuſtodiui.
23 ¶Etiam ſederunt principes, & contra me lo
cuti ſunt, ſeruus tuus meditabitur in ſtatu-
tis tuis.
24 ¶Etiā teſtimonia tua ſunt delectatiões meæ,
ut uiri conſilij mei.

¶Quarta Ogdoas incipit à Daléth.

25 ADhæſit puluerí aīa mea, uiuifi-
ca me ſecūdum uerbum tuum.
26 ¶Vias meas narraui, & exau-
diſti me, doce me ſtatuta tua.
27 ¶Viam præceptorum tuorū
fac me intelligere, & medita-
bor in mirabilibus tuis.
28 ¶Stillauit anima mea præ dolore, confirma
me iuxta uerbum tuum.
29 ¶Viam mendacij amoue à me, & legē tuam
dona mihi.
30 ¶Viam ueritatis elegi, iudicia tua poſui co-
ram me.
31 ¶Adhæſi teſtimonijs tuis domine, ne pudo-
re afficias me.
32 ¶Viam mādatorum tuorum curram, quum
dilataueris cor meum.

¶Quinta Ogdoas incipit ab He.

33 DOce me domine uiā ſtatutorum
tuorum, & cuſtodiam eam pro
pter mercedem.
34 ¶Fac me intelligere, & cuſto-
diam legem tuam, & cuſtodiā
illam toto corde.
35 ¶Calcare fac me per ſemitam mandatorum
tuorum, quia ipſam uolui.
36 ¶Inclina cor meum ad teſtimonia tua, & nō
ad auaritiam.
37 ¶Tranſire fac oculos meos, ut non uideant
uanitatem, in uijs tuis uiuifica me.
38 ¶Confirma ſeruo tuo eloquium tuū, quod
eſt ad timorem tuum.
39 ¶Tranſite fac opprobrium meum quod ti-
mui, quia iudicia tua bona.
40 ¶Ecce concupiui mandata tua, in iuſtitia tua
uiuifica me.

¶Sexta Ogdoas incipit à Váu.

41 ET ueniāt mihi mīæ tuæ dn̄e, ſa-
lus tua ſecundū eloquiū tuum.
42 ¶Et reſpondebo probris affi-
cienti me uerbum, quia ſperaui
in uerbo tuo.
43 ¶Et ne remoueas de ore meo
uerbum ueritatis uſq; ualde, quia iudicia tua
expectaui.
44 ¶Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſæcu
lum, & ultra.
45 ¶Et ambulabo in latitudine, quia mandata
tua quæſiui.
46 ¶Et loquar de teſtimonijs tuis corā regibus,
& non pudore afficiar.
47 ¶Et delectabor in mādatis tuis, quæ dilexi.
48 ¶Et leuabo palmas meas ad p̄cepta tua quæ
dilexi, et meditabor in ſtatutis tuis.

¶Septima Ogdoas incipit à Záin.

49 MEmento uerbi ſeruo tuo, in
quo ſperare feciſti me.
50 ¶Hæc eſt conſolatio mea,
in afflictione mea, quia elo-
quiū tuum uiuificauit me.
51 ¶Superbi deriſerūt me uſ
q; ualde, à lege tua non declinaui.
52 ¶Recordatus ſum iudiciorū tuorum à ſæcu
lo domine, & cōſolatus ſum.
53 ¶Terror tenuit me propter impios dereliu-
quentes legem tuam.
54 ¶Cantus fuerunt mihi ſtatuta in domo pere
grinationum mearum.
55 ¶Recordatus ſum nocte nominis tui domi-
ne, & cuſtodiui legem tuam.
56 ¶Hoc bonum fuit mihi, quia præcepta tua
cuſtodiui.

¶Octaua Ogdoas incipit à Cheth.

57 POrtio mea domine, dixi ut cu-
ſtodirem uerbum tuum.
58 ¶Deprecatus ſum faciem tuā
toto corde, miſerere mei ſecun-
dum eloquium tuum.
59 ¶Cogitaui uias meas, & con-
uerti pedes meos ad teſtimonia tua.
60 ¶Feſtinaui, & non tardaui, ut cuſtodirē mā
data tua.
61 ¶Caterua impiorum prædatæ ſunt me, le-
gis tuæ non ſum oblitus.
62 ¶Media nocte ſurgam ad confitendum tibi,
ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.
63 ¶Socius ſum omnibus qui timuerint te, &
cuſtodientibus præcepta tua.
64 ¶Miſericordiæ tuæ domine plena eſt terra,
ſtatuta tua doce me.

65 ℂ Nona Ogdoas incipit à Theth.
BOnum feciſti cum ſeruo tuo dñe,
ſecũdum uerbum tuum.
66 ℂ Bonum ſermonẽ, & ſcientiam
doce me, quia pręceptis tuis credidi.
67 ℂ Priuſquã humiliarer ego errabam, & nũc
eloquium tuum cuſtodiui.
68 ℂ Bonus tu, & bñfic', doce me ſtatuta tua.
69 ℂ Applicuerunt mihi mendacium ſupbi,
ego toto corde cuſtodiam præcepta tua.
70 ℂ Impĩguauit ſe ſicut adeps cor meũ, ego
lege tua delectatus ſum.
71 ℂ Bonum fuit mihi quod afflictus fui, ut diſcã
ſtatuta tua.
72 ℂ Melior eſt mihi lex oris tui, quam milia
auri, & argenti.

ℂ Decima Ogdoas incipit à Iód.
73 MAnus tuæ fecerunt me, & præ
parauerunt me, fac me intelli-
gere, & diſcam præcepta tua.
74 ℂ Qui timent te uidebũt me
& lætabuntur, quia uerbũ tuũ
expectaui.
75 ℂ Noui dñe quod iuſtitia ſunt iudicia tua, & in
ueritate afflixiſti me.
76 ℂ Sit nunc mĩa tua ad conſolandum me, ſe
cundum eloquium tuũ ſeruo tuo.
77 ℂ Veniant mihi mĩæ tuæ, & uiuam, quia lex
tua delectatio mea eſt.
78 ℂ Pudore afficiantur ſuperbi, qm̃ gratis p-
uertere noluerũt me, ego meditabor in præ-
ceptis tuis.
79 ℂ Conuertantur ad me qui timent te, & ſci
unt teſtimonia tua.
80 ℂ Sit cor meum perfectum in ſtatutis tuis,
ut non pudore afficiar.

ℂ Vndecima Ogdoas incipit à Chaph.
81 DEſiderauit ſalutẽ tuam aĩa mea,
uerbum tuum expectaui.
82 ℂ Defecerunt oculi mei ad elo
quium tuum dicendo, qñ conſo
laberis me.
83 ℂ Quia fui ſicut uter in fumo, ſtatutorum
tuorum non ſum oblitus.
84 ℂ Quot ſunt dies ſerui tui, qñ facies cõtra
perſequentes me iudicium?
85 ℂ Foderunt mihi ſuperbi foueas, quod nõ
eſt ſecũdum legem tuam.
86 ℂ Omnia mandata tua ueritas, gratis pſe-
cuti ſunt me, adiuua me.
87 ℂ Ferè conſumpſerunt me in terra, & ego
non dereliqui præcepta tua.
88 ℂ Secundum mĩam tuam uiuifica me, & cu
ſtodiam teſtimonium oris tui.

ℂ Duodecima Ogdoas incipit à Lámed.
89 IN ſæculum domine uerbum tuũ
permanet in cœlo.
90 ℂ In generatione & generatio-
nem ueritas tua, fundaſti terram,
& ſtabit.
91 ℂ Ad iudicia tua faciẽda ſteterũt uſque ad
hanc diem, quia omnes ſerui tui.
92 ℂ Niſi lex tua delectationes meæ fuiſſent,
tunc periſſem in afflictione mea.
93 ℂ In ſæculum non obliuiſcar præceptorũ
tuorum, quia in ipſis uiuificaſti me.
94 ℂ Tu' ego ſum ſerua me, quoniã præcepta
tua quæſiui.
95 ℂ Me expectauerũt impij ad perdẽdũ me,
teſtimonia tua intelligam.
96 ℂ Omnis conſummationis uidi finem, la-
tum præceptum tuum ualde.
ℂ Tertia decima Ogdoas incipit à Mem.
97 QVã dilexi legem tuam, omni die
eſt meditatio mea.
98 ℂ Præ inimicis meis ſapientem
effeciſti me præceptis tuis, quia
in ſæculum eſt mihi.
99 Præ omnibus docẽtibus me intellexi, quia
teſtimonia tua meditatio mea ſunt.
100 ℂ Præ ſenib' intellexi, quia præcepta tua
cuſtodiui.
101 ℂ Ab oĩ ſemita mala phibui pedes meos,
ut cuſtodiam uerbum tuum.
102 ℂ A iudicijs tuis non receſſi, quia tu doce-
re feciſti me.
103 ℂ Quã dulcia fuerunt palato meo eloquia
tua, præ melle ori meo.
104 ℂ A præceptis tuis intellexi, ppterea odi-
ui omnem ſemitam mendacij.
ℂ Quartadecima Ogdoas incipit à Nun.
105 LVcerna pedi meo uerbũ tuũ,
& lumen ſemitæ meæ.
106 ℂ Iuraui, & ſtatui cuſtodire
iudicia iuſtitiæ tuæ.
107 ℂ Afflixi me uehemẽtiſſime,
domine uiuifica me ſecũdum
uerbum tuum.
108 ℂ Voluntaria oris mei uelis quæſo, & iudi
cia tua doce me.
109 ℂ Anima mea in manu mea ſemper, & le-
gis tuæ non ſum oblitus.
110 ℂ Poſuerunt impij laqueum mihi, & à præ
ceptis tuis non erraui.
111 ℂ Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in ſæ-
culum, quia gaudium cordis mei ſunt.
112 ℂ Inclinaui cor meum ad faciendũ ſtatuta
tua in ſæculum, uſque in finem..
ℂ Quintadecima Ogdoas icipit à Sámec.

113 COgitabundos odiui,&legem tuam
dilexi.
114 ℂLatibulum meũ,& ſcutũ meum
es tu,uerbum tuum expectaui.
115 ℂRecedite à me maligni,& cuſtodiam præ
cepta dei mei.
116 ℂConfirma me ſecundũ uerbum tuũ,& ui
uam,& ne pudore afficias me ab expectatio
ne mea.
117 ℂConfirma me,& ſeruabor,& delectabor
in ſtatutis tuis ſemper.
118 ℂCalcaſti oẽs errantes à ſtatutis tuis,quia
mendacium eſt dolus eorum.
119 ℂVt ſcorias ceſſare feciſti oẽs impios ter⸗
ræ,ideo dilexi teſtimonia tua.
120 ℂHorripilauit propter timorem tuum ca⸗
ro mea,& à iudicijs tuis timui.

ℂ16.Ogdoas incipit ab Haín.

121 FEci iudicium,&iuſtitiam,ne dere
linquas me.
122 ℂCongruere fac ſeruum tuum
bono,& ne uim inferant mihi ſu⸗
perbi.
123 ℂOculi mei defecerunt ad ſalutem tuam,
& ad eloquium iuſtitiæ tuæ.
124 ℂFac cum ſeruo tuo ſecũdũ miam tuam,&
ſtatuta tua doce me.
125 ℂSeruus tu' ego ſum, fac me intelligere,
& ſciam teſtimonia tua.
126 ℂTempus faciendi domino,diſſipauerunt
legem tuam.
127 ℂIdeo dilexi præcepta tua magis q̃ aurũ,
& obrizum.
128 ℂPropterea oĩa præcepta oĩm dirigebar,
omnem ſemitam mendacij odiui.

ℂ17.Ogdoas incipit à pe.

129 MIrabilia teſtimonia tua,ideo cu
ſtodiuit ea anima mea.
130 ℂApertio uerborum tuorum
illuminat,intelligere facit ſim⸗
plices.
131 ℂOs meum aperui,& reſpiraui,q̃a præce⸗
pta tua deſideraui.
132 ℂAſpice ad me,& miſerere mei,ſcđm cõ⸗
ſuetudinem diligentiũ nomen tuum.
133 ℂGreſſus meos firma in eloquio tuo,&nõ
dominetur mihi omnis iniquitas.
134 ℂRedime me ab oppreſſione hoĩm,& cu⸗
ſtodiam præcepta tua.
135 ℂFaciem tuam fac lucere ſeruo tuo,& do⸗
ce me ſtatuta tua.
136 ℂRiui aquarum deſcẽderũt ab oculis meis
propterea quod non cuſtodierunt legẽ tuã.

ℂDecima octaua Ogdoas in⸗
cipit à ſadi.

137 IVſtus es dñe,& rectũ iudiciũ tuũ
138 ℂPræcepiſti nobis iuſtitiã teſti⸗
monia tua,& ueritatem ualde.
139 ℂSuccidit me zelus meus, quia
obliti ſunt uerborum tuorum hoſtes mei.
140 ℂProbatus eſt ſermo tuus ualde, & ſeru'
tuus dilexit illum.
141 ℂParuulus ſum,& deſpectus, præcepto⸗
rum tuorum non ſum oblitus.
142 ℂIuſtitia tua iuſtitia in ſæculũ, & lex tua
ueritas.
143 ℂAfflictio,& anguſtia inuenerũt me,præ
cepta tua delectationes meæ ſunt.
144 ℂIuſtitia ſunt teſtimonia tua in ſæculum,
fac me intelligere,& uiuam.

ℂDecima nona Ogdoas incipiens
à Coph.

145 CLamaui toto corde exaudi me
dñe,ſtatuta tua cuſtodiam.
146 ℂClamaui ad te,ſerua me,
& cuſtodiam teſtimonia tua.
147 ℂPræueni crepuſculo,& cla
maui,uerbum tuum expectaui.
148 ℂPræuenerunt oculi mei uigilias, ad me
ditandum in eloquio tuo.
149 ℂVocem meam audi ſecundũ miſericor⸗
diam tuam dñe,ſecundũ iudicium tuum ui⸗
uifica me.
150 ℂAppropinquauerunt ſequentes malam
cogitationem, à lege tua elongauerunt ſe.
151 ℂPrope es tu domine,& omnia præcepta
tua ſunt ueritas.
152 ℂAntea noui de teſtimonijs tuis, quia in
ſæculum fundaſti ea.

ℂVigeſima Ogdoas incipit à res.

153 VIde afflictionẽ meam, & erue
me, quia legis tuæ non ſum
oblitus.
154 ℂIudica iudicium meum,&
redime me, propter eloquiũ
tuum uiuifica me.
155 ℂLonge eſt ab impijs ſalus, q̃a ſtatuta tua
non quæſierunt.
156 ℂMiſericordiæ tuæ multæ domine, ſecun
dum iudicia tua uiuifica me.
157 ℂMulti ſunt perſequentes me, & hoſtes
mei, à teſtimonijs tuis non declinaui.
158 ℂVidi præuaricãtes,& tædio affect' ſum,
quia eloquium tuum non cuſtodierunt.
159 ℂVide quia præcepta tua dilexi,dñe ſecũ
dum miſericordiã tuam uiuifica me.
160 ℂPrincipiũ uerbi tui ueritas,& in ſæcu⸗
lum omne iudicium iuſtitiæ tuæ.

ℂVigeſima prima Ogdoas incipit à Sín.

Principes

161 PRincipes pſecuti ſunt me gra
tis,& à uerbo tuo timuit cor
162 meum.
¶ Gaudeo ſuper eloqa tuo,
ſicut qui inuenit ſpolia mul-
ta.
163 ¶ Mendaciũ odiui,& abominatus ſum,le-
gem tuam dilexi.
164 ¶ Septies in die laudaui te, ſuper iudicia
iuſtitiæ tuæ.
165 ¶ Pax multa diligentibus legem tuam,&
non eſt eis offenſio.
166 ¶ Expectaui ſalutem tuam dñe, & præce
pta tua feci.
167 ¶ Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua,
& diligo ea uehementer.
168 ¶ Cuſtodiui præcepta tua, & teſtimonia
tua,quia omnes uiæ meæ ſunt coram te.
¶ .22. Ogdoas incipit à Tau.
169 TAppropinquet clamor me' co
ram te dñe, ſcd'm uerbũ tuũ
fac me intelligere.
170 ¶ Veniat deprecatio mea co-
ram te,ſecundum eloquium
tuum erue me.
171 ¶ Eructabunt labia mea laudem, cum do-
cueris me ſtatuta tua.
172 ¶ Loquetur lingua mea eloquiũ tuum, qa
omnia mandata tua ſunt iuſtitia.
173 ¶ Sit manus tua ad auxiliandũ mihi, quo-
niam præcepta tua elegi.
174 ¶ Deſideraui ſalutem tuã dñe,& lex tua
delectationes meæ,eſt.
175 ¶ Viuet aia, & laudabit te, & iudicia tua
adiuuabunt me.
176 ¶ Erraui ſicut pecus perditum, quære ſer
uum tuum, quia mandatorum tuorum non
ſum oblitus.

¶ Pſalmus 119. ¶ Canticũ graduũ.

1 AD dominũ in anguſtia mea cla
maui,& exaudiuit me.
2 ¶ Dñe erue animã meã à la-
bio mendaci,à lingua doloſa.
3 ¶ Quid detur tibi, & qd ap-
ponetur tibi ad linguam doloſa?
4 ¶ Sagittæ potentis acutæ,cum carbonib'
iuniperorum.
5 ¶ Heu mihi quia peregrinat' ſum Meſech,
habitaui cum tabernaculis Chedar.
6 ¶ Multũ habitauit ſibi anima mea,cũ odio
habente pacem.
7 ¶ Ego eram uir pacis, & cũ loquebar, ipſi
loquebantur ad bellum.

¶ Pſalmus.120.
¶ Canticum graduum.

1 LEuabo oculos meos ad mõtes,
unde ueniet auxilium meũ.
2 ¶ Auxiliũ meũ à dño,qui fecit
cœlum & terram.
3 ¶ Non permittet ut declinet
pes tuus,neq; dormitabit q cuſtodit te.
4 ¶ Ecce non dormitabit,neq; dormiet qui cu
ſtodit Iſraël.
5 ¶ Dñs cuſtodit te, dñs umbra tua, ſuper ma
num dexteram tuam.
6 ¶ Per diem ſol non percutiet te, neq; luna
in nocte.
7 ¶ Dñs cuſtodiet te ab omni malo, cuſtodiet
animam tuam.
8 ¶ Dñs cuſtodiet exitũ tuum, & introitum
tuum, ex hoc tẽpore & uſq; in ſæculũ.

¶ Pſalmus.121. ¶ Canticũ graduũ.

1 LAetatus ſum cum dicentibus
mihi, in domũ dñi ibimus.
2 ¶ Stãtes fuerũt pedes noſtri
in portis tuis Ieruſalãm.
3 ¶ Ieruſalãm quæ ædificatur,
ut ciuitas, cui iuncta eſt ſimul.
4 ¶ Quia illuc aſcenderũt tribus tribus dñi,
teſtimoniũ Iſraeli, ad cõfitẽdũ nomini dñi.
5 ¶ Quia ibi ſederũt ſedes ad iudiciũ, ſedes
domui Dauid.
6 ¶ Poſtulate pacem Ieruſalãm, proſperabũ
tur diligentes te.
7 ¶ Sit pax in antemuralibus tuis, proſperi-
tas in domibus tuis.
8 ¶ Propter fratres meos, & pximos meos,
loquar nunc de te.
9 ¶ Propter domũ domini dei noſtri, quæſiui
bonum tibi.

¶ Pſalmus.122. ¶ Canticũ graduũ.

1 AD te leuaui oculos meos, qui ha-
bitas in cœlis.
2 ¶ Ecce ſicut oculi ſeruorum ad
manũ dominorũ ſuorũ, ſicut ocu
li ancillæ ad manũ dñæ ſuæ, ita oculi noſtri,
ad dominũ deũ noſtrũ, donec miſereat noſtri
3 ¶ Miſerere noſtri dñe, miſerere noſtri, qa
multũ ſaturati ſumus deſpectione.
4 ¶ Multũ ſaturata eſt ſibi aia noſtra ſubſan-
natione abũdantiũ, deſpectione ſuperborũ.

¶ Pſalmus.123.
¶ Canticũ graduum ipſi Dauid.

1 NIſi dñs quia fuit nobiſcum, dicat
nunc Iſrael.
2 ¶ Niſi dñs qa fuit nobiſcũ, quũ
ſurrexerũt aduerſum nos hoies.
3 ¶ Tunc uiuos deglutiſſent nos, quũ iraſce
retur furor eorum in nos.
4 ¶ Iſte aqua operuiſſent nos, torrẽs trãſiſſet

ſuper animam noſtram.
5 ¶ Tunc tráſiſſet ſuper animã noſtram aqua
ſuperba.
6 ¶ Bñdictus dñs, qui nõ dedit nos prædam
dentibus eorum.
7 ¶ Aĩa noſtra ſicut auis euaſit de laqueo ue
nãtiũ, laqueus cõtritus eſt, & nos euaſim'.
8 ¶ Adiutoriũ noſtrũ in nomine dñi, qui fe-
cit cœlum & terram.

¶ Pſalmus.124. ¶ Canticũ graduũ.

1 QVi confidunt in dño, ſicut mons
Siión nõ cõmouebitur, in ſæcu-
lum manebit.
2 ¶ Ieruſaláim montes in circuitu
eius, & dñs in circuitu populi ſui, ex hoc tẽ
pore, & uſq; in ſæculum.
3 ¶ Quia non requieſcet uirga impietatis ſu
per ſortem iuſtorum, ut non mittant iuſti ad
iniquitatem manus ſuas.
4 ¶ Bñfac dñe bonis, & rectis ĩ cordib' ſuis.
5 ¶ Declinantes autẽ in prauitates ſuas, am
bulare faciet dñs cum operantibus iniquita
tem, pax erit ſuper Iſraél.

¶ Pſalmus.125. ¶ Canticũ graduum.

1 QVando redire fecit domin' capti
uitatẽ Siión, fuimus ueluti ſom-
niantes.
2 ¶ Tunc repletum eſt riſu os no-
ſtrũ, & lingua noſtra laude, tunc
dixerũt inter gẽtes, magnificauit dñs face-
re cum iſtis.
3 ¶ Magnificauit dominus facere nobiſcũ,
fuimus lætantes.
4 ¶ Redire fac domine captiuitatẽ noſtram,
ſicut torrens in arido.
5 ¶ Qui ſeminãt cum lachrymis, cum laude
metent.
6 ¶ Eũdo ibit, & flẽdo portãs precioſum ſe-
men; ueniendo ueniet cum laude, portãs ma
nipulos ſuos. ¶ Pſalmus.126.

¶ Canticũ graduũ ipſi Selomóh.

1 SI dñs nõ ædificauerit domũ, fru-
ſtra laborauerũt ædificãtes eã, ĩ il
la. Si dominus nõ cuſtodierit ciui-
tatem, fruſtra uigilauit cuſtos.
2 ¶ Fruſtra uobis eſt maturantibus ſurgere,
tardantibus ſedere, edentibus panem dolo
rum, ſic dabit dilecto ſuo ſomnũ.
3 ¶ Ecce hæreditas domini filij, merces, fru-
ctus uentris.
4 ¶ Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij
iuuentutum.
5 ¶ Beatus uir qui impleuit pharetrã ſuam
ipſis, non pudore afficientur, quũ locuti fue
rint cum inimicis in porta.

¶ Pſalmus.127. ¶ Canticũ graduum.

1 BEatus oĩs q timet dominũ, qui am
bulat in uijs eius.
2 ¶ Laborẽ manuũ tuarũ qa come-
des, beatus eris, & bonũ tibi erit.
3 ¶ Vxor tua erit ſicut uitis fructificãs, in la
teribus domus tuæ erunt filij tui, ſicut plan
tationes oliuarũ in circuitu menſæ tuæ.
4 ¶ Ecce ſic benedicet̃ur, q timet dominũ.
5 ¶ Benedicat tibi dominus ex Siión, & ui-
deas bonũ Ieruſaláim oĩbus dieb' uitæ tuæ.
6 ¶ Et uideas filios filijs, pacẽq; ſup Iſraél.

¶ Pſalmus.128. ¶ Canticũ graduum.

1 MVltũ anguſtijs affecerũt me ab
adoleſcẽtia mea dicat nũc Iſrl.
2 ¶ Multũ anguſtijs affecerũt
me ab adoleſcẽtia mea, etiã nõ
præualuerunt mihi.
3 ¶ Supra dorſum meũ arauee-
runt arantes, prolongauerũt ſulcum ſuum.
4 ¶ Dñs iuſtus cõcidit funes impiorũ.
5 ¶ Pudore afficiẽtur, & redibũt retrorſum
omnes qui odio habent Siión.
6 ¶ Erunt ſicut hærba tectorum, quæ anteq̃
egrediatur, aruit.
7 ¶ Qua non impleuit manũ ſuã qui metit,
nec brachium ſuũ qui cõgregat manipulos.
8 ¶ Et nõ dixerũt tranſeũtes, benedictio dñi
ſuper uos, benedixim' uobis in noĩe dñi.

¶ Pſalmus.129. ¶ Canticũ graduũ.

1 DE profundis clamaui ad te dñe.
2 ¶ Domine audi uocem meam.
Sint aures tuæ intẽtæ ad uocẽ de-
precationum mearum.
3 ¶ Si iniqtates obſeruaueris dñe, qs ſtabit?
4 ¶ Quia tecum eſt uenia, ut timearis.
5 ¶ Expectaui dominũ, expectauit aĩa mea,
& uerbum eius expectaui.
6 ¶ Anima mea expectauit dominũ magis q̃
cuſtodes mane, cuſtodes mane.
7 ¶ Expecta Iſraél dñm, quia cũ dño eſt mĩa,
& multa cum eo redemptio.
8 ¶ Et ipſe redimet Iſraél, ex omnib' iniqui
tatibus eius.

¶ pſ.130. ¶ Cãticũ graduũ ipſi Dauid.

1 DOmine nõ eſt exaltatũ cor meũ,
neq; elati ſunt oculi mei, neq; am
bulaui in magnis, neq; in mirabi
libus præ me.
2 ¶ Niſi poſui, & ſilere feci animã meã, ſicut
ablactatum ſuper matrem ſuam, ſicut abla-
ctatũ eã quæ eſt in me animã meã, hæc faciat
mihi deus, & hæc addat.
3 ¶ Expecta Iſraél dominũ ex hoc tẽpore, &
uſq; in ſæculum.

¶ Pſalmus.131. ¶ Canticum gradutī.
1 Emento dn̄e Dauid, cū omni affli-
ctione eius.
2 ¶ Qui iurauit domīo, uouit po-
tenti Iahacób.
3 ¶ Si ītroiero in tabernaculum dom' meæ,
ſi aſcendero ſuper lectum ſtrati mei.
4 ¶ Si dedero ſomnū oculis meis, palpebris
meis dormitationem.
5 ¶ Donec inueniam locum dn̄o, tabernacu-
la forti Iahacób.
6 ¶ Ecce audiuimus eum in Ephráthah, inue
nimus eum in campis ſyluæ.
7 ¶ Introibimus in tabernacula eius, ineurua
bimus nos ſcabello pedum eius.
8 ¶ Surge dn̄e ad requiem tuā, tu & arca for-
titudinis tuæ.
9 ¶ Sacerdotes tui induant iuſtitiam, & ſan-
cti tui laudent.
10 ¶ Propter Dauid ſeruum tuum, ne auertas
faciem chriſti tui.
11 ¶ Iurauit dn̄s ipſi Dauid ueritatem, non
auertetur ab ea, de fructu uentris tui ponam
ſuper ſolium tuum.
12 ¶ Si cuſtodierint filij tui pactum meum, &
teſtimonium meū quæ docebo, etiam filij eo
rum uſq; in ſæculum ſedebunt ſup ſoliū tuū.
13 ¶ Qm̄ elegit dn̄s Siión, deſiderauit ut eſ-
ſet habitaculum ſibi.
14 ¶ Hæc requies mea uſq; in ſæculū, hic habi
tabo, quoniā deſideraui eam.
15 ¶ Eſcæ eius benedicendo benedicam, pau
peres eius ſaturabo pane.
16 ¶ Sacerdotes aūt eius induam ſalutem, &
ſancti eius laudando laudabunt.
17 ¶ Ibi oriri faciam cornu ipſi Dauid, paraui
lucernam chriſto meo.
18 ¶ Inimicos eius induam pudorem, & ſup
eum florebit corona eius.

¶ Pſalmus.132.
¶ Canticum graduum ipſi Dauid.
1 Cce q̄ bonum, & q̄ iocundum ha-
bitare fratres etiam pariter.
¶ Sicut oleum optimū ſuper ca-
put deſcēdens, ſuper barbā, barbā
Aharón, quod deſcendit ſuper oram ueſtimē
torum eius.
3 ¶ Sicut ros Chermón qui deſcendit ſuper
montes Siión, qm̄ ibi precæpit bn̄dictionem
uitam uſq; in ſæculum.

¶ Pſalmus.133. ¶ Canticum graduum.
1 Cce bn̄dicite dn̄o omnes ſerui dn̄i,
qui ſtatis in domo dn̄i in noctibus.
2 ¶ Leuate manus ueſtras ad ſctita-
tem, & benedicite dn̄o.
3 ¶ Bn̄dicat tibi dn̄s ex Siión, qui fecit cœlū
& terrā.

¶ Pſalmus.134. Halleluia.
1 Audate nomen domini, laudate
ſerui domini.
2 ¶ Qui ſtatis in domo domini,
in atrijs domus dei noſtri.
3 ¶ Laudate dn̄m, quia bon' dn̄s
canite nomini eius quia iocundum.
4 ¶ Qm̄ Iahacób elegit ſibi dn̄s, Iſraél ut ſit
peculiaris ſibi.
5 ¶ Quia noui q̄ magnus eſt domin', & de'
noſter præ omnibus dijs.
6 ¶ Oīa quæ uoluit dn̄s fecit in cœlo, & ī ter
ra, in maribus, & oībus uoraginibus.
7 ¶ Qui aſcendere facit nubes ab extremo
terræ, fulgura propter pluuiam, qui educit
uentum de theſauris ſuis.
8 ¶ Qui percuſſit primogenita Aegypti ab
homine, uſq; ad iumentum.
9 ¶ Miſit ſigna, & prodigia in medio tui, in
Parhóh, & in oēs ſeruos eius.
10 ¶ Qui percuſſit gentes multas, & occidit
reges fortes.
11 ¶ Sichón regem Emoræum, & Hogh regē
Baſán, & oīa regna Chenáhan.
12 ¶ Et dedit terram eorū hæreditatem, hære-
ditatem Iſraél populo ſuo.
13 ¶ Dn̄e nomē tuum in ſæculum, dn̄e memo
ria tua in generatione, & gn̄ationem.
14 ¶ Quia iudicabit dn̄s populum ſuū, & ſer
uis ſuis ignoſcet.
15 ¶ Simulachra gentium, argentum, & aurū
opus manuum hominis.
16 ¶ Os eſt eis, & nō loquentur, oculi ſunt eis
& non uidebunt.
17 ¶ Aures ſunt eis, & non auſcultabunt, etiā
non eſt ſpūs in ore ipſorum.
18 ¶ Sicut ipſa ſint faciētes ea, oīs q̄ fidit eis.
19 ¶ Familiæ Iſraél benedicite dn̄o, familiæ
Aharón benedicite dn̄o.
20 ¶ Familiæ Leui bn̄dicite dn̄o, qui timetis
dominum benedicite dn̄o.
21 ¶ Benedictus dominus ex Siión, qui habi-
tat in Ieruſaláim, Halleluiáh.

¶ Pſalmus.135.
1 Onfitemini dn̄o, quoniā bonus, qm̄
in ſæculum mīa eius.
2 ¶ Confitemini deo deorum, qm̄ in
ſæculum miſericordia eius.
3 ¶ Cōfitemini dn̄o dn̄orum, qm̄ ī ſcl'm mīa ei'.
4 ¶ Ei qui fecit mirabilia magna ſolus, qm̄ ī
ſæculum miſericordia eius.
5 ¶ Ei qui fecit cœlos intelligentia, qm̄ in ſæ
culum miſericordia eius.
6 ¶ Ei qui extendit terrā ſuper aquas, qm̄ in

ſæculum miſericordia eius.
7 ¶ Ei qui fecit luminaria magna, qm̃ in ſæ-
culum miſericordia eius.
8 ¶ Solem ad dñium in die, qm̃ in ſæculum
miſericordia eius.
9 ¶ Lunam, & ſtellas ad dñia in nocte, qm̃ in
ſæculum mia eius.
10 ¶ Ei qui pcuſſit Aegyptũ cum primogeni-
tis eorum, qm̃ in ſæculum mia eius.
11 ¶ Ei qui eduxit Iſraël de medio eorũ, qm̃
in ſæculum miſericordia eius.
12 ¶ In manu forti, & brachio extento, qm̃ in
ſæculum miſericordia eius.
13 ¶ Ei qui diuiſit mare Suph, in diuiſiones,
qm̃ in ſæculum mia eius.
14 ¶ Et tranſire fecit Iſraël per medium eius,
qm̃ in ſæculum mia eius.
15 ¶ Et excuſſit Parhóh, & exercitum eius in
mari Suph, qm̃ in ſæculum mia eius.
16 ¶ Qui ambulare fecit populum ſuum p de
ſertum, qm̃ in ſæculum mia eius.
17 ¶ Ei qui percuſſit reges magnos, quoniam
in ſæculum mia eius.
18 ¶ Et occidit reges fortes, qm̃ in ſæculũ mi
ſericordia eius.
19 ¶ Sichón regem Emoræum, qm̃ in ſæculũ
miſericordia eius.
20 ¶ Et Hogh regem Baſán, quoniam in ſæcu
lum miſericordia eius.
21 ¶ Et dedit terram eorũ in hæreditatẽ, quo
niam in ſæculum miſericordia eius.
22 ¶ Hæreditatem Iſraël ſeruo ſuo, qm̃ in ſæ-
culum miſericordia eius.
23 ¶ Qui in humilitate noſtra memor fuit no
ſtri, qm̃ in ſæculum mia eius.
24 ¶ Et redemit nos ab hoſtibus noſtris, quo-
niam in ſæculum mia eius.
25 ¶ Qui dat panem omni carni, qm̃ in ſæcu-
lum miſericordia eius.
26 ¶ Confitemini deo cœli, quoniam in ſæcu
lum miſericordia eius.

¶ Pſalmus. 136.

1 IVxta flumina Babél ibi ſedimus,
etiam fleuim⁹ dum recordaremur
Sión.
2 ¶ Super ſalices in medio eius, ſu
ſpendimus citharas noſtras.
3 ¶ Quia ibi poſtulauerunt à nobis q capti-
uos duxerunt nos, ut diceremus uerba cau-
tici, & citharis ſuſpenſis uerba lætitiæ, cani
tate nobis de cantico Sión.
4 ¶ Quomodo cantabimus canticum dñi, in
terra alienigenarum?
5 ¶ Si oblitus fuero tui Ieruſaláim, obliuiſca
tur dextera mea operationis ſuæ.
6 ¶ Adhæreat lingua mea palato meo, ſi non
meminero tui, ſi non aſcendere fecero in Ie-
ruſaláim, in capite lætitiæ meæ.
7 ¶ Recordare dñe filiorum Edóm, diei Ieru
ſaláim, qui dicunt diſcooperite, diſcoopite
uſq; ad fundamentum in ea.
8 ¶ Filia Babél uaſtata, btũs q retribuet tibi
retributionem tuã, quã retribuiſti nobis.
9 ¶ Btũs qui appræhendet, & allidet paruu-
los eius ad petram.

¶ Pſalmi. 137. titulus. ¶ Ipſi Dauid.

1 COnfitebor tibi toto corde meo,
coram angelis cauam tibi.
2 ¶ Incuruabo me templo ſctĩta
tis tuæ, & cõfitebor noi tuo ſup
mia tua, & ſup ueritate tua, qm̃
magnificaſti ſup oẽ nomen tuũ eloquiũ tuũ.
3 ¶ In die qua inuocaui te, exaudiſti me, ro-
boraſti me, & in aia mea fortitudinem.
4 ¶ Confiteantur tibi om̃s reges terræ, quia
audierunt eloquia oris tui.
5 ¶ Et cantent in uijs domini, qm̃ magna eſt
gloria domini.
6 ¶ Qm̃ excelſus dñs, & humilem uidebit, &
excelſus à longinquo cognoſcet.
7 ¶ Si ambulauero in medio anguſtiæ uiuifica
bis me, ſuper iram inimicorũ meorũ mittes
manum tuã, & ſeruabit me dextera tua.
8 ¶ Dñs retribuet pro me, dñe mia tua in ſæ-
culum opus manuum tuarum, ne dimittas.

Pſalmi. 138. titul⁹. ¶ Victori ipſi Dauid. ps.

1 DOmine inueſtigaſti me, & cognouiſti
¶ Tu cognouiſti ſeſſionẽ meã, &
2 reſurrectionẽ meã, intellexiſti co-
gitationem meam à longe.
3 ¶ Semitam meã, & accubitũ meũ uẽtilaſti,
& oẽs uias meas intellexiſti.
4 ¶ Quia non eſt ſermo in lingua mea, ecce
dñe tu noſti totum ipſum.
5 ¶ Retro, & ante formaſti me, & poſuiſti ſu
per me manum tuam.
6 ¶ Mirabilior eſt ſcientia me, excelſa eſt, nõ
potero eam attingere.
7 ¶ Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua
fugiam?
8 ¶ Si aſcendero in cœlum, ibi es, & ſi ſtratũ
fecero in inferno, ecce tu es.
9 ¶ Si aſſumpſero pennas luciferi, & habita-
uero in nouiſſimo occidentis.
10 ¶ Etiam ibi manus tua ducet me, & tenebit
me dextera tua.
11 ¶ Et ſi dixero, uerumtamen tenebræ occul
tabunt me, & nox occultabit lucem pro me.
12 ¶ Etiam tenebræ nõ occultabũt aliqd à te,
& nox ſicut dies lucebit, tenebræ ſunt ſicut

lux, & lux ſicut tenebræ.
13 ¶ Quia tu poſſediſti renes meos, texiſti
me in utero matris meæ.
14 ¶ Confitebor tibi eo ꝙ terribilia ſunt opa
tua, mirabilis ſum, mirabilia ſunt opera tua
in me, & aīa mea cognoſcit ualde.
15 ¶ Non fuit occultum corpꝰ meū à te, qm̄ fa
ctus fui in occulto, quādo uarijs mēbris de-
coratus fui inſtar opis phrygionici in uulua,
quæ eſt ut pars inferior terræ.
16 ¶ Embryonem meū uiderūt oculi tui, ac ſi
in libro tuo oīa ſcripta eſſent, diebus multis
mēbra formata ſunt, nec fuit unum ex eis ti
bi incognitum.
17 ¶ Et mihi ꝗ̄ precioſæ fuerunt cogitationes
tuæ deus, ꝗ̄ multiplicatæ ſunt ſummæ earū?
18 ¶ Num potero numerare eas? Præ harena
multiplicatæ ſunt, ſi etiā ſemp forē exper-
gefactus, & adhuc tecum eſſem, non poſſem
illas numerare.
19 ¶ Si occideris deus impiū, & uiros ſangui
nolentos, quibus dico recedite à me.
20 ¶ Qui dixerūt contra te abominationem,
aſſumpſerunt inuanum nomē tuū hoſtes tui.
21 ¶ Nonne odio habentes te odio habebo, &
contra inimicos tuos tædio afficiar?
22 ¶ Perfecto odio odi illos, pro inimicis fue
runt mihi.
23 ¶ Inueſtiga me deus, & ſcito cor meū, pro-
ba me, & ſcito cogitationes meas.
24 ¶ Et uide ſi uia irritatiōis in me eſt, duc me
per uiam mundi.

¶ Pſalmi.139. Titulus.
¶ Victori pſalmus ipſi Dauid.

1 ERipe me dn̄e ab hoīe malo, à uiro
habente iniquitates cuſtodi me.
2 ¶ Qui cogitauerunt mala corde,
omni die congregauerunt bella.
3 ¶ Acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpēs, ue
nenum aſpidis in labijs eorum, Selah.
4 ¶ Cuſtodi me domine à manibus impij, à
uiro habēte iniquitates cuſtodi me, qui co-
gitauerunt impellere pedes meos.
5 ¶ Abſcōderūt ſupbi laqueū mihi, & funibꝰ
extēderunt ræte, in loco ſemitæ laqueos po-
ſuerunt mihi, Selah.
6 ¶ Dixi domino deus meꝰ es tu, auſculta uo
cem deprecationum mearum.
7 ¶ Domine dn̄e fortitudo ſalutis meæ, opi
caput meum in die armorum.
8 ¶ Ne tradas dn̄e deſideria ſua impio, cogi-
tationē eius ne perficias, ne exaltet ſe, Selah.
9 ¶ Caput circundantium me, mēdacium la-
biorum eorum operiet eos.
10 ¶ Declinabunt ſuper eos prunæ, in ignem
cadere faciet eos in foueas ne reſurgant.
11 ¶ Vir linguoſus non firmabitur in terra, ui
rum iniquū, malū uenabitur ad impulſiones.
12 ¶ Noui ꝙ faciet dn̄s iudicium pauperis, iu
dicium mendicorum.
13 ¶ Veruntamen iuſti confitebuntur nomini
tuo, habitabunt recti cum uultu tuo.

¶ Pſalmi.140. titulꝰ. ¶ Cātus ipſi Dauid.

1 DOmine clamaui ad te, feſtina mihi,
auſculta uocem meam cum clama
uero ad te.
2 ¶ Firmetꝰ oro mea ſicut ſuffimen
tum in conſpectu tuo, munus manuū mearū
ſit ut ſacrificium ueſpertinum.
3 ¶ Pone domine cuſtodiam ori meo, cuſto-
di oſtium labiorum meorum.
4 ¶ Ne inclines cor meum ad rem malam, ad
faciēdū opa cū impietate, cū uiris operātibꝰ
inigtatē, & nō comedā cibū uolupratū eorū.
5 ¶ Percutiat me iuſtꝰ in mia, & increpet me
oleum præcipuum ne frāgat caput meū, qm̄
adhuc, & oro mea ē ut eruat me à malis eorꝝ.
6 ¶ Derelicti ſunt ī locis petroſis iudices eo-
rum, & audient uerba, qm̄ dulcuerunt.
7 ¶ Sicut ſcindens, & findens ligna in terra,
diſperſa ſunt oſſa noſtra in ore ſepulchri.
8 ¶ Quia ad te dn̄e domine oculi mei, ī te ſpe
raui, ne effundas aīam meam.
9 ¶ Cuſtodi me à locis laq̄i, quē ad illaqueā-
dum tetenderunt mihi, & à laqueis operan-
tium iniquitatem.
10 ¶ Cadent in rætiacula eiꝰ impij, ſimul ego
in ſæculum tranſibo.

¶ Pſalmi.141. titulꝰ. ¶ Intellectꝰ ipſi Da
uid, quū eſſet in ſpelunca oratio.

1 VOce mea ad dn̄m clamabo, uoce
mea ad dominum deprecabor.
2 ¶ Effundam in cōſpectu eiꝰ ora
tionem meā, anguſtiam meam in
conſpectu eius annunciabo.
3 ¶ Cum defecerit in me ſpūs meus, & tu co
gnouiſti ſemitam meā, in uia qua ambulabā
aſconderunt laqueum mihi.
4 ¶ Dū aſpicio ad dexterā, & uideo, nō eſt ꝗ
me agnoſcat, perijt, fuga à me, non eſt qui
quærat animam meam.
5 ¶ Clamaui ad te dn̄e, dixi tu es ſpes mea,
portio mea in terra uiuentium.
6 ¶ Intende ad clamorem meum, attenuatus
ſum ualde, erue me à perſequētibus me, qm̄
robuſtiores ſunt me.
7 ¶ Educ de clauſura aīam meam ad laudādū
nomē tuū ꝑpter me, coronabūt ſe iuſti, quū
retribueris mihi. ¶ Pſalmi.142. titulus.
¶ Cantus ipſi Dauid.

1 DOmine audi orõnem meã, au-
ſculta deprecationem meã pp
ueritatem tuam, exaudi me ꝑ
pter iuſtitiam tuam.
2 ¶ Et ne uenias ĩ iudicium cũ
ſerno tuo, quia nõ iuſtificabit
ſe in conſpectu tuo omnis uiuens.
3 ¶ Quia perſecutus eſt inimicus aĩam meã,
confregit ad terram uitam meam, habitare
fecit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi.
4 ¶ Et defecit in me ſpiritus meus, in medio
mei deſolabitur cor meum.
5 ¶ Recordatus ſum dierum q̃ fuerunt à pri-
cipio, meditatus ſum in omni ope tuo, in ope
manuum tuarum meditabor.
6 ¶ Expandi manus meas ad te, aĩa mea eſt ſi
cut terra ſitiens tibi, Sélah.
7 ¶ Velociter exaudi me dñe, defecit ſpirit⁹
me⁹, ne abſcondas faciem tuam à me, & com
parabor deſcendentibus in ſepulchrum.
8 ¶ Audire fac me mane miſericordiã tuam,
quia in te ſperaui, ſcire fac me uiam p̃ quam
ambulem, quia ad te leuaui aĩam meam.
9 ¶ Erue me ab inimicis meis dñe, in te ſpaui
10 ¶ Doce me facere uolũtatem tuã, quia tu
es deus meus, ſpiritus tuus bonus ducet me
in terram rectam.
11 ¶ Propter nomẽ tuum dñe uiuificabis me,
pp iuſtitiã tuã educes de anguſtia aĩam meã.
12 ¶ Et propter miãm tuã diſperdes inimicos
meos, & perdes oẽs hoſtes aĩæ meæ, quia
ego ſeruus tuus ſum.

¶ Pſalmi. 143. titulus.
¶ Ipſi Dauid.

1 BEnedictus dñs fortis meus, qui
docet man⁹ meas ad prælium,
& digitos meos ad bellum.
2 ¶ Mia mea, & arx mea, eleua-
tio mea, & liberator me⁹ mihi,
ſcutum meũ, & in ipſo ſperaui, qui expãdit
populum meum ſub me.
3 ¶ Dñe quid eſt homo, & cognouiſti eũ, fi-
lius hominis, & reputaſti eum.
4 ¶ Homo uanitati ſimilis eſt, dies eius ſunt
ſicut umbra tranſiens.
5 ¶ Domine inclina cœlos tuos, & deſcẽde,
tange montes, & fumigabunt.
6 ¶ Fulgura fulgur, & diſperge eos, mitte ſa
gittas tuas, & interfice illos.
7 ¶ Mitte manum de excelſo, redime me, &
erue me ex aquis multis, è manu filiorũ alie-
nigenarum.
8 ¶ Quorum os locutum eſt mendacium, &
dextera eorum, dextera mendax.
9 ¶ Deus cãticum nouũ cantabo tibi, in pſal
terio, in decachordo canam tibi.
10 ¶ Qui dat ſalutem regib⁹, qui redimit Da-
uid ſeruum ſuum de gladio malo.
11 ¶ Redime me, & erue me de manu filiorũ
alienigenarũ, quorum os locutũ eſt menda-
cium, & dextera eorum, dextera mendax.
12 ¶ Vt ſint filij noſtri ſicut plantationes cre-
ſcentes in adoleſcentijs eorum, filiæ noſtræ
ſicut anguli inciſi palatij.
13 ¶ Anguli noſtri pleni educentes de ſpecie
ad ſpeciem, pecudes noſtræ parientes mille,
parientes decem milia in platæis noſtris.
14 ¶ Boues noſtri onuſti carne non eſt ſterilis
nec eſt quæ egrediatur, nec eſt clamor in pla
tæis noſtris.
15 ¶ Beatus popul⁹ cui ſic eſt, btũs ppl's cui⁹
dominus eſt deus eius.

¶ Pſalmi. 144. titul⁹. ¶ Laus ipſi Dauid.

1 EXaltabo te deus meus rex, &
benedicam nomini tuo in ſæ-
culum, & in perpetuum.
2 ¶ Omĩ die bñdicam tibi, &
laudabo nomen tuũ in ſæculũ
& in perpetuum.
3 ¶ Magnus dñs, & laudabilis ualde, & ma-
gnitudinis eius non eſt inueſtigatio.
4 ¶ Gñatio gñationi narrabit, laudabit opa
tua, & fortitudines tuas annunciabunt.
5 ¶ Decorem gloriæ potentiæ tuæ, & res mi
rabilium tuorum meditabor.
6 ¶ Et fortitudinem terribilium tuoꝝ dicẽt,
& magnitudinem tuam narrabo.
7 ¶ Memoriam multitudinis bonitatis tuæ lo
quentur, & iuſtitiam tuã laudabunt.
8 ¶ Clæmens, & miſerator dñs, longus furo
re, & magnus miſericordia.
9 ¶ Bonus dñs uniuerſis, & miæ eius ſuper
omnia opera eius.
10 ¶ Confiteantur tibi dñe oĩa opera tua, &
miſericordes tui benedicant tibi.
11 ¶ Gloriam regni tui dicent, & fortitudinẽ
tuam loquentur.
12 ¶ Vt ſcire faciant filios hoim fortitudines
eius, & gloriam decoris regni eius.
13 ¶ Regnum tuum, regnum omnium ſæculo
rum, & dominatio tua in omni generatione,
& generatione.
14 ¶ Suſtentat dñs omnes cadentes, & erigit
omnes incuruatos.
15 ¶ Oculi oĩm in te ſperant, & tu das eis eſcã
eorum in tempore ſuo.
16 ¶ Aperis manum tuam, & ſaturare facis oẽ
uiuens ad uoluntatem.
17 ¶ Iuſtus dñs in omnibus uijs ſuis, & miſe-
ricors omnibus operibus ſuis.

18 ¶Propinqu' eſt dñs oĩbus innocãtib' eũ,
omnibus qui inuocauerunt eũ in ueritate.
19 ¶Voluntatẽ timentiũ ſe faciet,& clamorẽ
eorum audiet,& ſeruare faciet eos.
20 ¶Cuſtodit dominus omnes diligentes eũ,
& omnes impios diſperdere faciet.
21 ¶Laudẽ dñi loquet os meũ,& bñdicet oĩs
caro nomini ſctõ ei' in ſæculũ,& imppetuũ.

¶Pſalmus.145.¶Halleluiáh.

1 LAuda anima mea dominũ.
2 ¶Laudabo dñm ĩ uita mea, ca
nam deo meo dũ adhuc fuero.
3 ¶Ne fidatis principibus,filio
hominis,cui non eſt ſalus.
4 ¶Egredietur ſpiritus eius,reuertet in ter
ram ſuã,in die illa peribũt cogitationes ei'.
5 ¶Beatus eſt is cuius in auxilio eſt de' Iaha
cob,cuius ſpes eſt in domino deo ſuo.
6 ¶Qui fecit cœlũ, & terrã,mare& oĩa quæ
in eis ſunt,qui cuſtodit ueritatẽ in ſæculũ.
7 ¶Qui facit iudiciũ uiolentia affectis, qui
dat panem famelicis.
8 ¶Dñs ſoluit uinctos,dñs aperit oculos cæ
corũ,dñs erigit curuatos,dñs diligit iuſtos.
9 ¶Dñs cuſtodit aduenas,pupillũ, & uiduã
eleuabit,& uiã impiorũ ſubuertet.
10 ¶Regnabit dñs in ſæculũ deus tuus Siión
in generatione, & generatione. Halleluiáh.

¶Pſalmus.146.

1 LAudate dominũ, qm̃ bonũ eſt
cauere deo noſtro,qm̃ dulcis,
decora eſt laus.
2 ¶Aedificans Ieruſaláim do-
min',eiectos Iſrl' cõgregabit.
3 ¶Qui ſanat cõtritos corde,
& alligat dolores eorum.
4 ¶Qui numerat numerũ ſtellarũ, omnibus
eis nomina uocauit.
5 ¶Magnus dominus noſter,& multus forti
tudine,intelligẽtiæ eius nõ eſt numerus.
6 ¶Eleuat manſuetos dominus, humiliat im
pios uſq; ad terram.
7 ¶Canite domino in cõfeſſione, canite deo
noſtro in cithara.
8 ¶Qui operit cœlũ nubib', & parat terræ
pluuiam,qui germinare facit mõtes hærbã.
9 ¶Qui dat iumento eſcam ſuam, filijs cor-
uorum quum clamauerint.
10 ¶Nõ in fortitudine equi cõplacebit, neq;
tibias uiri uolet.
11 ¶Vult dominus timentes eum, ſperantes
in miſericordia eius.

¶Pſalmus.147.ſecundũ codices lati-
nos,ſed ſecundũ Hebræos eſt idem cũ
præcedenti.

1 LAuda Ieruſaláim dominũ
lauda deum tuum Siión.
2 ¶Quoniã roborauit ue
ctes portarum tuarum,be
nedixit filijs tuis ĩ medio
tui.
3 ¶Qui poſuit terminũ tuum pacem, adipe
frumenti ſaturare faciet te.
4 ¶Qui mittit eloquiũ ſuũ terræ, donec ue-
lociter currat uerbum eius.
5 ¶Qui dat niuem ſicut lanam,pruinã ſicut
cinerem ſpargit.
6 ¶Proijcit glaciem ſuam ſicut buccellas,co
ram frigore eius quis ſtabit?
7 ¶Mittet uerbum ſuum,& liquefaciet eas,
flabit ſpiritus eius,fluent aquæ
8 ¶Qui annunciãt uerbum ſuum ipſi Iaha-
cob,ſtatuta ſua,& iudicia ſua Iſraeli.
9 ¶Non fecit ſic omni genti,& iudicia nõ co
gnoſcent.Halleluiáh.

¶Pſalmi.148.titulus. ¶Halleluiáh.

1 LAudate dominũ de cœlis, lau-
da te eum in excelſis.
2 ¶Laudate eum omnes angeli
eius,laudate eum omnes exer
citus eius.
3 ¶Laudate eum ſol & luna, laudate eũ oẽs
omnes ſtellæ luminoſæ.
4 ¶Laudate eum cœli cœlorũ, & aquæ quæ
ſuper cœlos ſunt.
5 ¶Laudent nomen domini, quia ipſe præce
pit,& creata ſunt, & ſtare fecit ea imper-
petuum,in ſæculum ſtatutum dedit, & non
tranſibit.
6 ¶Laudate dominum de terra,dracones,&
omnes uoragines.
7 ¶Ignis,& grando,nix & uapor,uẽtus tur
binis faciens uerbum eius.
8 ¶Montes & omnes colles,arbor fructife-
ra,& omnes cedri.
9 ¶Beſtia,& omne iumentũ,reptile, & auis
alata.
10 ¶Reges terræ,& om̃es populi,principes,
& omnes iudices terræ.
11 ¶Iuuenes,& etiam uirgines,ſenes cum iu
nioribus.
12 ¶Laudent nomen domini,quia exaltatum
eſt nomen eius ſolius,gloria eius ſuper ter-
ram,& cœlum.
13 ¶Et exaltauit cornu populo ſuo, laus om̃i
bus miſericordibus eius,filijs Iſrael, popu-
lo propinquo ei.Halleluiáh.

¶Pſalmus.149. ¶Halleluiáh.

14 CAntate dño cãticum nouũ, laus
eius in eccleſia miſericordiũ.
15 ¶ Lætetur Iſraël in factore ſuo,
& filij Siión exultẽt in rege ſuo.
16 ¶ Laudẽt nomẽ eius in choro,
in tympano, & cithara canant ei.
17 ¶ Quia complacebit domin' populo ſuo,
glorificabit humiles in ſalute.
18 ¶ Exultabũt miſericordes in gloria, lauda
bunt in cubilibus ſuis.
19 ¶ Exaltationes dei in gutture eorũ, & gla
dius anceps in manu eorum.
20 ¶ Ad faciendũ uindictã in gentibus, incre-
pationes in populis.
21 ¶ Ad alligandũ reges eorũ in cõpedibus,
& nobiles eorum in cõmpedibus.
22 ¶ Ad faciẽdũ in eis iudiciũ ſcriptũ, decor
eſt omnibus miſericordib' ſuis. Halleluiáh.

¶ Pſalmus.150. ¶ Halleluiáh.

23 LAudate deũ in ſanctitate eius,
laudate eũ in firmamento for
titudinis eius.
24 ¶ Laudate eũ in fortitudini-
bus eius, laudate eũ in multi-
tudine magnitudinis eius.
25 ¶ Laudate eũ in clangore buccinæ, lauda-
te eum in nebel & cithara.
26 ¶ Laudate eũ in tympano, & choro, lauda
te eum in chordis & organo.
27 ¶ Laudate eum in cymbalis audibilib', lau
date eum in cymbalis clamoroſis.
28 ¶ Omnis ſpiritus laudet dñm. Halleluiáh.

¶ Explicit pſalterium.

¶ INCIPIT LIBER QVI HEBRAICE DICITVR MISLE, ID EST PARABOLAE, VEL SIMILITVDINES INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENCI SACRAE THEOLO. PROFESSO.

Capitulum.I.

1 PArabolæ Selomóh
filij Dauid regis
2 Iſraël. ¶ Ad ſciẽ-
dum ſapiẽtiam, &
eruditionẽ, ad in-
telligendum elo-
quia intelligẽtiæ.
3 ¶ Ad ſuſcipiẽdũ
eruditionẽ intelle
ctus, iuſtitiã, & iu
4 dicium, & rectitudines. ¶ Ad dandũ ſimpli
cibus calliditatẽ, puero ſcientiã, & cogita-
tionẽ. Audiet ſapiẽs, & addet doctrinam, &
5 intelligens conſilia poſſidebit. ¶ Ad intel-
ligẽdũ parabolã, & interpretationẽ, uerba
6 ſapientũ, & ænigmata eorum. ¶ Timor do
mini principiũ ſciẽtiæ. Sapientiã, & erudi-
7 tionẽ ſtulti deſpexerũt. ¶ Audi fili mi eru-
ditionẽ patris tui, & ne dimittas legem ma-
8 tris tuæ. ¶ Quia coniũctio gratiæ erit capi
9 ti tuo, & torques gutturi tuo. ¶ Fili mi ſi ſe
ducere uoluerint te pctõres, ne acquieſcas.
10 ¶ Si dixerint, ueni nobiſcũ, inſidiemur ſan
guini, abſcõdamus nos cõtra innocentẽ gra
11 tis. ¶ Degluttiamus eos ſicut ſepulchrũ, ui
uẽtes, & integros ſicut deſcẽdẽtes in ſepul
12 chrum. ¶ Omnẽ ſubſtantiã precioſam repe
riemus, implebimus domos noſtras ſpolijs.
13 ¶ Sortẽ tuã proijce in medio noſtrũ, marſu
14 pium unũ erit oĩbus nobis. ¶ Fili mi, ne am
bules in uia cũ eis, prohibe pedẽ tuũ à ſemi
15 tis eorũ. ¶ Pedes enĩ eorũ ad malũ currũt,
16 & feſtinãt, ut effundãt ſanguinẽ. ¶ Nã fru-
17 ſtra ſpargit̃ rete in oculis oĩs auis. ¶ Et ipſi
ſãguini eorum inſidiabunt̃, abſcõdẽt ſe ꝓpter
18 aĩas eorũ. ¶ Sic ſemitæ oĩs auare ſectantis
19 auaritiã, animã dominorũ illi' capiẽt. ¶ Sa
piẽtia foris prædicabit, in plateis dabit uo-
20 cem ſuã. ¶ In capite tumultuantiũ clama-
bit in oſtijs portarũ, in urbe eloquia ſua di-
21 cet. ¶ Vſquequo ſimplices diligetis ſimplici
tatẽ, & deriſores deriſionẽ deſiderabũt, &
22 ſtulti odio habebũt ſcientiã? ¶ Cõuertimi-
ni ad increpationẽ meã. En loquar uobis ſpi
23 ritũ meũ ſcire faciã uerba mea uos. ¶ Pro
eo ꝙ uocaui, & renuiſtis, extẽdi manũ meã,
24 & nõ fuit q attẽderet. ¶ Ceſſare feciſtis cõ
ſiliũ meũ, & increpationes meas noluiſtis.
25 ¶ ¶ Etiã ego in cõtritione ueſtri ridebo,
26 ſubſannabo, cũ uenerit timor ueſter. ¶ Cũ
uenerit ſicut deſolatio timor ueſter, & cõtri
tio ueſtri ueluti turbo uenerit, cũ uenerit ſu
27 per uos tribulatio, & anguſtia. ¶ Tũc inuo
cabũt me, & nõ exaudiã, quærẽt me, & nõ
28 inuenient me. ¶ Pro eo odiuerũt ſcientiam,
& timorẽ dñi nõ elegerũt, nec uoluerũt con
ſiliũ meũ, ſpreuerũt oẽm increpationẽ meã.
29 ¶ Et comedẽt de fructu uiæ ſuæ, & cõſilijs
30 ſuis ſaturabunt̃. ¶ Quia auerſio ſimpli-
ciũ interficiet eos, & pſperitas ſtultorum per-
31 det eos. ¶ Qui autẽ obedierit mihi habi-
tabit fiducial'r, & requieſcet à timore malo.

Capitulum.2.

1 FIli mi ſi ſuſceperis eloqa mea, &
mãdata mea abſconderis tecum.
2 ¶ Vt attẽdere facias ſapientiæ
aurẽ tuã, iclinabis cor tuũ intelli
3 gẽtiæ. ¶ Quia ſi ad itelligẽtiã clamaueris,
4 intelligẽtiæ dabis uocẽ tuã. ¶ Si quæſieris

eam tanq̃ argẽtum, & ſicut theſauros ſcruta-
5 tus fueris eã. ¶ Tũc intelliges timorẽ dñi, &
6 & ſcientiã dei inuenies. ¶ Quia dominus dat
ſapientiam, ex ore eius eſt ſcientia, & intelli-
7 gentia. ¶ Et abſcondet rectis eſſentiã, ſcutũ
8 erit ambulantibus ſimpliciter. ¶ Ad cuſtodiẽ
dum ſemitas iudicij, & uiã miſericordium eius
9 cuſtodiet. ¶ Tunc intelliges iuſtitiam, & iudi
cium, & rectitudines, omnẽ ſemitam bonam.
10 ¶ Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſciẽtia
11 animæ tuæ dulcuerit. ¶ Cogitatio cuſtodiet
12 te, intelligentia cuſtodiet te. ¶ Vt eruat te à
13 uia mala, à uiro loquẽte peruerſitates. ¶ Qui
relinquũt ſemitas rectitudinis, ut ambulẽt per
14 uias tenebroſas. ¶ Qui lætãtur facere malũ,
15 exultant in peruerſitatibus mali. ¶ Quorum
ſemitæ peruerſæ ſunt, & peruerſitates ſunt in
16 uijs ei9. ¶ Vt eruat te à muliere extranea, ab
17 aliena quæ eloquia ſua mollit. ¶ Quæ relin-
quit ducẽ adoleſcẽtiæ ſuæ, & pacti dei ſui obli
18 ta eſt. ¶ Quia inclinata eſt ad mortem domus
19 eius, & ad mortuos ſemitæ eius. ¶ Oẽs ingre
dientes ad eã, non reuertẽtur nec appræhẽdẽt
20 ſemitas uitæ. ¶ Vt ambules per uiã bonorũ,
21 & ſemitas iuſtorum cuſtodias. ¶ Quia recti
inhabitabunt terrã, & immaculati remanebũt
22 in ea. ¶ Et impij de terra ſuccidentur, & præ
uaricatores abradentur ex ea.

Capitulum.3.

1 FIlli mi legis meæ ne obliuiſcaris,
& præcepta mea cuſtodiat cor
2 tuũ. ¶ Quia longitudinẽ die-
rum, & annos uitæ, & pacẽ ap-
3 ponẽt tibi. ¶ Miſericordia, &
ueritas ne deſerant te, liga eas
in gutture tuo, ſcribe eas in tabula cordis tui.
4 ¶ Et inuenies gratiã, & intellectũ bonum in
5 in oc'lis dei, & hoim. ¶ Fide domino toto cor
6 de tuo, & intelligentiæ tuæ ne innitaris. ¶ In
omnibus uijs tuis ſcito eũ, & ipſe diriget ſemi
7 tas tuas. ¶ Ne ſis ſapiens in oculis tuis, time
8 dominũ, & recede à malo. ¶ Sanitas erit um
9 bilico tuo, & medulla oſſibus tuis. ¶ Honora
dñm diuitijs tuis, et primitijs oim frugũ tuaꝝ,
& implebunť horrea tua ſaturitate, & uino no
10 uo torcularia tua ſerũpent. ¶ Correctionem
dñi fili mi ne abijcias, & ne tædio afficiaris p-
11 pter increpationẽ eius. ¶ Quẽ eñi diligit do
minus increpat, & ueluti pater in filio cõplace
12 bit. ¶ Beatus hõ qui inuenit ſapientiã, & hõ
13 qui eduxerit eã in lucem. ¶ Quia melior ẽ ne
gociatio eius, negociatiõe argẽti, & auro me-
lior eſt fructus ei9, precioſior eſt margaritis, &
omnia deſiderabilia tua non æquabuntur ei.
14 ¶ Longitudo dierum eſt in dextera illius, in
15 ſiniſtra illi9 diuitiæ, & gloria. ¶ Viæ ei9 uiæ
delectabiles, & omnes ſemitæ eius pacificæ.
16 ¶ Lignum uitæ eſt appræhendẽtibus eam, et
17 qui fulciunt eam beati. ¶ Dominus ſapientia
fundauit terram, ſtabiliuit cœlos intelligentia.
18 ¶ Scientia eius abyſſi rupti ſunt, et cœli ſtilla
19 bunt rorem. ¶ Fili mi ne recedãt hæc ab ocu
20 lis tuis, cuſtodi legem, & cogitationem. ¶ Et
21 erũt uita aiæ tuæ, & grã gutturi tuo. ¶ Tunc
ambulabis fiducialiter ĩ uia tua, & pes tuus nõ
22 percutiet9. ¶ Si dormieris, non timebis, &
23 quieſces, et ſuauis erit ſomnus tuus. ¶ Non ti
mebis à timore repentino, & à deſolatione im
24 piorum, quũ uenerit. ¶ Quia domin9 erit fi-
ducia tua, & cuſtodiet pedem tuum à captura.
25 ¶ Ne ꝓhibeas bonum ab eo qui debet illud
habere, quũ fuerit facultas manui tuæ ad faciẽ
26 dum. ¶ Ne dicas amico tuo, uade, & reuerte-
27 re, & cras dabo, & qđ petit eſt apud te. ¶ Ne
cogites contra amicum tuũ malum, & ipſe ha-
28 bitat fiducialiter tecum. ¶ Ne cõtendas cum
29 hoie gratis, ſi nõ retribuit tibi malum. ¶ Ne
æmuleris uirum iniquum, & ne eligas oẽs uias
30 eius. ¶ Quia abominatio eſt dñi peruerſus,
31 & cũ rectis ſecretum eius. ¶ Maledictio domi
ni erit in domo impij, habitaculo aũt iuſtorum
32 benedicet. ¶ Nonne illuſores ipſe illudet, &
33 humilibus dabit gratiam? ¶ Gloriam ſapien
tes poſſidebunt, & ſtultus exaltat qđ eſt igno
miniosum.

Capitulum.4.

1 AVdite filij eruditionẽ patris, &
attendite ut ſciatis intelligentiã.
2 ¶ Quia doctrinã bonam dedi
uobis, legẽ meã ne derelinqua-
tis. Quia fili9 fui pr̃i meo tener,
& unic9 inter filios matris meæ,
& docebat me, dicebatq̃ mihi. Fulciat eloquia
mea cor tuum. Cuſtodi ꝑcepta mea, & uiues.
3 ¶ Eme ſapientiam, eme intelligentiã, ne obli
uiſcaris, & ne declines ab eloquijs oris mei.
4 ¶ Ne derelinquas eam, & cuſtodiet te, dilige
5 eam, & conſeruabit te. ¶ Principiũ ſapiẽtiæ
eme ſapientiam, & omni ſubſtãtia tua eme in-
6 telligentiã. ¶ Exalta eam, & exaltabit te, glo
7 rificabit te cum amplexatus fueris eam. ¶ Da
bit capiti tuo coniunctionem gratiæ, coronam
8 decoris tradet tibi. ¶ Audi fili mi, & ſuſcipe
eloquia mea, & multiplicabunť tibi anni uitæ,
9 ¶ In uia ſapientiã docere feci te, calcare feci
10 te ſemitas rectas. ¶ Cũ ambulaueris nõ arcta
bitur greſſus tuus, & ſi cucurreris, non impin
11 ges. ¶ Tene eruditionem, ne dimittas, cuſto
12 di eam, quia ipſa eſt uia tua. ¶ Semitã impio-

rum ne ingrediaris,ne gradiaris in uia malorum.
13 ¶ Deſere eam,ne tranſeas per eam, declina
14 ab ea,& tranſi. ¶ Non enim dormiunt niſi ma-
leſecerint,nec rapitur ſomnus eorum,niſi ruere
15 fecerint. ¶ Quia comedunt panem impieta-
16 tis,& uinũ rapinarum bibunt. ¶ Et ſemita iu
ſtorum ueluti lux ſplendet,uadit,& illuminat
17 uſq; ad paratum diem. ¶ Via impiorum ſicut
18 caligo,neſciunt in quid cadunt. ¶ Fili mi uer
bis meis attẽde,ad eloquia mea inclina aurem
19 tuam. ¶ Ne recedant ab oculis tuis,cuſtodi ea
20 in medio cordis tui. ¶ Vita enim ſunt inuenien
21 tibus ea,et uniuerſæ carni eius ſanitas. ¶ Om
ni cuſtodia cuſtodi cor tuum,quia ex ipſo ſunt
22 exitus uitæ. ¶ Remoue à te peruerſitatẽ oris,
& peruerſitatem labiorum elonga à te.Oculi
tui ad rectum aſpiciant, palpebræ tuæ dirigãt
23 uiam tuam coram te. ¶ Pondera ſemitam pe
dum tuorum, & omnes uiæ tuæ ſtabilientur.
24 ¶ Ne declines ad dexteram, neq; ad ſiniſtrã.
Remoue pedem tuum à malo.

Capitulum. 5.

1 FIli mi ſapientiæ meæ intẽde,intelli
gentiæ meæ inclina aurem tuam.
2 ¶ Vt cuſtodias cogitationes, &
3 ſciẽtiã labia tua cõſeruẽt. ¶ Quia
fauũ ſtillant labia extraneæ, & lenius oleo eſt
4 palatus eius. ¶ Nouiſſimũ eius amarum ſicut
5 abſynthiũ,acutũ ueluti gladius biceps. ¶ Pe
des eius deſcẽdent ad mortem, infernum greſ
6 ſus eius tenebũt. ¶ Semitam uitæ ne forte põ
7 deres.Mobiles ſũt uiæ eius,neſcies. ¶ Et nũc fi
lij parete mihi, & ne recedatis ab eloquijs oris
8 mei. ¶ Longe fac ab ea uiam tuã, & ne appro
9 pinques oſtio domus eius. ¶ Ne forte des alie-
10 nis decorẽ tuum,& annos tuos crudeli. ¶ Ne
forte ſaturentur alieni robore tuo, & labores
11 tui ſint in domo aliena. ¶ Et rugias in nouiſſi
mo tuo cum conſumpſeris carnẽ tuam,& cor-
12 pus tuum. ¶ Et dicas,quomodo odiui erudi-
tionem, & increpationem ſpreuit cor meum?
13 ¶ Et non obtemperaui uoci docentium me,
& docentibus me non inclinaui aurem meam.
14 ¶ Parum abfuit quin fuerim in omni malo,
15 in medio eccleſiæ,& congregationis. ¶ Bibe
aquam de ciſterna tua,& fluenta de medio pu
16 tei tui. ¶ Diuidantur fontes tui foras, in pla-
17 teis riuũ aquarum. ¶ Sint tibi ſoli,& nõ alie-
18 nis tecum. ¶ Sit uena tua benedicta, & læta-
19 re, de uxore adoleſcentiæ tuæ. ¶ Cerua amo
rum,& ibix gratiæ,ubera eius inebriẽt te om
ni tempore, in amore eius delecteris iugiter.
20 ¶ Et ut quid delectaris fili mi cum aliena, &
21 amplexaris ſinum extraneæ? ¶ Quia coram
oculis domini ſunt uiæ uiri, & omnes ſemitas
22 eius ponderat. ¶ Iniquitates ſuæ capient im-
pium, & funibus peccatorum ſuorũ tenebitur.
23 ¶ Ipſe morietur eo quod non audiuit eruditio-
nem, & propter multitudinem ſtultitiæ ſuæ
errabit.

Capitulum. 6.

1 FIli mi ſi ſpopõderis pro amico
tuo,defixiſti alieno manũ tuã.
2 ¶ Illaqueatus es uerbis oris
tui,captus es eloquijs oris tui.
3. ¶ Fac hoc nũc fili mi, & erue
te,quiaueniſti in manum ami-
ci tui.Vade,calcare fac te, & robora amicum
4 tuum. ¶ Ne des ſomnum oculis tuis, & dor-
5 mitationem palpebris tuis. ¶ Erue te tanq̃
cerua de manu, & ſicut auis de manu aucupis.
6 ¶ Vade ad formicam piger,uide uias eius,&
7 ſapiens eris. ¶ Cui non eſt dux, nec præfe-
8 ctus,nec dominus. ¶ Parabit in æſtate cibum
9 ſuum,congregabit in meſſe eſcã ſuã. ¶ Vſq;
quo piger dormies? Quando ſurges à ſomno
10 tuo? ¶ Paruũ ſomnis,paruũ dormitatiõibus,
paruo amplexu manuum ad dormiẽdum cum
11 uxore opus eſt. ¶ Et ueniet tanq̃ uiator ege
ſtas tua,& defectus tuus tanq̃ uir ſcutatus.
12 ¶ Homo impius uir iniquus,ambulat in per-
13 uerſitate oris. ¶ Annuit oculis ſuis,loquitur
14 pedibus ſuis,docet digitis ſuis. ¶ Peruerſita
tes ſunt in corde eius,cogitat malum, omni tẽ
15 pore contentiões mittet inter fratres. ¶ Ideo
extemplo ueniet contritio eius, ſubito conte-
16 retur,& nõ erit ſanitas. ¶ Sex ſunt quæ odi
uit dñs,& ſeptẽ ſunt abominatiões animæ eius.
17 ¶ Oculos ſublimes,linguã mendacẽ, & ma-
18 nus effundentes ſanguinẽ innocentis. ¶ Cor
cogitans cogitatiões iniquas,pedes feſtinãtes
19 currere ad malũ. ¶ Eũ qui loquitur mẽdacia
teſtẽ mendacem,& mittentẽ iurgia inter fra-
20 tres. ¶ Cõſerua fili mi præceptũ patris tui,et
21 ne dimittas legẽ matris tuæ. ¶ Liga ea in cor
22 de tuo ſemp,liga ea in gutture tuo. ¶ Cũ am
bulaueris ducas tecum,cũ dormieris cuſtodiat
tibi,& cũ expergefactus fueris, ipſum alloquat
23 te. ¶ Quia ut lucerna eſt mandatũ, & lex ut
lux,& uia uitæ ſunt increpatiões eruditionis.
24 ¶ Vt cuſtodiãt te à muliere mala, à blãditijs
25 linguæ extraneæ. ¶ Ne cõcupiſcas pulchritu
dinẽ eius corde tuo, & nõ capiat te ſplẽdoribus
26 ſuis. ¶ Quia propter mulierẽ meretricẽ mẽdica
bit homo uſq; ad buccellã panis, & mulier uiri
27 animam precioſam uenabit. ¶ Nunquid accipiet uir
ignẽ in ſinu ſuo,& ueſtimẽta eius nõ cõburent?
28 ¶ Nũ ambulauit uir ſuper prunas,et pedes eius

29 non comburentur? ¶ Sic qui ingreditur
ad uxorem amici ſui, nõ erit innocens om̃is
30 qui tetigerit eam. ¶ Nõ ſpernẽt furem ſi fu
ratus fuerit ut ĩpleat aĩam ſuã quũ eſurierit.
31 ¶ Et inuẽt᷒ reddet ſeptuplum, oẽm ſubſtã-
32 tiam domus ſuæ dabit. ¶ Qui adulterium
cõmittit cum muliere, deficit corde, corrum
33 pit aĩam ſuam qui facit illud. ¶ Plagam, &
ignominiam inueniet, & opprobrium ei᷒ nõ
34 delebitur. ¶ Quia zelus eſt furor uiri, & nõ
35 parcet in die uindictæ. ¶ Non accipiet per-
ſonam omnis precij, & non uolet, quũ multi
plicaueris munera.

Capitulum.7.

1 FIli mi cuſtodi ſermones meos, &
præcepta mea reconde tecum.
2 ¶ Cuſtodi præcepta mea, & ui-
ues, & legem meã tanq̃ pupillã
3 oculorũ tuorum. ¶ Liga ea in digitis tuis, ſcri
4 be ea in tabula cordis tui. ¶ Dic ſapiẽtiæ ſo
ror mea es tu, & ꝓpiquã intelligentiã uoca.
5 ¶ Vt cuſtodiat te à muliere aliena, ab extra
6 nea q̃ ſermões ſuos leuit. ¶ Quia ꝑ feneſtrã
7 dom᷒ meæ, de cãcello meo ꝓſpexi ¶ Et uidi
iteꝝ ſimplices, cõſideraui inter filios iuuenẽ
8 deficientẽ corde. ¶ Tranſeũtem per plateã
apud angulum eius, & ꝑ uiam dom᷒ ei᷒ gra-
9 diebatur. ¶ In crepuſculo, in ueſpera diei, ĩ
10 nigredine noctis, & caligine. ¶ Et ecce mu
lier in occurſum ei᷒, in ornatu meretricio, &
11 anxia corde. ¶ Quæ tumultuoſa eſt, & per
uerſa, in domo ſua non habitant pedes eius.
12 ¶ Nunc foris, nũc in plateis, & iuxta oẽm
13 angulum inſidiat̃. ¶ Et appræhendit eũ, &
oſculata eſt eũ, roborauit uultũ ſuũ, & dixit
14 ei. ¶ Victimæ pacificorum ſunt mihi, hodie
15 reddidi uota mea. ¶ Idcirco egreſſa ſum in
occurſum tui, ut quærerem uultũ tuũ, & in-
16 ueni te. ¶ Ornamentis ornaui lectum meũ,
17 eleuata ſũt ſune Aegyptio. ¶ Suffiui cubile
18 meũ myrrha, aloe, & cinnamomo. ¶ Veni
ĩebriemur amorib᷒ uſq; mane, lætemur amo
19 rib᷒. ¶ Quia nõ eſt uir ĩ domo ſua, abijt uia
20 lõgĩqua. ¶ Ligamẽ argẽti tulit in manu ſua
21 ad diem ſtatutã ueniet ad domum ſuã. ¶ De
clinare fecit eũ multitudine dulcedinis ſer-
monis ſui, lenitate labiorũ ſuoꝝ expulit eũ.
22 ¶ Vadit poſt eam ſtatim ueluti bos ad uicti
mam uenit, & ſicut cõpes ad caſtigationem
23 ſtulti. ¶ Donec ſcindat ſagitta iecur ei᷒. Si
cut feſtinat auis ad laqueum, & neſcit ꝙ con
34 tra animam ſuam eſt. ¶ Et nunc filij parete
25 mihi, & attendite eloquijs oris mei. ¶ Ne
declinet ad uias eius cor tuum, ne erres in ſe
26 mitis eius. ¶ Multos enim quos occidit ca-
27 dere fecit, & fortes om̃es occiſi ei᷒. ¶ Viæ
inferni domus eius, deſcendentes ad cubicu
la mortis.

Capitulum.8.

1 NOnne ſapientia clamat, & intelli-
2 gẽtia dat uocem ſuam? ¶ In ſum
mitate locorũ excelſoꝝ, ſupra uiã
3 in loco ſemitarum ſtat. ¶ In loco
portarũ, in oſtio ciuitatis, in ingreſſu oſtio-
4 rũ clamat. ¶ Ad uos uiri clamo, et uox mea
5 ad filios hominum. ¶ Intelligite ſimplices
6 aſtutiã, & ſtulti intelligite corde. ¶ Audite
qm̃ magna loquar, & apertio labiorũ meo-
7 rum erit rectitudo. ¶ Quia ueritatẽ loque
tur palatũ meũ, & abominatio labiorũ meo
8 rum eſt impietas. ¶ In iuſtitia ſunt eloquia
oris mei, nõ eſt in eis prauũ, nec peruerſum.
9 ¶ Vniuerſa ipſa recta ſunt intelligẽti, & re
cta inuenientib᷒ ſcientiã. Accipite eruditio-
nẽ meã & non argẽtũ, & ſcientiã magis q̃
10 aurũ electũ. ¶ Quia melior ẽ ſapiẽtia mar
garitis, & omnia deſiderabilia nõ æquabũ-
11 rur ei. ¶ Ego ſapiẽtia habitaui cum aſtutia,
12 & ſcientiã cogitationũ inueni. ¶ Timor do
mini eſt odio habere malũ, ſuperbiã, & ſu-
perbum, & uiam malã, & os loquẽs peruer
13 ſitates odiui. ¶ Meũ eſt cõſiliũ, & lex, ego
14 ſum itelligẽtia, mea ẽ fortitudo. ¶ Per me
reges regnabũt, & principes decernẽt iu-
15 ſtitiam. ¶ Per me principes habebũt prin-
cipatum, & principes omnes iudicãt terrã.
16 ¶ Ego diligẽtes me diligã, & quærẽtes me
17 inuenient me. ¶ Diuitiæ, & gloria mecum
18 ſunt, ſubſtantia multa, & iuſtitia. ¶ Melior
eſt fructus meus auro, & obriro, & fructus
19 meus argẽto electo. ¶ Per ſemitam iuſtitiæ
ambulare faciam, in medio ſemitarũ iudicij.
20 ¶ Vt hæreditare faciam diligẽtes me eſſe
21 perpetuũ, & theſauros eorũ repleã. ¶ Do-
minus poſſedit me principiũ uiæ ſuæ, ante
22 opera ſua ex eo tẽpore. ¶ A ſæculo princi-
23 patũ habui, à principio añ terrã. ¶ Adhuc
non erãt uoragines qñ formata ſum, adhuc
24 non erãt fontes aggrauati aquis. ¶ Anteq̃
mõtes fundati eẽnt, añ colles formata ſum.
25 ¶ Anteq̃ faceret terrã, & platæas, & ꝓci-
26 pua terras orbis. ¶ Qñ præparabat cœlos
ibi erã, qñ deſcribebat circino ſupficiẽ uo-
27 ragis. ¶ Qñ firmabat cœlos deſup, qñ co
28 borabat fõtes uoragis. ¶ Qñ ponebat ma
ri ſtatutũ ſuũ, ut aquæ nõ trãſirẽt littus ſuũ,
quando deſcribebat fundamenta terræ.
29 ¶ Eram apud eum ueluti nutrici᷒, & eram
in lætitijs quotidie, & ludebam coram eo
30 omni tempore. ¶ Ludebam in orbe terræ

eius,& delectationes meæ cum filijs hoim.
31 ¶Etnunc filij obtemperate mihi, & beati
32 qui uias meas cuſtodierint. ¶Audite erudi
tionẽ,& ſapiẽtes eritis,& ne poſtponatis eã
33 ¶Btũs hõ qui obtẽperat mihi perſeuerans-
do iuxta fores meas quotidie, cuſtodiendo
34 poſtes oſtiorum meorũ. ¶Qm̃ q iuenit me
inuenit uitã,& educet quod uoluerit à dño.
35 ¶Qui aũt peccauerit contra me, expoliat
aĩam ſuã,oẽsq odio habẽt me,diligũt mortẽ

Capitulum.9.

1 SApientia ædificauit domum ſuam,
2 excidit columnas ei⁹ ſeptẽ. ¶Imo
lauit uictimã ſuam, miſcuit uinum
ſuum, etiam parauit mẽſam ſuam.
3 ¶Miſit puellas ſuas, uocauit ad ſummita-
4 tes excelſorũ ciuitatis. ¶Quiſquis eſt ſim
plex,decliuet huc,deficienti corde dixit.
5 ¶Venite, comedite panem meũ, & bibite
6 uinum quod miſcui, ¶Relingte ſimplices
uiam uẽſam,& uiuetis,& ncedite p uiam in-
7 telligentiæ. ¶Corripiens deriſorem, acci-
pit ſibi.ipi ignominiã,& increpãs impiũ ac-
8 cipit maculam eius. ¶Ne increpes deriſo-
rem ne forte odio habeat te,increpa ſapiẽtẽ
9 & diliget te. ¶Da ſapiẽti increpationẽ, &
ſapiens erit,amplius ſcire fac iuſtũ,& addet
10 doctrinam. ¶Principium ſapientiæ timor
domini,& ſcientia ſanctorum intelligentia.
11 ¶Per me eñ multiplicabuntur dies tui, &
12 addentur tibi anni uitæ. ¶Si ſapiẽs fueris,
13 ſapiens eris tibi. ¶Et ſi illuſor fueris, ſolus
14 lues pœnas. ¶Mulier ſtulta tumultuaẽ,mu-
15 lier ſimplex neſcit gcq̃. ¶Et ſedet ad oſtiũ
dom⁹ ſuæ, ſuper ſedem in locis excelſis ciui
16 tatis. ¶Vt uocet tranſeuntes per uiam,qui
17 dirigũt ſemitas ſuas. ¶Quiſqs eſt ſimplex
declinet huc, & deficienti corde dixit.
18 ¶Aquæ furatæ dulciores ſunt, & panis in
19 abſcondito comeſtus magis ſapit. ¶Etiam
non cognouit ꝙ mortui ſunt ibi, in profun-
dis inferi ſunt inuitati ab ea.

Capitulum. 10.

1 PArabolæ Selomóh. Fili⁹ ſapiẽs læ-
tificat prẽm, & fili⁹ ſtult⁹ triſtitia
2 eſt matris ſuæ. ¶Non proderunt
theſauri impietate acquiſiti, & iu
3 ſtitia eruet à morte. ¶Nõ eſurire faciet dñs
aĩam iuſti,& ꝓpter prauitatẽ impios de⁹ ex
4 pellet. ¶Pauperẽ facit man⁹ fraudulẽta,&
man⁹ mercatorum ſollicitorum ditabit eos.
5 ¶Qui cõgregat ĩ æſtate,fili⁹ ĩtelligẽs ẽ,q
dormit ĩ meſſe,fili⁹ eſt cõfundẽs prẽm ſuum.
6 ¶Bñdictiones ſunt ſup caput iuſti,os autẽ
7 ipiorꝫ opiet inigtatẽ. ¶Memoria iuſti erit ĩ
benedictionẽ,& nomen impiorũ putreſcet.
8 ¶Sapiẽs corde ſuſcipiet præcepta,& ſtul-
9 tus ꝓpter labia puniet̃. ¶Qui ambulat ꝑ-
fecte,ambulat cõfidẽter, & q deprauauerit
10 uias ſuas,cõteret̃. ¶Qui annuit oculo, da-
bit dolorẽ, & ſtultus ꝓpter labia punietur.
11 ¶Vena uitæ eſt os iuſti, & os ĩpiorꝫ ope
12 riet inigtatẽ. ¶Odiũ ſuſcitat rixas, & uni
13 uerſas ꝑuaricatiões operit charitas. ¶In
labijs intelligẽtis inuenietur ſapiẽtia, & uir-
14 ga erit corpori deficiẽti corde. ¶Sapiẽtes
abſcondẽt ſciẽtiã, & os ſtulti eſt cõtritio ꝓ-
15 pinqua. ¶Diuitiæ diuitis ſunt ut urbs for-
tis eius, contritio pauperũ eſt egeſtas eorũ.
catoris quæ de longe adducet panẽ ſuum.
15 ¶Et ſurrexit exiſtẽte adhuc nocte, deditq́;
cibũ familiæ ſuæ, & quod cõueniebat puel-
16 lis ſuis. ¶Cogitauit agrũ, & accæpit eum,
de fructu manuũ ſuarum plantauit uineam.
17 ¶Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & ro
18 borauit brachia ſua. ¶Guſtauit ꝙ bona eſt
negociatio eius, non extinguetur in nocte
19 lucerna eius. ¶Manus ſuas miſit ad uerti-
bulum, & manus eius appræhenderunt co-
20 lum. ¶Manum ſuam extendit ad pauperẽ,
21 & manus ſuas extendit ad egenum. ¶Non
timebit familiæ ſuæ à niue, quia omnis fami
22 lia ei⁹ ueſtita eſt duplicib⁹. ¶Torques fecit
ſibi, byſſus, & purpura indumentum eius.
23 ¶Notus in portis uir eius, quũ ſederit ip̃e
24 cum ſenioribus terræ. ¶Lintheum fecit, &
uendidit, & cingulum tradidit negociatori.
Fortitudo, & decor indumentum eius, & ri
25 debit in die nouiſſimo. ¶Os ſuum aperuit
ſapienter, & lex clemẽtiæ fuit in lingua ei⁹.
26 ¶Speculata eſt uias domus ſuæ, & panem
27 pigritiæ non comedit. ¶Surrexerunt filij
eius, & beatam dixerũt eam, uir eius, & lau
28 dauit eam. ¶Multæ filiæ fecerunt diuitias,
29 tu autem aſcendiſti ſuper uniuerſas. ¶Fal-
lax gratia, & uana eſt pulchritudo, mulier
30 cui eſt timor domini, ipſa laudabitur. ¶Da
te ei de fructu manuum ſuarum, & laudent
eam in portis opera eius.

¶Explicit liber Parabolarum.

¶INCIPIT LIBER COHELETH, QVI ECCLESIASTES APPELLATVR GRAECE ID EST CONCIONATOR, AVT CONGREGATOR, QVOD HEBRAEO MAGIS QVADRAT, QVANQVAM HEBRAEVM NOMEN PARTICIPIVM EST FOEMINEVM, INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI, SACRAE THEOLO. PROFESSO.

Capitulum. I.

1 VErba Choéleth
filij Dauid re-
gis ĩ Ieruſalaĩ.
2 ¶Vanitas ua-
nitatum dixit
Choéleth. Vani
tas uanitatum,
omnia uanitas.
3 ¶Quid utili-
tatis eſt hoĩ de
uniuerſo labo-
4 re ſuo, quo laborat ſub ſole? ¶Gñatio ua-
dit, & generatio uenit, terra autẽ in ſæculũ
5 ſtat. ¶Et orietur ſol, & occidet ſol, & ad lo
cum ſuum trãſit ubi orit̃. Vadit ad meridiẽ,
& circuit ad aqlonẽ circuiẽs circuiens, per-
git ſpiritus, & ad circuitus ſuos reuertit̃ ſpi
6 ritus. ¶Oĩa flumina pergunt ad mare, &
mare non implet̃. Ad locũ ad quẽ pergũt flu
7 mina reuertunt̃ ut pergãt. ¶Cunctæ res la
borioſæ, nõ poteſt uir eloqui. Nõ ſatiat̃ ocu
8 lus uidẽdo, nec iplet̃ auris audiẽdo. ¶Qd̃
fuit erit, & quod factũ eſt, fiet, & nouũ nihil
9 eſt ſub ſole. ¶Eſt quidpiã de quo dici poſ-
ſit uide hoc nouũ eſt? Iam fuit in ſæculis, qd̃
10 fuit ante nos. ¶Nõ eſt memoria priorũ, &
etiã poſteriorũ, qui erũt, non erit memoria,
11 cum his qui erunt poſtea. ¶Ego Choéleth
12 fui rex ſuper Iſraél in Ieruſaláim ¶Et dedi
cor meũ ad quærendũ, & inueſtigandũ in ſa
piẽtia, oẽ quod factũ eſt ſub cœlo. Hãc oc
cupationẽ malã dedit de⁹ filijs Adàm, ut oc
13 cupent ſe in ea. ¶Vidi oĩa opera quæ fiunt
ſub ſole, & ecce uniuerſa ſunt uanitas, & co
14 gitatio ſpirit⁹. ¶Peruerſum nõ poteſt diri
15 gi, & defectus nõ poteſt numerari. ¶Locu
tus ſum cum corde meo, dicẽdo. Ego magni
ficare feci, & addidi ſapiẽtiã ſuper omnem
qui fuit ante me in Ieruſaláim, & cor meum
16 uidit multitudinẽ ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ. ¶Et
dedi cor meũ ad ſciendũ ſapientiã, & ſciam,
& inſanias, & ſtultitiã. Agnoui ꝙ ẽt hoc eẽt
17 cogitatio ſpũs. ¶Quia ĩ multitudine ſapiẽ
tiæ multa ira, & q addit ſciam, addit dolorẽ.

Capitulum.2.

1 DIxi in corde meo. Vade nũc pro-
babo re propter lætitiã, & uide
bonũ, & ecce etiam hoc uani-
2 tas. ¶ Riſui dixi, inſanire fa-
3 cis, & lætitiæ quid boni facis? ¶ Inueſtiga
ui ĩ corde meo ut traherẽ in uinũ carnẽ meã,
& cor meũ aſſueſcere facerẽ in ſapientia, &
tenerẽ ſtultitiã donec uiderẽ quale eſt bonũ
filiorũ Adam, quod faciãt ſub cœlo, nume-
4 ro dierũ uitæ eorum. ¶ Magnificaui opera
mea, ædificaui mihi domos, plãtaui mihi ui
5 neas. ¶ Feci mihi hortos, & paradiſos, &
6 plãtaui ĩ eis arbores oĩs fruct'. ¶ Feci mihi
piſcinas aquarũ ut irrigarẽ facerẽ cum illis
7 ſyluã germinantẽ arbores ¶ Acquiſiui ſer
uos, & ancillas, & filij dom' erãt mihi, grex,
boues, & pecora multa erãt mihi præ oĩbus
8 qui fuerũt ante me in Ieruſaláim. ¶ Coacer
uaui mihi etiã argentũ & aurũ, & peculia-
ria regũ, & prouinciarũ, feci mihi diuerſa
muſica iſtrumẽta, & delitias filiorũ hoim ele
9 ctas mulieres ex præda habui. ¶ Et magni
ficatus ſum, & auctus ſum præ oĩb' q fuerũt
ante me in Ieruſaláim, inſuper ſapiẽtia mea
10 ſtetit mecũ. ¶ Et oĩa quæ poſtulauerũt ocu
li mei non prohibui eis, nec ꝓhibui cor meũ
ab omni lætitia, cor eñ meum lætatũ eſt de
oĩ labore meo. Et hoc fuit pars mea de omni
11 labore meo. ¶ Et reſpexi ad omnia opera
mea, quæ fecerãt manus meæ, & ad laborẽ
quo laboraui ad faciendũ, & ecce uniuerſa
uanitas, & cogitatio ſpirit', & non eſt utili-
12 tas ſub ſole. ¶ Et reſpexi ut uiderem ſa-
pientiã, & inſanias, & ſtultitiã. Quid eñ, ĩeſt
homo q uenturus eſt poſt me regẽ, qui non
13 ſit facturus quod iã fecerunt alij? ¶ Et uidi
ꝙ utilior eſt ſapiẽtia ꝗ̃ ſtultitia, ſicut utilior
14 lux ꝗ̃ tenebræ ¶ Sapiẽtis oculi ſunt in ca-
pite eius, ſtultus autẽ in tenebris ambulat.
Et cognoui etiam ꝙ euentus unus eueniet
15 oĩbus ipſis. ¶ Dixiq; in corde meo. Si ut
euenit ſtulto, etiã eueniet mihi, ut qd labora
ui ut ſapiẽs eſſem tunc magis? Et locut' ſum
16 in corde meo ꝙ etiã hoc eſt uanitas. ¶ Non
enim erit memoria ſapiẽtis cũ ſtulto in ſæcu
lum, quũ iam dies q uẽturi ſunt oẽs obliuio-
ni tradẽdi ſint, & quomodo moriẽ ſapiens
17 cum ſtulto. ¶ Odi autẽ uitã, quia malum eſt
mihi opus qd' fit ſub ſole, oĩa eñ uanitas &
18 cogitatio ſpũs. ¶ Et odi oẽm laborẽ meũ,
quo laboro ſub ſole, qa dimittã illũ homini
19 q erit poſt me. ¶ Et qs ſcit utrũ ſapiẽs futu
rus ſit uel ſtult'? Et dñabiẽ oĩ labori meo quo
laboraui ut ſapiẽs eſſem ſub ſole, etiã hoc ua
20 nitas eſt. ¶ Et uerſus ſum ut deſperare fa-
cerẽ cor meũ ſup oẽm laborẽ quo laboraui
21 ſub ſole. ¶ Eſt eñ hõ cui' labor eſt in ſapiẽ
tia, & ſcia, & rectitudine, & hoĩ q nõ labo-
rauit in ea, dabit partem ſuã. Etiam hoc eſt
22 uanitas, & malũ magnũ. ¶ Quid eñ eſt hoĩ
de uniuerſo labore ſuo, & cogitatiõe cordis
23 ſui, quo laborauit ſub ſole? ¶ Quia omnes
dies ei' ſunt dolores, & ira occupatio eius.
Etiã nocte non dormit cor ei'. Etiã hoc uani-
24 tas eſt. ¶ Nõ eſt bonũ in hoĩe niſi ꝙ come-
dat, & bibat, & oſtẽdat aĩæ ſuæ bonũ de la
bore ſuo. Etiam hoc uidi ꝙ de manu dei eſt.
25 ¶ Quis eñ comedet, & qs ſenſib' fruetur
26 ut ego? Quia hoĩ qui eſt bon' corã eo dedit
ſapiẽtiã, & ſciẽtiã, & lætitiã, pctõri autẽ de-
dit occupationẽ, ut cõgreget ad dandũ bo-
no corã deo. Etiã hoc eſt uanitas, & cogita-
tio ſpiritus.

Capitulum.3.

1 OMnib' ẽ tṗs determinatũ, & tṗs oĩ
2 qd' uolueris ſub cœlo. ¶ Tṗs na
ſcendi, & tṗs moriẽdi, tẽpus plã-
tandi, & tṗs euellẽdi plantatum.
3 ¶ Tṗs occidendi, & tẽpus medẽdi, tṗs de-
4 ſtruẽdi, & tṗs ædificãdi. ¶ Tẽpus flẽdi, &
tṗs ridẽdi, tempus lamentãdi, & tṗs ſaltan-
5 di. ¶ Tẽpus proijciẽdi lapides, & tẽpus col
ligendi lapides, tṗs amplexandi, & tṗs elõ-
6 gandi ab amplectẽdo. ¶ Tẽpus quærẽdi, &
tṗs perdẽdi, tṗs cuſtodiẽdi, & tṗs proijciẽ-
7 di. ¶ Tẽpus ſcindẽdi, & tṗs ſuẽdi, tṗs tacẽ-
8 di, & tṗs loquẽdi. ¶ Tẽpus diligẽdi, & tṗs
odio habẽdi, tempus belli, & tempus pacis.
9 ¶ Quid utilitatis facienti in quo ipſe labo
10 rat? ¶ Vidi occupationẽ quã dedit de' filijs
11 hominũ, ut occupent ſe in ea. ¶ Omne fecit
pulchrũ in tpe ſuo. Etiã ꝑpetuitatis deſide-
rium dedit in corde eorũ, ut nõ inueniret hõ
opus qd' fecit de' à principio uſq; ad finem.
12 ¶ Noui ꝙ nõ eſt melius in eis niſi lætari, &
13 facere bonũ in uita ſua. ¶ Et etiã ꝙ oĩs hõ
comedat, & bibat, & uideat bonũ de oĩ la
14 bore ſuo, donũ dei eſt. ¶ Noui ꝙ oẽ qd' fa-
ciet de', ipm erit in ꝑpetuũ. Sup illud nõ eſt
addendũ, nec ab eo diminuẽdũ, & de' fecit
15 ut timeatur à facie ei'. ¶ Qd' fuit iam eſt, &
qd futurũ eſt iã fuit, & deus requirit tṗs præ
16 ſens. ¶ Et adhuc uidi ſub ſole, ĩ loco iudicij
ibi impietas, & ĩ loco iuſtitiæ, ibi impietas.
17 ¶ Dixi ĩ corde meo, iuſtum, & impiũ iu
dicabit de', qa tṗs oĩ eſt qd' uolueris, & ſup
18 omne opus ibi erit iudiciũ. ¶ Dixi in cor-
de meo ꝑpter filios hoim, ut eligeret eos, &
19 oſtenderet ꝙ ſunt ueluti aĩalia ipis. ¶ Quia
euent' filiorũ hoim, & euent' un' eſt eis, ſicut

moriť iſtud, ſicut moriť ille, & ſpūs un⁹ oīb⁹,
& amplius homini ꝙ̃ iumento nō eſt, qꝛ omnia
20 ſunt uanitas. ¶ Oīa pergunt ad locū unū, oīa
fuerūt ex puluere, & oīa reuertūtur in pulue-
21 rē. ¶ Quis ſcit an ſpūs filiorꝫ hoīm aſcendat
ſurſum, & ſpūs iumēti deſcēdat ſubtus terrā?
22 ¶ Et uidi ꝙ nō eſt melius ꝙ̃ ꝙ lætetť homo in
23 operibus ſuis. ¶ Hoc enī eſt pars eius. Quis
enim adducet eum ad uidendū illud quod erit
poſt eum?

Capitulum. 4.

1 ET conuerſus ſum, & uidi oēs oppreſ-
ſiones quæ fiunt ſub ſole, & ecce la-
chrymæ oppreſſorū, & non erat eis
cōſolator, & de manu opprimentiū
2 eos uiribus, et non erat eis cōſolator. ¶ Et lau
daui mortuos qui iā mortui ſunt, magis ꝙ̃ ui-
3 uos, qui ſunt uiui hucuſqꝫ. ¶ Et melior utroqꝫ
qui uſqꝫ adhuc nō fuit, qui non uidit opus ma-
4 lum quod fit ſub ſole. ¶ Et uidi omnem labo
rem, & oēm cōgruentiā operis ꝙ eſſet inuidia
unuſquiſqꝫ ad proximū ſuū. Etiā hoc eſt uani-
5 tas, & cogitatio ſpūs. ¶ Stultus cōplectiť ma
6 nus ſuas, & comedit carnem ſuam. ¶ Melior
eſt plenitudo uolæ cum requie, ꝙ̃ plenitudo
uolarum cum labore, & cogitatione ſpiritus.
7 ¶ Et conuerſus ſum, & uidi uanitatem ſub ſo
8 le. ¶ Eſt unus, & non eſt ſecundus, etiā filius,
& frater non eſt ei, & nō eſt finis laboris eius,
etiam oculi eius non ſatiantť diuitijs. Et cui ego
laboro & deficere facio animā meam à bono?
9 Et hoc eſt uanitas, & cogitatio ſpiritus. ¶ Me
liores ſunt duo ꝙ̃ unus, quia eſt eis merces bo
10 na propter laborem eorum. ¶ Quia ſi ceciderint,
unus ſtare faciet ſocium ſuum, & uæ uni,
cum ceciderit non erit ſecundus ad ſubleuan-
11 dum eum. ¶ Etiam ſi dormierint duo, calor
12 erit eis, uni uero quomodo erit calor? ¶ Et ſi
præualuerit ei unus, duo ſtabunt contra eum,
13 & filum triplicatum nō cito rumpetur. ¶ Me
lior eſt puer pauper, & ſapiens rege ſene, &
ſtulto qui neſcit admonitionē recipere adhuc.
14 ¶ Quia è domo uinctorum egreſſus eſt ad re
gnandum, quia etiā in regno ſuo natus eſt pau
15 per. ¶ Vidi cunctos uiuentes ambulātes ſub
16 ſole cum puero ſecū'o qui ſtabit pro eo. ¶ Nō
eſt finis omnis populi, omnium qui fuerūt an-
te eos. Etiam poſteri non lætabūtur in eo, quia
etiam hoc eſt uanitas, & cogitatio ſpiritus.
17 ¶ Cuſtodi pedem tuum, quando uadis ad do
mum dei, quia propinquior eſt ad audiendum
uerbum tuum deus ꝙ̃ ad ſuſcipiendum quod
dant ſtulti ſacrificium, quia neſciunt facere uo
luntatem eius.

Capitulum. 5.

1 NE feſtines ore tuo, et cor tuū
ne acceleret proferre uer-
bum ante deum, quia deus
eſt in cœlo, & tu ſuper ter-
ram, idcirco ſint uerba tua
2 pauca. ¶ Quia uenit ſom-
niū in multitudine occupationis, & uox ſtulti
3 in multitudine uerborum. ¶ Quum uoueris
uotū deo, ne tardes reddere illud, quia nō eſt
4 uolūtas ī ſtultis. Quæ uoueris redde. ¶ Meli⁹
eſt ꝙ non uoueas, ꝙ̃ ꝙ uoueas, & nō reddas.
5 ¶ Ne des os tuū, ut peccare facias carnē tuā,
& ne dicas ante angelū ꝙ error ſit uouere. Vt
qd iraſcetur deus ꝓpter uocē tuā, & diſſipabit
6 opus manuū tuarum? ¶ Quia in multitudine
ſomniorꝫ & uanitates, & uerba ſūt multa, ſed
7 deum time. ¶ Si oppreſſionē pauperis, & ra-
pinā iudicij, & iuſtitiæ uideris in ꝓuincia, ne
mireris de uolūtate diuina, quia excelſus ꝗ eſt
ſup excelſum cuſtodit, & excelſi ſunt ſup eos.
8 ¶ Et utilitas culturæ terræ in oībus eſt. Rex
9 propter agrorꝫ utilitatem eſt ſeruus. ¶ Qui
diligit argentū, non ſatiabitur argēto, & qui
amat habere multitudinē, eſt ſine fructu. Etiā
10 hoc eſt uanitas. ¶ Quum multiplicātur bona
multiplicātur comedentes illa. Et qd' bonū eſt
11 dñis ſuis, niſi ut uideat oculis ſuis? ¶ Dulcis
ſomnus operātis, ſiue parū, ſiue multū come-
dat, ſaturitas aūt diuitis nō ſinit eum dormire.
12 ¶ Eſt mala infirmitas quā uidi ſub ſole, diui-
13 tiæ cōſeruatæ dñis ſuis in malū ſuum. ¶ Peri
buntqꝫ diuitiæ ipſæ in occupatiōe mala, & ge
14 nuit filiū, & nō eſt ī manu ei⁹ quicꝙ̃. ¶ Quē-
admodū egreſſus eſt ex utero matris ſuæ nu-
dus, reuertetur ut uadat ſecundū ꝙ uenit, &
quicꝙ̃ non portabit de labore ſuo, quod du-
15 cat manu ſua. ¶ Et etiam hæc eſt mala infir-
mitas. Quēadmodum uenit, ſic ibit. Et quid
16 utilitatis eſt ei ꝙ laborauit in uentum? ¶ Etiā
cunctis diebus uitæ ſuæ in tenebris comedet,
17 & in ira multa, & infirmitate, & furore. ¶ Ec-
ce quod uidi bonum: quod pulchrum eſt, co
medere & bibere, & uidere bonum de om-
ni labore ſuo, quo laborauit ſub ſole, nume-
ro dierum uitæ ſuæ, quos dedit ei deus, quia
18 hæc eſt pars eius. ¶ Etiam omnis homo cui
dedit dominus diuitias, & ſubſtantias, et facul
tatem dediteei, ut comedat ex eis & ſumat par
tem ſuam, & lætetur de labore ſuo, hoc do-
19 num dei eſt. ¶ Non enim multum recordabi
tur dierum uitæ ſuæ, quia deus exaudit ꝓpter
lætitiam cordis eius.

Capitulum. 6.

1 EST malum quod uidi ſub ſole, & fre
2 quens homini. ¶ Vir cui dedit deus
diuitias, & ſubſtãtias, & gloriam, &
nõ deficit animæ eius ex oĩbus quæ
deſiderat, & nõ dedit ei poteſtatẽ deus come-
dẽdi ex eis, ſed uir extrane⁹ comedet ea. Hoc
3 uanitas eſt, & infirmitas mala eſt. ¶ Si genue
rit uir centũ, & annos multos uixerit, & mul-
tiplicati fuerint dies annorũ eius, & aĩa ei⁹ non
fuerit ſaturata bono, & etiã ſepultura non fue
4 rit ei, dixi ꝙ melior ẽ illo abortiu⁹. ¶ Quia ĩ
uanũ uenit, & in tenebras ibit, & tenebris no
5 mẽ eius teget. ¶ Etiã ꝙ ſolẽ nõ uiderit, & nõ
6 cognoue it requies ẽ huic magis ꝙ̃ illi. ¶ Et
ſi uixerit mille annos duabus uicibus, & bonũ
non uiderit, nõne ad locũ unum omnis uadit?
7 ¶ Omnis labor homĩs ꝑ ore eius, & etiã aĩi-
8 ma nõ implebitur. ¶ Quid enĩ amplius eſt ſa
pienti ꝙ̃ ſtulto? Quod pauperi ſciẽti pergere
9 ante uitã? ¶ Melior eſt uiſio oculoꝝ ꝙ̃ ꝙ eat
aĩa per uiã ſtultorum. Etiã hoc uanitas, & co-
10 gitatio ſpirit⁹. ¶ Quicquid fuerit iã uocatum
eſt nomẽ ei⁹, et ſcit ꝙ ſuit hõ, et ꝙ nõ põt iudi
11 care cũ eo qui fortior eſt ſe. ¶ Sunt enĩ uerba
mlta multiplicãtia uanitatẽ. Quid ampli⁹ ẽ ho
12 mini? ¶ Quis enĩ ſcit quid ſit bonũ homini in
uita in numero dierũ uanitatis ſuæ, & fecit eos
tanꝙ̃ umbrã, quĩ quis indicauit homini qd erit
poſt eum ſub ſole?

Capitulum. 7.

1 MElius eſt nomen bonũ ꝙ̃ unguẽ
tũ bonũ, & dies mortis ꝙ̃ dies
2 quo natus eſt. ¶ Melius eſt ire
ad domum luctus ꝙ̃ ire ad do-
mum cõuiuij eo ꝙ eſt finis om-
nis hominis, et uiuens ponet ſu-
3 per cor ſuũ. ¶ Melior eſt ira riſu quia per tri-
4 ſtitiam uultus, iocundum erit cor. ¶ Cor ſa-
pientum in domo luctus, & cor ſtultorũ in do
5 mo lætitiæ. ¶ Melius eſt audire increpationẽ
ſapientis ꝙ̃ ꝙ uir audiat canticum ſtultorum.
6 ¶ Quia ſicut ſonitus ſpinarum ſub olla, ſic
7 eſt riſus ſtulti, & etiam hoc uanitas. ¶ Quia
oppreſſio inſaniре facit ſapientem, & perdet
8 cor donum. ¶ Melior eſt finis rei ꝙ̃ princi-
pium eius. Melior eſt longanimis ſpiritu ꝙ̃ ela
9 tus ſpiritu. ¶ Ne feſtines in ſpiritu tuo ad ira-
ſcendum, quia ira in ſinu ſtultorũ requieſcet.
10 ¶ Ne dicas quid cauſæ fuit ꝙ dies primi fue-
runt meliores iſtis, quia non ex ſapiẽtia inter-
11 rogaſti ſuper hoc. ¶ Bona eſt ſapientia cum
12 hæreditate, & magis uidẽtibus ſolẽ. ¶ Quia
ſicut umbra ſapiẽtiæ, ſic umbra argẽti requieſcet
homo, ſed celſior eſt ſcientia ſapientiæ, quia
13 uiuificabit habentes eam. ¶ Vide opus dei,
quis enim poterit dirigere, quem curuauerit
14 ipſe? ¶ In die bono eſto in bono, & in die ma
la uide. Etiam hoc contra hoc fecit deus, ut nõ
15 inueniret homo poſt eum quicꝙ̃. ¶ Omnia
uidi in diebus uanitatis meæ. Eſt iuſtus qui pe-
rit in iuſtitia ſua, & eſt impius prolongãs dies
16 in malitia ſua. ¶ Ne ſis iuſtus multum, & ne
17 ſis ſapiẽs nimium. Vt quid deſolaberis? ¶ Ne
pauicas multum, & ne ſis ſtultus. Vt quid mo-
18 rieris non in tẽpore tuo? ¶ Bonum eſt ꝙ ap-
prahendas hoc, & etiam ab hoc ne quieſcere
facias manum tuam. Qui enĩ timet deum, egre
19 ditur de omnibus his. ¶ Sapientia robora-
bit ſapiẽtem, magis ꝙ̃ decem domini, qui fue
20 runt in ciuitate. ¶ Quia homo non eſt iuſtus
21 in terra, qui faciat bonũ, & nõ peccet. ¶ Etiã
omnibus uerbis quæ loquuntur ne ponas cor
tuum, ut non audias ſeruũ tuum maledicentẽ
22 tibi. ¶ Quia etiam uicibus multis nouit cor
23 tuum ꝙ etiam tu maledixiſti alijs. ¶ Omnia
hæc tentaui in ſapientia. Dixi, ſapiens ero, &
24 ipſa elõgata eſt à me. ¶ Procul magis ꝙ̃ erat.
25 Et profundũ profundũ quis inueniet? ¶ Cir-
cuiui ego & cor meum ut ſcirem, & ut inueſti
garem, & quærerem ſapientiam & rationẽ, et
ut ſcirem impietatem ſtultitiæ, & fatuitatẽ er-
26 roris. ¶ Et inuenio ego amariorẽ morte mu-
lierem, quia eſt ſicut hami, & ſagenæ, cor eius
ut uincula manus eius, bonus coram deo eua-
27 det ab illa, peccans autem, capiet ab ea. ¶ Vi
de, hoc inueni dixit Choeleth, Vnam poſt alte
28 ram, ut inuenirẽ numerum quæſiui. ¶ Quã
adhuc quæſiuit anima mea, & non inueni. Ho
minem unũ rectum ex mille inueni, mulierem
29 autem rectam inter oẽs hos non inueni. ¶ Tã
tũmodo uide hoc inueni ꝙ fecit deus hominẽ
rectum, ipſi autem inquiſierunt cogitationes
30 multas. ¶ Quis eſt ut ſapiens, & quis eſt ut
cognoſcẽs interpretationem uerbi? Sapientia
hominis lucere faciet uultum eius, & fortitu-
do faciei eius mutabitur.

Capitulum. 8.

1 EGo moneo te ut os regis obſerues,
2 & uerbum iuramenti dei. ¶ Ne ſis
feſtin⁹, ut putes à facie ei⁹ abire. Ne
ſtes in re mala, qa oĩe qđ uoluerit
3 faciet. ¶ Secundũ uerbum regis eſt poteſtas.
4 Et qs dicet ei quid facis? ¶ Qui cuſtodit præ
ceptũ, nõ cognoſcet rem malã. Et tempus, &
5 iudiciũ cognoſcet cor ſapientis. ¶ Quia omĩ
uolũto eſt tempus, & iudicium, quia malum ho
6 minis multũ ſuper eum. ¶ Quia neſcit quod
futurum eſt. Quãdo enim erit, quis indicabit
7 ei? ¶ Nullus hõ eſt qui ptãtẽ habeat in ſpiritũ

ut prohibeat ſpm̄, nec eſt ptās in die mortis
nec eſt dimiſſio in prælio, neq̄ eruet impie-
8 tas habētem illam. ¶ Om̄e hoc uidi, & po-
ſui cor meum ad oē opus qd̄ fit ſub ſole, tpe
9 quo dn̄at⁹ eſt hō in hoīem in malū ſibi. ¶ Et
tūc uidi īpios ſepultos, & q̄ uenerūt poſt eos
& qui in loco ſc̄tō ambulauerunt, obliuioni
tradent̄ in ciuitate in qua rectū fecerūt. Etiā
10 hoc uanitas eſt. ¶ Quia non fit ſententia de
opere malo cito, ideo plenū eſt cor hoīs ī eis
11 ad faciendū malū. ¶ Qm̄ peccans facit ma-
lum centies, & ꝓlongat ei deus dies, quia ēt
ſcio ꝙ erit bonum timētibus deū, qui timēt
12 à facie eius. ¶ Et bonū non erit impio, & nō
ꝓlongabit dies, tanq̄ umbra erit q̄ nō timet
13 à facie dei. ¶ Eſt uanitas quæ fit ſuper ter-
ram, q̄a ſunt iuſti quib⁹ uſu uenit, ac ſi habe-
rent opus impioꝝ, & ſunt impij quibus uſu
uenit, ac ſi haberēt opus iuſtorum, dixi ꝙ ēt
14 hoc eſt uanitas. ¶ Et laudaui ego lætitiam
ꝙ nō eſſet bonū hoī ſub ſole niſi ut comedat
& bibat, & lætet̄, & hoc adhærebit ſibi, de
labore ſuo, dieb⁹ uitæ ſuæ, quos dedit ei de⁹
15 ſub ſole. ¶ Qn̄ dedi cor meū, ut ſcirē ſapiē-
tiam, & uiderē occupationē quæ fit ſup ter-
rā ꝙ etiā die ac nocte ſomnū oculis ſuis non
16 uidet. ¶ Et uidi oē opus dei, ꝙ nō poſſit hō
īuenire opus qd̄ fit ſub ſole, ꝓpter qd̄ labo
rauit homo, ut quæreret, & non inueniet. Et
etiā ſi dixerit ſapiēs ſe ſcire, nō poterit inue
17 nire. ¶ Quia oē hoc poſui in corde meo, &
ad declarandū oē hoc. Quia iuſti, & ſapien-
tes, & opera coꝝ in manu dei, ēt amorē, etiā
odiū neſcit homo quæ oīa ante eos ſunt.

Capitulum. 9.

1 Omnia eueniūt quēadmodum oīb⁹
euenit. Euētus unus eſt iuſto, & im
pio, bono, & mundo, & immūdo,
& ſacrificāti, & ei qui non ſacrifi-
cat, ſicut bonus, ſic q̄ peccat, qui iurat ſicut
2 qui iuramentū timet. ¶ Hoc malum eſt in-
ter oīa q̄ fiunt ſub ſole, ꝙ euētus un⁹ ſit oīb⁹
et etiā cor filiorū hoīm plenū eſt malo, & in
ſania in corde eorū, in uita eorū, & poſt hoc
3 ad mortuos. ¶ Quia cuicunq̄ electo in-
ter om̄es uiuentes, eſt ſpes, quia canis uiuus
4 eſt melior leone mortuo. ¶ Viuentes em̄ ſci
unt ꝙ morituri ſunt, mortui aūt neſciūt q̄c
q̄, & nō eſt eis ultra merces, q̄a obliuiōi tra
5 dita ē memoria eoꝝ. ¶ Etiā amor eoꝝ, etiā
odiū eoꝝ, ēt inuidia eoꝝ iā perijt, & ps nō eſt
6 eis ultra ī ſcl'm in oī qd̄ fit ſub ſole. ¶ Vade
comede ī gaudio panē tuū, & bibe corde io
cūdo uinū tuū, q̄a iā cōplacet de⁹ opib⁹ tuis.
7 ¶ Oī tpe ſint ueſtimēta tua cādida, & oleū
8 ſuper caput tuū nō deficiat. ¶ Vide uitam
cum uxore quā dilexiſti oībus diebus uitæ
uanitatis tuæ quos dedit tibi ſub ſole oībus
diebus uanitatis tuæ, quia hæc eſt pars tua
in uita, & de labore tuo quo tu laboras ſub
9 ſole. ¶ Omne qd̄ inuenerit man⁹ tua ad fa-
ciendū ſcd̄m uires tuas fac, q̄a non eſt opus,
nec cogitatio, nec ſciētia, nec ſapiētia in ſe-
10 pulchro, quo tu uadis. ¶ Cōuerſus ſum, &
uidi ſub ſole ꝙ nō eſt leuium curſus, nec eſt
fortiū bellū, & ēt nō eſt ſapiētiū panis, & ēt
nō ſunt rectorū diuitiæ, & etiā nō eſt ſciētiū
grā, ſed tempus, & caſus accidit omnibus.
11 ¶ Quia etiā neſcit hō tp̄s ſuū. Sicut piſces
qui capiūtur hamo malo, & ſicut aues quæ ca
piunt̄ laqueo, ſic capiunt̄ filij hominū in tpe
12 malo, cū ceciderit ſup eos repēte. ¶ Etiam
hāc uidi ſapiētiā ſub ſole, & magna eſt mihi
13 ¶ Ciuitas parua, & uiri ī ea pauci, & uenit
aduerſus eā rex magn⁹, & circūdedit eā, &
14 extruxit cōtra eā munitiōes magnas. ¶ Et
inuētus eſt in ea uir pauper ſapiens, & eruit
ipſe urbē ſapiētia ſua, & hō nō eſt recorda-
15 tus uiri pauperis illius. ¶ Et dixi ego ꝙ me
lior eſt ſapiētia q̄ fortitudo, & ſapiētia pau
peris contēpta eſt, & uerba eius nō ſunt au
16 dita. ¶ Verba ſapientū in quiete audiunt̄,
plus q̄ clamor dn̄i inter ſtultos. Melior eſt ſa
piētia q̄ inſtrumēta bellica. Et pc̄tōr un⁹ per
det bonum multum. Capitulū. 10.

1 Sicut muſcæ mortuæ fetere fa-
ciūt, emanare faciūt fetorē un-
guētū aromatarij, ſic hoīem præ
cioſum ſapiētia, & glīa, ſtultitia
2 pua. ¶ Cor ſapiētis ad dexterā
3 eius, & cor ſtulti ad ſiniſtram ipſius. ¶ Et
etiā p uiā cū ſtultus ambulat, cor ei⁹ deficit,
4 & dicit oībus, ſtultus eſt. ¶ Si ſpūs iræ do-
minātis aſcēderit cōtra te, locū tuū ne dimit
tas, q̄a lenitas quieſcere faciet pc̄tā magna.
5 ¶ Eſt malū qd̄ uidi ſub ſole ſicut error qui
6 egredit̄ à facie dn̄antis. ¶ Poſit⁹ eſt ſtultus
in excellētijs magnis, diuites uero in humi-
7 litate ſedebūt. ¶ Vidi ſeruos ſup equos, &
principes ambulātes tanq̄ ſeruos ſup terram.
8 ¶ Fodiēs foueā ī eā īcidet, & diſſipās ſepē
9 mordebit eū ſerpēs. ¶ Trāſferēs lapides do
lore afficiet̄ in eis, ſcīdes ligna uulnerabit̄ ab eis ſe
10 exponit pp illa. ¶ Si hebetatū fuerit ferrū,
& hui⁹ aciē nō terſerit, uires roborabit ſcin
dēs. Et excellētia ſapiētiæ ſup alia ꝙ abſq̄
11 dolore rectum faciat hominem. ¶ Si mor-
deat ſerpēs abſq̄ ſuſurrio, & nō eſt utilis ha
12 benti linguam. ¶ Verba oris ſapientis gra
tioſa, labia autem ſtulti perdent eum.

12 ¶ Initium uerborum oris eius ſtultitia, &
13 nouiſſimū oris eius inſania mala. ¶ Et ſtul
tus multiplicabit uerba, neſcit homo qd erit
& quod erit poſt ſe quis annunciabit ſibi?
14 ¶ Labor ſtultorū, laborare faciet eum, qui
15 neſcit pgere ad ciuitatem. ¶ Væ tibi terra,
cum rex tu⁹ puer eſt, & principes tui manè
16 comedunt. ¶ Beata tu terra quū rex tu⁹ fi-
lius eſt nobilium, & principes tui in tempo-
re comedunt propter fortitudinē, & nō pro
17 pter potationem. ¶ Propter pigritias ma-
nuum inclinabit ſe ut cadat contignatio, &
propter paupertatem manuū diſtillabit do-
18 mus. ¶ Propter riſum faciūt piſtores panē,
& uinum lætificabit uiuos, & argentum iu-
19 uat omnia. ¶ Etiam in cogitatione tua, re-
gem ne uilipendas, & in penetralibus cubi-
lis tui, ne uilipendas diuitem, quia auis cœli
ire faciet uocem, & habens alas annuncia-
bit uerbum.

Capitulum. II.

1 MItte panem tuum etiam ignotis ac
ſi pijceres ſuper faciem aquarum
quia in multitudinē dierum inue-
2 nies illum. ¶ Da partem panis ſe
ptem indigentibus, & etiā octo, non enī ſcis
3 quid erit mali ſuper terrā. ¶ Si repletæ fue
rint nubes, pluuiā ſuper terrā euacuabūt. Et
ſi ceciderit lignum ad auſtrū, & ſi ad aquilo
nem, in loco in quo ceciderit lignū, ibi erit.
4 ¶ Qui obſeruat uentum, nō ſeminabit, & q
5 reſpicit nubes, non metet. ¶ Quēadmodū
non cognoſcis quæ ſit uia uenti, ſicut nec oſ
ſa in uentre prægnantis, ſic neſcis opus dei,
6 qui facit omnia. ¶ Mane ſemina ſemē tuum
& ueſperi, ne quieſcere facias manū tuā, qa
neſcis qđ magis rectum ſit, utrum hoc, uel il
7 lud, & an ambo pariter ſint bona. ¶ Et dul
cis eſt lux, & iocundū eſt oculis uidere ſolē.
8 ¶ Si enī annis multis uixerit homo, & in oī
bus his lætat⁹ fuerit, & recordeſ dierū tene
brarū, φ multi ſunt dies lucis, quicqd eue
9 nit, iudicabit eſſe uanitatem. ¶ Lætare iuue
nis in adoleſcētia tua, & iocūdeſ tibi cor tuū
in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in uijs
cordis tui, & ſedm aſpectū oculorū tuorū, ſed
ſcito φ ppter oīa hæc adducet te de⁹ in iudi
cium.

Capitulum. 12.

1 AMoue autem iram à corde tuo, &
tranſire fac malitiā à carne tua,
q adoleſcētia, & iuuēt⁹ uanitas
2 ſunt. ¶ Et memēto creatoris tui
in dieb⁹ iuuētutis tuæ, uſqquo nō ueniant
dies mali, & attigāt anni de qb⁹ dicas, nō eſt
3 mihi in eis uolūtas ¶ Vſqquo nō obtenebre
ſcat ſol, & lux, & luna, & ſtellæ, & reuertāſ
4 nubes poſt pluuiam. ¶ In die qua cōmoue
bunt ſe cuſtodes dom⁹, & incuruabūt ſe ho-
mines robuſti, & ceſſabūt molares, qa tene-
5 breſcēt uidentes p feneſtras. ¶ Et claudenſ
oſtia in platea, in humilitate ſonit⁹ molæ, &
cōſurget ad uocē uolucris, & hūiliabūſ oēs
6 filiæ cātici. ¶ Etiam de excelſo timebūt, &
pauebūt in uia, & reprobabiſ coit⁹, & onera
bitur dorſum, & diſſipabitur cōcupiſcētia.
Qm̄ uadit hō ad domū ſæculi ſui, & circui-
7 bunt in platea plangentes. ¶ Vſqquo non
elōget funē argenteū, & cōfringeſ lenticu-
la aurea, & contereſ hydria ſup fontē, & cō
8 fringeſ rota ad ciſternā. ¶ Et reuerteſ pul-
uis in terra, quēadmodū fuit, & ſpūs reuer-
9 tetur ad deū, q dedit illū. ¶ Vanitas uanita
10 tū dixit Choeleth oīa uanitas. ¶ Et ampli⁹
quia fuit Choeleth ſapiēs, adhuc docuit ſciē
tiā populū, & auſcultare fecit, & inueſtiga-
11 uit, direxit parabolas multas. ¶ Quæſiuit
Choeleth inuenire uerba placita, & ſcripturā
12 rectā, uerba ueritatis. ¶ Verba ſapiētū ſūt
tanφ ſtimuli, & tanφ claui plātati, auctores
congregationū, qui dati ſunt à paſtore uno.
13 ¶ Et ampli⁹ his fili mi ſis monit⁹. Faciēdi li
bros plures nō eſt finis, & doctrina multa affli
14 ctio carnis ē. ¶ Finis uerbi oīs audit⁹ ē. Deū
time, & mādata ei⁹ cuſtodi, qa hoc eſt oīs ho
15 mo. ¶ Quia omne opus deus adducet in iu
dicium. Super omne occultū ſiue bonū ſiue
malum ſit.

¶ Liber eccleſiaſtes explicit.

¶ CANTICVM CANTICORVM SELOMOH INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI.

Capitulum. I.

1 OSculeſ me oſcu
lis oris ſui, quia
meliores ſunt
amores tui ui-
2 no. ¶ Propter
odorē unguēto
rum tuorū opti
morū ut oleum
effuſum eſt no-
mē tuū, iō ado-
leſcētulæ dilexe
3 runt te. ¶ Trahe me poſt te, curr em⁹. Intro
duxit me rex i cubicula ſua, exultabim⁹, &
& lætabimur in te. Recordabimur amo-
rum tuorum magis φ uini optimi, dilexe-
4 runt te. ¶ Nigra ſum & deſiderabilis fi-
liæ Ieruſalaim ſicut tabernacula Chedar,
5 ſicut cortinæ Selomoh. ¶ Ne aſpiciatis me

ꝙ paululū denigrata ſim, quia aſpexit me ſol
filij matris meæ irati ſunt in me, poſuerunt me
cuſtodē uinearū, uineā meā quæ eſt mihi nō cu
6 ſtodiui. ¶ Nuncia mihi, quē dilexit aīa mea,
ubi paſcas, ubi cubare facias in meridie. Vt qd
enī ero ueluti declinans ad greges ſodaliū tuo
7 rū? ¶ Niſi cognoueris te, o pulchra inter mu-
lieres, egredere tibi ī ueſtigia pecudum, & pa
ſce capellas tuas iuxta tabernacula paſtorum.
8 ¶ Equæ meæ in curribꝰ Parhóh aſſimilaui te
9 amica mea. ¶ Pulchræ ſunt maxillæ tuæ pro
pter margaritas, collum tuum ꝓpter torques.
10 ¶ Margaritas aureas faciemus tibi cum pun-
ctis argēteis. Dum rex eēt in accubitu ſuo, nar-
11 dus mea dedit odorem ſuum. ¶ Faſciculꝰ myr
rhæ dilectus meꝰ mihi, inter ubera mea cōmo-
12 rabitur. ¶ Botrus cópher dilectus meꝰ mihi,
13 in uineis Heghédi. ¶ Ecce tu pulchra es ami
ca mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarū.
14 ¶ Ecce tu pulcher es dilecte mi, etiam dulcis,
15 etiā lectus noſter floridus. ¶ Tigna domorū
noſtrarū cedrina, laquearia noſtra abiegna.

Capitulum. 2.

1 EGo roſa campi, & lilium cōuallium.
2 ¶ Sicut liliū inter ſpinas, ſic amica
3 mea inter filias. ¶ Sicut malus inter
ligna ſyluæ, ſic dilectus meus inter fi
lios. In umbra eius concupiui, & ſedi, & fru-
4 ctus eius dulcis palato meo. ¶ Introduxit me
in domū uini, & uexillū eius ſuper me amor.
5 ¶ Fulcite me phialis uitreis, ſtipate me malis,
6 quia languēs amore ſum. ¶ Leua eius ſub ca
7 pite meo, & dextera eiꝰ āplexabiť me. ¶ Ad-
iuro uos filiæ Ieruſaláim ꝑ capreas, uel ceruos
agri, ſi ſuſcitaueritis, & ſi euigilare feceritis
8 amorē donec uoluerit. ¶ Vox dilecti mei, ec-
ce uenit tranſiliēs ſuper mōtes, ſubſiliēs ſuper
9 colles. ¶ Similis eſt dilectus meꝰ capreæ, uel
hinnulo ceruorū. En iſte ſtat poſt parietē nſm,
proſpiciens è feneſtris, proſpiciēs è cancellis.
10 ¶ Locutus ē dilectus meus, & dixit mihi. Sur
ge tibi amica mea, ſpecioſa mea, & ueni tibi.
11 ¶ Ecce enim hyems trāſiuit, hymber pertrāſi
12 uit, abijt ſibi. ¶ Flores apparuerunt in terra,
tempus putationis aduenit, & uox turturis au
13 dita eſt in terra noſtra. ¶ Ficus dulceſcere fe
cit groſſos ſuos, & uites uuæ minutæ dederūt
odorem. Surge tibi amica mea formoſa mea,
14 et ueni tibi. ¶ Columba mea in ſciſſuris pe-
træ, in abſcondito gradus. Oſtende mihi aſpe
ctum tuum, fac me audire uocē tuam. Vox enī
15 tua dulcis, & aſpectꝰ tuus deſiderabilis. ¶ Ca
pite uobis uulpes, uulpes paruas, corrumpen-
16 tes uineas, & uineæ nr̄æ uuæ minutæ. ¶ Di-
lectus meus eſt meus, & ego ſum illius qui pa-
17 ſcit inter lilia. ¶ Donec aſpiret dies, & fugiāt
umbræ. Verte te, ſilis eſto dilecto mi capreæ,
uel hinnulo ceruorum ſuper mōtes Béther.

Capitulum .3.

1 IN cubili meo in noctibꝰ quæſiui
quē diligit aīa mea. Quæſiui eū
2 & nō inueni eū. ¶ Surgā nūc,
& circuibo per ciuitatē, per pla
teas, et per loca lata quærā, quē
diligit anima mea. Quæſiui eū, & non inueni
3 eum. ¶ Inuenerunt me cuſtodes, qui circuiūt
4 ciuitatē. Num quē diligit aīa uidiſtis? ¶ Quū
paululum trāſiuiſſem ab eis, donec inuenirem
quē diligit anima mea, apprehendi eū, & non
dimittam eū, donec introducam eū in domum
matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.
5 ¶ Adiuraui uos filiæ Ieruſaláim per capreas,
uel per ceruos cāpi, ſi ſuſcitaueritis, & ſi euigi
6 lare feceritis amorē, donec uoluerit. ¶ Quæ
eſt iſta, quæ aſcēdit è deſerto, ſicut columnæ fu
mi, ſuffita myrrha, & thure, omni puluere aro
7 matarij. ¶ En lectus ipſe qui eſt ipſi Sclomóh
ſexaginta potētes in circuitu eius ex potētibꝰ
8 Iſraél. ¶ Omnes ipſi tenent gladiū, docti bel-
latores. Vniuſcuiuſꝗ gladiꝰ ſup femur ſuū, ꝓ
9 pter timorē in noctibꝰ. ¶ Aedificiū fecit ſibi
10 rex Sclomóh ex lignis Lebanón. ¶ Colūnas
eius fecit argēteas, ſtratum eius aureū, ſellam
eius purpureā, medium eius ſtratū amore, pro
11 pter filias Ieruſaláim. ¶ Egredimini, & uide
te filiæ Sijón regem Sclomoh cū corona, qua
coronauit eū mater eius in die deſponſationis
eius, & in die lætitiæ cordis eius.

Capitulum. 4.

1 ECce tu pulchra es amica mea, ec
ce tu pulchra, oculi tui columba
rū intra cincinnos tuos, capillus
tuus, ut grex caprarū, quæ aſpi
2 ciūt de mōte Ghilhád. ¶ Den
tes tui, ut grex ouium tōſarum,
quæ aſcenderūt de lauacro, quæ omnes faciūt
3 gemellos, & ſterilis non eſt inter eas. ¶ Sicut
filum coccineum labia tua, & eloquium tuum
decorum, ſicut fragmē mali punici tēpora tua
4 intra cicinnos tuos. ¶ Sicut turris Dauid col
lum tuū, ædificata ad docendum tranſeuntes,
mille clypei ſuſpenſi ſunt in ea, omnes clypei
5 potentium. ¶ Duo ubera tua, ſicut duo hin-
nuli gemelli capreæ, qui paſcuntur inter lilia.
6 ¶ Donec aſpiret dies, & fugiant umbræ, ibo
mihi ad montem myrrha, & ad collem thuris.
7 ¶ Tota tu pulchra es amica mea, & macula
8 non eſt in te. ¶ Mecum de Lebanón ſponſa,
mecū de Lebanón ueni, proſpice à uertice

ce Amanáh, de uertice Senír, & Chermón,
de habitaculis leonum, de montibus leopar-
9 dorum. ¶ Abſtuliſti cor meum ſoror mea
ſponſa, abſtuliſti cor meum uno ex oculis tuis,
10 & una torque colli tui. ¶ Quàm pulchri
ſunt amores tui ſoror mea ſponſa, ꝙ̄ boni ſunt
amores tui ꝙ̄ uinũ, & odor unguētorũ tuoꝝ
11 præ cunctis aromatibus. ¶ Fauũ ſtillant labia
tua ſponſa, mel, & lac eſt in lingua tua, & odor
12 ueſtimentoꝝ tuoꝝ, ſicut odor Lebanō. ¶ Or
tus obſirmat⁹ ſoror mea ſpōſa, fons ſignatus.
13 ¶ Plantatiōes tuæ paradiſus maloꝝ punico-
corũ, cũ fructibus dulcib⁹, cyperi cum nardis.
14 ¶ Nardus, & crocus, calam⁹ odorat⁹, & cin-
namomũ cũ cæteris arboribus thuriferis. Myr
rha, & aloes cũ oibus præcipuis aromatibus.
15 ¶ Fons hortorũ puteus aquarũ uiuentiũ, &
16 fluentium ad Lebanón. ¶ Surge aquilo, &
ueni auſter, perfla hortum meũ, fluant aroma
ta illius.

Capitulum. 5.

1 VEniat dilectus meus ad hortum
ſuũ, & comedat fructũ pomoꝝ
delicatoꝝ ſuoꝝ. Veni in hortũ
meũ ſoror mea ſponſa, collegi
myrrhā meā, cũ aromate meo.
Comedi fauũ meum cum melle
meo. Bibi uinum meũ cũ lacte meo. Comedite
2 amici, bibite, et inebriate uos chariſſimi. ¶ Ego
dormio, & cor meum uigilat. Vox dilecti mei
pulſantis. Aperi mihi ſoror mea, et amica mea,
columba mea, imaculata mea, quia caput meũ
plenum eſt rore, cincinni mei guttis noctis.
3 ¶ Expoliaui me tunicā meam, quomō induā
me illa? Laui pedes meos, quomodo iquinabo
4 illos? ¶ Dilectus meus miſit manũ ſuam per
foramen oſtij, & uiſcera mea ſonuerũt in me.
5 ¶ Surrexi ad aperiendũ dilecto meo. Et ma-
nus meæ ſtillauerũt myrrhā, & digiti mei myr
6 rham trāſeuntē ad cardines peſſuli. ¶ Aperui
ego dilecto meo, & dilectus meus uerterat ſe,
tranſierat. Anima mea egreſſa eſt, dũ loquere-
tur ipſe. Quæſiui eum & nō inueni eũ. Vocaui
7 eũ, & non reſpōdit mihi. ¶ Inuenerũt me cu-
ſtodes qui circuēũt ciuitatem, percuſſerũt me,
uulnerauerunt me. Tulerunt palliũ meum qđ
8 erat ſuper me cuſtodes murorum. ¶ Adiuro
uos filiæ Ieruſaláim, ſi inueneritis dilectũ meũ,
9 quid narrabitis ei? qa lāgueo amore. ¶ Qua-
lis ē dilect⁹ præ dilectis pulcherrima inter mu-
lieres? Quid dilect⁹ tuus habet præ dilectis, qa
10 ſic adiuraſti nos? ¶ Dilectus meus candidus,
11 & rubicũdus, inſignis præ decē milib⁹. ¶ Ca
put eius ut aurũ obrizum, cincinni ei⁹ criſpi,
12 nigri ueluti coruus. ¶ Oculi ei⁹ ſicut colũbæ
iuxta effuſiones aquaꝝ, lauātes ſe lacte, manē-
13 tes iuxta plenitudinē. ¶ Maxillæ eius ſicut li
nea ſulci aromatis, ut flores aromatũ, labia ei⁹
14 ut lilia diſtillātia myrrhā trāſeūtē. ¶ Man⁹ ei⁹
ut circuli aurei pleni lapidibus precioſis inſtar
hyacinthi. Vēter ei⁹ ut cādidũ ebur, obductus
15 ſapphiris. ¶ Crura illi⁹ ut colũnæ marmoreæ
fūdatæ ſup baſes auri obrizi. Aſpect⁹ ei⁹ ut Le
16 banón, electus ut cedri. ¶ Palatũ ei⁹ dulcedi
nes, & tot⁹ ipſe deſyderia. Iſte eſt dilect⁹ meus,
17 & iſte eſt amicus me⁹ filiæ Ieruſalaim. ¶ Quo
abijt dilectus tu⁹ pulcherrima inter mulieres?
Quo declinauit dilect⁹ tuus, & quæremꝰ eum
tecum?

Caplm. 6.

1 DIlectus me⁹ deſcēdit ad hortum
ſuũ ad lineas ſulcoꝝ aromatis,
ad paſcendum in hortis, & colli
2 gēdũ lilia. ¶ Ego dilecto meo,
& dilect⁹ meus mihi, qui paſcit
3 inter lilia. ¶ Pulchra es amica
mea ſicut Tirſa, decora ſicut Ieruſaláim, terri-
4 bilis ut caſtra cum uexillis. ¶ Auerte oculos
tuos ne ſint corā me, quia fortiores fuerũt me.
Pilus tuus eſt ſicut grex capraꝝ, quæ aſpexe-
5 rũt de Ghilháđ. ¶ Dētes tui ſicut grex ouiũ
quæ aſcēderunt de lauacro, quæ oēs ſunt ge-
6 mellis plenæ, & ſterilis nō eſt inter eas. ¶ Si-
cut fragmē mali punici ſunt tpa tua intra cin-
7 cinnos tuos. ¶ Sexagita ſunt reginæ, & octo
ginta cōcubinæ, & adoleſcētulaꝝ non eſt nu-
8 merus. ¶ Vna eſt colũba mea, imaculata mea.
Vna eſt mr̄i ſuæ, electa ē genitrici ſuæ. Viderũt
eā filiæ, & beatā dixerũt eā reginæ, & cōcubi
9 næ, & laudauerunt eā. ¶ Quæ eſt iſta q̄ uidet
ueluti aurora, pulchra ut luna, electa ut ſol, ter
10 ribilis ut caſtra cũ uexillis. ¶ Ad hortũ nucis
deſcēdi ad uidendũ poma cōuallis, ad uiden-
dũ an floruiſſet uitis, floruiſſent mala punica.
11 ¶ Non noui, aīa mea poſuit me ut ſint quadri
12 gæ ppl̄i mei ſpōtanei. ¶ Reuertere reuerte-
re Sulamíth, reuertere reuertere, & intuebi-
mur te. Quid uidebitis in Sulamíth? Chorum
caſtrorum.

Caplm. 7.

1 QVā pulchri ſũt pedes tui i calciamē
tis filia pricipis? Vertebra fœminũ
tuoꝝ ſũt ſicut monilia, op⁹ manuũ
2 artificis. ¶ Vmbilic⁹ tu⁹ ut crater
rotũd⁹ nō indigebit tēpamēto uēte
3 tr⁹ ut aceru⁹ triticoꝝ ſept⁹ lilijs. ¶ Duo ubera
4 tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. ¶ Col-
lũ tuũ ſicut turris eburnea. Oculi tui ut piſcinæ
in Cheſbō, iuxta portā filiæ nobiliũ. Facies tua,
ſicut turris Lebanón ſpeculās faciē Dāmeſec.
5 ¶ Caput tuũ ſup te ueluti coccinũ, & coma
capitis tui ſicut purpura. Rex ligat⁹ i canalib⁹.
6 ¶ Quā pulchra fuiſti & ꝙ̄ dulcuiſti amor i de-

7 litijs? ¶ Iſta ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ
8 & ubera tua botris. ¶ Dixi, aſcendã in pal-
mam, appræhendam ramos eius, & erũt nũc
ubera tua ſicut botri uitis, & odor nariũ tua
9 rum ſicut malorũ. ¶ Et palatũ tuũ ſicut uinũ
optimũ uadens ad dilectum meum, propter
bonitatem faciẽs loqui labia dormientium.
10 ¶ Ego dilecti mei ſum, & ad me eſt deſide-
11 rium eius. ¶ Veni dilecte mi, egrediamur in
12 agrum, cõmoremur in uillis. ¶ Maturemus
ad uineas, uideamus an floruerit uitis, apuit
ſe uua parua, an faciant flores mala punica,
13 ibi dabo amores meos tibi. ¶ Mãdragoræ
dederũt odorẽ, & in portis noſtris oĩa dul-
cia, noua, & uetera, dilecte mi abſcondi tibi.

Capitulum. 8.

1 QVis det te uti fratrẽ mihi, ſuggẽ
tem ubera matris meæ, ut inueniã
2 te foris, oſculer te etiam nõ con
temnent me. ¶ Ducam te, ueni
re faciam te ad domũ mřis meæ.
docebis me, bibere faciã te de uino aromati
3 co, de uino dulci malo granati mei. ¶ Leua
eius ſub capite meo, & dextera illius ample-
4 xabit̃ me. ¶ Adiuraui uos filiæ Ieruſalaim,
cur ſuſcitatis, & cur euigilare facitis amorẽ
5 donec uoluerit? ¶ Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit
de deſerto innixa ſuper dilectum ſuum, ſub
malo ſuſcitaui te, ibi peperit te mater tua,
6 ibi concæpit genuit te ¶ Pone me ut ſigna
culum ſuper cor tuũ, ut ſignaculum ſup bra
chium tuum, quia fortis eſt ut mors dilectio
dura ſit ſicut infernus æmulatio. Prunæ eius
7 prunæ ignitæ flãmæ uehemẽtiſſimæ. ¶ Aq̃
multæ non potuerunt extinguere charitatẽ
amorem, & flumina nõ ꝓfundabunt illã. Si
dederit uir oẽm ſubſtantiam domus ſuæ pro
amore contemnendo contemnent eam.
8 ¶ Soror eſt nobis paruula, & ubera non
ſunt ei. Quid faciem⁹ ſorori nřæ in die q̃ fiet
9 ſermo cum ea? ¶ Si murus eſt ædificem⁹ ſu-
per eam palatium argenteum, & ſi oſtiũ eſt
10 muniam⁹ eã tabula cedrina. ¶ Ego ſum mu
rus, & ubera mea ſunt ſicut turres. Tunc fui
11 in oculis eius ſicut reperiens pacem. ¶ Vi-
nea fuit ipſi Selomóh in Bahalhamón, tradi-
dit uineã cuſtodibus, uel ſingulus uir addu-
12 cet pro fructu ei⁹ mille argenteos. ¶ Vinea
mea q̃ eſt mihi corã me, mille tibi o Selomóh
13 & ducẽti cuſtodientib⁹ fructũ ei⁹. ¶ O quæ
habitas in hortis, ſocij attendũt uocẽ tuã fac
14 me audire. ¶ Fuge dilecte mi, & aſſimilare
capreæ, uel hinnulo ceruorũ ſuper mõtes aro
matum.

¶ Explicit Canticum Canticorum.

¶ Incipit liber Ieſahiáhu interprete codẽ
Sancte Paguino Lucẽſi. Capitulũ. 1.

1 VIſio Ieſahiáhu
filij Amós, quã
uidit ſup Iehu-
dáh, & Ieruſa-
láim in diebus
Huzriiáhu, Io
thám, Acház,
Iechezchiiáhu
regũ Iehudáh.
2 ¶ Audite cœ-
li, & aurib⁹ ꝑ-
cipe terra, qm̃ dñs locutus eſt, filios enutri-
ui, & exaltaui. Ipſi autẽ præuaricati ſunt cõ
3 tra me. ¶ Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, &
aſinus præſepe dñi ſui, Iſraél nõ cognouit,
4 populus meus nõ intellexit. ¶ Væ gẽti pec
catrici, populo graui iniquitate, ſemini ma-
lorum, filijs corruptoribus. Dereliquerunt
dominũ, irãſci fecerũt ſanctũ Iſraél, aliena-
5 uerunt ſe retrorſum. ¶ Propter quid percu
tiemini, adhuc addetis praua? Omne caput
diſpoſitũ eſt ad infirmitatẽ, & omne cor in-
6 firmum. ¶ A plãta pedis uſq; ad uerticẽ nõ
eſt in eo pfectio. Vulnus, & liuor, & plaga
recẽs nõ ſunt cõſtricta, nec ſunt alligata, nec
lenita oleo. Terra ueſtra deſolata, ciuitates
7 ueſtræ ſuccẽſæ igni. ¶ Terrã ueſtrã coram
uobis alieni comedũt, & deſolatio eſt ſicut
8 euerſio alienorũ. ¶ Et derelinquet̃ filia Siión
ſicut umbraculũ i uinea, ſicut tuguriũ in cu
9 cumerario, ſicut ciuitas deſolata. ¶ Niſi do
minus exercituũ reliquiſſet nobis ſuperſti-
tes paucos, ſicut Sedóm fuiſſemus, ipſi Ha-
10 moráh ſimiles fuiſſem⁹. ¶ Audite uerbũ do
mini pricipes Sedóm, aurib⁹ percipite legẽ
11 dei noſtri populus Hamoráh. ¶ Vt qd mihi
offertis multitudinẽ uictimarũ ueſtrarum, di
cit dñs? Satur ſum. Holocauſta arietũ, & adi
pẽ bubalorũ, & ſanguinẽ uitulorũ, & agno
12 rũ⁹, & hircorũ nolui. ¶ Cũ ueniretis ut con
ſpiceremini corã me, qs q̃ſiuit hoc de manu
13 uřa, ut cõculcaretis atria mea? ¶ Ne adda-
tis afferre ſacrificiũ mẽdax. Suffimẽtũ abo-
minatio eſt mihi; Kalẽdas, & ſabbatũ qđ cõ
uocetis cõuocationẽ, nõ poſſũ ferre iĩqtatẽ,
14 cũ cœtu. ¶ Kalẽdas uřas, & ſolenitates ue-
ſtras odio habet aĩa mea, ſunt mihi oneri, la-
15 boraui ad ſuſtinẽdũ. ¶ Et qñ extẽderitis ma
nus uřas, occultabo oculos meo à uobis.
Etiã qñ multiplicabitis orõnẽ nõ audiã. Ma-
16 nus ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. ¶ Lauare
uos, mundi eſtote, remouete malũ operũ ue-
ſtrorum de conſpectu oculorũ meorũ. Deſi
17 nite malefacere. ¶ Diſcite bñfacere, q̃rite

die illa dicens. Non ero dñs,& in domo mea
non eſt panis,nec ueſtimentũ.Ne cõſtituatis
8 me principẽ populí.¶Ruit eñ Ieruſaláim,
& Iehudáh cõcidit,quia lingua eorũ,& ope
ra eorũ cõtra dñm ad irritandũ oculos glo-
9 riæ eius.¶Agnitio uultus eorũ teſtificabitꝰ
cõtra eos,& pctm̃ ſuũ ſicut Sedóm uũciaue
rũt, nõ abſconderũt.Væ aĩæ eorũ,qm̃ reddi-
10 derũt ſibijpſis malũ. ¶Dicite iuſto qm̃ fue-
rit bonꝰ,ꝙ fructũ operũ ſuorũ comedẽt ſin-
11 guli. ¶Væ impio ĩ malũ, retributio eñ ma
12 nuũ eiꝰ fiet ei. ¶Populo meo opp̃ſſores eiꝰ
paruulus,& mulieres dominatæ ſunt ei.Po-
pule mi qui beatificãt te,errãt,& uia ſemita
13 rum tuarũ perdũt.¶Stat ad iudicãdũ dñs,
14 & ſtat ad iudicandũ populos.¶Dñs ad iu-
diciũ ueniet cũ ſenibus populi ſui, & princi
pibus ſuis.Vos aũt depaſti eſtis uineã.Rapi
15 na pauperis eſt in domibꝰ ueſtris. ¶Quid
uobis ut atteratis populũ meũ,&facies pau
perum cõmolatis,dicit dñs deꝰ exercituũ?
16 ¶Et dixit dñs. Pro eo ꝙ eleuatæ ſunt filiæ
Siión,& ambulauerũt extento gutture, &
nutibꝰ oculorũ, ambulãdo,& tripudiando
ibãt,& in pedibꝰ ſuis calceamẽta habebant
17 ſquamata.¶Decaluabit dñs uerticẽ filia-
18 rum Siión,& dñs nates earũ nudabit.¶In
die illa recedere faciet dñs gloriã ornamẽto
rũ pedũ iſtar ſquamarũ,& uittas iſtar rætis,
19 & lunulas.¶Et torq̃s,&armillas,& mitras
20 ¶Pileos,& periſcelides,& murenulas, &
21 pectoralia,& iaures. ¶Anulos,& circulos
naris, mutatoria, & uela, & linteamina, &
22 crumenas. ¶Et ſpecula,& ſindones,& uit
23 tas,& theriſtra. ¶Et erit, ꝓ aromate fetor
erit, & pro cingulo exciſio, & ꝑ criniũ diſ-
poſitione æquali, caluiciũ, & pro faſcia pe-
ctorali cingulũ ſacci,aduſtio pro pulchritu-
24 dine.¶Viri tui gladio cadẽt, & fortitudo
25 tua in prælium.¶Et plangẽt ,&lugebũt por
tæ eius, & munda in terra ſedebit.

Capitulum.4.

1 ET apprehẽdẽt ſeptẽ mulieres uirũ
unũ in die illa,dicẽdo.Panẽ noſtrũ
comedemus, & ueſtimẽtis noſtris
induemur, tm̃modo inuocetꝰ no-
men tuũ ſuper nos,aufer opprobriũ noſtrũ.
2 ¶In die illa erit germẽ domini in decore &
gloria,& fructꝰ terræ in ſublimitate, & glo
3 riam,euaſori Iſraél. ¶Et erit ei qui relictꝰ
fuerit in Siión,& reſiduꝰ in Ieruſaláim,ſan-
ctus dicetur, omnis qui ſcriptꝰ eſt in uita in
4 Ieruſaláim. ¶Quãdo abluet dñs ſordem fi
liarum Siión, & ſanguinem Ieruſaláim laua
bit de medio eius,in ſpiritu iudicij,& ſpiri-
5 tu excitionis. ¶Et creabit dominus ſuper
omnẽ locum mõtis Siión, & ſuper loca eius
nubem per diem,& fumũ,& ſplẽdorẽ ignis
flãmantis per noctem. Super omnẽ eñ glo-
6 riam protectio .¶Et tabernaculũ erit ꝓ um
braculo per diem ab æſtu, & pro tegmine,
& abſconſione à turbine,& à pluuia.

Capitulum.5.

1 CAntabo nunc propter dilectũ
meum canticũ dilecti mei,pro
pter uineã eius.Vinea fuit dile
cto meo in colle loco pingui.
2 ¶Et ſepiuit eã, & lapides le-
git ex ea,& plantauit eam plãtis uitis opti-
mæ,& ædificauit turrim in medio eiꝰ,&etiã
torcular excidit in ea, & expectauit ut face
3 ret uuas,& fecit labruſcas.¶Et nũc habita
tor Ieruſaláim,& uir Iehudáh iudicate nunc
4 inter me & uineã meã. ¶Quid boni pote-
rã facere ultra uineæ meæ,& non feci in ea?
5 ¶Cur expectaui ut faceret uuas,& fecit la
6 bruſcas?¶Et nũc ſcire faciã nũc uos quod
ego facio uineæ meæ. Remouebo ſepem eiꝰ,
& erit ad paſcendũ. Diruã maceriã eius,&
7 erit in cõculcationẽ.¶Et ponã eam in deſo
lationem.Non putabitꝰ,& nõ fodietꝰ, & aſcẽ
det uepris,& ſpina,&nubibꝰ mãdabo ut nõ
8 pluant ſuper eam pluuiã.¶Vinea eñ domi
ni exercituũ domus Iſraél eſt,&uir Iehudáh
plantatio lætitiarũ eius. Et expectauit deus
ut facerẽt iudiciũ, & ecce plaga, iuſtitiam,
9 & ecce clamor. ¶Væ ijs qui coniungũt do
mum domui,agrũ agro appropinquare fa-
ciunt adeo ut nõ ſit locus alijs. Et nũ habita-
10 bitis uos ſoli in medio terræ? ¶In auribus
meis ſunt,dicit dñs exercituũ.Si nõ domus
multæ in deſolationẽ erunt grandes,& pul-
chræ abſq; habitatore. Decem eñ iugera ui
neæ facient batum unũ,& ſementis corus fa-
11 ciet Epháh. ¶Væ ijs qui ſurgunt mane ut
inebriatiua ſectentꝰ,q morãtur uſq; ad crepu
12 ſculum donec uinũ æſtuare faciat eos.¶Et
erit cithara, & nebel, & tympanũ, & tibia,
& uinũ in conuiuijs eorum, & opus domini
nõ reſpexerũt,& opus manuũ eius nõ uide-
13 runt. ¶Propterea captiuus ductus eſt po-
pulus meus,eo ꝙ non fuit ei ſciẽtia,& popu
lus glorioſus eius gloriæ eius eſt populus fa
melicus,& multitudo eius, populus aridus
14 ſiti.¶Propterea dilatauit infernus anheli-
tum ſuum,&aperuit os ſuũ,præter morem,
& deſcendet decorus eius,& multitudo eiꝰ,
15 & turba eius,& lætus eius ad eum.¶Et in-
curuabit ſe homo,& hũiliabit ſe uir, & ocu
16 li ſublimium humiliabunt ſe. ¶Et ſublimis

appebit dñs exercituũ ꝓpter iudiciũ, & de⁹
ſanctus apparebit ſanctus propter iuſti iã.
17 ¶ Et paſcẽtur agni iuxta morẽ ſuũ, deſer-
18 ta terræ pinguia aduenæ comedent. ¶ Væ
ijs qui trahũt iniquitatẽ funibus mẽdacij, &
19 ueluti funibus plauſtri trahũt pctm̃. ¶ Qui
dicũt, acceleret, feſtinet opus ſuũ, ut uidea-
mus, & appropinquet, & ueniat cõſiliũ ſan
20 cti Iſrael, & ſciemus. ¶ Væ dicẽtibus malũ
bonum, & bonum malum, qui ponũt tene-
bras lucẽ, & lucẽ tenebras, qui ponũt ama-
21 rum dulce, & dulce amarũ. ¶ Væ ſapienti
bus in oculis ſuis, & corã facie ſua prudẽti-
22 bus. ¶ Væ ijs qui ſunt potẽtes ad bibendũ
uinũ, & hominibus robuſtis ad miſcendum
33 inebriatiua. ¶ Qui iuſtificãt impiũ ꝓpter
munera, & iuſtitiam iuſtorũ mutant ab eis.
24 ¶ Propterea ſicut cõſumit ſtipulam lingua
ignis, & quiſquilias flãma debilitat, ſic ra-
dix eorũ ueluti putredo erit, & germẽ eorũ
ſicut puluis terræ aſcendet. Spreuerunt eñ
legẽ dñi exercituũ, & eloquiũ ſancti Iſraél
25 contẽpſerũt. ¶ Ideo iratus eſt furor dñi in
populũ ſuũ, & extendit manũ ſuam ſup eũ,
& percuſſit eum, & contremuerũt montes,
& fuit morticiniũ eorum exciſum in medio
platearum. In omni hoc nõ eſt auerſus furor
26 eius, & adhuc manus eius extẽta. ¶ Et ele-
uabit uexillũ in natiões à lõge, et ſibilabit ei
ab extremo terræ, & ecce cito leuis ueniet.
27 ¶ Non erit deficiẽs, & non erit laborans in
eo. Nõ dormitabit, neqꝫ dormiet, nec erit ſo
lutũ cingulũ lũborũ ei⁹, nec rũpet corrigia
28 calciamẽti eius. ¶ Quia ſagittæ ei⁹ acutæ,
& oẽs arcus eius extenti. Vngulæ equorum
eius, ut ſilex reputatæ ſunt, & rotæ ei⁹ tanqꝫ
29 tẽpeſtas. ¶ Rugitus ei, ut leonis. Rugietqꝫ
ut catuli leonũ, & fremet, & tenebit prædã,
30 & rapiet, & nõ erit qui eruat. ¶ Et fremet
ſuper eum in die illa ſicut fremit mare, &
aſpiciet in terrã, & ecce tenebræ, anguſtia,
& lux obtenebrata eſt in cælis eius.

Capitulum.6.

1 IN anno quo mortu⁹ eſt rex Hu-
zuáhu, uidi dominũ ſedentem
ſuper ſoliũ excelſum, & eleua
tum, & fimbriæ eius replebant
2 templũ. ¶ Seraphím ſtabãt ſu
per illud. Sex alæ erant uniuicuiqꝫ, duabus ue
labat unuſquiſqꝫ faciẽ ſuã, & duab⁹ uelabat
3 pedes ſuos, & duabus uolabat ¶ Et clama
bat alter ad alterũ, & dicebat, ſanctus, ſan-
ctus, ſanct⁹, dñs exercituũ. Plena eſt oĩs ter-
4 ra gloria ei⁹. ¶ Et mouerũt ſe ſuper limina
ria cardinũ propter uocẽ clamãtis, & dom⁹
5 repleta eſt fumo. ¶ Et dixi. Væ mihi, q2 ta
cui, quia uir pollutus labijs ſum, & ĩ medio
populi polluti labijs habito. Quia regẽ do-
6 minũ exercituũ uiderũt oculi mei. ¶ Et uo
lauit ad me un⁹ de Seraphím, & in manu ei⁹
erat carbo quem forcipibus tulerat de alta-
7 ri. ¶ Et tetigit os meũ, & dixit. Ecce tetigit
hic labia tua, & auferet iniquitatẽ tuam, &
8 peccatũ tuum expiabitur. ¶ Et audiui uo-
cem dñi dicentis. Quem mittã, & quis ibit
9 nobis? Et dixi. Ecce ego mitte me. ¶ Et di-
xit. Vade, & dices populo huic. Audite au-
diendo, & ne intelligatis, & uidete uiden-
10 do, & ne cognoſcatis. ¶ Impingua cor po-
puli huius, & aures eius aggraua, & oculos
ei⁹ claude, ne forte uideat oculis ſuis, & au
ribus ſuis audíat, & corde ſuo intelligat, &
11 conuertat, & ſan t' eũ. ¶ Et dixi. Vſqꝫ quo
domine? Et dixit. Donec deſolent ciuitates
abſqꝫ habitatore, & domus ſine homíne, &
12 terra deſolet deſolatione. ¶ Et elõgabit do
minus hominem, & multiplicabit dies quæ
13 derelicta eſt in medio terræ. ¶ Et adhuc in
ea erit, & conuertet, & erit decima in exci-
ſionem ſicut terebinthus, & ſicut quercus q̃
eſt in Sallẽcheth ſtans in eis ſemẽ ſanctita-
tis ſtatio eius.

Capitulum.7.

1 FVit antẽ in diebus Acház filij Io-
thám, filij Huziáhu regis Ieh-
dah, aſcendit Reſin rex Arám, &
péchach fili⁹ Remaliáhu rex Iſ-
raél, Ieruſaláim in præliũ cõtra
2 eã, & nõ potuit bellare cõtra eã. ¶ Et nun-
ciatũ eſt domui Dauid, dicendo. Requieuit
Arám cum Ephráim, & cõmouit ſe cor eius,
& cor populi eius, ſicut mouent ligna ſyluæ
3 à facie uẽti. ¶ Dixit aũt dñs ad Ieſahiahu.
Egredere nũc ĩ occurſum Achazra, & Sear
Iaſúb filius tuus ad extremũ aquæductus pi
4 ſcinæ ſuperioris ĩ uia agri fullonis. ¶ Et di-
ces ad eũ. Caue tibi, & quieſce. Ne timeas,
& cor tuum ne molleſcat à duabus caudis ti
tionũ fumigãtiũ iſtorũ, in ira furoris Reſin,
5 & Arám, & filij Remaliáhu. ¶ Eo qꝫ cõſiliũ
inierit cõtra te Arám in malũ, Ephraím, & fi
6 lius Remaliahu, dicẽdo. ¶ Aſcẽdam⁹ in Ie-
hudáh, & obſidеam⁹ eã, & ſcindam⁹ eam no
bis, & regnare faciamus regẽ in medio eius
7 filiũ Thabal. ¶ Sic dixit dñs deus. Non ſta-
8 bit, & non erit. ¶ Caput Arám Dãmeſec,
& caput Dãmeſec Reſin, & adhuc rema-
nent ſexaginta, & quinqꝫ anni, frangetur
9 eum Ephraím ne ſit populus. ¶ Et caput
Ephráim Somrón, & caput Somrón filius

ne adhuc breuiſſimo tpe cõuertetur Lebanón
in Charmél, & Charmél, ut ſylua reputabitur?
18 ¶ Et audient in die illa qui modo ſunt ſurdi
uerba libri, & de caligine, & de tenebris ocu-
19 li cæcorꝫ uidebunt. ¶ Et addent mites in dño
lætitiã, & mendici hoim in ſacto Iſraél exulta-
20 bunt. ¶ Quũ defecerit fortis, & defecerit il-
luſor & ſuccidẽtur oẽs qui pſeuerãt in iniqui-
te, peccare faciẽtes hoiem in uerbo, & increpã
ti in porta laqueos tendẽt, et declinare fecerũt
21 inaniter iuſtum. ¶ Idcirco ſic dixit dñs ad do
mũ Iahacób, qui redemit Abrahã. Non mõ pu
dore afficiet Iahacób, & non modo facies ei⁹
22 albeſcet. ¶ Quia cum uiderit ipſe natos ſuos
opus manuũ mearum in medio eius, ſanctifica
bunt nomẽ meũ, & ſanctificabunt ſcm̃ Iaha-
23 cób, & deũ Iſraél timebũt. ¶ Et ſcient q erra
bant ſpiritu intelligentiã, & qui murmurabãt
diſcent legem.

Caplm̃.30.

1 VAe filijs declinãtib⁹ dixit dñs ut
facerẽt cõſilium, & non ex me,
& tegerẽt tegumentum, & nõ
ex ſpũ meo, ut adderẽt pctm̃ ſu
2 per pctm̃. ¶ Qui ambulant, ut
deſcẽdant in Aegyptum, & os
meũ nõ interrogauerunt, ut ſeipſos roborent
in fortitudine Parhóh, et ſperẽt ĩ umbra Aegy
3 pti. ¶ Et erit uobis fortitudo Parhóh ad pu-
dorẽ, & ſpes in umbra Aegypti ad ignominiã.
4 ¶ Fuerunt eñi in Sóhãl principes ei⁹, et nũcij
5 eius Chanés attingẽt. ¶ Oĩs pudore affectus
eſt ſup pplm̃. Nõ proderũt eis, nec ad auxiliũ,
neq́ ad faciendũ utilitatẽ, ſed ad pudorem, &
6 etiã ad opprobrium. ¶ Prophetia animalium
Aegypti q̃ eſt ad meridiẽ Iſrael in terra angu-
ſtiæ, & tribulationis leo, & tigris egredientur
ex eis uipera, & ſerpẽs uolãs ferent, ſup hume
rum pullorꝫ diuitias ſuas, & ſup gibbum came
7 lorꝫ theſauros ſuos, pplo qui nõ pderit. ¶ Et
Aegyptij uane, & inaniter auxiliabunt. Ideo
uocaui hanc Ieruſaláim, fortitudo eorꝫ maſio.
8 ¶ Et nũc ingredere, ſcribe in tabula cũm eis,
& in libro ſcribe illud, & erit in die nouiſſimo

9 in teſtimoniū uſq; in ſæculū. ¶ Populus eñ
rebellis eſt, filij mēdaces, filij q nolueriīt audi
10 re legi dñi. ¶ Qui dixerunt uidētibus non ui
debitis, & aſpicientibus nō aſpicietis nobis re-
cta. Loquimini nobis blanda, uidete illuſiones.
11 ¶ Recedite de uia, declinate de ſemita, ceſ-
12 ſare facite à facie noſtra ſctm̄ Iſrael. ¶ Pro-
pterea ſic dixit ſanct⁹ Iſraēl. Pro eo q ſpreui-
ſtis uerbum hoc, & ſperaſtis in diuitijs ex rapi
na congregatis, & peruerſitate & innixi eſtis
13 ei. ¶ Propterea erit uobis iniquitas hæc ſicut
ædificiū cadēs, locus tumēs in muro excelſo,
14 cuius mox repente ueniet contritio. ¶ Et cō
teret eum ſcd'm contritionē lagenæ figulorū,
conterēdo. Non parcet & nō inueniet̄ de fragmento
eius teſta ad capiēdum ignē de incēdio
15 & ad hauriēdum aquā de fouea. ¶ Sic eñ di
xit dñs deus ſanctus Iſraēl. In quiete, et requie
ſalui eritis. In quiete, & ſpe erit fortitudo uřa.
16 Et noluiſtis. ¶ Sed dixiſtis. Nequaq̄, ſed ſup
equū fugiem⁹. Ideo fugietis. Et ſup leuē eqta-
17 bim⁹. Iō leues erūt pſequētes uos. ¶ Tribun⁹
un⁹ fugiet à facie increpatiōis uni⁹, à facie icre
pationis qnq; fugietis, donec relinq̄mini ſicut
mal⁹ in uertice mōtis, & ueluti ſignū ſup collē.
18 ¶ Et ppterea expectat dñs, ut miſereatur ue
ſtri, & ppterea exaltabit ſe, ut miſereat̄ ueſtri,
quia de⁹ iudicij dñs, beati oēs qui expectāt eū.
19 ¶ Ppl's eñ in Siiōn habitabit in Ieruſaláim,
plorādo non plorabis, miſerēdo miſerebit̄ tui.
Ad uocē clamoris tui, cum audierit, reſpōdit ti
20 bi. ¶ Et dabit uobis domin⁹ panem anguſtiæ,
& aquā oppreſſionis, & non elongabit̄ ultra
doctor tuus. Et erunt oculi tui uidētes doctorē
21 tuum. ¶ Et aures tuæ audiēt uerbum eius qui
eſt poſt te, dicēdo. Hæc uia, ambulate in ea qñ
22 declinabitis ad dexterā, uel ad ſiniſtrā. ¶ Et
contaminabis operimētum ſculptilium argēti
tui, & operimētum p̄cioſum cōflatilis auri tui.
Diſperges ea ſicut mēſtruum, egredere dices
23 ei. ¶ Et dabit pluuiam ſeminis tui, quando ſe
minabis terrā, & panis fructus terræ erit pin-
guis, & uberrimus. Paſcet pecus tuū in die illa
24 paſcuum latum. ¶ Et boues & pulli operātes
terrā migma mundum, comedēt, quod uenti
25 latur pala, & uentilabro. ¶ Et erūt ſuper om-
nem montem excelſum, & ſuper oēm collem
eleuatū, riui aquarū i die interfectiōis multitu
26 dinis, cū ceciderint turres. ¶ Et erit lux lunæ
ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempl'r ſicut
lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit do-
minus contritionem populi ſui, & percuſſurā
27 plagæ eius ſanauerit. ¶ Ecce nomen domini
uenit de longinquo, ardens furor eius, & gra-
uitas oneris, labia eius repleta ſunt ira, & lin-
28 gua eius tanq̄ ignis conſumens. ¶ Et ſpiritus
eius erit uelut torrens inundās, uſq; ad collum
dimidiabit, & ueniet ad eleuandum gentes in
cribro uanitatis, & frænū errare faciens in ma
29 xillis populorum. ¶ Cāticum erit uobis ſicut
in nocte ſanctificatæ ſolennitatis, et lætitia cor
dis ſicut eſt pergenti cū tibia, ut intret i mōtē
30 dñi ad fortē Iſraēl. ¶ Et audire faciet dñs po
tentiam uocis ſuæ, & deſcēſionem brachij ſui
oſtendet in ira furoris, & flāma ignis conſumē
tis diſperſione, & turbine, & lapidibus gran-
31 dinis. ¶ Quia à uoce domini conteret̄ Aſſúr,
32 uirga percutiet̄. ¶ Et erit omnis tranſitus uir-
gæ fundatæ ſuper quam requieſcere faciet do
minus in tympanis, & citharis, & in bellis ele-
33 uationis pugnabit cum ea. ¶ Præparata eſt
enim ab heri Tophtheh, etiam ipſi regi præpa-
rata eſt, profundam fecit eam deus, dilatauit.
In pyra eius ignis, & ligna multa erunt, flatus
domini ſicut torrens, ſulphuris ardentis in ea.

Capitulum 31.

1 VAe deſcēdētibus in Aegyptum
pro auxilio. Equis innixi ſunt,
& ſperauerunt in curribꝰ, quia
multi, & in equitibus, quia p̄ua
lidi ſunt ualde, et nō ſunt, reſpe
xerūt ad ſanctum Iſraēl, & do-
2 minum non quæſierunt. ¶ Et etiam ipſe ſa-
piens, & adduxit malum, & uerba ſua non re-
mouit, & ſtetit contra domum peſſimorum, et
3 contra auxilium operantium iniquitatē. ¶ Et
Aegyptij homines ſunt, & non deus, & equi
eorū caro ſunt, & nō ſpiritus. Et dominus incli
nabit manum ſuam, & corruet auxiliator, &
cadet is cui eſt auxilio, et ſimul omnes ipſi de-
4 ficient. ¶ Sic eñ dixit dominus ad me. Quē-
admodum rugiet leo, & catulus leonis ſuper
prædā ſuā, contra quē clamatur à congrega-
tione paſtorum. A uoce eorum non formida-
bit, & à multitudine eorum non humiliabitur.
Sic deſcendet dominus exercituum ad præ-
liandum contra montem Siiōn, & contra col-
5 lem eius. ¶ Sicut aues uolantes, ſic proteget
dominus exercituum Ieruſaláim, protegendo
6 & liberando, tranſiliendo & ſeruando. ¶ Cō
uertimini ad eū cōtra quē pfundauerāt decli
7 natione filij Iſrael. ¶ In die eñ illa abijcient
uniſquiſq; idola argentea ſua, & idola aurea
ſua, q̄ fecerunt uobis manus ueſtræ in pecca
8 tum. ¶ Et cadet Aſſúr gladio, non uiri, & gla
dius non hominis conſumet eum, & fugiet à
facie gladij, & iuuenes eius tributarij erunt.
9 ¶ Et ab arce ſua præ timore tranſibit, & pa-
uebunt à uexillo principes eius, dixit do-
minus cui eſt ignis in Siiōn, et clibanus in Ie

ruſalaim. Capitulum. 32.
1 ECce ad iuſtitiā faciendā regna
biit rex, & principes ad iudi-
2 cium præerunt. ❡ Et erit uir
ſicut locus in quo quis ſe ab-
ſcōdit à uento, & ſicut latibu
lum à turbie ſicut riui aquarū i
deſerto, ſicut umbra petræ grauis in terra ſi
3 tienti. ❡ Et non caligabunt oculi uidentiū,
4 & aures audientium attēdent. ❡ Et cor ſtul
torum intelliget ſcientiam, & lingua balbo
5 rum feſtinabit loqui nitida. ❡ Non uocabitꝛ
ultra ſtultus liberalis, & auaro non dicetur
6 diues. ❡ Stultus enim ſtultitiam loquetur,
& cor eius faciet iniquitatem, ut faciat im-
pietatem, & loquatur contra dominū erro-
rem, ut uacuam faciat animam eſurientis,
7 & potum ſitientis deficere faciat. ❡ Et
auari uaſa menſuræ mala ſunt, Ipſe cogita-
tiones malas cogitauit ad perdendum pau-
peres eloquijs mendacij, & dū alloquetur
8 pauperem in iudicio. ❡ Et liberalis libera-
lia conſuluit, & ipſe propter liberalia ſtabit.
9 ❡ Mulieres opulentæ ſurgite, audite uocē
meā filiæ confidentes, percipite aurib⁹ elo-
10 quium meū. ❡ Annū cū anno pauebitis con
fidentes. Defecit enī uindemia, collectio nō
11 ueniet. ❡ Pauete opulentæ, mouete uos cō
fidentes exuite uos, & nudate uos, & accin-
gite uos ſaccis ſuper lūbos ſup ubera plāgē
tes ſuper agros deſiderabiles ſuper uitē fru
12 ctificantem. ❡ Super humū ppli mei ſpina
& uepris aſcendet, quia ſuper om̄es domos
gaudij, & ciuitatem exultantem aſcendent.
13 ❡ Palatiū enī dimiſſū eſt, multitudo urbis
relicta eſt, & arx, & munitio fuerunt in ſpe-
luncas uſq; in ſæculū, gaudiū onagrorū pa-
14 ſcua fuerunt gregū. ❡ Donec effundatꝛ ſup
nos ſpūs de excelſo, & erit deſertū ut Char
15 mel, & Charmel ut ſylua reputabitur. ❡ Et
habitabit in ſolitudine iudicium, & iuſtitia
16 in Charmel habitabit. ❡ Et erit opus iuſti-
tiæ pax, & opus iuſtitiæ requies uſq; in ſæ-
17 culum ❡ Et habitabit populus meus in ta-
bernaculo pacis, & in tabernaculis fiducia-
18 rum, & in requiebus opulentis. ❡ Grandi-
nabit autem grando in ſylua, & in loco hu-
19 mili, humiliabit ſe ciuitas. ❡ Beati eſtis qui
ſeritis ſuper omnem locum aquoſum, mit-
tentes pedē bouis, & aſini ad paſcēdū eū.

Capitulum. 33.

1 VAe prædanti, & tu non prædam
paſſus, & ſpernenti, & non ſpre
uerunt eum Cum cōſummaueris
prædans prædam, pateris, cum
conſummaueris contēnere, contemnent te.
2 ❡ Domine miſerere noſtri. Te enī expecta-
uimus, eſto brachiū eorū ſingulo mane, etiā
3 ſalus noſtra in tempore anguſtiæ. ❡ A uoce
multitudinis fugerūt populi, ab exaltatio-
4 nibus tuis diſperſæ ſunt gentes. ❡ Et colli-
getur præda ueſtra ut colligitꝛ bruci, ſicut
5 inceſſus locuſtarū incedēs per eum. ❡ Ele-
uatus eſt dominus, quoniā habitat in excel
6 ſo, impleuit Siiōn iudicio, & iuſtitia. ❡ Et
erit firmitas temporis tui fortitudo ſalutū,
ſapientia & ſcientia. Timor domini ipſe eſt
7 theſaurus eius. ❡ Ecce nuncij eorum clama
8 bunt foris, nūcij pacis amare flebūt. ❡ De
ſolatæ ſunt uiæ, ceſſauit tranſiēs ſemitam, ir
ritauit pactum, proiecit ciuitates, non repu
9 tauit hominē. ❡ Deſtructa eſt, deſolata eſt
terra, pudore affectus eſt, Lebanōn exciſus
fuit. Et erit planicies ſicut deſertū, & excuſ
10 ſa eſt Baſān, & Charmel. ❡ Nūc ſurgam di
cit dominus, nunc exaltabo me, nunc eleua
11 bo me. ❡ Concipietis quiſquilias, parietis
ſtipulam. Spiritus ueſter erit ignis qui con-
12 ſumet uos. ❡ Et erunt populi ut incendia cal
13 cis, ut ſpinæ exciſæ, igni comburentꝛ. ❡ Au
dite longinqui quæ fecerim, & cognoſcite
14 uicini fortitudinē meā. ❡ Formidauerūt in
Siiōn peccatores, poſſedit tremor impios.
Quis habitabit ex nobis cum igne deuoran
te? Quis habitabit ex nobis cū ardorib⁹ per
15 petuis? ❡ Qui ambulat in iuſtitijs, & loquꝛ
tur æquitates, qui reprobat auaritiā oppreſ
ſionū, q excutit manꝰ ſuas, ne ſuſcipiat mu-
nera. Qui obturat aurē ſuā, ne audiat ſangui
nem, & claudit oculos ſuos, ne uideat malū.
16 ❡ Ipſe in excelſis habitabit, munimēta ſa-
xorum ſublimitas eius, panis eius datus eſt,
17 aquæ eius ſtabiles. ❡ Regē in decore ſuo ui
debūt oculi tui, uidebūt terrā longinquam.
18 ❡ Cor tuū meditabitꝛ timorem. Vbi eſt ſcri
19 ba? ubi pōderator? ubi nūerās turres? ❡ Po
pulū fortē nō uidebis, populū pfundæ lin-
guæ ut nō intelligas, bleſum lingua cui⁹ nō
20 eſt intelligētia. ❡ Reſpice Siiōn ciuitatē ſo
lēnitatis nr̄æ. Oculi tui uidebūt Ieruſalaim
habitationē q̄etā, tabernaculū qd' nō tráſfe
retꝛ, nec pficiſcentꝛ claui eius in ſæculum, &
21 omnes funes eius nō rumpētur. ❡ Quia ue
re ibi fortis dominus nobis erit ut locus flu
uiorum, & riuorum latorū. Locus ut nō poſ-
ſit ire per eum nauis remigij, et nauis ma-
22 gna non tranſeat per eum. ❡ Dominus enī
iudex noſter, dominus legifer noſter. Domi
23 nus rex noſter, ipſe ſeruabit nos. ❡ Exten
ſi ſunt funes tui, non potuerunt roborare,

ſic in malo ſuo non extēderunt uelum, tunc
diuiſa eſt præda, & ſpolia multa. Claudi diri
24 puerunt prædam ℂ Et non dicet habitator.
Aegrotaui, populo qui habitat in eo, dimiſ-
ſa eſt iniquitas.

Capitulum. 34.

1 ACcedite gentes ad audiendū,
& populi attēdite. Audiat ter
ra, & plenitudo eius, orbis, &
2 oīa germina eius. ℂ Quia ira
eſt dn̄o ſuper oēs gentes, & fu
ror ſuper uniuerſum exercitū
eorum, interfecit eos, dedit eos iugulationi.
3 ℂ Et interfecti eorū proijcientur, & de cada
ueribus eorum aſcēdet fetor eorum, & lique
4 ſcent montes propter ſanguinē eorū. ℂ Et
liqueſcet oīs exercitus cœli, & complicabūt
ſe ſicut liber cœli, & oīs exercitus eorū deci
det ſicut decidit folium de uite, & ſicut deci
5 dit de ficu. ℂ Qm̄ inebriat⁹ eſt in cœlo gla-
dius meus, ecce ſuper Edóm deſcendet, & ſu
per populū interfectionis meæ ad iudicium.
6 ℂ Gladius dn̄i repletus eſt ſanguine, incraſ
ſatus eſt adipe, ſanguine agnorum, & hirco
rum, adipe renum arietum, ſacrificiū em̄, dn̄i
in Boſráh, & interfectio magna ī terra Edóm
7 ℂ Et deſcendent unicornes cum eis, & iuuē
ci cum tauris, & inebriabitur terra eorū ſan-
guine, & puluis eorum adipe impinguabiť.
8 ℂ Quia dies ultionis dn̄i, annus retributio
9 num ad iudicandum Siión ℂ Et conuerten
tur torrentes eius in picem, & puluis eius in
ſulphur, & erit terra eius in picem ardentē.
10 ℂ Nocte, & die, non extinguet, in ſæculum
aſcendet fumus eius, à gn̄atione in gn̄ationē
deſolabitur, in ſæculum ſæculorum non erit
11 tranſiens per eam. ℂ Et poſſidebūt eam pe-
licanus, & ericius, & ulula, & coru⁹ habita-
bunt in ea, & extendet ſuper eam lineam de
12 ſolationis, & lapides uacuitatis. ℂ Princi-
pes eius non ibi regnū uocabunt, & oēs pri
13 cipes eius erunt nihil. ℂ Et aſcendent in pa
latijs eius ſpinæ, urtica, & paliurus in muni-
tionibus eius, & erit habitaculum draconū,
14 atrium filiabus ſtructionis. ℂ Et occurrent
beſtiæ ſylueſtres cum ululis, & dæmon ad ſo
cium ſuum clamabit. Verūtamen ibi quieuit
15 ſtrix, & inuenit ſibi requiem. ℂ Ibi nidifi-
14 cauit ericius, & peperit. ℂ Et ſcindet oua
poſtq̄ collegerit in umbra eius. Veruntamē
ibi congregati ſunt uultures unuſquiſq; ad
17 ſocium ſuum. ℂ Requirite in libro domini
& legite, unum ex eis non defuit, unūquod
q; cum ſocio ſuo non defuit, quia os meum
ipſum præcæpit ea, & ſpūs eius ipſe congre
18 gauit ea. ℂ Et ipſe cadere fecit eis ſortem.
Et manus eius diuiſit eam eis in linea uſq; in
ſæculum poſſidebunt eam in generatiōe, &
generatione habitabunt in ea.

Capitulum 35.

1 LAetabunť deſertū, & inuia, &
exultabit ſolitudo, & florebit
2 ueluti roſa. ℂ Germinando
germinabit, & exultabit etiā
exultatiōe, & laudādo. Gloria
Lebanón data eſt eis, decor Charmél, & pla
niciei, ipſi uidebunt gloriā dn̄i, decorem dei
3 noſtri. ℂ Confortate manus remiſſas, & ge
4 nua debilia roborate. ℂ Dicite ſtultis cor-
de, confortamini, ne timeatis, ecce deus ue-
ſter cum ultione ueniet, & uidebitis retri-
butionem dei. Ipſe ueniet, & ſaluos faciet
nos. Tunc aperientur oculi cæcorū, & aures
5 ſurdorū patebunt. ℂ Tunc ſaliet ſicut cer-
uus, claudus, & laudabit lingua muti, quia
ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrētes in ſo
6 litudine. ℂ Et erit locus aridus in ſtagnum,
& ſitiēs in fontes aquarū, in habitaculo dra
conū accubitus ei⁹, atriū calamo, & iunco.
7 ℂ Et erit ibi ſemita & uia, & uia ſctitatis uo
cabitur ipſa. Non trāſibit per eam pollutus,
& hæc erit ipſis. Tā aſſuet⁹ ambulare p uiā,
8 q̄ ſtulti non errabunt in ea. ℂ Non erit ibi
leo, & lædens inter beſtias nō aſcendēt per
eam, nec inueniet ibi, & ambulabunt p eam
9 redempti. ℂ Et redēpti dn̄i reuertenť, & ue
niēt in Siion cum laude, et lætitia perpetua
erit ſuper caput eorum. Gaudium, & lætitiā
apprahendēt, et fugient dolor, & gemitus.

ℂ Hic eſt dimidium libri.

Capitulum. 36.

1 ET fuit. Quartodecimo anno
regis Chizchiiáhu aſcendit
Sancherib rex Aſſúr contra
oēs ciuitates Iehudáh muni-
2 tas, & cæpit eas. ℂ Et miſit
rex Aſſúr Rabſacheh de La-
chis in Ieruſaláim ad regē Chizchiiáhu cū
exercitu graui, et ſtetit in aquæductu piſci
3 næ ſupioris in uia agri fullonis. ℂ Et egreſ
ſus eſt ad eum Eliachím filius Chizchiiáhu,
qui erat ſuper domū, & Sebnáh ſcriba, &
4 Ioách filius Aſáph à commentarijs. ℂ Et di
xit ad eos Rabſacheh. Dicite nūc ad Chiz-
chiiáhu. Sic dixit rex magn⁹ rex Aſſúr. Quæ
5 eſt fiducia hæc cui fidiſti? ℂ Dixi profecto
in corde meo. Hic cogitat poſſe liberari ora
tione labiorum, ſed conſilio, & fortitudine
opus eſt ad prælium. Nūc cui fidiſti, quia re-
bellaſti

6 bellaſti cõtra me? ¶ Ecce fidiſti baculo ha-
rũdineo confracto iſto, Aegypto, cui ſi inni-
xus fuerit quiſpiã, intrabit in manũ eius, &
perforabit eam. Sic eſt Parhóh rex Aegypti
7 omnibus fidẽtibus ei. ¶ Et ſi dixeris mihi,
domino deo noſtro fidimus, nõne iſte eſt, cu
ius remouere fecit Chizchiiáhu, excelſa, &
altaria, dixitqꝫ ad Iehudáh, & Ieruſaláim, co
8 ram altari iſto incuruabitis uos? ¶ Et nunc
fideiube obſecro domino meo regi Aſſúr, &
dabo tibi duo milia equorum, ſi potueris da
9 re equitãtes ſuper eos. ¶ Et quomodo uer-
tere facies faciem ducis unius ſeruorũ domi
ni mei minorum, ut cõfidas tibi in Aegypto
10 propter currus, & equites? ¶ Et nunc nun-
quid abſqꝫ dño aſcendi contra terram iſtam,
ut diſperdam eam? Domin⁹ dixit mihi, aſcen
11 de cõtra terram iſtã, & diſperde eam. ¶ Et
dixit Eliachím, & Sebnáh, & Ioách ad Rab
ſachéh. Loquere obſecro ſeruis tuis Syria-
ce, quia intelligimus, & ne loquaris nobis
Iehudaice in auribus populi, qui eſt ſup mu-
12 rum ¶ Et dixit Rabſachéh. Nunquid ad do
minũ tuum, & ad te miſit me dñs meus, ut lo
querer uerba iſta? Nõne ad homines ſedẽtes
ſuper muro, ut comedant ſtercus ſuũ, & bi-
13 bant aquas pedum ſuorum uobiſcum? ¶ Et
ſtetit Rabſachéh, & clamauit uoce magna
Iehudaice, & dixit. Audite uerba regis ma-
14 gni regis Aſſúr. ¶ Sic dixit rex, ne ſeducat
uos Chizchiiáhu, quoniam poterit eruere uos.
15 ¶ Et ne confidere faciat uos Chizchiiáhu,
in domino dicendo, eruendo eruet nos dñs,
& nõ dabit̃ ciuitas hæc in manu regis Aſſúr.
16 ¶ Ne audiatis Chizchiiáhu. Sic enim dixit
rex Aſſúr. Facite mecum benedictionẽ, & egre
dimini ad me, & comedite unuſquiſqꝫ uitẽ
ſuam, & unuſquiſqꝫ ficũ ſuã, & bibite unuſ-
17 quiſqꝫ aquã ciſternæ ſuæ. ¶ Donec ueniã, &
tollã uos ad terrã ſicut terrã uſtram ad terrã
18 frumẽti, & uini, terrã pãis, & uinearũ. ¶ Ne
forte pſuadeat uobis Chizchiiáhu dicendo.
Dominus eruet nos. Nũquid eruerũt dij gẽ
tium unuſquiſqꝫ terrã ſuam de manu regis
19 Aſſúr? ¶ Vbi eſt deus Chamáth, & Arphád,
& ubi eſt de⁹ Sepharuáim? Et num eruerũt
20 Somrón de manu mea? ¶ Quis eſt inter oẽs
deos terrarum iſtarũ qui eruerit terrã ſuam
de manu mea, quia eruet dñs Ieruſaláim de
21 manu mea? ¶ Et ſiluerũt, & non reſponde-
rũt ei uerbum, præceptũ eñi regis erat dicẽ
22 do. Nõ rñdebitis ei. ¶ Et ingreſſ⁹ ẽ Eliachím
filius Chizchiiáhu, qui erat ſup domũ, & Se
bná ſcriba, & Ioách filius Aſáph, à cõmenta-
rijs, ad Chizchiiáhu ſciſſis ueſtibus, & nun-
ciauerunt ei uerba Rabſachéh.

Capitulum. 37.

1 ET fuit, cũ audiſſet rex Chizchiiá-
hu, ſcidit ueſtimẽta ſua, & operuit
ſe ſacco, & intrauit in domum dñi.
2 ¶ Et miſit Eliachím, q erat ſup do
mũ & Sebná ſcribã, & ſeniores ſacerdotũ o-
ptos ſaccis, ad Ieſahiáhu filiũ Amós pphetę.
3 ¶ Et dixerũt ad eũ. Sic dixit Chizchiiáhu.
Dies anguſtiæ, ĩcrepatiõis, & blaſphemiæ,
dies hæc, quia uenerunt filij uſqꝫ ad matri-
4 cẽ, & uirtus nõ eſt ad pariendũ. ¶ Si forte
audiat domin⁹ deus tuus uerba Rabſachéh,
quẽ miſit rex Aſſúr dñs ſu⁹ ut pbris afficiat
deum uiuẽtem, & arguat uerbis, quæ audi-
uit dñs deus tuus, & leua oratiõnẽ pro reſi-
5 duo qđ inuenit̃. ¶ Et uenerunt ſerui regis
6 Chizchiiáhu, ad Ieſahiáhu. ¶ Et dixit ad eos
Ieſahiáhu. Sic dicetis dño ueſtro, ſic dixit
dñs. Ne timeas à facie uerborũ quæ audiſti
quibus cõtempſerunt pueri regis Aſſúr me.
7 ¶ Ecce ego do ĩ eo ſpm̃, & audiet auditũ,
& reuertet̃ ĩ terrã ſuã, & cadere faciã eũ gla
8 dio in terra ſua. ¶ Et reuerſ⁹ ẽ Rabſachéh,
& inuenit regẽ Aſſúr prælitãtem aduerſus
Libnáh. Audierat eñi ꝙ profectus erat de la-
9 chís. ¶ Et audiuit de Tirhacáh rege Aethio
piæ dicendo. Egreſſus eſt, ut pugnet tecũ.
Et audiuit, & miſit nuncios ad Chizchiiáhu
10 dicẽdo. ¶ Sic dicetis ad Chizchiiáhu regẽ
Iehudáh dicendo. Ne ſeducat te deus tu⁹ cuí
tu fidis dicẽdo. Nõ dabit̃ Ieruſaláim ĩ manu
11 regis Aſſúr. ¶ Ecce audiſti, quæ fecerũt re
ges Aſſúr omnib⁹ terris delendo eas, & tu
12 erueris? ¶ Nũquid eruerũt eas dij gentiũ,
quos ſubuerterunt patres mei Gozán, &
Charán, & Réſeph, & filios Héden qui erãt
13 in Ielaſár? ¶ Vbi ẽ rex Chamáth, & rex Ar
phád, & rex ciuitatis Sepharuáim, Henáh &
14 Hiuuáh? ¶ Et tulit Chizchiiáhu lr̃as de ma
nu nũciorũ, & legit eas Chizchiiáhu coram
15 dño. ¶ Orauit aũt Chizchiiáhu ad dominũ
dicẽdo. Dñe exercituũ de⁹ Iſraél, ſedẽs ſup
Cherubím, tu es deus ſolus omniũ regnorũ
16 terræ. Tu feciſti cœlũ, & terrã. ¶ Inclina do
mine aurẽ tuã, & audi. Aperi domine oculos
tuos, & uide, & audi oĩa uerba Sanchérib,
17 q̃ miſit ut pbris afficeret deũ uiuẽtẽ. ¶ Ve-
re dñe uaſtauerũt reges Aſſúr oẽs terras, &
18 terrã eorũ. ¶ Et tradidit deos eorũ igni. Non
eñi dij erant, ſed opus manuũ hoĩm, lignũ,
19 & lapis, & pdiderũt eos. ¶ Et nũc dñe de⁹
noſter ſaluos fac nos de manu ei⁹, ut cogno-
20 ſcãt oĩa regna terræ, qđ tu es dñs ſol⁹. ¶ Et
miſit Ieſahiáhu fili⁹ Amós ad Chizchiiáhu

dicendo. Sic dixit dñs de⁹ Iſraél ꝓ qbus ſup
21 plicaſti mihi ꝓ Sãcherib rege Aſſúr. ¶ Hec
eſt uerbũ qđ locutus eſt dñs ſuper eum. De-
ſpexit te, ſubſannauit te uirgo filia Siión,
poſt te caput mouit filia Ieruſaláim. Quem
ꝓbris affeciſti, & cõtumelijs affeciſti, & con-
tra quem exaltaſti uocẽ, & leuaſti in altitu-
22 dinẽ oculos tuos? Contra ſãctũ Iſraél. ¶ Per
manũ ſeruoꝝ tuoꝝ ꝓbris affeciſti dñm, & di
xiſti. In multitudine curruũ meoꝝ aſcendi al
titudine mõtiũ, latera Lebanón, & ſuccidã
altitudinẽ cedroꝝ eius, electas abietes eius,
& introibo altitudinẽ ſummitatis eius, ſal-
23 tũ Carméli eius. ¶ Ego fodi, & bibi aquas
alienas, & ſiccaui planta pedũ meorum oẽs
24 riuos munitos. ¶ Nõne audiſti à lõge illud
quod feci à diebus antiquis quod plaſmaui.
Nũc adduxi illud, & erit ad deſolandũ i acer
25 uos deſtructionũ, ciuitates munitas. ¶ Ha-
bitatoreſq́ earum abbreuiati manu, cõtriti
ſunt, & pudore affecti ſunt. Fuerunt ut hær-
ba agri, & olus germinis, ut hærba tectoꝝ,
26 & exaruit ante ſegetem. ¶ Habitationẽ au
tem tuã, & egreſſum tuum, & introitũ tuũ
27 noui, & furorẽ tuũ in me. ¶ Eo ꝙ iratus es
cõtra me, & tumultus tuus aſcendit in aures
meas, & ponã hamũ meũ in naribus tuis, &
camũ meum i labijs tuis, & redire faciã te ꝑ
28 uiã ꝑ quã ueniſti. ¶ Et hoc tibi ſignum. Co-
mede anno hoc cadiua, & anno ſcđo ſponte
naſcentia. Anno uero tertio ſeminate, & me
tite, & plãtate uineas, & comedite fructum
29 earum. ¶ Et addet quæ euaſit domus Ie-
hudáh, quæ remanſit, radicem deorſum, &
30 faciet fructũ ſurſum. ¶ Quia de Ieruſaláim
egredietur quæ relicta eſt, & quæ euaſit de
mõte Siión. Zelus dñi exercituũ faciet hoc.
31 ¶ Propterea ſic dixit dñs pro rege Aſſúr.
Non intrabit ciuitatẽ hanc, & non iaciet ibi
ſagittam, & nõ præoccupabit eam clypeo,
32 & nõ effundet iuxta eam aggerẽ. ¶ Per uiã
per quam uenit, reuertet, & ciuitatem hanc
33 nõ igrediet, dixit dñs. ¶ Et protegam ciui
tatẽ hanc, ut ſeruẽ eã ꝓpter me, & propter
34 Dauid ſeruũ meum. ¶ Egreſſus eſt autem
angelus dñi, & percuſſit in caſtris Aſſúr cen
tum, & octogiuta, & quinq́ milia. Et matura-
uerũt mane, & ecce oẽs erãt cadauera mor-
35 tuorũ. ¶ Et profectus eſt, & abijt, & reuer-
ſus eſt Sancherib rex Aſſúr, & habitauit in
36 Niueh. ¶ Et fuit, eo adorante in domo Niſ
róch, deum ſuũ, Adramélech, & Sareſer filij
eius ꝑcuſſerunt eum gladio, & ipſi euaſerũt
in terrã Araráth, & regnauit Eſarchadón fi-
lius eius pro eo.

Capitulum. 38.

1 IN diebus illis ægrotauit Chiz-
chiiáhu ad moriendum, & ue-
nit ad eũ Ieſahiáhu filius Amós
ꝓphetæ, dixitq́ ad eum. Sic di
xit dñs. Præcipe domui tuæ,
2 quia morieris tu, & nõ uiues. ¶ Et cõuertit
Chizchiiáhu faciẽ ſuã ad parietẽ, & orauit
3 ad dominũ. ¶ Et dixit, obſecro dñe: Memẽ
to quæſo ꝙ ambulauerim corã te in uerita-
te, & corde perfecto, & qđ bonum eſt i ocu-
lis tuis fecerim. Et fleuit Chizchiiáhu fletu
4 magno. ¶ Et fuit uerbum dñi ad Ieſahiáhu,
dicendo. Vade, & dic ad Chizchiiáhu. Sic di
xit dñs de⁹ Dauid patris tui. Audiui oratio-
nẽ tuã, uidi lachrymas tuas. Ecce addo dieb⁹
5 tuis quindecim annos. ¶ Et de manu regis
Aſſúr eruã te, & ciuitatẽ hanc, & ꝓtegã ci-
6 uitatẽ hãc. ¶ Et hoc tibi ſignũ à dño ꝙ fa-
cturus ſit dñs uerbum hoc quod locut⁹ eſt.
7 ¶ Ecce reuerti facio umbrã gradium quæ
deſcendit per gradus Acház in ſole retror-
ſum decem gradibus. Et reuerſus eſt ſol de-
cẽ gradibus ſcđm gradus quos deſcẽderat.
8 ¶ Scriptura Chizchiiáhu regis Iehudah
cum ægrotaſſet, & cõualuiſſet de infirmita
9 te ſua. ¶ Ego dixi, in exciſione dierũ meoꝝ
uadã ad portas ſepulchri, carebo reſiduo an
10 noꝝ meoꝝ. ¶ Dixi, non uidebo dominũ, in
terra uiuẽtiũ. Non aſpiciã hominẽ ultra cum
11 habitatorib⁹ orbis. ¶ Habitatio mea receſ-
ſit, & migrauit à me ueluti tabernaculũ pa-
ſtoris, præcidi uelut texẽs uitã meã, ægritu
dine deus concidet me. A die uſq́ ad noctẽ
12 cõſumes me. ¶ Poſui uſq́ ad mane, ueluti
leo, ſic conteret oĩa oſſa mea. A die uſq́ ad
13 noctem cõſumes me. ¶ Sicut grus, & hirũ-
do, ſic garriã, garrã ut columba, eleuati ſũt
oculi mei in excelſum. Dñe infirmitas uim
14 fecit mihi, queſcere fac me. ¶ Quid loquar?
Et dixit mihi per ꝓphetã, & fecit qđ dixit,
q̃ſq̃ incedo oĩbus annis meis cũ amaritudi-
15 ne aĩæ meæ. ¶ Dñe ultra eos uiuẽt, & oĩb⁹
dicã, ꝙ i eis ẽ uita ſpũs mei, & ſanabis me, &
16 uiuificabis me. ¶ Ecce dũ eſſẽ i pace amari-
tudo mihi amaritudo fuit, & tu deſideraſti
eruere aĩam meã à fouea cõſũptiua. Quia ꝓ
17 ieciſti poſt tergũ tuũ oĩa peccã mea. ¶ Quia
nõ corpus i ſepulchro cõfitebit tibi, neq́ cor
pus mortuũ laudabit te, nec ſperabũt corpo
ra deſcendentia in ſepulchrum in ueritate
18 tua. ¶ Viuẽs uiuẽs cõfitebit tibi, ſicut ego
hodie, pater filijs notã faciet ueritatẽ tuam.
19 ¶ Dñs dixit ꝙ ſaluũ me faceret, & ideo pſal
mos nr̃os pſallem⁹ oĩb⁹ dieb⁹ uitæ nr̃æ i do

20 mo dñi. ¶ Dixitq̈ Iſahiáhu. Tollant maſ-
ſā ficuū, & alligent ſuper ulcus, & ſanabit,
21 ¶ Et dixit Chizchiiáhu. Quod ſignū quod
aſcendā in domū domini?

Capitulū. 39.

1 IN tēpe illo miſit Merodách Ba
ladán fili' Baladán rex Babél
lſas, et mun' ad Chizchiiáhu.
Audierat eī q̄ ægrotaſſet, et
2 cōualuiſſet. ¶ Lætat' ē aūt ſu
per eis Chizchiiáhu, & oſten
dit eis domū aromatū ſuorū, argentū, & au
rum, & aromata, & unguentū optimum, &
oēm domū uaſorū ſuoꝝ, & omne qđ inuētū
eſt in theſauris ſuis. Nō fuit quicq̈ quod nō
oſtenderit eis Chizchiiáhu in domo ſua, &
3 in oī ptāte ſua. ¶ Introiuit aūt Ieſahiáhu
propheta ad Chizchiiáhu, et dixit ei. Quid
dixerūt uiri iſti, & unde uenerūt ad te? Et di
xit Chizchiiáhu. De terra longinqua uene-
4 runt ad me de Babél. ¶ Et dixit. Quid uide
rūt in domo tua? Et dixit Chizchiiáhu. Om-
nia quæ erāt ī domo mea uiderūt. Nō fuit ali
quid qđ nō oſtēderim eis in theſauris meis.
5 ¶ Et dixit Ieſahiáhu ad Chizchiiáhu. Audi
6 uerbū domini exercituum. ¶ Ecce dies ue-
niūt, & auferetur oē qđ eſt in domo tua, &
quæ recōderūt patres tui uſq̈ ad diē hanc.
7 In Babél, nō relinquet aliqđ dixit dñs. ¶ Et
de filijs tuis qui exibunt de te, quos genue-
ris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis
8 Babél. ¶ Et dixit Chizchiiáhu ad Ieſahiáhu.
Bonū uerbū domini, quod locut' es. Et dixit
fiat pax, & ueritas in diebus meis.

Capitulū. 40.

1 COnſolamini: cōſolamini popu
2 lū meū dixit de' ueſter. ¶ Lo
quimini ad cor Ieruſaláim, & uo
cate eā, qm̄ cōpletū eſt tempus
eius, qm̄ perfecta eſt punitio
eius, qm̄ ſuſcepit de manu do
mini duplicia propter omnia peccata ſua.
3 ¶ Vox clamātis ī deſerto, expurgate uiam
domini, rectam facite in ſolitudine uiam dei
4 noſtri. ¶ Omnis uallis exaltabit ſe, et omnis
mons, & collis humiliabunt ſe, & erit prauū
5 in directionē, & altitudines in planiciē. ¶ Et
reuelabit ſe gloria domini, & uidebit oīs ca
6 ro pariter q̄ os dñi locutū eſt. ¶ Vox dicen
tis. Clama. Et dixit. Quid clamabo? Omnis
caro ut hærba, & oīs mia ei' tanq̈ flos agri.
7 ¶ Et aruit hærba, cecidit flos, q̄a ſpūs domi
8 ni ſufflauit ī eū, Vere hærba eſt popul'. ¶ Et
aruit hærba, cecidit flos, uerbū autē dei no-
9 ſtri ſtabit in ſæculū. ¶ Sup montē excelſum
aſcēde euāgelizatrix Siión, exalta in fortitu
dine uocē tuā, euāgelizatrix Ieruſaláim, exal
ta, ne timeas. Dic ciuitatibus Iehudah. Ec-
10 ce de' ueſter. ¶ Ecce dñs de' cū forti ueniet,
& brachiū ei' dominat ſibi, ecce merces eius
11 cū eo, & opus illius corā illo. ¶ Sicut paſtor
gregem ſuum paſcet, brachio ſuo cōgrega
bit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ducet.
12 ¶ Quis menſus eſt pugillo ſuo aquas, et cœ
los palmo direxit, & ponderauit mēſura pul
uerem terræ, & librauit in regula montes &
13 colles in ſtatera. ¶ Quis direxit ſpiritū dñi,
14 & q̄s uir conſiliū eius ſcire fecit eū? ¶ Cum
quo cōſiliat' eſt, & q̄s inſtruxit eū, & docuit
eū in ſemita iudicium, & erudiuit eum ſcien
15 tia, & uiā intelligentiaꝝ oſtēdit illi? ¶ Ecce
gētes ſicut ſtilla ſitulæ, et ſicut puluis tenuis
ſtateræ reputatæ ſunt. Ecce inſulas tāq̈ pul-
16 uerē proijciet. ¶ Et Lebanón nō eſt ſufficiēs
ad accendēdū, & beſtia eius nō eſt ſufficiens
17 ad holocauſtum. ¶ Omnes gētes ſicut nihil
ſunt corā eo, p nihilo, & inani reputatæ ſunt
18 ei. ¶ Cui aſſimilabitis deum, & qđ ſimilitu
19 dinis ponetis ei? ¶ Nōne ſculptile cōflabit
faber, & aurifex ex auro expādet illud, et ca
20 tenas argēteas ponet in eo aurifex? ¶ Nōne
theſaurarius qui eſt ſuper oblatiōes lignum
quod non putreſcat eliget artifex ſapiens,
quæret ei ad præparandum ſculptile quod
21 non mouebit ſe? ¶ Nonne ſcietis? Nonne
audietis? Nōne annunciatum eſt à principio
uobis? Nonne? Nonne intelligetis fundamē
22 ta terræ? ¶ Qui ſedet ſuper ſphærā, & ha-
bitatores eius ſunt ut locuſtæ. Qui extendit
uelut telam cœlos, et expādit eos ſicut taber
23 naculū ad habitādum. ¶ Qui ponit princi-
pes in nihilū, iudices terræ uelut inane fecit.
24 ¶ Etiā nō ſunt plātati, neq̈ ſati ſunt, ampli'
nō radicare fecit in terra truncū eoꝝ, & iſup
flauit in eos, & aruerūt, & turbo uelut ſtipu
25 lā auferet eos. ¶ Et cui aſſimilaſtis me, & æ-
26 quabor dicit ſanct'? ¶ Leuate ī excelſū ocu
los u̅ros, & uidete q̄s creauerit has, qui edu-
cit in nūero exercitū eaꝝ. Oēs ipſas p nomē
uocat præ multitudine fortitudinū, & for-
27 tis potētia ē, unaq̈q̈ nō deficiet. ¶ Vt qđ di
cis Iahacób, & loq̄ris Iſrael. Abſcōdita ē uia
mea à dño, & à deo meo iudiciū meum tran
28 ſiuit. ¶ Nonne noſti aut non audiſti? Deus
æternus dominus qui creat terminos terræ,
nō deficiet, nec laborabit, et nō ē inueſtigatio
29 intelligētiæ ei'. ¶ Qui dat laſſo fortitudinē,
30 et cui nō ſunt uires robur multiplicat. ¶ Laſ
ſabunt pueri, & laborabunt, & iuuenes ca-
31 dendo cadent. ¶ Sperantes aūt in domino

mutabunt robur,aſcendent ala ſicut aquilæ,
current,& nō laborabūt, ambulabūt,& nō
laſſabunt.

Capitulum,41.

1 TAccte & attendite mihi inſula
res,& populi mutent fortitu-
dinē.Accedant,tunc loquant,
pariter ad iudiciū accedamus.
2 ¶ Quis ſuſcitauit ab oriente
iuſtitiā,uocabit ad pedem ſuū
dabit in conſpectu eius gētes, & regib' dña
ri faciet,dabit ueluti puluerē gladiū eius,ſi-
3 cut ſtipulā proiectam arcum eius. ¶ Perſe-
quetur eos,trāſibit in pace,ſemitā pedibus
4 ſuis nō ingredief. ¶ Quis operatus eſt,et fe
cit,uocans generationes ab exordio?Ego do
minus primus,& cū nouiſſimis ego ſum.
5 ¶ Viderūt īſulares & timuerūt,extrema ter
ræ obſtupuerūt, appropinquauerūt,& uene
6 runt. ¶ Vnuſquiſq; proximo ſuo auxiliabi-
tur,& fratri ſuo dicet,cōfortare,et cōforta-
uit faber lignarius aurificē mollificantē mal
leū ad percuſſionē bracteariū ſuper incudinē
dicēs aurifici,cōiūctio bracteariū bona eſt,&
cōfortauit ſingulā car̄ clauis,ne moueatur.
7 ¶ Et tu Iſraël ſerue mi,Iahacób, quia elegi
8 te ſemē Abrahám q dilexit me. ¶ Quia app̄
hēdi te,ab extremis terræ,& à principijs ei'
uocaui te, et dixi tibi, ſeru' me' es tu. Elegi
9 te,& nō abieci te. ¶ Ne timeas,q a tecū ſum.
Ne terrearis, quia ego deus tuus roboraui
te,īſuper auxiliatus ſum tibi ,inſuper ſuſce-
10 pi te dextera iuſtitiæ meæ. ¶ Ecce pudore af
ficiētur,& erubeſcēt oēs qui iraſcūf cōtra te
erūt tanq̄ nihil, & peribūt uiri cōtendētes te
11 cū. ¶ Quæres eos, & nō inuenies eos,uiri q
cōtendūt tecū erunt tāq̄ nihil, et ueluti nihil
12 uiri bellātes cōtra te. ¶ Ego dñs deus tuus
appræhēdēs dexterā tuā dicēſq; tibi. Ne ti
13 meas,ego adiuui te. ¶ Ne timeas uermis Ia
hacób,uiri Iſraël.Ego auxiliatus ſum tibi di
xit domin',& redēptor tuus ſanctus Iſraël.
14 ¶ Ecce poſui te ut trahā,ut tribula noua ha
bēs ora, triturabis montes,et cōminues,col
15 les ſicut quiſquilias pones. ¶ Vētilabis eos
& uētus tollet eos, & turbo diſperget eos.
Et tu exultabis in dño, in ſancto Iſraël lauda
16 bis te. ¶ Egeni,& pauperes quærūt aquas,
& nō ſunt, lingua eor̄ ſiti perijt, ego domi-
nus exaudiā eos, de' Iſraël nō derelinquā eos.
17 ¶ Aperiā in excelſis flumina,& ī medio cā-
por̄ fōtes.Ponā deſertum in ſtagnum aqua-
rū, & terram ſolitudinis in exitus aquarum.
18 ¶ Dabo in ſolitudine cedrum, & ſittáh ge
nus cedri optimæ,& myrthū & arborē pinū.
Ponam in deſerto abietem,ulmum, & buxū
19 pariter. ¶ Vt uideant,& ſciāt,& ponāt , &
intelligāt pariter,quia manus dñi fecit hoc,
20 & ſanctus Iſraël creauit illud . ¶ Appropin
quate iudiciū ueſtrū dicit dñs. Accedere fa-
21 cite fortes ueſtros, dicit rex Iahacób. ¶ Ac
cedant,& nuncient nobis accidētia futura,
priora quæ fuerunt uūciate,& ponemus cor
noſtrū,& ſciem' nouiſſima eorū,uel quæ fu-
22 tura ſunt facite audire nos . ¶ Annūciate q̄
uentura ſunt in poſterū,& ſciemus quod dij
eſtis.Ampli' benefaciatis & malefaciatis,&
23 narrabim',et uidebimus ſimul. ¶ Ecce eſtis
ex nihilo,& opus ueſtrū ex nihilo,uir abomi
24 nabilis eliget uos. ¶ Suſcitaui ab aquilone,&
ueniet,ab ortu ſolis uocabit nomē meum &
ueniet ſuper principes ſicut lutū, & ſicut fi-
25 gul' cōculcabit lutū. ¶ Quis annūciauit ab
exordio,& ſciemus,& à pricipio, & dicem'
q̄ eſt iuſt'?Etiā nō eſt q annūciet,etiā nō eſt q
audire faciat , etiā nō eſt q audiat ſermōes ue
26 ſtros. ¶ Prim' q ueniet ad Siión dicet,ecce,
27 ecce ipſi,& Ieruſalaī euāgeliſtā dabo. ¶ Et
uidebo,& nō erit qſpiā qui ſciat aliqd,& ex
iſtis nō erit conſiliator . Et interrogabo eos,
28 & non reſpondebunt uerbū, ¶ Ecce omnes
ſunt uanitas,nihil opera eor̄, uentus et ina-
ne conflatilia eorum.

Capitulū.42.

1 ECce ſeruus meus innitar ei,electus
me' cōplacuit anima mea,dedi ſpi
ritum meū ſuper eū, iudiciū genti
2 b' exire faciet ī lucē. ¶ Nō clama
bit,et nō eleuabit,neq; audire faciet foris uo
3 cē ſuā. ¶ Calamū fere quaſſatū,ñ cōteret et
linū fere extictū ñ extīguet. Ad ueritatē edu
4 cet iudiciū. ¶ Nō obſcurabif, & nō coquaſ
ſabit donec pōat habitatorib' terræ iudiciū,
5 et legem eius īſulares expectabūt . ¶ Sic di
xit deus dñs creans cœlos, & extendēs eos,
expandēs terrā, & germina eius, dans ani-
mū populo qui eſt ſuper eam, & ſpiritū am-
6 bulātibus per eā. ¶ Ego dñs uocaui te in iu
ſtitia,& appræhendā manum tuam,& cuſto
diā te,& dabo te in fœdus populi ī lucē gēti
7 bus. ¶ Vt aperias oculos cæcos,ut educas è
carcere uinctū,è domo carceris ſedentes ī te
8 nebris. ¶ Ego dñs.Hoc eſt nomē meum , &
gliam meā alteri nō dabo:& laudē meā ſcul-
9 ptilib'. ¶ Priora ecce uenerūt,& noua ego
annuncio, anteq̄ oriantur , audire faciā uos.
10 ¶ Cantate domino canticum nouum ,laus
eius ab extremo terræ. Deſcendentes in ma
re,& plenitudo eius, inſulæ, & habitatores

11 carum. ¶ Leuabunt uocē, deſertū & ciuita-
tes eius, uillæ i qbus habitabit congregatio
Chedár, laudabūt habitatores arciū, de uer
12 tice montiū clamabunt. ¶ Ponēt dño glīam
13 & laudē eius in inſulis nūciabunt. ¶ Domi
nus ſicut fortis egredieť, ſicut uir bellicoſus
ſuſcitabit zelū, clamabit iſuper, exclamabit
14 ſuper inimicos ſuos roborabit ſe. ¶ Tacui à
ſæculo, ſilebo, continebo me, ſicut parturiēs
15 clamabo, deſolabo, & abſorbebo ſil'. ¶ De
ſolare faciā montes, & colles, & oēm herbā
eorū ſiccare faciā. Et ponā flumina in iſulas,
16 & ſtagna ſiccare faciā. ¶ Et ambulare faciā
cæcos per uiā quā non nouerūt, per ſemitas
quas non cognouerūt calcare faciā eos. Po-
nā tenebras añ eos i lucē, & praua i rectum.
17 Hæc uerba feci eis, & nō dereliq eos. ¶ Cō
uerſi ſūt retrorſū, ꝓpudore afficiãť, pudore q
fidūt ſculptili, qui dicūt conflatili eſtis dij no
18 ſtri. ¶ Surdi audite, & cæci uiſum recipite
19 ad uidēdū. ¶ Quis eſt cæc' niſi ſeru' meus,
& ſurdus niſi quē ſicut angelū meum mittā?
Quis cæcus ſicut perfectus, & cæcus ſicut
20 ſeruus dñi? ¶ Nō prodeſt uidere multa niſi
cuſtodias, nec aperire aures niſi ſit q audiat.
21 ¶ Dñs uoluit ꝓpter iuſtitiā ſuā. Magnifica
22 bit legē, & roborabit. ¶ Et ipſe popul' præ
dā paſſus, & direptus, quos eorū iuuenes ca-
pere faciebāt i ſpeluncis oēs, & i domib' car-
cerū in qbus latitabāt fuerūt in rapinā, & nō
erat q erueret, i direptionē, & nō erat q dice
23 ret, redde. ¶ Quis in uobis aurib' percipiet
hoc, attendere faciet, & audiet qd' erit i po-
24 ſterū? ¶ Quis dedit in direptionē Iahacób,
& Iſraél prædātibus? Nōne dñs, cui peccaui
mus? Noluerūt in uijs ei' ambulare, & nō pa
25 ruerūt legi eius. ¶ Et effudit ſup eū irā furo
ris ſui, & fortitudinē belli, & inflāmauit illū
in circuitu, & non cognouit, & ſuccēdit eū,
& non poſuit ſuper cor.

Capitulū. 43.

1 ET nunc ſic dixit dñs, creans te
Iahacób, & formans te Iſraél,
Ne timeas, quia redemi te, uo-
caui nomen tuum, meus es tu.
2 ¶ Cū trāſieris per aquas, te-
cum ero, & flumina non ope-
riēt te. Cū ābulaueris ꝑ ignē, nō cōbureris,
3 & flāma nō ardebit i te. ¶ Quia ego dñs de
us tu' ſanct' Iſraél ſeruator tuus dedi preciū
4 tuū Aegyptū, Ch', & Sebá ꝓ te. ¶ Ex quo
precioſus fuiſti in oculis meis, glorioſus fui
ſti, & ego dilexi te, dabo hominem pro te, &
5 populos pro anima tua. ¶ Ne timeas, quia
ego tecum ſum. Ab oriēte adducā ſemē tuū,
6 & ab occidēte congregabo te. ¶ Dicā aqlo
ni, da, et auſtro, ne ꝓhibeas. Affer filios meos
de longinquo, & filias meas ab extremo ter
7 ræ. ¶ Oīs qui uocať nomine meo ad gloriā
8 meā creaui eū, formaui eū, etiā aptaui. ¶ Di
xi ꝙ educerē populū cæcū, & oculi ſūt ei, &
9 ſurdos, & aures eis ſunt. ¶ Omnes gētes cō
gregauerūt ſe pariter, & collegerūt ſe popu
li. Quis inter eos annūciabit hoc, & pria au-
dire faciēt nos? Dent teſtes eorū, & iuſtificēt
10 ſe, & audiāt, & dicāt ueritatē. ¶ Vos teſtes
mei dixit dñs, & ſeruus me' quē elegi, ut ſcia
tis, & credatis mihi, & itelligatis quod ego
— ipſe ſum. Añ me nō eſt formatum quidpiam
11 à deo alio, ēt poſt me nō erit. ¶ Ego ego do
12 min', & non eſt præter me ſeruator. ¶ Ego
annunciaui, & ſeruaui, & auditū feci, & non
fuit in uobis alienus. Et uos teſtes mei dixit
13 dominus, & ego deus. ¶ Etiam à die ego ip
ſe ſum, & non eſt q de manu mea eruat. Ope-
14 rabor, & qs redire faciet illud? ¶ Sic ut di-
xit dominus redemptor ueſter ſanctus Iſraél
propter uos miſſus ſum in Babél, & deſcēde
re faciam fugitiuos uniuerſos ipſos, & Chaſ
15 dím quorum in nauibus eſt clamor. ¶ Ego
dominus ſanctus ueſter, creans Iſraél rex ue
16 ſter. ¶ Sic dixit dñs, qui dat in mari uiā, &
17 in aquis uehemētibus ſemitā. ¶ Qui educit
currū & equū, exercitū, & robuſtū, pariter
obdormiēt, nec ſurgēt, extinxerūt ſe, ſicut li
18 nū extinxerunt ſe. ¶ Ne memineritis prio-
19 rum, & antiqua ne intueamini. ¶ Ecce ego
facio nouum, nunc orieť. Nōne cognoſcetis
illud? Inſuper ponā i deſerto uiā, i ſolitudine
20 flumina. ¶ Glorificabit me beſtia agri, dra
cones & filiæ ſtruthionis, quia dedi in deſer
to aquas: flumina i ſolitudine: ut potū darem
21 pplo meo, electo meo. ¶ Populū iſtū forma
ui mihi, laudē meā narrabūt, & nō me inuoca
22 ſti Iahacób, qa laboraſti in me Iſraél. ¶ Non
adduxiſti mihi pecus holocauſtorū tuorū, &
uictimis tuis non glorificaſti me. Non ſeruire
feci te i oblatione, nec laborare feci te in ſuf
23 fimēto. ¶ Non emiſti mihi argento calamū
aromaticū, & adipe uictimarum tuarū nō ine
briare feciſti me. Verumtñ ſeruire feciſti me
ꝓpter peccata tua, laborare feciſti me ꝓpter
24 iniqtates tuas. ¶ Ego ego ipſe deleo ꝑuaa-
ricationes tuas ꝓpter me, & pctōrū tuorum
25 non recordabor. ¶ Memorare fac mihi, ſi-
mus in iudicio ſil'. Narra tu, ut iuſtifices, te.
26 ¶ Pater tuus primus peccauit, & pñcipes
27 tui præuaricati ſunt contra me. ¶ Et occidā
pñcipes ſctitatis, & dabo occiſioni Iahacób,

& Iſraël in opprobria.

Capitulum .44.

1 ET nunc audi Iahacób ſerue mi, &
2 Iſraël quē elegi. ¶ Sic dixit dñs
magnificās te, & formās te ab ute
ro, auxiliabit̃ tibi. Ne timeas ſer-
3 ue mi Iahacób, & o recte quē elegi. ¶ Quia
effundā aquas ſup ſitiētem, & fluenta ſuper
aridam. Effundā ſpm̃ meū ſuper ſemē tuum,
& benedictionem meam ſuper germina tua.
4 ¶ Et germinabunt iter herbā, ſicut ſalices
5 iuxta riuulos aquarum. ¶ Iſte dicet, dñi ego
ſum, & iſte inuocabit in noīe Iahacób. Et iſte
ſcribet manu ſua dño, & noīe Iſraël cogno-
6 minabit ſeipſum. ¶ Sic dixit dñs rex Iſraël,
& redēptor eius dñs exercituū. Ego primus,
& ego nouiſſimus, & præter me non ē de⁹.
7 ¶ Et quiſquis ē ſicut ego ſum, uocet præteritū,
& annunciet illud, & ordinet illud mihi. Ex
quo poſui mihi populum mūdi, & quæ pau-
lo poſt ſunt uētura, & quæ futura ſunt i lon-
8 go poſt tēpore nunciēt eis. ¶ Ne timeatis,
& ne formidetis. Nōne ex eo tēpore audire
feci te, & annūciaui, & uos teſtes mei, an ſit
de⁹ præter me, & nō eſt fortis, quē nō noue
9 rim? ¶ Artifices ſculptilis, oēs ipſi uanitas
& concupiſcibilia eorum, non pderunt. Et te-
ſtes eorum ſūt, qd̕ nō uidebūt, neq; cognoſcēt,
10 ut pudore afficiātur. ¶ Quis formauit deū,
11 & ſculptile conflauit, nō proderit? ¶ Ecce
oēs ſocij eius pudore afficietur, & artifices
ipſi ſunt ex hoibus, conuenient oēs ipſi, ſta-
12 bunt, pauebunt pudore afficiēt ſimul. ¶ Fa
ber ferrarius dolabra operabitur prunis, &
malleis figurabit illud, & operabit brachio,
i fortitudine ſua etiā famelic⁹, & donec ſint
13 uires, nō bibet aquā, & laſſus erit. ¶ Faber
lignarius extendit lineā, formabit illud filo
phœnicio, faciet illd̕ dolabris, & circino fi-
gurabit, & faciet illd̕ ad imaginē uiri ſcd̕m
14 gliam hoīs ad inhabitādū domū. ¶ Ibit ad
ſuccidēdū ſibi cedros, & tollet ilicē, & quer
cum, & roborabit ſe ut quærat meliora īter
ligna ſyluæ, plātabit pinū, & pluuia nutriet
15 eā. ¶ Et erit homini ad cōburēdū, & ſumet
ex eis, & calefaciet ſe etiam ſuccēdet, & co-
quet panē, etiā operabit̃ deū, & incuruabit
ſe, faciet illud ſculptibile, & icuruabit ſe ei.
16 ¶ Medium eius cōburet igni, & ſup mediū
eius carnē comedet. Aſſabit aſſaturā, & ſatu
rabit̃, etiam calefaciet ſe, & dicet euge. Ca
17 lefeci me, uidi focum. ¶ Reſiduum autem
eius in deū faciet in ſculptile ſuum, incurua-
bit ſe ei, & adorabit, & orabit eū, & dicet, li
18 bera me qa de⁹ me⁹ es tu. ¶ Non cognoue-
runt neq; intellexerūt, qa de⁹ cōplanauit, ut
nō uideāt, oculos eorum, nō in itelligat corda
19 eorum. ¶ Et non reducet prædicta ad cor ſuū
nec ſcientiam, neq; intelligentiā habet dicen-
do. Dimidiū eius cōbuſſi igni, & etiam coxi
ſuper carbones eius panem. Aſſaui carne, &
comedi, & reliquū eius pro abominatione
20 faciā, trūco ligni icuruabo me. ¶ Paſcit ci-
nerem, cor ſeductū declinare fecit eū, & non
liberabit aīam ſuā, nec dicet. Nonne feci mē
21 dacium dextera mea? ¶ Memēto horum Iaha
cób, & Iſraël, qm̃ ſeruus meus es tu, forma-
ui te, ſeruus meus es tu Iſraël, ne obliuiſca-
ris mei. Deleui ut nubē puaricationes tuas,
& ueluti nubem peccata tua. Reuertere ad
22 me, quia redemi te. ¶ Laudate cœli, qm̃ fe-
cit dñs. Iubilate iferiora terræ, clamate mon
tes laudationē, ſylua, & oīs arbor quæ eſt in
ea, qm̃ redemit dñs Iahacób, & i Iſraël glo-
23 riabit̃. ¶ Sic dixit dñs redemptor tuus, &
plaſmator tuus ex utero. Ego dñs faciēs oia,
extendens cœlos ſolus, expandens terram,
24 mea potētia. ¶ Diſſipat deus ſigna menda
cium, & diuinos inſanire facit. Cōuertit ſa-
piētes retrorſum, & ſciām eorum ſtultā facit.
25 ¶ Suſcitat uerbū ſerui ſui, & conſilium an
gelorum ſuorū complet. Qui dicit ad Ieru-
ſalaim, habitabitur ad ciuitates Iehudah,
ædificabuntur, & deſerta eius ſuſcitabo.
26 ¶ Qui dicit profundo, ſicca te, & flumina
27 tua ſiccare faciam. ¶ Qui dicit ad Chóres,
paſtor meus, & oēm uoluntate meā comple
bit dicendo ipſi Ieruſalaim, ædificabitur, &
templo, fundabitur.

Capitulum .45.

1 SIc dixit dñs Chriſto ſuo Chóres,
cui⁹ apprehēdi dexterā, ut expā
dā corā eo gētes, & lumbos regū
diſſoluā, ut aperiam coram eo ia-
2 nuas, & portæ nō claudent̃. ¶ Ego āte ibo,
& tortuoſa dirigā, ianuas æreas conterā, &
3 uectes ferreos cōcidam. ¶ Et dabo tibi the-
ſauros q ſūt i locis tenebroſis, & theſauros
abſconditos, ut ſcias qd̕ ſum dñs, qui uoco
4 nomē tuū, de⁹ Iſraël. ¶ Propter ſeruū meū
Iahacób, & Iſraël electū meū, uocaui te noīe
tuo, cognominaui te, & non cognouiſti me.
5 ¶ Ego dñs & nō eſt āpli⁹, pter me nō ē de⁹.
6 Accinxi te, & nō cognouiſti me. ¶ Vt ſciāt
ab ortu ſolis, & ab occidēte, qd̕ nō ē præter
7 me. Ego dñs, & non ē āpli⁹. ¶ Formās lucē,
& creans tenebras, faciēs pacē, & creās ma
8 lū. Ego dñs faciens oia hæc. ¶ Stillate cœli
deſup, & cœli ſtillēt iuſtitiā. Apiat ſe terra, &
fructificēt ſal⁹, & iuſtitia, quas germinare fa

9 ciet terra ſimul, ego dñs creaui eũ. ¶ Væ cõ
tẽdẽti cũ plaſmatore ſuo, teſtæ cũ teſtis ter-
ra? Nunqd dicet lutũ figulo ſuo, qd facis, &
10 operi tuo non ſunt manus? ¶ Væ q dicit pri
11 qd generas, & mulieri, qd parturis? ¶ Sic
dixit dñs ſanctus Iſraél, & plaſmator eius.
Quæ uētura ſunt ĩterrogate me ſup filios
meos, & ſup opus manuũ meaꝝ præcipietis
12 mihi? ¶ Ego feci terrã, & hoiem ſuper eam
creaui ego. Man' meæ tetẽderunt cœlos, &
13 omni exercitui eorum præcepi. ¶ Ego ſu-
ſcitaui eũ in iuſtitia, & oẽs uias ei' dirigam.
Ipſe ædificabit ciuitatẽ meã, & captiuitatẽ
meam dimittet, non precio, nec munere, di-
14 xit dñs exercituum. ¶ Sic dixit dñs, labor
Aegypti, & negociatio Chús, & Sebaím,
uiri menſuræ magnæ ſup te trãſibunt, & tui
erunt, poſt te ambulabunt. In compedibus
trãſibunt, & tibi incuruabunt ſe, teq; depre
cabunt. Tãtum in te eſt deus, & non eſt am-
15 plius, nõ eſt deus. ¶ Vere tu es deus abſcõ
16 dens te, deus Iſraél ſaluator. ¶ Pudore affi
cieut, & etiã erubeſcẽt omnes ipſi ſimul. Abí
erunt cum pudore fabricatores ſculptilium.
17 ¶ Iſraél ſaluatus eſt in dño ſalute ſæculo-
rũ. Nõ pudore afficiemini, neq; erubeſcetis
18 uſq; in ſæcula ſæculi. ¶ Quia ſic dixit domí
nus creans cœlos. Ipſe deus formans terrã,
& faciẽs eam, ipſe præparauit eam. Non in-
uanum creauit eam, ad habitandum forma-
uit eam. Ego dominus, & non eſt amplius.
19 ¶ Non in abſcondito locutus ſum, in loco
terræ tenebrarum. Non dixi ſemini Iahacób
in uanum quærunt me. Ego domin' loquẽs
20 iuſtitiam, annuncians recta. ¶ Congregate
uos, & uenite, & accedite ſimul abiecti gen
tium. Non cognouerunt qui ferunt lignum
ſculptilis ſuis, & orãt deum qui non ſeruat.
21 ¶ Annunciate, & accedere facite inſuper
conſiliamini ſimul. Quis audire fecit hoc ab
initio, ex eo tẽpore quo nunciauit illud? Nõ
nę ego dominus, & non eſt ultra deus præ-
ter me? Deus iuſtus, & ſaluans, non eſt præ-
22 ter me. ¶ Conuertimini ad me, & ſalui eri-
tis omnes fines terræ, quia ego deus, & non
23 eſt amplius. ¶ Per me iuraui. Quod egreſſũ
eſt de ore meo in iuſtitia, uerbum non reuer
tetur, quia mihi curuabit omne genu, iura-
24 bit omnis lingua. ¶ Verũtamẽ per dñm mi-
hi dixit dominus. Homo habens iuſtitias, &
fortitudinẽ uſq; ad eum ueniet, & iurabit,
pudore afficientur oẽs q indignant in eum.
¶ In domo iuſtificabũt ſe, & laudabunt ſe
oẽs ſemen Iſraél.

¶ Capitulum. 46.

1 CVruauit ſe Bel, incuruauit ſe
Nebó, fuerũt ſimulachra eoꝝ de
2 lata beſtijs, et iumẽtis. ¶ Quæ
uos ferebant onerata erãt one
re nimio, adeo ut laſſarentur.
Curuarunt ſe, incuruauerunt
ſe ſimul, & nõ potuerunt eruere ſe ab onere,
3 & anima eoꝝ in captiuitatẽ iuit. ¶ Audite
me domus Iahacób, & omne reſiduũ dom'
Iſraél, qui portamini ab utero, & qui geſta-
4 mini à uulua. ¶ Et uſq; ad ſenectã ego ipſe,
& uſq; ad caniciẽ ego portabo. Ego feci, &
5 ego ferã, & ego portabo & eruã. ¶ Cui aſ-
ſimilabitis me, & adæquabitis, & cõparabí
6 tis me, & aſſimilabor? ¶ Qui abire faciunt
aurũ de loculo, & argẽtũ calamo ponderãt,
mercede cõducẽt aurificem, & faciẽt ex illo
7 deũ, procident, etiã incuruabũt ſe. ¶ Por-
tabunt illũ ſuper humerũ, geſtabunt eũ, &
ponent illũ in loco ſuo, & ſtabit, de loco ſuo
nõ mouebit ſe. Inſuper clamabit ad eũ, & nõ
reſpõdebit, de tribulatione eius nõ ſeruabit
8 eum. ¶ Memẽtote hui', & roborate uos, re
9 ducite præuaricatores ſuper cor. ¶ Recor
damini priorũ quæ ſunt à ſæculo, qm̃ ego de
us, & non eſt ultra deus, & non eſt ſicut ego.
10 ¶ Annũcians ab exordio nouiſſimũ, & ab
initio, quæ nõ ſunt facta, dicẽs, conſiliũ meũ
ſtabit, & omnẽ uoluntatẽ meam faciã.
11 ¶ Vocãs ab oriẽte auẽ de terra lõginqua ui
rũ cõſilij mei, etiã locut' ſum, ẽt adducã illď,
formaui, etiam faciam illud.

Capitulũ. 47.

1 AVdite me duri corde, qui lõge
2 eſtis à iuſtitia. ¶ Appropinqua
re feci iuſtitiã meã, nõ elõgabit
ſe, & ſal' mea nõ morã faciet, &
dabo in Sióu ſalutẽ, & Iſraéli
3 gliam meã. ¶ Deſcẽde, & ſede ſup puluerẽ
uirgo filia Babél, ſede in terra, no erit ſoliũ
o filia Chaſdím, q a nõ addẽt ut uocẽt te tene
4 rã, & delicatã. ¶ Tolle molã, & moli farinã.
Denuda cicinos tuos, diſcoopi plãtas, dete-
5 ge crura, trãſi flumia. ¶ Reuelabit turpitu
do tua, ẽt uidebit opprobriũ tuũ, ultionẽ ca
6 piã, & nõ occurrã tibi ſicut hoïes alij. ¶ Re
dẽptor nr̃ dñs exercituũ nomẽ ei', ſctũs Iſrl'.
7 ¶ Sede, tace, et ĩtra ĩ tenebras filia Chaſdi
8 q a ñ addẽt ut uocẽt te dñam regnoꝝ. ¶ Ira
tus ſũ cõtra ppl'm meũ, cõtaminaui hęredita
tẽ meã, et dedi eos ĩ manu tua, nõ poſuiſti eis
mĩas, ſup ſenẽ aggrauaſti iugũ tuum ualde.
9 ¶ Et dixiſti, ĩ ſæclm ero dña, adeo ut ñ pone
res hæc ſup cor tuũ, neq; recordareris nouiſ
10 ſimi tui? ¶ Et nũc audi hoc delicata q̃ hitas

cōſidēter, q̄ dicis i corde tuo. Ego ſū, & n̄ ē p̄
ter me ap̄liꝰ. Nō ſedebo uidua, nec cognoſcā
11 orbitatē. ¶ Et ueniēt tibi duo hæc ſubito
eodē tēpore ſterilitas, & orbitas, cum perfe
cta fuerint ipſa mala uenient ſuper te ꝓpter
multitudinē maleficiorū tuorū, ꝓpter forti
tudinē incantatorū tuorum uehemētem.
12 ¶ Et fidiſti malitiæ tuæ, dixiſti, nō eſt q ui-
deat me. Sapiētia tua, & ſcia tua hæc rebel-
lare fecit te. Et dixiſti in corde tuo, ego ſum,
13 & non eſt præter me ultra. ¶ Et ueniet ſup
te dies mala, non ſcies lucē eius, & cadet ſu-
per te contritio quā non poteris remouere,
& ueniet ſuper te repente deſolatio, & non
14 ſcies ¶ Sta nunc cū incantationibus tuis,
& cum multitudine maleficiorū tuorum in
quibꝰ, laboraſti ab adoleſcentia tua, ſi forte
15 poſſis proficere, ſi forte robores te. ¶ Labo
raſti, fatigata es in multitudine conſiliorum
tuorū. Stent nūc, & ſeruent te ſpeculātes cœ
lum, qui cōtemplant̄ ſtellas, cognoſcere fa-
ciūt mēſes, ab ijs quæ uentura ſunt ſuper te.
16 ¶ Ecce fuerūt, tanq̄ ſtipula, ignis cōbuſſit
eos. Nō liberabūt aīam ſuā de manu flāmmę.
Non eſt pruna ad calefaciēdum ſe, nec ignis
17 ad ſedendum coram eo. ¶ Sic fuerūt tibi ij
in qbꝰ laboraſti. Negociatores tui ab adole-
ſcētia tua, unuſq̄ſq̄ ad latꝰ ſuū errauerūt,
nō ē q ſeruet te. Capitulū. 48.

1 AVdite hoc domꝰ Iahacób, qui
uocatis uos nomine Iſraél, &
de aquis Iehudáh exierūt, qui
iurant per nomen dn̄i, & per
deum Iſraél iurare faciunt, nō
2 in ueritate, nec in iuſtitia. ¶ De ciuitate em̄
ſanctitatis uocauerūt ſe, & deo Iſraél innixi
3 ſunt. Dn̄s exercituum nomen eius. ¶ Prio-
ra ex eo tempore annunciaui, & ex ore meo
exierunt, & audire feci ea. Repente feci, &
4 uenerunt. ¶ Iam noui, quod durus es, & ut
neruꝰ ferreus ceruix tua, & frons tua ut æs.
5 ¶ Et annunciaui tibi ex eo tempore, anteq̄
ueniret audire feci te, ne forte diceres, idolū
meū fecit ea, & ſculptile meum, & conflati-
6 le meū præcepit ea. ¶ Audiſti, uide totum
hoc, & uos nonne annūciabitis? Audire feci
te noua ex hoc tp̄e, & cōſeruata apud me, &
7 nō ſciuiſti ea. ¶ Nunc creata ſunt, & nō ex
eo tēpore, & ante diē hunc nō audiſti ea. Ne
8 forte diceres, ecce cógnoui ea. ¶ Etiam nō
audiſti, etiā non cognouiſti, etiā ex eo tēpo-
re nō fuit apta auris tua. Noui em̄ qđ præua
ricando præuaricabis, & præuaricator ab
9 utero uocatus es. ¶ Propter nomē meū elō
gabo furorē meū, & ꝓpter laudē meā ꝓlon-
gabo irā meā tibi, ut nō ſuccidere faciā te.
10 ¶ Et ecce purgaui te, & nō tāq̄ argētū, ele
11 gi te i camino afflictiōis. ¶ Propter me, ꝓ-
pter me faciā, quō enim eſſet pollutū nomen
12 meū, & gloriā meā alteri nō dabo? ¶ Audi
me Iahacób ſerue, & Iſraél uocatꝰ à me. Ego
13 ipſe, ego primꝰ, etiā ego nouiſſimꝰ. ¶ Manꝰ
quoq̄ mea fundauit terram, & dextera mea
14 mēſa ē cœlos. Voco eos, ſtabūt ſimul. ¶ Cō
gregate uos oēs, & audite, quis īter eos an-
nūciabit iſta? Dn̄s dilexit eū, faciet uolūtatē
eiꝰ in Babél, & brachiū eius erit ī Chaſdím.
15 ¶ Ego ego locutꝰ ſum, ēt uocaui eū, adduxi
16 eū, & ꝓſpabit̄ uia eiꝰ. ¶ Appropiquate ad
me. Audite hoc, nō à principio ī abſcōdito lo
cutꝰ ſum. A tēpore quo fuit ipſa ꝓphetia, ibi
eram, & nūc dn̄s deus miſit me, & ſpūs eius.
17 ¶ Sic dixit dn̄s redēptor tuꝰ ſanctus Iſraél.
Ego dn̄s, deꝰ tuꝰ docēs te, ut ꝓſim tibi faciēs
18 ambulare te in uia p̄ quā ambulas. ¶ Vtinā
attendiſſes ad mandata mea, & fuiſſet ſicut
flumē pax tua, & iuſtitia tua ſicut fluctꝰ ma
19 ris. ¶ Et fuiſſet uelut harena ſemen tuū, &
filij uteri tui ſicut lapilli eius. Nō excidet̄, &
20 non diſſipabit̄ nomē eiꝰ à facie mea. ¶ Egre
dimini de Babél, fugite à Chaſdím, in uoce
clamoris ān̄ūciate, audire facite hoc, efferte
illud uſq̄ ad extremū terræ. Dicite, redemit
21 dn̄s ſeruū ſuū Iahacób. ¶ Nō ſitierūt, p̄ de-
ſerta ābulare fecit eos, aquas de petra fluere
fecit eis, & ſcidit petrā, & fluxerunt aquæ.
22 ¶ Non eſt pax (dixit dominus) impijs.
Capitulum. 49.

1 AVdite iſulares me, & attēdite po-
puli de longe. Dn̄s ab utero uoca
uit me, de uentre matris meæ me
2 morare fecit nomē meū. ¶ Et po
ſuit os meū, ſicut gladiū acutū, in umbra ma
nus ſuæ abſcondit me. Et poſuit me ut ſagit
3 tā terſā, in pharetra ſua abſcōdit me. ¶ Et
dixit mihi, ſeruꝰ meꝰ es tu Iſraél, quia ī te glo
4 riabor. ¶ Et ego dixi, in uacuū laboraui. In
aniter, & uane fortitudinē meā conſumpſi,
uere iudiciū meū ē cum dn̄o, & opus meū cū
5 deo meo. ¶ Et nunc dixit dn̄s formans me
ex utero ſeruū ſibi. Vt reducam Iahacób ad
eum, & Iſraél nō congregabit ſe, & glorio-
ſus ero in oculis dn̄i, & deus meus fuit forti
6 tudo mea. ¶ Et dixit, leue eſt, ut ſis mihi ſer
uus ad ſuſcitādū tribꝰ Iahacób, & deſolatos
Iſraél ad cōuertēdum, & dedi te i lucē gen-
tiū, ut ſis ſalus mea uſq̄ ad extremū terræ.
7 ¶ Sic dixit dominus redemptor Iſraél, ſan
ctus eiꝰ, ad contēptibilē aīam, ad abomina-
tā gentē, ad ſeruū dn̄orū. Reges uidebūt, &

ſurgēt principes, & incuruabunt ſe ꝓpter do
minū, quia fidelis ē, ſanctū Iſraél, & elegit te.
8 ¶ Sic dixit dominus. In tpe placito exaudiui
te, & in die ſalutis auxiliat⁹ ſum tibi, & conſer
uabo te, & dabo te in fœdus populi ad ſuſcitā
dum terrā, ad hæreditare faciendum hæredita
9 tes deſolatas. ¶ Ad dicendū uinctis, exite, &
his qui in tenebris ſūt manifeſtate uos. Super
uias paſcētur, & in omībus locis excelſis erunt
10 paſcua eorum. ¶ Non eſuriēt, neq; ſitient, &
non percutiet eos æſtus, nec ſol: quia miſera-
tor eoꝝ ducet eos, & ad fontes aquarū ducet
11 eos. ¶ Et ponā in omnibus montib⁹ meis uiā,
& ſemitæ meæ exaltabūtur. Ecce iſti à longin-
quo uenient, & ecce iſti ab aquilone, & occi-
12 dente, & iſti de terra Siním. ¶ Laudate cœli,
& exulta terra, & cantate montes laudē, quia
conſolatus eſt dn̄s populū ſuum, & pauperum
13 ſuoꝝ miſerebitur. ¶ Dixit Siión. Dereliquit
14 me dominus, & domin⁹ oblit⁹ eſt mei. ¶ Nū-
quid obliuiſcetur mulier infantis ſui, ut nō mi
ſereat̃ filij uteri ſui? Etiā iſtæ obliuiſcētur, ſed
15 ego non obliuiſcar tui. ¶ Ecce in manib⁹ de-
16 ſcripſi te, muri tui corā me ſunt ſemp. ¶ Feſti
nabunt filij tui, diſſipātes te, & deſtruentes te
17 à te exibunt ¶ Leua in circuitu oculos tuos,
& uide, oēs iſti congregauerūt ſe, uenerūt ti-
bi. Viuo ego dixit domin⁹, quia oībus his ue-
lut ornamēto ueſties te, & ligabis eos ut tor-
18 ques collo tuo tanq̃ ſponſa. ¶ Quia deſerta
tua, & ſolitudines tuæ, & terra deſtructionis
tuæ, quia nūc arcta eris propter multitudinem
habitatorum, & elongabunt ſe perdentes te.
19 ¶ Adhuc dicent in auribus tuis filij orbitatū
tuaꝝ. Anguſtus ē mihi loc⁹. Appropinqua, ua
20 de ultra ꝓpter me, & habitabo. ¶ Et dices in
corde tuo. Quis genuit mihi iſtos? Et ego ſum
orbata, & ſolitaria, tranſmigrata, & recedēs,
& iſtos quis educauit? Ecce ego remanſi ſola,
21 iſti unde ſunt? ¶ Sic dixit dominus de⁹. Ecce
leuabo ſuper gentes manū meam, & ſuper po
pulos exaltabo uexillū meum, & afferēt filios
tuos in ulna, & filiæ tuæ ſuper humerum por-
22 tabuntur. ¶ Et erunt reges nutricij tui, & re-
ginæ eorum nutrices tuæ. Proni in terra incur
uabunt ſe tibi, & puluerē pedum tuorum lin-
gent, & ſcies qđ ſum dominus, quia nō pudo
23 re afficientur ſperātes in me. ¶ Nūquid tolle
tur à forti præda: & num captiuitas iuſta eua-
24 det? ¶ Quia ſic dixit dn̄s. Etiā captiuitas for
tis tollet̃, & præda robuſti euadet, & iudices
25 tuos, iudicabo, & filios tuos ſeruabo. ¶ Et co
medere faciam ſpoliantes te carnem ſuam, &
tanq̃ muſto ſanguine ſuo inebriabunt ſe. Et
ſcient omnis caro qđ ego dominus ſeruo te, et
ꝙ redemptor tuus eſt fortis Iahacób.

Capitulum. 50.

1 SIc em̄ dixit domin⁹. Quis eſt iſte li-
ber repudij matris ueſtræ, quam di
miſi, aut q̇ ſunt creditores mei qui-
bus uēdidi uos? Ecce ꝓpter iniqui-
tates ueſtras uenditi eſtis, & ꝓpter ſcelera ue-
2 ſtra dimiſſa eſt mater ueſtra. ¶ Cur ueni, &
nō erat quiſpiam, uocaui, & non erat q̇ reſpō-
deret? Nūquid abbreuiādo abbreuiauit ſe ma-
nus mea à redēptione, non eſt in me potentia
ad eruendū? Ecce increpatione mea ſiccare fa
ciam mare, ponā flumina in deſertū. Compu-
treſcēt piſces eoꝝ eo ꝙ non eſt aqua, et moriē
3 tur ſiti. ¶ Induā cœlos tenebris, & ſaccū po-
4 nam operimentū eoꝝ. ¶ Domin⁹ deus dedit
mihi linguā eruditorum, ut ſciā dicere ipe ſuo
ſitibundo uerbū. Suſcitare faciet ſingulo ma-
ne, ſuſcitare faciet mihi aurem ad audiendum
5 ſicut doctis. ¶ Dominus de⁹ aperuit mihi au
rem, & ego nō fui rebellis, retrorſum nō ſum
6 reuerſus. ¶ Corpus meum dedi percutiētib⁹,
& genas meas uellētibus, faciē meā non abſcō
7 di ab ignominijs & ſputo. ¶ Domin⁹ autē de⁹
auxiliabit̃ mihi. Ideo nō erubui, ideo poſui fa-
ciem meā, ut ſilicē. Et noui qđ non pudore affi
8 ciar. ¶ Iuxta eſt qui iuſtificat me, quis cōten-
det mecū? Stem⁹ ſimul. Quis habet iudicium
9 meū? Accedat ad me. ¶ Ecce domin⁹ de⁹ auxi
liabit̃ mihi? Quis eſt qui impiū faciat me? Ecce
omnes ipſi tanq̃ ueſtimentū ueteraſcēt, tinea
10 comedet eos. ¶ Quis inter uos timēs domi-
nū, audiēs uocē ſerui ſui, qui ambulauit in te-
nebris, & nō eſt ſplēdor ei? Speret in noie dn̄i,
11 & innitat̃ deo ſuo. ¶ Ecce oēs uos accenditis
ignē, accingitis uos ſcintillis, ambulate i foco
ignis ueſtri, & in ſcintillis quas ſuccēdiſtis. De
manu mea fuit hoc uobis, i dolore moriemini.

Capitulum. 51.

1 AVdite me ſequētes iuſtitiā: quærē
2 tes dominū. ¶ Aſpicite ad petrā,
unde exciſi eſtis, & ad ꝑforationē
ciſternæ unde ꝑforati eſtis. Aſpici-
te ad Abrahám patrē ueſtrū, & ad
Sarāh q̄ cōcæpit uos, quia unū uocaui eum, &
3 benedixi ei, & multiplicaui eū. ¶ Quia cōſo-
lat⁹ eſt dn̄s Siión, cōſolat⁹ eſt oēs deſolationes
ei⁹, & poſuit deſertū ei⁹ tanq̃ delitias, & ſoli-
tudinē ei⁹ uelut hortū dn̄i. Gaudiū & lætitia
4 inuenief in ea, grāꝝ actio & uox laudis. ¶ At
tendite ad me popule mi, & gens mea, me au-
dite: quia lex à me exiet, & iudiciū meum in lu
5 cem populoꝝ quieſcere faciā. ¶ Propinqua
eſt iuſtitia mea, egreſſa ē ſalus mea, & brachia
mea populos iudicabunt. Me inſulares expe-

6 ſtabunt,& brachium meū expectabūt. ¶ Le
uate in coelum oculos ueſtros, & uidete terrā
deorſum. Coeli enim ſicut fumus deficient, &
terra ſicut ueſtimētum ueteraſcet, & habitato
res eius ſimul'r interibūt, ſalus autē mea in ſem
piternum erit, & iuſtitia mea non conteretur.
7 ¶ Audite me ſcientes iuſtitiā, populus in quo
rum lex mea eſt corde. Ne timeatis opprobriū
hominum, & opprobria eorum, ne metuatis.
8 ¶ Quia ſicut ueſtimentū comedet eos tinea,
& ſicut lanā deuorabit eos tinea. Iuſtitia autē
mea in ſempiternū erit, & ſalus mea in genera
9 tionē generationū. ¶ Suſcita te, ſuſcita te, in
due te fortitudinē brachiū domini. Suſcita te
ſecundū dies antiquos, ſecūdū gn̄atiões ſæcu
loꝝ. Nōne tu es quæ excidere feciſti Aegyptū,
quæ dolore affeciſti Parhonē qui erat ut dra-
co? Nonne tu es quæ ſiccare feciſti mare, aquā
uoraginis magnæ? Quæ ponere feciſti in pro
10 fundo maris uiā, ut trāſirēt redempti? ¶ Et re
dēpti dn̄i reuertenſ, & uenient in Sion cū lau-
de, & lætitia ſempiterna erit ſup caput eorum.
Gaudiū, et lætitiā tenebūt, & fugiēt dolor, &
11 gemi:? ¶ Ego ego ipſe cōſolor uos. Quæ es
ut timeas ab hoīe q morieſ, et à filio hoīs, qui
12 ſicut hæba dabiſ? ¶ Et oblit' es dn̄i factoris
tui, q tēdit coelos, & fūdat terrā, & formidaſti
iugiter tota die à facie furoris opprimētis, qui
parat ſe ad corrūpeudū. Et ubi eſt furor oppri
13 mētis? ¶ Feſtinauit ligatus, ut ſolueretur, &
nō morietur in fouea, nec deficiet panis eius.
14 ¶ Ego aūt ſum dn̄s deus tuus qui diuiſi ma-
re, & pſonuerūt fluctus ei'. Dn̄s exercituū no
15 men ei'. ¶ Et poſui uerba mea in ore tuo, &
in umbra man' meæ texi te, ut plantes coelos,
& fundes terrā, & dicas ad Siō, ppl's meus es
16 tu. ¶ Suſcita te, ſuſcita te, ſurge Ieruſaláim,
q̄ bibiſti de manu dn̄i calicē furoris ei', fæcem
17 calicis tremoris bibiſti, expreſſiſti. ¶ Non eſt
ductor ei ex oībus filijs quos genuit, & nō eſt
qui appræhēdat manū eius ex oīb' filijs, quos
18 enutriuit. ¶ Duo hæc euenerūt tibi, qs cōdole
bit tibi? Vaſtitas, & contritio, & fames, & gla
19 dius, in quo conſolabor te? ¶ Filij tui defece-
rūt, dormierūt in capite omniū plateaꝝ, ſicut
bos ſylueſtris irreti, pleni furore dn̄i, increpa-
20 tione dei tui. ¶ Idcirco audi nunc hoc pau-
per, & ebria anguſtijs, & non uino. Sic dixit
dn̄s tu' deus, & deus tuus iudicari faciet ppl'm
ſuū. Ecce tuli de manu tua calicē tremoris, fæ-
cē calicis furoris mei. Nō adijcies ut bibas illū
21 ultra. ¶ Et ponā illū in manu depopulantium
te, qui dixerūt animæ tuæ. Incurua te, et trāſi
bimus. Et poſuiſti ut terram corpus tuum, &
ſicut plateam tranſeuntibus.

Capitulum. 52.

1 SVſcita te, ſuſcita te, indue te fortitu-
dinē tuam Siōn. Indue te ueſtimēta
gloriæ tuæ Ieruſaláim ciuitas ſancta,
qa non adijciet, ut ueniat per te ultra
2 incircūciſus & immūdus. ¶ Excute te de pulue
re, ſurge, ſede Ieruſaláim. Solue te à uinculis
3 colli tui captiua filia Siōn. ¶ Sic enim dixit
dn̄s. Gratis uenūdati eſtis, & abſq; argēto eri
4 tis redēpti. ¶ Quia ſic dixit dn̄s de'. In Aegy
ptum deſcēdit ppl's me' in pricipio, ut peregri
5 nareſ ibi, & Aſſúr p nihilo oppreſſit eū. ¶ Et
nunc q̄d mihi hic dixit domin'? Q̄m ablat' eſt
ppl's me' gratis, domi̅tores ei' ululare faciūt
eū dixit dn̄s, & iugiter tota die nomen meum
6 ſperniſ. ¶ Propterea cognoſcet ppl's me' no
men meū, ppterea in die illa, quia ego ipſe qui
7 loquebar ecce adſum. ¶ Quā pulchri ſunt ſu
per mōtes pedes euāgelizantis, audire facien
tis pacē, euangelizātis bonum, audire faciētis
ſalutem, dicentis ad Siōn. Regnauit de' tuus.
8 ¶ Vox ſpeculatoꝝ tuoꝝ leuauerunt uocem,
ſimul laudabūt, quia oculo ad oculū uidebūt,
9 cum cōuerterit domin' Siōn. ¶ Cantate, lau
date ſimul deſerta Ieruſaláim, quia cōſolat' eſt
10 domin' ppl'm ſuū, redemit Ieruſaláim. ¶ De-
nudauit dominus brachiū ſanctū ſuū in oculis
oīm gentiū, & uidebunt om̄es fines terræ ſalu
11 tem dei noſtri. ¶ Recedite, recedite: exite in-
de, pollutum ne tangatis: exite de medio eius,
12 purificate uos q fertis uaſa domini. ¶ Quia
non cum feſtinatione exibitis, & cum fuga nō
ambulabitis, quia ambulat ante uos dominus,
13 & congregat uos deus Iſraél. ¶ Ecce intelli-
get ſeruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, &
14 ſublimis erit ualde. ¶ Quēadmodum admi-
rati ſunt ſuper te multi, ſic corrupt' eſt præ ui-
ro aſpectus eius, & forma eius præ filijs homi-
15 num. ¶ Sic aſperget gentes multas, ſup eum
claudent reges os ſuum, quia ij (quibus nō eſt
narratum) uiderunt, & qui non audierunt in-
tellexerunt.

Capitulum. 53.

1 QVis credidit auditui nr̄o, et bra-
chium domini cui reuelatū eſt?
2 ¶ Et aſcēdit ſicut uirgultum co
rā eo, & ſicut radix de terra de-
ſerti. Non eſt forma ei, neq; de-
cor. Et uidimus eū, & non erat aſpectus, & de-
3 ſiderauimus eum. ¶ Deſpect' eſt, & abiectus
inter uiros & uir dolorum, & expert' infirmi
tatem, & abſcondebamus faciem ab eo, deſpe
4 ctus, & nō reputauimus eum. ¶ Vere lāguo-
res noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros porta
uit, & nos reputauimus eū plagatū percuſſum

5 à deo, & humiliatũ. ¶ Ipſe aũt uulneratus ẽ
ꝓpter ꝑuaricationes uřas, attritus eſt ꝓpter
iniqtates uřas. Caſtigatio ꝑ pace nřa ſuꝑ eũ
6 & liuor eius ſanitas fuit nobis. ¶ Oẽs nos
tanꝗ oues errauim⁹, unuſquiſq; ad uiã ſuam
cõuerſi ſumus, & dñs peruenire fecit ad eam
7 pœnam oim noſtrũ. ¶ Oppreſſus eſt, & aſ-
flictus eſt, & nõ apiet os ſuũ. Sicut agn⁹ ad oc
ciſionẽ ducet, & ſicut ouis corã tondente ſe
8 obmutuit, & non aperiet os ſuũ. ¶ De clau
ſura, & iudicio ſublat⁹ eſt. Et gñationẽ ei⁹ qs
enarrabit? quia abſciſus eſt e terra uiuentiũ.
Propter ꝑuaricationẽ populi mei plaga fuit
9 ei. ¶ Et dedit cum impijs ſepulturã ei⁹, et cũ
diuite, inter mortuos ſuos, eo ꝙ non iniqtatẽ
10 fecerit, nec dolus fuerit in ore ei⁹. ¶ Et dñs
noluit cõterere eũ, ægrotare fecit. Si poſue-
rit ſeipam ꝑ delicto aĩa ei⁹, uidebit ſemẽ, plõ
gabit dies, et uolũtas dñi per manũ ei⁹ ꝓſpe
11 rabit. ¶ Propter laborẽ aĩæ ſuæ, uidebit, &
ſaturabit. Scia ſua iuſtificabit iuſt⁹ ſeru⁹ me⁹
12 mltos, & iniqtates ipoꝝ ipſe portabit. ¶ Iõ
partẽ dabo ei cũ multis, & cũ fortib⁹ diuidet
ſpolia, ꝓ eo ꝙ effudit in mortẽ aĩam ſuã, &
cum ꝑuaricatorib⁹ numerat⁹ eſt, & ipſe pctm̃
multoꝝ tulit, & pro ꝑuaricatoribus orabit.

Capitulũ.54.

1 Auda ſterilis, ꝗ̃ es ut mulier q̃ñ
pepit, decãta laudẽ, exulta ꝗ̃ es,
ut mulier q̃ nõ parturiuit, qa plẽs
ſũt filij deſolatæ ꝗ̃ filij marita
2 tæ dixit dñs. ¶ Dilata locũ ta
bernaculi tui, et cortinas taber
naculoꝝ tuoꝝ extẽdẽt, ne parcas, elõga fu
3 niculos tuos, & clauos tuos cõſolida. ¶ Ad
meridiẽ em̃, & aqlonẽ dilatabis te, & ſemen
tuum gentes hæreditate accipiẽt, & ciuita-
4 tes deſolatas inhabitare facient. ¶ Ne time
as, quia non pudore afficieris, & non erube-
ſces. Quia nõ erubeſces, quia pudoris adole
ſcentiæ tuæ obliuiſceris, & opprobrij uidui
5 tatis tuæ, nõ recordaberis amplius. ¶ Quia
marit⁹ tu⁹, factor tu⁹ dñs exercituũ nomẽ ei⁹
& redẽptor tu⁹ ſanctus Iſrael, deus oĩs terræ
6 uocabit. ¶ Quia ſicut mulierem derelictã,
& dolore affectam ſpiritu uocauit te dñs, &
uxorẽ adoleſcẽtiæ, quia repulſa fuiſti dixit
7 deus tu⁹. ¶ Momento paruo dereliqui te, et
in miſerationibus magnis, congregabo te.
8 ¶ In momento iræ abſcondi faciem meã, in
momento à te, & in mĩa ſempiterna miſertus
9 ſum tui dixit redemptor tu⁹. ¶ Quẽadmo-
dũ in dieb⁹ Noach hoc mihi eſt, cui iuraui ꝙ
non trãſirent aquæ Noach ultra ſuper terra,
ſic iuraui ut nõ iraſcar cõtra te nec increpẽ te.
10 ¶ Mõtes em mouebũt ſe, & colles nutabũt,
miſericordia aũt mea à te nõ recedet, & fœ-
dus pacis meæ non mouebit ſe, dixit miſera
11 tor tuus dñs. ¶ Paupercula in turbine ma-
nens nõ eſt conſolatiõe affecta, ecce iacere fa
cio fũdamẽta. Ex carbũculis erũt lapides tui,
12 & fundabo te in ſapphiris. ¶ Et ponã ex mar
garitis feneſtras tuas, & portas tuas ex lapi
pidib⁹ carbunculis, & oẽm terminũ tuũ ex la
13 pidib⁹ deſiderabilib⁹. ¶ Et uniuerſi filij tui
erũt docti à dño, & multiplicabit pacẽ filio
14 rũ tuoꝝ. ¶ In iuſtitia fundaberis. elonga te
ab oppreſſione, quia nõ timebis, et à contri-
15 tiõe, quia non appropinquabit tibi. ¶ Quia
congregãdo congregabit ſe, nõ ex me. Qui
qs congregauerit ſe tecum contra te, cadet.
16 ¶ Ecce ego creaui fabrum ſufflantẽ in igne
prunas, & ꝓferentem uas i opus ſuũ. Et ego
17 creaui interfectorẽ ad diſperdendum. ¶ Oẽ
uas qd' fictũ ẽ contra te, non proſperabit, &
oẽm linguã q̃ ſurget contra te in iudicio, cõdẽ
nabis. Hæc eſt hæreditas ſeruoꝝ dñi, & iuſti
tia eoꝝ mecum dixit dominus.

Capitulum.55.

1 Oes ſitientes uenite ad aquas,
& uos qb⁹ non eſt argentũ, ue-
nite, emite, & comedite. Et ue-
nite, emite abſq; argento et abſ
2 ꝗ ꝑcio uinum, & lac. ¶ Quã-
re appenditis argentũ non i pa
ne, et laborẽ ueſtrũ non i ſaturitate? Audite
audiẽdo me, et comedite bonũ, et delectabit
3 in craſſitudine anima ueſtra. ¶ Inclinate au
rem ueſtrã, et uenite ad me. Audite, & uiuet
anima ueſtra. Et feriam uobiſcũ pactũ ſem-
4 piternũ, mias Dauid fidiles. ¶ Ecce teſtẽ
ꝑplis dedi eũ ducẽ, & præcipientẽ populis.
5 ¶ Ecce gentẽ quã neſciẽs uocabis, & gen-
tes q̃ nõ cognouerũt te, ad te current ꝑp dñm
deũ tuũ, & ſanctũ Iſrael, qa glorificauit te.
6 ¶ Quærite dñm dũ inueniri, inuocate eũ dũ ẽ
7 propinqu⁹. ¶ Derelinquat impi⁹ uiã ſuã, et uir
iniqu⁹ cogitatiões ſuas, & reuertat ad dñm
& miſerebit ei⁹, & ad deũ nřm, qñ multi tipli
8 cabit ut parcat. ¶ Nõ eñ cogitationes meæ
cogitatiões uřæ, nec uiæ uřæ, uiæ meæ, dixit
9 dñs. ¶ Quia ſicut altiores ſũt cœli ꝗ terra,
ſic altiores ſũt uiæ meæ ꝗ uiæ uřæ, & cogita
10 tiões meæ, ꝗ cogitatiões uřæ. ¶ Et queãd-
modũ deſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc
nõ reuertit, ſed inebriat terrã, & gñare facit
eã, et germinare eã facit, et dabit ſeme ſerẽti
11 & panem comedẽti. ¶ Sic erit uerbũ meũ,
qd' egredieẽ de ore meo. Nõ reuertar ad me

uacuū, ſed faciet qđ uolui, & proſperabitˀ
12 in his ad quæ miſi illud. ℂ Quia in lætitia
egrediemini, & in pace deducemini. Mōtes
& colles cantabūt coram uobis laudem, &
13 oīa ligna regionis plaudēt manu. ℂ Pro ſpi
na alba aſcendet abies, & pro urtica aſcen-
det myrthus, & erit dño in nomē in ſignum
æternum, non delebitˀ.

Capitulum 56.

1 SIc dixit dñs Cuſtodite iudiciū
& facite iuſtitiam, quia ꝓpin-
qua eſt ſalus mea ut ueniat, &
iuſtitia mea, ut reuelet ſe.
2 ℂ Beatꝰ homo q fecerit hoc,
& filius hominis qui appræhē
derit hoc, qui cuſtodit ſabbatum, ne polluat
illud, qui cuſtodit manū ſuā ne faciat omne
3 malum. ℂ Et ne dicat filius alienigenæ qui
adhæret dño dicendo. Diuidēdo diuidet me
dñs à populo ſuo, & ne dicat eunuchus ecce
4 ſum lignū aridum. ℂ Quia ſic dixit domi-
nus eunuchis qui ſeruabūt ſabbata mea, &
eligent quæ uolui, & appræhendūt fœdus
5 meū. ℂ Dabo eis in domo mea, & in muris
meis locum, & nomen melius ꝙ filijs, & fi-
liabus, nomen ſempiternū dabo eis, qđ non
6 peribit. ℂ Filios aūt alienigenas, qui adhæ
rent dño, ut miniſtrent ei, & diligant nomen
domini, ut ſint ei ſerui, omnē cuſtodientem
ſabbatum, ne polluat illud, & tenentes fœ-
7 dus meum. ℂ Adducā ad montem ſanctum
meū, & lætificabo eos in domo orōnis meæ.
Holocauſta eorꝝ, & uictimæ eorū erūt ad be
neplacitum ſup altari meo. Quia domꝰ mea
domus oratiōis uocabitˀ omnibus populis.
8 ℂ Ait dominꝰ deus, q congregat diſperſos
Iſraël, adhuc congregabo ſuper eū cōgrega
9 tos eius. ℂ Oēs beſtiæ agri uenite ad deuo-
10 randum, oēs beſtiæ ſyluæ. ℂ Speculatores
eius cæci, uniuerſi ipſi neſciuerunt, uniuerſi
ipſi canes muti qui nō ualent latrare, dormi
11 tātes, dormiētes, diligētes dormitare. ℂ Et
canes fortes aīo nō cognouerunt ſaturitatē,
& ipſi paſtores neſciuerūt itelligere, uniuer
ſi ipſi ad uiā ſuā reuerſi ſunt, unuſquiſqꝫ ad
12 auaritiā ſuā à ſummo eius. ℂ Venite inquiūt
ſumamus uinū, & inebriemur ſechār, & erit
ſicꝰ hunc diem cras, uel maior erit ualde.

Capitulum. 57.

1 IVſtus perijt, & non eſt quiſqꝫ qui
ponat ſuper cor, & uiri miſericor-
des cōgregantur ad populū ſuū,
& nō ē q itelligat. Quia ꝓpter ma
lum mundo uenturū congregatur iuſtus ad
2 patres ſuos. ℂ Ingredietur in pace requie-
ſcēt in cubilibꝰ ſuis q ambulauerit corā deo.
3 ℂ Vos aūt accedite huc filij auguratricis,
4 ſemē adulteri, et mr̄ uſa fornicata ē. ℂ Quo
oblectati eſtis, cōtra quē dilataſtis os, ꝓlōga
ſtis liguā? Nōne eſtis filij ꝑuaricatores, ſemē
5 mēdax? ℂ Eūtes cū dijs ſub oī ligno uiridi, i
molātes paruulos in torrētibus, ſubter emi-
6 nētes petras. ℂ In lenibꝰ petris torrētis pars
tua. Ipſi ſunt ſors tua, etiā ipis effudiſti liba-
mē, obtuliſti ſacrificiū. Nūqd ſuper his cōſo
7 lationē accipiā? ℂ Super montē excelſū &
eleuatū poſuiſti cubile tuū, etiā illuc aſcēdi-
8 ſti ad imolādū uictimā. ℂ Et poſt oſtiū, & po
ſtē poſuiſti ſuffitū tuū, quia à me ꝓhibita di-
ſcooperuiſti teipſam, & aſcēdiſti excelſa, di
lataſti cubile tuū, & pepigiſti pactū cum eis,
dilexiſti cubile eorum, in loco quem uidiſti.
9 ℂ Et munera detuliſti regi cū oleo, & mul-
tiplicaſti pigmenta tua, & miſiſti legatos tu
os procul, & humiliaſti teipſam uſqꝫ ad infe-
10 ros. ℂ In multitudine uiæ tuæ laboraſti, nec
dixiſti, deſperatū eſt cor meū ob grādeuiā,
Regē uirū tuarū inueniſti, ꝓpterea nō ægro
11 taſti. ℂ Et quē formidaſti & timuiſti, qa mē
tita es, & mei non es recordata, nec poſuiſti
ſuper cor tuū? Nonne ego tacco, & à ſæculo,
12 & me nō timuiſti? ℂ Ego annunciabo iuſti-
13 tiā tuā, & opera tua nō ꝓderūt tibi. ℂ Cum
clamaueris liberēt te populi cōgregati à te.
Et oēs eos tollet uētꝰ, tollet uanitas. Qui aūt
ſperat i me hæreditate capiet terrā, & poſſi-
14 debit montē ſanctū meū. ℂ Dicetqꝫ, eleua-
te, eleuate uiā, mūdate uiā, tollite offendicu-
15 lū de uia populi mei. ℂ Quia ſic dixit excel
ſus, & ſublimis habitās i ſæculū, & ſanctū eſt
nomē eiꝰ cū excelſo, & ſācto habitabo, & cū
cōtrito, & humili ſpiritu, ut uiuifice ſpiritū
16 humiliū, & uiuificē cor contritorū. ℂ Non
eñi in ſempiternū litigabo, nec in ſæculū ira-
ſcar, quia ſpūs q eſt à facie mea, iduet corpꝰ,
17 & animas ego feci. ℂ Propter iniquitates
auaritiæ eiꝰ iratꝰ ſū, et ꝑcuſſi eū abſcōdedo fa
ciē meā, & iratꝰ ſū, & abijt rebellis ꝑ uiā cor
18 dis ſui. ℂ Vias eiꝰ uidi, & ſanaui eū, et reque-
ſcere feci eū, & reddidi cōſolatiōes ei, & lu-
19 gētibꝰ eiꝰ. ℂ Creās ſermonē labiorꝝ, pacē pa
cē lōginquo, & ꝓpiquo dixit dñs. Et ſanaui
20 eū. ℂ Impij aūt ſunt ueluti mare ipulſū. Nā
qeſcere nō pt̄, & ipellūt ſe aq̄ eiꝰ cœno, & lu
21 to. ℂ Nō ē pax dixit deꝰ ipijs. Capi. 58.
1 CLama in gutture. Ne ꝓhibeas clamo
rē, tāq̄ tuba exalta uocē tuā, & an-
nūcia populo meo præuaricationē
2 eorū, et domui Iahacób pctm̄ eorꝝ. ℂ Et me
ꝑ ſinglos dies q̄rūt, et ſcire uias meas uolent

ueluti gens q̄ iuſtitiā fecerit, & iudiciū dei ſui,
non dereliquerit. Interrogabunt me iudicia iu
3 ſtitiæ, appropinquationē dei uolēt. ❡ Vt qd
inquiūt ieiunauimus, & non uidiſti: afflixímus
aīas noſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij ue-
ſtri inuenitis qd' uultis, & oēs ſubſtantias ue
4 ſtras repetitis. ❡ Ecce ad lites, & contentionē
ieiunatis, & ad percutiendū pugno impie. Et
nō ieiunetis ſicut die hac, ut audire faciatis in
5 excelſo uocē ueſtrā. ❡ Nūqd tale ieiuniū qd'
elegi p diē ut affligat hō animā ſuā? Nūquid ut
curuet ſicut iūcū caput ſuū, & saccū, & cinerē
ſternat? Nūquid iſtud uocabis ieiuniū, & diē
6 acceptabilem domino? ❡ Nonne hoc eſt ieiu-
niū quod elegi? Vt ſoluas colligatiōes impieta
tis, ſoluas faſciculos, iugum, & dimittatis con-
7 fractos liberos, & oē iugū diſrūpatis? ❡ Nō-
ne ut frangas eſurienti panem tuū, & pauperes
uagos introducas in domum? Cum uideris nu
dum, operi eū, & à carne tua nō abſcondas te.
8 ❡ Tunc erūpet ueluti aurora lumen tuum, &
ſanitas tua cito germinabit, & ibit coram te iu
9 ſtitia tua. Gloria domini colliget te. ❡ Tūc in
uocabis, & dn̄s exaudiet: clamabis, & dicet,
ecce adſum. Si remoueris de medio tui iugum,
ut non mittas digitū in rem alienā, nec loqua-
10 ris iniquitatē. ❡ Et ſi protuleris famelico bo-
num animū tuū, & animā afflictam ſaturaue-
ris, orietᷣ in tenebris lux tua, & caligo tua erit
11 ſicut meridies. ❡ Et ducet te dn̄s ſemper, &
ſaturari faciet in ſiccitatibus animā tuā, & oſſa
tua impinguabit, & eris ueluti hort⁹ irriguus
& ſicut exitus aquarū cui⁹ nō deficiunt aquæ.
12 ❡ Et ædificabunt ex te deſerta lōgi tēporis,
fundamēta gn̄atiōis & gn̄atiōis ſtare facies, et
uocaberis ſepiēs fracturā, reuerti faciens ſemi
13 tas ad habitādū. ❡ Si redire feceris à ſabba-
to pedes tuos, ut non facias uoluntates tuas in
die ſancto meo, & uocaueris ſabbatū delitias,
ſanctum dn̄i glorioſum, & glorificaueris eū,
ut nō facias uias tuas, ut non inueniatur uolun
tas tua, neq; loquaris uerbū ſcd'm uoluntatem
14 tuam. ❡ Tunc delectaberis in dn̄o, & equita-
re faciā te ſuper excelſa terræ, & comedere fa
ciam te hæreditatē Iahacób patris tui, quia os
domini locutum eſt.

Capitulum. 59.

1 ECce nō eſt abbreuiata man⁹ dn̄i, ut
non ſeruare poſſit, nec aggrauauit
2 ſe auris eius, ut non audiat. ❡ Sed
iniquitates ueſtræ diuiſerunt inter
uos, & deum ueſtrum, & peccata ueſtra abſcō
dere fecerunt faciem à nobis ut non audiat.
3 ❡ Man⁹ enim ueſtræ pollutæ ſunt ſanguine,
& digiti ueſtri iniquitate, labia ueſtra locuta
ſunt mendacium, lingua neſtra iniquitatem fa
4 tur. ❡ Non eſt qui inuocet iuſtitiā, neq; eſt iu
dex in ueritate, cōfidendo ſup nihili, & loquē
do uanitatem, cōcipiendo peruerſitatē, & pa-
5 riendo iniquitatē. ❡ Oua aſpidis ruperūt, &
telas araneæ texuerūt. Qui comederit de ouis
eorꝫ morietur: et quod fractū ē, erūpet in regu
6 lū. ❡ Telæ eorꝫ non erūt pro ueſtimento, nec
tegētur operibus ſuis. Opera eorum opera ini
quitatis, & opus iniquitatis in manibus eorū.
7 ❡ Pedes eorū ad malū current et feſtinabūt,
ut effundāt ſanguinē innocentē. Cogitationes
eorū cogitationes iniquæ uaſtitas, et contritio
8 in uijs eorum. ❡ Viam pacis nō cognouerūt,
& non eſt iudiciū uijs eorum. Semitæ eorū in-
curuatæ ſunt eis. Om̄is qui calcat in ea, neſciet
9 pacē. ❡ Propterea elongauit ſe iudiciū à no-
bis, & non apprahēdit nos iuſtitia. Expectaui
mus lucem, & ecce tenebræ, ſplendores, in te-
10 nebris ambulauimus. ❡ Palpauimus ſicut
cæci parietem, & ueluti abſq; oculis attrectaui
mus. Impegimus meridie, ut in crepuſculo, in
11 ſepulchris fuimus, ſicut mortui. ❡ Clamaui-
mus ſicut urſi omnes nos, & tanq̄ colūbæ ge-
mēdo gemuimus, expectauimus iudiciū, et nō
12 eſt, ſalutē, elongauit ſe à nobis. ❡ Multiplica-
tæ ſunt eīm præuaricationes noſtræ corā te, &
peccata noſtra teſtificata ſunt contra nos, quia
iniquitates noſtræ nobiſcum ſunt, & iniquita-
13 tes noſtras cognouim⁹. ❡ Præuaricari, & mē
tiri in dominū, & retrocedere à deo noſtro, lo
qui calumniā, & peruerſitatē, concipere, & lo
14 qui de corde uerba mendacia. ❡ Et reuerſum
eſt retrorſum iudiciū, & iuſtitia à longe ſtetit,
qa īpegit ī platea ueritas, & æquitas nō potuit
15 ingredi. ❡ Et ueritas defecit, & receſſit à ma
lo, ac ſi fuiſſet direpta. Et uidit domin⁹, et diſpli
16 cuit in oculis eius, quia nō erat iudicium. ❡ Et
uidit quod nō eſſet quiſpiam, & admirat⁹ eſt,
quia non erat q oraret, & ſeruauit ſibi brachiū
17 eius, & iuſtitia eius ipſa confirmauit eū. ❡ Et
induit ſe iuſtitiā, ſicut loricā, & galeam ſalutis
in capite eius, & induit ſe ueſtimēta ultionis ue
18 ſtem, et induit ſe ſicut palliū zelū. ❡ Sicut uir
zelat retributiones, ſicut zelat ut reddat iram
hoſtibus ſuis, retributionē inimicis ſuis, inſula
19 ribus retributionē reddet. ❡ Et timebunt ab
occidēte nomē domini, & ab ortu ſolis gloriā
eius, cū uenerit ueluti fluuius hoſtis, ſpūs dn̄i
20 fugabit eū. ❡ Et ueniet ad Sión redemptor,
& redeūtib⁹ ab iniquitate in Iahacób dixit do
21 minus. ❡ Et hoc pactū meum, qd' ego pāgam
cum eis dixit domin⁹. Spūs meus qui eſt in te,
& uerba mea quæ poſui in ore tuo, non rece-
dēt de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore

ſeminis ſeminis tui dixit dominus ex hoc tpe,
& uſq; in ſæculum. Caplm.60.

1 SVrge illuminare, quia uenit lu-
men tuū, & gloria dñi ſuper te
2 orta eſt. ¶ Quia ecce tenebræ
operient terram, & caligo po-
pulos. Super te autē orietur do
minus, & gloria ei⁹ ſuper te ui-
3 debitur. ¶ Et ambulabūt gētes ī lumine tuo,
4 & reges in ſplēdore ortus tui. ¶ Leua in cir-
cuitu oculos tuos, & uide. Oēs ipſi cōgregaue
rūt ſe, uenetūt tibi, filij tui de longe uenier, &
5 filiæ tuæ iuxta latus nutrient. ¶ Tūc uidebis,
& illuminaberis, & timebit, & dilatabitur cor
tuū, qñ conuerſa fuerit ad te multitudo maris,
6 fortitudo gentiū uenerint tibi. ¶ Multitudo
camelorū operiet te, pupilli camelorū Midián,
& Epháh. Oēs ipſi de Sebá uenient, aurum, &
7 thus deferēt, & laudes dñi ānūciabūt. ¶ Oia
pecora Chedár cōgregabunt ſe tibi, et arietes
Nebaióth miniſtrabūt tibi. Aſcēdēt ſup altare
meū ad placitū, & domū gloriæ meæ glorifi-
8 cabo. ¶ Quæ ſunt cōgregatiōes iſtæ q̄ ut nu
bes uolabūt, et ſicut colūbæ ad feneſtras ſuas?
9 ¶ Me enī inſulares expectabunt, & ſicut na-
ues Tarſis in principio, ut adducāt filios tuos
de lōginquo. Argētum eorū, & aurū eorū cum
eis, noī dñi dei tui, & ſctō Iſraél, quia glorifica
10 uit te. ¶ Et ædificabunt filiæ alienigenæ mu
ros tuos, & reges eorū miniſtrabūt tibi. In ira
enī mea percuſſi te, & uoluntate mea miſertus
11 ſum tui. ¶ Et aperiētur portæ tuæ iugiter, die
ac nocte nō claudētur, ut afferat ad te fortitu-
12 dinē gentiū, & reges eorū ducant. ¶ Gentes
enī & regnū q̄ nō ſeruierint tibi, peribunt, &
13 gentes uaſtādo uaſtabuntur. ¶ Gloria Leba-
nón ad te ueniet, abies, & buxus, & pinus ſi-
mul ad glorificandū locū ſanctuarij mei, & lo
14 cum pedū meorum glorificabo. ¶ Et pergēt
ad te curuando ſe filij affligentium te, et incur
uabunt ſe ſuper plantas pedū tuorū. Oēs qui
ſpernebant te, uocabunt te ciuitatem domini
15 Siión ſancti Iſraél. ¶ Pro eo q̄ fuiſti dereli-
cta, & exoſa, & nō erat qui tranſiret, ponam
te in gloriam perpetuam, gaudium generatio
16 nis, & generatiōis. ¶ Et luges lac gētium, &
mamilla regū lactaberis, & ſcies qđ ſum dñs
qui ſeruo te, & redēptor tuus fortis Iahacób.
17 ¶ Pro ære afferā aurum, & ꝓ ferro afferā ar
gentū, & ꝓ lignis æs, & ꝓ lapidib⁹ ferrum, &
ponā ꝓ pfectis tuis qui capiunt à te tributa, pa
18 cē, & ꝓ exactorib⁹ tuis, iuſtitiā. ¶ Et nō audie
tur ultra rapina in terra tua, uaſtitas, & contri
tio in terminis tuis, & uocabis ſalutem muros
19 tuos, et portas tuas laudem. ¶ Nō erit tibi am
plius ſol in lucē per diē, & ſplēdor lunæ nō illu
minabit te, ſed erit tibi dñs in lucē ſempiternā,
20 & deus tuus in gloriā tuā. ¶ Nō occidet ultra
ſol tuus, & luna tua nō deficiet, q̄a dñs erit tibi
in lucē ſempiternā, & finiētur dies luctus tui.
21 ¶ Ppl's aūt tuus oēs erūt iuſti, in ſclm hæredi
tate accipiēt terrā. Virgultū plantationis meæ
22 opus manuū meaꝝ ut glorificer. ¶ Parua fa-
milia erit in mille, & parua familia erit in gen
tē fortē. Ego dominus in tpe ſuo accelerare fa
ciam illud. Caplm 61.

1 SPirit⁹ domini dei ſup me, eo q̄ un
xerit dñs me. Ad annūciandū mā-
ſuetis miſit me, ut alligarē contri-
tos corde, ut prædicarē captiuis li
bertatē, & uinctis apertionē carce
2 ris. ¶ Vt ꝑdicarē annū uolūtatis dño, et diem
ultionis deo nro, ut cōſolarer omnes lugētes.
3 ¶ Vt ponerē lugētibus Siión, ut darē eis glo
riā ꝓ cinere, oleū gaudij ꝓ luctu, palliū laudis
pro ſpū triſto, & uocabūtur arbores iuſtitiæ,
4 plantatio dñi ut glorificer. ¶ Et ædificabunt
deſerta lōgi tpis, ſolitudines antiquas erigent
& innouabūt ciuitates ſolitudinis, deſerta ge-
5 nerationis, & generatiōis. ¶ Et ſtabūt alieni,
& paſcēt pecora uſa, & filij alienigenæ erunt
6 agricolæ nri, & uinitores nri. ¶ Et uos ſacer
dotes dñi uocabimini, miniſtri dei nri dicēt uo
bis. Opes gentiū comedetis, & in gloria eorū
7 exaltabimini. ¶ Pro pudore nro duplici, &
ignominia laudabūt partē eorū. Ideo in terra
eorum duplicia poſſidebūt, lætitia ſempiterna
8 erit eis. ¶ Quia ego domin⁹ diligo iudicium,
odio habeo rapinā ī holocauſtū. Et dabo opus
eorum in ueritate, & fœdus ſempiternū feriā
9 cū eis. ¶ Et ſcietur in gentibus ſemē eorum,
& filij eorū in medio populorum. Oēs qui ui-
derint eos, cognoſcēt eos, quia ipſi ſunt ſemen
10 cui benedixit dominus. ¶ Gaudendo gaude-
bo in dño, exultabit aīa mea in deo meo, quia
induere me fecit ueſtimētis ſalutis, pallio iuſti-
tiæ induere fecit me, tanq̄ ſpōſum magnifica-
bit gloriam, & tanq̄ ſpōſam ornabit uaſa ſua.
11 ¶ Quia ſicut terra proferet germen ſuum, &
ſicut hortus ſemen ſuum germinare faciet, ſic
dominus deus germinare faciet iuſtitiā, & lau
dem coram uniuerſis gētibus.

Capitulum.62.

1 PRopter Siión nō tacebo, & ꝓ-
pter Ieruſaláim nō quieſcā, do-
nec egrediatur, ut ſplēdor iuſti
tia ei⁹, & ſalus ei⁹, ut lāpas accē
2 datſe. ¶ Et uidebunt gētes iu
ſtitiam tuā, & cuncti reges glo-
riam tuam. Et uocabitur tibi nomen nouum,

3 quod os dñi declarabit. ¶ Et eris corona
gloriæ in manu domini, & diadema regni in
4 manu dei tui. ¶ Nõ dicetur tibi ultra dereli
cta, et terræ tuæ nõ diceť amplius deſolata.
Sed uocaberis uolũtas mea in ea, & terra tua
habitata, quia cõplacuit domin' ĩ te, & terra
5 tua erit habitata. ¶ Habitabiť enĩ ut iuue-
nis cũ uirgine, inhabitabũt te filij tui, et ut ẽ
gaudium ſpõſo ſuper ſpõſam, ſic gaudebit
6 ſuper te de' tuus. ¶ Super muros tuos Ieru
ſaláim cõſtitui cuſtodes, tota die & tota no
cte iugiter nõ tacebũt. Qui reminiſci facitis
7 dñi, ne ſilẽtiũ ſit uobis. ¶ Ne detis ſilẽtiũ ei
donec ſtabiliat, & dõec põat Ieruſaláim lau
8 dem in terra. ¶ Iurauit domin' per dexterã
ſuã, & per brachiũ fortitudinis ſuæ, ſi dabo
triticũ tuũ ultra in cibum inimicis tuis, & ſi
bibent filij alieni uinũ tuũ in quo laboraſti.
9 ¶ Sed cõgregantes illud, comedẽt illud, et
laudabunt dominum, & cõgregantes illud,
10 bibent illud in atrijs ſctĩtatis meæ. ¶ Tranſi
te tranſite per portas, expurgate uiã popu-
li, eleuate, eleuate ſemitam, remouete lapi-
11 des, eleuate uexillũ ſuper populos. ¶ Ecce
domin' audire facit ad extremũ terræ. Dici
te filiæ Siíón. Ecce ſalus tua uenit, ecce mer
12 ces eius cũ eo, & opus eius coram illo. ¶ Et
uocabũt eos populum ſanctitatis, redẽptos
à domino, et tu uocaberis, quæſita ciuitas,
non derelicta.

Capitulũ. 63.

1 QVis eſt iſte qui uenit de Edóm
rubeas ueſtes habẽs de Boſráh
. Iſte formoſus in ſtola ſua, feſti
nus ĩ multitudie potẽtiæ ſuæ?
Ego loquẽs in iuſtitia, magnus
2 ad ſeruandũ. ¶ Quare rubrũ
eſt indumentũ tuũ, & ueſtimẽta tua ſicut cal
3 cãtis in torculari? ¶ Torcular calcaui ſol',
& de populis nõ eſt qſq̃ mecum. Et calcabo
eos in furore meo, et cõculcabo eos ĩ ira mea
& aſperſus eſt ſanguis eorũ ſuper ueſtimẽta
mea, & oĩa indumenta mea inquinaui. Dies
enim ultionis ĩ corde meo, annus redempto
4 rum meorũ uenit. ¶ Et aſpexi, & non erat
auxiliator, admirat' ſũ, et nõ erat q fulciret.
Et ſaluauit mihi brachiũ meũ, & iuſtitia mea
5 ipſa fulciuit me. ¶ Et cõculcabo populos ĩ
furore meo, & inebriabo eos ĩ ira mea, & de
ſcendere faciam in terrã fortitudinẽ eorum.
6 ¶ Miſerationes dñi memorare faciã, laudes
dñi ſup oĩb' q̃ reddidit nobis dñs, & mľtitu-
dinis boni domui Iſraél, qđ reddidit eis ſe-
cũdum miſericordiã ſuã, & ſcđm multitudi

7 nẽ miſerationũ ſuarũ. ¶ Et dixit. Vere popu
lus meus ſunt, filij qui non mentienť. Et fuit
8 eis ſeruator. ¶ In omni anguſtia eorum ei
fuit anguſtia, & angelus faciei eius ſaluos
fecit eos ꝓpter dilectionẽ ſuam, & indulgẽ
tiã ſuam redemit eos, & portauit eos, & tu-
9 lit eos cunctis diebus ſæculi. ¶ Ipſi autẽ re
belles fuerunt, & iraſci fecerunt ſpm̃ ſancti-
tatis eius, & effectus eſt eis inimicus, ipſe pu
10 gnauit cõtra eos. ¶ Et recordatus eſt dierũ
lõgi tẽporis Moſch, & populi ſui. Vbi eſt qui
aſcendere fecit eos de mari cum paſtore pe-
corum ſuorum? Vbi eſt qui poſuit in medio
11 ei' ſpm̃ ſanctitatis ſuæ? ¶ Qui ambulare fe
cit ad dexterã Moſch, brachium gloriæ ſuæ
qui ſcidit aquas ante eos, ut faceret ſibi no-
12 mẽ ſempiternũ. ¶ Qui ambulare fecit eos
per uoragines ſicut equus ambulat per de-
13 ſertum, nõ impegerunt. ¶ Velut animal ꝑ
uallem deſcẽdet, ſpũs domini ducet eos, ſic
duxiſti populum tuum, ut faceres tibi nomẽ
14 gloriæ. ¶ Aſpice ẽ cœlo, & uide de habita-
culo ſanctitatis tuæ, & gloriæ tuæ, ubi ẽ ze-
lus tuus, & fortitudo tua, multitudo uiſce-
rum tuorum, & miſerationum tuarũ? Mihi
15 cõtinuerũt ſe. ¶ Tu enĩ pater nř, quia Abra
hám neſciuit nos, & Iſraél nõ agnouit nos.
Tu domine pater noſter, redemptor noſter,
16 à ſæculo eſt nomen tuum. ¶ Quare errare
nos feciſti dñe de uijs tuis, indurare feciſti
cor noſtrum à timore tuo. Reuertere ꝓpter
17 ſeruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. ¶ A
breui tẽpore poſſederunt terrã populus ſan
ctitatis tuæ, hoſtes nři conculcauerunt ſan-
ctificationẽ tuam, fuimus à ſæculo ut ij qui-
bus non dñatus es, non inuocatũ eſt nomen
tuũ ſuper eos. Vtinã diſrumperes cœlos, &
deſcenderes, à facie tua montes defluerent.

Capitulum. 64.

1 SIcut exurit ignis lique
facies ſicut aquã bulli-
re facit ignis, ut notũ fa
cias nomẽ tuũ hoſtibus
tuis. A facie tua gentes
2 formidabũt. ¶ Cũ fe-
ceris terribilia quæ nõ
ſpabamus. Deſcẽdiſti, à
3 facie tua mõtes defluxerunt. ¶ Et à ſæcu-
lo nõ audierũt, neq̃ aurib' ꝑceperũt. Oculus
nõ uidit (de' præter te) quæ faciet expectã-
4 ti eũ. ¶ Occurriſti gaudẽti ĩ te, & faciẽti iu
ſtitiã, in uijs tuis recordabunť tui. Ecce irat'
es poſtq̃ peccauim', ꝓpter ipſos iuſtos in ſæ
5 culũ ſalui fuim'. ¶ Et fuim', ut imũd', oẽs
nos, & tanq̃ ueſtimẽtũ inquinatũ oẽs iuſtitiæ

nr̄æ, & decidimus ueluti foliū oēs nos, & ini
quitates noſtræ tanq̄ uētus abſtulerūt nos.
6 ¶ Et non eſt qui inuocet nomen tuum, qui
ſuſcitet ſe ad tenendū te. Abſcondiſti em̄ fa-
7 ciē tuam à nobis, & diſſoluiſti nos propter
manū iniquitatū noſtrarum. ¶ Et nunc do
mine pater noſter es tu, nos lutum, & tu fi-
ctor noſter, & opus manus tuæ omnes nos.
8 ¶ Ne iraſcaris domine uſq̄ ualde, & ne in
ſæculum memineris iniquitatis. Ecce, reſpi-
ce quæſo, populus tuus ſumus omnes nos.
9 ¶ Ciuitates ſanctitatis tuæ fuerunt ut de-
ſertum, Siión ut deſertum fuit, Ieruſaláim
10 deſolata. ¶ Domus ſanctificatiōis noſtræ,
& gloriæ noſtræ, in qua laudauerunt te pa-
tres noſtri, fuit in exuſtionē ignis, & omne
deſiderabile noſtrum fuit in deſolationem.
11 ¶ Nunquid ſuper his cōtinebis te domine,
tacebis, & affliges nos uſq̄ ualde.]

Capitulum. 65,

1 OVærere feci me abijs qui non
interrogauerāt, inuenire me feci
ab his qui non quæſierant me.
Dixi ecce ego, ecce ego ad gē
tem nō uocatam nomine meo.
2 ¶ Expandi manus meas tota
die ad populum declinantē, qui gradiuntur
per uiam non bonam poſt cogitatiōes ſuas.
3 ¶ Populum qui iraſci faciunt me, corā me,
ſemper ſacrificāt in hortis, & ſuffire faciūt
4 ſuper lateres. ¶ Qui manent in ſepulchris,
& in deſertis puoctant. Qui comedūt car-
nem ſuillam, & ius prophanatorum eſt in ua
5 ſis ſuis. ¶ Qui dicūt, ſta in teipſo, ne appro
pinques mihi, qa ſanctior ſum te. Iſti ſum' in
6 furore meo, ignis ardens tota die. ¶ Ecce
ſcriptum eſt corā me, non tacebo, ſed red-
7 dam, & reddā in ſinu eorum. ¶ Iniquitates
ueſtras, & iniquitates patrum ueſtrorū red-
dam ſimul (dixit dominus) qui ſuffiuerunt
ſuper montes, & ſuper colles, pbris affece-
runt me, & remetiar opus eorum primū in
8 ſinu eorum. ¶ Sic dixit domin'. Quemad-
modū inuenit̃ muſtum in botro, & dicet, ne
diſſipes illud, qm̄ benedictio eſt in illo, ſic
faciam propter ſeruos meos, ut non diſper-
9 dam totum. ¶ Et educam de Iahacób ſemē,
& de Iehudáh hæreditate accipientē mōtes
meos, & hæreditate accipient eam electi
10 mei, & ſerui mei habitabunt ibi. ¶ Et erit
planicies habitaculum pecorum, & uallis
Nachór, locus accubitus armentorum popu
11 lo meo qui requiſierūt me. ¶ Vos aūt q de-
relinquis dn̄m, q obliuiſcimini mōtis' ſāctita
tis meæ. Qui paratis exercitui cœli mēſam.
12 Qui impletis planetis libamen. ¶ Numera
boſq̄ uos gladio & omnes uos iugulationi
incuruabitis uos, eo q̄ uocaui, & nō reſpon
diſtis, locutus ſum, & nō audiſtis, & feciſtis
malū in oculis meis, et quæ nolui elegiſtis.
13 ¶ Propterea ſic dixit dn̄s deus. Ecce ſerui
mei comedēt, & uos eſurietis. Ecce ſerui mei
bibēt, & uos ſitietis. Ecce ſerui mei lætabūt̃
14 et uos pudore afficiemini, ¶ Ecce ſerui mei
clamabunt præ iocūditate cordis, et uos cla
mabitis præ dolore cordis: & præ contritio
15 ne ſpiritus ululabitis. ¶ Et dimittetis nomē
ueſtrū in iuramētum electis meis: & interfi-
ciet uos domin' deus. Et ſeruos ſuos uocabit
16 nomine alio. ¶ Qui benedicit ſe in terra: be
nedicet ſe in deo Amén. Et qui iurat in terra,
iurabit in deo Amen, quia obliuioni traditæ
ſunt anguſtiæ priores, et quia abſcondet ſe
17 ab oculis meis. ¶ Ecce enim ego creo cœlos
nouos, & terrā nouā, & nō memorabūt̃ prio
18 res, nec aſcendēt ſuper cor. ¶ Sed gaudete
et exultate in ſæculum ſæculi in his quæ ego
creo. Quia ecce ego creo Ieruſaláim exulta
19 tionē, & populum eius gaudiū. ¶ Et exul-
tabo ī Ieruſalaim, & gaudebo ī populo meo,
& nō audiet̃ in eo ultra uox fletus, et uox cla
20 moris. ¶ Nō egredietur inde ultra ad ſepul
chrū infans dierum, & ſenex qui non imple
uerit dies ſuos. Quia puer cētenarius morieť
& peccator centenarius maledicetur.
21 ¶ Et ædificabunt domos, & habitabunt, et
plantabūt uineas & comedet fructu earum.
22 ¶ Nō ædificabunt, & alius habitabit. Non
plantabūt, & alius comedet. Secundū enim
dies arborū quas plantabunt erūt dies popu
li mei, & opus manuū ſuarum inueterabunt
23 electi mei. ¶ Nō laborabunt inuacuū, nec
generabūt cum terrore, quia ſemen benedí
ctorum á domino ſunt, & ſilij eorū cum eis.
24 ¶ Et erit, anteqũ clament, exaudiam. Adhuc
25 ipſis loquētibus, audiā. ¶ Lupus, & agnus
paſcent̃ ſimul, & leo ſicut bos comedet pa-
leā, & ſerpentis puluis panis erit. Non noce-
bunt, nec occident in omni mōte ſanctitatis
meæ dixit dominus.

Capitulum. 66.

1 SIc dixit dominus, cœlum eſt ſolium
meum, & terra ſcabellū pedū meo
rum, Quæ eſt iſta domus quā ædi-
ficabitis mihi, & quis eſt locus
2 quietis meæ? ¶ Omnia hæc manus mea fe-
cit, & fuerunt omnia hæc dixit dominus Et
cū toto hoc reſpiciam ad pauperē, & contri
tū ſpiritu, & tremeutem ſuper uerba mea.
3 ¶ Qui imolat bouem eſt ac ſi interfeciſſet
uirum,

nirum,qui imolat pecus, perinde eſt ac ſi de
ceruicaſſet canem , qui offert oblationem
eſt ac ſi offerret ſanguinem ſuillum,qui ſuffi
re facit th'' eſt ac ſi benediceret idolo , etiã
hæc elegerũt in uis' ſuis, & abominationib'
4 ſuis aĩa eorum delectata eſt. ❡Etiã ego eli-
gã illuſiões coꝝ,& quæ timent adducã eis,
eo ꝙ uocaui,& non erat qui reſponderet,lo
cutus ſum,& non audierunt.Fecerũtq; ma
lum in oculis meis,& quæ nolui,elegerunt.
5 ❡Audite uerbum domini,qui tremitis ad
uerbũ ei'. Dixerũt fratres uñi odio habẽtes
uos abominãtes uos ꝓpter nomẽ meũ,glori
ficet dñs,& cõſpiciat̃ i lætitia uña,& ipſi pu
6 dore afficientur. ❡Vox ſonitus de ciuita-
te,uox de templo,uox domini reddẽtis re-
7 tributionẽ inimicis ſuis. ❡Anteq̃ parturi-
ret,peperit,anteq̃ ueniret dolor ei,peperit
8 maſculum. ❡Quis audiuit ſimile, & quis
uidit ſimilia?Nũquid parta eſt terra die una?
Num pariet̃ gens uice una, quia parturiuit,
9 etiam peperit Siión filios ſuos? ❡Num mu
lierẽ uenire faciam ad partum,& non pare-
re faciam dixit dominus? Num ego qui ge-
nerare facio,ero ꝓhibitus dixit deus tuus?
10 ❡Lætamini cũ Ieruſaláim, & exultate i ea
omnes qui diligitis eam.Gaudete cũ ea gau
dio,uniuerſi qui lugetis ſuper eam,ut ſuga
tis,& ſaturemini ab ubere cõſolationũ ei',
ut mulgeatis,& delectemini ꝓpter ſplẽdorẽ
11 gloriæ eius. ❡Sic enĩ dixit dñs. Ecce ego
declino ad eam tanq̃ fluuium,pacẽ & tanq̃
torrentem inundantẽ,gloriã gentiũ, & ſu-
getis,ſuper latus portabimini,& ſup genua
12 riſu afficiemini. ❡Sicut uir quẽ mater ſua
conſolatur,ſic ego conſolabor uos,& in Ie-
13 ruſaláim conſolationem accipietis. ❡Et ui
debitis,& gaudebit cor ueſtrum, & oſſa ue-
ſtra tanq̃ herba germinabunt.[Et cogno-
ſcetur manus domini à ſeruis ſuis,]& iraſce-
14 tur inimicis ſuis. ❡Quia ecce dominus in
igne ueniet, & tanq̃ turbo quadrigæ eius
ut reddat in ira furorem ſuum,& increpatio
15 nem ſuã in flamma ignis. ❡Quia igne dñs
iudicat,& gladius eius eſt cũ omni carne,&
16 multi erunt interfecti à dño. ❡Qui ſanctifi
cant ſe,& qui mundant ſe in hortis poſt pi-
ſcinam[peculiarẽ exiſtẽtem in medio horti
comedentes carnẽ]ſuillã abominationẽ, &
17 murem,ſimul conſumentur dixit dñs. ❡Ego
aũt ero cũ operib' coꝝ,& cogitationib' eo
rũ.Quãdo ueniet tẽp', ueniet, ut cõgreget
oẽs gẽtes, & linguas,& uenient, & uidebũt
18 gloriã meã. ❡Et ponã i eis ſignũ, & mittã
ex eis euaſores ad gentes Tarſis,Púl,& Lud
trahentes arcũ,Tubál, & Iauán,ad inſulas
longinquas,quæ non audierũt[famã meam,
& non uiderũt gloriam meam, & annũcia-
19 bunt gloriã meã in gentibus. ❡Et adducẽt
oẽs fratres uños de cunctis gentibus donum
dño in equis,& i quadrigis,& in lecticis,&
in mulis, & in carrucis ad montem ſanctum
meum Ieruſaláim dixit dñs.Quẽadmodum
adducẽt filij Iſrael munus in uaſe mũdo, in
20 domũ domini. ❡Et etiã ex eis aſſumam in
21 ſacerdotes,& in Leuitas dixit dñs. ❡Quia
ſicut cœli noui,& terra noua quos ego fa-
cio ſtant coram me, dixit dñs, ſic ſtabit ſe-
22 men ueſtrum, & nomen ueſtrũ. ❡Et erit de
menſe in menſem eius,& de ſabbato in ſab-
batũ eius ,ueniet omnis caro,ut incuruet ſe
23 coram me dixit dñs. ❡Et egredient̃,& ui-
debũt cadauera uirorũ qui præuaricant̃ in
me.Quoniã uermis eorũ nõ morieť,& ignis
eorum non extinguet̃. Et erũt opprobrium
omni carni.

❡Liber Ieſahiáhu Explicit.

❡INCIPIT LIBER IRMEIAHV INTER
PRETE EODEM SANCTE PAGNINO
SACRAE THEO.PROFESSO.

Capitulum.I.

1 VErba Irmeiáhu
filij Chilchiiá-
hu de ſacerdo-
tibus q fuerũt
in Hanathóth i
2 terra Biniamín
❡Qđ fuit uer
bũ dñi ad eum
i diebus Ioſiiá-
hu filij Amón
regis Iehudáh
3 tertio decimo anno quo regnauit. ❡Et fuit
in diebus Iehoiachím filij Ioſiiáhu regis Ie-
hudáh uſq; ad conſũmationẽ undecimi anni
Sidchiiáhu filij Ioſiiáhu regis Iehudáh uſq;
ad trãſmigrationẽ Ieruſaláim mẽſe quinto.
4 ❡Et fuit uerbum domini ad me dicendo.
5 ❡Priuſq; te formarẽ in utero,noui te, &
anteq̃ exires de uulua,ſanctificaui te,ꝓphe
6 tã gentib' dedi te. ❡Et dixi.Aháh dñe de'.
7 Ecce non noui loq,quia puer ſũ. ❡Et dixit
dñs ad me.Ne dicas puer ſum, quia ad oĩa

quæ mittam te ibis, & uniuerſa quæ præci-
8 piam tibi loqueris. ¶ Ne timeas à facie eo-
rum, quia tecũ ſum, ut eripiam te dixit domi
9 nus. ¶ Et miſit dñs manũ ſuã, & tetigit os
meum, & dixit dominꝰ ad me. Ecce dedi uer
10 ba mea in ore tuo. ¶ Vide, conſtitui te die
hac ſup gẽtes, & ſup regna, ut euellas, & di
ruas, & diſperdas, & excurias, ut ædifices,
11 & plantes. ¶ Et fuit uerbum domini ad me
dicendo. Quid tu uides Irmeiáhu? Et dixit.
Virgã ex amigdalo celeriter florente uideo.
12 ¶ Et dixit dñs ad me. Bene feciſti uidendo,
quía accelerabo uerbum meũ, ut faciã illud.
13 ¶ Et fuit uerbũ dñi ad me ſecũdo dicendo.
Quid tu uides? Et dixi. Ollã bulliẽtẽ uideo,
14 & faciẽ eius à facie aqlonis. ¶ Et dixit dñs
ad me. Ab aquilõe ſoluet malũ ſuper omnes
15 habitatores terræ. ¶ Quia ecce ego uoco
oẽs familias regnorum aquilonis dixit dñs.
Et uenient, & ponẽt unuſquiſqʒ ſolium ſuum
in introitu portarum Ieruſaláim, & ſup oẽs
muros eius ĩ circuitu. Et ſuper uniuerſas ur-
16 bes Iehudáh. ¶ Et loquar iudicia mea cum
eis ſuper omnẽ malitiã eorũ qui dereliqu-
runt me, & ſacrificauerunt dijs alienis, & in
17 curuauerũt ſe operibꝰ manuum ſuarũ. ¶ Tu
autem accinges lumbos tuos, & ſurges, &
loqueris ad eos omnia quæ ego præcipiam
tibi. Ne paueas à facie eorum, ne forte cõte-
18 rere te faciam ante eos. ¶ Et ego ecce dedi
te hodie ut ciuitatem munitã, & columnã
ferreã, & murum æreum ſuper omnem ter-
ram, regibus Iehudáh, principibus eius, ſa-
19 cerdotibus eius, & populo terræ. ¶ Et bel-
labunt contra te, & non præualebunt tibi,
quia tecum ſum ait dominus, ut liberẽ te.

Capitulum. 2.

1 ET fuit uerbum domini ad me dicẽ-
2 do. ¶ Vade, & clama in auribus
Ieruſaláim dicendo. Sic dixit dñs.
Recordatus ſum tui miſericordiæ
adoleſcentiæ tuæ, charitatis deſponſatiõis
tuæ, quãdo ambulabas poſt me in deſerto in
3 terra non ſata. ¶ Sãctitas eſt Iſraél dño, pri
mitiæ frugum eius. Omnes deuorantes eum
delinquẽt. Malum ueniet ſuper eos dixit do
4 minus. ¶ Audite uerbum domini domus
Iahacób, et omnes cognatiões domꝰ Iſraél.
5 ¶ Sic dixit dominus. Quid inuenerũt patres
ueſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt
ſe à me, & ambulauerunt poſt uanitatem, &
6 uani facti ſunt. ¶ Et non dixerunt, ubi eſt
dominꝰ qui aſcẽdere fecit nos è terra Aegy
pti, qui ambulare fecit nos per deſertũ, per
terram deſertam, & deſolatam, per terram
aridã, & umbræ mortis, per terram, p quam
7 non trãſit uir, neqʒ habitauit hõ ibi. ¶ Et in
duxi uos ĩ terrã Carmel, ut comederetis fru
ctũ eiꝰ, & bonũ eiꝰ, & ĩgreſſi eſtis, & cõtami
naſtis terrã meã, & hæreditatẽ meã poſuiſti
8 in abominationẽ. ¶ Sacerdotes non dixe-
runt, ubi eſt dñs, & tenentes legem, non no-
uerunt me, & paſtores præuaricati ſũt ĩ me,
& ,pphetæ ,pphetauerũt in Báhal, & poſt ea
9 quæ non profuerunt ambulauerũt. ¶ Pro
pterea adhuc iudicabo uos dixit dominus,
& filios filiorum ueſtrorum iudicabo.
10 ¶ Sed tranſite in inſulas Chittijm, & uide
te, & in Cedár mittite, & conſiderate ue-
11 hementer, & uidete ſi fuit ſimile. ¶ Num
mutauit gens deos? Et ipſi non ſunt dij, po-
pulus uero meus mutauit gloriam ſuam in
12 id quod non prodeſt. ¶ Admiramini cœli
ſuper hoc, & timete, deſolamini uehemẽter
13 dixit dominus. ¶ Duo enim mala fecit po-
pulus meus. Me dereliquerũt uenam aquæ
uiuæ, ut effoderẽt ſibi ciſternas, ciſternas cõ
14 fractas quæ non continẽt aquas. ¶ Nunqd
ſeruus eſt Iſraél, num eſt uernaculus? Quare
15 fuit in prædam? ¶ Super eum rugierunt ca
tuli, dederũt uocẽ ſuã, & poſuerunt terram
eius in ſolitudinẽ, ciuitates eius exuſtæ ſunt
16 abſqʒ habitatore. ¶ Etiam filij Nóph, & Ta
chpanchés, confregerunt tibi uerticem.
17 ¶ Nonne hoc fecit tibi, eo ꝙ dereliquiſtis
dñm deum tuum in tempore quo ambula-
18 re faciebat te per uiam? ¶ Et nũc quid tibi
ĩ uia Aegypti, ut bibas aquam Nili? Et quid
tibi in uia Aſſúr, ut bibas aquam fluminis?
19 ¶ Corripiet te malitia tua, & auerſio tua
ĩcrepabit te, & ſcito, & uide, quod malum,
& amarum eſt reliquiſſe te dominum deum
tuum, & non eſſe timorẽ meũ in te dicit dñs
20 deus exercituum. ¶ Quia à ſæculo confre-
gi iugum tuum, rupi uincula tua, & dixiſti.
Non ſeruiam. Super omnẽ enim collẽ ſubli-
mẽ, & ſub omni ligno uiridi tu diſcurrebas
21 meretrix. ¶ Ego aũt plãtaui te optimã ui-
tẽ totam ipſam ſemen uerum, & quomodo
cõuerſa es mihi in ſarmenta uitis alienæ?
22 ¶ Quia ſi laueris te nitro, & multiplicaue-
ris tibi s Borith ſignata ẽ iniqtas tua corã me
23 dixit dominus deus. ¶ Quomodo dices nõ
ſum polluta, & poſt Behalim nõ ambulaui?
Vide uiam tuã in ualle. Scito qd feceris Dro
24 medaria leuis capiens uias ſuas. ¶ Onager
aſſuetus in deſerto in deſiderio animæ ſuæ
attraxit uentũ occaſionis ſuæ, quis auertet

cam?Omnes qui quærunt eam, non labora-
25 bunt in menſe ſuo inuenient eā. ¶Prohibe
pedē tuū,ne ſit diſcalciat⁹,& guttur tuum à
ſiti.Et dixiſti.Deſperatū ē.Nequaꝗ̃.Adama
26 ui quippe alienos,& poſt eos ibo. ¶Vt pu
dore afficitur fur,quando depræhendit̃, ſic
pudore affecti ſunt domus Iſraél, ipſi, reges
eorum,principes eorꝶ,& ſacerdotes eorꝶ,et
27 prophetæ eorū. ¶Dicentes ligno,pater me
us es tu,& lapidi tu genuiſti nos, quia uerte
runt à me ceruicem,& non faciem,& in tem
pore mali ſui,dicent,ſurge,& ſerua nos.
28 ¶Et ubi ſunt dij tui quos feciſti tibi? Sur-
gant. Num liberauerit te in tēpore mali tui?
Secundum numerum quippe ciuitatum tua
29 rum fuerunt dij tui Iehudah. ¶Vt quid liti
gatis cōtra me?Omnes nos præuaricati eſtis
30 contra me dixit dominus. ¶Fruſtra percuſ
ſi filios ueſtros, diſciplinam nō recæperunt.
Deuorauit gladi⁹ ueſter prophetas ueſtros
31 tanꝗ̃ leo uaſtator. ¶Generatio uos uidete
uerbum domini.Nunquid ſolitudo fui Iſraé
li?Num tenebroſa ualde? Vt quid dixerunt
populus meus,dominamur,nō ueniemus ul
32 tra ad te? ¶Nunqd obliuiſcetur uirgo orna
menti ſui,ſponſa murenularū ſuarū? Popu-
lus uero meus obliti ſunt mei diebus abſq;
33 numero. ¶Cur dirigis uiam tuam ad quæ-
rendū dilectionē?Ideo etiā malitias docuiſti
34 uias tuas. ¶Etiā in oris ueſtimentorum tuo
rum inuenti ſunt ſanguines animarum pau-
perum innocentum non cum perfoſſorio in-
35 ueniſti eos, ſed ſuper omnibus his. ¶Dixi
ſti quia innocens ſum tantum auerſus eſt fu-
ror eius à me. Ecce ego iudico te,eo ꝙ dixe
36 ris,non peccaui. ¶Cur uadis ualde iteran-
do uiam tuam?Etiam ab Aegypto pudore af
ficieris, quēadmodum pudore affecta es ab
Aſſúr,etiam hinc egredieris. Et manus tuæ
erunt ſuper caput tuum,quia contempſit do
minus confidentias tuas, & non proſperabe
ris in eis.

Capitulum.3.

1 DIcendo ſi dimiſerit uir uxorē
ſuam,& abierit ab eo,& fue
rit uiri alterius, nunquid re-
uertetur ad eam ampli⁹?Non
ne præuaricando præuarica-
ta ē terra hæc?Tu aūt fornica
ta es cum amatoribus multis, ſed reuertere
2 ad me dixit dominus. ¶Leua oculos tuos
ad excelſa loca & uide. Vbi non coiuiſti? In
uijs ſediſti eis ſicut Harabs in deſerto, &
præuaricare feciſti terrā propter fornicatio
3 nes tuas, & malitiam tuam. ¶Et prohibi-
ti ſunt imbres, & ſerotina pluuia non erit.
Et frōs mulieris meretricis fuit tibi,renuiſti
4 erubeſcere. ¶Nonne ex hoc tempore uoca
bis me, pater meus es,dux adoleſcētiæ meæ
5 es tu? ¶Nūquid reſeruabit in ſæculū iram,
num ſeruabit in ſæculum? Ecce locuta es, &
6 feciſti mala, & potuiſti. ¶Dixit autem do
minus ad me,in diebus Ioſiiáhu regis.Nun-
quid uidiſti quæ fecit rebellis Iſraél eunte ip
ſa ſuper omnem montem excelſum, & ſub
omni ligno uiridi, & fornicata eſt ibi?
7 ¶Et dixi poſtꝗ̃ fecit oīa hæc,ad me reuer-
taris,& nō eſt reuerſa. Et uidit p̃uaricatrix.
8 ſoror ei⁹ Iehudáh, ¶Et uidi qđ uidit qđ ſe-
cūdum oēs cauſas quibus fornicata eſt re-
bellis Iſraél dimiſi eam,& dedi libellum re
pudiorum eius ei, & non timuit præuarica
trix Iehudáh ſoror eius, ſed abijt, & forni-
9 cata eſt etiam ipſa. ¶Et fuit ob facilitatem
fornicationis ſuæ, peccare fecit terram, &
10 mœchata eſt cum lapide, & ligno. ¶Et etiā
cum omni hoc non eſt reuerſa ad me præua-
ricatrix ſoror eius Iehudáh toto corde ſuo,
ſed mendaciter dixit dominus.
11 ¶Et dixit dominus ad me. Iuſtificauit ani-
mam ſuam,rebellis Iſraél magis ꝗ̃ præuari-
12 catrix Iehudáh. ¶Vade & clama ſermones
iſtos ad aquilonem, & dic. Reuertere rebel
lis Iſraél dixit dominus, non faciam cadere
iram meam in uos, quia miſericors ſum di-
xit dominus,non ſeruabo iram in ſæculum.
13 ¶Verumtamen ſcito iniquitatem tuam,
quia in dominum deum tuum præuaricata
es, & ſparſiſti uias tuas alienis ſub omni li-
gno uiridi, & uocem meam non audiſtis ait
14 dominus. ¶Conuertimini filij rebelles di
xit dominus, quia ego dominatus ſum uo-
bis, et aſſumam uos, unum de ciuitate, &
duos de familia, & introducam uos in Si-
15 ión. ¶Et dabo uobis paſtores iuxta cor-
meum,& paſcent uos ſcientia,& intellectu.
16 ¶Et erit, cum multiplicati fueritis, & cre
ueritis in terra in diebus illis dixit domi-
nus, non dicent ultra. Arca fœderis domi-
ni, nec aſcendet ſuper cor, neq; recorda-
buntur illius, nec uiſitabunt, nec fiet ul-
17 tra. ¶In tempore illo uocabunt Ieruſalaim
ſolium domini, & congregabunt ſe ad eam
omnes gentes in nomine dñi in Ieruſalaim.

Et nõ ambulabunt ultra poſt duritiam cor-
18 dis ſui mali. ¶ In diebꝰ illis ibunt domus Ie
hudah ad domum Iſraël, & uenient ſimul de
terra aquilonis ad terram quam ſortiri feci
19 patres ueſtros. ¶ Ego aũt dixi. Quomodo
ponam te in filios, & tribuã tibi terram deſi
derabilem, hæreditatẽ cõcupiſcibilem exer
cituũ gentiũ? Et dixi. Patrẽ meum uocabis
20 me, & à me non retrocedes. ¶ Siquidem ut
contempſit mulier amatorẽ ſuũ, ſic contem-
21 pſiſtis me domꝰ Iſraël dixit dñs. ¶ Vox ſup
excelſa audita eſt, fletꝰ deprecationum filio
rum Iſraël, quia iniquam fecerunt uiam ſuã,
22 obliti ſunt domini dei ſui. ¶ Conuertimini
filij rebelles, ſanabo rebelliones ueſtras. Ec-
ce nos uenimus ad te. Tu enim es dominꝰ deꝰ
23 noſter. ¶ Vere mẽdacium eſt ut expectemꝰ
ſalutem à collibus, à multitudine, à mõtibꝰ.
Vere in domino deo noſtro eſt ſalus Iſraël.
24 ¶ Bāhal autem pudore afficiẽs ſuos culto-
res, conſumpſit laborẽ patrum noſtrorum ab
adoleſcẽtia noſtra, oues corũ, & boues corũ,
25 & filios corũ, & filias eorum. ¶ Dormiemꝰ
in pudore noſtro, et operiet nos ignominia
noſtra, q̃a dño deo noſtro peccauimus, nos,
& patres noſtri ab adoleſcentia nr̃a, & uſq;
ad diem hanc, & non obtẽperauimus uoci
domini dei noſtri.

Capitulum. 4.

1 SI reuerſus fueris Iſraël, dixit domi
nus ad me, quieſces. Et ſi abſtule-
ris abhominatiões tuas à facie mea,
2 nõ demigrabis. ¶ Et iurabis, uiuit
dominus in ueritate, & in iudicio, et in iuſti-
tia, & benedicent ſe in eo gentes, & i eo lau
3 dabũt ſe. ¶ Sic enim dixit dominus uiro Ie
hudáh, & Ieruſaláim. Arate uobis aruum, &
4 ne ſeratis ſup ſpinas. ¶ Circũcidite uos dño,
& auferte p̃putia cordis ueſtri uiri Iehudáh,
& habitatores Ieruſaláim, ne forte egrediat
ut ignis ira mea, & ſuccẽdatur, & nõ ſit qui
extinguat, ꝓpter malitiã operum ueſtrorum.
5 ¶ Annũciate in Iehudáh, & in Ieruſaláim
audire facite, & dicite. Clangite tuba in ter
ra, clamate, congregate, et dicite. Cõgrega-
te uos, & ingrediamur ciuitates munitas.
6 ¶ Leuate uexillum in Sión. Congregate
uos, ne ſtetis, quia malum ego adduco ab aq
7 lone, & contritionem magnam. ¶ Aſcendit
leo de umbraculo ſuo, & interfector gentium
profectus eſt, egreſſus eſt de loco ſuo ut po-
nat terram tuã in ſolitudinẽ, ciuitates tuæ de
8 ſolabũtur abſq; habitatore. ¶ Super hoc ac
cingite uos ſaccis, plangite, & ululate, q̃a nõ
9 eſt auerſa ira furoris dñi à nobis. ¶ Et erit,
in die illa dixit dominus peribit cor regis, et
cor principũ, & obſtupeſcent ſacerdotes, &
10 prophetæ admirabũtur. ¶ Et dixi, aháh do
mine deus uere decipiendo decepiſti popu-
lum iſtum & Ieruſaláim dicẽdo, pax erit uo
bis, et peruenit gladius uſq; ad animam.
11 ¶ In tempore illo dicet populo huic, & Ie-
ruſaláim uẽtus ſiccus erit in excelſis locis, in
deſerto, i uia filiæ populi mei, non ad uenti-
12 landũ neq; ad purgandũ. ¶ Ventꝰ uehemẽ-
tior his ueniet mihi. Nunc etiã ego loquar iu
13 dicia cũcis. ¶ Ecce tanq̃ nubes aſcẽdet, &
ueluti turbo currus eius, leuiores ſunt aq̃lis
equi eius. Væ nobis, q̃m in prædam dati ſu-
14 mus. ¶ Laua à malitia cor tuũ Ieruſaláim,
ut ſalua ſis. Vſq; quo morari facies in medio
15 tui cogitationes iniquitatis tuæ? ¶ Vox em̃
annũciantis ueniet à Dan, & audire faciens
16 iniqtatem de monte Ephráim. ¶ Memorate
propter gẽtes, ecce audire facite ſuper Ieru
ſalaim cuſtodes uenietes ẽ terra lõginqua,
& dabũt ſuper ciuitates Iehudáh uocẽ ſuã.
17 ¶ Veluti cuſtodes agrorum fuerunt iuxta
eam in circuitu, quia me irritauit dixit dñs.
18 ¶ Via tua, et actꝰ tui fecerũt hæc tibi, iſta ma
litia tua q̃a amara q̃a peruenit uſq; ad cor tu-
19 um. ¶ Ventrem meũ, uentrẽ meũ doleo, pa
rietes cordis mei doleo, reſonat i me cor me
um. Nõ tacebo, q̃m uocẽ tubæ audiſti anima
20 mea, clamorem belli. ¶ Contritio ſuper cõ-
tritionem uocata eſt, quia uaſtata eſt omnis
terra, repẽte uaſtata ſunt tabernacula mea,
ſubito cortinæ meæ. Vſq; quo uidebo uexillũ,
21 audiam uocem tubæ? ¶ Quia ſtultus popu
lus meus, me non cognouerunt, filij inſipien
tes ſunt, & non intelligentes ſunt, ſapientes
ſunt ad malefaciendum, benefacere aũt non
22 nouerunt. ¶ Vidi terrã, & ecce erat deſola
ta, & uacua, & cœlos, & non erat lux eorũ.
23 ¶ Vidi montes, & ecce tremebant, & om-
24 nes colles destructi fuerunt. ¶ Vidi, & non
erat homo, & omnia uolatilia cœli inde re-
25 ceſſerãt. ¶ Vidi, & ecce locꝰ fertilis erat ut
deſertũ, & oẽs urbes eiꝰ deſtructæ erant à fa
26 cie dñi, et à facie iræ furoris eiꝰ. ¶ Sic ei di
xit dominus, deſerta erit omnis terra, & con
27 ſummationem non faciã. ¶ Propter hoc de
ſolabitur terra, & obſcurati erunt cœli deſu
per, eo q̃ locutus ſum, cogitaui, & nõ pœni
28 tuit me, nec auertãr ab eo. ¶ A uoce equitũ,

& facientis ſagittas arcu, fugit omnis habi
tator ciuitatis, ingreſſi ſunt ſyluas denſas, et
ad rupes aſcēderūt. Omnis ciuitas derelicta
29 eſt, & nō habitat in eis quiſꝙ. ¶ Tu aūt uaſta-
ta, qd facies? Quia modo induis te coccino,
quia ornas te ornamento aureo, quia pingis
ſtibio oculos tuos, fruſtra decoras te. Cōtem
pſerunt te amatores, animam tuam quærēt.
30 ¶ Vocē enim tanꝙ parturiētis audiui, an-
guſtiam ut puerperæ. Vox filiæ Siōn quæ la
mentat. Expandet manus ſuas dicēs. Væ nūc
mihi, quia defecit anima mea propter inter-
fectos.

Capitulum. 5.

1 SCrutamini in plateis Ieruſaláim, et
uidete nunc, & ſcitote, & quærite
in plateis eius, an inueniatis uirū,
qui ſit q faciat iudiciū, q quærat ue-
2 ritatē, & parcam ei. ¶ Et ſi uiuit domin' di-
xerint, uere mendacium iurabūt. Dñe oculi
tui, nonne ſunt ad res ſtabiles? Percuſſiſti
eos, & nō doluerūt, conſumpſiſti eos, renue
runt accipere diſciplinā, duriores fuerunt fa
3 cies eorū petra, renuerūt reuerti. ¶ Ego au
tem dixi, forſitan pauperes ſunt, ſtulti facti
ſunt, quia non nouerūt uiā domini, iudicium
4 dei ſui. ¶ Ibo ad maiores, & alloquar eos, ip
ſi enim cognouerunt uiā dñi, iudiciū dei ſui.
Sed ipſi ſimul confregerūt iugum, ruperunt
5 uincula. ¶ Idcirco pcuſſit eos leo de ſylua,
lupus deſerta incolens uaſtabit eos, pardus
feſtinans ſuper ciuitates eorū, omniſq egreſ
ſus fuerit ex eis rapietur, quia multiplicaue
runt ſe præuaricatiōes ſuas, multiplicarūt ſe
6 rebelliōes eorū. ¶ O ppter hoc parcā tibi, fi
lij tui dereliquerūt me, & iurauerūt per eū q
nō eſt de', ſaturaui eos, & adulteriū cōmiſe
rūt, & in domo meretricis cōgregabāt ſe in
7 multitudinē tāꝙ exercitus. ¶ Vt equi ſatu
rati ſingulo mane erāt unuſquiſꝙ ad uxorē
8 proximi ſui hinniebāt. ¶ Nunqd ſuper his
nō uiſitabo dixit dñs? Nōne in gēte q̄ ē ſicut
9 hæc nō ulciſcetur anima mea? ¶ Aſcendite
muros eius, & diſſipate, conſumationē autē
ne faciatis, auferte minas murorū eius, quia
10 nō ſunt dñi. ¶ Quia pūaricādo præuaricati
ſunt in me domus Iſrael, & domus Iehudáh
11 ait domin'. ¶ Negauerūt dñm, & dixerunt.
Non eſt, & nō ueniet ſuper nos malū, & gla-
12 diū, & famem nō uidebimus. ¶ Prophetæ
aūt fuerūt ut gluma ante uentū, & nihil erat
13 in eis. Sic fiet eis. ¶ Propterea ſic dixit do-
minus deus exercituū. Pro eo ꝙ locuti eſtis
uerbū hoc, ecce ego do uerba mea in ore tuo
ut ignē, & populū hūc, ut ligna, & cōſumet
14 eos. ¶ Ecce ego adduco ſuper uos gentē de
longinquo domus Iſrael ait dñs, gens robu
ſta eſt, gēs quæ à ſæculo eſt, gens cuius igno
rabis linguā, nec intelliges quid loquatur.
15 ¶ Pharetra eius ueluti ſepulchrum patens,
16 uniuerſi ipſi fortes. ¶ Et comedet meſſem tu
am, & panē tuū, comedēt filios tuos, et filias
tuas, comedet oues tuas, & boues tuos, co
medet uitē tuam, & ficū tuā, conteret urbes
17 munitas tuas qbus tu fidis, gladio. ¶ Et ēt
in diebus ipſis dixit dñs, non faciā uobiſcum
18 conſūmationē. ¶ Et erit, ſi dixeritis ppter
qd fecit dñs deus nr̄ uobis oīa hæc, dices ad
eos. Sicut dereliqſtis me, & ſeruiſtis deo alie
no, in terra ueſtra, ſic ſeruietis alienis in ter
19 ra quæ nō eſt ueſtra. ¶ Annūciate hoc in do
mo Iahacób, & audire facite hoc in Iehudáh
20 dicendo. ¶ Audite nunc hoc populus ſtulte
cui non eſt cor, oculi eis ſunt, & non uident,
21 aures eis ſunt, & non audiunt. ¶ Nunquid
me nō timebitis ait dominus? Nū à facie mea
nō pauebitis? Qui poſui harenam terminum
mari, præceptū ſempiternū, & non præteri-
22 bit illud. ¶ Et cōmouebunt ſe, & nō pualea-
bunt, & intumeſcent fluctus eius, & non trā
23 ſibunt illud. ¶ Populo autem huic fuit cor
declinans, & rebelle, declinauerunt, & abie
24 runt. ¶ Et nō dixerunt in corde ſuo, metua
mus nūc dñm deū noſtrū, q dat pluuiā tēpo
raneā, & ſerotinā in tēpore ſuo. Septimanas
præceptorū meſſis ne pluat, cuſtodiet nobis.
25 ¶ Iniquitates ueſtræ decliare fecerūt hæc,
& peccata uſa prohibuerūt bonum à uobis.
26 ¶ Quia inuenti ſunt in populo meo impij.
aſpicient ad uias, ut q ponit laqueos, ſtare fe
27 cerunt laqueū, homines capiēt. ¶ Sicut ca-
uea plena auibus, ſic domus eorū plenæ ſunt
dolo, ideo magnificati ſunt, & ditati ſunt.
28 ¶ Impinguati ſunt, cādidi facti ſunt, etiam
ſuperauerūt in malis alios uiros malos iudi-
ciū nō iudicauerūt, nec iudiciū pupilli, & p-
ſperauerunt, & iudiciū pauperum non iudi-
29 cauerunt. ¶ Nūquid ſuper his non uiſitabo
dicit dominus? Et nonne in gēte quæ eſt ſicut
30 hæc non ulciſcetur anima mea? ¶ Res admi
ratione digna & turpis facta eſt in terra. Pro
phetæ prophetauerūt mendaciter, & ſacer-
dotes accipiebant munera ad manus ſuas. Et
populus meus dilexerunt ſic. Et qd facietis
in nouiſſimo eius?

Capitulum. 6.

1 FVgite filij Biniamin de medio
Ieruſaláim, & in Tecóah clan
gite buccina, & ſuper Bethha
chérem, eleuate turrim, q̄a ma
lum uiſum eſt ab aquilone, &
contritio magna. ℂ Mulieri
quiete habitanti in tabernaculo, & delicatæ
3 aſſimilaui filiam Siión. ℂ Ad eam uenient
paſtores, & greges eorum, fixerūt in ea ten
toria per circuitum, pauerunt unuſquiſq; ī
4 loco ſuo. ℂ Præparate aduerſ⁹ eā bellū, ſur
gite, & aſcendamus ī meridie. Væ nobis, q̄a
declinauit' dies, quia extenderūt ſe umbræ
5 ueſpertinæ. ℂ Surgite, & aſcēdam' noctu, &
6 diſſipemus ædes ei⁹. ℂ Sic eñ dixit dñs ex
ercituū. Succidite arbores, & effūdite iuxta
Ieruſaláim aggerē. Hæc ē ciuitas q̄ uiſita ē i
7 tota ciuitate oppreſſor ē ī medio ei⁹. ℂ Quē
admodū ſcaturire facit puteus aquā ſuā, ſic
ſcaturire fecit malitiā ſuā. Iniquitas, et uaſtitas
audiet ī ea corā me ſp̄, īfirmitas, & pcuſſio.
8 ℂ Erudi teipſam Ieruſaláim, ne forte rece-
dat anima mea à te, ne forte ponam te deſer-
9 tam, terrā non habitabilem. ℂ Sic dixit do
min⁹ exercituū, ut uindemiator peracta uin
demia qui remanſerant colligit racemos, ita
ū colligēdo colligent reliquum Iſrael. Con
uerte manum tuam ſicut uindemiator ad ca
10 niſtros. ℂ Cui loquar, & quē monebo, &
audient? Ecce incircūciſa auris eorum, & nō
poterunt attēdere. Ecce uerbū domini fuit
11 eis in opprobrium, & non uolēt illud. ℂ Et
ira dñi plenus ſum, laboraui ad cōtinendum
me, ad effundēdum ſuper paruulos foris, &
ſuper congregationē iuuenum pariter, quia
etiā maritus cū uxore capient, ſenex cū ple
12 no dierum. ℂ Et uertētur domus eorum ad
alteros, agri, & uxores pariter, quia exten-
dam manum meā ſuper habitantes terrā di-
13 cit dñs. ℂ A paruo enim eorum uſq; ad ma-
gnum eorū omnis ipſe auare ſectatur auari-
tiam, à ꝓpheta uſq; ad ſacerdotē, omnis ipſe
14 facit mendaciū. ℂ Et curabant contritionē
filiæ populi mei, leni ſermone dicendo, pax
15 pax, & nō erat pax. ℂ Num pudore affecti
ſunt, quod abominationē fecerit, etiā pudo-
re nō ſunt pudore affecti, etiā erubeſcere ne-
ſcierunt. Quāobrem cadent inter ruentes,
in tempore quo uiſitabo eos, corruent dicit
16 dñs. ℂ Sic dixit dñs. State ſuper uias, & ui
dete, & interrogate de ſemitis antiqs quæ
ſit uia bona, & ambulate in ea, & īuenietis
requie aīæ uřæ, & dixerūt. Nō ambulabim⁹.
17 ℂ Et cōſtituā ſup uos ſpeculatores, itēdite
18 uoci buccinæ, & dixerūt nō itēdem⁹. ℂ Ideo
audite gentes, & cognoſce congregatio ini
19 quitates quæ ſunt ī eis. ℂ Audi terra, ecce
ego adduco malū ſup populū iſtum, fructū
cogitationū eorꝝ, q̄a uerbis meis non intēde
20 runt, & legem meam reprobauerunt. ℂ Vt
q̄d iam mihi thus de Sebá ueniet, & calam⁹
odoratus optimus de terra longinqua? Ho-
locauſtomata urā non ſunt ad beneplacitū,
21 & ſacrificia urā non dulcuerūt mihi. ℂ Pro
pterea ſic dixit dñs, ecce do populo huic rui
nas, & ruent in eis pr̄es, & filij pariter, uici-
22 nus, & amicus eius peribunt. ℂ Sic dixit
dñs. Ecce populus uenit de terra aq̄lonis, &
23 gēs magna cōſurget à laterib⁹ terræ. ℂ Ar
cum, & ſcutū arripient, crudeles ſunt, & nō
miſerebunt̃. Vox eorꝝ tanq; mare ſonabit, &
ſuper equos equitabunt parati tanq; uir ad
24 prælium aduerſum te filia Siión. ℂ Audiui
mus famā eius, debilitatæ ſunt manus uřæ,
tribulatio appræhendit nos, dolor, ut partu
25 rietis. ℂ Ne exeas ad agrum, & per uiā ne
ambules, q̄m gladius inimici, pauor eſt i cir
26 euitu. ℂ Filia populi mei accinge te ſacco,
uolue te in cinere, luctum unici fac tibi, plan
ctum amaritudinū, quia repēte ueniet uaſta
27 tor ſuper nos. ℂ Munitionē dedi te in popu
lo meo, munitionē, & ſcies & probabis uiā
28 eorꝝ. ℂ Oēs ipſi pricipes declinātes, ābulā-
tes fraudulenter, æs, & ferrum, oēs ipſi cor-
29 ruptores ſunt. ℂ Combuſtū eſt ſufflatoriū
ab igne, cōſumptū eſt plumbū, fruſtra cōfla
30 uit conflando, & mali non ſunt auulſi. ℂ Ar
gentū reprobatum uocare eos, quia repro-
bauit dominus eos.

Capitulum. 7.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu
2 à dño dicendo. ℂ Sta in porta
dom⁹ dñi, & p̄dica ibi uerbū
iſtud, & dic. Audite uerbū dñi
oīs Iehudád qui ingredimini p
portas has, ut incuruetis uos
3 dño. ℂ Sic dixit dñs exercituū deus Iſrael.
Bonas facite uias uřas, & opera ueſtra, & ha
4 bitare faciā uos ī loco iſto. ℂ Ne fidatis uer
bis mēdacij dicendo. Tēplū dñi, templū dñi
5 tēplū dñi ſūt. ℂ Q̄m ſi bonas faciēdo bonas
feceritis uias uřas, & opa ueſtra, & faciēdo
feceritis iudiciū inter uirū, & amicum eius.
6 ℂ Peregrinū, pupillū, & uiduā nō oppreſ-
ſeritis, & ſanguinē innocētē nō effuderitis in
loco iſto, & poſt deos alienos nō ābulaueri-
7 tis ī malū uobis. ℂ Habitare faciā uos ī loco
iſto, ī terra quā dedi p̄rib⁹ uřis à ſæculo uſq;
8 ī ſæculū. ℂ Ecce uos fiditis uerbis mēdacij,
q̄d nō ꝓdeſt. Nūq̄d ē furādū, occidēdum, &

adulterādū,& iurandū mēdaciter,& adolē
dum Bāhal,& cūdū poſt deos alienos quos
9 nō noſtis? ℂ Et ueniſtis,& ſtetiſtis corā me
in domo hac,ī qua inuocatū eſt nomē meū,
& dixiſtis,liberati ſumus,eo ꝙ fecimus oēs
10 abominationes iſtas. ℂ Nūquid ut ſpelūca
latronū fuit domus hæc,in qua inuocatū eſt
nomē meum ī oculis uřis? Etiā ego ecce uidi
11 dixit dn̄s. ℂ Sed ite nūc ad locū meum,qui
eſt in Silōh,ubi habitare feci nomen meū in
principio,& uidete quæ fecerim ei propter
12 malitiā populi mei Iſraēl. ℂ Et nunc ǫa fe-
ciſtis oīa opera hæc dixit dn̄s,& locut⁹ ſum
ad uos mane ſurgēdo,& loquēdo,& nō au
13 diſtis,& uocaui uos,& nō reſpōdiſtis. ℂ Fa
ciam domui huic,in qua inuocatū eſt nomē
meum,cui fiditis,& loco quē dedi uobis,&
14 přib⁹ ueſtris,ſicut feci Silōh. ℂ Et proijciā
uos à facie mea,ſicut proieci oēs fratres ue-
15 ſtros,uniuerſum ſemen Ephráim. ℂ Tu aūt
ne ores pro populo iſto,& ne aſſumas ꝓ eis
laudem,& orationem,& ne depreceris me,
16 quia non exaudiam te. ℂ Nonne uides quid
iſti faciunt in ciuitatibus Iehudáh,& ī pla-
17 teis Ieruſaláim? ℂ Filij colligūt ligna,& pa
tres ſuccēdunt ignem,& mulieres impaſtāt
paſtam,ut faciant placentas ſtellæ cœli,& li
bent libamina dijs alienis,ut me iraſci faci-
18 ãt. ℂ Nōne me ipſi iraſci faciūt dixit dn̄s?
An nō ipſos uos potius ꝓpter pudorē uult⁹
19 uřī? ℂ Iō ſic dixit dn̄s de⁹. Ecce furor meus,
& ira mea effundit̃ ī locum iſtū ſup hoīes,&
ſuper animalia,& ſup arbores agri,& ſup
fruct⁹ terræ,& ſuccendet̃,& nō extinguet̃.
20 ℂ Sic dixit dn̄s exercituum de⁹ Iſraēl. Ho-
locauſta urā addite uictimis ueſtris,& come
21 dite carnē. ℂ Quia non ſum locutus cū pa-
tribus ueſtris,nec præcepi eis ī die qua edu
xi eos è terra Aegypti ſuper uerbis holocau
22 ſti,& uictimæ. ℂ Sed uerbum hoc præcepi
eis dicēdo. Obtēperate uoci meæ,& ero uo-
bis in deum,& uos eritis mihi in populum,
& ambulate ī omni uia quā præcepi uobis,
23 ut bn̄ ſit uobis. ℂ Et nō paruerunt nec incli
nauerunt aurem ſuam,ſed abierunt in conſi
lijs,in duritia cordis ſui mali,& retro ceſſe-
24 runt,& progreſſi ſunt. ℂ A die qua egreſſi
ſunt patres ueſtri è terra Aegypti uſq; ad
diem hanc,& miſi ad uos omnes ſeruos me-
os prophetas per diem ſurgendo mane,&
25 mittendo. ℂ Et non audierunt mihi,nec
inclinauerunt aurem ſuam,ſed indurauer-
runt ceruicem ſuā,& peius faciūt ꝙ̃ patres
26 eorum. ℂ Et loqueris ad eos omnia uerba
hæc,& nō audiēt tibi,& uocabis eos,& nō
27 reſpondebūt tibi. ℂ Et dices ad eos. Hæc eſt
gens q̄ non obtēperauit uoci dn̄i dei ſui,nec
recepit diſciplinam,perijt ueritas,& abſciſa
28 eſt de ore ipſorum. ℂ Tonde cæſariem tuā
& proijce,& ſume ſuper loca excelſa plan-
ctum,quia proiecit dominus,& reliquit ge-
29 nerationē furoris ſui. ℂ Quia fecerunt filij
Iehudáh malū in oculis meis dixit dominus,
poſuerūt abominationes ſuas in domo,ī qua
inuocatū eſt nomen meū,ut pollueret eam.
30 ℂ Et ædificauerūt excelſa Tōpheth,quæ ē
in ualle filij Himnōn,ut incēderēt filios ſuos
& filias ſuas igni,quod nō præcepi nec aſcē
31 dit ſup cor meū. ℂ Ideo ecce dies ueniūt di
cit domin⁹,& non dicetur ultra Tōpheth,et
uallis filij Himnōm,ſed uallis interfectionis,
& ſepelient̃ in Tōpheth eo ꝙ non erit locus.
32 ℂ Et erit morticinū populi huius ī cibū uo
latilib⁹ cœli,& animalib⁹ terræ,& non erit
33 qui exterreat. ℂ Et ceſſare faciā de urbib⁹
Iehudáh,& de plateis Ieruſalāī uocē gaudij,
uocē lætitiæ,uocem ſponſi,& uocem ſpōſæ
Nā in deſolationem erat terra.

Capitulum. 8.

1 IN tēpore illo ait dn̄s,edu-
cent oſſa regum Iehudáh,
& oſſa principū eius,& oſ
ſa ſacerdotum,& oſſa pro
phetarum,et oſſa habitan
tium Ieruſaláim,de ſepul-
2 chris ſuis. ℂ Et expandent ea ad ſolē,et lunā
& oēm exercitū cœli,quæ dilexerunt,& q-
bus ſeruierunt,& poſt quæ ambulauerunt,
& quæ quæſierunt,& qb⁹ incuruauerūt ſe,
nō colligent̃,nec ſepelientur,in ſterquiliniū
3 ſuper faciē terræ erunt. ℂ Et eligetur mors
magis ꝙ̃ uita ab oī reſiduo,qui reſidui erunt
de familia mala hac in uniuerſis locis,quæ re
ſidua erūt ad quæ deijciā eos dixit dominus
4 exercituum. ℂ Et dices ad eos. Sic dixit do
min⁹. Nūquid cadent,& nō reſurgēt? Nūqd
5 auertet̃,& nō conuertet̃? ℂ Quare rebellis
eſt ppl's iſte Ieruſaláim rebelliōe forti? Apꝑ-
derunt dolum,renuerunt reuerti,attendi,&
audiui,non rectā loquētur,nō eſt qſꝗ̃ quem
pœniteat mali ſui dicendo. Quid feci? Om-
nis ipſe conuerſus eſt in curſum ſuum tanꝗ̃
6 equ⁹ impetu uadens in prælium. ℂ Etiā ci-
conia in cœlo cognouit tempus ſuū,& tur-
tur,& grus,& hirundo cuſtodierūt tempus
aduentus ſui,populus autē meus non cogno
7 uit iudiciū dn̄i. ℂ Quō dicitis ſapientes ſu-
mus,et lex dn̄i ē nobiſcum? Vere ecce men-

8 dacium fecit ſtilus,fruſtra ſűt ſcribæ. ¶ Pu
dore affecti ſunt ſapiẽtes,perterriti ſunt,&
capti ſunt,uerbũ dñi reprobauerũt,& ſapiẽ
9 tia quid eſt eis? ¶ Propterea dabo uxores
eorũ alijs,agros eorũ hæredibus,quia à par-
uo uſq; ad magnum oẽs auare ſectãtur aua-
ritiã ,& à ꝓpheta uſq; ad ſacerdotem oẽs fa
10 ciũt mẽdaciũ. ¶ Et ſanabant contritionem
filiæ populi mei leui uerbo dicẽdo,pax pax,
11 & nõ erat pax. ¶ Nũ pudore affecti ſũt,qm̃
abominationẽ fecerunt? Etiã pudore nõ ſũt
pudore affecti,& erubeſcere neſcierũt.Ideir
co cadent inter corruentes in tẽpore uiſita-
12 tionis ſuæ cadent,dixit dñs. ¶ Cõſumendo
conſumã eos dixit dñs. Non ſunt uuæ ĩ uite,
nec ſunt ficus in ficu,& foliũ cecidit, & de-
13 di eis fructus qui tranſierunt ab eis. ¶ Pro
pter quid manemus? Congregate uos, & in
grediamur ciuitates munitas,& deficiem⁹
ibi,quia dñs deus noſter deficere nos fecit,
& potũ dedit nobis aquã fellis.Peccauimus
14 cm̃ dño. ¶ Expectare pacem,& nõ erit bo-
15 num, tempus medelæ,& ecce terror. ¶ A
Dan auditus eſt fremitus equorũ eius,à ſoni
tu hinnituũ equorũ fortiũ eius tremuit oẽs
terra Et uenerunt,& deuorauerũt terram,
& plenitudinẽ eius,urbem, & habitãtes in
16 ea. ¶ Quia ecce ego mitto in uos ſerpentes
regulos,quibus non eſt incantatio,& mor-
17 debũt uos ait dñs. ¶ Quũ uolo cõfortari ſu
per dolorẽ meũ,non poſſum,quia in me cor
18 meũ eſt infirmũ. ¶ Ecce uox clamoris filiæ
populi mei de terra longinqua. Nũquid dñs
non eſt in Siión,rex eius non eſt in ea? Qua-
re irritaſci fecerunt me,ſculptilibus ſuis, uani
19 tatibus dei alienis? ¶ Tranſiuit meſſis,finita
20 eſt æſtas,& non ſumus ſaluati. ¶ Super con
tritionẽ filiæ populi mei cõtritus ſum,obte
21 nebratus ſum,ſtupor obtinuit me. ¶ Nũqd
theriaca non eſt in Ghilhád, num medic⁹ nõ
eſt ibi? Sed cur non eſt curata medicina filia
populi mei?

Capitulum.9.

1 QVis det ut caput meũ ſit aqua,
& ocul⁹ me⁹ uena lachrymarũ,
& flebo die,ac nocte iterfectos
2 filiæ populi mei. ¶ Quis det
mihi ĩ ſolitudine diuerſorium
uiatorũ,& derelinquã populũ
meum, & recedã ab eis,quia uniuerſi ſunt
3 adulteri,cœtus præuaricatorũ. ¶ Et tẽdere
fecerũt linguã ſuam,arcum ſuum mẽdaciũ,
& nõ ueritatem,roborauerũt ſe in terra,qa
de malo ad malũ egreſſi ſunt,& me non co-
4 gnouerũt dixit dñs. ¶ Vnuſquiſq; ab ami-
co ſuo cauete,& omni fratri ne fidatis , qa
omnis frater ſupplantando ſupplãtabit, &
5 oĩs amicus fraudulenter incedet. ¶ Et unuſ
quiſq; amicum ſuum circumueniet, & ueri-
tatẽ non loquentur. Docuerũt linguã ſuam
loqui mendaciũ ut praue agerent,laboraue
6 runt. ¶ Habitatio tua eſt inter doloſos,do-
7 loſe renuerunt ſcire me,dixit dñs. ¶ Pro-
pterea ſic dixit domin⁹ exercituũ. Ecce ego
fundo eos,& probabo eos. Quõ em̃ faciã ut
8 nõ fundẽ eos,ꝓpter filiam populi mei? ¶ Sa
gitta extenſa lingua eorum, dolũ locuta eſt.
Ore ſuo pacẽ cũ amico ſuo loquẽt,& in cor
9 de ſuo ponẽt inſidias ſuas. ¶ Nunquid ſup
his non uiſitabo in eis dixit dominus? Nũqd
in gente quæ eſt ſicut hæc nõ ulciſcet anima
10 mea? ¶ Super montes aſſumam fletũ,& la-
mẽtum,& ſuper habitacula deſerti planctũ
qm̃ incenſa ſunt,ut non ſit quiſq; qui tran-
ſeat.Et non audierũt uocem pecudum,à uo-
lucrib⁹ cœli uſq; ad animalia tranſmigraue-
11 rũt,abierũt. ¶ Et ponã Ieruſaláim in acer-
uos,habitaculũ draconis,& ciuitates Iehu-
dáh ponã deſolationẽ,ut non ſit habitator.
12 ¶ Quis ẽ uir ſapiẽs , & ĩtelliget hoc,& ad
quẽ locutũ eſt os dñi,& nũciabit illud? Pro
pter qd perijt terra,exuſta ẽ ueluti deſertũ,
13 ut non ſit trãſiens? ¶ Dixit autẽ dñs. Eo qđ
dereliquerũt legem meã,quã dedi corã eis,
& non audierũt uocẽ meã,nec ambulauerũt
14 ĩ ea. ¶ Et abierũt poſt duriciẽ cordis ſui,&
poſt Behalím,quos docuerũt patres eorum.
15 ¶ Idcirco ſic dixit dñs exercituũ de⁹ Iſraél.
Ecce ego cibo pplm̃ hũc abſynthio,& potũ
16 dabo eis aquã fellis. ¶ Et diſpergã eos ĩ gẽ
tes,quas nõ nouerũt ipſi,& pr̃es eorũ,& mit-
tam poſt eos gladium,donec cõſumam eos.
17 ¶ Sic dixit dñs exercituũ,cõtẽplamini,&
uocate lamentatrices,& ueniãt,& ad ſapiẽ
18 tes mulieres mittite,& ueniant. ¶ Et feſti-
nẽt,& aſſumãt ſup nos planctũ ,& deducãt
oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ
19 defluãt aqs. ¶ Quia uox lamẽtationis audi
ta eſt de Siión.Quõ uaſtati ſumus, pudore
affecti ſumus uehemẽter,quia dereliquim⁹
terrã,& qa ꝓiecerũt nos habitacula noſtra.
20 ¶ Sed audite mulieres uerbum dñi,& aſſu
mat auris nr̃a uerbũ oris ei⁹,& docete filias
nr̃as lamẽtũ,& unaquæq; amicã ſuã plãctũ.
21 ¶ Quia aſcẽdit mors ꝑ feneſtras nr̃as,& in
trauit palatia nr̃a ut diſpdat paruulũ de pla-
22 tea,iuuenes de plateis. ¶ Loquere ſic dixit
dominus,& cadet morticinũ hominis tanq̃
ſtercus in ſuperficie agri,& ueluti manipu-
lus poſt metentem,& non erit qui colligat.

23 ¶ Sic dixit dominus. Ne laudet ſe ſapiens in
ſapiẽtia ſua, neq; laudet ſe potẽs in potẽtia ſua,
24 nec laudet ſe diues i diuitijs ſuis. ¶ Sed i hoc
laudet ſe qui laudat ſe ꝙ intelligit, & cognoſ-
ſcit me, quia ego dominus facio miſericordiã,
iudicium, & iuſtitiam in terra. Hæc enim uolo
25 dixit dominus. ¶ Ecce dies ueniunt dixit do-
minus, & uiſitabo omnem circuncíſum, & ha-
26 bentem præputium. ¶ Aegyptũ, & Iehudah
& Edóm, & filios Hammón, & Moab, & oẽs
habitãtes in extremo angulo mũdi, qui habi-
tant in deſerto, quía oẽs gentes habent præpu
tium, & omnis domus Iſraél præputiũ habent
cordis.

Capitulum.10.

1 AVdite uerbũ quod locut᷒ eſt do
mínus ſuper uos domus Iſraél.
2 ¶ Sic dixít dominus. Viá gen
tiũ ne diſcatis, & à ſignis cœlí,
ne metuatís, ſed metuãt gentes
3 ab eis. ¶ Quia ſtatuta populo
rum uanitas ſunt, quia lignum d. ſylua præci-
4 dit, opus manuũ artificis aſcia. ¶ Argento, et
auro decorauit illud. Clauis, & malleis confor
tauerunt illud, & non egredietur è loco ſuo.
5 ¶ Sicut palma æqualis eſt, & non loquetur,
portando portabitur, quia non incedit. Ne ti-
meatis ab eo, quia non malefaciet, & etiam be
6 nefaciendi non eſt in eo facultas. ¶ Non eſt
ſicut tu domine. Magnus es, & magnũ nomen
7 tuũ in fortitudine. ¶ Quis nõ timebit te rex
gentium? Quia tibi conuenit regnum, quia in
ter omnes ſapientes gentium, & inter omnia
8 regna eorum non eſt ſicut tu. ¶ Et ſimul deſi-
pient, & ſtulte agent. Eruditio uanitatũ lignũ
9 eſt. ¶ Argentum extenſum de Tarſis affere-
tur, & aurum de Vpház, opus artificis, & ma-
nus aurificis, hyacinthus, & purpura indumẽ-
tum eorum. Opus ſapientum uniuerſa ſunt.
10 ¶ Dominus autem deus ueritas eſt, deus ui-
uens, & rex æternus. Ab ira eius contremiſcet
11 terra, & non ſuſtinebunt gentes irã ei᷒. ¶ Sic
dicetis eis. Dij qui cœlum & terram non fece-
12 runt, pereãt è terra, & de ſub cœlo hij. ¶ Do
minus deus eſt qui fecit terram potentia ſua,
qui ſtabiliuit orbem ſapientia ſua, & pruden-
13 tia ſua extẽdit cœlos. ¶ Qui uoce ſua dat mul
titudinem aquarum in cœlo, qui aſcendere fa-
cit nubes ab extremo terræ, fulgura cum plu-
uia facit, & educit uentum de theſauris ſuis.
14 ¶ Vt brutum effectus eſt omnis homo pro-
pter ſcientiam. Pudore affectus eſt omnis au-
rifex à ſculptili, quia mẽdacium eſt conflatile
15 eius, & non eſt ſpiritus in eo. ¶ Vanitas ſunt
ſculptilia, opus irriſione dignum, in tempore
16 uiſitationis eius peribũt. ¶ Non eſt ſicut hæc
pars Iacacób, quia plaſmator omnium ipſe eſt,
& Iſraél uirga hæreditatis eius. Domin᷒ exer-
17 cituũ nomen eius. ¶ Congrega de terra mer
18 ces tuas, quæ habitas in loco munito. ¶ Quia
ſic dixit dominus. Ecce ut lapides funda ꝓijciũ
tur, proijciam habitatores terræ uice hac, &
19 affligam eos, ut inueniãt eos anguſtiæ. ¶ Væ
mihi ſuper contritione mea, indurata eſt plaga
mea. Ego autem cogitabam, profecto hãc in-
20 firmitatẽ ferre potero. ¶ Tabernaculũ meũ
uaſtatũ eſt, & omnes funiculi mei dirupti ſunt,
filij mei qui exierunt ex me non ſunt, non eſt
quí extendat ultra tentorium meum, & q eri-
21 gat cortinas meas. ¶ Quia ut bruta effecti
ſunt paſtores, & dominũ non quæſierũt. Pro-
pterea non intellexerũt, & oĩs grex eorum
22 diſperſus eſt. ¶ Vox auditionis. Ecce uenit, et
cõmotio magna de terra aqlonis, ut ponat ciui
tates Iehudáh in ſolitudine, in habitaculũ dra-
23 conum. ¶ Noui dñe quod nõ eſt hominis uia
eius, nec eſt uiri ambulantis uia eius, nec ei᷒ eſt
24 ut præparet greſſum ſuũ. ¶ Corripe me do-
mine, uerũtamen in iudicio non in furore tuo,
ne forte diminuere facias me. Effunde indigna
tionẽ tuam ſuper gẽtes, quæ non cognouerũt
te, & ſup gentes quæ nomen tuum nõ inuoca-
uerunt, quia comederũt Iahacób, & deuoraue
runt eum, & conſumpſerunt eum, & habita-
culum eius deſolare fecerunt.

Capitulum.11.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu à
2 dño ut diceret. ¶ Audite uerba
pacti hui᷒, & loquimini ad uiros
Iehudáh, & habitatores Ieruſa-
3 láim. ¶ Et dices ad eos. Sic di-
xit dñs deus Iſraél. Maledict᷒ quicũq; non pa-
4 ruerit uerbis pacti hui᷒. ¶ Quod præcepi pa-
trib᷒ ueſtris in die qua eduxi eos è terra Aegy
pti, è fornace ferrea dicẽdo. Audite uoci meæ,
& facite ea iuxta oĩa quæ præcepero uobis, &
eritis mihi in populũ, & ego ero uobis in deũ.
5 ¶ Vt ſtatuã iuramentũ, qđ iuraui patrib᷒ ue-
ſtris, ut darẽ eis terrã fluentẽ lacte, et melle ſe-
cundũ diẽ hanc. Et reſpõdi, & dixi. Amẽ dñe.
6 ¶ Et dixit dominus ad me, ꝑdica oĩa uerba
hæc in ciuitatibus Iehudáh, & in plateis Ieru-
ſaláim dicendo. Audite uerba pacti huius, & fa
7 cite ea. ¶ Quia conteſtando cõteſtat᷒ ſum pa
tres ueſtros in die qua aſcẽdere feci eos è ter-
ra Aegypti uſq; ad diem hãc mane ſurgendo,
8 & cõteſtando, dicẽdo. Audite uoci meæ. ¶ Et
non paruerũt, nec inclinauerunt aurem ſuam,
ſed abierunt unuſquiſq; in duriciem cordis ſui

mali. Et induxi ſuper eos om̃ia uerba pacti hu-
ius,quod præcepi ut facerent,& non fecerũt.
9 ¶Et dixit dominus ad me. Inuenta eſt coniu-
ratio in uiro Iehudáh, & habitatoribus Ieru-
10 ſaláim. ¶Reuerſi ſũt ad iniquitates patrum
ſuorum priorum, qui renuerunt obtempera-
re uerbis meis. Et hij abierunt poſt deos alie-
11 nos, ut ſeruirent eis. ¶Diſſipauerunt domus
Iſraél,& dom⁹ Iehudáh pactum meum, quod
12 pepigi cum patribus eorum. ¶Quãobrem
ſic dixit dominus. Ecce induco ſuper eos ma-
lum,de quo non poterunt exire. Et clamabunt
ad me,& non audiam eos. Et ibũt ciuitates Ie-
hudáh, & hitatores Ieruſaláim,& clamabũt,
ad deos quib⁹ ipſi ſuffiunt,& ſeruando non ſer-
13 uabunt eos in tempore mali eorum. ¶Quia
ſecũdum numerum ciuitatum tuarum,fuerũt
dij tui Iehudáh, & ſecundum numerum pla-
tearum Ieruſaláim poſuiſtis aras confuſionis,
14 & aras ad ſuffiendum Báhal. ¶Tu autẽ,ne
ores pro populo hoc,& ne aſſumas pro eis lau-
dem,& orationem,quia nõ exaudiam in tem-
pore quo clamauerint ad me ſuper malo ſuo.
15 ¶Quid eſt dilecto meo ultra in domo mea,
quum fecerit abominationes multas,& homi-
nes ſanctuarij tranſibunt à te, quia in malitia
16 tua tunc exultaſti. ¶Oliuam uiridem pul-
chram fructum,pulchram formoſum uocauit
dominus nomen tuũ. Ad uocem loquelæ grã-
dis exarſit ignis ſuper eam, & confregerũt ra-
17 mos eius. ¶Et dominus exercituum qui plan-
tat te locutus eſt ſuper te malum propter ma-
lum domus Iſraél,& domus Iehudáh,quod fe-
cerunt ſibi ad irritandũ me ſacrificãdo Báhal.
18 ¶Dominus autẽ ſcire fecit me,& ſciui. Tunc
19 uidere feciſti me opera eorum. ¶Et ego erã
tanq̃ agnus, & tanq̃ bos qui ducitur ad iugu-
landum,& non cognoui quod contra me co-
gitauerunt cogitationes. Corrumpamus uene-
no cibum eius,& excidamus eum è terra ui-
uentium,& nomen eius non memoretur am-
20 plius. ¶Sed domine exercituum qui iudicas
iuſte,qui probas renes, & cor, uideam ultio-
nem tuam de eis. Tibi enim reuelaui cauſam
21 meam. ¶Propterea ſic dixit dominus ad ui-
ros Hanathóth, qui quærunt animam tuam di-
cendo. Ne uaticineris in nomine domini,et nõ
22 morieris per manus nr̃as. ¶Propterea ſic di-
xit dñs exercituũ. Ecce uiſito eos. Iuuenes mo-
rientur gladio,filij eorum & filiæ eorum mo-
23 rientur fame. ¶Et reſiduum non erit eis. In-
ducam enim malum, erit uiris Hanathóth an-
nus uiſitationis eorum.

Capitulum.12.

1 Iuſtus es domine,ſi contendam
tecum. Veruntamen iudicia lo-
quar tecum. Quare uia impio-
rum proſperata eſt, pacem ha-
buerunt omnes præuaricantes
2 præuaricationem. ¶Plantaſti
eos,etiã radicati ſunt: ꝓfecerunt,etiã fecerunt
fructum: prope fuiſti ori eorũ, & longe à reni-
3 bus eorum? ¶Et tu domine noſti me,uidiſti
me,& probaſti cor meum tecum. Euelle eos ſi-
cut oues ad iugulationem, & præpara eos ad
4 diem occiſionis. ¶Vſq; quo erit deſolata ter-
ra, & hærba omnis agri areſcet propter mali-
tiam habitantium in ea? Defecerunt animalia
& uolucres,quoniã dixerunt, non uidebit no-
5 uiſſima noſtra. ¶Si cum peditibus cucurriſti
& laborare fecerũt te, quomodo miſces te cũ
equis? Et in terra pacis cui fidebas, quæſierũt te
occidere, & quomodo facies in altitudine Iar-
6 dén? ¶Nam etiam fratres tui, & domus pa-
tris tui, etiam ipſi præuaricati ſunt contra te,
etiam ipſi clamauerunt,poſt te congregando.
Ne credas eis, quũ locuti fuerint ad te bona.
7 ¶Reliqui domũ meam, dimiſi hæreditatem
meã,dedi dilectionẽ animæ meæ in manu ini-
8 micorũ eius. ¶Fuit mihi hæreditas mea tanq̃
leo in ſylua. Dedit contra me uocem ſuã, ideo
9 odi eam. ¶Nunquid ut auis tincta ſanguine
ueniet contra hæreditatẽ meã quã elegi mihi?
Nũquid ut auis per circuitũ cõtra eam? Venite
congregate uos oẽs beſtiæ agri,uenite ad de-
10 uorandum. ¶Paſtores multi demoliti ſunt ui-
neam meã. Conculcauerũt partẽ meam,poſue-
runt portionem deſiderabilem meam in deſer-
11 tum ſolitudinis. ¶Poſuit eã in deſolationẽ,
luxit cõtra me deſolata. Deſolata eſt oĩs terra,
12 quia nõ eſt qſq; qui ponat ſup cor. ¶Sup oĩa
loca excelſa in deſerto uenerũt uaſtatores, q̃a
gladius dñi deuorat ab extremo terræ uſq; ad
13 extremũ terræ, nõ ẽ pax uniuerſæ carni ¶Se-
minauerũt frumẽta,et ſpinas meſſuerũt, ægro-
tauerũt,& nõ ꝓfecerunt,pudore afficiemini à
14 fructib⁹ ueſtris ꝓpter irã furoris dñi. ¶Sic di-
xit dñs aduerſũ oẽs uicinos meos peſſimos, q̃
tãgũt hæreditatẽ,quã hæreditare feci populũ
meũ Iſraẽl. Ecce euello eos è terra ſua,& do-
15 mũ Iehudáh euellam è medio eorũ. ¶Et erit,
poſtq̃ euulſero eos,reuertar,& miſerebor eo-
rũ,& reducã eos unũquẽq; ad hæreditatẽ ſuã
16 & unũquẽq; ad terrã ſuã. ¶Et erit,ſi dulcẽ do-
didicerint uias ppli mei,ut iurent in noĩe meo,
uiuit dñs, ſicut docuerunt pplm meum iurare
17 in Báhal, ædificabuntur in medio populi mei.
¶Et ſi non audierint, euellã gentẽ illam euel-
lendo,& perdendo ait dominus.

Capitulum.13.

1 SIc dixit dñs ad me. Vade, & eme
cingulũ lineum, & pones illud ſu
per lumbos tuos, et in aquã nõ in
2 feres illud. ¶ Et emi cingulũ iux
ta uerbũ domini, & poſui ſuper lumbos me
3 os. ¶ Et fuit uerbũ domini ad me ſecũdo di
4 cẽdo. ¶ Tolle cingulũ quod emiſti, qđ eſt
ſuper lumbos tuos, et ſurge, uade ad euphra
tem, & abſcõde illud ibi in foramine petræ.
5 ¶ Et perexi, & abſcondi illud in euphrate ſi
6 cut præceperat dominus mihi. ¶ Et fuit, in
fine dierum multorũ, dixit dominus ad me,
ſurge, uade ad euphratem, & tolle inde cin-
gulũ, quod præcepi tibi ut abſconderes ibi.
7 ¶ Et perrexi ad euphratem, & fodi, & tuli
cingulum de loco ubi abſconderam illud,
et ecce computruerat cingulum, nulli⁹ erat
8 utilitatis. ¶ Et fuit uerbũ domini ad me di
9 cendo. ¶ Sic dixit dominus, ſic putreſcere
faciam ſuperbiam Iehudah, & ſuperbiam Ie
10 ruſaláim multam. ¶ Populũ iſtũ peſſimum,
qui renuũt audire uerba mea, qui ambulant
in duricie cordis ſui, abierũtq́ poſt deos
alienos, ut ſeruirẽt eis, & incuruarẽt ſe eis,
& erit ſicut cingulum hoc quod nullius eſt
11 utilitatis. ¶ Sicut enim adhæret cingulũ lũ
bis uiri, ſic adhærere feci mihi omnem domũ
Iſraël, & omnem domum Iehudah dixit do-
nus, ut ſint mihi in populum, & in nomẽ, &
in laudem, & in gloriam, & non audierunt.
12 ¶ Et dices ad eos uerbũ iſtud. Sic dixit do
minus deus Iſraël. Omnis utris implebit̃ ui-
no. Et dicent ad te. Nunqd ſciẽdo nõ ſcim⁹,
13 quod omnis utris implebitur uino? ¶ Et di
ces ad eos. Sic dixit domin⁹. Ecce ego ĩpleo
oẽs habitatores terræ hui⁹, & reges qui ſe-
dẽt ꝑ Dauid ſup ſolio ei⁹, & ſacerdotes, &
ꝓphetas, & oẽs habitatores Ieruſaláĩ, ebrie
14 tate. ¶ Et diſpergã eos alter ad alterũ, prẽs
et filios pariter ait dñs. Nõ parcam, neq́ ĩdul
gebo, nec miſerebor, ut nõ deſtruam eos.
15 ¶ Audite, & auſcultate, ne eleuetis uos, qa
domin⁹ locut⁹ ẽ, date dño deo ueſtro gloriã
anteq́ cõtenebreſcere faciat, & anteq́ offẽ-
dãt pedes ueſtri ſup mõtes caliginoſos. Ex-
pectabitis lucem, & ponet eã, ut umbrã mor
16 tis, & ut caliginem. ¶ Et ſi non audieri-
tis hoc, in occultis plorabit anima mea à fa-
cie ſuperbiæ eius. Lachrymando aũt lachry-
mabitur, & deſcendere faciet oculus me⁹ la
17 chrymas, quia captus eſt grex dñi. ¶ Dic re
gi et reginæ, humiliate uos, ſedete, quoniã
deſcendit de capitibus ueſtris corona gliæ
18 ueſtræ. ¶ Ciuitates q̃ ſũt ad meridiẽ clauſæ
ſunt, & nõ eſt qui aperiat, tranſlata eſt Iehu-
19 dáh tota, tranſlata eſt tota. ¶ Leuate oculos
ueſtros, & uidete eos qui ueniũt ab aqlone,
ubi eſt grex datus tibi. pecus gloriæ tuæ?
20 ¶ Quid dices cũ uiſitauerit te? Tu enĩ aſſue
feciſti eos ſup te principes in caput. Nonne
dolores appræhendent te ut mulierem par-
21 turientẽ? ¶ Et ſi dixeris in corde tuo, quare
euenerunt mihi hæc? Propter multitudinem
iniqtatis tuæ, diſcoopertæ ſunt fimbriæ tuæ,
22 diſcoopertæ ſunt plãtæ tuæ. ¶ Nunqd uertet
Aethiops pellẽ ſuam, & pard⁹ maculas ſuas?
Etiã uos poteritis bñfacere aſſueti malefacee
23 re. ¶ Et diſpergere faciã eos tanq́ ſtipulã
24 trãſeuntẽ ad uentũ deſerti. ¶ Hæc ſors tua
pars menſuræ tuæ à me dixit dominus, quæ
25 oblita es mei & fidiſti mendacio. ¶ Et etiã
ego nudaui fimbrias tuas cõtra faciẽ tuã, &
26 apparuit ignominia tua. ¶ Adulteria tua,
& exultatiões tuæ, fœditas fornicatiõis tuæ
ſup colles, ĩ agro uidi abominatiões tuas. Væ
tibi Ieruſaláim, non eris mũda poſtq́ adhuc
es immunda.

Capitulum.14.

1 QVod fuit uerbum dñi ad
Irmeiáhu ſup uerba ꝓ-
hibitionum pluuiarũ.
2 ¶ Deſolata ẽ Iehudáh
& portæ eius deſolatæ
ſũt, obſcuratæ ſũt ĩ ter
ra, & clamor Ieruſaláĩ
3 aſcẽdit. ¶ Et maiores
eorũ miſerunt minores ſuos ad aquam. Vene
rũt ad foſſas, & nõ inuenerunt aquam, reuerſi
ſunt cũ uaſis ſuis uacuis, pudore affecti ſũt,
4 erubuerũt, & operuerunt caput ſuũ. ¶ Pro
pter terrã cõtritã, qa non fuit pluuia in terra
pudore affecti ſũt agricolæ, & operuerũt ca
5 put ſuũ. ¶ Nã et ceruua ĩ agro peperit, & re
6 liqt qa nõ erat herba. ¶ Et onagri ſteterũt ĩ
excelſis, attraxerũt uentũ tãq́ dracones de
7 fecerũt oculi eorũ, qa non erat herba. ¶ Si
ĩiqtates nr̃æ teſtificatæ ſũt cõtra nos, dñe fac
ꝓpter nomẽ tuũ, qa mltæ ſũt rebelliões nr̃æ,
8 tibi peccauimus. ¶ Expectatio Iſraël, ſerua
9 tor ei⁹ in tpe afflictionis. ¶ Quare futur⁹ es
ueluti peregrinus in terra, & tanq́ uiator, q
decliat ad pnoctãdũ? Quare futur⁹ es ueluti
uir attonit⁹, tãq́ fortis, q nõ pt ſaluũ facere?
Tu aũt ĩ medio nr̃i es dñe, et nomẽ tuũ ſuper
10 nos ĩuocatũ eſt, ne derelinquas nos. ¶ Sic di
xit dñs pplo huic, ita dilexerũt mouere ſe pe
des ſuos, non prohibuerũt ne irent, et domi
nus noluit eos, nũc recordabit̃ iniqtatis eorũ
11 et uiſitabit pctũ eorũ. ¶ Et dixit dñs ad me

12 Ne ores pro populo iſto in bonum. ¶ Cum
ieiunauerint, non exaudiã clamorem eorũ.
Et ſi obtulerint holocauſtum, & oblationẽ
nolo ea, quia gladio, & fame, & peſte conſu
13 mam eos. ¶ Et dixi. Aháh dñe deus. Ecce ua
tes dicunt eis. Nõ uidebitis gladium, & fa-
mes nõ erit uobis, ſed pacẽ uerã dabo uobis
14 in loco iſto. ¶ Et dixit dñs ad me. Falſum ua
tes uaticinãtur ĩ noĩe meo. Nõ miſi eos, neq̃
præcepi eis, nec locutus ſum ad eos uiſionẽ
mẽdacẽ, & diuinationẽ, & nihil, & ſeductio
15 nem cordis ſui uaticinãtur uobis. ¶ Idcir-
co ſic dixit dñs, ſuper uates qui uaticinãtur
in noĩe meo, & ego nõ miſi eos. Et ipſi dicũt
gladius, & fames nõ erit in terra iſta, gladio,
16 & fame conſumenť uates illi. ¶ Et populus
quibus uaticinãtur proiecti erunt in plateis
Ieruſaláim à facie famis, & gladij, & nõ erit
qui ſepeliat eos. Ipſi, uxores eorũ, & filij eo
rum, & filiæ eorũ, & effundam ſuper eos ma
17 lum ſuũ. ¶ Et dices ad eos uerbũ iſtud. De-
ducant oculi mei lachrymas nocte ac die, &
ne taceant, qm̃ contritione magna contrita
eſt uirgo filia populi mei, plaga dura ualde.
18 ¶ Si egreſſus fuero ad agrum, ecce occiſi
gladio, & ſi introiero in ciuitatem, ecce in-
firmati fame, quia tã uates, q̃ ſacerdos cir-
19 cuierũt in terrã, quã nõ cognouerũt. ¶ Nũ
quid abijciẽdo abiecisti Iehudáh? Nũ Siion
abominata eſt anima tua? Quia percutere fe
ciſti nos, & nõ eſt nobis ſanitas. Si expecta-
uerimus pacem non erit bonum, tempus ſa-
20 nitatis, ecce erit turbatio. ¶ Cognouimus
domine impietatẽ noſtrã, iniquitatẽ patrũ
21 noſtrorum, quia peccauimus tibi. ¶ Ne repro
bes propter nomẽ tuũ, & ne deijcias ſolium
gloriæ tuæ. Recordare, ne irrites pactũ tuũ
22 nobiſcum. ¶ Nũquid ſunt in uanitatib' gẽ
tium qui pluere faciant, & num cœli dabũt
imbres? Nõne tu ipſe dñs deus noſter? Et ex-
pectauimus te. Tu enim feciſti oĩa hæc.

Capitulum. 15.

1 ET dixit dñs ad me. Si ſtarẽt Moſéh,
& Semuél in oratione coram me,
nõ eſt uolũtas mea ad populũ iſtũ
Emitte à facie mea, & egrediatur.
2 ¶ Et erit, ſi dixerint ad te. Quo egredie-
mur, dices ad eos. Sic dixit dñs qui ad mor-
tem ad mortem, & qui ad gladium, ad gla-
dium, & qui ad famem ad famem, & qui ad
3 captiuitatem ad captiuitatem. ¶ Et præfi-
ciam eis quatuor gentes dixit dñs, gladium
ad occidendum, & canes ad trahendum, &
uolatila cœli, & beſtias terræ ad deuorãdũ,
4 & diſſipandũ. ¶ Et dabo eos in cõmotionẽ
uniuerſis regnis terræ propter Menaſſéh fi
liũ Chizchiáhu regis Iehudáh ꝓpter ea q̃ fe
5 cit in Ieruſaláim. ¶ Quis enĩ miſerebiť tui
Ieruſaláim? Et quis condolebit tibi, & quis
ibit ad poſtulandũ pacem te? Tu dereliqui-
ſti me dicit dñs, retrorſum abiſti. Et extendã
manum meam ſuper te, & diſperdam te, labo
6 raui ad pœnitendũ. ¶ Et diſpergam eos uẽ-
tilabro in portas terræ. Orbauť, perdidi po-
7 pulũ meũ. A uijs ſuis nõ ſunt reuerſi. ¶ Mul
tiplicatæ ſunt mihi uiduæ eius præ harena
marium. Adduxi ſuper eos ſuper congrega-
tionẽ iuuenũ uaſtatorẽ meridie, cadere feci
ſuper eam repente deſolationẽ ciuitatũ et fe
8 ſtinãter. ¶ Infirmata ẽ quæ pariebat ſeptẽ,
dolore affecta eſt anima eius, occidit ſol eius
adhuc exiſtẽte die, pudore affecta eſt, & eru
buit, & reſiduũ eius in gladiũ dabo corã ini-
9 micis eorum ait dñs. ¶ Væ mihi mater mea qa
genuiſti me uirũ rixæ, & uirum diſcordiæ in
uniuerſa terra, nõ fœneratus ſum eis, nec fœ
nerati ſunt mihi, uniuerſi maledicũt mihi.
10 ¶ Dixit dñs, ſi non quod remanebit tempo
ris erit ĩ bonũ, ſi nõ occurrere feci tibi ĩ tẽpo
re malo & in tẽpore afflictionis aduerſus ini
11 micũ. ¶ Nunqd conteret ferrũ ferrũ, quod
12 eſt ab aquilone, & æs. ¶ Opes tuas, & the-
ſauros in direptionẽ dabo, nõ precio. Et pro
pter omnia peccata tua & peccata quæ ſunt
13 in omnibus terminis tuis. ¶ Tranſire fa-
ciam te ad inimicos tuos in terram quã non
noſti, quia ignis ſuccẽſus eſt in furore meo,
14 ſuper uos ardebit. ¶ Tu noſti domĩe, recor
dare mei, & uiſita me, & uindica me de inimi
cis meis, ne in lõganimitate furoris tui ſuſci
pias me, ſcito quod ſuſtineo propter te op-
15 probrium. ¶ Inuenti ſunt ſermones tui, &
comedi eos. Et fuit uerbum tuũ mihi in gau-
diũ, & in lætitiã cordis mei, quia inuocatum
eſt nomen tuũ ſuper me dñe deus exercituũ
16 ¶ Non ſedi in cœtu ludentiũ, nec exultaui
ꝓpter plagam tuã, ſolus ſedi, qm̃ ira repleſti
17 me. ¶ Vt qd fuit dolor meus fortis, & pla-
ga mea deſperata, renuit curari, effecta eris
mihi ueluti uena mendax, ueluti aq̃ q̃ nõ ſunt
18 fideles? ¶ Propterea ſic dixit dñs. Si cõuer
ſus fueris, & cõuerti fecero te, corã me ſta-
bis. Et ſi eduxeris precioſum à uili tanq̃ os
meum eris, conuerteť ipſi ad te, & tu nõ cõ
19 uerteris ad eos. ¶ Et dabo te pplo huic mu
rũ æneũ, munitum, & bellabunt cõtra te, &
nõ præualebunt tibi, quia tecũ ero ut ſeruem
20 & eruam te, dixit dominus. ¶ Et eruam te
de manu peſſimorum, & redimã te de manu
fortium.

Capitulum.16.

1 ET fuit uerbū dñi ad me dicēdo. Non
accipies uxorem, nec erunt tibi filij
2 & filiæ in loco iſto. ¶ Quia ſic di-
xit dominus. Sup filios & filias, qui
generantur in loco iſto, & ſuper matres eorū
quæ generāt eos, & ſuper patres eorū qui ge
3 nerant eos in terra iſta. ¶ Morbus ægrota-
tionum morientur. Non plangentur, neq; ſepe-
lientur. In ſterquilinium ſuper faciē terræ erunt,
& gladio & fame conſumentur. Et erunt cada
uera eorum in eſcam uolatilibus cœli, & be-
4 ſtijs terræ. ¶ Sic enim dixit dominus. Ne in-
grediaris domum luctus, nec uadas ad plāgen
dum, neq; condoleas eis, quia abſtuli pacem
meam à populo iſto, dixit dominus, miſericor
5 diam, & miſerationes. ¶ Et morientur magni
& parui in terra hac. Non ſepelientur, nec plā-
gent eos, & non ſe incident, nec decaluabunt
6 ſe propter eos. ¶ Et non extendent ſe ſuper
luctum ad conſolandū eos ſuper mortuo, neq;
dabunt eis potum calicem conſolationū ſuper
7 patre ſuo, & ſuper matre ſua. ¶ Et domū con
uiuij non ingrediaris, ut ſedeas cum eis ad co-
8 medendum & bibēdum. ¶ Sic enim dixit do
minus exercituū deus Iſraël. Ecce ego ceſſare
faciā de loco iſto in oculis ueſtris: & in diebus
ueſtris uocē gaudij, & uocē lætitiæ, uocē ſpon
9 ſi & uocem ſponſæ. ¶ Et erit, cū annunciaue
ris populo huic omnia uerba hæc, & dixerint
tibi, propter quid locutus eſt dominus ſuper
nos omne malum grande hoc, & quæ iniqui-
tas noſtra, & quod peccatum noſtrum, quod
10 peccauimus domino deo noſtro? ¶ Dices ad
eos. Propterea qđ dereliqrunt pr̄es ueſtri me
ait domin᷒, & abierūt poſt deos alienos, et ſer
uierūt eis, & incuruauerūt ſe eis, & me dereli
11 querunt, & legē meā non cuſtodierunt. ¶ Et
uos peius feciſtis faciendo q̄ patres ueſtri. Et
ecce uos ambulatis unuſquiſq; poſt duriciem
12 cordis ſui mali, ut nō audiatis mihi. ¶ Et eijce
re faciam uos de terra hac, in terram quam nō
cognouiſtis uos, & patres ur̄i, & ſeruietis ibi
dijs alienis die ac nocte, quia non dabo uobis
13 miſericordiam. ¶ Propterea ecce dies ueniūt
dixit dominus: & non dicetur ultra. Viuit do-
minus qui aſcendere fecit filios Iſraël è terra
14 Aegypti. ¶ Sed uiuit dominus qui aſcendere
fecit filios Iſraël de terra aquilonis, & de uni-
uerſis terris ad quas expellere fecit eos, & re-
ducere faciam eos in terram ſuam, quam dedi
15 patribus eorum. ¶ Ecce ego mitto ad piſca-
tores multos dixit dominus, & piſcabunt eos,
& poſtea mittam ad multos uenatores, & ue-
nabuntur eos ex omni monte, & omni colle,
16 & de cauernis petrarum. ¶ Quia oculi mei
ſuper omnes uias eorum, & non ſunt occulta-
tæ à facie mea, neq; eſt abſcōdita iniquitas eo-
17 rum à cōſpectu oculorum meorum. ¶ Et red
dam primum duplicem iniquitatem eorum, et
peccatum eorum, eo q contaminauerunt ter-
ram meam cadaueribus abominationum ſua-
rum, & abominationib᷒ ſuis impleuerūt hære
18 ditatem meam. ¶ Domine fortitudo mea, &
robur meum, & refugiū meum in die afflictio-
nis. Ad te gentes uenient ab extremis terræ, et
dicent. Vere mendaciū poſſederunt patres no
ſtri, uanitatē: & non eſt in eis utilitas. Nūquid
19 faciet ſibi hō deos? Et ipſi non ſunt dij. ¶ Id-
circo ecce oſtendam eis uice hac, oſtendam eis
manū meam, & fortitudinem meam, & ſcient
quod nomen meum eſt dominus.

Capitulum.17.

1 PEccatū Iehudáh ſcriptum eſt ſti-
lo ferreo, ſtilo adamantino, ſcul-
ptum in tabula cordis eorū, & in
2 cornibus ararum eorū. ¶ Cum
recordati fuerint filij eorū ararū
ſuarū, & lucorū ſuorū iuxta lignum uiride, &
3 iuxta colles excelſos. ¶ Montane in regione
opes tuas omnes theſauros tuos in direptio-
nem dabo, excelſorum tuorum propter pecca
4 tum quæ ſunt uniuerſis confinibus tuis. ¶ Et
remiſſio erit in te ab hæreditate tua, quam de-
di tibi, & ſeruire te faciam inimicis tuis i terra
quam non noſti, quoniā ignem ſuccendiſti in
5 furore meo, uſq; in æternū ardebit. ¶ Sic di-
xit dominus. Maledictus uir qui fidit homini,
& ponit carnem brachium ſuum, & à domino
6 recedit cor eius. ¶ Et erit tanq̄ myricæ in de-
ſerto, & non uidebit cum uenerit bonū. Et ha
bitabit in ſiccitatib᷒ in deſerto, terra deſolata,
7 & quæ non habitabit. ¶ Benedictus uir qui
8 fidit domino, & eſt domin᷒ fiducia eius. ¶ Et
erit tanq̄ arbor plantata ſecus aquas, & quæ
ſecus riuum mittet radices ſuas, & non uide-
bit cum uenerit æſtus, & erit folium eius uiri-
de, & in anno prohibitionis pluuiæ non time-
9 bit, nec deſinet facere fructum. ¶ Supplanta
tiuum eſt cor præ omnibus & peruerſum eſt,
10 quis cognoſcet illud? ¶ Ego domin᷒ ſcrutans
cor, probans renes, ut dem unicuiq; iuxta uiā
11 ſuam, & iuxta fructum operum ſuorū. ¶ Si-
cut perdix colligit oua & nō parit, ſic q facit di
uitias, & non in iudicio, in dimidio dierū ſuo-
rum derelinquet eas, & in nouiſſimo ſuo erit
12 inſipiens. ¶ Solium gloriæ altitudo à princi-

13 pio,locus ſanctificationis noſtræ. ¶ O ſpes
Iſraél domine,omnes qui dereliquerunt te pu-
dore afficientur,& recedẽtes à te in terra ſcri-
bentur,quoniam dereliquerunt uenam aqua-
14 rum uiuentium dominũ. ¶ Sana me domine
& ſanabor: ſaluum me fac,& ſaluus ero quo-
15 niam laus mea tu es. ¶ Ecce ipſi dicũt ad me.
Vbi eſt uerbũ domini? Veniat nũc.Et ego non
elongaui meipſum, ut eſſem paſtor poſt te,&
diem cõtritiõis nõ deſideraui:tu noſti.Qđ exi
16 uit de labijs meis rectũ corã te fuit. ¶ Ne ſis
17 mihi formidini, ſpes mea tu ĩ die mala. ¶ Pu
dore afficiẽť pſequẽtes me , & nõ pudore affi
ciar,paueãt ipſi,et nõ paueбo ego.Adduc ſu
per eos diem malam,& duplici contritiõe con
18 tere eos. ¶ Sic dixit dominus ad me.Vade,&
ſta in porta filiorum populi per quam ingre-
diuntur reges Iehudáh,& per quam egrediũ
19 tur,& in omnibus portis Ieruſaláim. ¶ Et di
ces ad eos.Audite uerbum dñi reges Iehudáh
& omnis Iehudáh,& omnes habitatores Ieru
20 ſaláim,qui ingredimini per portas has. ¶ Sic
dixit domin⁹.Cauete propter animas ueſtras.
21 ¶ Et ne portetis põdus in die ſabbati,nec in-
feratis p portas Ieruſaláim, neq; efferatis on⁹
22 de domibus ueſtris in die ſabbati. ¶ Et omne
opus non faciatis,et ſanctificate diem ſabbati,
23 quẽadmodum præcepi patrib⁹ ueſtris. ¶ Et
non audierunt,nec inclinauerũt aurem ſuam:
ſed indurauerunt ceruicem ſuam, ut non audi
24 rent,neq; acciperẽt diſciplinam. ¶ Et erit, ſi
audiendo audieritis me dixit dñs, ut nõ infera
tis onus p portas ciuitatis huius in die ſabbati,
& ſanctificaueritis diem ſabbati,ut non facia-
25 tis in eo omne opus. ¶ Ingrediẽtur p portas
ciuitatis hui⁹ reges,& principes ſedẽtes ſuper
ſolium Dauid equitãtes in curru, & in equis,
ipſi & principes eorũ,uir Iehudáh,& habita-
tores Ieruſaláim, & habitabitur ciuitas hæc in
26 ſæculum. ¶ Et uenient de ciuitatib⁹ Iehudáh
& de circuitibus Ieruſaláim, & de terra Binia
min,& de campeſtribus,& de mõte,& ab au-
ſtro adducentes holocauſtum, & ſacrificium,
& oblationem,& thus,& adducentes confeſ-
27 ſionem in domum domini. ¶ Si aũt non obe
dieritis mihi,ut ſanctificetis diẽ ſabbati, & nõ
portetis onus,nec inferatis per portas Ieruſa-
láim in die ſabbati, ſuccẽdere faciam ignem in
portis ei⁹, & deuorabit domos Ieruſaláim,&
non extinguetur.

Capitulum.18.

1 VErbum qđ fuit ad Irmeiáhu à do-
mino ut diceret. ¶ Surge,& de-
2 ſcende in domũ figuli,et ibi audire
3 faciam te uerba mea. ¶ Et deſcẽdi
in domũ figuli,& ecce faciebat opus ſup rotã.
4 ¶ Et diſſipatũ eſt uas, quod ipſe faciebat ex
luto in manu figuli,& cõuerſus eſt,& fecit il-
lud uas alterũ, quẽadmodum rectũ fuit in ocu
5 lis figuli,ut faceret. ¶ Et fuit uerbum domini
6 ad me dicendo. ¶ Nunquid ſicut figulus iſte
non potero facere uobis domus Iſraél ait do-
minus?Ecce ſicut eſt lutum in manu figuli, ſic
7 eſtis in manu mea domus Iſraél. ¶ Repẽte lo
quar aduerſus gentem,& aduerſus regnum,
8 ut euellam,& confringam,& perdam. ¶ Et
conuertetur gens ipſa à malo ſuo contra quod
locut⁹ ſum pœnitebit me ſuper malo quod co-
9 gitaui facere ei. ¶ Et repente loquar aduer-
ſus gentem,& aduerſus regnum: ut ædificem
10 & plantem. ¶ Et faciet malum in oculis meís:
ut non audiat uocem meam,pœnitebit me ſu-
11 per bono quod dixí,ut benefacerem ei. ¶ Et
nunc dic,nunc uiro Iehudáh,& habitatoribus
Ieruſaláim dicẽdo. Sic dixit domin⁹. Ecce fin
go contra uos malum,& cogito contra uos co
gitationem. Reuertimini nũc unuſquiſq; à uia
ſua mala,& bonas facite uias uẽras, & opa uẽra
12 ¶ Et dixerunt. Deſperatum eſt,ſed poſt cogi
tationes noſtras ibimus, & unuſquiſq; cogita
13 tionem cordis ſui mali faciemus. ¶ Ideo ſic
dixit dominus.Interrogate nunc gẽtes. Quis
audiuit ſimilia? Rem fœdam fecit nimis uir-
14 go Iſraél. ¶ Nunquid relinquet homo exeũ-
tẽ de petra agri niuẽ Lebanón? Num relinquẽ
tur aquæ uenıẽtes à loco alieno frigidæ defluẽ
15 tes? ¶ Quia oblit⁹ eſt mei populus meus,fru
ſtra adolebunt,& impingere fecerũt eos falſi
prophetæ in uijs eorum ut relinquant ſemitas
longi temporis,ut ambulẽt per ſemitas uiæ nõ
16 calcatæ. ¶ Et ponãt terram eorũ in admiratio
nem,ſibiloſq; longi tpis. Omnis qui tranſierit
iuxta eam admirabiť,& mouebit caput ſuum.
17 ¶ Sicut uẽtus orientalis diſpergã eos coram
inimico.Ceruicem,& nõ faciẽ oſtendam eis in
18 die perditionis eorum. ¶ Et dixerũt. Venite
& cogitemus contra Irmeiáhu malas cogita-
tiones.Nõ enĩ peribit lex à ſacerdote,& conſi
lium à ſapiente,& uerbũ à propheta. Venite,
& percutiamus eum lingua, & ne attẽdamus
19 ad uniuerſa uerba ei⁹. ¶ Attẽde dñe ad me,et
20 audi uocẽ litigantiũ mecũ. ¶ Nũquid reddiť
pro bono malũ,quia foderũt foueã aiæ meæ?
Recordare q; ſteterim in conſpectu tuo,ut lo-
querer p eis bonũ, ut auerterẽ irã tuã ab eis.
21 ¶ Propterea da filios eorũ in famẽ,& fluere
fac eos per manus gladij. Et ſint uxores eorum
orbatæ,& uiduæ, & uiri earũ ſint occiſi mor-
22 te,iuuenes eorũ percuſſi gladio in ꝓlio. ¶ Au
diatur clamor de domib⁹ eorum. Adduces enĩ

ſuper eos exercitum repente, quia foderũt
foueam,ut caperẽt me,& laqueos aſconde-
23 runt pedibus meis. ¶ Tu autẽ dñe noſti oẽ
conſiliũ eorum aduerſum me in mortem.Ne
expies iniquitatẽ coꝝ, & peccatum corũ à
facie tua ne deleas. Et ſint debiles in cõſpe-
ctu tuo in tempore furoris tui fac cum eis.

Capitulum.19.

1 SIc dixit dñs ad me. Vade,& eme
cenophorũ figuli teſtaceum, &
duc tecũ de ſeniorib⁹ populi,&
2 de ſeniorib⁹ ſacerdotum. ¶ Et
egredere ad uallẽ filij Hinnóm,
ꝑ oſtiũ portæ fictilis,& ꝑ̃dica ibi uerba hæc
3 quæ loquar ad te. ¶ Et dic. Audite uerbum
domini reges Iehudáh,& habitatores Ieru-
ſaláim ſic dixit dñs exercituum deus Iſraél.
Ecce adduco malũ ſuꝑ locũ iſtũ,qđ omnis ꝗ
4 audierit tinnient aures eius. ¶ Eo qđ dere-
liquerunt me,& alienauerunt locum iſtum,
& adoleuerunt in eo dijs alienis, quos non
nouerũt ipſi,& patres corũ,& reges Iehu-
dáh,& repleuerũt locũ iſtum ſanguine ĩno-
5 centum. ¶ Et ædificauerunt excelſa Báhal
ad cõburẽdũ filios ſuos igni, in holocauſta
ipſi Báhal,qđ nõ ꝑ̃cepi,nec locut⁹ ſũ nec aſcẽ
6 dit ſuper cor meum. ¶ Propterea ecce dies
ueniũt dixit dominus, & non uocabit̃ locus
iſte ampli⁹ Tófeth,& uallis filij Hinnóm,ſed
7 uallis occiſionis. ¶ Et diſſipabo conſilium
Iehudáh,& Ieruſaláim in loco iſto, & cade-
re faciam eos gladio coram inimicis ſuis,&
in manu quærentium animas eorum,& da-
bo cadauera corũ in eſcam uolatilib⁹,cœli,
8 & beſtijs terræ. ¶ Et ponam ciuitatem hãc
in ſtuporem,& in ſibilum.Omnis qui trãſie-
rit per eam,obſtupeſcet,& ſibilabit ſuꝑ uni
9 uerſis plagis eius. ¶ Et comedere faciã eos
carnem filiorum ſuorum, & carnem filiarũ
ſuarum,& unuſquiſq; carnem amici ſui co-
medet,in obſidione,& anguſtia qua angu-
ſtijs afficient eos inimici eorum,& quæren-
10 tes animam eorum. ¶ Et conteres cenopho
11 rum in oculis uirorum qui eunt tecũ. ¶ Et
dic ad eos.Sic dixit dominus exercituũ: ſic
conteram populũ iſtum,& ciuitatem iſtam
ſicut conterit quiſpiam uas figuli quod nõ
poteſt curari ultra,& in Tófeth ſepelientur,
12 eo ꝙ non erit locus ad ſepeliendum. ¶ Sic
faciam loco huic ait dominus:& habitatori-
bus eius ut ponam ciuitatem hanc ſicut Tó-
13 feth. ¶ Et erunt dom⁹ Ieruſaláim, & dom⁹
regũ Iehudáh ſicut locus Tófeth immundæ
ꝓpter oẽs domos ſuꝑ quarũ adoleuerũt te-
ctis oĩ militiæ cœli,& libauerũt libamĩa dijs
14 alienis. ¶ Venit autem Irmeiáhu de Tófeth
quo miſerat eũ dñs ut uaticinaretur, & ſte-
tit in atrio domus domini,& dixit ad omnẽ
15 populum. ¶ Sic dixit dominus exercituum
deus Iſraél. Ecce adduco ſuper ciuitatẽ iſtam
& ſuper omnes urbes eius omne malũ qđ lo
cut⁹ ſũ cõtra eã, qm̃ idurauerũt ceruicẽ ſuã,
ut nõ audirent uerba mea.

Capitulum.20.

1 ET audiuit Paſchúr fili⁹ Immér
ſacerdos(et ipſe erat præpoſi
tus dux ĩ domo domini) Irme
iáhu prophetantẽ uerba iſta,
& percuſſit Paſchúr Irmeiá-
hu prophetam,& poſuit eum
in carcerẽ qui erat in porta Biniamín ſupe-
2 riori qui erat ĩ domo domini. ¶ Et fuit,ĩ cra
ſtino eduxit Paſchúr Irmeiáhu de carcere,
et dixit ad eũ Irmeiáhu.Nõ Paſchúr uocauit
dominus nomen tuũ.Sed Maghór Miſſabíb
3 (.i.pauorem undiq;.) ¶ Quia ſic dixit do-
minus.Ecce ego do te in pauorẽ tibi,& om-
nibus diligentibus te,& corruent gladio ini
corum ſuorũ,& oculi tui uidebũt, & omnẽ
Iehudáh dabo in manu regis Babél,& tradu
cet eos in Babél,& percutiet eos gladio.
4 ¶ Et dabo omnes opes ciuitatis huius, &
omnem laborem eius, & omne precioſum
eius, & cunctos theſauros regum Iehudáh
dabo in manu inimicoꝝ eoꝝ,et diripiẽt eos,
5 & tollẽt eos,& adducẽt eos ĩ Babél. ¶ Tu
autẽ Paſchúr,& oẽs hĩtatores dom⁹ tuæ ibi
tis,ĩ captiuitatẽ et Babél ĩgredieris,ibiq; mo
rieris,& ibi ſepelieris tu,et omnes diligẽtes
te,quibus uaticinatus es mendaciter.
6 ¶ Seduxiſti me domine,& ſeduct⁹ ſum,for
tior me fuiſti,& præualuiſti, fui in deriſum
7 omni die uniuerſi ipſi ſubſãnãt me. ¶ Quia
omni tempore loquor,uocifero, iniq̃tatẽ &
uaſtitatẽ clamo,quia fuit uerbũ domini mi-
hi cauſa probri,et ſubſannationis omni die.
8 ¶ Et dixi. Nõ recordabor eius, nec loquar
ultra in nomine eius.Et fuit in corde meo tã
ꝙ̃ ignis ardens clauſus in oſſibus meis, &
9 laboraui ad ferendũ,& nõ potui. ¶ Audiui
eĩ detractationẽ multoꝝ dicẽtiũ, pauor un-
diq;.Annũciate de illo uerbũ mẽdax & ãnũ
ciabim⁹ illđ regi.Ois hõ,q mecũ pacific⁹ eẽ
debebat,obſeruabãt an claudicarẽ ĩ aliquo,
ſi forte decipiat̃,et ꝑualeam⁹ ei,et accipiem⁹
10 ultionẽ nr̃am de eo. ¶ Dñs aũt mecũ ẽ tãq;

potens fortis. Idcirco perſequentes me im-
pingent, & nõ præualebunt, pudore afficiẽ-
tur uehementer, quia non proſperabitur,
ignominia perpetua erit illis, quæ non obli-
11 uioni tradetur. ¶ Domine autẽ exercituũ
qui probas iuſtum, qui uides renes, & cor,
uideam ultionem tuam de eis. Tibi enim re-
12 uelaui cauſam meam. ¶ Cantate domino,
laudate dñm, quia liberauit animã pauperis
13 de manu malorum. ¶ Maledicta dies in qua
natus ſum, dies qua peperit me mater mea,
14 ne ſit benedicta. ¶ Maledictus uir qui annũ
ciauit patri meo dicendo. Natus eſt tibi filiꝰ
maſculus, qui lætificando lætificauit eum.
15 ¶ Et ſit uir ille ſicut ciuitates quas ſubuer-
tit dominus, & non pœnituit eum. Audiat
clamorẽ mane, & uociferationem in tempo
16 re meridiano. ¶ Quia non interfecit me à
uulua, & fuiſſet mihi mater mea ſepulchrum
meũ, & uulua eius fuiſſet mihi pro cõceptu
17 in ſæculum. ¶ Vt quid iam de uulua egreſ-
ſus ſum ut uiderem laborem, & dolorem, &
deficerent in pudore dies mei?

Capitulum. 21.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu
à domino, qñ miſit ad eũ rex
Sidchiiáhu, Paſchúr filiũ Mal
chiiáh, & Sephaniáh filium
Mahaſeiáh ſacerdotem, ut di-
2 cerent. ¶ Interroga nunc ꝓ
nobis dñm, quia Nebuchadreſár rex Babél
præliat͛ aduerſum nos. Si forte faciat domi-
nus nobiſcum ſcd'm omnia mirabilia ſua, &
3 aſcẽdat à nobis. ¶ Et dixit Irmeiáhu ad eos
4 Sic dicetis ad Sidchiiáhu. ¶ Sic dixit domi
nus deus Iſraél, ecce ego cõuerto inſtrumen
ta bellica quæ in manibus uſ̃ris ſunt, & qui-
bus pugnatis cũ rege Babél, & Chaſdím, q
obſident uos extra murũ, & congregabo ea
5 in medium ciuitatis huius. ¶ Et pugnabo
uobiſcum manu extẽta, & brachio forti, &
6 furore, & indignatione, & ira magna. ¶ Et
percutiam habitatores ciuitatis huius, & ho
mines, & animalia peſtilentia magna moriẽ
7 tur. ¶ Et poſtea dixit dominus, dabo Sid-
chiiáhu regem Iehudáh, & ſeruos eius, &
populum, & qui remanſerit in ciuitate hac,
à peſte, & à gladio, & à fame, in manu Ne-
buchadreſár regis Babél, & in manu inimi-
corum eorum, & in manu quærentiũ animã
eorum, & percutiet eos acie gladij. Nõ igno
8 ſcet eis, nec parcet, neq; miſerebitur. ¶ Et
ad populum hunc dices. Sic dixit dominus.
Ecce do coram uobis uiam uitæ, & uiã mor
9 tis. ¶ Qui habitauerit in urbe hac, moriet͛

gladio, fame, & peſte, qui autem egreſſus
fuerit, & transfugerit ad Chaſdím, qui obſi
dent uos, uiuet, & erit ei anima ſua in ſpoliũ.
10 ¶ Poſui eñ faciẽ meã contra ciuitatem hãc
in malum, & non in bonum ait dominus. In
manu regis Babél dabitur, et comburet eam
11 igni. ¶ Et domui regis Iehudáh, dic. Audite
12 uerbum domini. ¶ Domus Dauid ſic dixit
dominus. Iudicate mane iudicium, et eruite
oppreſſum de manu opprimentis, ne forte
egrediatur ut ignis ira mea, & ſuccendatur
& non ſit qui extinguat propter malitiam
13 operũ eorũ. ¶ Ecce uenio ad te habitatrix
uallis petræ cãpeſtris ait dominꝰ, q dicitis,
quis confringet nos, & quis ingredietur ha
14 bitacula noſtra? ¶ Et uiſitabo uos iuxta fru
ctum operum ueſtrorum dixit dominus, &
ſuccẽdere faciam ignem in ſylua eius & con-
ſumet omnes ciuitates, quæ ſunt in circuitu
eius.

Capitulũ. 22.

1 SIc dixit dominꝰ. Deſcẽ-
dem in domum regis Iehu
dáh, & loquere ibi uer
2 bum hoc. ¶ Et dic. Au
di uerbum domini rex
Iehudáh, qui ſedes ſu-
per ſolium Dauid, tu, et
ſerui tui, et populꝰ tuus,
3 qui ingredimini per portas has. ¶ Sic dixit
dominus, facite iudicium, & iuſtitiam, & li
berate oppreſſum de manu opprimentis, &
aduenam, & pupillum, et uiduam, ne fraude
tis, & ne rapiatis, & ſanguinem innocentem
4 ne effundatis in loco iſto. ¶ Si enim facien-
do feceritis hoc, ingredient͛ per portas do-
mus huius reges ſedentes ex Dauid ſuper ſo
lium eiꝰ, equitãtes in curru, & equis ipſe, &
5 ſerui eiꝰ, & populus eius. ¶ Et ſi non audie
ritis uerba hæc, ꝑ me iuraui, dixit dñs, q in
6 ſolitudinẽ erit domus hæc. ¶ Quia ſic dixit
dominus ſuper domum regis Iehudáh Ghil-
hád, tu mihi caput Lebanón. Si non poſuero
te in ſolitudinem, urbes quæ non habitãtur.
7 ¶ Et præparabo ſuper te interfectores unũ
quemq;, & inſtrumenta eius, & ſuccidẽt ele
ctas cedros tuas, & cadere faciẽt ſuper ignẽ.
8 ¶ Et tranſibũt gentes multæ per ciuitatem
iſtam, & dicẽt unuſquiſq; ad amicum ſuum,
propter quid fecit dominus ſic ciuitati grã
9 di huic? ¶ Et dicent. Propterea quod dereli
querunt pactum domini dei ſui, & incurua-
10 uerunt ſe dijs alienis, et ſeruierunt eis. ¶ Ne

defleatis mortuos, & ne condoleatis eis, fle
te flendo pro abeunte, quia non reuertetur
ultra, nec uidebit terram natiuitatis ſuæ.
11 ¶ Quia ſic dixit dominus ad Sallúm filiū
Ioſiiáhu regem Iehudáh, qui regnat pro Io-
ſiiáhu patre ſuo. Qui egreſſus ē de loco iſto,
12 non reuertetur huc amplius. ¶ Sed in loco
illo ad quem tranſtulerint eū, morieť, & ter
13 ram iſtā nō uidebit amplius. ¶ Væ ædificā
ti domū ſuā in iniuſtitia, & cœnacula ſua ſine
iudicio. Amico ſuo ſeruiet gratis, & merce-
14 dem operis eius non dabit ei. ¶ Qui dicit,
ædificabo mihi domū magnarū menſurarū,
& cœnacula ſpacioſa, ut ingrediatur uētus
æſtatis tēpore, & apertas facit ei feneſtras,
& tectam domū cedrinis tabulis, & pictam
15 ſinopide. ¶ Nunquid regnabis, quia tu mi
ſces te cū cedrino ædificio? Pater tuus nōne
comedit, & bibit, & fecit iudicium, & iuſti-
16 tiā, & tūc bene erat ei? ¶ Iudicauit iudiciū
pauperis, & egeni tūc bene fuit ei. Nōne hoc
17 eſt ſcire me, dixit dominus? ¶ Sed non ſunt
oculi tui, & cor tuum niſi ad auaritiā tuam,
& ad ſanguinē innocētem fundendū, & ad
oppreſſionē, & ad contritionem faciendum.
18 ¶ Propterea ſic dixit dn̄s ſup Iehoiachím
filiū Ioſiiáhu regem Iehudáh. Non plangēt
eum. Væ frater mi, & uæ ſoror ſuper ei' uxo
rem. Nō plangēt eum. Væ dn̄e, & uæ gloriæ
19 ei'. ¶ Sepultura aſini ſepelieť detractus, &
20 proiectus ultra portas Ieruſaláim. ¶ Aſcen
de in montē Lebanón, & clama, & in montē
Baſán da uocē tuam, & clama undiq;, quia
21 cōtriti ſunt omnes diligētes te. ¶ Locutus
ſum ad te in fœlicitatibus tuis. Dixiſti non
audiam. Hæc uia tua ab adoleſcentia tua, q͡a
22 non audiſti uocē meā. ¶ Oēs paſtores tuos
depaſcet uentus, & amatores tui in captiui-
tatē ibūt, tūc pudore afficieris, & erubeſces
23 ꝑpter omnē malitiā tuam. ¶ Quæ habitas
in Lebanón, nidificas in cedris. Quam gra
tioſa fuiſti, cum uenerint tibi dolores, dolor
24 tanq̄ parturientis. ¶ Viuo ego dixit domi
nus, quia ſi eſſet Choniáhu fili' Iehoiachím
regis Iehudáh, anulus ī manu dextera mea,
25 q͡a inde euellā te. ¶ Et dabo te in manu quæ
rētiū aīam tuā à quorū times facie, & in ma
nu eorū Nebuchadeſár regis Babél, & in ma
26 nu Chaſdím. ¶ Et ꝓijcere faciā te, & matrē
tuam, quæ genuit te, ad terrā alienam, ī qua
27 nō eſtis nati, ibiq; moriemini. ¶ Et ad terrā
ad quā ipſi eleuant aīam ſuā, ut reuertantur
28 illuc, illuc non reuertentur. ¶ Num ut ſcul
ptile cōtēptibile, & cōtrit' ē uir iſte Coniáhu,
aut ut uas cōtritum in quo non eſt uoluntas?
Vt quid ꝓiecti ſunt ipſe, & ſemē eius, & pro
29 iecti ſūt ſuper terrā, quā nō nouerūt? ¶ Ter
30 ra, terra, terra, audi uerbū dn̄i. ¶ Sic dixit
dn̄s, ſcribite uirum iſtū orbum, uirū qui nō
proſperabiť in diebus ſuis, q͡a nō ꝓſperabiť
de ſemine eius uir ſedēs ſuper ſoliū Dauid,
& dominans ultra in Iehudáh.

Capitulum. 23.

1 VAc paſtorib' qui perdūt, diſper-
gunt pecudes paſcuæ meæ dixit
2 dominus. ¶ Ideo ſic dixit domi
nus de' Iſraél ad paſtores, qui pa
ſcunt populum meū. Vos diſper-
ſiſtis pecudes meas, & eiecaſtis eas, & nō ui
ſitaſtis eas. Ecce uiſito ſuper uos malitiā ope
3 rum ueſtrorū dixit dn̄s. ¶ Et congregabo reſi
duum pecudū mearū de oībus terris ad quas
eieci eas, & redire faciam eas ad habitacula
4 ſua, & creſcent, & multiplicabuntur. ¶ Et
ſtare faciā ſuper eas paſtores, & paſcent eas,
& non timebunt ultra, nec formidabunt, ne
5 q; deficient dixit dn̄s. ¶ Ecce dies ueniunt
dixit dn̄s, & ſtare faciā Dauid germē iuſtū,
& regnabit rex, & ꝓſperabitur, & faciet iu
6 dicium, & iuſtitiā in terra. ¶ In diebus eius
ſaluus erit Iehudáh, & Iſraél habitabit confi
denter. Et hoc eſt nomen eius qđ uocabunt
7 dominus iuſtus noſter. ¶ Ideo ecce dies ue
niunt dixit dn̄s, & nō dicent ultra, uiuit do-
minus qui aſcendere fecit filios Iſrael è terra
8 Aegypti. ¶ Sed uiuit dn̄s, qui aſcendere fe
cit, & q addduxit ſemen domus Iſrael de ter-
ra aquilonis, & de oībus terris ad quas eieci
9 eos, & habitabūt ī terra ſua. ¶ Propter fal-
ſoprophetas cōtritū ē cor meū ī medio mei,
cōmota ſūt oīa oſſa mea, fui tāq̄ uir ebri', &
ueluti uir ſup quē trāſiuit uinū à facie dn̄i, &
10 à facie uerborū ſctōrū ei'. ¶ Quia adulteris re
pleta eſt terra, quia ꝑpter falſum iuramentū
deſolata eſt terra aruerunt paſcua deſerti. Et
fuit curſus eorū malus, & fortitudo eorū nō
11 recta. ¶ Quia tam ꝓpheta, q̄ ſacerdos pec-
cauerunt. Etiā in domo mea inueni malū eo-
12 rum ait dn̄s. ¶ Idcirco erit uia eorū eis tāq̄
lubricum in caligine, impelleť, & corruent
in ea. Adducam enim ſuper eos malum, an-
13 num uiſitationis eorum ait domin'. ¶ Et in
ꝓphetis Somrón uidi inſulſa, prohetauerūt
in Báhal, & errare fecerunt populū meum
14 Iſraél. ¶ Et in prophetis Ieruſaláim uidi fœ
da. Adulteria cōmittunt, & ambulant in mē
dacio, & confortauerunt manus malorum,
ut nō conuertantur unuſquiſq; à malitia ſua

fuerunt mihi uniuerſi ipſi ut habitatores Se-
dóm, & habitatores eius ut habitatores Ha-
15 morah ¶ Propterea ſic dixit domin' exer-
cituũ ad prophetas. Ecce ego comedere fa
cio eos abſinthium, & propinare faciam eis
aquã fellis. A ꝓphetis enĩ Ieruſaláim egreſſa
16 eſt iniquitas in omnem terram. ¶ Sic dixit
dominus exercituum. Ne audiatis uerba ꝓ-
phetarum, qui prophetant uobis. Vaneſcere
faciunt uos, uiſionem cordis ſui loquuntur,
17 non de ore domini. ¶ Dicunt dicendo ſper
nentibus me, locutus eſt dominus, pax erit
uobis. Et omni ambulanti in duritia cordis
ſui, dixerunt. Non ueniet ſuper uos malum.
18 ¶ Quis enim ſteterit in ſecreto domini, & ui
dit, & audiuit uerbum eius? Quis attendit
19 uerbo eius, & audiuit. ¶ Ecce turbo domi
ni cum furore egredietur, & turbo cadens,
20 ſuper caput impiorum cadet. ¶ Non reuer
tetur furor domini, donec faciat, & donec
ſtatuat cogitationes cordis ſui In nouiſſimo
21 dierum intelligetis ĩ ea intelligentiã ¶ Nõ
miſi prophetas, & ipſi cucurrerunt Nõ ſum
22 locutus ad eos, & ipſi prophetabant. ¶ Et
ſi ſteterint ĩ ſecreto meo, & audire feciſſent
uerba mea populum meum, auerti feciſſent
eos à uia ſua mala, & à malitia operum eo-
23 rum. ¶ Nũqd deus de propinquo ego ſum
dixit dominus, & non deus de longinquo?
24 ¶ Num o cultabit ſe qſpiam in occultis, &
ego non uidebo eum dixit dominus? Nonne
cœlum & terram ego impleo dixit domin'?
25 ¶ Audiui quæ dixerant prophetæ ꝓphetã
tes in nomine meo mendaciũ dicendo. Som
26 niaui, ſomniaui? ¶ Vſquequo. Nũqd eſt ĩ cor
de ꝓphetarũ ꝓphetãtiũ mẽdaciũ, & ꝓphe-
27 tantiũ dolũ cordis ſui? ¶ Qui cogitant ut
obliuiſci faciant populum meũ nominis mei
ſomnijs ſuis, quæ narrant unuſquiſq; amico
ſuo, ſicut obliti ſunt patres eorum nominis
28 mei ꝓpter Bahal. ¶ Propheta cum quo eſt
ſomniũ narret ſomnium, & cũ quo eſt uer-
bum meum, loquat uerbũ meũ uere. Quid
29 paleæ ad triticum dixit dominus? ¶ Nonne
ſic eſt uerbum meum tanq; ignis dixit domi
30 nus, & uelut malleus cõteret petrã? ¶ Pro
pterea ecce ego ad prophetas ait dominus,
qui furantur uerba mea unuſquiſq; ab ami-
31 co ſuo ¶ Ecce ego ad ꝓphetas ait domin'
qui leuificant linguam ſuam, & dicũt, dicit.
32 ¶ Ecce ego ad prophetantes ſomnia mẽda
cia ait dominus, & narrauerunt ea, & erra-
re fecerunt populum meum mendacijs ſuis,
& blandicijs ſuis Et ego non miſi eos, nec
præcepi eis, & proficiendo non profuerunt

33 populo huic dixit dominus. ¶ Et ſi interro
gauerit te populus iſte uel propheta, uel ſa-
cerdos dicendo, quæ eſt prophetia domini,
dices ad eos. Quid eſt prophetia? Derelin-
34 quam uos dixit dominus. ¶ Et prophe-
ta, & ſacerdos ac populus, qui dixerit, pro-
phetia dñi, uiſitabo uirum illum, & domum
35 ei'. ¶ Sic dicetis unuſquiſq; ad amicũ ſuũ,
& unuſquiſq; ad ad fratrem ſuum. Quid re-
ſpondit dominus, & quid locutus eſt domi-
36 nus? ¶ Et prophetia domini nõ memorabi-
tur ultra, quia prophetia erit unicuiq; uer-
bum ſuum. Et peruertiſtis uerba dei uiuen-
37 tis, domini exercituum dei noſtri. ¶ Sic di-
ces ad prophetã. Quid reſpondit tibi dñs,
38 & quid locutus eſt dominus? ¶ Et ſi ꝓ-
phetiam dñi dicetis? Propterea ſic dixit do
minus. Quia dixiſtis uerbum iſtud ꝓphetia
domini, miſi ad uos dicendo. Nõ dicatis pro
39 phetiã domini. ¶ Propterea ecce ego obli-
uiſcar ueſtri obliuiſcẽdo, & euellam uos, &
ciuitatem quam dedi uobis, & patribus ue-
40 ſtris à facie mea. ¶ Et dabo ſup uos oppro-
brium ſempiternũ, & ignominias ſempiter
nas quæ nõ obliuioni tradentur.

Capitulum 24.

1 Videre fecit me domin', & ecce
duo caniſtra ficuũ parata ante
tẽplũ dñi, poſtq; tranſmigrare
fecit Nebuchadneſar rex Ba-
bel Iechoniahu filium Iehoia-
chim regem Iehudah, & prin-
cipes Iehudáh, & artifices, & incluſores de
2 Ieruſaláim, & adduxit eos in Babel. ¶ Ca
niſtrũ unũ habebat ficus bonas ualde, ſicut
ficus præcoquas, & caniſtrũ alterũ habebat
ficus malas ualde quæ nõ poterãt comedi ꝓ
3 pter maliciã ¶ Et dixit dñs ad me. Quid tu
uides Irmeiahu? Et dixi. Ficus, ficus bonas,
bonas ualde, & malas, malas ualde, quæ nõ
4 poſſunt comedi ꝓpter maliciam. ¶ Et fuit
uerbum domini ad me dicendo. Sic dixit do
min' de' Iſrael. Sicut ficus bonæ hæ ſic co-
gnoſcere faciã trãſmigrationẽ Iehudáh, quã
emiſi de loco iſto in terrã Chaſdím in bonũ.
5 ¶ Et ponam oculum meum ſuper eos in bo
num, & reducã eos ĩ terrã hãc, & ædificabo
eos, & nõ deſtruã, & plãtabo eos, & nõ euel
6 lã. ¶ Et dabo eis cor, ut ſciãt me qđ ſũ dñs,
& erũt mihi ĩ populũ, & ego ero eis ĩ deũ, qa
7 reuertentur ad me toto corde ſuo. ¶ Et ſi-
cut ficus malæ quæ non poſſunt comedi ꝓ-
pter maliciã, qa ſic dixit dñs. Sic dabo Sid-
kiiahu regẽ Iehudáh, & pricipes ei', & re-
ſiduũ Ieruſaláim, q remãſerũt ĩ urbe hac, &

8 qui habitãt in terra Aegypti. ¶ Et dabo eos
in commotioné, & malũ omnibus regnis ter
ræ in opprobriũ, & parabolam, & prouer-
bium, & maledictionem in omnibus locis ad
9 quæ eieci eos ¶ Et mittã in eis gladium, fa
mẽ, & peſtem donec cõſumant̃ ipſi è terra,
quam dedi eis, & patribus eorum.

Capitulum.25.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu
ſuper omnem populũ Iehudáh
anno quarto Iehoiachím filij
Ioſiiáhu regis Iehudáh. Ipſe eſt
annus primus Nebuchadneſár
2 regis Babel. ¶ Quod locutus eſt Irmeiahu
ꝓpheta ad omnẽ populũ Iehudáh, & ad uni
3 uerſos habitatores Ieruſaláim dicedo. ¶ A
tertiodecimo anno Ioſiiahu filij Amón regis
Iehudah uſq; ad diem hãc, iã tertio, & uige
ſimo ãno fuit uerbũ dñi ad me, & locut⁹ ſum
ad uos mane ſurgendo, & loquendo, & non
4 audiſtis. ¶ Et miſit dominus ad uos omnes
ſeruos ſuos prophetas mane ſurgẽdo, et mit
tendo, & non audiſtis, neq; inclinaſtis aurem
5 ueſtrã ad audiendum. ¶ Vt dicerent, reuer
timini nũc à uia ueſtra mala, & à malicia ope
rum ueſtroꝝ, & habitabitis ſuper terrã, quã
dedit dominus uobis, & patrib⁹ ueſtris à ſæ
6 culo, & uſq; in ſæculum. ¶ Et ne ambuletis
poſt deos alienos, ut ſeruiatis eis, & incurue-
tis uos eis, et ne iraſci faciatis me ꝓpter opus
manuum ueſtrarum, et non malefaciã uobis.
7 ¶ Et nõ obtemperaſtis mihi dixit domin⁹,
ut iraſci faceretis me propter opus manuum
8 ueſtrarum in malum uobis. ¶ Propter-
ea ſic dixit domin⁹ exercituum. Pro eo ꝗ nõ
9 paruiſtis uerbis meis. ¶ Ecce mittam, & aſ-
ſumam uniuerſas cognationes aquilonis ait
domin⁹. Et ad Nebuchadneſár regem Babél
ſeruũ meum, & adducam eos ad terrã iſtam,
& ad habitatores eius, & ad omnes nationes
in circuitu, et interficere faciam eos, & ponã
eos in ſtuporem, & in ſibilum, & in ſolitudi
10 nes ſẽpiternas. ¶ Perderéq; faciã ex eis uo-
cẽ gaudij, & uocẽ lætitiæ, uocẽ ſpõſi et uocẽ
11 ſponſæ, uocẽ molaꝝ, & lumẽ lucernæ. ¶ Et
erit uniuerſa terra hæc in ſolitudinẽ, & in ſtu
porem, & ſeruient gentes iſtæ regi Babél
12 ſeptnaginta annis. ¶ Et erit, cũ impleti fue
riut ſeptuaginta anni, uiſitabo regem Babél
& gentem ipſam dixit dominus, iniquitatẽ
eorum, & terram Chaſdim, & ponam illam
13 in ſolitudines ſempiternas. ¶ Et adducam
ſuper terram ipſam omnia uerba mea, quæ
locutus ſum contra eam, omne quod ſcriptũ
eſt in libro hoc, quod prophetauit Irmeiahu
14 aduerſum omnes gentes. ¶ Quia facient in
eis etiam ipſæ gẽtes multæ, & reges magni,
& reddam eis ſecundum opus eorum, & iux
15 ta opus manuum eorũ. ¶ Quia ſic dixit do-
minus deus Iſrael. Sume calicem uini furo-
ris huius de manu mea, & ꝓpinare facies il-
16 lũ omnibus gẽtibus ad quas mitto te. ¶ Et
bibent, & tremẽt, & inſanient à facie gla-
17 dij, quẽ mitto iter eos. ¶ Et accepi calicem
de manu domini, & ꝓpinare feci oĩbus gẽti
18 bus ad quas miſit me dominus. ¶ Ieruſa-
láim, & ciuitatib⁹ Iehudáh, & regibus eius,
& principibus eius ut ponerem eas in ſolitu
dinem in ſtuporem, & in ſibilũ, & in maledi
19 ctione ſecundum diem hanc. ¶ Parhoh re-
gi Aegypti, & ſeruis eius, & principibus
20 eius, & omni populo eius. ¶ Et omnib⁹ po
pulis miſtis, & omnibus regibus terræ Hus,
& omnib⁹ regib⁹ terræ Peliſtim, Aſchalón, et
Hazzah, & Ecerón, & reſiduo Aſdód.
21 ¶ Edóm, & Moáb, & filijs Hammón, & om
nibus regib⁹ Sor, & uniuerſis regib⁹ Sidón,
& omnib⁹ regibus inſularũ qui ſunt trãs ma
22 re. ¶ Et Dedan, & Temá, & Buz, & uni-
23 uerſis terminis anguli mundi. ¶ Et cunctis
regibus Harabiæ, hoc eſt omnibus regibus
24 Harabiæ qui habitant in deſerto. ¶ Et cun
ctis regibus Zimri, & uniuerſis regibus He-
25 lám, & omnibus regibus Madai. ¶ Et cun-
ctis regibus aquilonis propinquis, & remo-
tis alteris ab alteris, & omnibus regnis ter-
ræ, quæ ſunt in ſuperficie terræ, & rex Se-
26 ſach bibet poſt eos. ¶ Et dices ad eos. Sic di
xit dominus exercituum deus Iſrael. Bibite,
& inebriamini, & uomite, & cadite, & nõ re
ſurgatis à facie gladij, quem ego mitto inter
27 uos. ¶ Et erit, ſi renuerint accipere calicem
de manu tua, ut bibant, dices ad eos. Sic di-
xit dominus exercituum. Bibendo bibetis,
quia ecce ciuitati ſuper quam inuocatum eſt
nomen meum incipio malefacere, & uos pe-
nitus eritis innoxij? Non eritis innoxij. Gla
diũ enim uoco ſuper omnes habitatores ter-
28 ræ dixit dominus exercituum. ¶ Et tu pro-
phetabis ſup eos omnia uerba hæc, & dices
ad illos. Dominus de excelſo rugiet, & de ha
bitaculo ſancto ſuo, dabit uocem ſuam. Ru-
giendo rugiet ſuper habitaculum ſuũ Ce-
leuſma ueluti calcantium, concinetur om-
29 nibus habitatoribus terræ. ¶ Venit ſoni
tus uſq; ad extremũ terræ, qa iudiciũ eſt dño
cũ gẽtib⁹, iudex ẽ ipſe oĩs carnis, ipſos tradet
30 gladio dixit dñs. ¶ Sic dixit dñs exercituũ.

Ecce malum egredif à gente in gentē,& tur
bo magnus ſuſcitabitur à lateribus terræ.
31 ¶ Et erunt interfecti à dño in die illa ab ex-
tremo terræ, uſq; ad extremum terræ. Non
plāgenf, nec colligētur, neq; ſepelienf, uelu
ti ſterquilinium in ſuperficie terræ erunt.
32 ¶ Vlulate paſtores, & clamate, & inuoluite
uos maiores pecudum, quia cōpleti ſunt dies
ueſtri, ad iugulandū, alter alterū, et cōpletæ
ſunt diſperſiōes ueſtræ, et cadetis, ueluti uas
33 deſiderabile. ¶ Et peribit fuga à paſtorib',
& euaſio à maioribus pecudum uox clamo-
ris paſtorū, & ululatus maiorꝝ pecudū, quia
34 uaſtauit dñs paſcua eorū. ¶ Et ſucciſa ſunt
35 paſcua pacifica ꝑꝑ irā furoris dñi. ¶ Dereli
q̇t tāq; leunculus tabernaculū ſuū, quia fuit
terra eorū in deſolationē, ꝑpter iram inimici
opprimētis, & irā furoris eius.

Capitulum. 26.

1 IN principio regni Iehoiachím filij
Ioſiiáhu regis Iehudáh, fuit uerbū
2 iſtud à dño ut diceret. ¶ Sic dixit
dominus, ſta in atrio domus dñi, et
loquere ad omnes ciuitates Iehudád de qui
bus ueniūt, ut incuruēt ſe ī domo dñi, uniuer
ſa uerba quæ ꝑcepi tibi, ut loquaris ad eos.
3 Ne prohibeas uerbū. ¶ Si forte audiant, &
cōuertātur unuſquiſq; à uia ſua mala, et pœ-
niteat me mali, qđ cogito facere eis propter
4 maliciā operꝝ eorū. ¶ Et dices ad eos. Sic di
xit dñs. Si nō parueritis mihi, ut ambuletis ī
5 lege mea, quā dedi corā uobis. ¶ Vt obtem
peretis uerbis ſeruorꝝ meorum prophetarū
quos mitto ad uos mane ſurgēdo, & mitten
6 do, et non paruiſtis. ¶ Et dabo domū iſtā ſi
cut Silóh, & urbē hanc dabo in maledictio-
7 nē cunctis gentibus terræ. ¶ Et audierūt ſa
cerdotes, & prophetæ, & omnis popul' Ir-
meiáhu loquentem uerba hæc in domo dñi.
8 ¶ Et fuit, cū cōſūmaſſet Irmeiáhu loqui om
nia quæ præceperat dominus, ut loqueretur
ad oēm populū, apprehenderunt eum ſacer
dotes, & prophetæ, & omnis populus dicen
9 do, moriendo morieris. ¶ Quare propheta
ſti in nomine domini dicēdo, ſicut Silóh erit
dom' iſta, & urbs iſta deſolabif, ut nō ſit ha-
bitator? Et congregatus eſt omnis populus
10 aduerſus Irmeiáhu in domo domini. ¶ Et
audierunt principes Iehudáh hæc, & aſcen-
derunt de domo regis in domum domini, &
11 ſederunt in oſtio portæ domini nouæ. ¶ Et
dixerunt ſacerdotes, & prophetæ ad princi-
pes, & ad omnē populum dicendo, iudiciū
mortis eſt uiro huic quia prophetauit cōtra
ciuitatem iſtam, ſicut audiſtis auribus uſis.
12 ¶ Et ait Irmeiáhu ad omnes principes, et ad
uniuerſum populum dicendo. Domin' miſit
me, ut prophetarē cōtra domū iſtā, & cōtra
ciuitatem hanc omnia uerba quæ audiſtis.
13 ¶ Et nunc bonas facite uias ueſtras, & ope
ra uſa, & obaudite uoci domini dei ueſtri,
& pœnitebit dñm mali, qđ locut' eſt aduer-
14 ſum uos. ¶ Ego aūt ecce ſum in manibus ue
ſtris, facite mihi ſicut bonū eſt, & ſicut rectū
15 eſt in oculis ueſtris. ¶ Verumtamen ſciēdo
ſciatis, quia ſi occiditis me, ꝙ ſanguinem in
nocentem traditis ſuper uos, & ſuper ciui-
tatem iſtā, & ſuper habitatores eius. In ueri
tate eñi miſit me dominus ad uos, ut loque-
16 rer in auribus ueſtris oīa uerba hæc. ¶ Et di
xerunt principes, et omnis populus ad ſacer
dotes, & ꝑphetas, nō eſt uiro huic iudicium
mortis, quia in noīe domini dei noſtri locut'
17 eſt ad uos. ¶ Surrexeruntq; uiri de ſeniori-
bus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum po
18 puli dicendo. ¶ Micháh moraſtites uaticina
tus eſt ī diebus Chizchiiáhu regis Iehudah,
& ait ad omnem populum Iehudáh dicēdo.
Sic dixit dominus exercituū. Siión ſicut a-
ger arabitur, & Ieruſalaim ut deſertum erit,
& mons domus ut excelſa ſyluæ. Nunquid in
terficiendo interfecit eum Chizchiiáhu rex
Iehudáh, & omnis Iehudáh? Nonne timuit dō
minū, & precatus eſt, & pœnituit dominum
mali, quod locutus fuerat aduerſus eos?
19 ¶ Et nos facimus malū grande contra ani-
20 mas noſtras. ¶ Et etiā uir uaticinatus eſt in
nomine domini Vriiáhu fili' Semahaiáhu, de
Chiriáthiiearim, & prophetauit aduerſus
ciuitatem iſtam, & aduerſus terram hanc iu
21 xta omnia uerba Irmeiáhu. ¶ Et audiuit rex
Iehoiachím, & omnes potentes eius, & om-
nes principes uerba eius, & quæſiuit rex in-
terficere eum, & audiuit Vriiahu, & timuit,
22 fugitq;, & ingreſſus eſt Aegyptum, ¶ Et
miſit rex Iehoiachím uiros in Aegyptum, El
nathán filium Hachbór, & uiros cum eo in
23 Aegyptum. ¶ Et eduxerunt Vriiahu de Ae
gypto, & adduxerunt eum ad regem Ieho-
iachím, & percuſſit eum gladio, & proiecit
cadauer eius in ſepulchra filiorum populi.
24 ¶ Tātum manus Achicám filij Saphán erat
cum Irmeiáhu, ut non traderet eum in manu
populi ad interficiendum eum.

Capitulū. 27.

1 IN principio regni Iehoiachi filij
Ioſiiáhu regis Iehudáh fuit uer
bū iſtud ad Irmeiáhu à dño dicē
2 do ¶ Sic dixit dñs ad me. Fac ti
bi uincula, & uectes, & pones ea
3 ſup collū tuū. ¶ Et mittes ea ad regē Edō,
te ad regē Moáb, & ad regē filiorū Hammō,
& ad regem Sor, & ad regem Sidón per ma
nū nunciorū qui uenisſēt in Ieruſaláim ad Sid-
4 chiiáhu regem Iehudáh. ¶ Et præcipies eis
ut dominis ſuis dicant. Sic dixit domin⁹ exer
cituū deus Iſraél. Sic dicetis dominis ueſtris.
5 ¶ Ego feci terram, hominem, & animalia q̄
ſunt in ſuperficie terræ potentia mea magna
& brachio meo extenſo. Et dedi eam cui pla
6 cuit in oculis meis. ¶ Et nūc dedi omnes ter
ras has in manu Nebuchadneſár regis Babél
ſerui mei, & etiā beſtias agri dedi ei, ut ſer-
7 uiant ei. ¶ Et ſeruient ei omnes gentes, & fi
lio eius, & filio filij eius, donec ueniat tem-
pus terræ eius, ēt ipſius, & ſeruient ei gen-
8 tes multæ, & reges magni. ¶ Et erit, gēs &
regnū quæ nō ſeruierint Nebuchadneſár re
gi Babél, & qui non poſuerit collū ſuū ſub
iugo regis Babél gladio, & fame, & peſte
uiſitabo gentem illam ait dñs, donec conſu-
9 mam eos per manū eius. ¶ Et uos ne audia-
tis prophetas ueſtros, & diuinos ueſtros, &
ſomnia ueſtra, & augures ueſtros, & malefi
cos ueſtros, qui dicunt nobis dicendo. Non
10 ſeruietis regi Babél. ¶ Quia mendaciū
ipſi prophetant uobis ut longe faciant uos à
11 terra uřa, & eijciant uos, & pereatis. ¶ Gēs
aūt q̄ introduxerit collū ſuū in iugum regis
Babél, & ſeruierit ei, dimitti faciā eū i terra
ſua dixit dominus, & colet eā, & habitabit i
12 ea. ¶ Et ad Sidchiiáhu regē Iehudáh locut⁹
ſum ſecundum omnia uerba hæc dicēdo itro
ducite colla ueſtra in iugum regis Babél, &
13 ſeruite ei, & populo eius, & uiuetis. ¶ Vt
quid moriemini tu, & populus tuus gladio,
fame, & peſte, quemadmodū locutus eſt do-
minus ad gentem, quæ non ſeruierit regi Ba
14 bél? ¶ Et ne audiatis uerba prophetarum di
centium nobis dicēdo, non ſeruietis regi Ba
bél, quia mendacium prophetant nobis.
15 ¶ Quia non miſi eos, ait dominus, Et ipſi
prophetant in nomine meo mendaciter ut eij
cere faciam uos, & pereatis uos, & prophe
16 tæ, qui uaticinantur nobis. ¶ Et ad ſacerdo
tes, & ad omnem populū iſtum locutus ſum
dicendo, ſic dixit dominus, ne audiatis uer-
ba prophetarum ueſtrorum, qui prophetant
uobis dicendo, ecce uaſa domus domini re-
uertentur de Babél, nunc, cito, quia menda-
17 cium prophetant uobis. ¶ Ne audiatis eos,
ſeruite regi Babél, & uiuetis. Vt qd erit ciui
18 tas hæc ſolitudo? ¶ Et ſi pphetæ ſunt, & eſt
uerbum domini cum eis orent nunc dominū
exercituum, ut non eant uaſa quæ remanent
in domo domini, & in domo regis Iehudáh,
19 & in Ieruſaláim, in Babél. ¶ Quia ſic dixit
dominus exercituum ad columnas, & ad ma
re, & ad baſes, & ad reſiduum uaſorum quæ
20 remanent in urbe hac. ¶ Quæ non tulit Ne
buchadneſár rex Babél, cum tranſmigrare
fecit Iechoniáh filium Iehoiachim regem Ie
hudáh de Ieruſaláim in Babél, et omnes opti
21 mates Iehudáh, & Ieruſaláim. ¶ Quia ſic
dixit dominus exercituum, deus Iſraél ad ua
ſa, quæ relicta ſunt in domo domini, & domo
22 regis Iehudáh, & Ieruſaláim. ¶ In Babél
adducentur, & ibi erūt uſq; ad diem, quo ui-
ſitabo eos dixit dominus, et aſcēdere faciam
ea, & redire faciam ea ad locum hunc.

Capitulū. 28.

1 ET fuit, i anno ipſo in prin
cipio regni Sidchiiáhu
regis Iehudáh anno quar
to, menſe quinto, dixit ad
me Chananiáh filius Ha-
zúr propheta qui erat de
Ghibhon i domo domini
in oculis ſacerdotum, &
2 omnis populi dicendo. ¶ Sic dixit domin⁹
exercituum deus Iſraél dicendo, confregi iu
3 gum regis Babél. ¶ Tempore duorum anno
rum dierum redire faciam ad locum hūc om
nia uaſa domus domini, quæ tulit Nebuchad
neſár rex Babél de loco iſto, & adduxit ea in
4 Babél. ¶ Et Iechoniáh filium Iehoiachím re
gem Iehudáh, & omnem tranſmigrationem
Iehudáh, qui ingreſſi ſunt in Babél redire fa
ciam ad locum iſtum, ait dominus, conteram
5 enim iugum regis Babél. ¶ Et dixit Irme-
iáh propheta ad Chananiáh prophetā in ocu
lis ſacerdotum, & in oculis omnis populi,
6 qui ſtabant in domo domini. ¶ Et ait Irme
iáh propheta, Amē. Sic faciat dominus, ſuſci
tet dominus uerba tua, quæ prophetaſti, ut
redire faciat dom⁹ uaſa domini, & oēm tranſ
migrationem de Babél ad locum iſtum.
7 ¶ Veruntamen audi nunc uerbum hoc,
quod loquor in auribus tuis, & in auribus
8 uniuerſi populi. ¶ Prophetæ qui fuerunt
ante me, & ante te a ſæculo, & prophetaue-

runt ſuper terras multas, & regna magna de
9 prælio, & malo, & peſte. ¶ Propheta qui
uaticinatꝰ eſt de pace, cum uenerit uerbum
prophetæ, ſcietur propheta, quẽ miſit dñs
10 in ueritate. ¶ Et tulit Chananiáh prophe-
ta ueſtem de collo Irmeiáhu prophetæ, &
11 confregit eum ¶ Et ait Chananiáh in ocu-
lis omnis populi dicẽdo. Sic dixit dominus.
Sic confringam iugum Nebuchadneſár re-
gis Babél infra duos annos dierum, de col-
lo omnium gentium. Et abijt Irmeiáh pro-
12 pheta in uiam ſuam. ¶ Et fuit uerbum do-
mini ad Irmeiáh, poſtꝙ̃ cõfregit Chananiáh
propheta, ueſtem de collo Irmeiáh prophe-
13 tæ dicẽdo. ¶ Vade, & dic ad Chananiáh di
14 cendo. ¶ Sic dixit dominus, ueſtes ligneos
confregiſti, & facies pro eis ueſtes ferreos,
quia ſic dixit dominus exercituũ deꝰ Iſraél.
Iugum ferreũ poſui ſuper collum cunctarũ
gentium iſtarum, ut ſeruiant Nebuchadne-
ſár regi Babél, & ſeruiant ei, & inſuper be-
15 ſtias agri dedi ei. ¶ Et dixit Irmeiáh ꝓphe-
ta ad Chananiáh prophetam. Audi nũc Cha
16 naniáh. Non miſit te dominus. ¶ Et fidere
17 feciſti populum iſtum mẽdacio. ¶ Idcirco
ſic dixit dominus. Ecce mitto te à facie ter-
ræ. Hoc anno morieris, quia uerbũ declina-
18 tiuũ locutus es contra dñm. ¶ Et mortuus
ẽ Chananiáh ꝓpheta ãno ipſo, mẽſe ſeptimo.

Capitulum. 29.

1 ET hæc ſunt uerba literarum quæ mi
ſit Irmeiáh propheta de Ieruſa-
láim ad reſiduum ſeniorũ tranſ-
migrationis, & ad ſacerdotes, &
ad prophetas, & ad omnem po-
pulum quẽ tranſmigrare fecerat Nebuchad
2 neſár de Ieruſaláim ĩ Babél. ¶ Poſtꝙ̃ egreſ
ſus eſt Iechoniah rex, & regina, & eunuchi,
principes Iehudáh, & Ieruſaláim, & artifi-
3 ces, & incluſores de Ieruſaláim. ¶ Per ma-
num Elhaſáh filij Saphán, & Ghemariáh fi-
lij Chilchiiah quos miſit Sidchiiáh rex Iehu
dáh ad Nebuchadneſár regem Babél in Ba-
4 bel dicendo. ¶ Sic dixit dominus exerci-
tuum deus Iſraél, omni trãſmigrationi, quã
tranſmigrare feci de Ieruſaláim in Babél.
5 ¶ Aedificate domos, & habitate, & planta
6 te hortos, & comedite fructus eorum. ¶ Ac
cipite uxores, & generate filios, & filias, &
accipite filijs ueſtris uxores, & filias ueſtras
date uiris, & pariant filios, & filias, & mul

tiplicate uos ibi, & non diminuatis uos.
7 ¶ Et quærite pacem ciuitatis, ad quã tranſ
migrare feci uos, & orate pro ea ad domi-
8 num, qa in pace illius, erit uobis pax. ¶ Sic
enim dixit dominꝰ exercituum deus Iſraél.
Ne ſeductionem faciant uobis prophetæ ue-
ſtri, qui ſunt in medio ueſtri, & diuini ueſtri,
& ne audiatis ſomnia ueſtra, quæ ſomnia-
9 tis. ¶ Quia falſum ipſi prophetant uobis
in nomine meo. Non miſi eos, dixit dominꝰ.
10 Sic enim dixit dominus. ¶ Quia ut imple-
ti fuerint in Babél ſeptuaginta anni, uiſita-
bo uos, & ſuſcitabo ſuper uos uerbum meũ
bonum, ut reducam uos ad locum iſtum.
11 ¶ Ego enim noui cogitationes, quas cogi-
to ſuper uos, dixit dominus, cogitationes
pacis, & non mali, ut dem uobis nouiſſimũ,
12 & ſpẽ. ¶ Et inuocabitis me, & ibitis, & ora
13 bitis me, & exaudiam uos. ¶ Et quæritis
me, & inuenietis, cum quæſieritis me toto
14 corde ueſtro. ¶ Inueniar uobis dixit domi-
nus. Et reducam captiuitatem ueſtram, &
congregabo uos de uniuerſis gentibus, &
de cunctis locis ad quæ expelli feci uos di-
15 xit dominus. ¶ Et reuerti faciam uos ad lo
16 cum, unde tranſmigrare feci uos. ¶ Quia
dixiſtis, ſuſcitauit nobis dominus prophe-
17 tas in Babél. ¶ Sic enim dixit dominus ad
regem, qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad
omnem populum, qui habitat in urbe hac,
fratres ueſtros, qui non ſunt egreſſi uobiſ-
18 cum in tranſmigrationem. ¶ Sic dixit do-
minus exercituum. Ecce mitto ĩ eis gladiũ,
famem, & peſtem. Et dabo eos ueluti ficus
turpes quæ non poſſunt comedi præ mali-
19 tia. ¶ Et perſequar eos gladio, & fame, &
peſte, & dabo eos in commotionem uniuer-
ſis regnis terræ, in maledictionẽ, & in ſtupo
rem, & in ſibilum, & in opprobrium in cun-
20 ctis gentibꝰ, ad quas eijcere feci eos. ¶ Pro
eo ꝙ non audierunt uerba mea dixit domi-
nus, quæ miſi ad eos per ſeruos meos pro-
phetas mane ſurgendo, & mittendo, & non
21 audiſtis dixit dominus. ¶ Vos autem audi
te uerbum domini, omnis trãſmigratio quã
22 emiſi de Ieruſaláim ĩ Babél ¶ Sic dixit do-
minus exercituum deus Iſraél ad Achâb fi-
lium Cholaiah, & ad Sidchiiáhu filiũ Maha-
ſeiáh, qui prophetãt uobis in noĩe meo mẽ-
daciter. Ecce trado eos ĩ manu Nabuchadne
ſar regis Babél, & percutiet eos ĩ oculis ũris.
23 ¶ Et aſſumetur ex eis maledictio omni tranſ-
migrationi Iehudáh, quæ eſt in Babél di-
cendo. Ponat te dominus, ſicut Sidchiiáhu,
& ſicut Achâb quos combuſſit rex Babél

24 igni. ¶ Pro eo ꝙ fecerunt nefas in Iſraél,
& adulterium commiſerunt cum uxoribus
amicorum ſuorum, & locuti ſunt uerbum in
nomine meo mendaciter, quod nō præcepi
eis. Et ego ſum qui cognoſco, & teſtis dixit
25 dominus. ¶ Et ad Semahaiáhu nechelami-
26 tem, dices dicēdo. ¶ Sic dixit dominus ex-
ercituum deus Iſraél. Pro eo ꝙ miſiſti in no-
mine tuo literas ad omnem populum, qui eſt
in Ieruſaláim, & Sephaniáh filium Maha-
ſeiáh ſacerdotem, & uniuerſos ſacerdotes
dicendo. Dominus dedit te ſacerdotem pro
Iehoiadáh ſacerdote, ut ſint duces in domo
domini omni uiro furioſo, & prophetante,
& des eum in carcerem, & in neruū, & nunc
ut quid non increpaſti Irmeiáhu Anatothitē
27 prophetātē nobis? ¶ Quia idcirco miſit ad
nos in Babél dicendo. Longum eſt. Aedifica
te domos, & habitate, & plātate hortos, &
28 comedite fructus eorum. ¶ Et legit Sepha-
niáh ſacerdos epiſtolam hanc in auribus Ir-
29 meiáhu prophetæ. ¶ Et fuit uerbum domi-
30 ni ad Irmeiáhu dicendo. ¶ Mitte ad omnē
tranſmigrationem dicendo. Sic dixit domi-
nus ad Semaiáh Nechalamitē. Pro eo ꝙ p-
phetauit nobis Semahaiáh, & ego non mi-
31 ſi eum, & fidere fecit nos mendacio. ¶ Id-
circo ſic dixit dominus. Ecce uiſito Sema-
haiáh nechelamitē, & ſemen eius. Non erit
ei uir habitans in medio populi huius, & nō
uidebit bonum, quod facio populo meo, di-
xit dominus, quia uerbum declinatiuū locu
tus eſt aduerſus dominum.

Capitulum. 30.

1 VErbum qđ fuit ad Irmeiáhu à
2 dn̄o dicendo. ¶ Sic dixit dn̄s
deus Iſraél dicendo. Scribe ti-
bi omnia uerba, quæ locutus
3 ſum ad te in libro. ¶ Ecce enī
dies ueniunt dixit dn̄s, & con
uertā captiuitatē populi mei Iſraél, & Iehu-
dáh dixit dominus, & redire faciam eos ad
terram quam dedi patribus eorum, & poſſi-
4 debūt eam. ¶ Et hæc uerba quæ locutus eſt
5 dn̄s ad Iſraél, & Iehudáh. ¶ Quoniā ſic di-
xit dominus. Vocē terroris audiuimus, for-
6 mido eſt, & non pax. ¶ Interrogate nūc, &
uidete ſi generat maſculus. Quare uidi oēm
uirū habentē man⁹ ſuper lumbos ſuos tanꝙ̄
parturiens, & conuerſæ ſunt omnes facies
7 in auruginē? ¶ Væ quia magna dies illa ut
non ſit ſimilis, tempuſq; afflictionis eſt ipſi Ia
8 hacób, & ex ipſo ſaluus erit. ¶ Et erit. In die
illa dixit dominus exercituum, conteram iu
gum eius de collo tuo, & uincula tua rum-
pam, & non ſeruient in ea ultra dijs alienis.
9 ¶ Sed ſeruient dn̄o deo ſuo, & Dauid regi
10 ſuo, quem ſuſcitabo eis. ¶ Tu aūt ne timeas
ſerue mi Iahacób dixit dominus, nec paueas
Iſraél, quia ecce ego ſaluificans te à lōge et
ſemen tuū de terra captiuitatis eorum, & re
uertetur Iahacób, & requieſcet, & pacatus
11 erit, & non erit qui exterreat. ¶ Qm̄ tecum
ego ſum ait dominus ut ſaluum faciam te. Fa
ciam enī cōſumationē in cunctis gentibus in
quos diſperſi te. Verumtamen in te non fa-
ciam conſumationem, ſed caſtigabo te in iu-
12 dicio, et ſuccidendo non ſuccidam te. ¶ Sic
enim dixit dominus, deſperata fractura tua,
13 difficilis plaga tua. ¶ Non eſt qui iudicet
iudicium tuum ad ſanitatem, medicinæ cura
14 tiuæ non ſunt tibi. ¶ Omnes amatores tui
obliti ſunt tui, te non quærent. Plaga enim
inimicis percuſſi te, caſtigatione crudeli p-
pter multitudinem iniquitatis tuæ multipli-
15 cata ſunt peccata tua. ¶ Quid clamas ſuper
contritione tua? Deſperatus dolor tu⁹ pro-
pter multitudinē iniquitatis tuæ, quia mul-
tiplicata ſunt peccata tua, feci hæc tibi.
16 ¶ Propterea omnes deuorantes te, deuora
buntur, & uniuerſi hoſtes tui uniuerſi ipſi in
captiuitatem ibunt, & erunt diripientes te
in direptionem, & cunctos prædantes te da-
17 bo in prædam. ¶ Curabo enim ſanitatem
tuam, & à plagis tuis ſanabo te dixit domi-
nus, quia eiectam uocauerunt te, Siiōn ipſi q
18 requirat non eſt. ¶ Sic dixit dominus, ecce
conuerto conuerſionem tabernaculorum Ia
hacób, & habitaculorum eius miſerebor, &
ædificabitur ciuitas ſuper cumulum eius, &
palatium iuxta diſpoſitionem eius habitabi
19 tur. ¶ Et egredietur ex eis uox gratiarum
actionis, & uox ludentium, & multiplicare
faciam eos, & non minuentur, & multiplica
20 re faciam eos, & non diminuentur. ¶ Et
erunt filij eius ſicut prius, & cœtus eius co-
rā me firmabitur, & uiſitabo omnes qui op-
21 preſſerunt eos. ¶ Et erit fortis eius ex eo,
& dominator eius de medio eius egredie-
tur, & appropinquare faciam eum, & ac-
cedet ad me. Quis enim eſt iſte qui dulcuerit
cor ſuum, ut appropinquet mihi dixit dn̄s?
22 ¶ Et eritis mihi in populum, & ego ero
23 uobis in deum. ¶ Ecce turbo domini in fu-
rore egreſſus eſt, turbo manēs, ſuper caput
24 impiorum manebit. ¶ Nō reuertetur ira fu-

roris domini, donec faciat, & donec ſtatuat
cogitationes cordis ſui. In nouiſſimo dierū
intelligetis illud.

Capitulum.31.

1 IN tēpore illo dixit dn̄s, ero in
deum, uniuerſis congnationi-
bus. Iſraël, & ipſi erunt mihi in
2 populū. ¶ Sic dixit dn̄s. Inue
nit gratiam in deſerto popul'
euaſor gladij, iuit deus āte eū,
3 ut requieſceret, faceret eum. ¶ A longo tē-
pore (inquit populus) dn̄s apparuit mihi. Et
domin' ait. Charitate ꝑpetua dilexi te, ideo
4 attraxi te miſericordia. ¶ Adhuc ædifica-
bo te, & ædificaberis uirgo Iſraël. Adhuc or
naberis tympanis tuis, & egredieris ī choro
5 ludentiū. ¶ Adhuc plātabis uineas in mōti
b' Sōrón, plātabūt plātātes, & ꝓphanabūt
6 āno quarto ſcd̄m morē. ¶ Quia erit dies in
qua clamabūt cuſtodes ī mōte Ephráim. Sur
gite, & aſcendamus in Siión ad dn̄m deū no
7 ſtrū. ¶ Sic eīn dixit dominus. Exultate in
Iahacób lætitia, & exultate in capite gētiū.
Auditum facite, laudate, & dicite. Saluum
fac domine populū tuum, reſiduum Iſraël.
8 ¶ Ecce adducam eos de terra aquilonis, &
cōgregabo eos de lateribus terræ. Inter eos
erunt cæcus, & claudus, & prægnans, & pa
riens ſimul. Cœtus magnus reuertētur huc.
9 ¶ Cum fletu uenient, & cum miſericordijs
adducere faciam eos. Ambulare faciam eos
ad torrentes aquarum in uia recta. Nō impin
gent in ea, qa ero Iſraëli ī patrē, & Ephráim
10 primogenitus meus erit. ¶ Audire uerbum
domini gentes, & annunciate in inſulis quæ
ꝓcul ſunt, & dicite. Qui diſperſit Iſraël, cō-
gregabit eum, & cuſtodiet eum, ſicut paſtor
11 gregem ſuum. ¶ Redemit enim dominus
Iahacób, & redemit eum de manu fortioris
12 eo. ¶ Et uenient, & laudabunt in excelſo
Siión, & confluent ad bonitatē domini ſuꝑ
frumētum, & ſuꝑ uinum, & ſuꝑ oleū, & ſuꝑ
filios pecorum, & boū. Eritq; aīa eorum qua
ſi hortus irriguus, & non addent ut doleant
13 amplius. ¶ Tunc lætabitur uirgo in choro,
iuuenes, & ſenes ſimul, & conuertam luctū
eorum in gaudium, & conſolabor eos, & læ
14 tificabo eos à dolore ſuo. ¶ Et inebriabo
animam ſacerdotum pinguedine, & popu-
lus meus bonitate mea ſaturabuntur dixit
15 dominus. ¶ Sic dixit dominus. Vox in ex-
celſo colle audita eſt, ploratus, fletus amari-
tudinum. Rachél plorans ſuper filijs ſuos, re
nuit conſolari ſuper filijs ſuis, quia nō ſunt.
16 ¶ Sic dixit dominus. Prohibe uocem tuā à
fletu, & oculos tuos à lachrymis, quia ē mer
ces operi tuo ait dominus, & reuertentur de
17 terra inimici. ¶ Et eſt ſpes nouiſſimo tuo ait
dominus, & reuertentur filij ad terminum
18 ſuum. ¶ Audiendo audiui Ephráim plangē
tem, & dicentem mihi. Caſtigaſti me, & ca-
ſtigatus ſum ut uitulus non aſſuetus ferre iu
gum. Fac me cōuerti, & cōuertar, quia tu es
19 dominus deus meus. ¶ Poſtq; enim cōuer-
ſus ſum, pœnituit me peccatorū meorū, &
poſtq; oſtenſum eſt mihi ꝑcuſſi fœmur. Con
fuſus ſum, & erubui, quoniā ſuſtinui oppro-
20 briū adoleſcentiæ meæ. ¶ Nonne filius pre
cioſus eſt mihi Ephráim, nōne puer delecta-
bilis? Quia ex eo tempore quo locutus ſum
cum eo, recordando recordabor ei' adhuc,
idcirco ſonuerūt uiſcera mea ꝓpter eū, miſe
21 rādo miſerebor ei' ait dn̄s. ¶ Statue tibi la-
pidem erectum ad agnoſcēdum uiam pone
tibi cumulos altos, pone cor tuū ad ſemitā
uiā ꝑ quā ābulaſti. Reuertere uirgo Iſraël,
22 reuertere ad ciuitates tuas iſtas. ¶ Vſq;-
quo uertes te huc, & illuc filia rebellis?
Quia creabit dn̄s nouū in terra, fœmina cir
23 cundabit uirū. ¶ Sic dixit dn̄s exercituum
deus Iſraël. Adhuc dicent uerbū iſtud, in ter
ra Iehudáh, & in urbibus eius, quum cōuer-
tero captiuitatem eorum, benedicat tibi do
24 minus habitaculū iuſtitiæ, mōs ſancte. ¶ Et
habitabunt ī ea Iehudáh, & oēs ciuitates ei'
ſimul, agricolæ, & ꝓficiſcentur gregatim.
25 ¶ Quia inebriare feci aīam laſſam, & oēm
26 aīam triſtē ipleui. ¶ Propter hoc experge
factus ſum, & uidi, & ſomnus meus dulcis
27 fuit mihi. ¶ Ecce dies ueniūt dixit dn̄s, & ſe
minabo domū Iſraël, & domū Iehudáh ſemīe
28 hoīs, & ſemīe aīalis. ¶ Et erit quēadmodū,
ſollicitus fui ſuꝑ eos ad euellendū, & diruē-
dum, & excutiendum, & perdendū, & ma-
lefaciendū, ſic ſollicitus ero ſuꝑ eos ad ædifi
29 cādum, & plantandū dixit dn̄s. ¶ In dieb'
illis nō dicent ultra, Patres comederūt uuā
acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.
30 ¶ Sed unuſquiſq; ꝓpter iniquitatem ſuam
morietur. Omnis hominis qui comederit
31 uuam acerbam, obſtupeſcent dentes. ¶ Ec-
ce dies ueniunt dixit dominus, & feriam cū
domo Iſraël, & cum domo Iehudáh fœdus
32 nouum. ¶ Nō ſecundum fœdus quod pepi
gi cum patribus eorum, in die qua appræhē
di manū eorū, ut educerē eos è terra Aegy-
pti, quia ipſi irritum fecerūt pactum meum

33 & dominatus ſum eis dixit dominus. ¶ Sed
hoc erit fœdus quod feriā cū filijs Iſraēl poſt
dies ipſos, dixit dominus. Dabo legem meam
in medio eorum, & in corde eorum ſcribā eā,
& ero eis in deum, & ipſi erunt mihi in popu-
34 lum. ¶ Et non docebūt ultra unuſquiſq; ami
cum ſuū, & unuſquiſq; fratrem ſuū dicendo.
Cognoſcite dominū, oēs enim cognoſcēt me
à minimo eorum uſq; ad maximum eorum, di
xit dominus, quia propitiabor iniquitati eorū,
& peccati eorum non memorabor amplius.
35 ¶ Sic dixit dominus, qui dedit ſolem in lumi
ne diei, ſtatuta lunæ, & ſtellarum in lumine no
ctis, qui rupit mare, & ſonarunt fluctus ei⁹, do
36 minus exercituum nomen eius. ¶ Si remoue
ri poſſūt ſtatuta iſta à facie mea dixit domin⁹,
etiam ſemen Iſraēl remoueri poterit, ut nō ſit
37 gens coram me cūctis diebus. ¶ Sic dixit do
minus. Si metiri poſſunt cœli ſurſum, & inue-
ſtigari fundamenta terræ deorſum, etiam ego
abijciam omē ſemen Iſraēl propter omīa quæ
38 fecerunt, dixit dominus. ¶ Ecce dies ueniūt
dixit dominus, & ædificabitur ciuitas domino
39 à turre Chanamēl uſq; ad portā anguli. ¶ Et
exibit ultra filum menſuræ coram eo ſuper col
40 lem Gharēb, & circuibit Ghoháth. ¶ Et om
nem uallem cadauerum, & cinerem, & uniuer
ſas regiones uſq; ad torrentem Chidrón uſq;
ad angulum portæ equorum ad orientem, ſan
ctitas domino, non euelletur, neq; deſtruetur
ultra in ſæculum.

Capitulum. 32.

1 VErbū quod fuit ad Irmeiáhu à do-
mino anno decimo Sidchiiáhu re-
gis Iehudáh. Ipſe eſt ann⁹ octauus
2 decim⁹ ãni Nebuchadneſár. ¶ Et
tunc exercitus regis Babēl, obſidebat Ieruſa-
láim, & Irmeiáhu propheta erat clauſus ī atrio
cuſtodiæ, quæ erat in domo regis Iehudáh.
3 ¶ Clauſerat enim eum Sidchiiáhu rex Iehu-
4 dáh. ¶ Dicendo. Quare tu uaticinaris, dicen
do. Sic dixit dominus. Ecce ego do ciuitatem
iſtam in manum regis Babēl, & capiet eam?
5 ¶ Et Sidchiiáhu rex Iehudáh ñ euadet de ma
nu Chaſdím, ſed tradēdo tradetur in manū re-
gis Babēl, & loquetur os eius cū ore illius, &
6 oculi eius oculos illius uidebunt. ¶ Et in Ba-
bēl ire faciet Sidchiiáhu, & ibi erit, donec uiſi
tem eum dixit dominus. Si dimicaueritis cum
7 Chaſdím, non proſperabimini. ¶ Et dixit Ir-
meiáhu. Fuit uerbum domini ad me dicendo.
8 ¶ Ecce Chanamēl fili⁹ Sallúm patruelis tuus
uenit ad te dicēdo. Eme agrum meū, qui eſt in
Hanathóth, quia tuus eſt iudicio redemptiōis,
9 ut emas. ¶ Et uenit ad me Chanamēl fili⁹ pa-
trui mei iuxta uerbum domini ad atrium cuſto
diæ, & ait ad me. Eme quæſo agrum meū, qui
eſt in Hanathóth, quæ eſt in terra Biniamin,
quia tuus eſt iure hæreditario, & tua eſt redē-
ptio. Eme tibi, & cognoui, quod uerbum domini
10 eſſet. ¶ Et emi agrū à Chanamēl filio patrui
mei, qui eſt in Hanathóh, & appendi ei argen
11 tum ſeptem ſecalím, & decē argenteos. ¶ Et
ſcripſi in libro, & ſignaui, & teſtificari feci te-
ſtes, & appendi argentum in ſtatera, & accæ-
pi librum emptionis ſignatum, & librum aper
tum, & librū conditionū uēditionis ſcd'm præ
ceptum legis & conſuetudinū in uendendo, et
12 emendo fructus. ¶ Et dedi librum emptionis
Barúch filio Neriiáh filio Machaſeiáh in ocu-
lis Chanamēl patruelis mei, & in oculis teſtiū
qui ſcripſerant in libro emptionis, in oculis
omnium Iehudæorum qui manebant in atrio
13 cuſtodiæ. ¶ Et præcepi Barúch in oculis eo-
14 rum dicendo. ¶ Sic dixit dominus exercituū
deus Iſraēl. Tolle libros iſtos, librum emptio-
nis hunc, & ſignatum, & librum apertū hunc,
& pones eos in uaſe fictili, ut ſtent diebus mul
15 tis. ¶ Sic enim dixit dominus exercituū deus
Iſraēl. Adhuc poſſidebuntur domus, & agri,
16 & uineæ in terra iſta. ¶ Et oraui ad dominū,
poſtq; dedi librum emptionis Barúch filio Ne
17 riiáh dicendo. ¶ Aháh domine deus. Ecce tu
feciſti cœlum, & terram potentia tua magna,
& brachio tuo extento. Non eſt abſconditum
18 à te quicq;. ¶ Qui facis miſericordiam in mi-
libus, & reddis pœnam iniquitatis patrum in
ſinum filiorum eorum poſt eos. Deus magn⁹,
19 potens, dominus exercituū nomē eius. ¶ Ma
gnus conſilio, & multus opere, quia oculi tui
aperti ſunt ſuper omēs uias filiorum hominū,
ut des unicuiq; ſcd'm uias ſuas, & ſcd'm fructū
20 operum ſuorū. ¶ Qui poſuiſti ſigna, & por-
tenta in terra Aegypti uſq; ad diem hanc, & in
Iſraēl, & in homine, & feciſti tibi nomen ſecū
21 dum diem hanc. ¶ Et eduxiſti populum tuum
Iſraēl è terra Aegypti ſignis, & portētis, & ma
nu robuſta, & brachio extento, & terrore ma
22 gno. ¶ Et dediſti eis terram hanc ſuper quam
iuraſti patribus eorū, ut dares eis terram fluen
23 tem lacte, & melle. ¶ Et ingreſſi ſunt, & poſ-
ſederunt eam, & non audierunt uoci tuæ, &
in lege tua nō ambulauerunt. Oīa quæ præce
piſti eis, ut facerēt, nō fecerūt, & euenit eis oē
24 malū hoc. ¶ Ecce arietibus ingrediētur ciui-
tatem ad capiendum eam, & urbs dabitur in
manu Chaſdím, qui præliantur aduerſus eam
propter gladium, & famem, & peſtilentiā. Et

25 quod locutus es erit, & ecce tu cernis. ¶ Et
tu dixiſti mihi domine deus. Eme tibi agrũ ar-
gento, & teſtificare fac teſtes, & urbs dabitur
26 in manu Chaſdím? ¶ Et fuit uerbum domini
27 ad Irmeiáhu dicẽdo. ¶ Ecce ſum domin⁹ de⁹
uniuerſæ carnis. Nũquid à me cælabitur quic-
28 q̃? ¶ Propterea ſic dixit dominus. Ecce tra-
dam ciuitatem iſtã in manũ Chaſdím, & in ma
nũ Nebuchadneſár regis Babél, & capiet eã.
29 ¶ Et uenient Chaſdim, qui præliantur aduer
ſum urbem hanc, & ſuccendẽt ciuitatem hanc
igni, & comburent eam, & domos ſuper qua-
rum adoleuerunt tecta ipſi Báhal, & libauerũt
30 libamia dijs alienis, ut iraſci facerẽt me. ¶ Fa
ciebant enĩ filij Iſraél, & filij Iehudáh profe-
cto malũ in oc'lis meis ab adoleſcẽtia ſua, quia
filij Iſraél profecto iraſci facicbant me ope ma
31 nuũ ſuarum, dixit domin⁹. ¶ Quia in furore
meo, & in ira mea fuit mihi ciuitas hæc à die
qua ædificauerunt eam, uſq; ad diem hanc, ut
32 auferre faciam eã à facie mea. ¶ Propter om
nem malitiam filioꝝ Iſraél, & filiorũ Iehudáh
quã fecerunt, ut iraſci facerent me, ipſi, reges
eorum, principes eorum, ſacerdotes eorũ, &
prophetæ eorum, & uiri Iehudáh, & habitato
33 res Ieruſaláim. ¶ Et uerterũt à me ceruicem,
& non faciem, & quũ docerem eos, mane ſur
gendo, & docendo, non audiebant, ut accipe-
34 rent diſciplinam. ¶ Et poſuerũt abominatio
nes ſuas in domo, in qua inuocatum eſt nomen
35 meum, ut pollucrent eam. ¶ Et ædificauerũt
excelſa Báhal, quæ ſunt in ualle filij Hinnóm,
ut tranſire facerẽt filios ſuos, & filias ſuas Mó
lech, quod non præcepi eis, nec aſcẽdit in cor
meum, ut facerent abominationẽ hanc, ut pec
36 care facerent Iehudáh. ¶ Et nunc propterea
ſic dixit dominus deus Iſraél ad ciuitatem hãc
de qua uos dicitis. Tradetur in manu regis Ba-
37 bél gladio, & fame, & peſte. ¶ Ecce congre-
go eos de uniuerſis terris ad quas eieci eos ĩ fu
rore meo, & in ira mea, & in ira grandi, & re-
dire faciam eos ad locum iſtum, & habitare fa
38 ciam eos confidenter. ¶ Et erunt mihi in po-
39 pulum, & ego ero eis in deum. ¶ Et dabo eis
cor unum, & uiã unam, ut timeãt me omnibus
diebus, ut bene ſit eis, & filijs eorum poſt eos.
40 ¶ Et feriam cum eis pactũ ſempiternũ, quia
non reuertar à tergo eorum, ut benefaciã eis,
& timorem meum dabo in corde eorũ, ut non
41 recedant à me. ¶ Et gaudebo ſuper eos bene
faciendo eis, et plãtabo eos in terra hac in ueri
42 tate, toto corde meo, et tota aĩa mea. ¶ Quia
ſic dixit dominus. Sicut adduxi in populũ iſtũ
omne malum grãde hoc, ſic adducam ſup eos
43 omne bonum, quod loquor ſuper eos. ¶ Et
poſſidebitur ager in terra iſta, de qua dicitis ꝙ
deſerta eſt, ut non ſit homo, & iumentum, da-
44 ta eſt in manu Chaſdím. ¶ Agros argento
ement, & ſcribet in libro, & ſignabit, & teſti-
ficari faciet teſtes in terra Biniamín, & in cir-
cuitu Ieruſaláim, & in ciuitatibus Iehudah, &
in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus cam
peſtribus, et in ciuitatibus quæ ſunt ad auſtrũ,
quia redire faciam captiuitatem eorum dixit
dominus.

Capitulum. 33.

1 ET fuit uerbum domini ad Irmeiáhu
ſecundo. (Et ipſe adhuc erat clauſus
2 in atrio cuſtodiæ) dicẽdo. ¶ Sic di
xit dominus qui magnificat Ieruſa-
láim, dominus qui format illam ut ſtabilire fa
3 ciat illam dominus nomen eius. ¶ Clama ad
me, & reſpõdebo tibi, & annũciabo tibi gran
4 dia, & fortia, & q̃ nõ cognouiſtis. ¶ Sic enĩ
dixit dominus deus Iſraél ad domos urbis hu-
ius, & ad domos regum Iehudáh, quæ deſtru
5 ctæ ſunt arietibus, & ſecuribus. ¶ Eo ꝙ habi
tatores earum ibant ad dimicandũ cum Chaſ-
dím ad implendum eas domos cadaucrib⁹ ho-
minũ, quos percutere feci in furore meo, et ira
mea. Et cur abſcõdi faciẽ meam à ciuitate hac?
6 Propter omnem malitiam eorũ. ¶ Ecce ego
curo ipſi Ieruſaláim ſanitatem, & medicinam,
& curabo eos, & reuelabo eis multitudinẽ pa
7 cis, & ueritatis. ¶ Et redire faciam captiuita-
tem Iehudáh, & captiuitatem Iſraél, & ædifi-
8 cabo eos ſicut in principio. ¶ Et emundabo
illos ab oĩ iniqtate ſua, qua peccauerũt contra
me parcã oĩb⁹ iniqtatib⁹ eoꝝ, qb⁹ peccauerũt
contra me, & quibus præuaricati ſunt contra
9 me. ¶ Et erit mihi in nomen, gaudium, lau-
dem, & gloriam cunctis gentibus terræ, quæ
audierint omne bonum, quod ego faciam eis,
& pauebunt, & trement ſuper omni bono, &
10 ſuper omni pace, quam ego faciam ei. ¶ Sic
dixit dominus. Adhuc audietur in loco hoc de
quo dicitis ꝙ deſertus eſt, ut non ſit homo, ne-
q; animal in ciuitatibus Iehudáh, & in plateis,
quæ deſolatæ ſunt, ut non ſit homo, nec habi-
11 tator, neq; animal. ¶ Vox gaudij, & uox læ-
titiæ, uox ſponſi, & uox ſponſæ, uox dicen-
tium. Confitemini domino exercituum, quo-
niam bonus domin⁹, quoniam in ſæculum mi
ſericordia eius, adducentium confeſſionem in
domum domini, quia reducere faciam captiui-
tatem terræ, ſicut in principio dixit dominus.
12 ¶ Sic dixit dominus exercituum. Adhuc erit
in loco iſto deſerto abſq; homine, uſq; ad ani-
mal & in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum
13 paſtorum, & accubantium pecorum. ¶ In ci-

uitatib⁹ mōtanis, ī ciuitatib⁹ cāpeſtrib⁹ plani
ciei, & ī ciuitatib⁹ q̄ ſūt auſtrū, & ī terra Bin
iamī, & ī circuitu Ieruſaláim, & ī ciuitatib⁹
Iehudáh, adhuc trāſibūt pecora ad man⁹ nu
14 merantis, dixit domin⁹. ¶ Ecce dies ueniūt
dixit domin⁹, et confirmabo uerbum bonū,
quod locutus ſum ad domū Iſraél, & ad do-
15 mum Iehudáh. ¶ In diebus illis, & in tēpo-
re illo germinare faciam ipſi Dauid germen
iuſtitiæ, & regnabit rex, & proſperabitur,
& faciet iudicium, & iuſtitiam in terra.
16 ¶ In diebus ipſis ſeruabitur Iehudáh, &
Ieruſaláim habitabit cōfidenter, & iſte quo
17 cabit eā, eſt dominus iuſtus noſter. ¶ Quia
ſic dixit domin⁹. Nō excidet ipſi Dauid uir
18 ſedens ſuper ſoliū domus Iſraél. ¶ Et ſacer
dotib⁹ Leuitis nō excidetur uir à facie mea,
offerens holocauſtum, & adolens ſacrificiū,
19 & faciēs ſacrificiū, omnibus diebus. ¶ Et
fuit uerbum dn̄i ad Irmeiáhu dicendo. Sic di
xit dn̄s. Si irritare poteſtis pactum meū diei,
& pactum meū noctis qđ pepigi cū Nóach
20 ut nō ſit dies, & nox in tempore ſuo. ¶ Etiā
pactum meum irritari poterit cū Dauid ſer-
uo meo, ut non ſit ei filius regnās ſuper thro
num eius, & cum Leuitis ſacerdotibus mini
21 ſtris meis. ¶ Quemadmodum non poteſt
numerari exercitus cœli, nec menſurari po-
teſt harena maris, ſic multiplicabo ſemē Da
uid ſerui mei, & Leuitas miniſtrantes mihi.
22 ¶ Et fuit uerbū domini ad Irmeiáhu dicen
23 do. ¶ Nonne uidiſti quid populus iſte locu
tus eſt dicendo? Duas familias quas elegerat
domin⁹, abiecit, et populū meum filij eorum
deſpexerunt ut non ſit ultra gens corā eis.
24 ¶ Sic dixit dominus, Si nō erit pactum me
um cū die, & nocte, ſtatuta cœli, & terræ nō
25 poſui. ¶ Etiā ſemen Iahacób, & Dauid ſer
ui mei abijciam, ut non aſſumā de ſemine ei⁹
dominātes ſemini Abrahám, Iſchác, & Iaha
cób. Reducam enim captiuitatem eorum, &
miſerebor eorum.

Capitulū. 34.

1 VErbū quod fuit ad Irmeiáhu à
dn̄o (Et Nebuchadneſár rex Ba
bel, & oīs exercit⁹ eius, uniuer
ſaq; regna terræ poteſtatis ma
nus eius, et omnes populi bella
bant contra Ieruſaláim, & contra omnes ur
2 bes eius) dicendo. ¶ Sic dixit dominus de
us Iſraél. Vade, & dic ad Sidchijáhu regē Ie
hudáh, & dic ad eum. Sic dixit dominus. Ec
ce do ciuitate hanc in manū regis Babél, ſuc
3 cendet eam igni. ¶ Et tu non euades de
manu eius, ſed compræhendendo compræ-
henderis, & in manum eius traderis, & ocu
li tui oculos regis Babél uidebūt, & os eius
os tuum alloquetur, & Babél introibis.
4 ¶ Attamen audi uerbum domini Sidchijá-
hu rex Iehudáh. Sic dixit dominus ad te. Nō
5 morieris gladio. ¶ In pace morieris, et ſecū
dum combuſtiones patrū tuorū regum prio
rū, qui fuerunt ante te, ſic comburent te, &
uæ domine, plangent te, quia uerbū locutus
6 ſum dixit dominus. ¶ Et locutus eſt Irme-
iáhu propheta ad Sidchijáhu regem Iehu-
7 dáh uniuerſa uerba hæc in Ieruſaláim. ¶ Et
exercitus regis Babél pugnabat contra Ieru
ſaláim, & cōtra oēs ciuitates Iehudáh, q̄ remā
ſerāt cōtra Lachis, & cōtra Hazecáh. Iſtę enī
remanſerant de ciuitatibus Iehudáh, urbes
8 munitæ. ¶ Verbū quod fuit ad Irmeiáhu à
dn̄o poſtq; percuſſit rex Sidchijáhu fœdus
cū omni populo in Ieruſaláim prædicādo ſer
9 uis, & ancillis libertatem. ¶ Vt dimitteret
unuſquiſq; ſeruum ſuum, & unuſqſq; ancillā
ſuam, Hebræum, & Hebræam, liberos, ut
non uteretur eis uidelicet Iehudæo fratrę
10 ſuo unuſquiſq;. ¶ Et audierunt oēs prin-
cipes, & uniuerſus popul⁹, qui uenerant in
pactum, ut dimitteret unuſquiſq; ſeruū ſuū,
& unuſqſq; ancillam ſuam, liberas, ut nō ute
retur eis amplius, & audierūt, & dimiſerūt.
11 ¶ Et conuerſi ſunt deinceps, & reduxerunt
ſeruos, & ancillas, quos dimiſerant liberos,
& ſubiugauerunt eos in ſeruos, & in ancil-
12 las. ¶ Et fuit uerbum domini ad Irmeiáhu à
13 dn̄o dicendo. ¶ Sic dixit domin⁹ de⁹ Iſraél.
Ego percuſſi fœdus cū patrib⁹ ueſtris, in die
qua eduxi eos è terra Aegypti de domo ſer-
14 uorum dicendo. ¶ In fine ſeptē annorū di-
mittetis unuſquiſq; fratrē ſuū Hebræum, q
uendidit ſe tibi, & ſeruiet tibi ſex annis, &
dimittes eum liberum à te, et non audierunt
patres ueſtri me, nec inclinauerūt aurē ſuā.
15 ¶ Et conuerſi eſtis hodie, & feciſtis rectum
in oculis meis, ut prædicaretis libertatem
unuſquiſq; amico ſuo, et inijſtis pactum in cō
ſpectu meo in domo ſuper quā inuocatū eſt
16 nomen meum ¶ Et reuerſi eſtis, & macula
ſtis nomen meum, & reduxiſtis unuſquiſq;
ſeruum ſuū, & unuſqſq; ancillā ſuā, quos di
miſiſtis liberos, ī aīam ſuā, et ſubiugaſtis eos
17 ut ſit uobis ī ſeruos, & ācillas. ¶ Propterea
ſic dixit dn̄s. Vos ī obediſtis mihi, ut p̄dicare
tis libertatē unuſqſq; frī ſuo, & unuſquiſq;

amico ſuo. Ecce ego prædico uobis liberta-
tem dixit dño, ad gladium, & ad peſtem, &
ad famem, & dabo uos in cõmotionem cun-
18 ctis regnis terræ. ℂ Et dabo uiros qui tranſ
greſſi ſunt pactum meum, qui non ſtatuerũt
uerba fœderis, qđ percuſſerũt in conſpectu
meo ut uitulũ quem conciderũt in duas par
19 tes, & tranſierũt inter diuiſiões eiꝰ. ℂ Prin
cipes Iehudáh, & principes Ieruſaláim, eu-
nuchi, & ſacerdotes, & omnis populus ter-
ræ, qui tranſierunt inter diuiſiones uituli.
20 ℂ Dabo eos in manum inimicorum eorum,
& in manu quærẽtium animã eorum, & erit
morticinium eorum in eſcam uolatilibus cœ
21 li, & animalibus terræ. ℂ Et Sidchiiáhu
regem Iehudáh, & principes eius dabo ĩ ma
num inimicorum eorũ, & in manũ quæren-
tium aĩam eorũ, & in manũ exercitus regis
22 Babél qui aſcenderunt à uobis. ℂ Ecce præ
cipio dixit dominus, & reducam eos ad ciui
tatem hanc, & præliabunť aduerſus eam, &
capient eam, & incẽdent eam igni, & ciuita
tes Iehudáh dabo in ſolitudinem, ut non ſit
habitator.

Capitulum. 35.

1 VErbum quod fuit ad Irmeiáhu
à domino, in dieb' Iehoiachím
filij Ioſiiáhu regis Iehudáh di-
2 cendo. ℂ Vade ad domũ Re-
chabitarum, & alloquere eos
& introduces eos in domũ do
mini, ĩ unũ è cubiculis, & propinab's eis ui
3 num. ℂ Et aſſumpſi Iaazaniáh filiũ Irmeiá-
hu filij Chabaſaniáh, & fratres eius, & oẽs
filios eius, & uniuerſam domum Rechabita
rum, & introduxi eos in domum domini in-
cubiculum filiorũ Chanán, filij Igdaliáhu ui
ri dei qđ erat apud cubiculũ principum qđ
erat ſupra cubiculũ Mahaſeiáhu filij Sallúm
4 cuſtodis liminis. ℂ Et poſui coram filijs do
mus Rechabitarum cyphos plenos uino, &
5 calices, & dixi ad eos, bibite uinũ. ℂ Et di-
xerunt. Non bibemus uinũ, quia Ionadáb fi
lius Recháb, pater noſter præcepit nobis di
cendo. Non bibetis uinum uos, & filij ueſtri
6 uſq; in ſæculum. ℂ Et domum non ædifica-
bitis, & ſementem non ſeretis, & uineã non
plantabitis, nec erit uobis. Sed in taberna-
culis habitabitis cũctis diebus ueſtris, ut ui-
uatis dieb' multis, ĩ ſuperficie terræ in qua
7 peregrinamini. ℂ Et obediuimus uoci Ieho
nadáb filij Recháb patris noſtri in omnibus
quæ præcepit nobis, ut nõ biberemus uinũ
cunctis diebus noſtris, nos uxores noſtræ,
8 filij noſtri, & filiæ noſtræ. ℂ Neq; ædificare
mus domos pro habitatiõe noſtra, & uinea,
9 & ager, & ſementis nõ fuit nobis. ℂ Sed ha
bitauimus in tabernaculis, & obediuimus,
& fecimus iuxta omnia quæ præcepit nobis
10 Ionadáb pater noſter. ℂ Et fuit, cũ aſcende
ret Nebuchadneſár rex Babél ad terram, di-
ximus. Venite, & ingrediamur Ieruſaláim à
facie exercitus Chaſdím, et à facie exercitus
11 Arám, & manſimus in Ieruſaláim. ℂ Et fuit
12 uerbũ domini ad Irmeiáhu dicendo. ℂ Sic
dixit dominus exercituum, de' Iſraél, uade,
& dic uiris Iehudáh, & habitatoribus Ieruſa
láim. Nõne recipietis diſciplinam, ut obedia
13 tis uerbis meis dixit dominus? ℂ Firmatum
eſt uerbum Iehonadáb filij Rechab, qđ præ-
cepit filijs ſuis, ut nõ biberent uinum, & non
biberũt uſq; ad diẽ hanc, quia paruerũt præ
cepto patris ſui, ego aũt locutus ſum ad uos
mane ſurgendo, et loquendo, et nõ obediſtis
14 mihi. ℂ Miſiq; ad uos omnes ſeruos meos
prophetas mane ſurgẽdo, & mittendo dicẽ-
do. Conuertimini obſecro unuſquiſq; à uia
15 ſua mala. ℂ Et bona facite opera ueſtra, &
ne ambuletis poſt deos alienos, ut ſeruiatis
eis, & habitabitis in terra quam dedi uo-
bis, & patribus ueſtris, & nõ inclinaſtis aurẽ
16 ueſtrã, nec obediſtis mihi. ℂ Quia firmaue
rũt filij Iehonadáb, filij Rechab præceptum
patris ſui, quod præcepit eis, populus autem
17 iſte non obediuerũt mihi. ℂ Idcirco ſic di-
xit domin' de' exercituum deus Iſraél. Ecce
adduco ſuper Iehudáh, & omnes habitato-
res Ieruſaláim, oẽ malũ quod locutus ſum ſu
per illos, pro eo ꝙ locut' ſum ad eos & nõ au
dierunt, uocaui illos, & non reſponderunt.
18 ℂ Domui aũt Rechabitarũ dixit Irmeiáhu.
Sic dixit dñ' exercituũ deus Iſraél. Pro eo ꝙ
obediſtis præcepto Iehonadáb patris ueſtri,
& cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis
19 iuxta omnia quæ præcepit uobis. ℂ Propte
rea, ſic dixit dñs exercituũ deus Iſraél. Non
excideť uir de Ionadáb filio Recháb ſtans in
cõſpectu meo cunctis diebus.

Capitulum. 36

1 ET fuit, ãno quarto Iehoiachím
filij Ioſijáhu regis Iehudáh fuit
uerbũ hoc ad Irmeiáhu à dño
2 dicẽdo. ℂ Tolle tibi uolumẽ li
bri, & ſcribe in eo omnia uer
ba, quæ locut' ſum tibi, aduer
ſum Iſraél, & Iehudáh, & aduerſum om-
nes gentes à die qua locutus ſum ad te, à
diebus Ioſijáhu uſq; ad diem hanc.

3 ¶ Si forte audiant domus Iehudáh, om̃e ma-
lum quod cogito facere eis, ut reuertant̃ unuſ
quiſq; à uia ſua mala, & propitius ero iniqui-
4 tati eorum, & peccato eorum. ¶ Et uocauit
Irmeiáhu Barúch filium Neriah, & ſcripſit
Barúch ex ore Irmeiáhu, omnia uerba domi-
ni, quæ locutus eſt ad eum in uolumine, li-
5 bri. ¶ Et præcepit Irmeiáhu Barúch dicen-
do. Ego ſum clauſus, non poſſum ingredi do-
6 mum domini ¶ Ingredere tu, & lege in uo-
lumine quod ſcripſiſti ex ore meo uerba domi
ni in auribus populi in domo domini in die ie-
iunij, & etiam in auribus omnis Iehudáh, qui
7 ueniunt de ciuitatibus ſuis leges ea. ¶ Si for-
te cadat oratio eorum in conſpectu domini, &
reuertãtur unuſquiſq; à uia ſua mala, quia ma
gnus eſt furor, & ira quam locutus eſt domi-
8 nus ſuper populum hunc. ¶ Et fecit Barúch
filius Neriáh iuxta omnia quæ præcepit ei Ir-
meiáhu propheta, legendo in libro uerba do-
9 mini in domo domini. ¶ Et fuit, anno quin-
to Iehoiachím filij Ioſiiahu regis Iehudáh mẽ
ſe nono, prædicauerunt ieiunium in conſpectu
domini omni populo in Ieruſaláim, & uniuer
ſo populo qui ueniebat de urbibus Iehudáh
10 in Ieruſaláim. ¶ Legitq; Barúch in libro
uerba Irmeiáhu in domo domini in cubiculo
Ghemariáhu filij Saphán ſcribæ in atrio ſupe
riori oſtij portæ domus domini nouæ in au-
11 ribus omnis populi. ¶ Et audiuit Michaichú
filius Ghemariáhu filij Saphán omnia uerba
12 domini ex libro. ¶ Deſcenditq; in domum re
gis ad cubiculum ſcribæ. Et ecce ibi om̃es prin
cipes ſedebant, Eliſamah ſcriba, & Delaiáhu
filius Semahiáhu, & Elnathán fili⁹ Hachbór
& Ghemariáhu filius Saphán, & Sidchiiáhu
13 filius Chananiahu, & uniuerſi pricipes. ¶ Et
nunciauit eis Michaichú omnia uerba quæ au
diuit, legente Barúch in libro in auribus po-
14 puli. ¶ Et miſerunt omnes principes ad Ba-
rúch, Iehudí filiũ Nethaniahu filij Selemiáhu
filij Chuſí ut diceret. Volumen in quo legiſti
in auribus populi, ſume in manu tua, & ue-
ni. Et tulit Barúch filius Neriáh uolumen in
15 manu ſua, & uenit ad eos. ¶ Et dixerunt ad
eũ. Sede nunc, & lege illud in auribus noſtris.
16 Et legit Barúch in auribus eorum. ¶ Et fuit,
quum audiſſent omnia uerba dei, expauerunt
unuſquiſq; ad amicum ſuũ, & dixerunt ad Ba
rúch. Nunciãdo nunciabimus regi omnia uer
17 ba hæc. ¶ Et Barúch interrogauerunt dicen
do. Nuncia nunc nobis quomodo ſcripſiſti om
18 nia uerba hæc ex ore ei⁹. ¶ Dixit autem eis
Barúch. Ore ſuo legebat mihi oĩa uerba hæc,
19 & ego ſcribebam in libro atramento. ¶ Et
dixerunt principes ad Barúch. Vade abſcon-
de te tu, & Irmeiáhu, & nemo ſciat ubi ſitis.
20 ¶ Et ingreſſi ſunt ad regem in atrium. Volu-
men autem commendauerunt in cubiculo Eli-
ſamáh ſcribæ. Et nunciauerunt in auribus re-
21 gis omnia uerba hæc. ¶ Et miſit rex Iehudí,
ut caperet uolumen. Et tulit illud de cubiculo
Eliſamáh ſcribæ, & legit in ipſo in auribus re-
gis, & in auribus omnium principum, qui sta-
bant iuxta regem. Rex autem ſedebat in do-
mo hyemali menſe nono, & arula coram eo ar
22 debat. ¶ Et fuit, cum legiſſet Iehudí tres pa
gellas, & quatuor ſcidit illud nouacula ſcribæ,
& proiecit in ignem qui erat in arula donec cõ-
ſumeretur omne uolumen ſuper ignem q erat
23 in arula. ¶ Et non timuerunt, nec ſciderunt
ueſtimenta ſua, rex, & omnes ſerui eius, qui au
24 diebant omnia uerba iſta. ¶ Et etiam Elna-
thán, & Delaiáhu, & Ghemariáhu depreca-
ti ſunt regem, ne combureret uolumen, et non
25 audiuit eos. ¶ Et præcepit rex Ierachmeel
filio Mélech, & Seraiáhu filio Hazriel, & Se-
lemiáhu filio Habdeel, ut tollerẽt Barúch ſcri
bam, & Irmeiáhu prophetam. Abſcondit au-
26 tem eos dominus. ¶ Et fuit uerbum domini
ad Irmeiáhu poſtq; combuſſerat rex uolumẽ,
& uerba quæ ſcripſerat Barúch ex ore Irme-
27 iáhu dicendo. ¶ Reuertere, tolle tibi uolu-
men alterum, & ſcribe in eo om̃ia uerba prio-
ra, que erant in uolumine priori, quod com-
28 buſſit Iehoiachím rex Iehudah. ¶ Et ad Ie-
hoiachim regem Iehudáh dices. Sic dixit do-
minus. Tu combuſſiſti uolumen iſtud, dicen-
do. Quare ſcripſiſti in eo, dicendo. Veniendo
ueniet rex Babél, & uaſtare faciet terram hãc,
& ceſſare faciet ex ea homines, & animalia?
29 ¶ Propterea ſic dixit dominus ad Iehoia-
chím regem Iehudah. Non erit ei ſedens ſu-
per ſolio Dauid, & cadauer eius erit proie-
ctum ad æſtum in die, & ad gelu in nocte.
30 ¶ Et uiſitabo ſuper eũ, & ſemen eius, & ſer-
uos eius iniquitatem eorum, & adducam ſu-
per eos, & ſuper habitatores Ieruſaláim, & ui
ros Iehudah, omne malum quod locutus ſum
31 ad eos, & non audierũt. ¶ Irmeiáhu autẽ tulit
uolumẽ alterũ, & dedit illud Barúch filio Ne-
riahu, ſcribæ. Et ſcripſit in eo ex ore Irmeiáhu
omnia uerba libri, quem combuſſerat Iehoia-
chím rex Iehudáh igni, et adhuc addita ſũt ſu-
per ea, uerba multa ſimilia.

Capitulum. 37.

1 ET regnauit rex Sidchiiáhu filius Io-
ſiiáhu pro Choniáhu filio Iehoia-
chím, quem regem conſtituit Nebu
chadneſár rex Babél in terra Iehu-

2 dáh. ¶ Et nõ obediuit ipſe, & ſerui eius, et po
pulus terræ, uerbis domini quæ locut⁹ eſt per
3 Irmeiáhu prophetã. ¶ Et miſit rex Sidchiiá-
hu Iehuchal filium Selemiáh, & Sephaniiahu
filium Mahaſeiah ſacerdotẽ ad Irmeiahu pro-
phetam ut dicerent. Ora quæſo ꝑ nobis ad do
4 minũ deum noſtrũ. ¶ Et Irmeiahu uenit, &
egreſſus eſt in mediũ populi, & non poſuerũt
5 eum i domũ carceris. ¶ Exercit⁹ aũt Parhoh
egreſſus eſt de Aegypto, & audierũt Chaſdím
qui obſidebant Ieruſaláim auditũ eorũ, & aſcẽ
6 derunt ab Ieruſaláim. ¶ Et fuit uerbũ domi-
ni ad Irmeiáhu prophetam, dicendo. Sic dixit
domin⁹ de⁹ Iſrael. Sic dicetis ad regẽ Iehudah
qui miſit nos ad me, ut ingratis me. Ecce exer-
citus Parhoh qui egreſſus ẽ uobis in auxiliũ,
7 reuerſus eſt in terram ſuam in Aegyptũ. ¶ Et
redibunt Chaſdím, & bellabunt cõtra ciuita-
tem hanc, & capient eam, & ſuccẽdẽt eã igni.
8 ¶ Sic dixit dñs. Ne decipiatis aïas ueſtras di-
cendo. Eundo ibunt à nobis Chaſdím, qa non
9 ibunt. ¶ Quia ſi percuteretis oẽm exercitum
Chaſdím, qui prælîatur uobiſcũ, & remaneãt
ex eis uiri tranſfixi, unuſquiſq; è tentorio ſuo
conſurget, & incendent ciuitatem hanc igni.
10 ¶ Et fuit, cum aſcẽdiſſet exercitus Chaſdím
ab Ieruſaláim propter exercitum Parhoh.
11 ¶ Egreſſus ẽ Irmeiáhu de Ieruſaláim, ut iret
in terram Biniamín, ut diuideret ſeipſum inde
12 quia erat in medio populi. ¶ Et fuit in porta
Biniamín, & ibi erat præpoſitus, & nomẽ eius
Iriiáh fili⁹ Selemiáh filij Chananiáh, & appræ
hendit Irmeiáhu prophetã dicendo. Ad Chaſ-
13 dím tu trãſfugis. ¶ Dixitq; Irmeiáhu, falſum
eſt. Non tranſfugio ad Chaſdím. Et non audi-
uit eum, ſed compræhẽdit Iriiáh Irmeiáhu, &
14 adduxit eum ad principes. ¶ Et irati ſũt prin
cipes contra Irmeiáhu, & percutere fecerunt
eum, & poſuerũt eum in domũ carceris, in do
mũ Iehonathán ſcribæ. Ipſam enĩ fecerunt do
15 mũ carceris. ¶ Cũ ingreſſus eſſet Irmeiáhu
in domũ laci, & in locum ubi manebãt detenti
16 manſit ibi Irmeiáhu diebus multis. ¶ Et miſit
rex Sidchiiáhu, & tulit eum, & interrogauit
eum rex in domo ſua abſcondite, & dixit. Nũ
eſt uerbũ domini? Et dixit Irmeiáhu. Eſt. Et di
17 xit. In manum regis Babel traderis. ¶ Et di-
xit. Irmeiáhu ad regẽ Sidchiiáhu. Quid pecca
ui tibi, & ſeruis tuis, & populo huic, quia po-
18 ſuiſtis me in domũ carceris? ¶ Et ubi ſunt pro
phetæ ueſtri, qui prophetabant uobis dicẽdo.
Non ueniet rex Babel contra uos, & cõtra ter
19 ra terram hanc? ¶ Et nunc audi obſecro do-
mine mi rex. Cadat obſecro deprecatio mea in
conſpectu tuo, et ne redire facias me in domũ
20 Iehonathán ſcribæ, ne moriar ibi. ¶ Et præcẽ
pit rex Sidchiiáhu, & cõmendauerunt Irme-
iáhu in atrio cuſtodiæ. Et dedit ei tortam panis
per diem, de platea piſtorum, donec conſume-
retur omnis panis de ciuitate. Et manſit Irme-
iahu in atrio cuſtodiæ.

Capitulum. 38.

1 AVdiuit autem Sephathiáh filius
Matthán, & Ghedaliahu filius
Paſchúr, & Iuchál filius Sele-
miáhu, & Paſchúr filius Mal-
chiiáh, uerba quæ Irmeiáhu lo
2 quebatur ad oẽm populum dicẽdo. ¶ Sic di-
xit dominus. Qui mãſerit in ciuitate iſta morie
tur gladio, fame, et peſte, qui autem exierit ad
Chaſdím, uiuet, & erit ei anima eius in ſpoliũ,
3 & uiuens. ¶ Sic dixit dominus. Tradẽdo tra
detur ciuitas hæc in manum exercit⁹ regis Ba-
4 bél, & capiet eam. ¶ Et dixerũt principes ad
regem. Moriatur quæſumus uir iſte, quia idcir
co debilitat manus uirorum belli, qui remanſe
runt in ciuitate hac, & manus uniuerſi populi,
loquendo ad eos ſecundũ uerba hæc, quia uir
iſte non quærit pacem populo huic, ſed malũ.
5 ¶ Et dixit rex Sidchiiahu. Ecce eſt in manib⁹
ueſtris. Non enim eſt conſentaneũ, ut rex poſ-
6 ſit facere aliquid contra uos. ¶ Et tulerũt Ir-
meiáhu, & proijcere fecerũt in ciſternam Mal
chiiáhu filij Mélech qui erat in atrio cuſtodiæ,
& ſubmiſerunt Irmeiáhu funibus. In ciſterna
autem non erat aqua, ſed lutum, & defixus eſt
7 Irmeiahu i cœno. ¶ Et audiuit Hebedmélech
Aethiops uir eunuch⁹. (Et ipſe erat in domo re
gis) ꝙ poſuiſſent Irmeiahu in ciſternã (Et rex
8 ſedebat i porta Biniamín). ¶ Et egreſſus eſt
Hébedmélech de domo regis, & locut⁹ eſt ad
9 regem dicendo. ¶ Domine mi rex, male fece
runt uiri iſti omnia quæ fecerunt in Irmeiáhu
prophetam, quem proijcere fecerunt in ciſter
nam, & morietur in loco ipſo propter famem.
10 Nõ enim eſt panis ultra in ciuitate. ¶ Et præ-
cepit rex Hébedmélech Aethiopi dicẽdo. Tol
le in manu tua hinc triginta uiros, & aſcende-
re fac Irmeiáhu prophetam de ciſterna, antequã
11 moriatur. ¶ Et aſſumpſit Hébedmélech ui-
ros qui erant in poteſtate ſua, & ingreſſus eſt
domum regis ſub theſaurum, & tulit inde ue-
teres pannos, & antiquos deuaſtatos, & miſit
12 eos ad Irmeiahu in ciſternam per funes. ¶ Et
dixit Hébedmélech Aethiops ad Irmeiáhu. Po
ne nunc ueteres pannos deuaſtatos ſub axillis
manuum tuarum, ſubter funes. Et fecit Irme-
13 iáhu ſic. ¶ Et extraxerunt Irmeiahu funibus,

& aſcendere fecerũt eum è ciſterna, & man
14 ſit Irmeiáhu ĩ atrio cuſtodiæ. ❡ Et miſit rex
Sidchiiáhu, & tulit Irmeiáhu prophetam ad
ſe, ad introitũ tertium, qui erat in domo do-
mini, & dixit rex ad Irmeiáhu. Interrogo te
15 uerbum, ne abſcondas à me qcq̃. ❡ Dixit
autem Irmeiáhu ad Sidchiiáhu. Si annũcia-
uero tibi, nonne mori faciendo, mori facies
me? Et ſi conſuluero tibi, non parebis mihi?
16 ❡ Et iurauit rex Sidchiiáhu ipſi Irmeiahu
clam dicendo. Viuit dñs qui fecit nobis ani-
mam hãc, ſi occídero te, & ſi tradidero te in
manũ uirorum iſtorum, qui quærunt animã
17 tuam. ❡ Et dixit Irmeiáhu ad Sidchiiáhu.
ſic dixit domínus deus exercituũ de⁹ Iſraél.
Si exeũdo exieris ad principes regis Babél,
uiuet anima tua, & ciuitas hæc nõ ſuccẽdet
18 igni, & uiues tu, & familia tua. ❡ Si autem
non exieris ad principes regis Babél, tradet
ciuitas hæc in manum Chaſdím, & ſuccẽdẽt
eam igni, & tu non effugies de manu eorum.
19 ❡ Et dixit rex Sidchiiáhu ad Irmeiáhu. Ti-
meo ꝑpter Iehudæos, qui tranſfugerunt ad
Chaſdím, ne forte dent me in manum eorũ,
20 & illudant mihi. ❡ Et dixit Irmeiahu. Non
tradent. Audi quæſo uocem domini qua lo-
quor ad te, & bene erit tibi, & uiuet aĩa tua.
21 ❡ Si autẽ renueris exire, hoc eſt uerbum,
22 qđ oſtendit mihi domin⁹. ❡ Et ecce oẽs mu-
lieres quæ remanſerũt in domo regis Iehu-
dáh educuntur ad principes regis Babél. Et
ipſæ dicunt, ſuaſerunt tibi, & præualuerunt
tibi uiri pacis tuæ. Infixi ſunt in cœno pedes
23 tui, conuerſi ſunt retrorſum. ❡ Et oẽs uxo-
res tuas, & filios tuos educent ad Chaſdím,
& tu non euades de manu eorum. Sed in ma
nu regis Babel capieris, & ciuitatem hãc cõ
24 burere facies igni. ❡ Dixit autẽ Sidchiiá-
hu ad Irmeiáhu. Nemo ſciat uerba iſta, & nõ
25 morieris. ❡ Si autem audierint principes
quod locutus ſum tecum, & uenerint ad te,
& dixerint tibi, indica nunc nobis quid lo-
cutus es ad regem, ne celes à nobis, & non
interficiemus te, & quid locutus eſt ad te
26 rex ❡ Dices ad eos. Cadere feci depreca-
tionem meã corã rege, ne reducere faceret
me in domum Iehonathán, ne moriar ibi.
27 ❡ Veneruntq; omnes principes ad Irmeiá-
hu, & interrogauerunt eum, & nũciauit eis
iuxta omnia uerba hæc, quæ præcepit rex,
& tacuerũt ab eo, quia non eſt auditum uer-
28 bum. ❡ Et manſit Irmeiahu in atrio cuſto-
diæ uſq; ad diem quo capta eſt Ieruſalám.

Capitulum. 39.

1 ET fuit cum capta eſſet Ieruſa-
2 lám. ❡ Anno nono Sidchiiá
hu regis Iehudáh, menſe deci
mo, uenit Nebuchadneſár rex
Babel, & omnis exercitus ei⁹
in Ieruſalám, & obſederunt
3 eam. ❡ Vndecimo autem anno Sidchi-
iahu, menſe quarto, noua menſis fracta eſt
4 ciuitas. ❡ Et ingreſſi ſunt omnes principes
regis Babél, & ſederũt in porta media Nir-
ghalſaréſer, Saugharnebo, Sarſechís, Rab
ſaris, Narghálſaréſer, Rabagh, & omnes re
5 liqui principes regis Babel ❡ Et fuit, cũ ui
diſſet eos Sidchiiáhu rex Iehudáh, & omnes
uiri bellatores fugerũt & egreſſi ſunt nocte
de ciuitate per uiam horti regis, per portam
quæ erat inter duos muros, & egreſſus eſt
6 per uiam deſerti. ❡ Et perſecutus eſt exerci
tus Chaſdím eos, & cõprehenderũt Sidchi
iáhu in deſertis Ierichó, & tulerunt eum, &
aſcendere fecerunt eum ad Nebuchadneſár
regem Babél ĩ Ribláh, quæ eſt in terra Cha-
7 márh, & locutus eſt cum eo iudicia. ❡ Et
iugulauit rex Babél filios Sidchiiáhu in Ri-
bláh in oculis eius, & omnes nobiles Iehu-
8 dáh iugulauit rex Babél. ❡ Et oculos Sid
chiiáhu excæauit, & uinxit eum in compedi-
9 bus, ut adduceret eum in Babél. ❡ Do-
mumq; regis, & domos populi ſuccende-
runt Chaſdím igni, & muros Ieruſalám, di-
10 ruerunt. ❡ Reſiduum autem populi qui re-
manſerat in ciuitate, & tranſfugæ qui tranſ
fugerant ad eum, & reſiduum populi qui re
manſerat, tranſtulit Nebuzaradán magiſter
11 laniorum in Babél. ❡ Et de plebe pauperum
quibus non erat quicq̃, remanere fecit Ne-
buzaradán magiſter laniorum in terra Iehu
dáh, & dedit eis uineas, & agros in die illa.
12 ❡ Præceperat aũt Nebuchadneſár rex Babél
ſup Irmeiáhu, ꝑ manũ Nebuzaradán magi-
13 ſtri laniorũ dicendo. ❡ Tolle illum, & ocu-
los tuos pone ſuper illũ, & ne facias ei quicq̃
mali, ſed ſecũdũ ꝙ loquet ad te, ſic facies cũ
14 eo. ❡ Miſitq; Nebuſaradán magr̃ laniorũ
et Nebuzazbã, Rabſaris, et Nerghálſaréſer,
15 Rabmágh, & oẽs magr̃i regis Babel. ❡ Et
miſerũt, & tulerũt Irmeiáhu de atrio cuſto
diæ, et tradiderũt eũ Ghedaliáhu filio Achicã
filij Saphán, ut educerẽt eum ad domum, &
16 habitaret in medio ppli. ❡ Ad Irmeiahu au
tem fuerat uerbum domini, cum eſſet clau-
17 ſus in atrio cuſtodiæ dicendo, ❡ Vade,
& dic ad Hébedméleeh Aethiopem dicen-
do. Sic dixit dominus exercituũ de⁹ Iſraél.

Ecce adduco uerba mea ſuper ciuitatē hanc
in malū,& non in bonum,& erūt in conſpe
18 ctu tuo in die illa. ¶Et liberabo te ī die illa
dixit dominus,& non traderis in manū ui-
19 rorum à quorum tu formidas facie. ¶Sed
eruēdo eruam te, & gladio nō cades.Et erit
tibi anima tua in prædam,quia fidiſti mihi,
ait dominus.

Capitulum.40.

1 VErbum qd' fuit ad Irmeiáhu à
domino, poſtq̄ dimiſit eum
Nebuzaradán magiſter lanio
rū de Ramáh,quādo tulit eū,
& ipſe erat uinctus catenis in
medio omnis tranſmigratio-
nis Ieruſaláim,& Iehudáh,qui tranſmigra-
2 bant in Babél. ¶Et tulit magiſter laniorū
Irmeiáhu,& dixit ad eum.Dn̄s deus tuus lo
cutus eſt malum hoc contra locum iſtum.
3 ¶Et adduxit,& fecit dominus quēadmo-
dum locutus eſt, quia peccaſtis domino,&
non paruiſtis uoci eius , & fuit uobis uerbū
4 hoc. ¶Et nūc ecce ſolui te hodie à catenis
quæ ſunt in manibus tuis.Si placet in oculis
tuis,ut uenias mecum in Babél,ueni,& po-
nam oculum meum ſuper te.Si autem diſpli
cet i oculis tuis ut uenias mecum in Babél,
reſide.Vide omnis terra in cōſpectu tuo eſt.
Ad locum q bon',&rectus eſt in oculis tuis,
5 ut uadas,uade. ¶Et adhuc eo,non dicente,
ad quē uellet reuerti,ait.Reuertere ad Ghe
daliáh filiū Achicám filij Saphán,quē præ-
poſuit rex Babél ciuitatibus Iehudah,& ha
bita cum eo medio populi. Vel ad omnē lo-
cum qui rectus eſt in oculis tuis,ut uadas,ua
de.Et dedit ei magiſter laniorū portionē,&
6 munus,& dimiſit eum. ¶Venit aūt Irmeiá
hu ad Ghedaliáh filiū Achicám in Miſpháh,
& habitauit cum eo in medio populi,qui re-
7 māſerant in terra. ¶Et audierunt oēs prin-
cipes exercituum qui per regionem erāt,&
uiri eorum q̄ præfeciſſet rex Babél Gheda-
liáhu filium Achicám terræ,q̄ cōmendaſſet
ei uiros,& mulieres,& paruulos,& paupe-
res terræ, & eos q nō fuerāt trāſlati ī Babél.
8 ¶Et uenerunt ad Ghedaliáhu ī Maſpáh,&
Iſmahél filius Nethaniáhu, & Iochanán,&
Ionathán filij Charéah,& Seraiáh filius Tan
chúmeth,& filij Nephái Nethophatites , &
Izneiáhu filius Mahachathi,ipſi,& uiri eo-
9 rum. ¶Et iurauit eis Ghedaliáhu fili' Achi
cám filij Saphán,& uiris eorum dicendo.Ne
timeatis ſeruire Chaſdím.Habitate in terra,
10 & ſeruite regi Babél,& bū erit uobis. ¶Et
ego ecce habito ī Miſpáh,ut ſtem corā Chaſ-
dím,q ueniunt ad nos,uos aūt colligite uinū
& fructum,& oleū , & ponite ī uaſis ueſtris,
et manete in urbibus ueſtris quas cæpiſtis .
11 ¶Et etiā omnes Iehudæi, qui erāt ī Moáb,
& inter filios Hammón, & in Edóm,& qui
erant in uniuerſis terris,audierūt q̄ dediſſet
rex Babél reſiduū Iehudáh,& q̄ præpoſuiſ
ſet ſuper eos Ghedaliáhu filiū Achicam filij
12 Saphán . ¶Et reuerſi ſunt omnes Iehudæi
de uniuerſis locis ad quæ expulſi fuerant,&
uenerūt in terrā Iehudáh ad Ghedaliáhu in
Miſpáh.Et collegerūt uinum, & fruges mul
13 tas ualde. ¶Iochanán aūt filius Charéach,
& omnes principes exercituum,qui erant p
regionem,uenerunt ad Ghedaliáhu in Miſ-
14 páh. ¶Et dixerunt ei.Numne cognoſcendo
cognoſces,q̄ Bahalís rex filiorū Hammón
miſit Iſmahél filiū Nethaniáh, ut faciat per-
cutere te in anima? Non credidit eis Gheda-
15 liáhu filius Achicám. ¶Iochanán autē fili'
Caréach dixit ad Ghedaliáhu clam ī Miſpáh
dicendo. Ibo nunc,& percutiam Iſmahél fi-
lium Nethaniáh,et nemo ſciet.Quare percu
tiet te anima, & diſpergētur omnis Iehudæ,
qui congregati ſunt ad te,& peribit reſiduū
16 Iehudáh. ¶Et dixit Ghedaliáh filius Achi-
cám ad Iochanán filium Caréach ,ne facias
uerbū hoc.Falſum enī tu loq̄ris de Iſmahél.

Capitulum.41.

1 ET fuit,menſe ſeptimo uenit Iſ-
mahél filius Nethaniáh,filij Eli
ſamáh de ſemine regio ,& o-
ptimates regis, & decē uiri cū
eo,ad Ghedaliáhu filium Achi
cám in Miſpáh,& comederunt
2 ibi panem ſimul in Miſpáh. ¶Surrexit autē
Iſmahél filius Nethaniáh,& decem uiri qui
erant cum eo,& percuſſerunt Ghedaliáhu fi
lium Achicám filij Saphán gladio,& interfe
cit eum,quem præfecerat rex Babél terræ.
3 ¶Et omnes Iehudæos,q erant cum Gheda
liáhu in Miſpáh , & Chaſdím qui inuēti ſunt
ibi,& uiros bellatores percuſſit Iſmahél.
4 ¶Et fuit,die ſecunda,qua occidit Gheda-
5 liáhu(nemo nouerat). ¶Venerūt uiri de Se
chém,de Silo,& de Somrón , octoginta uiri
raſi barbam,& ſciſſi ueſtibus,& lacerati, &
munera,& thus erant in manu eorum , ut
6 adducerent in domum domini. ¶Et egreſ-
ſus eſt Iſmahél filius Nethaniáh in occurſum
eorum de Miſpáh uadens eundo, & flens.Et
fuit,cū

fuit,cum occurriſſet eis,dixit ad eos. Veni-
7 re ad Ghedaliáhu filiũ Achicám: ¶ Et fuit,
cum ueniſſent ad medium ciuitatis,iugula-
uit eos Iſmahél filius Nethaniáh ad medium
8 ciſternæ, ipſe,& uiri qui erant cum eo. ¶ Et
decem uiri reperti ſunt inter eos, & dixerũt
ad Iſmahél. Ne occidas nos ,q̃a ſũt nobis the
ſauri ĩ agro frumẽtorũ,& hordeorum,& olei,
& mellis. Et ceſſauit, & nõ iterfecit eos ĩ me
9 dio fratrũ eorũ. ¶ Ciſterna autẽ in quã proij-
cere fecerat Iſmahél omnia cadauera uirorum,
quos percuſſit propter Ghedaliáhu,ipſa eſt
quam fecit rex Aſá propter Bahaſáh regem
Iſraél. Ipſã repleuit Iſmahél filius Nethaniáh
10 occiſis. ¶ Et captiuũ duxit Iſmahél omne
reſiduũ populi,qui erat in Miſpáh,& filias
regis,& oẽm populum qui remanſerant in
Miſpáh,quos cõmendauerat Nebuzaradán
magiſter laniorum Ghedaliáhu filio Achicám,
& captiuos duxit eos Iſmahél filius Netha-
niáh. Et abijt,ut trãſiret ad filios Hammón.
11 ¶ Et audiuit Iochanán filius Caréach,& oẽs
principes exercituum, qui erant cum eo,oẽ
malũ quod fecerat Iſmahél filius Nethaniáh.
12 ¶ Et aſſumpſerũt omnes uiros, & abierũt,
ut pugnarẽt cũ Iſmahél filio Nethaniáh ,&
inuenerunt eũ ad aquas multas quæ ſunt in
13 Ghibhón. ¶ Et fuit,quum audiſſet oĩs po-
pulus,qui erat cum Iſmahel, Iochanán filiũ
Caréach,& uniuerſos principes exercituũ,
14 qui erant cum eo, lætati ſunt. ¶ Et uerte-
runt ſe omnis populus,quem captiuũ duxe
rat Iſmahél de Miſpáh , & reuerſi ſunt, &
15 iuerunt ad Iochanán filiũ Caréach. ¶ Iſma
hél autem filius Nethaniáh,euaſit cũ octo ui
ris à facie Iochanán,& abijt ad filios Ham-
16 món. ¶ Tulit autem Iochanán filius Caré-
ach,& omnes principes exercituũ,qui erãt
cum eo,omne reſiduum populi,quem redu-
xerat ab Iſmahel filio Nethaniáh de Miſpáh,
poſtq̃ percuſſit Ghedaliáh filium Achicám,
uiros bellatores, & mulieres , & paruulus,
& eunuchos,quos reduxerat de Ghibhón.
17 ¶ Et abierunt,& habitauerunt in peregri-
natione Chimhám,quæ ẽ iuxta Bethléchẽ,
18 ut pergeẽt,& ĩgrederent Aegyptũ. ¶ A fa
cie Chaſdím, timuerunt enim à facie eorũ,
quia percuſſerat Iſmahél filius Nethaniáh
Ghedaliáhu filium Achicám,quẽ præpoſue
rat rex Babél,terræ.

Capitulum.42.

1 ET acceſſerunt omnes principes ex
ercituum,& Iochanán filius Ca-
reach, & Iezaniáh filius Oſaiáh,
& omnis populus à paruo uſq; ad
2 magnum. ¶ Et dixerunt ad Irmeiáhu pro-
phetam . Cadat quæſumus oratio noſtra in
conſpectu tuo, & ora pro nobis ad dominũ
deum tuũ,pro omni reſiduo iſto,quia remã-
ſimus pauci ex multis,ſicut oculi tui intuen
3 tur nos. ¶ Et annũciet nobis dñs deus tuus
uiã p quã pergamus,& uerbũ qđ faciamus.
4 ¶ Dixit autem ad eos Irmeiáhu propheta.
Audiui. Ecce oro ad dñm deũ ueſtrũ ſecũdũ
uerba ueſtra,& erit,omne uerbũ qđ reſpon
derit dñs nobis,indicabo uobis. Non prohi-
5 bebo à uobis uerbum. ¶ Et ipſi dixerũt ad
Irmeiáhu. Sit dominus inter nos teſtis ueri-
tatis,& fidei,niſi iuxta omne uerbum,ĩ quo
miſerit te dñs deus tuus ad nos,ſic faciamus.
6 ¶ Tã bonæ q̃ malæ,uoci dñi dei nr̃i ad quẽ
mittimus te , obediemus,ut bene ſit nobis,
ſi obediuerimus uoci dñi dei nr̃i. ¶ Et fuit,
in fine decem dierum,fuit uerbũ domini ad
8 Irmeiáhu. ¶ Vocauitq; Iochanán filiũ Ca-
réach,& omnes principes exercituum, qui
erant cũ eo,& uniuerſum populum à paruo
9 uſq; ad magnũ. ¶ Et dixit ad eos. Sic dixit
dñs deus Iſraél,ad quem miſiſtis me,ut ca-
dere facerem preces ueſtras in cõſpectu eius.
10 ¶ Si manendo manſeritis in terra hac,ædi-
ficabo uos,& nõ deſtruam,plantabo uos,&
non euellam,quia pœnitet me mali, qđ feci
11 uobis. ¶ Ne timeatis à facie regis Babél,à
cuius uos timetis facie. Ne timeatis à facie
eius dixit dñs,quia uobiſcum ſum,ut ſaluos
12 faciã uos,& eruã uos de manu eius. ¶ Et da-
bo uobis miſericordias,& miſerebitur ur̃i, &
13 habitare faciet uos ĩ terra ueſtra. ¶ Et ſi di-
xeritis , non habitabimus in terra hac,ut nõ
14 obediatis uoci dñi dei ueſtri. ¶ Dicendo,
nequaq̃,ſed terram Aegypti ingrediemur,
in qua non uidebimus bellum,& ſonũ tubæ
nõ audiemus,& pane non eſuriemus,& ibi
15 habitabimus. ¶ Et nunc idcirco audite uer-
bum domini reſiduũ Iehudáh. Sic dixit do-
minus exercituũ deus Iſraél. Si uos ponẽdo
poſueritis facies ur̃as,ut ĩgrediamini Aegy
ptũ,& intraueritis ad peregrinandum ibi.
16 ¶ Erit gladius à quo formidatis ibi,cõpræ
hendet uos in terra Aegypti,& fames à qua
timetis ibi adhærebit uobis in Aegypto,&
17 ibi moriemini. ¶ Et erunt,omnes uiri q po-
ſuerunt facies ſuas,ut ingrediantur Aegyptũ,
ad peregrinandũ ibi, morientur gladio,fa-
me,& peſte,& non erit eis ſupſtes,& euaſo
à facie mali, quod ego adduco ſuper eos
18 ¶ Sic enim dixit dominus exercituũ deus
Iſraél. Sicut effuſus eſt furor meus, & ira mea
ſuper habitatores Ieruſaláim,ſic effũdetur ira

mea ſuper uos cū igreſſi fueritis Aegyptū.
Et eritis in iuſiurandū, & in ſtuporem, & in
maledictionem, & in opprobriū, & nō uide-
19 bitis ultra locum iſtum. ¶ Locutus eſt dñs,
ſuper uos reſiduū Iehudáh, ne itretis Aegy
ptum, ſciendo ſciatis, quia monui uos ho-
20 die. ¶ Et errare feciſtis aīas ueſtras. Vos em̄
miſiſtis me ad dñm deū noſtrū dicēdo. Ora
pro nobis ad dñm deū noſtrū, & iuxta oīa,
quæ dixerit dominus deus noſter, ſic annū-
21 cia nobis, & faciemus. ¶ Et annunciaui uo
bis hodie, & nō audiſtis uoci dñi dei ueſtri,
& uniuerſis pro quibus miſit me ad uos.
22 ¶ Et nūc ſciendo ſciatis quod gladio, & fa
me, & peſte, moriemini in loco in quē uul-
tis intrare ad peregrinandum ibi.

Capitulum. 43.

1 ET fuit, quū compleſſet Irmeiá
hu loqui ad omnē populum,
uniuerſa uerba dñi dei eorū,
ꝓ quibus miſerat eum domi-
nus deus eorū ad eos oīa uer
2 ba iſta. ¶ Dixit Hazariáh fi-
lius Hoſachiáh, et Iochanán fili⁹ Caréach, et
oēs uiri ſuperbi dicentes ad Irmeiáhu. Men-
dacium loqueris Non miſit te dñs de⁹ noſter
dicendo, nō ingrediamini Aegyptū ad pere
3 grinandū ibi. ¶ Sed Barúch filius Neriiáh
incitat te aduerſus nos, ut tradat nos in ma-
nū Chaſdim, ut interficere faciat nos, & mi
4 grare faciat nos in Babél. ¶ Et non paruit
Iochanán filius Caréach, & oēs principes
exercituum, & uniuerſus populus uoci dñi,
5 ut manerent in terra Iehudáh. ¶ Et tulit Io
chanán filius Caréach, & oēs principes ex-
ercituum, oē reſiduū Iehudáh, q reuerſi fue
rant de cunctis gētibus, ad quas expulſi fue
6 rant ad habitandū in terra Iehudáh. ¶ Vi-
ros, mulieres, & paruulos, & filias regis, &
oēm aīam, quā dimiſerat Nebuzaradán ma
giſter laniorū cū Ghedaliáhu filio Achicám
filio Saphán, & Irmeiáhu prophetam, & Ba
7 rúch filiū Neriiáhu. ¶ Et ingreſſi ſunt ter-
ram Aegypti, quia nō obedierūt uoci dñi, &
8 uenerūt uſq; ad Tachpanchés. ¶ Et fuit uer
bum dñi ad Irmeiáhu in Tachpanchés dicē-
9 do ¶ Sume in m nu tua lapides grādes, &
abſconde eos ī luto, in fornace laterū, quæ ē
in porta dom⁹ Parhóh, in Tachpāchés ī ocu
10 lis uirorū Iehudæorū. ¶ Et dices ad eos. Sic
dixit dñs exercituū deus Iſrael. Ecce mitto,
& aſſumam Nebuchadneſar regē Babél ſer-
uum meum, & ponam thronum eius ſuper
lapides iſtos, quos abſcondi, & tendet ten-
11 torium ſuper eos. ¶ Et ueniet & percutiet
terram Aegypti, quos ad mortē ad mortē,
& quos ad captiuitatē ad captiuitatem, &
12 quos ad gladium ad gladium. ¶ Et ſuccen-
det ignem in domibus deorum Aegypti, &
comburet eas, & captiuos ducet eos. Et in-
duet terram Aegypti, quemadmodū induit
ſe paſtor pallio, ſuo, & egredietᷓ inde ī pace.
13 Et cōteret ſtatuas domus ſolis Bethſémes,
quæ eſt in terra Aegypti, & domos deorum
Aegypti comburet igni.

Capitulum. 44.

1 VErbum qđ fuit ad Irmeiáhu ad
oēs Iehudæos q habitabant in
terra Aegypti, q habitabāt in
Migdól, & in Tachpanchés, &
in Nóph, & in terra Pathrós di
2 cendo. ¶ Sic dixit dñs exerci
tuum deus Iſraél. Vos uidiſtis omne malum
quod adduxi ſuper Ieruſaláim, & oēs urbes
Iehudáh, & ecce ipſæ ſunt deſolatæ hac die,
3 & nō eſt in eis habitator. ¶ Propter malitiā
eorū quā fecerūt iraſci me faciendo, ut irēt,
ad ſuffiēdū, ad colendū deos alienos, quos
4 neſciebāt ipſi uos, & patres ueſtri. ¶ Et mi
ſi ad uos oēs ſeruos meos ꝓphetas mane ſur
gendo, & mittēdo, dicēdo. Ne quæſo facia-
tis uerbum abominationis huius, quam odi.
5 ¶ Et non obtēperauerūt, nec inclinauerūt
aurē ſuā, ut conuerterentᷓ à malitia ſua, ut nō
6 ſuffirēt dijs alienis. ¶ Et effuſa eſt ira mea,
& furor meus, & ſuccēſa eſt in ciuitatib⁹ Ie-
hudáh, & in plateis Ieruſaláim, & fuerūt in
ſolitudinem, & uaſtitatē ſecundū diē hanc.
7 ¶ Et nūc ſic dixit dñs exercituū de⁹ Iſraél.
Quare facitis malum grande contra animas
ueſtras ad excidere faciendum in uobis ui-
rum, & mulierem, paruulos, & lactentes de
medio Iehudáh, ut non remaneat uobis reſi-
8 duū? ¶ Vt iraſci faciatis me ī opere manuū
ueſtrarū ſuffiendo dijs alienis in terra Aegy
pti ad quam ingredimini, ut habitetis ibi, ut
exterminare faciat uos, & ſitis in maledi-
ctionem, & in opprobrium in cunctis genti
9 bus terræ. ¶ Nunquid obliti eſtis malorum
patrum ueſtrorum, & malorum regum Ie-
hudáh, & malorum uxorum eius, & malo-
rum ueſtrorum, & malorum uxorum ue-
ſtrarum, quæ fecerunt in terra Iehudáh, &
10 in plateis Ieruſaláim? ¶ Nō ſunt attriti uſq;
ad diem hanc, & non timuerunt, nec ambula
rūt in lege mea, & ī præceptis meis quæ de-
di coram uobis, & coram patribus ueſtris.

11 ¶Ideo ſic dixit dominus exercitiũ deus Iſ-
rael. Ecce pono faciẽ meã in uobis in malũ,
12 & ad exterminandũ omnem Iehudáh. ¶Et
aſſumã reſiduos Iehudáh, q poſuerũt facies
ſuas, ut ingrediãtur terram Aegypti ad ha-
bitandum ibi, & conſumentur omnes in ter
ra Aegypti, cadent gladio, fame. Conſu-
metur à paruo uſq; ad magnum gladio, & fa
me morientur, & erũt in iuſiurandũ, & in ſtu-
porem, & in maledictionẽ, & in opprobriũ.
13 ¶Et uiſitabo habitãtes in terra Aegypti,
quẽadmodũ uiſitaui Ieruſaláim gladio, fa-
14 me, & peſte. ¶Et non erit euaſor, & ſuper-
ſtes reſiduo Iehudáh qui ingrediuntur ad pe
regrinandũ ibi in terra Aegypti, & ad reuer
tẽdũ in terram Iehudáh, ad quã ipſi eleuant
animã ſuã, ut reuertant ad habitandũ ibi, qa
15 nõ reuertent niſi euaſores. ¶Et responde-
rũt ipſi Irmeiáhu omnes uiri qui ſciebant q
ſuffirent uxores eorũ dijs alienis, & uniuer-
ſæ mulieres quæ ſtabant cœtu magno, & om
nis populus q habitabat in terra Aegypti in
16 Pathrós dicẽdo. ¶In uerbo qd' locut' es ad
17 nos in noĩe domini, non parem' tibi. ¶Sed
faciendo faciemus omne uerbũ quod egreſ-
tam meam, & poſuerunt lapidem cōtra me.

54 ¶ Inundauerũt aquæ ſuper caput meum. Di
55 xi, exciſus ſum. ¶ Inuocaui nomen tuum do
56 mine è carcere infimo. ¶ Vocem meam audi-
ſti, ne abſcondas aurem tuam propter reſpira
57 tionem meam ad clamorem meum. ¶ Appro
pinquaſti in die qua inuocaui te. Dixiſti, ne
58 timeas. ¶ Iudicaſti domine iudicium animæ
59 meæ, redemiſti uitam meam. ¶ Vidiſti domi-
ne peruerſitatem meam, iudica iudiciũ meum.
60 ¶ Vidiſti omnem ultionem eorũ, omnes co-
61 gitationes eorũ contra me. ¶ Audiſti oppro
brium eorum domine, omnes cogitationes eo
62 rum aduerſum me. ¶ Labia inſurgentiũ con
tra me, & meditationem eorum aduerſum me
63 tota die. ¶ Seſſionem eorum, & reſurrectio
64 nem eorũ aſpice, ego canticum eorũ. ¶ Red
de eis retributionem dñe ſecundum opus ma-
65 nuũ eorum. ¶ Dabis eis dolorem cordis, ma
66 ledictionẽ tuam eis. ¶ Perſequeris in furore,
& cõteres eos, ne ſint ſub cœlis domine.

Capitulum. 4.

1 Quomodo occultatum eſt aurũ,
mutauit ſe aurum optimũ, pro-
iecti fuerũt lapides ſanctitatis in
2 capite omniũ platearum. ¶ Fi-
lij Sión precioſi, æſtimati auro
puro, quomodo reputati ſunt ut lagenæ teſta
3 ceæ, opus manuũ figuli? ¶ Etiã ſerpẽtes edu
xerũt mãmã, lactauerũt catulos ſuos, filia po
puli mei crudelis ueluti ſunt ſtructiones in de-
4 ſerto. ¶ Adhæſit lingua lactentis palato eius
propter ſitim. Paruuli petierũt panẽ, qui fran
5 geret non fuit eis. ¶ Qui veſcebantur delica
tis cibis, perierunt in plateis. Qui alebantur ſu
6 per coccinũ, amplexati ſũt ſtercora. ¶ Et ma-
ior fuit pœna iniquitatis filiæ popli mei pœna
peccati Sedóm, quæ ſubuerſa eſt repẽte, & nõ
7 caſtrametata ſunt contra eam caſtra. ¶ Mun-
diores fuerũt nazaræi eius niue, nitidiores fue
rũt lacte, rubicũdiores fuerunt aſpectu q̃ gẽ-
8 mæ, è ſapphiro eſt exciſio eorũ. ¶ Obſcurata
eſt præ nigredine forma eorum. Nõ ſunt agni
ti in plateis. Adhæſit pellis eorum oſſibus eo-
9 rum, aruit, fuit tanq̃ lignum. ¶ Meliores fue
runt interfecti gladio, interfectis fame, q̃a iſti
fluxerunt perfoſſi propter defectum fructuũ
10 agrorum. ¶ Manus mulierum miſericordiũ
coxerunt natos ſuos, fuerunt ad comedẽdum
11 eis in cõtritione filiæ populi mei. ¶ Comple
uit dominus irã ſuam, effudit iram furoris ſui,
& ſuccẽdit ignẽ in Sión, & cõſumpſit funda
12 menta eius. ¶ Non crediderunt reges terræ,
& uniuerſi habitatores orbis q̃ ingrederetur
13 hoſtis, et inimic⁹ p portas Ieruſaláim. ¶ Pro-
pter peccata prophetarum eius, iniquitates ſa
cerdotum eius, qui effuderunt in medio ei⁹ ſan
14 guinem iuſtorum. ¶ Mouerunt ſe ut cæci in
plateis, polluerunt ſe in ſanguine, ut non poſ-
ſent q̃ tangere uoluiſſent, cõtingere ueſtimen
15 ta eorũ. ¶ Recedite, immũdus ſum, unuſq̃ſq;
clamauerũt ad eos. Recedite, recedite, ne tan
gatis, quia inquinati erãt, etiã moueri ſũt ſe. Di
xerunt in gentibus, non addent ut peregrinẽ-
16 tur. ¶ Ira domini diuiſit eos, non addet ut
aſpiciat eos, faciebus ſacerdotum nõ pepercẽ
17 runt, ſenum nõ ſunt miſerti. ¶ Adhuc nobis
expectantibus defecerunt oculi noſtri ad auxi
lium noſtrum uanum, in expectatione nr̃a qua
expectauim⁹ gentẽ q̃ nõ poterat nos ſeruare.
18 ¶ Venati ſunt greſſus noſtros ne ambulare-
mus per plateas noſtras. Appropinquauit finis
noſter, completi ſunt dies noſtri, quia uenit fi-
19 nis noſter. ¶ Leuiores fuerunt perſecutores
noſtri aquilis cœli, ſuper mõtes perſecuti ſunt
20 nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis. ¶ Spirit⁹
narium noſtrarum chriſtus domini captus eſt
in foueis eorum in cuius diximus umbra uiue
21 mus inter gentes. ¶ Gaude, & lætare filia
Edóm, quæ habitas in terra Hus, etiã ſuper te
tranſibit calix, inebriaberis, & eris uomens.
22 ¶ Cõpleta ẽ pœna iniquitatis tuæ filia Sión
non addet ut tranſmigrare faciat te. Viſitauit
iniquitatem tuam filia Edóm, diſcooperiet pec
cata tua.

Capitulum. 5.

1 Recordare domine qd fuerit no-
bis, aſpice, & uide opprobrium
2 noſtrum. ¶ Hæreditas noſtra
uerſa eſt ad extraneos, dom⁹ no
3 ſtræ ad alienigenas. ¶ Pupilli
fuimus abſq; patre, matres no-
4 ſtræ ueluti uiduæ. ¶ Aquam noſtrã pecunia
5 bibimus, ligna noſtra precio uenerunt. ¶ Su
per colla noſtra perſecutionẽ paſſi ſum⁹, labo
6 rauimus, nõ dabatur requies nobis. ¶ Aegy-
pto dedimus manum, Aſſyrio, ut ſaturaremur
7 pane. ¶ Patres noſtri peccauerunt, non ſunt,
nos pœnas iniquitatum eorum portauimus.
8 ¶ Serui dominati ſũt nobis, qui liberaret nõ
9 fuit è manu eorum. ¶ Cum diſcrimine uitæ
noſtræ afferebamus panem noſtrum propter
10 gladium deſerti. ¶ Pelles noſtræ tanq̃ clyba
nus denigratæ ſunt propter exuſtiones famis.
Mulieres in Sión afflixerũt, uirgines in ciuita
11 tibus Iehudáh. ¶ Principes manu eorũ ſuſpẽ
ſi fuerunt, facies ſenum non glorificauerunt.
12 ¶ Iuuenes ad molendũ tulerunt, & pueri in
13 lignũ ĩpegerũt. ¶ Senes de porta ceſſauerũt,
iuuenes, à cantico ſuo. Ceſſauit gaudiũ cordis
14 noſtri, uerſus ẽ in luctũ chorus noſter. ¶ Ce-

cidit corona capitis noſtri. Væ nunc nobis,
15 quia peccauimus. ¶ Propter hoc fuit mœ-
ſtũ cor noſtrũ, propter iſta obtenebrati, ſunt
16 oculi noſtri. ¶ Propter mõtem Sion, quia
deſolatus eſt, uulpes ambulauerunt in eo.
17 ¶ Tu dñe in ſeculũ permanebis, ſoliũ tuum
18 in generatione, & generationẽ. ¶ Vt quid
imperpetuũ obliuiſceris noſtri, derelinques
19 nos in longitudinẽ dierũ? ¶ Conuerte nos
dñe ad te, & conuertemur, innoua dies no-
20 ſtros ſicut ab initio. ¶ Sed reprobando re-
probaſti nos, iratus es contra nos, uehemen
tiſſime.

¶ Explicit Liber Threnorum.

¶ INCIPIT LIBER IECHEZCHEL INTERPRETE SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEO. PROFESSO.

Capitulum. I.

1 ET fuit, trigeſi-
mo anno, quar
to mẽſe, quĩta
die menſis, erã
in medio tranſ
migratiõis iux
ta fluuiũ Che-
bar. Apti ſunt
cœli, & uidi ui
ſiones dei.
2 ¶ Quinta mẽ
ſis (ipſe eſt an-
nus quint⁹ trãſmigratiõis regis Ioiachim.)
3 ¶ Eſſendo fuit uerbum dñi ad Iechezchel
filium Buzi ſacerdotem in terra Chaſdim,
ſecus flumen Chebár, & fuit ſuper eum ibi
4 prophetia domini. ¶ Et uidi, & ecce uen-
tus turbinis ueniebat ab aquilõe, nubes ma-
gna, & ignis in medio nubis inuoluens ſe,
& ſplendor erat ei per circuitum, & de me-
dio eius ueluti color electri de medio ignis.
5 ¶ Et de medio ignis ſimilitudo quattuor
animalium, & hic aſpectus eorum, ſimilitu-
6 do hoĩs erat eis. ¶ Et quatuor facies uni,
7 & quattuor alæ unicuiꝫ. ¶ Et pedes eorũ
pedes recti, & planta pedis eorũ ueluti plãta
pedis nituli, & ſcintillãtes, tanquã color æris
8 politi. ¶ Et manus hoĩs ſub alis eorũ in qua-
tuor ptibus, & facies eorũ, & alæ eorũ ĩ qua-
9 tuor ipſis. ¶ Iunctæ erant unaquæꝫ ad alte-
rã alæ eorũ. Nõ reuertebant, qñ ambulabãt,
Vnũ quodcꝫ ad latus faciei ſuæ gradiebat.
10 ¶ Siĩtudo aũt faciei eorũ facies hoĩs, & fa-
cies leonis ad dexteram quatuor ipſorũ, &
facies bouis à ſiniſtra quattuor ipſis, & fa-
11 cies aquilæ quatuor ipſis. ¶ Et facies eorũ
& alæ eorum extẽtæ deſuper unicuiꝫ. Duæ
iunctæ erãt uniuſcuiuſcꝫ, & duæ tegebãt cor
12 pora eorũ. ¶ Et unũquodcꝫ ad latus faciei
ſuæ ambulabat. Quo erat uoluntas ambulã-
di, ambulabant. Non reuertebantur, cum am
13 bularent. ¶ Et ſimilitudo oculorũ animaliũ
aſpectus eorũ ueluti prunarũ ignis ardentiũ
tanquã aſpectus lampadarũ. Ipſa diſcurrebat
inter aĩalia, & ſplendor erat ſiĩis igni, & de
14 igne egrediebat fulgur. ¶ Et animalia cur
rebant, & redibãt ſecundũ aſpectum fulgu-
15 ris. ¶ Et uidi animalia, & ecce rota una in
terra iuxta animalia quatuor faciebus eius.
16 ¶ Aſpectus rotarũ, & op⁹ earũ tanquã color
lapidis Tarſis. Et ſimilitudo una quatuor ip
ſis, & aſpectus earum, & opus earum ac ſi eſ
17 ſet rota in medio rotæ. ¶ Ad quatuor late-
ra ſua, dũ irẽt ipſa, ibãt, nõ reuertebãtur quã
18 do ambulabant. ¶ Et dorſa erant eis, & al-
titudo erat eis, & pauor erat propter eas, &
dorſa eorũ plena erãt oculis per circuitũ qua
19 tuor ipſis. ¶ Et qñ ambulabant animalia,
ambulabant rotæ iuxta ea, & quando eleua
bant ſe animalia ſuper terrã eleuabant ſe ro-
20 tæ. ¶ Quo erat uolũtas eundi, ibãt, quo uo
lũtas erat eũdi. Et rotæ eleuabãt ſe cõtra ea,
21 uoluntas eñi aĩalis erat in rotis. ¶ Cum am
bularent ipſa, ibant, & cum ſtabant ipſa, ſta
bant. Et cum eleuabant ſe à terra, eleuabant
ſe rotæ contra ea, quia uolũtas animalis erat
22 in rotis. ¶ Et ſimilitudo ſuper capita uniuſ
cuiuſcꝫ aĩalis erat inſtar firmamenti tanquã co-
lor cryſtalli terribilis, extenta erat ſuper ca-
23 pita eorũ deſuper. ¶ Sub firmamento au-
tem alæ eorũ erãt rectæ unaquæꝫ ad alterã.
Vnicuiꝫ duæ erant tegentes ſe, & unicuiꝫ
24 duæ erant tegentes corpora ſua. ¶ Et audi-
ui ſonum alarum eorum tanquã ſonum aqua-
rum multarum, tanquã uocem omnipotentis
quando ambulabant, uocem loquelæ tanquã
uocem caſtrorum. Quando ſtabant dimitte-
25 bant alas ſuas. ¶ Et erat uox è firmamen
to quod erat ſuper caput eorum. Quando ſta
26 bant demittebant alas ſuas. ¶ Et ſuper
firmamentum qd' erat ſuper caput eorũ erat
tanquã aſpect⁹ lapidis ſapphiri Siĩtudo throni
& ſuper ſiĩitudinẽ throni tanquã aſpectus hoĩs
27 ſuper eum deſuper. ¶ Et uidi tanquã colorẽ
electri tanquã aſpectum ignis intrinſecus ipſi

per circuitum ab aſpectu lumborum eius,&
ſupra.Et ab aſpectu lumborum eius,& in-
fra,uidi tanq̃ ſpeciem ignis,& ſplendorem
28 ei per circuitum. ¶ Velut aſpectũ arcus cũ
fuerit in nube,in die pluuiæ,ſic erat aſpect⁹
ſplendoris per circuitum.Hæc uiſio ſimilitu
dinis gloriæ domini,& uidi,& cecidi ſuper
faciem meam,& audiui uocem loquentis.

Capitulum.2.

1 ET dixit ad me.Fili hominis,ſta
ſuper pedes tuos,& loquar te
2 cum. ¶ Et ingreſſus eſt in me
ſpiritus,poſtq̃ locutus eſt mi-
hi, & ſtatuit me ſuper pedes
meos,& audiui dictum ad me.
3 ¶ Et dixit ad me. Fili hoīs,mitto te ad fi-
lios Iſraël,ad gentes rebelles quæ rebellaue
runt cõtra me, ipſæ & patres eorum præua
ricatæ ſunt in me uſq̃ ad hunc met diem.
4 ¶ Et filij duri facie,& duri corde ſunt,ad
quos mitto te.Et dices ad eos. Sic dixit do-
5 min⁹ deus. ¶ Et ſi audierint,& ceſſauerint,
quia domus rebellis eſt, ſcient quod pro-
6 pheta fuit in medio eorũ. ¶ Et tu fili homi-
nis,ne timeas ab eis,& à uerbis eorũ ne me-
tuas,quoniã rebelles,& ſpinæ tecum ſunt,
& cum tribulis habitas.A uerbisq; eorꝫ ne ti-
meas,& à facie eorum ne formides,quia do
7 m⁹ rebellis eſt. ¶ Loquerisq̃ uerba mea ad
eos,ſi audiant,& ſi ceſſent,qm̃ rebelles ſũt.
8 ¶ Tu autem fili hominis audi quæ loquor
ad te.Ne ſis rebellis ſicut domus rebellis ē.
9 Aperi os tuũ,& comede quæ do tibi. ¶ Et
uidi,& ecce manus miſſa ad me,& in ea erat
10 uolumen libri. ¶ Et expãdit illud corã me,
& erat ſcriptũ ante,& retro,& ſcripta erãt
in eo lamentiones,gemitus, & uæ.

Capitulum.3.

1 ET dixit ad me.Fili hoīs.Quod inue
neris, comede, comede uolumen
iſtud, & uade, loquere ad filios
2 Iſraël. ¶ Et aperui os meum,& co
3 medere fecit me uolumen illud. ¶ Et dixit
ad me. Fili hominis uentrē tuum comedere
fac,& uiſcera tua imple. uolumine iſto, qđ
do tibi.Et comedi illud,& fuit in ore meo ſi
4 cut mel præ dulcedine. ¶ Et dixit ad me. Fi
li hominis uade,ingredere ad domũ Iſraël,
5 & loquere in uerbo meo ad eos. ¶ Nõ enim
ad populum multiplicis linguæ , & diffici-
6 lis linguæ mitteris ad domum Iſraël. ¶ Nõ
ad populos multos multiplicis linguæ , &
difficilis linguæ,quorum non intelligas uer
ba ,profecto ſi ad eos mitterē te,ipſi audirēt
7 te. ¶ Domus aũt Iſraël nolunt audire te,qa
nolunt audire me.Omnis enim domus Iſraël
8 dura fronte,& duro corde eſt. ¶ Ecce dedi
faciē tuã fortē cõtra facies eorꝫ & frõtē tuã
9 fortē cõtra frontē eorũ. ¶ Vt adamãtē for-
tiorē ſilice dedi frontē tuam,ne timeas eos,
neq̃ metuas à facie eorũ,quia domus rebel-
10 lis eſt. ¶ Et dixit ad me.Fili hominis.Omnia
uerba mea quæ loquar ad te,aſſume in corde
11 tuo,& auribus tuis audi. ¶ Et uade,ingre-
dere ad tranſmigrationem , ad filios populi
tui,& loquere ad eos,& dices eis.Sic dixit do
minus de⁹ .Si audierint ,& ceſſauerint.
12 ¶ Et aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt
me uocem commotionis magnæ dicentē. Be
nedicta gloria domini cum receſſerit de lo-
13 co ſuo. ¶ Et audiui uocem alarum animaliũ
adhærentium altera alteri , & uocem rotarũ
contra ea,& uocem commotionis magnæ.
14 ¶ Et ſpiritus eleuauit me,& aſſumpſit me ,
& abij amarus in ira ſpiritus mei,& man⁹ do
15 mini ſuper me fortis . ¶ Et ueni ad tranſmi-
grationem Pélabíb habitantium iuxta flu-
mē Chebár,& ſedi,ipſis ſedētib⁹ ibi,& ſedi
16 ibi ſeptē dieb⁹ admirãs ī medio eorꝫ. ¶ Et fu
it,in fine ſeptem dierũ fuit uerbũ domini ad
17 me dicendo. ¶ Fili hominis ,ſpeculatorē de
di te domui Iſraël,& audies de ore meo uer-
18 bum,& admonebis eos nomine meo. ¶ Cũ
dixero impio,moriendo morieris,& non ad
monueris eum,nec locutus fueris,ut moue-
as impiũ ut recedat à uia ſua impia ut uiuat ,
ipſe impi⁹ propter iniquitatē ſuã morietur ,
ſanguinem autem eius de manu tua requirã.
19 ¶ Et ſi admonueris impium , & non fuerit
conuerſus ab impietate ſua , & à uia ſua im-
pia,ipſe propter iniquitatē ſuam morietur,
20 ſed tu animam tuã liberaſti. ¶ Et cum auer-
ſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniq-
tatem,dabo offendiculum coram eo.Ipſe mo
rietur,quia nõ admonuiſti eum,propter pec
catum ſuũ morietur, & non memorabuntur
iuſtitiæ eius,quas fecit . Sanguinem uero ei⁹
21 de manu tua requiram. ¶ Et ſi admonue
ris iuſtum,ut non peccet,& non peccauerit,
uiuendo uiuet,quia admonitus eſt,& tu ani-
22 mam tuam liberaſti. ¶ Et fuit ſuper me ibi
ꝓphetia domini,et dixit ad me.Surge egre-
23 dere in campum,& ibi loquar tecum . ¶ Et
ſurrexi,et egreſſus ſum in campum. Et ecce
ibi gloria domini ſtabat iuxta gloriam , quã
uidi iuxta fluuium Chebár.Et cecidi in faciē
meam.

24 meam. ¶ Et ingreſſus eſt in me ſpirit⁹, & ſta
tuit me ſuper pedes meos, & allocut⁹ eſt me,
& dixit ad me. Ingredere, & include te in
25 medio domus tuæ. ¶ Et tu fili hominis ecce
ponent ſuper te funes, & ligabunt te eis, &
26 non egredieris in mediū eorū. ¶ Et linguā
tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mu
tus, & non eris eis ut uir obiurgans, quia do
27 mus rebellis eſt. ¶ Et quando loquar tibi,
aperiam os tuū, & dices ad eos. Sic dixit do-
minus deus. Qui audit audiat, & qui ceſſat
ceſſet, quia domus rebellis.

Capitulum. 4.

1 Et tu fili hoīs ſume tibi laterem,
& pone eū coram te, & deſcribe
ſuper eum ciuitatem Ieruſaláim.
2 ¶ Et pone aduerſum eam obſi-
dionem, & ædifica cōtra eam munitionē, &
funde contra eā aggerem, & pone contra eā
caſtra, & pone aduerſus eā arietes in circui-
3 tu. ¶ Et ſume tibi ſartaginem ferream, &
pone eam in parietem ferreū inter te, & ciui
tatem, & obfirmabis faciē tuam cōtra eam,
& erit in obſidionem, & obſidebis eam. Si-
4 gnum eſt domui Iſraél. ¶ Et dormi ſup lat⁹
tuum ſiniſtrū, & pone iniquitatem domus
Iſraél ſup illud ſcd'm numerū dierū, quibus
dormies ſuper illud portabis iniquitatē eo-
5 rum. ¶ Ego autem dedi tibi annos iniquita
tis eorum ſcd'm numerū dierū, trecentos, &
nonaginta dies, & portabis iniquitatem do
6 mus Iſraél. ¶ Et completis his, dormies ſup
latus tuū dextrū ſcd'o, & portabis iniquita
tem domus Iehudáh quadraginta diebus.
Diem ſingulum pro ſingulo anno dedi tibi.
7 ¶ Et ad obſidionem Ieruſaláim obfirmabis
faciem tuā, & brachiū tuū diſcoopertū, &
8 ꝓphetabis aduerſus eā. ¶ Et ecce dedi ſup
te funes, & nō uertes te à latere in latus do-
9 nec compleas dies obſidionum tuarū. ¶ Et
tu cape frumētū, & hordea, & fabas, & len
tes, & milium, & uiciam, & pone ea in uaſe
uno, & fac ex eis tibi panē ſcd'm numerū die
rū qb⁹ dormis ſuper latus tuum. Trecentis,
10 & nonaginta diebus comedes illum. ¶ Ci-
bus autem tuus quo ueſceris erit in ponde-
re uiginti ſecli ī die. A tempore uſq; ad tēp⁹
11 comedes illum. ¶ Et aquam in menſura bi-
bes ſextum hin. A tēpore uſq; ad tempus bi-
12 bes. ¶ Et tanq̄ panē ſubcinericiū hordea-
ceū comedes illum, & ſtercore humano co-
13 ques illū ī oculis eorū. ¶ Et dixit dn̄s. Sic co
medent filij Iſraél panē ſuū pollutū inter gen
14 tes ad quas eijciā eos. ¶ Et dixi. Aháh dn̄e
de⁹. Ecce aīa mea nō ē polluta, & morticiniū,
& raptū nō comedi ab adoleſcētia mea uſq;
ad hoc tēpus, & nō eſt ingreſſa os meū caro
15 profana. ¶ Et dixit ad me. Vide, dedi tibi
ſtercora boum ꝓ ſtercoribus humanis, & fa
16 cies panē tuū cum eis. ¶ Et dixit ad me. Fili
hominis. Ecce cōtero baculū panis in Ieruſa
láim, & comedent panē in pōdere, & pauo-
re, & aquam in menſura, & ſtupore bibent.
17 ¶ Vt careāt pane, & aqua. Et obſtupeſcent
unuſqſq; alter ad alterū, & deficiēt propter
iniquitatem ſuam.

Capitulum. 5.

1 ET tu fili hoīs tolle gladiū acutū, no
uaculam tonſoriā cape, & tranſire
fac ſuper caput tuū, & barbā tuā,
& cape ſtateram pōderis, & diuide
2 eos. ¶ Tertiā partē igni cōbure ī medio ci-
uitatis iuxta cōpletionē dierum obſidionis.
Et aſſume tertiā partē, & percute gladio ī cir-
cuitu eius, & tertiā ptē diſperges in uentū,
3 & gladium euaginabo poſt eos. ¶ Et ſume
inde paucos numero, & liga eos in oris ueſti
4 menti tui. ¶ Et ex eis rurſum tolle, & ꝓijce
eos in mediū ignis, & cōbure eos igni. Ex eo
5 egredieť ignis ī oēm domū Iſraél. ¶ Sic di-
xit dn̄s de⁹. Iſta eſt Ieruſaláim, in medio gen
6 tiū poſui eam, & in circuitu ei⁹ terras. ¶ Et
mutauit iudicia mea ī impietatē præ genti-
bus, & ſtatuta mea præ terris quæ ſunt in cir
cuitu ei⁹, quia iudicia mea ſpreuerunt, & in
7 præceptis meis non ambulauerunt. ¶ Id-
circo ſic dn̄s deus. Pro eo q̄ multitudo ur̄a
fuit de gentibus, quæ in circuitu ur̄o ſunt, ī
ꝑceptis meis nō ambulaſtis, & iudicia mea
non feciſtis, & iuxta iudicia gentiū, quæ in
8 circuitu ur̄o ſunt feciſtis. ¶ Ideo ſic dixit
dn̄s de⁹. Ecce ego ad te, etiā ego, & faciam
9 in medio tui iudicia ī oculis gētiū. ¶ Et fa-
ciam in te qd' nō feci, neq; factur⁹ ſum ſimile
10 ultra ꝓpter oēs abominatiōes tuas. ¶ Ideo
patres comedēt filios ī medio tui, & filij co-
medēt pr̄es ſuos. Et faciā in te iudicia, & uen
11 tilabo oē reſiduū tuū ī omne latus. ¶ Idcir-
co uiuo ego, dixit dn̄s de⁹, niſi pro eo q̄ ſan
ctuariū meum uiolaſti oībus cōtaminationi
bus tuis, & cunctis abominationib⁹ tuis, &
etiā confringam, & non parcet oculus me⁹,
12 & etiā non miſerebor. ¶ Tertia pars tui pe
ſte morieť, & fame cōſumetur ī medio tui, &
tertia ps gladio cadet ī circuitu tuo, & ter-
tiā partē ī oēm uētū diſpergā, & gladiū eua
13 ginabo poſt eos. ¶ Et ceſſabit furor meus,
& requieſcere faciā idignationē meā in eis,

& conſolatus ero, & ſcient qđ ego dñs locu
tus ſum in zelo meo, cũ impleuero indigna-
14 tionẽ meã in eis. ¶ Et dabo te in deſertum,
& in opprobriũ in gentibus, quæ ſunt in cir
15 cuitu tuo in oculis oĩs tranſeũtis. ¶ Et eris
opprobriũ, & cõtemptus à diſciplina, & ſtu
por gentibus, quæ in circuitu tuo ſunt, cum
fecero in te iudicia in furore, & ira, & incre
16 pationibus iræ. Ego dñs locutꝰ ſum. ¶ Qñ
mittã ſagittas famis malas in eis, quæ erũt i
deſtructionẽ, quas mittã, ut diſperdã uos, &
famẽ cõgregabo ſup uos, & conterã i uobis
17 baculũ panis. ¶ Et mittã ſup te famem, &
beſtias malas, & orbabũt te, & peſtilẽtia, &
ſãguis tranſibit per te, & gladiũ inducã ſu
per te. Ego dominus locutus ſum.

Capitulum. 6.

1 ET fuit uerbum dñi ad me dicendo.
2 ¶ Fili hoĩs, pone faciẽ tuã ad mõ
3 tes Iſrael, & ꝓpheta ad eos. ¶ Et
dic. Mõtes Iſrael audite uerbũ dñi
dei. Sic dixit dñs deus montibus, & collibꝰ,
torrentibus, & uallibꝰ. Ecce ego adduco ſu
per uos gladium, & perdam excelſa ueſtra.
4 ¶ Et deſolabunt aræ ueſtræ, & cõfringent
ſimulachra ueſtra ſolis, & cadere faciã inter-
5 fectos uros ante idola ueſtra. ¶ Et ponam
cadauera filiorũ Iſrael ante idola eorũ, & di
6 ſpergam oſſa urã circũ aras ueſtras. ¶ In oĩ
bꝰ habitatiõibꝰ uris ciuitates deſertæ erũt,
& excelſa demolientur, ut deſolent, & deſer
tæ fiant aræ uræ, & confringentur, & ceſſa-
bunt idola ura, & ſuccidẽtur ſimulachra ura
7 ſolis, & delebunt opera ura. ¶ Et cadet in-
terfectus ĩ medio ueſtri, & ſcietis quod ſum
8 dñs. ¶ Et remanere faciã ut ſint ex uobis,
euaſores à gladio in gentibus, quũ diſperſi
9 fueritis uos in terras. ¶ Et recordabũt eua-
ſores ueſtri mei inter gẽtes inter quas capti
ui erũt, quia cõtriui me propter cor eoꝝ for
nicans quod declinauit à me, & ꝓpter ocu-
los eorũ fornicãtes poſt idola ſua. Et ſuccidẽ
tur à facie eoꝝ ꝓpter mala quæ fecerunt in
10 oibus abominatiõibus ſuis. ¶ Et ſcient qđ
ſum dñs. Nõ fruſtra locutus ſum, ut facerem
11 eis malum hoc. ¶ Sic dixit dominũ deus.
Percute manu tua fœmur, & extende pede
tuo lutũ, & dic, heu ſup oẽs obminatiões ma
loꝝ domus Iſrael, quia gladio, fame & peſte
12 ruituri ſunt. ¶ Qui lõge ẽ peſte morietur, &
qui prope, gladio corruet, & qui relictꝰ fue
rit, & obſeſſus fame morietur, & complebo
13 indignationem meã in eis. ¶ Et ſcietis qđ
ſum dñs quũ fuerint interfecti ueſtri in me-
dio idolorũ eorũ, in circuitu ararũ eoꝝ, ĩ oi

colle excelſo, in cũctis ſũmitatibꝰ mõtiũ, &
ſubtus oẽ lignũ uiride, & ſubtus oẽm quer-
cũ frondoſam, locũ in quo dederunt odorẽ
14 ſuauiſſimũ uniuerſis idolis ſuis. ¶ Et exten
dam manũ meã ſup eos, & dabo terrã deſola
tã, & deſertã à deſerto Diblathāh in cunctis
habitationibus eoꝝ, & ſcient qđ ſum dñs.

Capitulum. 7.

1 ET fuit uerbum dñi ad me dicendo.
2 ¶ Et tu fili hoĩs. Sic dixit dñs deꝰ
terræ Iſrael. Finis, uenit finis ſuper
3 quatuor angulos terræ. ¶ Nunc
finis ſup te, & mittã furorẽ meũ in te, & iu-
dicabo te iuxta uias tuas, & ponã ſup te oẽs
4 abminationes tuas. ¶ Et nõ parcet oculus
meꝰ tibi, nec miſerebor, ſed uias tuas ſup te
ponã, & abominatiões tuæ i medio tui erũt,
5 & ſcietis qđ ſum dñs. ¶ Sic dixit dñs deus.
6 Malũ unũ, malũ ecce uenit. ¶ Finis uenit,
uenit finis. Euigilauit aduerſum te, ecce ue-
7 nit. ¶ Venit ꝯtritio tibi habitatori terræ. Ve-
nit tẽpus, ꝓpe eſt dies occiſiõis, & nõ celeuſ
8 ma mõtiũ. ¶ Nunc de ꝓpinquo effundã irã
meã ſup te, & complebo furorẽ meum in te,
& iudicabo te ſcđm uias tuas. Et ponã ſup te
9 oẽs abominatiões tuas. ¶ Et nõ parcet ocu
lus meus, nec miſerebor. Iuxta uias tuas ſup
te dabo, & abominationes tuæ in medio tui
10 erũt, & ſcietis qđ ſum dñs q percutio. ¶ Ecce
dies, ecce uenit, egreſſa eſt ꝯtritio, floruit uir-
11 ga, germinauit ſupbia. ¶ Iniquitas ſurrexit ĩ
uirgã percutientẽ ĩpietatẽ. Non remanebit ex
eis, nec ex diuitijs eoꝝ, neqꝫ ex eoꝝ ſemine,
12 & nõ erit lamẽtũ in eis. ¶ Venit tẽpꝰ, adeſt
dies. Qui emit, ne lætet, & q uẽdit, ne luge-
13 at, qa ira uenit ſup oẽm pplm eiꝰ. ¶ Qm qui
uẽdit, ad uẽditorẽ nõ reuertet. Et etiã ĩ uita
exiſtẽte aĩa eorum nõ reuertet. Viſio eĩm ad
oẽm multitudinẽ eiꝰ non reuertet, & uniuſ-
cuiuſqꝫ uita ꝓpter iniquitatẽ ſuam non con
14 fortabit. ¶ Clangite tuba, & ꝑparate oĩa,
& nõ ẽ q uadat ad præliũ. Ira eĩm mea ſup uni
15 uerſũ pplm. ¶ Gladiꝰ foris, peſtis, & fames
ĩtriſecꝰ. Qui ĩ agro fuerit, gladio morietur, &
cũ q fuerit ĩ ciuitate fames, & peſtis conſu-
16 met. ¶ Et euadẽt euaſores eoꝝ, & erũt ſup
mõtes uelut, colũbæ ualliũ uniuerſi gementes
17 res, unuſqſqꝫ ꝓpter iniqtatẽ ſuã. ¶ Oẽs ma
nus debilitabunt, & oĩa genua ibũt tãqꝫ aq̃.
18 ¶ Et accĩgẽt ſe ſaccis, & operiet eos formi
do, & ĩ oĩ facie pudor, & in uniuerſis capiti-
19 bꝰ eoꝝ caluitiũ. ¶ Argẽtũ ſuũ ĩ plateas ꝓij
ciẽt, & aurũ eoꝝ elõgabit. Argẽtũ eoꝝ, & au
rũ eoꝝ non ualebit liberare eos ĩ die furoris
dñi aĩam ſuã nõ ſaturabũt, & uẽtres ſuos nõ

20 iplebūt,q̄a ruīa hęc ꝓꝑ iiq̄tatē corruit. ¶ Et
rēplū qđ erat glīa ornamēti ei⁹ ī ſupbiā po-
ſuit & imagīes abomīationū ſuaꝝ,& idoloꝝ
ſuoꝝ fecerūt ī eo,ꝑpter hoc dedi cā ipſis ī elō
21 gationē. ¶ Et dabo illud in manū alienorū
ad diripiendū,& impijs terræ in ſpolia,& cō
22 taminabūt illud. ¶ Et auertam faciē meam
ab eis,& uiolabunt adytum meum. Et introi
23 bunt in illū diruentes,& pollnētillū. ¶ Fac
catenā,qm̄ terra plena eſt iudicio ſanguinū,
24 & ciuitas plena eſt iniquitate. ¶ Et adducā
peſſimos gentiū,& poſſidebunt domos eo-
rū,& ceſſare faciā ſuperbiā fortiū,& pollucēt
25 ſanctuaria eoꝝ. ¶ Præciſio uenit,et quærēt
26 pacem,& non erit. ¶ Contritio ſuper cōtri
tionē ueniet,& audit⁹ ſuper auditū erit. Et
quærent uiſionē à propheta,& lex peribit à
27 ſacerdote,& conſiliū à ſeniorib⁹. ¶ Rex lu
gebit,& pīceps induetur deſolatiōe,& ma
nus ppli terræ conturbabūtur,ſecūdū uiā eoꝝ fa
ciam eis,& iudicijs eorum iudicabo eos, &
ſciēt quod ſum dominus.

Capitulum.8.

1 ET fuit,anno ſexto mēſe ſexto, quin
ta die mēſis ſedebā ī domo mea ,&
ſeniores Iehudáh ſedebāt corā me,
& cecidit ſup me ꝓphetiæ ſpiritus
2 domini dei. ¶ Et uidi,& ecce ſimilitudo tā
q̄ aſpect⁹ ignis,ab aſpectu lūborū ei⁹,& in-
fra erat ignis,& à lumbis ei⁹,& ſupra tanq̄
3 aſpect⁹ ſplēdoris, tāq̄ uiſio electri. ¶ Et mi
ſit ſilitudo uēt⁹ manū,& tulit me ī cincino ca
pitis mei,& eleuauit me ſpirit⁹ īter cœlū,&
terram,& adduxit me in Ieruſaláim in uiſio
nibus dei ad oſtiū portæ atrij īterioris,qđ re
ſpiciebat ad aqlonē, ubi erat habitatio idoli
4 zeli zelare facientis deū. ¶ Et ecce ibi erat
gloria dei Iſraél ſecūdū uiſionē quā uidi ī cā
po,& dixit ad me. Fili hoīs ,leua nūc oculos
tuos ad uiā ad aqlonē. Et leuaui oculos meos
ad uiā ad aqlonē, & ecce ab aqlone portæ al
5 taris,idolū zeli hoc in ītroitu. ¶ Et dixit ad
me. Fili hoīs,nō ne uides,q̄d iſti faciunt abo-
mīationes magnas, quas dom⁹ Iſraél faciūt
hic,ut ꝓcul recedā à ſāctuario meo. Et adhuc
cōuerſus,uidebis abominatiōes magnas.
6 ¶ Et adduxit me ad oſtiū atrij,& uidi,& ec
7 ce foramē unū erat in pariete. ¶ Et dixit ad
me. Fili hoīs fode nūc parietē. Et fodi parie-
8 tē,& ecce oſtiū unū. ¶ Et dixit ad me. Ingre
dere,et uide abominatiōes malas,quas iſti fa
9 ciūt hic. ¶ Et igreſſus ſū,et uidi,et ecce oīs
ſilitudo reptilis,& aīalis,abomiatio,& uni-
uerſa idola dom⁹ Iſraél depicta erāt in parie
10 te ꝑ circuitū. ¶ Et ſeptuagīta uiri de ſeniori
bus dom⁹ Iſraél, & Iaazaniáhu fili⁹ Saphán
ſtabat in medio ſtantiū añ ea,& unuſq̄ſq; thu
ribulū ī manu ſua,& uapor nebulæ ſuffimēti
11 aſcēdebat. ¶ Et dixit ad me. Nēnc uidiſti fi
li hoīs,quæ ſeniores dom⁹ Iſraél faciūt ī tene
bris unuſq̄ſq; in cubiculis picturæ ſuæ? Dicūt
eñ. Non dñs uidet nos , dereliq̄t dñs terram.
12 ¶ Et dixit ad me. Adhuc cōuerſus , uidebis
13 abominatiōes magnas quas iſti faciūt. ¶ Et
adduxit me ad oſtiū portæ domus dñi,qđ eſt
ad aquilonē,& ecce ibi mulieres ſedebāt plā
14 gētes Tamúz. ¶ Et dixit ad me. Nōne uides
fili hoīs? Adhuc cōuerſus,uidebis abomina-
15 tiōes maiores his. ¶ Et adduxit me ad atriū
domus domini interi⁹ , & ecce in oſtio tēpli
dñi inter ueſtibulū,& altare erāt circiter ui-
ginti,& q̄nq; uiri quoꝝ poſteriora erāt ad tē
plū dñi,& facies eoꝝ ad orientē,& incurua
16 bāt ſe ad ortū ſolis. ¶ Et dixit ad me. Nōne
uidiſti fili hoīs? Nunq̄d leue eſt domui Iehu-
dáh q̄ faciat oēs abominatiōes quas fecerūt
hic,q̄a repleuerūt terrā iniq̄tate,& conuerſi
ſunt ad irritandū me , & ecce mittūt fœtorē
17 ad nares ſuas. ¶ Et etiā ego faciā in furore.
Nō parcet ocul⁹ meus,nec miſerebor ,& cla
mabunt in auribus meis uoce magna,& non
exaudiam eos.

Capitulum.9.

1 ET clamauit in auribus meis uoce ma
gna dicendo. Appropinquauerunt
ꝓfecti ciuitatis. Et unuſq̄ſq; habe-
2 bat inſtrumētū ad ꝑdēdū in manu ſua. ¶ Et
ecce ſex uiri ueniebāt de uia portæ ſupioris
uerſæ ad aqlonē,& unuſq̄ſq; hēbat inſtrumē
tū ſuū ad ꝑdēdū,& uir un⁹ erat in medio eoꝝ
ueſtit⁹ lineis,& atramētariū ſcribæ erat ad re
nes eius,& ingreſſi ſunt, & ſteterūt iuxta al
3 tare æreum. ¶ Et gloria dei Iſraél receſſit à
Cherúb ſuper quem erat ad limen dom⁹, &
uocauit uirum qui indutus erat lineis,q̄ ha-
bebat atramentarium ſcribæ in lumbis ſuis.
4 ¶ Et dixit dominus ad eum. Tranſi per me-
dium ciuitatis,per medium Ieruſaláim ,& ſi
gna Tau ſup frōtes uirorū gementiū,& cla-
mantiū ſup cunctis abominatiōib⁹ q̄ fiunt in
5 medio eius. ¶ Et illis dixit in auribus meis.
Trāſite per ciuitatē poſt eū,& percutite,non
6 parcat ocul⁹ ueſter,nec miſereamini. ¶ Se-
nes adoleſcētes,et uirgines,ꝑuulos,& mulie
res,occidite ad ꝑditionē. Ad oēm aūt uiꝝ ſu
ꝑ quē fuerit Tau,ne accēdatis,& a ſāctuario
meo incipietis. Et incœperūt à uiris ſeniori-
7 bus q̄ erāt coram domino. ¶ Et dixit ad eos.

Contaminate domum, & implete atria in-
terfectis. Egredimini. Et egreſſi ſunt, & per-
cuſſerunt ciuitatē. Et fuit, cū pcuſſiſſent eos,
remāſi, & rui ſup faciē meā, & clamaui, dixi
q; Aháh dñe deus. Nūquid pderc facis oē re
ſiduū Iſraël, dū effundis furorē tuū ſuper Ie-
8 ruſaláim? ¶ Et dixit ad me. Iniqtas dñi Iſra-
él & Iehudáh magna eſt uehementer ualde,
& repleta eſt terra ſāguinarijs, & ciuitas ple
na eſt peruerſo iudicio. Dixerūt ei. Dereliqt
9 dñs terrā, & dñs ñ uidet. ¶ Et ēt ego nō par
cā ſicut nec ipſi pepcerūt. Nō pcet oculꝰ meꝰ,
neq; miſerebor. Viā eoꝝ i caput eoꝝ dedi.
10 ¶ Et ecce uir īdutꝰ lineis, q hēbat atramēta
riū in lūbis ſuis, rñdit uerbū dicēdo. Feci iux
ta omnia quæ præcepiſti mihi.

Capitulum. Io.

1 ET uidi, & ecce ſup firmamentū. qđ
erat ſup caput Cherubím tāq; lapis
ſapphyri ueluti ſpēs ſiitudinis ſo-
2 lij apparuit ſup eos. ¶ Et dixit ad
uirū indutū lineis, & dixit. Ingredere iter ro
tas inter cherúbim, & iple manꝰ tuas prunis
ignis de medio Cherubím, & ſparge ſuper ci
uitatem. Ingreſſuſq; eſt in cōſpectu meo.
3 ¶ Cherubim aūt ſtabant à dextera domus,
cum ingrederet uir, & nubes impleuit atriū
4 interius. ¶ Et receſſit gloria domini à Che
rúb ad limē domus, & repleta eſt domꝰ nube
& atriū repletū eſt ſplēdore gloriæ domini.
5 ¶ Et ſonitus alaꝝ Cherubím auditꝰ eſt uſq;
ad atrium exteriꝰ, tāq; uox dei omnipotētis
6 qñdo loquit. ¶ Et fuit, cū præcepiſſet uiro
induto lineis dicēdo, tolle ignē de medio ro
tarū de medio Cherubím, igreſſus eſt, & ſte
7 tit in medio rotarū. ¶ Et miſit Cherúb ma-
nū ſuā de medio Cherubím, ad ignē qui erat
inter Cherubím, & ſumpſit, & poſuit in ma
nibꝰ induti lineis, & accæpit, & egreſſus eſt.
8 ¶ Et apparuit in Cherubím ſimilitudo ma-
9 nus hoīs ſubtus alas eorū. ¶ Et uidi, & ecce
quatuor rotæ iuxta Cherubím. Rota una
erat iuxta Cherub unū, & rota altera iuxta
Cherúb alterū, aſpectus autē rotarū erat tan
10 q; color lapidis Tarſis. ¶ Et aſpectus earum
ſimilitudo una quatuor ipſis ac ſi fuiſſet ro-
11 ta in medio rotæ. ¶ Cum ambularēt in qua
tuor laterībꝰ ſuis ambulabant, et nō reuerte
bantur, ſed ad locum ad quē uertebat ſe pri
mus Cherúb poſt illū ibant, nec reuertebau
12 tur cum ambularent. ¶ Et oīs caro eaꝝ, &
dorſa earū, & manꝰ eaꝝ, & alæ earū, & rotæ
plenæ erāt oculis in circuitu quatuor ipſaꝝ
13 rotaꝝ. ¶ Ipſis rotis clamatū eſt à Cherúb,
14 o rota in auribus meis. ¶ Et quatuor facies
erāt unicuiq; Cherúb, facies rotæ uniꝰ facies
Cherúb, & facies ſcđæ facies hoīs, et tertiæ
15 facies leonis, & quartæ facies aquilæ. ¶ Et
exaltauerūt ſe Cherubím, hoc eſt, animal qđ
16 uidi in flumine Chebár. ¶ Et cū ambularēt
Cherubím, ambulabant rotæ iuxta eos, &
cū eleuarent Cherubím alas ſuas, ut exalta-
rent ſuper terrā, nō reuertebant rotæ, etiam
17 ipſæ erant apud eos. ¶ Dum ſtarent ipi, ſta
bant, & dū eleuabāt ſe ipi, eleuabāt ſecū eis,
18 uolūtas aīalis erat in eis. ¶ Et egreſſa eſt glo
ria domini à limine domus, & ſtetit ſup Che
19 rubím. ¶ Et eleuauerūt Cherubím alas ſuas
& eleuati ſunt à terra in oculis meis, dū egre
derent ipſi, & rotæ cōtra eos, & ſtetit in in-
troitu portæ domus domini oriētalis, & glo
20 ria dei Iſraël ſuper eos deſuper. ¶ Hoc eſt
animal quod uidi ſubter deū Iſraël in flumi-
ne Chebár, & cognoui quod Cherubím eſ-
21 ſent. ¶ Quatuor facies erāt unicuiq;, et qua
22 tuor alæ unicuiq;. ¶ Et ſimilitudo manꝰ ho-
minis ſub alis eorū. Et ſimilitudo facierū eo-
rū erat ut facierum quas uidi iuxta fluuium
Chebár aſpectus eaꝝ, & ipſæmet unuſquiſ-
q; contra faciem ſuam ibat.

Capitulum. II.

1 ET eleuauit me ſpiritꝰ, & intro-
duxit me ad portā domus dñi
orientalē, quæ reſpicit ad oriē
tē. Et ecce in oſtio portæ uigin
ti, & quinq; uiri, & uidi in me-
dio eoꝝ Iaazaniáh filiū Hazúr
& Pelethiáhu filiū Benaiáhu principes po-
2 puli. ¶ Dixitq; ad me, fili hominis ſunt
uiri qui cogitant iniquitatē & cōſulūt conſi
liū malū in urbe iſta, qui dicūt, nō in propin
quo eſt cōtritio, ædificemus domos. Hæc Ie
3 ruſaláim eſt ut lebes, & nos ut caro. ¶ Idcir
co uaticinare ſuper eos, uaticinare fili homi-
4 nis. ¶ Et cecidit ſup me ſpūs dñi, & dixit ad
me. Dic. Sic dixit dñs, ſic dixiſti domꝰ Iſraël,
5 & q̄ aſcēdūt in ſpū ueſtro noui. ¶ Multipli-
care feciſtis iterfectos uños i urbe hac, & im
6 pleſtis plateas eiꝰ iterfectis. ¶ Propterea ſic
dixit dñs deꝰ. Interfecti uñi quos poſuiſtis in
medio eiꝰ, ipi ſūt caro, ipa ē lebes Et uos edu
7 cere faciā de medio eiꝰ. ¶ Gladiū metuiſtis
8 & gladiū idncā ſup uos, dixit dñs deꝰ. ¶ Et
educā uos de medio eiꝰ, daboq; uos in manu
9 alienoꝝ, & faciā i uobis iudicia. ¶ Gladio
cadetis, i termio Iſraël iudicabo uos, & ſcie
10 tis qđ ſum dñs. ¶ Hæc non erit uobis ut le-
bes, nec uos eritis i medio eiꝰ ut caro i termio

11 Iſraël iudicabo uos. ¶ Et ſcietis qđ ſum do
minus. Quia ĩ ſtatutis meis nõ ambulaſtis, et
iudicia mea nõ feciſtis, ſed iuxta iudicia gen
12 tiũ, quæ ſunt ĩ circuitu ueſtro, feciſtis. ¶ Et
fuit, cũ prophetarẽ, Pelathiáhu fili⁹ Benaiáh
mortu⁹ eſt, & cecidi ſup faciẽ meã, & clama
ui uoce magna, & dixi. Ahàh dñe de⁹, conſũ
13 mationẽ tu facis reſidui Iſraël? ¶ Et fuit uer
14 bum dñi ad me dicẽdo. ¶ Fili hoĩs frẽs tui,
frẽs tui uiri propinqui tui, & oĩs dom⁹ Iſraël
tota ipſa, qb⁹ dixerũt habitatores Ieruſalãi.
Elongate uos à dño, quia nobis data eſt ter-
15 ra in poſſeſſionẽ. ¶ Propterea dic. (Sic dixit
dñs deus), qđ elongare feci eos in gẽtes, &
qđ diſpergere feci eos ĩ terrã, & fui eis ut ſã
16 ctuariũ puũ ĩ terris, ad quas uenerũt. ¶ Pro
pterea dic. Sic dixit dñs deus. Congregabo
uos de pplĩs, & adunabo uos de terris, ĩ qb⁹
diſperſi eſtis, & dabo uobis humũ Iſraël.
17 ¶ Et ingredient̃ illuc, & remouebũt oĩa, cõ
taminatiões ei⁹, cũctaſq; abomĩatiões ei⁹ de
18 illa. ¶ Et dabo eis cor unũ, & ſpiritũ nouũ
tribuã ĩ uiſcerib⁹ eoꝝ, & remouebo cor lapi
deũ de carne eoꝝ, & dabo eis cor carneum.
19 ¶ Vt ĩ ſtatutis meis ambulẽt, & iudicia mea
cuſtodiãt, & faciãt ea, et ſint mihi ĩ populũ,
20 & ego ſim eis ĩ deũ. ¶ Et ſcđm cor cõtamia
tionũ ſuaꝝ, & abominationũ ſuaꝝ cor eorũ
ãbulat. Viã eoꝝ ĩ caput eoꝝ dabo, dixit dñs
21 de⁹. ¶ Et eleuauerũt Cherubím alas ſuas, et
rotæ cõtra eos, & glĩa dei Iſraél erat ſup eos
22 deſup. ¶ Et receſſit glĩa dñi è medio ciuita-
tis, ſtetitq; ſup montẽ, q eſt ab oriẽte urbis.
23 ¶ Et ſpũs eleuauit me, adduxitq; me ĩ terrã
Chaſdím ad tranſmigrationẽ in uiſiõe ĩ ſpũ
24 dei. Et receſſit à me uiſio, quã uidi. ¶ Et lo-
cutus ſum ad tranſmigrationẽ omnia uerba
domini, quæ oſtenderat mihi.

Capitulum. 12.

1 ET fuit uerbũ domini ad me dicen
2 do. ¶ Fili hoĩs in medio dom⁹ re-
belli habitas, quib⁹ oculi ſunt ut
uideãt, et nõ uiderũt, aures eis ſũt
ad audiendũ, & nõ audierũt, quia domus re
3 bellis eſt. ¶ Et tu fili hoĩs fac tibi uaſa trãſ-
migratiõis, & trãſmigra per diẽ in oculis eo
4 rũ. ¶ Tranſmigrabis autẽ de loco tuo ad lo
cũ alterũ in oculis eoꝝ, ſi forte aſpiciãt, quia
dom⁹ rebellis eſt. Et efferes uaſa tua tãq; uaſa
trãſmigratiõis p diẽ ĩ oculis eoꝝ. Tu ãt egre
dieris ueſperi in oculis eoꝝ ſecũdũ exit⁹ trãſ
5 migratiõis. ¶ In oculis eoꝝ pfode parietẽ,
6 & educ p eũ. ¶ In oculis eoꝝ ſuper humeꝝ
portabis, in tenebris efferes, faciẽ tuam uela
bis, & nõ uidebis terrã, quia portentũ dedi
7 te domui Iſraél. ¶ Et feci ſic, quẽadmodum
pceptũ eſt mihi. Vaſa mea protuli tanq; uaſa
trãſmigratiõis per diẽ, & ueſperi perfodi pa
rietẽ manu. In caligine ptuli, ſuper humerũ
8 portaui in oculis eorũ. ¶ Et fuit uerbũ dñi
9 ad me mane dicẽdo. ¶ Fili hoĩs, nõne dixe-
rũt ad te dom⁹ Iſraél dom⁹ rebellis, qd facis?
10 ¶ Dic ad eos. Sic dixit dñs deus. Super du-
cẽ eſt pphetia hæc in Ieruſaláim, & ſup oẽm
11 domũ Iſraél, quæ eſt ĩ medio eorũ. ¶ Dic,
ego portentum ueſtrũ. Sic feci, ſic fiet eis. In
12 tranſmigrationẽ, in captiuitatẽ ibunt. ¶ Et
dux qui eſt in medio eoꝝ ſuper humeꝝ por-
tabit ueſtimẽta ſua ĩ caligine, & egredient̃ pa
rietẽ. Serui ei⁹ perfodiẽt, ut educãt per ipm,
faciẽ ſuã operiet, ut nõ uideat oculo terram.
13 ¶ Et extendã rete meũ ſuper eũ, & capiet̃
ſagena mea. Et adducã eũ ĩ Babél, terrã Chaſ
14 dím, & ipam nõ uidebit, & ibi morietur. ¶ Et
oẽs q in circuitu ei⁹ ſunt ad auxiliũ ei⁹, et oĩa
agmina eius diſpergã in oẽm uentũ, & gla-
15 diũ euaginabo poſt eos. ¶ Et ſcient qđ ſum
dñs, qñ diſpergã eos ĩ gentes, & ſpargã eos
16 in terrã. ¶ Et relinquã ex eis uiros paucos
nũero à gladio, à fame, & à peſte, ut narrent
oẽs abominationes ſuas in gentib⁹ ad quas ĩ
17 gredient̃, & ſciẽt qđ ſum dñs. ¶ Et fuit uer
18 bũ domini ad me dicendo. ¶ Fili hoĩs panẽ
tuũ in tremore comede, & aquas tuas in cõ-
19 motione, & tremore bibe. ¶ Et dic ad pplm
terræ. Sic dixit dñs de⁹ ſuper habitatores Ie
ruſaláim ſuper terrã Iſraél. Panẽ ſuũ cũ timo
re comedẽt, & aquas ſuas ĩ deſolatiõe bibẽt,
ut deſolet̃ terra eius à plenitudine ſua ppter
20 iniquitatem oĩm habitantiũ in ea. ¶ Et ciui
tates habitatæ, deſolabunt̃, & terra deſerta
21 erit, & ſcietis qđ ſum dñs. ¶ Et fuit uerbũ
22 domini ad me dicẽdo. ¶ Fili hominis, qđ eſt
prouerbiũ iſtud uobis in terra Iſraél dicẽdo.
Prolongabunt̃ dies, & peribit oĩs uiſio. Ideo
dic ad eos. Sic dixit dñs deus. Ceſſare feci p
uerbiũ iſtud, & nõ dicẽt prouerbiũ illud ul-
tra in Iſraél, ſed loq̃re ad eos. Appropinqua
23 uerũt dies, & uerbum oĩs uiſionis. ¶ Quia
non erit ultra oĩs uiſio fruſtra, nec erit diui-
natio blãdientis prophetæ in medio domus
24 Iſraél. ¶ Quia ego dominus loquar. Quod
loquar uerbum, fiet. Non protrahetur am-
plius, ſed in diebus ueſtris domus rebellis lo
quar uerbum, & faciam illud, dixit domi-
25 nus deus. ¶ Et fuit uerbum domini ad me
26 dicendo. ¶ Fili hoĩs, ecce domus Iſraél di-
cit. Viſio quã hic uidet ẽ ad dies multos, & ĩ

tempora longa iſte pphetat, ppterea dic ad
eos. Sic dixit dñs deus. Non protrahet ultra
omne uerbum meum. Quod loquar uerbũ,
fiet, dixit dominus deus.

Capitulum. 13.

1 ET fuit uerbum dñi ad me di-
2 cẽdo. ¶ Fili hoĩs uaticinare
ad pphetas Iſraël, qui uatici-
nantur, & dic prophetantib'
de corde ſuo. Audite uerbum
3 domini. ¶ Sic dixit dñs de'.
Væ prophetis inſipientibus qui ambulant
4 poſt ſpiritũ ſuũ, & nihil uiderunt. ¶ Tanq̃
uulpes in deſertis pphetæ tui Iſraël fuerũt.
5 ¶ Non aſcendiſtis in fracturas, neq; ſepiſti
ſtis ſepem ſuper domum Iſraël, ut ſtaretis in
6 prælio in die furoris dñi. ¶ Viderũt uanũ,
& diuinationem mendacẽ. Dicunt, dixit do
mini, & dñs non miſit eos, & populum ſpe-
rare fecerunt, ut confirmarent ſuæ pphetiæ
7 uerbum. ¶ Nõne uiſionẽ caſſam uidiſtis, &
diuinationẽ mẽdacem dixiſtis, & dicitis, di
8 xit dñs, & ego nõ ſum locut'? ¶ Propterea
ſic dixit dñs deus. Quia locuti eſtis uanum,
& uidiſtis mẽdaciũ, ideo ecce uenio ad uos,
9 dixit domin' deus. ¶ Et erit percuſſio mea
ſuper prophetas qui uident uanum, & diui-
nant mendaciũ. In cœtu populi mei nõ erũt,
& in ſcriptura domus Iſraël, nõ ſcribentur,
& terram Iſraël non ingredientur, & ſcietis
10 quod ſum dñs deus. ¶ Pro eo, & pro eo ꝙ
errare fecerũt populum meũ dicendo pax,
& nõ erat pax, & ipſe ædificabat parietẽ, &
ecce ipſi cõplanabãt eũ luto abſq; firmitate.
11 ¶ Dic ad cõplanantes luto abſq; firmitate
Caſur' ẽ paries, fuit enĩ imber ĩundãs. Et da
bo lapides grãdinis, corruere faciẽt parietẽ
12 & uentus turbinum ſcindet illum? ¶ Et ec-
ce cecidit paries. Nõne dicetur uobis, ubi ẽ
13 complanatio, quam complanaſtis? ¶ Pro-
pterea ſic dixit dñs deus. Et ſcindere faciam
ſpiritum turbinum in ira mea, & imber in-
undans in furore meo erit, & lapides gran-
14 dinis in ira ad conſumendum. ¶ Et diruam
parietem, quem cõplanaſtis luto abſq; firmi
tate, & peruenire faciam eum ad terram. Et
diſcooperietur fundamẽtum eius, & cadet,
& conſumemini in medio eius, & ſcietis qđ
15 ſum dñs. ¶ Et complebo furorem meum in
pariete, & in complanãtib' luto abſq; firmi
tate. Dicãq; uobis. Non ẽ paries, & non ſunt
16 cõplanãtes eum. ¶ Prophetæ Iſraël, q pro-
phetãt Ieruſalaim, & uidẽt ei uiſionẽ pacis,
17 & non ẽ pax dixit dñs de'. ¶ Et tu fili hoĩs
pone faciẽ tuã ad filias ppli tui, quæ prophe

18 tãt de corde ſuo, & uaticinare ſup eas. ¶ Et
dic. Sic dixit dñs de'. Væ ijs q̃ ſuũt puluilla
ria oĩbus axillis manuũ, & faciunt ceruicali-
a ſup caput oĩs ſtaturæ ad uenandum aĩas.
Nũquid aĩas uenabimini populi mei, & ani-
19 mas quæ ſunt uobis uiuificabitis? ¶ Et cõ-
taminabitis me in populo meo propter pu-
gillos hordei, & fragmentũ panis, ut interfi
ciatis aĩas, quæ non moriũtur, & uiuifice-
tis aĩas, quæ non uiuunt, mentiẽtes populo
20 meo audienti mẽdacium. ¶ Propterea ſic
dixit dñs deus. Ecce ego ad ceruicalia ueſtra
quibus uenamini animas, ut uolent extra
corpora, & dirumpam ea ẽ brachijs ueſtris.
Et dimittam liberas aĩas quas uenamini, ani
21 mas ut uolent. ¶ Et dirumpã uelamina ue-
ſtra, & liberabo populum meũ de manu ue-
ſtra, & non erunt ultra in manu ueſtra in ue-
nationem, & ſcietis quod ſum dominus.
22 ¶ Pro eo ꝙ dolore affeciſtis cor iuſti mẽda
citer, & ego non dolore affeci illud, & p eo
ꝙ confortaſtis manus impij, ut non reuerte-
23 rẽtur à uia ſua mala, uiuificando eũ. ¶ Pro-
pterea uanum non uidebitis, & diuinationẽ
non diuinabitis amplius, & eruam populũ
meum de manu ueſtra, & ſcietis quod ſum
dominus, & uenerunt ad me uiri de ſeniori-
bus Iſraël, & ſederunt coram me.

Capitulum. 14.

1 ET fuit uerbũ domini ad me, dicen
2 do. ¶ Fili hoĩs uiri iſti aſcendere
fecerunt idola ſua ſuper cor ſuũ,
& offendiculũ iniquitatis ſuæ po
ſuerunt contra faciem ſuã. Nun-
3 qd iterrogat', reſpõdebo eis? ¶ Propterea
alloquere eos, & dic ad eos. Sic dixit dñs
de'. Quicũq; de domo Iſraël aſcẽdere fecit
idola ſua in cor ſuũ, & offendiculũ iniqtatis
ſuæ poſuerit cõtra faciẽ ſuã, & uenerit ad p
phetã. Ego dñs reſpõdebo ipſi uenieẽti ĩ mul
4 titudine idolorũ ſuorũ. ¶ Vt capiat domum
Iſraël ĩ corde ſuo qđ ſeparauerũt à me ĩ ido-
5 lis ſuis uniuerſi ipſi. ¶ Propterea dic ad do
mũ Iſraël. Sic dixit dñs de'. Cõuertimini, &
cõuerti facite alios ab idolis uřis, & ab uni-
uerſis abominatiõibus uřis cõuerti facite fa
6 cies uřas. ¶ Si qſpiã de domo Iſraël, & de
peregrinis, & q peregrinaũt ĩ Iſraël, ſepara
uerit ſe, ne eat poſt me, & aſcendere fecerit
idola ſuã in cor ſuũ, & offendiculũ iniqtatis
ſuæ poſuerit cõtra faciẽ ſuã, & uenerit ad p
phetã, ut inqrat eũ pro me. Ego dñs reſpon-
7 debo ei pro me. ¶ Et dabo faciem meam cõ
tra uirum ipſum, & ponere faciam eum in ſi
gnum, & pũerbia, & ſuccidere faciam eũ ẽ

medio populi mei, & ſcietis, qđ ſum domi-
8 nus. ¶ Et ꝓpheta cũ ſeductꝰ fuerit, & locu
tus fuerit uerbum, ego dñs ſeduxi ꝓphetã
illum, & extẽdam manum meã ſup eũ, & de
9 lere faciã eũ è medio populi mei Iſraél. ¶ Et
luent pœnã inigtatis ſuæ. Sicut eſt pœna ini-
quitatis quærentis, ſic pœna iniquitatis pro
10 phetæ erit. ¶ Vt non errent ultra domus
Iſraél, non eñtes poſt me, & non polluantur
ultra in uniuerſis præuaricationibus ſuis. Et
erunt mihi ĩ populũ, & ego ero eis in deum,
11 dixit dñs deꝰ. ¶ Et fuit uerbũ dñi ad me di-
12 cẽdo. ¶ Fili hoĩs, terra cũ peccauerit mihi
præuaricãdo præuaricationẽ, extẽdã manũ
meã ſup eã, & conterã ei uirgã panis, & mit
tam ĩ eã famẽ, & ſuccidere faciã ex ea hoĩes,
13 & iumenta. ¶ Et ſi fuerint tres uiri iſti ĩ me
dio eiꝰ Nóach, Daniél, & Iiób, ipſi iuſtitia ſua
14 liberabunt aĩam ſuã, dixit dñs deꝰ. ¶ Si be
ſtiã malã tranſire fecero ĩ terrã, & orbauerit
eam, & fuerit deſolata abſq̃ trãſeũte ꝓpter
15 beſtiã, ¶ Et tres uiri iſti fuerint ĩ medio eiꝰ,
uiuo ego dixit dñs deꝰ, neq̃ filios, nec filias
liberabũt, ipſi ſoli liberabunt, terra aũt erit
16 deſolata. ¶ Vel ſi gladiũ induxero ſup ter-
ram ipſam, & dixero gladio, tranſeas p ter-
ram, & ſuccidere fecero ex ea hoĩes, & iumẽ
17 ta, ¶ Et tres uiri iſti fuerint ĩ medio eius, ui
uo ego dixit dñs deꝰ, nõ liberabũt filios, &
18 filias, ipſi ſoli liberabunt. ¶ Vel ſi peſtilen
tiam ĩmiſero, ſup terram iſtam, & effudero
irã meã ſup eam in ſanguine, ut ſuccidere fa
19 ciã ex ea hoĩes, & iumenta. ¶ Et Nóach, &
Daniél, & Iiob fuerint in medio eius, uiuo
ego dixit dñs deꝰ, ſi filiũ, ſi filiã liberabunt,
20 ipſi iuſtitia ſua liberabunt aĩam ſuã. ¶ Sic
dixit dñs deꝰ, ẽt ſi quattuor iudicia mea ma
la, gladium, & famẽ, & beſtiã malã, & peſti-
lentiã miſero ſuper Ieruſaláim, ut ſuccidam
21 ex ea hoĩes, & iumẽta. ¶ Ecce remanebit ĩ
ea euaſio eductoꝝ filĳ, & filiæ. Ecce ipſi egre
dient ad uos, & uidebitis uiã eoꝝ, & opera
eoꝝ, & cõſolabimini ſup malo qđ induxi ſu
per Ieruſaláim cum oibꝰ quæ induxi ſup eã.
22 ¶ Et cõſolabunt uos cum uideritis uiã eo-
rum, & opa eorũ, & ſcietis ꝙ non fruſtra fe-
ci omnia quæ feci in ea, dixit dominus deus.

Capitulum. 15.

1 ET fuit uerbum dñi ad me dicẽ
2 do. ¶ Fili hoĩs, quid erit de li
gno uitis præ oĩ ligno palmite
rum qui fuit inter ligna ſyluæ.
3 ¶ Nunquid tolletur ex eo li-
gnum ad faciendũ opus? Num
rollent ex eo paxillum, ut dependeat in illo
4 omne uas? ¶ Ecce igni datũ eſt ad cõſumen
dũ. Duas ſummitates eius conſumpſit ignis,
& media pars eiꝰ exuſta eſt. Nunquid proſpe
5 rabit ad opus? ¶ Ecce quũ eſſet integrũ, nõ
erat aptũ operi, quãto magis cũ ignis deuo-
rauerit illud, & combuſtũ ſit nõ erit aptũ ul
6 tra operi? ¶ Propterea ſic dixit dominꝰ deꝰ.
Quẽadmodum lignum uitis ĩter ligna ſyluæ
quod dedi igni ad cõſumendum, ſic tradidi
7 habitatores Ieruſaláim, ¶ Et dabo faciem
meã cõtra eos. De igne egreſſi ſunt, & ignis
conſumet eos. Et ſcietis qđ ſum dñs, cum po
8 ſuere faciem meã cõtra eos. ¶ Et dedero
terram deſolatã, eo ꝙ præuaricati ſunt præ-
uaricationẽ, dixit dominus deus.

Capitulum. 16.

1 ET fuit uerbum dñi ad me dicendo.
2 ¶ Fili hoĩs notas fac Ieruſaláim ab
3 ominaties ſuas. ¶ Et dic. Sic dixit
dñs deꝰ ſup Ieruſaláim. Opa tua ſũt
ac ſi hitatiões tuæ, & cognatiões tuæ fuiſſet
de terra Chenahanæa, pater tuus fuiſſet Emo
4 ræus, & mater tua Chittæa. ¶ Cognatiões
tuæ acſi in die qua nata es, non fuiſſet p̃ciſus
umbilicus tuꝰ, & aqua nõ fuiſſes lota ad leni
men, & ſale nõ fuiſſes ſalita, & inuoluẽdo nõ
5 fores inuoluta. ¶ Nõ pepercit tibi oculus ut
faceret tibi unũ ex his, ut miſereat tui, & ꝓie
cta es ſup faciẽ agri, ĩ abiectiõe aĩæ tuæ, ĩ die
6 qua nata es. ¶ Et tranſiui iuxta te, & uidi te
cõculcatã ĩ ſanguĩe tuo, et dixi tibi. In ſãguĩe
7 tuo uiues, & dixi ĩ ſãguĩe tuo uiues. ¶ Decẽ
milia, ueluti germẽ agri dedi te, & mltiplica
ta es, et magnificata es, et ĩgreſſa es ĩ ornamẽ
tu ornamentoꝝ, ubera ĩtumuerũt, & pilꝰ tuꝰ
germinauit, & tu eras nuda, & diſcooperta.
8 ¶ Et tranſiui iuxta te, & uidi te, & ecce tp̃s
tuũ tp̃s amorũ, & expãdi amictũ meũ ſup te,
operui ignominiã tuam, & iuraui tibi, & in-
greſſus ſum pactum tecum, ait dominꝰ deus,
9 & fuiſti mea. ¶ Et laui te aqua, & laui ſan-
guinem tuum, qui erat in te, & unxi te oleo.
10 ¶ Et ueſtiui te diſcoloribus, & calciaui te
hyacinthino, & cinxi te byſſo, & operui te ſe
11 rico. ¶ Et ornaui te ornamento, & dedi
armillas manibus tuis, & torquem gutturi
12 tuo. ¶ Et dedi circulum naribus tuis,
& inaures auribꝰ tuis, & coronã gloriæ capi
13 ti tuo. ¶ Et ornata es auro, & argẽto, & ue
ſtis tua fuit byſſꝰ, et ſericũ, & polymitũ. Simi
lã, & mel, & oleũ comediſti, & decora facta
es uehemẽter nimis, & ꝓſperata es ĩ regnũ

14 ¶ Et egreſſum eſt tibi nomē in gētes ꝓpter
ſpeciem tuā, qa perfecta eras ī decore meo,
15 quē poſuerā ſup te, dixit dn̄s de⁹. ¶ Et fidi
ſti pulchritudini tuæ, & fornicata es ꝓpter
nomē tuū. Et effudiſti fornicationes tuas ſup
oēm trāſeūtē. Erga eū erat deſideriū tuum.
16 ¶ Et ſumpſiſti de ueſtimētis tuis, & feciſti
tibi excelſa multicoloria, & fornicata es in
eis. Nō futura ſunt ſimilia, & nō erit popul⁹
ꝗ talia faciat. Et tuliſti uaſa glīæ tuæ de auro
meo, & de argēto meo, quæ dedi tibi, & fe-
ciſti tibi imagīes maſculinas, & fornicata es
17 cū eis. ¶ Et ſumpſiſti ueſtimēta diſcoloria,
& operuiſti illas, & oleum meū, & ſuffimen
18 tū meū dediſti corā eis. ¶ Et panē meū quē
dedi tibi, ſimilam, & oleū, & mel, quæ come
dere feci te, poſuiſti corā eis, in odorē gētis,
19 & fuit ait dn̄s de⁹. ¶ Et tuliſti filios tuos, &
filias tuas, quos generaſti mihi, & īmolaſti il
los eis ad cōſumēdū. Nūqd parū ē tibi de for
20 nicatiōibus tuis? ¶ Et īmolaſti filios meos,
& dediſti eos ut trāſire faceres eos ꝑ ignem
21 illis. ¶ Et cū oīb⁹ abominationibus tuis, &
fornicationib⁹ tuis nō es recordata dierum
adoleſcētię tuæ, qn̄ eras nuda, & diſcoopta,
22 & cōculcata ī ſanguine tuo. ¶ Et fuit, poſt
oēm malitiā tuā, uæ uæ tibi, dixit dn̄s deus.
23 ¶ Aedificaſti tibi excelſū, & feciſti tibi ex-
celſum in oī platea, ad omne caput uiæ ædi-
ficaſti excelſum tuū, & abominata es deco-
rē tuū, & aperuiſti pedes tuos oī trāſeūti, &
24 multiplicaſti fornicatiōes tuas. ¶ Et forni-
cata es cum filijs Aegypti, uicinis tuis ma-
gnorꝫ mēbrorꝫ, & mltiplicaſti fornicationē
25 tuā ad irritādū me. ¶ Et ecce extēdi manū
meā ſup te, & diminuā ſtatutū cibū tibi, &
dabo te ſcd'm uolūtatē odio habētiū te uilla
rū Peliſtim, quæ erubeſcūt de uia tua turpi.
26 ¶ Et fornicata es cum filijs Aſſūr eo ꝙ non
eēt ſaturitas, & fornicata es cū eis, eo ꝙ nō
27 eras ſaturata. ¶ Et multiplicaſti fornicatio
nem tuam ī terra Chenáhan, terræ Chaſdim
28 aſſimilata, & etiā ī hoc nō es ſatiata. ¶ Quā
infirmatū eſt cor tuū dixit dn̄s de⁹, cū facias
oīa iſta opus mulieris meretricis dn̄ium ſui
29 habētis? ¶ Cum ædificaueris excelſum tuū
ī capite oīa uiæ, & excelſum tuū feciſti in oī
platea, & nō fuiſti tanꝗ̄ meretrix ſpernēdo
30 mercedē à fornicante ſibi datam. ¶ Mulier
31 adultera ꝑ uiro ſuo ſuſcipiet alienos. ¶ Oi-
bus meretricibus fornicātes mercedē dabūt
ſed tu dediſti dona tua cunctis amatoribus
tuis, & remunerabas illos, ut intrarent ad te
32 undiꝗ̄ in fornicationib⁹ tuis. ¶ Et fuit in te
oppoſitum mulierū ī fornicationib⁹ tuis. Et
poſt te non fuit ſic fornicatū, & cum dederis
mercedem, & merces non ſit data tibi fuiſti
33 alijs contraria. ¶ Propterea meretrix audi
34 uerbū dn̄i. ¶ Sic dixit dominus deus. Pro
eo ꝙ effuſa eſt turpitudo tua, & reuelata eſt
ignominia tua, ī fornicationib⁹ tuis ſup ama
tores tuos, & ſup oīa idola abominationum
tuarū, & iuxta ſanguinē filiorū tuorꝫ quos
35 dediſti eis. ¶ Ideo ecce cōgrego oēs amato
res tuos cū qbus iocūdata es, & oēs quos di
lexiſti cū uniuerſis quos odio habebas, & cō
gregabo eos aduerſus te undiꝗ̄, & reuela-
bo ignominiā tuam eis, & uidebunt omnem
36 turpitudinē tuā. ¶ Et iudicabo te iudicijs
adulterarū, & effundētiū ſanguinē, & dabo
37 te ī ſanguinē iræ, & zeli. ¶ Et dabo te in ma
nuum eorꝫ, & deſtruent excelſum tuū, & con-
fringēt excelſa tua, & nudare faciā te ueſti-
mentis tuis, & auferēt uaſa glīæ tuæ, & di-
38 mittent te nudā, & diſcooptā. ¶ Et aſcende
re facient ſup te cœtū, & lapidabunt te lapi
39 de, & ꝑfodiēt te gladijs ſuis. ¶ Et combu-
rent domos tuas igni, & faciēt in te iudicia ī
oculis mulierū plurimarꝫ, & ceſſare faciam
te, ne ſis meretrix, & etiā mercedē nō dabis
40 ultra. ¶ Et requieſcere faciā irā meā ī te, &
recedet zelus me⁹ à te, & quieſcā, & non ira
41 ſcar ampli⁹. ¶ Pro eo ꝙ non fueris recorda
ta dierū adoleſcētiæ tuæ, & ꝓuocaſti me in
oībus his, & etiā ego ecce uiā tuam in caput
dedi, dixit dn̄s deus. Et non feciſti cogitatio
42 nem ſup oībus abominatiōib⁹ tuis. ¶ Ecce
omnis ꝗ cōponit parabolas ſup te cōponet
parabolas dicendo. Sicut mater ſic filia ei⁹.
43 ¶ Filia matris tuæ es tu, quæ abominabat̄
uirū ſuū, & filios ſuos, & ſoror ſororis tuæ
es tu, quæ abomininatæ ſunt uiros ſuos, &
filios ſuos. Mater ueſtra Chitthæa, & pater
44 ueſter emoræ⁹. ¶ Et ſoror tua maior Som-
rón ipſa eſt, & uillæ eius, quæ habitat ad ſi-
niſtram tuam. Soror aūt minor te, quæ habi
tat à ſiniſtris tuis eſt Sedóm, & uillæ eius.
45 ¶ Et nō in uijs earum ambulaſti, nec ſcd'm
abominationes earum feciſti, ueluti paulu-
lum, pauxillumꝗ̄ foret, ſed corrupta es præ
46 illis in omnibus uijs tuis. ¶ Viuo ego dixit
dominus deus. Si fecit Sedóm ſoror tua, &
47 uillæ ei⁹, ſicut feciſti tu, & uillæ tuæ. ¶ Ecce
iſta fuit iniqtas Sedóm ſororis tuæ ſupbia,
ſaturitas panis, & abūdantia ocij fuit ei, &
uillis eius, & manū egent', & pauperis non
48 tenuit. ¶ Et eleuatæ ſūt, & fecerūt abomi-
natione corā me, & remouere feci eas ſicut
49 uidi. ¶ Et Somrón ſcd'm dimidiū peccato-
rū tuorꝫ nō peccauit, & multiplicaſti abomia

tiones tuas præ illis, et iuſtificaſti ſorores tuas
50 in oib' abominatiōib' tuis quas feciſti. ¶ Etiā
tu porta pudorem tuū quæ iudicaſti ſororem
tuā in peccatis tuis quib' abominatiōes feciſti
præ eis, iuſtificatæ ſunt præ te. Et etiam tu eru
beſce, & porta ignominiam tuam, cum iuſtifi-
51 caueris ſorores tuas. ¶ Et conuertam capti-
uitatem earum, captiuitatem Sedóm, & uilla-
rū eius, & captiuitatē Somrón, et uillarū eius,
& captiuitatem captiuitatum tuarū in medio
52 earū. ¶ Vt portes ignominiā tuam, et erube-
ſcas de oibus quæ feciſti, cum conſolata fueris
53 eas. ¶ Et ſoror tua Sedóm, & uillæ ei' reuer
tētur ad antiquitatem ſuā. Et Somrón, & uillæ
eius reuertentur ad antiquitatem ſuam, & tu
& uillæ reuertemini ad antiquitatem ueſtram.
54 ¶ Et nō fuit Sedóm ſoror tua ī auditu in ore
55 tuo in die ſuperbiarū tuarū. ¶ Antequā reuela
ret malitia tua, ſicut tpe probrij uillarū Arám
& cunctarū uillarum quæ ſunt in circuitu ei',
56 quæ te ſpernūt undiq;. ¶ Turpitudinē tuā, &
57 abomiatiōes tuas portaſti, dixit dn̄s. ¶ Quia
ſic dixit dn̄s deus. Faciam tecum ſicut feciſti, q̄
contempſiſti iuramētum, ut irritum faceres pa
58 ctum. ¶ Et recordabor pacti mei qđ pepigi
tecū in diebus adoleſcētiæ tuæ, et firmabo tibi
59 pactū ſempiternū. ¶ Et recordaberis uiarum
tuarū, & erubeſces, cū ſuſcæperis ſorores tuas
maiores te cū minoribus te. Et dabo eas tibi in
60 filias. & non ex pacto tuo. ¶ Et confirmabo
pactum meū tecū, & ſcies quod ſum dominus.
61 ¶ Vt recorderis & pudore afficiaris, & non
ſit tibi ultra excuſatio, propter pudorem tuū,
cum placat' fuero tibi in omnibus quæ feciſti,
dixit dominus deus.

Capitulum.17.

1 ET fuit uerbū domini ad me dicēdo.
2 ¶ Fili hois. Aenigmatice loquere
ænigma, & parabolice loquere pa-
3 rabolam ad domū Iſraél. ¶ Et dic.
Sic dixit dn̄s deus. Aquila grandis, grandium
alarū, longis alis, plena plumis, quib' erat ua-
rietas, uenit ad Lebanón, et tulit ſummitatē ce
4 dri. ¶ Summitatē nouellarum plantationum
eius auulſit, & adduxit illā ad terrā Chenáhā.
5 In urbe negociatorū poſuit illā. ¶ Et tulit de
ſemine terræ, & poſuit illud in agro ad ſeminā
dum. Tulit illud iuxta aquas multas, ueluti po
6 nitur ſalix poſuit illud. ¶ Et germinauit, & ef
fectū eſt uitis luxurians humili ſtatura, ut reſpi
ciant rami eius ad eam, & radices eius ſub ea
erāt. Et effecta ē uitis, & fecit palmites, & emi
7 ſit propagines. ¶ Et fuit aquila una grandis
magnarū alarū, & multarū plumarum. Et ecce
uitis hæc aggregabat radices ſuas ſuper eā, &
ramos ſuos extendebat ad eam, ut irrigaret eā
8 de lineis ſulcorū plantationis ſuæ. ¶ In agro
bono iuxta aquas multas plantata eſt, ut faciat
frondes, & ferat fructū & efficiatur uitis gran
9 dis. ¶ Dic. Sic dixit dominus deus. Num pro
ſperabitur? Nonne radices eius euellet, & fru-
ctum eius excidet, & ſiccabit, oēs frondes ger
minis ei' ſiccabit, & nō erit opus brachio grā-
di, & populo multo, ad euellendū eam à radi-
10 cibus ſuis? ¶ Et ecce plantata eſt. Nūquid pro
ſperabitur? Nōne cū tetigerit eam uētus orien
talis ſiccabitur ſiccādo? In lineis germinis ſui
11 areſcet. ¶ Et fuit uerbū domini ad me dicēdo.
12 ¶ Dic nūc ad domū rebellem. Nonne cogno
uiſti quid hæc ſunt? Dic. Ecce uenit rex Babél
in Ieruſaláim, & aſſumet regem eius, & princi
13 pes ei', & adducet eos ad ſe ī Babél. ¶ Et tol
let de ſemine regni, & feriet cum eo fœdus, &
adducet eū ī iuſiurandū, & fortes terræ tollet.
14 ¶ Vt ſit regnum humile, ne eleuet ſe, ut cuſto
15 diat pactum eius, ut ſtet in eo. ¶ Et rebellauit
contra eum mittendo nuncios ſuos ad Aegy-
ptum, ut daret ſibi equos, & populum multū.
Nunquid proſperabitur? Nunquid euadet qui
16 facit hæc? Et irritauit pactū, et effugiet? ¶ Vi
uo ego dixit dominus deus, niſi in loco regis,
qui regnare facit eum, cuius ſpreuit iuramen-
tum, & cui' irritauit pactum cum eo, in medio
17 Babél morietur. ¶ Et nō exercitu grandi, &
cœtu multo faciet cum eo Parhóh in prælio,
cum effuderint aggerem, & extruxerint ual-
18 lum, ut ſuccidant animas multas. ¶ Et ſpre-
uit iuramentum, ut irritaret pactum. Et ecce de
dit manum ſuam. Et omnia hæc fecit. Num eua
19 det? ¶ Propterea ſic dixit dominus de'. Viuo
ego, niſi iuramentum meum quod ſpreuit, &
fœdus meum qđ irritauit, dedero in caput ei'.
20 ¶ Et expandam ſuper eum rete meum, & cō
prehendetur ſagena mea. Et adducere faciam
eum in Babél, & iudicabor cum eo ibi propter
præuaricationem ſuam, qua præuaricat' eſt cō
21 tra me. ¶ Et omnes profugi eius cum omni-
bus exercitibus ſuis gladio cadent. Reſiduū au
tem in omnem uentum diſpergentur. Et ſcietis
22 quod ego dominus locutus ſum. ¶ Sic dixit
dominus deus. Et ſumam de ſummitate cedri
ſublimis, et ponam de uertice nouellarum plā
tationum eius, tenerum excidam, et plantabo
ſuper montem excelſum, & inſtar cumuli ele-
23 uatum. ¶ In monte ſublimi Iſraél plantabo
illud, & eleuabit ramum, & faciet fructum, &
efficietur cedrus magna. Et habitabunt ſub ea
omnes aues, omne alatum in umbra ramorum
24 eius habitabit. ¶ Et ſcient omnia ligna agri,
quod ego dominus humiliare feci lignū ſubli-

me,& ſublimare feci lignũ humile. Siccate fe
ci lignũ uiride,& florere feci lignum aridum.
Ego dominus locutus ſum,& feci.

Capitulum.18.

1 ET fuit uerbum domini ad me ut di-
2 cerẽ. ¶ Quid uobis ut parabolice
loquamini parabolã hanc ſup terrã
Iſraël dicẽdo. Patres comedẽt uuã
3 acerba,et dentes filiorum obſtupeſcẽt? ¶ Vi
uo ego dixit dñs deus,ſi erit uobis ultra ut pa-
rabolice loquamini parabolã iſtam in Iſraël.
4 ¶ Ecce oẽs animæ meæ ſunt. Sicut anima pa
tris,ſic & aĩa filij meæ ſunt. Aĩa quæ peccaue-
5 rit,ipſa morietur. ¶ Et uir ſi fuerit iuſt⁹,& fe
6 cerit iudicium,& iuſtitiam. ¶ Super montes
non comederit,& oculos ſuos nõ leuauerit ad
idola domus Iſraël,& uxorem proximi ſui nõ
7 uiolauerit. ¶ Et ad mulierẽ menſtruatam nõ
8 acceſſerit. ¶ Et quẽpiam non oppreſſerit,pi-
gnus ſuũ debitori reddiderit,aliena nõ rapue-
rit,panem ſuũ eſurienti dederit, & nudum ope
9 ruerit ueſtimento. ¶ Cum uſura nõ dederit,
& ampli⁹ non accæperit. Ab iniquitate redire
fecerit manũ ſuam,iudicium uerum fecerit in-
10 ter uirum,& uirum. ¶ In præceptis meis am
bulauerit, & iudicia mea cuſtodierit, ut faciat
ueritatẽ, iuſtus ẽ, uiuẽdo uiuet,dixit dñs de⁹.
11 ¶ Et ſi genuerit filiũ latronẽ, effundentẽ ſan
12 guinẽ,& fecerit unũ aliqđ ex iſtis. ¶ Et oĩa
hæc non facerit, ſed etiã ſuper mõtes comede
13 rit,& uxorẽ ꝓximi ſui uiolauerit. ¶ Egenũ,
& pauperẽ oppreſſerit, & aliena rapuerit,&
pign⁹ nõ reddiderit, & ad idola leuauerit ocu
14 los ſuos,abominationẽ fecerit. ¶ Cum uſura
dederit, et amplius accæperit, nunquid uiuet?
Non uiuet.Oẽs abominationes iſtas fecit,mo
15 riẽdo morieť. Sanguis eius in ipſo erit. ¶ Et
ſi genuerit filiũ, & uiderit oĩa peccata pr̃is ſui,
16 quæ fecit,et timuerit,& nõ fecerit ſilia. ¶ Su
per montes nõ comederit, & oculos ſuos non
leuauerit ad idola dom⁹ Iſraël,& uxorẽ proxi
17 mi ſui nõ uiolauerit. ¶ Et quẽquã non oppreſ
ſerit,pign⁹ non accæpit in pignus,& aliena nõ
rapuerit,panem ſuũ eſurienti dederit,& nu-
18 dũ operuerit ueſtimẽto. ¶ A paupe retraxe-
rit manũ ſuam,uſuram, & ampli⁹ non accæpe
rit, iudicia mea fecerit, in præceptis meis am-
bulauerit,ipſe non morieť ꝓpter iniquitatem
19 patris ſui,ſed uiuẽdo uiuet. ¶ Pr̃ ei⁹,q̃a opp̃ſ
ſit oppreſſionẽ, rapuit aliena fratris, & qđ nõ
eſt bonũ fecit in medio populi ſui. Et ecce mor
20 tuus eſt ꝓpter iniquitatẽ ſuam. ¶ Et dixiſtis.
Cur nõ portabit fili⁹ pœnã patris? Et fili⁹ iudi
ciũ,& iuſtitiã fecit. Oĩa præcepta mea cuſtodi
21 uit,& fecit ea. Viuẽdo uiuet. ¶ Aĩa quæ pec
cauerit ipſa morietur. Filius nõ portabit pœnã
patris,& pater nõ portabit pœnã filij. Iuſtitia
iuſti ſuper eũ erit,& impietas impij ſuper eum
22 erit. ¶ Impius autem ſi auerſus fuerit ab om-
nib⁹ peccatis ſuis,quæ fecit,& cuſtodierit om
nia præcepta mea,& fecerit iudicium,& iuſti-
23 tiam, uiuẽdo uiuet,non morietur. ¶ Omnes
præuaricationes eius quas fecit non memora-
bũtur ei, ꝓpter iuſtitiam ſuã quã fecit, uiuet.
24 ¶ Nũquid ut moriatur impius uolendo uolo
dixit domin⁹ de⁹? Nõne ſi auerſus fuerit à uijs
25 ſuis,uiuet? ¶ Si aũt auerſus fuerit iuſtus à iu-
ſtitia ſua,et fecerit iniquitatẽ,ſcđm oẽs abomi
natiões quas fecit impius, fecerit, num uiuet?
Om̃es iuſtitiæ eius, quas fecit non memorabũ
tur ꝓpter præuaricationem ſuã quam præuari
catus eſt,& ꝓpter pctm̃ ſuũ qđ peccauit mo-
26 rietur. ¶ Et dixiſtis,non eſt æqua uia domini.
Audite nũc domus Iſraël. Nũquid uia mea nõ
eſt æqua? Nonne uiæ ueſtræ non ſunt æquæ?
27 ¶ Cũ auerſus fuerit iuſtus à iuſtitia ſua, & fe
cerit iniquitatẽ,morietur ꝓpter eam. Propter
iniquitatẽ ſuam quã fecit,morietur. Et cũ auer
ſus fuerit impi⁹ ab ipietate ſua,quã fecit, & fe-
cerit iudiciũ,& iuſtitiã,ipſe animã ſuã uiuifica
28 bit. ¶ Et uidit,& auerſus eſt ab oib⁹ præuari-
catiõib⁹ ſuis,quas fecit. Viuẽdo uiuet,nõ mo-
29 rietur. ¶ Et dixerũt dom⁹ Iſraël. Nõ eſt æqua
uia dñi. Nũquid uiæ meæ nõ ſunt æquæ dom⁹
30 Iſraël? Nõne uiæ ueſtræ nõ ſunt æquæ? ¶ Id-
circo unũquemq; iuxta uias ſuas iudicabo uos
dom⁹ Iſraël,dixit dñs de⁹. Conuertimini,et cõ
uerti facite ab omnibus iniquitatib⁹ ueſtris,&
31 nõ erit uobis in offendiculũ iniqtas. ¶ Proij-
cite à uobis oẽs iniquitates ueſtras,quib⁹ p̃ua-
ricati eſtis,& facite uobis cor nouum,et ſpiri-
tum nouũ. Et ut quid moriemini dom⁹ Iſraël?
32 ¶ Quia nolo mortem mortui,dixit dominus
deus,& reuerti facite,& uiuetis.

Capitulum.19.

1 ET tu aſſume planctũ ſuper principes
2 Iſrl'. ¶ Et dic. Cur mater tua leæna
inter leones cubauit? In medio leun-
culorum multiplicauit catulos ſuos.
3 ¶ Et aſcẽdere fecit unũ de catulis ſuis,leũcu
lus fuit,& didicit rapere rapinam, homines co
4 medere. ¶ Et audierunt eũ gentes. Et non ſine
captus eſt,& adduxerunt eum catenis ad terrã
Aegypti. Et uidit ſe diu expectaſſe, & ꝙ perie-
rit expectatio ſua,& tulit unum de catulis ſuis
5 leunculum poſuit eum. ¶ Et incedebat in me
dio leonum,leunculus fuit,& didicit rapere ra

pinam, homies comedere, & cognouit uiduas
eius. Et ciuitates eorum deſolare fecit, & deſo
lata eſt terra, & plenitudo eius à uoce rugitus
6 eius. ¶ Et dederūt uocē ſuper eū gentes ꝑ
circuitū, de prouincijs, & expanderūt ſuper
7 eū rete ſuum. Vulneri eoꝝ capt⁹ eſt. ¶ Et poſue
rūt eū in carcere ī catenis, & adduxerunt eū
ad regē Babél. Adduxerūt eū ad munitiōes,
ut nō audiretur uox ultra ei⁹ ſuper mōtes Iſ-
8 raél. ¶ Mater tua fuit tanꝙ fructificās uitis
in ſāguine tuo iuxta aquas plātata & faciens
9 ramos fuit ꝓpter aquas multas. ¶ Et fuerūt
ei uirgæ fortes ꝑ ſceptris dñantiū. Et exalta
ta eſt ſtatura eius īter ramos, & cōſpecta eſt ī
altitudine ſua, in multitudine ramorū ſuorū.
10 ¶ Et euulſa eſt ira in terrā ꝓiecta, & uentus
oriētalis ſiccare fecit fructū ei⁹, confracti ſūt
rami ei⁹, & aruerūt, uirgam roboris ei⁹ ignis
11 cōſumpſit. ¶ Et nūc plātata eſt ī deſerto, in
12 terra arida, & ſitibunda. ¶ Et egreſſus eſt
ignis de uirga ramorū eius, fructū ei⁹ cōſum
pſit, & nō fuit ī ea uirga fortis, ſceptrū ad do
minandū, plāctus eſt, & erit in planctum.

Capitulū. 20.

1 ET fuit, Anno ſeptimo quīto mē
ſe decia die mēſis, uenerūt uiri
de ſeniorib⁹ Iſraél ad ingrendū
2 dñm, & ſederūt corā me. ¶ Et
fuit uerbū dñi ad me ut diceret.
3 ¶ Fili hois, alloquere ſenio-
res Iſraél, & dic ad eos. Sic dixit dñs de⁹. Nū
quid ad ingrendum me uenitis? Viuo ego ſi
4 rndero uobis, dixit dñs deus. ¶ Nunqd iudi
cabis eos? Nunqd iudicabis fili hoīs? Abomi-
5 natiōes patrū eoꝝ fac ſcire eos. ¶ Et dic ad
eos. Sic dixit dñs de⁹. In die qua elegi Iſraél,
& leuaui manum meā ꝑ ſemine domus Iaha
cób, & cognitus ſum in terra Aegypti leuaui
manū meā ꝑ eis dicēdo. Ego dñs de⁹ ueſter.
6 ¶ In die illa leuaui manū meā ꝑ eis ut edu-
cerē eos de terra Aegypti ad terrā quā pro-
uidi fluētem lacte, & melle. Deſiderabilis eſt
7 oībus terris. ¶ Et dixi ad eos. Vnuſqſqꝫ abo
minatiōes oculoꝝ ueſtrorum proijcite, & in
idolis Aegypti, ne polluatis uos. Ego dñs de⁹
8 ueſter. ¶ Et rebellauerunt contra me, & no
luerunt parere mihi. Vnuſquiſqꝫ abominatio
nes oculoꝝ ſuorum nō proiecerunt, & idola
Aegypti nō reliquerunt. Et dixi ut effunderē
iram meam ſuper eos, ut implerem iram meā
9 in eis in medio terræ Aegypti. ¶ Et feci pro
pter nomen meum, ut non uiolaret̄ in oculis
gētiū in quaꝝ erāt medio, quorū innotui in
10 oculis ut educerē eos è terra Aegypti. ¶ Et
eduxi eos è terra Aegypti, & adduxi eos in
11 deſertū. ¶ Et dedi eis p̄cepta mea, & iudicia
mea ſcire feci eos, q̄ ſi faciat homo, uiuet ꝓ-
12 pter ea. ¶ Et inſuꝑ ſabbata mea dedi eis, ut
eſſent in ſignū īter me, & eos, ut ſcirēt quod
13 ſum dñs qui ſanctifico eos. ¶ Et rebellaue-
rūt cōtra me dom⁹ Iſraél in deſerto. In præce
ptis meis nō ābulauerūt, & iudicia mea abie
cerunt, q̄ ſi faciat hō, uiuet ꝓpter ea. Et ſab
bata mea uiolauerunt uehemēter. Et dixi ut
effunderē irā meā ſuper eos ī deſerto, ut cōſu
14 merem eos. ¶ Et feci ꝓpter nomen meū, ut
non uiolaret̄ in oculis gentiū, quarum eduxi
15 eos in oculis. ¶ Et etiā leuaui manū meā eis
in deſerto, ut nō inducerē eos in terram quā
dedi fluentē lacte, & melle, quæ deſiderabi-
16 lis eſt oībus terris. ¶ Pro eo ꝙ iudicia mea
abiecerunt, & in p̄ceptis meis nō ambulaue
rūt, & ſabbata mea uiolauerunt. Quia poſt
17 idola ſua cor eoꝝ gradiebat̄. ¶ Et pepercit
oculus me⁹ eis, ne interficeret eos, & nō feci
18 eū eis cōſūmationē ī deſerto. ¶ Dixi aūt ad
filios eoꝝ in deſerto. In p̄ceptis patrū ueſtro
rum, ne incedatis, & iudicia eorum ne cuſto-
diatis, & in idolis eorum ne polluatis uos.
19 ¶ Ego dñs deus ueſter. In præceptis meis
ambulate, & iudicia mea cuſtodite, & faci-
20 te ea. ¶ Et ſabbata mea ſanctificate, & erūt
in ſignū inter me, & uos, ut ſciatis quod ſum
21 dominus deus ueſter. ¶ Et rebellauerunt cō
tra me filij. In præceptis meis non ambula-
uerunt, & iudicia mea non cuſtodierunt, ut
facerent ea, quæ ſi faciat ea homo, uiuet ꝓ-
pter ea. Sabbata mea polluerūt, & dixi ut ef
funderem iram meam ſuper eos, ut comple-
22 rem iram meam in eis in deſerto. ¶ Et auer-
ti manum meam, & feci propter nomen meū
ut non uiolaretur in oculis gētium, quarum
23 eduxi eos in oculis. ¶ Etiam leuaui manum
meam eis in deſerto, ut diſpergerem eos in
24 gentes, & uentilarem eos in terras. ¶ Eo
ꝙ iudicia mea nō fecerunt, & præcepta mea
abiecerunt, & ſabbata mea uiolauerunt, &
poſt idola patrum ſuorum fuerunt oculi eo-
25 rum. ¶ Et etiam dedi eis præcepta non bo
na, & iudicia propter quæ non uiuent, &
pollui eos in muneribus ſuis, dum tranſire
facerent per ignem omne primogenitum ut
deſolare facerem eos, ut ſcirent quod ſum
26 dominus. ¶ Quamobrem loquere ad
domum Iſraél, fili hominis, & dic ad eos.
Sic dixit dominus deus. Adhuc in hoc pro-
bris affecerunt me patres ueſtri, cum præ-
uaricati eſſent in me prævaricationem.

27 ¶ Et induxi eos in terram ſuper quam le-
uaui manum meam, ut darem eam illis, & ui
derunt oẽm collem excelſum, & oẽ lignum
denſũ, & ſacrificabant ibi ſacrificia ſua, &
dederũt ibi iram oblationis ſuæ. Et poſuerũt
ibi odorẽ ſuauitatis ſuæ, & libauerũt ibi li-
28 bamina ſua. ¶ Et dixi ad eos. Quid eſt ex-
celſum ad qđ uos ingredimini? Et uocatum
eſt nomẽ eius Bamah (.i. excelſũ) uſq; ad diẽ
29 hanc. ¶ Propterea dic ad domũ Iſraẽl. Sic
dixit dñs deus. Nũquid more patrũ uĩorum
polluitis uos, poſt abominationes eoꝝ forni
30 camini? ¶ Et in oblatione donoꝝ ueſtroꝝ,
cum traducatis filios ueſtros, & filias uĩas
p ignẽ, polluitis uos in oĩbus idolis uĩis uſq;
hodie, & ego reſpõdebo uobis dom' Iſraẽl?
Viuo ego dixit dñs deus, ſi reſpondero uo-
31 bis. ¶ Et qđ aſcendit ſup ſpiritum ueſtrum
penitus non erit. Quia dicitis erimus ſicut
gentes, ſicut cognationes terrarũ miniſtrã-
32 do ligno, & lapidi. ¶ Viuo ego dixit domi
nus deus, niſi in manu forti, & brachio extẽ
to, & furore effuſo, regnauero ſuper uos.
33 ¶ Et educam uos de populis, & congrega-
bo uos de terris in quas diſperſi eſtis manu
ualida, & brachio extento, & furore effuſo.
34 ¶ Et adducam uos ad deſertũ populoꝝ, &
iudicabo me uobiſcum ibi facie ad faciem.
35 ¶ Sicut iudicaui me cum patribus ueſtris
ĩ deſerto terræ Aegypti, ſic iudicabo me uo-
36 biſcum, dixit dñs deus. ¶ Et trãſire faciam
uos ſub uirga, & adducã uos in uinculo fœ-
37 deris. ¶ Et eligam ex uobis rebelles, & præ
uaricãtes in me, ẽ terra incolatus eorum edu
cam eos, & ad terram Iſraẽl, non uenient, &
38 ſcietis qđ ſum dñs. ¶ Et uos domus Iſraẽl.
Sic dixit dñs. Vnuſquiſq; poſt idola ſua am-
bulate, & ſeruite poſtq; non paretis mi-
hi, & nomen ſanctum meũ non polluetis ad-
huc in muneribus uĩis, & in idolis ueſtris.
39 ¶ Quia in monte ſancto meo, in monte ex-
celſo Iſraẽl dixit dñs deus, ibi ſeruiẽt mihi,
oĩs domus Iſraẽl tota ipſa in terra, ibi uolam
eos, & ibi quæram oblatiões ueſtras, & pri-
mitias munerum ueſtrorũ in oĩbus ſanctifi-
40 cationibus uĩis. ¶ In odorem quietis uolã
uos, cum eduxero uos de populis, & congre
gauero uos de terris ĩ quas diſpſi eſtis, & ſã
41 ctificabo me in uobis ĩ oculis gẽtium. ¶ Et
ſcietis qđ ſum dñs, cum induxero uos in do
mũ Iſraẽl, in terrã p qua leuaui manũ meã,
42 ut darem eã patribus ueſtris. ¶ Et recorda-
bimini ibi uiarũ ueſtrarũ, & omniũ operum
uĩorum in quib' polluiſtis uos, & ſucciſio-
ne dignos reputabitis uos, ĩ cõſpectu uĩo oĩa
43 mala ueſtra q̃ feciſtis ¶ Et ſcietis qđ ſũ dñs
quũ fecero, uobiſcũ ꝑpter nomẽ meũ, nõ ſe-
cũdũ uias uĩas malas, & ſecũdũ opa uĩa cor-
44 rupta dom' Iſraẽl, dixit dñs deus. ¶ Et fuit
uerbũ domini ad dicendo. Fili hoĩs, pone fa-
ciẽ tuã cõtra uiã ad auſtrũ, et ſtilla ad meridiẽ
45 & ꝓpheta ad ſyluã agri meridiãi. ¶ Et dices
Syluæ meridianæ audi uerbũ dñi. Sic dixit do
min' de'. Ecce ſuccẽdo ĩ te ignẽ, & cõſumet ĩ
te oẽ lignũ uiride oẽ lignũ aridũ. Nõ extigue
tur flãma flãma, Et cõburẽt ĩ ea oẽs facies ab
46 auſtro ad aqlonẽ. ¶ Et uidebit oĩs caro', qđ
47 ego dñs ſuccendi eã, nõ extinguet. ¶ Et di-
xi. Ahãh domine de'. Ipſi dicũt mihi. Nonne
parabolice loquitur parabolas iſte?

Capitulum. 21.

1 ET fuit uerbũ dñi ad me dicẽdo.
2 ¶ Fili hoĩs põe faciẽ tuã ad Ieruſa
lãi, & ſtilla ſup ſãctuaria, et ꝓpheta
3 ſup terrã Iſraẽl. ¶ Et dic terræ Iſ-
raẽl. Sic dixit dñs. Ecce uenio ad te, & educã
gladiũ meũ de uagina ſua, & ſuccidere faciã
4 ex te iuſtũ, & impiũ. ¶ Pro eo ãt q ſuccide
re feci ex te iuſtũ, & ĩpiũ, idcirco egredietur
gladi' me' de uagina ſua ad oẽm carnẽ ab au-
5 ſtro ad aquilonẽ. ¶ Et ſciet oĩs caro, qđ ego
dñs eduxi gladiũ meũ de uagina ſua. Non re
6 uertet ultra. ¶ Et tu fili hoĩs ingemiſce ĩ cõ
tritiõe lumboꝝ, & ĩ amaritudine ĩgemiſce ĩ
7 oculis coꝝ. ¶ Et erit, quũ dixerint ad te, ꝓ-
pter qd tu gemis, dices, ꝓpter auditũ, q̃a ue
nit, & liq̃fiet oẽ cor, & debilitabũt uniuerſæ
manus, & anguſtijs afficietur oĩs ſpũs, & oĩa
genua ibũt tanq̃ aquæ Ecce uenit, & fiet di
8 xit dñs deus. ¶ Et fuit uerbũ dñi ad me di-
9 do. ¶ Fili hoĩs ꝓpheta, & dic. Sic dixit dñs
deus, dic. Gladi' gladius exacut' ẽ, & etiã li
10 mat'. ¶ Vt iugulet iugulationẽ ex acut' eſt
ut ſit ei ſplẽdor ut fulguri limat' ẽ. Quõ gau
debim' de hoc gladio tribu filioꝝ Iſraẽl abij
11 ciẽte, & oẽ lignũ? ¶ Et dedit eũ ad limãdũ,
ad tenẽdũ manu hic exacut' ẽ gladi', & hic li
12 mat' ẽ ad dãdũ eũ ĩ manu iterficiẽtis. ¶ Cla
ma, & ulula fili hoĩs, quia iſte fuit ĩ pplo meo
iſte ĩ cũctis ducib' Iſrl. Timores gladij fuerũt
13 pplo meo. Idcirco pcute ſup fœmur. ¶ Quia
ad ꝓbationẽ educt' ẽ. Et qd erit ſi etiã tribũ
14 nõ abiecerit, dixit dñs de'? ¶ Et tu fili hoĩs
ꝓpheta, & pcute manũ ad manũ, et duplicet
gladi' tertio, gladi' ĩterfectoꝝ. Hic eſt gladi'
occiſorum magnorum qui percutiet & in cu
15 biculis eos. ¶ Vt liquefaciat cor, et multi
plicet offendicula. In omnibus portis eorum

dedi terrorem gladij, heu factus eſt ad fulgo-
16 rem, amictus eſt ad iugulationē. ¶ Solus eſto
in aliquo loco, pone te ad dexterā, pone te ad
aquilonem, pone te ad ſiniſtrā, quo facies tua
17 conſtituit. ¶ Et etiam ego percutiam manum
meā ad manū meam, & requieſcere faciā iram
18 meā. Ego dominus locut' ſum. ¶ Et fuit uer-
19 bum dñi ad me dicendo. ¶ Et tu fili hominis
pone tibi duas uias, ut ueniat gladius regis Ba
bél. E terra una egrediantur ambæ, & locum
20 elige, caput uiæ ciuitatis elige. ¶ Viā pones,
ut ueniat gladius ad Rabbath filiorum Hāmón,
21 & ad Iehudáh in Ieruſaláim munita. ¶ Stetit
enim rex Babel in biuio uiæ, in capite duarum
uiarum, ad diuinandū diuinationem, terſit ſa-
gittas, interrogauit imagines, reſpexit in ie-
22 core. ¶ In dextera eius fuit diuinatio Ieru-
ſaláim, ut ponat duces, ut aperiat os in cæde,
ut eleuet uocem in uociferatiōe, ut ponat arie-
tes contra portas, ut fundat aggerem, & ædi-
23 ficet munitionem. ¶ Et erit eis cum diuinaue
rint fruſtra in oculis eorum, ac ſi iuraſſent iura
mentis eis, & hoc recordari facit iniquitatis ut
24 capiatur. ¶ Idcirco ſic dixit dñs deus. Pro eo
ꝙ recordati eſtis iniquitatis ueſtræ diſcooper-
tis præuaricationibus ueſtris, cōſpectis pecca-
tis ueſtris in omnibus operibus ueſtris, pro eo
25 ꝙ recordati eſtis, manu capiemini. ¶ Et tu ꝓ-
phane, impie, dux Iſraël, cuius uenit dies, in tē
26 pore iniquitatis ꝓpter quā uenit finis. ¶ Sic
dixit domin' deus. Remouebo cidarim, & tol-
lam coronam. Hæc quæ modo eſt non erit, hu
27 milē ſubleuabo, & ſuperbū hūiliabo. ¶ Sub-
uerſionem, ſubuerſionem, ſubuerſionem, po-
nam eā. Etiam hoc nō fuit ei ad coronā, donec
ueniret is cui eſt iudicium, & tradam illi eam.
28 ¶ Et tu fili hominis propheta, & dic. Sic di-
xit domin' deus ad filios Hammón, & oppro
briū eorū, & dic. Mucro mucro, euaginat' ad
iugulationē limat', ut cōſumat ꝓpter fulgorē.
29 ¶ Quando uidebant tibi uanum, quādo diui
nabant tibi mendacium ut daret te cum collo
uulneratorum impiorum, quorum uenit dies,
in tempore iniquitatis propter quā uenit finis.
30 ¶ Num redire faciam in uaginam ſuā? In lo-
co in quo creatus es, in terra peregrinationum
31 tuarum iudicabo te. ¶ Et effundam ſuper te
iram meam. Ignē furoris mei ſufflare faciam in
te. Et dabo te in manū uirorum inſipiētiū artificū
32 ad deſtructionē. ¶ Igni eris ad deuorandum,
ſanguis tuus erit in medio terræ. Nō memora-
beris, quia ego dominus locutus ſum.

Capitulum. 22.

1 ET fuit uerbum domini ad me dicen-
2 do. ¶ Et tu fili hominis, nonne iu-
dicabis, nōne iudicabis ciuitatē effū
dentem ſanguinem innoxiū, et ſcire
3 facies abominationes eius? ¶ Et dic. Sic dixit
dominus deus. Ciuitas effundens ſanguinē in
medio ſui, ut ueniat tēpus eius, & fecit idola cō
4 tra ſeipſā ad polluendū ſe. ¶ In ſanguine tuo
quē effudiſti, deliquiſti, et in idolis tuis quos fe
ciſti, polluiſti te, & appropinquare feciſti dies
tuos, & ueniſti uſq; ad annos tuos, propterea
dedi te opprobrium in gentibus, & irriſionem
5 omnibus terris. ¶ Quæ prope ſunt, & quæ
longe ſunt à te, ridebunt de te, ſordida nomi-
6 ne, multæ contritionis. ¶ Ecce duces Iſraël,
unuſquiſq; ſecūdum brachium ſuū fuerunt in
7 te, ut effunderent ſanguinem. ¶ Patrē & ma
trem ſpreuerunt in te, aduenæ fecerunt quic-
quid fecerunt cū oppreſſione in medio tui, pu
8 pillum, & uiduam oppreſſerunt in te. ¶ San-
ctuaria mea ſpreuiſti, & ſabbata mea polluiſti.
9 ¶ Viri fraudulēti fuerūt in te, ut effundāt ſan
guinē. Et ſup mōtes comederūt ī te, fœda fece
10 runt in medio tui. ¶ Turpitudinem patris re-
uelauerunt in te, immūdam menſtruo afflixe-
11 runt in te. ¶ Et unuſquiſq; cū uxore proximi
ſui fecit abominationē, & unuſquiſq; nurum
ſuā polluit turpiter, & unuſquiſq; ſororē ſuā
12 filiam patris ſui afflixit in te. ¶ Munera acce-
perunt in te, ut effunderent ſanguinem. Vſurā
& ſuperabundantiam accepiſti, & fraudabas
proximos tuos cum oppreſſione. Et mei oblita
13 es, dixit dominus deus. ¶ Et ecce, percuſſi
manū meam ſuper auaritiam tuā, quam feciſti,
& ſuper ſanguinem tuū, qui fuit in medio tui.
14 ¶ Nūquid ſtabit cor tuum? Num præualebūt
manus tuæ in diebus, quos facio tecum? Ego
15 dominus locutus ſum, & faciam. ¶ Et diſper-
gere faciā te in gentes, & uentilabo te in ter-
ras, & deficere faciā immundiciam tuam à te.
16 ¶ Et eris capiēs hæreditatē in te, ī oculis gen
17 tium, & ſcies quod ſum dñs. ¶ Et fuit uerbū
18 domini ad me dicendo. ¶ Fili hominis fuerūt
mihi domus Iſraël ut ſcoria. Omnes iſti ut æs,
& ſtannū, & ferrum, & plūbum in medio for
91 nacis, ut ſcoriæ argenti fuerūt. ¶ Propterea
ſic dixit dominus deus. Pro eo ꝙ fuiſtis omēs
uos ut ſcoriæ, propterea ecce cōgrego uos in
20 medium Ieruſaláim. ¶ Congregatiōe argē-
ti, & æris, & ferri, & plumbi, & ſtāgni ad me
dium fornacis ad ſufflandū in ea ignē, ad fun-
dendum. Sic cōgregabo in furore meo, & ira
mea, & requieſcere faciam, & fundere faciam
21 uos. ¶ Et congregabo uos, & ſufflabo in
uobis, in igne furoris mei, & eritis fuſi in me-

22 dio eius. ¶ Vt funditur argentum in medio for
nacis, ſic fuſi eritis in medio eius, & ſcietis qđ
23 ego dñs, effudi iram meã ſuper uos. ¶ Et fuit
24 uerbũ domini ad me dicẽdo. ¶ Fili hominis,
dic ei. Tu terra quæ non munda es, nec cõplu
25 ta in die furoris. ¶ Coniuratio prophetarum
eius in medio eius. Sicut leo rugiens, rapiẽs ra
pinam animã comederũt, opes & gloriã accæ
perunt, uiduas eius multiplicauerũt in medio
26 eius. ¶ Sacerdotes eius cõtempſerunt legem
meam, & polluerunt ſanctuaria mea, inter ſan
ctum, & prophanũ non fecerunt diſtinguere,
& inter immundũ, & mundũ non fecerũt ſci-
re. Et à ſabbatis meis occultauerũt oc'los ſuos,
27 & coinquinabar in medio eorum. ¶ Princi-
pes eius in medio eius tanꝗ lupi rapientes ra-
pinam, ad effundendũ ſanguinem, ad perden-
28 dum aĩas, ut auare ſectentur auaritiã. ¶ Pro-
phetæ autẽ eius cõplanabant eos luto abſqꝫ fir
mitate, uidentes uanum, & diuinãtes eis men-
dacium, dicẽtes: ſic dixit domin⁹ deus, & dñs
29 non eſt locutus. ¶ Populũ terræ opprimebat
oppreſſione, & rapiebant rapinã, & egenum,
& pauperẽ populabãtur, & aduenã opprime-
30 bant abſqꝫ iudicio. ¶ Et quæſiui ex eis uirum
ſepientẽ ſepem, & ſtãtem in fractura corã me
pro terra, ne diſſiparem eam, & non inueni. Et
31 effudi ſuper eos iram meã, in igne iræ meæ cõ
ſumpſi eos. Viam eorꝝ in caput eorum dedi, di
xit dominus deus.

Capitulum. 23.

1 ET fuit uerbũ domini ad me dicen-
2 do. ¶ Fili homĩs. Duæ mulieres fi
3 liæ matris unius fuerunt. ¶ Et for
nicatæ ſunt in Aegypto, in adole-
ſcentia ſua fornicatæ ſunt. Ibi compreſſa ſunt
ubera earũ, & ibi contuderũt mãmas uirgini
4 tatis earũ. ¶ Et nomĩa earũ Aholáh maior, et
Aholibáh ſoror eius, & fuerũt meæ, & pepe-
rerũt filios, & filias, & nomĩa earum Somrón
5 Aholáh, & Ieruſaláim Aholibáh. ¶ Et forni-
cata eſt Aholáh ſub me, & adamauit amatores
6 ſuos, Aſſúr propinquos. ¶ Indutos hyacin-
tho, duces, & principes magnos, iuuenes deſí
derabiles uniuerſos ipſos, equites equitantes
7 equos. ¶ Et dedit fornicationes ſuas cum eis,
electis filiorum Aſſúr uniuerſis ipſis. Et omnes
quos adamauit, in cũctis idolis eorꝝ polluit ſe.
8 ¶ Et fornicationes ſuas quas didicit ab Aegy
pto, nõ dereliquit. Nam cũ ea dormierũt ĩ ado
leſcẽtia ſua, et ipſi cõpreſſerunt ubera uirgini-
tatis eius, & effuderunt fornicationem ſuã ſu-
9 per eam. ¶ Propterea tradidi eam in manum
amatorꝝ ſuorꝝ, in manum filiorum Aſſúr quos
10 adamauit. ¶ Ipſi diſcooperuerũt ignominiã
eius, filios eius, & filias eius tulerunt, & ipſam
gladio occiderũt, & fuit nomen mulierib⁹, &
iudicia fecerunt in ea. Et uidit ſoror eius Aholi
báh, & corrupit ſe amore ſuo præ illa, & forni
cationes ſuas præ fornicatiõibus ſororis ſuæ.
11 ¶ Filios Aſſúr adamauit, duces, pricipes ma
gnos, ꝓpĩquos, indutos oĩ genere pulchrarũ
ueſtium, equites equitantes ſuper equos, ado-
12 leſcentes deſiderabiles uniuerſos ipſos. ¶ Et
13 uidiqꝫ polluerãt ſe eodem modo ambæ. ¶ Et
addidit ſuper fornicationes ſuas, et uidit uiros
depictos in pariete, imagines Chaſdím depi-
14 ctas ſinopide. ¶ Accĩctos baltheo lũbos ſuos
& tyaras tinctas in capitibus eorum aſpectum
habẽtes ducum uniuerſi ipſi, ſimilitudinẽ filio
rum Babél hoc eſt Chaſdím ſecũdum morem
15 terræ natiuitatis eorũ. ¶ Et adamauit eos ad
aſpectum oculorum ſuorum, & miſit nuncios
16 ad eos in terrã Caſdím. ¶ Et uenerũt ad eam
filij Babél ad cubile amorum, et polluerunt eã
fornicatione ſua, & polluit ſe cum eis, & receſ
17 ſit anima eius ab eis. ¶ Et denudauit fornica-
tiones ſuas, & diſcooperuit ignominiam ſuã,
& receſſit anima mea ab ea, ſicut receſſerat ani
ma mea à ſorore eius, & multiplicauit fornica
tiones ſuas, ut commemoret dies adoleſcẽtiæ
18 ſuæ, qbus fornicata eſt in terra Aegypti. ¶ Et
adamauit ſeruos eorum, quorum membra, ut
membra aſinorꝝ ſunt, & ut fluxus equorũ, flu-
19 xus earum. ¶ Et recordata es fœditatis adole
ſcentiæ tuæ quando cõpreſſerunt in Aegypto
ubera tua, propter compreſſionem uberũ tuo
20 rum. ¶ Propterea Aholibáh, ſic dixit domin⁹
deus. Ecce ſuſcito amatores tuos cõtra te, à q-
bus receſſit anima tua, & uenire faciam eos ad
21 uerſum te undiqꝫ. ¶ Filios Babél, et oẽs Chaſ
dím, præfectum, & principẽ, et ducem omnes
filios Aſſúr cum eis, iuuenes deſiderabiles, du-
ces, & principes, uniuerſos ipſos, principes, et
22 maiores aſcenſores equorꝝ. ¶ Et uenient ſup
te in rhedis, curribꝰ, & rotis, & cœtu populo-
rum, ſcutũ, & clypeum, & galeam ponẽt cõtra
te undiqꝫ. Et dabo coram eis iudicium, & iudi
23 cabunt te iudicijs ſuis. ¶ Et dabo Zelum meũ
contra te, & facient tecũ in furore uaſum tuũ,
& aures tuas remouebunt, & nouiſſimũ tuum
gladio cadet. Ipſi filios tuos, & filias tuas ca-
pient, & nouiſſimum tuum deuorabitur igni.
24 ¶ Et exuere facient te ueſtimẽtis tuis, & tollẽt
25 uaſa gloriæ tuæ. ¶ Et ceſſare faciã fœditatem
tuã à te, & fornicationẽ tuã de terra Aegypti,
& nõ leuabis oc'los tuos ad eos, & Aegypti nõ
26 recordaberis ampli⁹. ¶ Sic em̃ dixit dñs de⁹.

Ecce trado te in manū coꝝ,quos odiſti,ī ma
27 num corū à qbus receſſit aīa tua. ¶Et agēt
tecū cum odio,& tollent oēm laborē tuū,&
dimittent te nudā,& diſcoopertam. Et reue
labitur turpitudo fornicationū tuarū,& fœ
28 ditas tua,& fornicationes tuæ. ¶Faciā iſta
tibi eo ꝙ fornicata es poſt gētes cum qbus
29 polluiſti te,in idolis earū. ¶In uia ſororis
tuæ ambulaſti,& dabo calicem eius in manu
30 tua. ¶Sic dixit dn̄s deus.Calicem ſororis
tuæ bibes ꝓfundū,& latū. Erit ut derideāt,
& ſubſannēt te gētes,magnus ut multū ca-
31 piat uini. ¶Ebrietate,& dolore replebe-
ris,calice ſolitudinis,& deſolationis,calice
32 ſororis tuæ Somrón. ¶Et bibes illū,& ex-
hauries,& teſtas eius confringes,& ubera
tua euelles,quia ego locutus ſum dixit dn̄s
33 deus. ¶Propterea ſic dixit dn̄s deus. Pro
eo ꝙ oblita es mei,& ꝓieciſti me poſt corp᷒
tuum,& etiā tu porta fœditatē tuā,& forni
34 cationes tuas. ¶Et dixit dn̄s ad me.Fili ho-
minis nōne iudicabis Aholāh,& Aholibāh?
35 Et annūcia eis abominatiōes earū. ¶Quia
adulteratæ ſunt, & ſanguis eſt in manibus
earum,& cū idolis ſuis fornicatæ ſunt,& ēt
filios ſuos,quos genuerunt mihi tranſire fe
36 cerūt eis ad conſumendū. ¶Amplius hoc
fecerūt mihi,polluerūt ſanctuariū meū ī die
37 illa,& ſabbata mea ꝓphanauerūt. ¶Et cū
immolarent filios ſuos idolis ſuis,ingredie-
bant̄ ſanctuariū meum ī die illa,ut polluerēt
illud.Ecce ſic fecerunt ī medio domus meæ.
38 ¶Et ꝗto magis ꝙ miſerunt ad uiros uenie
res à longe ad quos nūcius miſſus eſt decora
ſti,oculos tuos ſtibio,& ornaſti te ornamen
39 to.Et ecce uenerunt quibus te lauiſti ¶Et
ſediſti ſuper lectum honorabilem, & menſ-
ſa parata eſt ante lectum ipſum. Et thymia-
ma meū,& unguētum meū poſuiſti ſup eā.
40 ¶Et uox multitudinis pacificæ audita eſt
ī ea.Et cū uiris,ut multiplicarent hoīes addu
cti ſunt Aethiopici, Sabæi,è deſerto. Et po-
ſuerūt armillas ſup manus earū,& coronam
41 gloriæ ſup capita earum. ¶Et dixi,ſinuete
ratæ in adulterijs.Nunc iuſſu coꝝ egredien
tur à fornicationibus ſuis,& ipſa pariter.
42 ¶Et ingreſſi ſunt ad eā.Sicut ingredit̄ qſ-
piam ad mulierē meretricem,ſic ingreſſi ſūt
ad Aholāh,& Aholibāh mulieres fœdas.
43 ¶Et uiri iuſti iudicabūt eas iudicio adulte
rarum,& iudicio effundentiū ſanguinē,qa
adulteræ ſunt,& ſanguis ē in manib᷒ earū.
44 ¶Sic enī dixit dn̄s de᷒. Aſcēdere faciā ad
eas cœtū,& dabo eas in cōmotionē,& rapi
45 nā. ¶Et lapidabūt eas lapide multitudo,&
ſuccidēt eas gladijs ſuis,filios eaꝝ,& filias
eaꝝ interficiēt,& domos eaꝝ igni cōburēt.
46 ¶Et ceſſare faciā fœditatē è terra,& erudiē
tur oēs mulieres,& nō faciēt ſcd̄m fœditatē
ueſtrā,qa nō mutabūt cult᷒ deoꝝ ſuoꝝ,ī cul
tus deorū alienoꝝ,neq̧ colēt deos multos.
47 ¶Et ponent fœditatē uſ̄am ſup uos,& pœ-
nas propter idola uſ̄a luetis,& ſcietis quod
ſum dominus.

Capitulū.24.

1 ET fuit uerbū dn̄i ad me anno nono,
meſe decio,decima die mēſis dicē-
2 do. ¶Fili hoīs. Scribe tibi nomen
diei,ipſummet diē,appropinquauit
3 Rex Babel Ieruſalāim īpomet die hoc. ¶Et
parabolice loq̄re ad domū rebellīs hoīs,& dic
ad eos.Sic dixit dn̄s de᷒, Pone ollā pone, &
4 etiā fūde ī eā aquā. ¶Cōgere fruſta ei᷒ ī eā,
5 oī fruſto bono fœmore,& hūero. ¶Electis
oſſib᷒ iple,electū pec᷒ aſſume & ēt icēde oſſa
ſub ea ebullire fac bullitiōes ei᷒. Etiā coq re
6 oſſa ei᷒ ī medio ei᷒. ¶Propterea ſic dixit dn̄s
de᷒.Væ ciuitati ſāguinū,ollæ cui᷒ ſpuma eſt
mea,et ſpuma ei᷒ nō exiuit ex ea.fruſtati fruſta
7 ti educ ea.Nō cadat ſup illa ſors. ¶Sāguis ei᷒
ei᷒ ī medio ei᷒ fuit,ſup eminētē petrā poſuit
eū.Nō effudit illū ſup terrā ad operiēdū illū pul
8 uere. ¶Vt aſcēdere faceret irā ad ulciſcēdū
ultionē.Poſui ſāguinē ei᷒ ſup eminētē petrā,
9 ne operiret̄. ¶Propterea ſic dixit dn̄s de᷒.
Væ ciuitati ſanguinū.Et etiā ego grandē fa-
10 ciā pyrā. ¶Multiplica ligna,ſuccēde ignē,
cōſume carnē,& cōdi cōdimētū aromatib᷒,
11 & oſſa cōburāt̄. ¶Et ſtatue eā ſuper prunas
ei᷒ uacuā,ut incaleſcat,& cōburat̄ fundū ei᷒
& fundet̄ in medio ei᷒ inquinamētū ei᷒,cōſu
met̄ ſpuma ei᷒.Mēdacia faciēdo laborare fe
cit ſeipſam,& nō exiuit de ea multa ſpuma ei᷒.
12 Igni cōſumetur ſpuma ei᷒. ¶In immūdicia
tua es,q̄ eſt fœditas. Pro eo ꝙ iuſſi ut mūda
res te,& nō mūdaſti te ab immūdicia tua,nō
mūdabis te ampli᷒,donec qeſcere faciā iram
13 meā in te. ¶Ego dn̄s locutus ſum. Venit qd̄
decreui & feci.Non retrocedā, & nō parcā
& nō pœnitebit me,iuxta uias tuas,& opera
tua iudicauerūt te iudice,dixit dn̄s deus.
14 ¶Et fuit uerbū dn̄i ad me dicendo. ¶Fili
15 hoīs,ecce tollo à te uxorē q̄ ē deſideriū ocu
loꝝ tuoꝝ,ꝑcuſſiōe.Ne plāgas nec plores,ne
16 q̧ ueniat lachryma tua. ¶A clamādo,tace,
mortuoꝝ luctū ne facias,thiarā tuā liga ſup
te & calciamēta tua pone ī pedib᷒ tuis,& ne
opias labrū ſuperi᷒, & panē hoīm ne come-
17 des. ¶Et locutus ſum ad populum mane,
& mortua eſt uxor mea ueſperi,feciq̧ ma-

18 ne ſicut iuſſum fuit mihi. ¶ Et dixit ad
meꝙ populus. Nonne indicabis nobis qd iſta
19 portēdāt nobis? ¶ Et dixi ad eos. Verbum
dñi fuit ad me dicendo. Dic domui Iſraél.
Sic dixit dominus deꝰ. Ecce polluo ſanctua-
rium meum, ſuperbiam fortitudinis ueſtræ,
deſiderabile oculorum ueſtrorū, indulgen-
tiā animæ ueſtræ, filij ueſtri, & filiæ ueſtræ,
20 quas reliquiſtis, gladio cadēt. ¶ Et facietis
quēadmodū feci labrum ſuperius non ope-
rietis, & panem hominum non comedetis.
21 ¶ Et tiaræ ueſtræ erūt ſuper capita uſa, &
calciamenta ueſtra in pedibus ueſtris. Non
plangetis, neqꝫ flebitis, & ignoſcetis ꝓpter
iniquitates ueſtras, & gemetis, alter cū alte
22 ro. ¶ Eritqꝫ Iechechél uobis in portentum.
Omnia quæ fecit, facietis cum uenerit iſtud.
23 Et ſcietis, quod ſum dominus deus. ¶ Et tu
fili hominis, nōne in die qua tollā ab eis for-
titudinem eorū, gaudium gloriæ eorū, deſi
derium oculorum eorū, & eleuationem ani
24 mæ eorum, filios eorum, & filias eorū? ¶ In
die ipſa ueniet euaſor ad te ad auditum au-
25 ris. ¶ In die illa aperietur os tuum cum eua
ſore, & loqueris, & non eris mutus ultra. Et
eris in portentum, & ſcient qđ ſum dñs.

Capitulum. 25.

1 Et fuit uerbum domini ad me
2 dicendo. ¶ Fili hominis po-
ne faciem tuā ſup filios Ham-
món, & propheta ſuper eos.
3 ¶ Et dic filijs Hammón. Au-
dite uerbū domini dei. Sic di-
xit dominus deus. Pro eo ꝙ dixiſti, euge ſu-
per ſanctuarium meū, quia pollutum eſt, &
ſuper terram Iſraél, quia deſolata eſt, & ſup
domū Iehudáh, qm̄ abierunt in captiuitate.
4 ¶ Idcirco ego do te filijs orientis in hæredi
tatē, & inhabitare facient habitatiōes ſuas
in te, & ponent in te habitacula ſua. Ipſi co-
5 medent fruges tuas, & bibēt lac tuū. ¶ Et
dabo Rabbáth, in habitaculum camelorū,
& filios Hammón in cubicule pecorum, &
6 ſcietis, qđ ſum dominus. ¶ Quia ſic dixit
dominus deus. Pro eo ꝙ plauſiſti manu, &
percuſſiſti pede, & gauiſa es, cum omni cō
7 temptu tuo aīo ſup terram Iſraél. ¶ Idcirco
ecce extendi manum meam ſuper te, & tra-
dam te in direptionem gentibus. Et ſuccide
re faciam te è populis, & perdere faciam te
è terris, conterere faciam te, & ſcies quod
8 ſum dominus. ¶ Sic dixit dominus deus.
Pro eo ꝙ dixit Moáb, & Schír, & ecce ſicut
9 oēs gētes domꝰ Iehudáh. ¶ Idcirco ecce
apio latꝰ Moáb, latꝰ ciuitatū latꝰ ciuitatū eiꝰ
q̄ ſūt i extremo eiꝰ, deſiderabiles terras Beth
haieſimóth, Bahalmehō, et Chiriathaimáh.
10 ¶ Filios orientis uocabo ut ueniant contra
filios Hammón, & dabo eam in hæreditatē,
ut non memorentur filij Hammón inter gen
11 tes. ¶ Et in Moáb faciam iudicia, & ſcient
12 quod ſum dominꝰ. ¶ Sic dixit dominus deꝰ.
Pro eo ꝙ fecit Edóm, quando ulta eſt ultio-
nem, contra domum Iehudáh, & deliquerūt
13 delinquendo, & ulti ſunt de eis. ¶ Idcirco
ſic dixit dominus deus. Et extendam manum
meam ſuper Edóm, & ſuccidam ex ea homi-
nes, & iumēta, & ponam eā in deſolationem
14 A Temán, & Dedán gladio cadent. ¶ Et
dabo ultionem meam in Edóm per manum
populi mei Iſraél, & facient in Edóm iuxta
furorem meum, & iuxta iram meā, & ſcient
uindictam meam, dixit dominus deus.

¶ Hic eſt dimidiū Libri.

15 ¶ Sic dixit dominus deus. Pro eo ꝙ fece-
runt Peliſtím propter uindictam, & ulti ſunt
ultionem cum contemptu in animo ad uaſta-
16 tionem inimicitijs perpetuis. ¶ Propterea
ſic dixit dominus deus. Ecce extendo manū
meam ſuper Peliſtím, & ſuccidere faciā Che
rethæos, & perdere faciam reſiduum portus
17 maris. ¶ Faciamqꝫ in eis ultiones magnas
cum increpationibus iræ. Et ſcient qđ ſum
dominus, cū dedero uindictam meam in eis.

Capitulū. 26.

1 ET fuit undecimo anno, una mē
ſis fuit uerbum domini ad me
2 dicendo. ¶ Fili hominis. Pro
eo ꝙ dixit Sor ſuper Ieruſa-
láim, euge, confracta eſt porta
populorū, cōuertit ſe ad me,
3 replebo me, deſerta eſt. ¶ Propterea ſic di-
xit dominus deus. Ecce uenio contra te Sor,
& aſcendere faciam contra te gentes multas
4 ſicut aſcendit mare fluctibus ſuis. ¶ Et diſſi
pabunt muros Sor, & deſtruent turres eius,
& detraham puluerem eius ex ea, & ponam
5 eam ut eſt ſummitas petræ. ¶ Extenſio ſage
narum erit in medio maris. Quia locutꝰ ſum,
dixit dominus deus, et erit in direptionem gē
6 tibus. ¶ Et habitatores uillarum eius quæ
ſunt in agro, gladio occidentur, & ſcient qđ
7 ſum dominus. ¶ Sic enim dixit dominus
deus. Ecce adduco aduerſum Sor Nebuchad
neſár regem Babél ab aquilone, regem re-
gum, cum equis, & curribus, & equitibus,
& coetu,

8 & cœtu, populoq; multo. ¶ Habitatores
uillarũ tuarum, quæ ſunt in agro, gladio in
terficiet, & põet cõtra te munitionẽ ligneã.
Et effundet contra te aggerem, & conſurge
9 re faciet contra te ſcutũ. ¶ Et baliſtas con-
tra eam ponet contra muros tuos, & turres
10 tuas deſtruet malleis ſuis. ¶ Propter multi
tudinem equorum eius operiet te puluis eo
rũ. A ſonitu eqtũ, & rotaꝶ, & curruũ moue
bunt̃ muri tui, cũ igreſſus fuerit portas tuas
11 tanq; introitus ciuitatis diſſipatæ. ¶ Vngu
lis equorum ſuorũ conculcabit omnes pla-
teas tuas, populum tuum gladio occidet, &
ſtatuæ fortitudinis tuæ in terram deſcẽdẽt.
12 ¶ Et prædabunt̃ opes tuas, & diripient ne-
gociationem tuam, & deſtruẽt muros tuos,
& domos deſiderabiles tuas deſtruent, & la
pides tuos, & ligna tua, & puluerem tuũ in
13 medio aquarum ponent. ¶ Et ceſſare faciã
multitudinem canticoꝶ tuorũ, & ſonitus ci
14 thararũ tuaꝶ nõ audiet̃ amplius. ¶ Et ponã
te ut ſummitas petræ, expanſio ſagenarum
eris, nec ædificaberis ultra, quia ego locut⁹
15 ſum, dixit dominus deus. ¶ Sic dixit domi
nus deus ipſi Sor. Nõne à ſonitu ruinæ tuæ,
cum clamauerit uulneratus, cũ occiſus fue-
rit occiſione, in medio tui, cõmouebũtur in-
16 ſulæ? ¶ Et deſcendent de ſolijs ſuis omnes
principes maris, & remouebunt pallia ſua,
& ueſtimenta diſcoloria ſua exuent, ſtupori
bus induentur, ſup terram ſedebunt, & ob-
ſtupeſcent ad momenta, & admirabunt̃ ſup
17 te. ¶ Et aſſument ſuper te lamentum, & di-
cent ſup te. Quomodo periſti habitata à ne-
gociatoribus nenientibus à maribus, urbs
quæ laudabaris. Quæ fuiſti fortis ĩ mari. Ip-
ſa, & habitatores eius fortes erant, qui da-
bant terrorem ſuum oĩbus habitatorib⁹ ei⁹.
18 ¶ Nũc pauebũt habitatores inſularũ ĩ die
ruinæ tuæ, & terrebũtur inſulares qui ſunt
19 in mari in exitu tuo. ¶ Quia ſic dixit domi
nus deus. Cum poſuero te urbem deſolatã,
ſicut ciuitates quæ non habitant̃, cum aſcen
dere fecero ſuper te uoraginem, & operue-
20 rint te aquæ multæ. ¶ Et deſcendere fece-
ro te cum deſcendẽtibus in ſepulchrũ ad po
pulum qui mortuus eſt à ſæculo, & colloca-
re fecero te in terra inferiori, ſicut ſolitudi-
nes quæ fuerunt à ſæculo cũ deſcendẽtib⁹ in
ſepulchrum, ut non habiteris, & dedero glo
21 riam in terra uiuentiũ. ¶ Conſummationẽ
ponã te, & non eris, & ſi requiſita fueris nõ
inuenieris ultra in ſæculum, dixit dñs deus.

Capitulum.27.

1 ET fuit uerbum domini ad me dicen
2 do. ¶ Et tu fili hoĩs aſſume ſuper
3 Sor lamẽtum. ¶ Et dic Sor, quæ
habitat in oſtijs maris, negociatrici populo-
rum ad iſulas multas. Sic dixit dñs de⁹. Sor,
4 tu dixiſti. Ego pfecti decoris ſum. ¶ In me-
dio marium ſunt termini tui. Aedificatores
5 tui perfecerũt decorẽ tuum. ¶ Cum abieti
bus de monte Senir ædificauerũt tibi naues
cum oĩb⁹ tabulis. Cedros de Lebanón tule-
6 runt, ut facerent malũ tibi. ¶ E pinis Baſán
fecerunt remos tuos. Tabulatum tuum fece-
runt eburneũ, congregatio Aſſurím de inſu
7 lis Chitthím. ¶ E byſſo opere phrygioni-
co texta de Aegypto fuit cortina tua, ut eſſet
tibi in uelũ. Ex hyacintho, & purpura de iſu
8 lis Eliſáh fuit operimẽtũ tuũ. ¶ Habitato-
res Sidón, & Arnád fuerunt remiges tibi. Sa
pientes tui Sor, fuerũt in te ipſi nautes tui.
9 ¶ Senes Ghebál, & ſapiẽtes ei⁹ inſtaura-
uerũt ĩ te rimas tuas. Oẽs naues maris, & re
miges earũ fuerunt in te ad negociandũ ne-
10 gociationem tuã. ¶ Parás, & Lud, & Púth,
fuerunt in exercitib⁹ tuis uiri bellatores tui.
Scuta, & galeas ſuſpenderunt in te. Ipſi de-
11 derunt decorem tuũ. ¶ Filij Aruád cũ exer
citu tuo ſuper muros tuos per circuitum, &
Pygmei in turribus tuis fuerũt. Scuta ſua ſu
ſpenderunt ſuper muros tuos per circuitũ.
12 Ipſi perfecerunt pulchritudinẽ tuã. ¶ Tar-
ſis negociator tuus, multitudinẽ cũctarum
diuitiarum, in argento, ferro, ſtãno, plumbo
13 q; dederunt in nundinis tuis. ¶ Iauán, Tu-
bál, & Méſech, ipſi inſtitores tui in aĩabus
hominum, & uaſa ærea dederũt in negocia-
14 ne tua. ¶ De domo Togharmáh equos. &
15 equites, & mulos dederũt in foro tuo. ¶ Fi
lij Dedán negociatores tui, inſulæ multæ ne
gociatio manus tuæ. Cornua eburnea, & pa
16 uones reddiderunt in donum tuũ. ¶ Arám
negociatrix tua ꝓpter multitudinem operũ
tuorum, cũ carbunculo purpura, & ueſtibus
diuerſorum colorũ, & byſſo, & coralijs. Et
17 uniones dederunt in nundinis tuis. ¶ Iehu-
dáh, & terra Iſrael, ipſi inſtitores tui, cũ fru-
mentis terræ Minníth, & Pannágh, & mel,
& oleum, & theriacã dederunt in negocia-
18 tione tua. ¶ Dammeſec negociatrix tua in
multitudine operum tuorum, propter mul-
titudinem uniuerſarum opum in uino loci
19 Chelbón, & lana alba. ¶ Dan autem, & Ia
nán, Meuzál in nundinis tuis dederunt ferrũ
purum Caſia, & calamus aromaticus in ne-
20 gociatione tua fuit. ¶ Dedán inſtitores tui

21 in pãnis precioſis ꝑ curribus. ¶ Haráb, &
uniuerſi principes Chedár, ipſi negociato-
res manꝰ tuæ cum agnis, & arietibus, & hir
22 cis negociatores tui. ¶ Negociatores Ha-
rabícæ Sebá, & Rahamáh, ipſi negociatores
tui. Præcipua ĩter uniuerſa aromata, & oẽm
lapidem precioſum, & aurũ dederunt in ne
23 gociationibꝰ tuis. ¶ Charán, & Chãnéh, &
Hédẽ negociatores Sebáh Harabicæ, Aſſúr
24 Chilmád negociator tuus. ¶ Ipſi negocia-
tores tui in oĩbꝰ generibus, in pallijs hyacin
thinis, & polymitis, & ĩ capſis ꝑcioſarũ ue-
ſtiũ funibus iunctarũ, & torquibꝰ ĩ negocia
25 tione tua. ¶ Naues Tarſis pariter euntes ad
te in negociatione tua, & repleta es, & glo-
26 rificata es ualde ĩ medio mariũ. ¶ In aquas
multas adduxerunt te remiges tui. Ventus
27 oriẽtalis cõtriuit te ĩ medio mariũ. ¶ Diui
tiæ tuæ, nundinæ tuæ, negociatio tua, remi-
ges tui, nautæ tui, inſtauratores fiſſurarũ tua-
rum, & negociatores negociorum tuorum.
Et omnes uiri bellatores tui, qui erant in te,
& cum omni cœtu tuo, qui eſt in medio tui,
cadent in medio marium, in die ruinæ tuæ.
28 ¶ Ad ſonitum clamoris nautarum tuorum
29 cõtiemiſcent ſuburbana. ¶ Et deſcendent
de nauibus ſuis omnes tenentes remum, re-
miges, omnes nautæ maris ſuper terrã ſta-
30 bunt. ¶ Et audire facient ſuper te uocẽ ſuã,
& clamabunt amare. Et aſcẽdere facient pul
uerem ſuper capita ſua, in cinere inuoluent
31 ſe. ¶ Et decaluabunt ſuper te caluicium,
& accingent ſe ſaccis, & plangent ſuper te,
32 ĩ amaritudine animæ, ploratu amaro. ¶ Et
aſſument ſuper te in lamentationibus ſuis,
lamentum, & plangent ſuper te. Quæ fuit
33 ſicut Sor, ſicut ſucciſa ĩ medio maris. ¶ Qñ
egrediebantur negociationes tuæ de mari-
bus, ſaturabas populos multos multitudine
diuitiarum tuarum, & negociationum tua-
34 rum ditaſti reges terræ. ¶ Tẽpore quo eris
contrita à maribus, in profundis aquarum
erit negociatio tua, & oĩs cœtus eius in me-
35 dio tui cadet. ¶ Vniuerſi habitatores inſu-
larũ, obſtupuerunt ſuper te, & reges earum
formidauerũt formidine, indignati ſũt uul-
36 tu. ¶ Negociatores in populis ſibilauerunt
ſuꝑ te. Terror fuiſti, & nõ eris uſqꝫ ĩ ſæculũ.

Capitulum. 28.

1 ET fuit uerbum domini ad me dicen
2 do. ¶ Fili hominis. Dic principi
Sor. Sic dixit dominꝰ deus. Pro eo
ꝙ eleuatum eſt cor tuũ, & dixiſti,
deus ego ſum, in cathedra dei ſedi, in medio
marium. Tu autem es homo, & non deus. Et
3 poſuiſti cor tuũ tanqꝫ cor dei. ¶ Et ecce ſa-
pientior es tu Daniele? Omne abſconditum
4 non eſt abſcõditum à te. ¶ Sapia tua, & in-
telligentia tua congregaſti tibi opes, & ac-
quiſiſti aurum, & argentũ in theſauris tuis.
5 ¶ Multitudine ſapientiæ tuæ, negociatio-
ne tua, multiplicaſti opes tuas, & eleuatum
6 ẽ cor tuũ ꝓpter opes tuas. ¶ Propterea ſic
dixit dñs deus. Pro eo ꝙ poſuiſti cor tuum
7 ſicut cor dei. ¶ Idcirco ecce adduco ſuper
te alienos, robuſtos gentium, & euaginabũt
gladios ſuos ſuper pulchritudinem ſapiẽtiæ
8 tuæ, & polluent ſplendorem tuum. ¶ Ad fo
ueam deſcẽdere faciẽt te, & morieris morti
9 bus occiſorũ in medio marium. ¶ Nũquid
dicendo dices, deus ego ſum, coram occidẽ
tibus te? Tu autem homo es, & non deus, in
10 manu interficientis te. ¶ Morte incircũci-
ſorum morieris in manu alienorum. Quia
11 ego locutus ſum, ait dominus deꝰ. ¶ Et fuit
12 uerbum domini ad me dicendo. ¶ Fili ho-
minis. Leua plãctum ſuper regem Sor, & dic
ei. Sic dixit dominus deus. Tu ſigillas ſum-
mam, plenus ſapientia, & perfectus decore.
13 ¶ In Héden horti dei fuiſti. Oĩs lapis pre-
cioſus operimẽtũ tuũ, ſardiꝰ, topaſius, & iaſ
pis, chryſolitꝰ, onyx, & beryllus, ſapphyrꝰ,
carbũculus, & ſmaragdus, & aurũ opꝰ tym-
panorum tuorũ, & tibiarũ tuarũ in te, in die
14 qua creatus fuiſti, præparata fuerunt. ¶ Tu
Cherúb magnus, tegens, & poſui te in tali
dignitate. In monte ſancto dei fuiſti, in me-
15 dio lapidum ignitorũ ambulaſti. ¶ Perfectꝰ
fuiſti in uijs tuis, à die qua creatus es, donec
16 inuẽta eſt iniquitas in te. ¶ Multitudine ne
gociationis tuæ repleuerunt cor tuum iniq-
tate, & peccaſti, & ꝓphanabo te de monte
dei, & perdam te Cherúb tegens, de medio
17 lapidũ ignitorũ. ¶ Eleuatũ eſt cor tuũ ꝓpter
decorẽ tuũ. Perdidiſti ſapientiã tuam ꝓpter
ſplẽdorẽ tuũ, in terram ꝓijciã te, ante reges
18 ponã te, ut uideant te. ¶ Præ multitudine
iniquitatis tuæ, iniquitate negociatiõis tuæ
polluiſti ſanctificationem tuam. Et produ-
cam ignem de medio tui, ipſe conſumit te,
& ponam te in cinerem ſuper terram, in ocu
19 lis omnium uidentium te. ¶ Omnes qui ui-
debunt te in populis, obſtupeſcent ſuper
te. Terror fuiſti, & nõ eris uſqꝫ in ſæculum.
20 ¶ Et fuit uerbũ dñi ad me dicendo. ¶ Fili
21 hominis pone faciem tuã ſuꝑ Sidón, & pro
22 pheta ſuper eam. ¶ Et dic. Sic dixit domi-
nus deus. Ecce uenio ad te Sidón, & glorifi

cabo me in medio tui, & ſcient qđ ſum dñs
quũ fecero i ea iudicia, & ſanctificauero me
23 in ea. ¶ Et mittã iu ea peſtilẽtiam, & ſangui
nem iu plateis eius, & corruent interfecti in
medio eiꝰ gladio ſuper eã undiq;, & ſciẽt qđ
24 ſum dominus. ¶ Et non erit ultra domui Iſ-
raẽl ſpina pungẽs, & ſpina dolorem inferẽs
ex omnibus circuitibus eorum, qui ſpernunt
25 eos, & ſcient quod ſum dominꝰ deus. ¶ Sic
dixit dominus deús. Quãdo congregabo do
mum Iſraẽl de populis, in quos diſperſi ſunt
& ſanctificabo me in eis in oculis gentium.
26 ¶ Habitabunt ſuper terram ſuã, quam de-
ſeruo meo Iahacób, & habitabunt ſuper eã
confidenter, & ædificabunt domos, & plãta
bunt uineas, & habitabunt cõfidenter, cum
fecero iudicia in omnibus qui ſpernunt eos
in circuitibꝰ eius, & ſcient quod ſum domi-
nus deus eorum.

Capitulũ.29.

1 ANno decimo, mẽſe decĩo, duo
decimo die menſis, fuit uerbũ
2 domini ad me dicendo. ¶ Fili
15 leſcẽtiæ tuæ,ne deſpicias. ❡Si oderit,di
mitte,dixit dñs deus Iſrael.Operiet iniqtas
ueſtimentũ eius,dixit dñs exercituũ. Et cu-
ſtodi teipm in ſpiritu tuo,& ne deſpicias.

Capitulum.3.

1 LAborare feciſtis dominũ uer-
bis ueſtris,et dixiſtis.In quo la
borare fecimus eũ?Dũ dicitis.
Ois qui facit malũ,bon⁹ eſt in
oculis dñi,& in eis ipe placuit,
2 aut ubi eſt deus iudicij ? ❡Ec
ce mitto ãgelũ meũ,& uerret uiã ante faciẽ
meã,& ſtati ueniet ad tẽplũ ſuũ dñator,quẽ
uos q̃ritis,& angel⁹ fœderis,quẽ uos uultis.
3 Ecce uenit,dixit dñs exercituũ. ❡Et qs fer
re poterit diẽ,qñ ueniet ? Et qs poterit ſtare
quum apparuerit?Ipſe eñ tanq̃ ignis cõflãs
4 & tanq̃ borith fullonũ.❡Et ſedebit cõflãs
et emundãs argentũ,& purgabit filios Leui,
& cõflabit eos ſicut aurũ,& ſicut argẽtũ, &
5 dño offerẽt munus ĩ iuſtitia.❡Et dulceſcet

domino ſacrificiū Iehudáh, & Ieruſaláim ſe-
cundum dies ſæculi, & ſecundum annos anti-
6 quos. ❡ Et accedam ad uos ad iudiciū, & ero
teſtis uelox in maleficos, & adulteros, & iurā
tes mendaciter, & ui retinentes mercedē mer
cenarij, uiduam, & pupillum, & peruertentes
peregrinum, nec timuerūt me, dixit dominus
7 exercituum. ❡ Ego enim dominus non mu-
taui me. Et uos filij Iohacòb non conſumpti
8 eſtis? ❡ A dieb⁹ patrum ueſtrorum receſſiſtis
ab inſtitutis meis, & non cuſtodiſtis. Reuerti
mini ad me, & reuertar ad uos, dixit dominus
exercituū. Et dixiſtis. In quo reuertemur? Nū
quid rapiet homo quæ ſunt dei, quia uos rapi
tis mea? Et dixiſtis. In quo rapuim⁹ tua? In de-
9 cima, & oblatiōe. ❡ Maledictione maledicti
10 eſtis, & mea rapitis gens om̄is. ❡ Afferte om
nem decimam in domū theſauri, & ſit quod ra
pitis in domo mea, et probent me in hoc, dixit
domin⁹ exercituū. Si nō aperuero uobis cata-
ractas cœli, & euacuauero uobis benedictio-
nem, adeo ut non ſint uobis ſufficientia uaſa.
11 ❡ Et increpabo deuorantem, & non corrum
pet uobis fructū terræ, nec orbabit uitis fructū
12 ſuum in agro, dixit dn̄s exercituum. ❡ Et bea
tificabunt uos omnes gentes. Eritis enim uos
terra deſiderabilis, dixit dominus exercituū.
13 ❡ Inualuerunt contra me uerba ueſtra, dixit
dominus. Et dixiſtis. Quid locuti ſumus cōtra
14 te? ❡ Dixiſtis. Vanū eſt colere deum, & quid
emolumenti, quod cuſtodiuimus cuſtodiam
eius, & qđ ambulauerim⁹ humiliter à facie do
15 mini exercituum? ❡ Et nunc beatificamus ſu
perbos, etiam ædificati ſunt facientes impieta
tem, etiam probauerunt deum, & euaſerunt.
16 ❡ Tunc locuti ſunt timentes dominum, unuſ-
quiſq; ad amicum ſuum, & attendit dominus,
& audiuit. Et ſcriptus eſt liber memorialis co-
ram eo, timentib⁹ dominū, & cogitantibus no
17 men eius. ❡ Et erūt mihi, dixit domin⁹ exerci
tuum, in die qua facio peculiare, parcam eis, ſi
18 cut parcit uir filio ſuo ſeruienti ſibi. ❡ Et con
uertemini, & diſcernetis inter iuſtū & impiū,
inter ſeruientē deo, & eum qui non ſeruit ei.

Capitulum. 4.

1 ECce enim dies uenit ardēs tanq; cli
banus. Et erunt omnes ſuperbi, &
omnes facientes impietatem, ut ſti
pula, & inflammabit eos dies uen-
turus, dixit dominus exercituum, qui nō de-
2 relinquet eis radicem, & ramū. ❡ Et orietur
uobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, &
ſanitas erit in alis eius. Et egrediemini, & mul
3 tiplicabimini ſicut uituli ſaginati. ❡ Et diruie-
tis impios quum fuerint uerinis ſub plantis pe
dum ueſtrorum in die qua facio, dixit domin⁹
4 exercituum. ❡ Mementote legis Moſéh ſerui
mei, quam mandaui omni Iſrael, ſtatuta, & iu-
5 dicia. ❡ Ecce mitto uobis Eliiáh propheham
anteq; ueniat dies domini magnus, & terribi-
6 lis. ❡ Et conuertet cor patrum cum filijs, &
cor filiorum cum patribus eorum, ne forte ue-
niam, & percutiam terram occiſione.

❡ Liber Malachí explicit.

❡ Explicit uetus inſtrumentū nuper æditum
per Reuerendiſſimū ſacræ theologiæ profeſ.
Sanctē Pagninum Lucenſem, prædi. ordi.

❡ Regiſtrum Quaternionum.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q.
R. S. T. V. X. Y. Z. AA. BB. CC. DD. EE.
FF. GG. HH. II. KK. LL. MM. NN. OO. PP.
Omnes ſunt quaterniones.

¶INCIPIVNT LIBRI AGYOGRAPHI QVI NON SVNT IN HEBRAEO INTER CANONICOS LIBROS.

¶Incipit prologus beati Hieronymi preſbyteri in librum Thobiáh.

1 Chromatio, & Heliodoro epiſcopis Hieronym⁹ preſbyter in domino ſalutē. Mirari nō deſino exactionis ueſtræ inſtantiā. Exigitis enim ut librum Chaldæo ſermone conſcriptum ad latinum ſtilum traham: librū uidelicet Thobiáh quē Hebræi de cathalogo diuinarū ſcripturarum ſecantes: his quæ agyographa memorant manciparūt. Feci ſatis deſiderio ueſtro non tamen meo ſtudio. Arguūt enim nos Hebræorū ſtudia, & imputant nobis cōtra ſuū canonē latinis auribus iſta trāsferre. Sed melius eſſe iudicans phariſæorum diſplicere iudicio, & epiſcoporum iuſſionibus deſeruire, inſtiti ut potui. Et quia uicina ē Chaldæorum lingua ſermoni Hebraico, utriuſq; linguæ peritiſſimum loquacem reperiens, uni⁹ diei laborem arripui: & quicquid ille mihi hebraicis uerbis expreſſit: hoc ego accito notario, ſermonibus latinis expoſui. Orationibus ueſtris mercedem huius operis compenſabo: cum gratum uobis didicero me quod iubere eſtis dignati compleſſe.

¶Explicit prologus in librum Thobiáh.

¶INCIPIT LIBER THOBIAH RECOGNITVS PER EVNDEM SANCTEM PAGNINVM LVCENSEM SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORE.

Capitulum.I.

1 Thobiáh, ex tribu, & ciuitate
Naptalí, quæ ē
in ſuperioribus
Galil, ſupra Na
chſon poſt uiā
quæ ducit ad oc
cidentem in ſini
ſtro habēs ciui
tatē Sepheth cū
capt⁹ eēt ī dieb⁹
Salmaneſer regis Aſſur, in captiuitate tn̄ po
ſitus uiam ueritatis nō deſeruit: ita ut omnia
quæ habere poterat quotidie cōcaptiuis fra
tribus qui erant ex eius genere impertiret.
Cūq; eſſet iunior omnibus in tribu Naptali,
2 nihil tn̄ puerile geſſit in opere. ¶Deniq; cū
irent oēs ad uitulos aureos quos Iarobhám
fecerat rex Iſraél, hic ſolus fugiebat conſor
tia omniū, & pergebat ad Ierusaláim ad tem
plum dn̄i, & ibi adorabat dn̄m deū Iſraél,
omnia primitiua ſua, & decimas ſuas fideli
ter offerens: ita ut in tertio anno proſelytis,
& aduenis miniſtraret omnem decimationē.
Hæc & his ſimilia ſcd'm legem dei puerulus
3 obſeruabat. ¶Cū uero factus fuiſſet uir ac
cepit uxorē Chānáh, de tribu ſua, genuitq;
ex ea filium nomen ſuum imponēs ei: quem
ab infantia timere deum docuit & abſtine
re ab omni peccato. Igitur dum p captiuita
tem deueniſſet cum uxore ſua & filio in ciui
tatem Niniuéh cum omni tribu ſua, & cū oēs
ederent ex cibis gētilium: iſte cuſtodiuit ani
mam ſuam, & nunq; cōtaminatus eſt in eſcis
4 eorū. ¶Et qm̄ memor fuit dn̄i in toto cor
de ſuo: dedit illi deus gratiam in conſpectu
Salmanéſer regis & dedit illi poteſtatē quo
cūq; uellet ire: habens libertatem quæcūq;
facere uoluiſſet. Pergebat em̄ per omnes q
erant in captiuitate, & monita ſalutis dabat
5 eis. ¶Cum aūt ueniſſet in Rages ciuitatem
Medorū & ex his quibus honoratus fuerat à
rege habuiſſet decem talenta argēti: & cum
in multa turba generis ſui Gabellum egentē
uideret qui erat ex tribu eius ſub chirogra
pho: dedit illi memoratum pondus argenti.
6 ¶Poſt multum uero temporis mortuo Sal
manéſer rege: cum regnaret Sancherib fi
lius eius pro eo, & filios Iſraél, exoſos habe
ret in conſpectu ſuo: Thobiáh quotidie per
gebat per omnem cognationem ſuam, & cō
ſolabatur eos: diuidebatq; unicuiq; prout
poterat de facultatibus ſuis. Eſurientes ale
bat: nudiſq; ueſtimenta præbebat, & mor
tuis atq; occiſis ſepulturam ſollicitus exhi
7 bebat. ¶Deniq; cū reuerſus eſſet rex San
cherib fugiens à Iehudæa, plagam quā cir
ca eum fecerat deus propter blaſphemiam
ſuam, & iratus multos occideret ex filijs
Iſraél, Thobiáh ſepeliebat corpora eorum.
At ubi nunciatum eſt regi iuſſit eum occidi,
& tulit omnem ſubſtantiam eius. Thobiáh,
uero cum filio ſuo, & cum uxore fugiens nu
dus latuit: quia multi diligebant eum. Poſt
dies uero quadraginta quinq;, occiderunt
regem filij ipſius. Et reuerſus eſt Thobiáh,
in domum ſuam: omniſq; facultas eius reſti
tuta eſt ei.

Capitulum.2.

1 POſt hæc uero cū eſſet,dies
feſtus dñi & factum eſſet
prādium bonum in domo
Thobiàh, dixit filio ſuo.
Vade & adduc aliquos de
tribu nſa timentes deū:ut
epulentur nobiſcum.Cūq;
abiſſet reuerſus nunciauit ei unum ex filijs
Iſraël iugulatū iacere ī platea.Statimq; exi-
liens de accubitu ſuo relinquens prandiū ie
iunus peruenit ad corpus:tollenſq; illud por
tauit ad domū ſuā occulte,ut dum ſol occu-
2 buiſſet caute ſepeliret eū. ¶ Cūq; occultaſ
ſet corpus manducauit panē cū luctu, & tre
more memorās illū ſermonē quē dixit dñs
per Hamós prophetā. Dies feſti ueſtri cōuer
tentur in lamentationē, & luctū, Cum uero
3 ſol occubuiſſet abijt, & ſepeliuit eū. ¶ Ar-
guebāt autem eum oēs ꝓximi eius,dicētes:
Iam huius rei cā īterfici iuſſus es, & uix effu
giſti mortis imperiū, & iterum ſepelis mor-
tuos? Sed Thobiàh plus timens deū q̄ regē:
rapiebat corpora occiſorū, & occultabat in
domo ſua, & medijs noctibus ſepeliebat ea.
4 ¶ Contigit autem ut quadā die fatigatus
à ſepultura ueniens domū iactaſſet ſe iuxta
parietē & obdormiſſet, & ex nido hyrundi-
num dormienti illi calida ſtercora inciderēt
ſuper oculos eius fieretq; cæcus. Hanc autē
tentationē,ideo permiſit dñs euenire illi,ut
poſteris daretur exemplū patientiæ eius,ſi-
cut & ſancti Iiób. Nam cum ab infantia ſua
ſemper deū timuerit & mandata eius cuſto
dierit:nō eſt cōtriſtatus contra deum q̄ pla-
ga cæcitatis euenerit ei:ſed immobilis in dei
timore permanſit:agens gratias deo oībus
5 diebus uitæ ſuæ. ¶ Nam ſicut beato Iiób in
ſultabant reges:ita iſti parentes & cognati
eius irridebant uitam eius,dicentes. Vbi eſt
ſpes tua ꝓ qua eleemoſynas & ſepulturas fa
ciebas? Thobiàh,uero īcrepabat eos,dicēs.
Nolite ita loqui:qm̄ filij ſanctorum ſumus &
uitā illam expectamus:quā deus daturus eſt
his qui fidem ſuā nunq̄ mutāt ab eo. Chan-
náh uero uxor eius ibat ad opus textrinum
quotidie, & de labore manuum ſuarū uictū
quem conſequi potuiſſet deferebat. Vnde
factum eſt:ut hædum caprarum accipiens:
detuliſſet domi.Cuius cum uocem balantis
uir eius audiſſet,dixit. Videte ne forte furti
uus ſit.Reddite eum dominis ſuis,quia non
licet nobis aut edere ex furto aliquid aut cō
tingere. Ad hec uxor eius irata reſpondit.
Manifeſte uana facta eſt ſpes tua & eleemo-
ſynæ tuæ modo apparuerūt:atq; his & alijs
huiuſcemodi uerbis exprobrabat ei.

Capitulum.3.

1 TVnc Thobiàh,īgemuit
& cœpit orare cum la-
chrymis dicens. Iuſtus
es domine, & omnia iu
dicia tua uera ſunt, &
omnes uiæ tuæ miſeri-
cordia, & ueritas, & iu
dicium.Et nūc domine
memor eſto mei, & ne
uindictam ſumas de peccatis meis:neq; re-
miniſcaris delicta mea uel parentum meorū.
Quoniam non obediuimus præceptis tuis:
ideo traditi ſumus in direptionē & captiui-
tatem, & mortem, & in fabulam & in impro
perium omnibus nationibus in quibus diſp
2 ſiſti nos. ¶ Et nunc domine magna iudicia
tua quia non egimus ſcd'm ꝑcepta tua, & nō
ambulauimus ſynceriter corā te.Et nūc do
mine ſcd'm uolūtatem tuam fac mecum &
præcipe in pace recipi ſpiritum meum. Ex-
pedit enim mihi mori magis q̄ uiuere. Eadē
itaq; die contigit ut Sarāh filia Rehuelis in
Rages ciuitate Medorū, & ipſa audiret im
properium ab una ex ancillis patris ſui quo
niam tradita fuerat ſeptē uiris, & dæmoniū
nomine Aſmodæus occiderat eos mox ut in
3 greſſi fuiſſent ad eam. ¶ Ergo cum pro cul
pa ſua increparet puellā:reſpondit ei dicēs.
Amplius ex te non uideamus filium,aut fi-
liam ſuper terram:interfectrix uirorum tuo
rum. Nunquid & occidere me uis ſicut etiā
occidiſti ſeptem uiros.Ad hanc uocem per-
rexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ, &
tribus diebus, & tribus noctibus non mādu
cauit neq; bibit,ſed in oratiōe perſiſtens cū
lachrymis deprecabatur deum ut ab iſto im
4 properio liberaret eam. ¶ Factum eſt autē
die tertia dum cōpleret orationem benedi-
cens dñm dixit.Benedictū eſt nomen tuum
deus patrū noſtrorū:qui cū iratus fueris mi
ſericordiā facies, & in tēpore tribulationis
peccata dimittis his q̄ inuocāt te. Ad te dñe
faciē meā cōuerto: ad te oculos meos erigo.
Peto dñe ut de uinculo improperij huius ab
ſoluas me:aut certe deſup terrā eripias me.
Tu ſcis dñe quia nunq̄ concupiui uirum, &
mundam ſeruaui aīam meā ab omni cōcupi-
ſcentia.Nunq̄ cū ludētibus miſcui me:neq;
cū his q̄ in leuitate ambulāt participē me pre-
5 bui. ¶ Virū aūt cū timore tuo nō cū libidi-
ne mea cōſenſi ſuſcipere.Et aut ego indigna
fui illis:aut illi forſitā me nō fuerūt digni:q̄a
forſitā uiro alij cōſeruaſti me,Nō ē eñi ī hoīs

poteſtate conſiliũ tuũ.Hoc aũt pro certo ha
bet oĩs qui colit te:quia uita eius ſi in proba
tione fuerit coronabitur:ſi aũt in tribulatiõe
fuerit liberabitur:& ſi in corruptiõe fuerit:
ad miſericordiã tuã uenire licebit.Nõ eñi de
lectaris i pditionib⁹ nr̃is:quia poſt tẽpeſtatẽ
tranquillũ facis,& poſt lachrymationem,&
fletũ exultationẽ infundis. Sit nomẽ tuũ de⁹
6 Iſrael benedictũ in ſæcula. ℭIn illo tẽpore
exauditæ ſunt præces amborũ in conſpectu
gloriæ ſummi dei,& miſſus eſt angelus do-
mini ſanctus Raphael ut curaret eos ambos:
quorum uno tempore ſunt orationes in conſ
ſpectu domini recitatæ.

Capitulum. 4.

1 IGitur cũ Thobiáh putaret ora-
tionẽ ſuam exaudiri:ut mori po
tuiſſet:uocauit ad ſe Thobiáh,
filiũ ſuum : dixitq́ʒ ei. Audi fili
mi uerba oris mei:et ea in corde
tuo quaſi fundamentũ conſtrue.Cum acce-
perit de⁹ aiam meã:corpus meũ ſepeli:& ho-
norẽ habebis matri tuæ oibus dieb⁹ uitæ ei⁹.
Memor eñi eſſe debes quæ,& quanta pericu
la paſſa ſit propter te in uetro ſuo. Cũ aũt &
ipſa cõpleuerit tempus uitæ ſuæ: ſepelias eã
circa me.Omnibus aũt dieb⁹ uitæ tuæ in mẽ
te habeto deũ,& caue ne aliquando peccato
cõſentias,& prætermittas pcepta dei noſtri.
Ex ſubſtãtia tua fac eleemoſynã: & noli auer
tere faciem tuã ab ullo paupere. Ita eñi fiet:
ut nec à te auertat̃ facies dñi.Quomõ potue
2 ris ita eſto miſericors. ℭSi ml'tũ tibi fuerit:
abundanter tribue:ſi exiguũ tibi fuerit:etiã
exiguũ libẽter impertiri ſtude.Præmiũ eñi bo
nũ tibi theſaurizas i die neceſſitatis: qm̃ elee
moſyna ab omni Peccato & à morte liberat
& nõ patiet̃ aiam ire in tenebras.Fiducia ma
gna erit corã ſummo deo eleemoſyna omni-
3 bus facientib⁹ eã. ℭAttẽde tibi fili ab omni
fornicatione:& pter uxorẽ tuã nunq́ʒ patia-
ris crimen ſcire.Superbiã nunq́ʒ in tuo ſenſu
aut in tuo uerbo dñari pmittas.In ipa eñi ini
tiũ ſumpſit oĩs perditio.Quicũq́ʒ tibi aliqd
operat⁹ fuerit:ſtatim ei mercedẽ reſtitue:&
merces mercenarij tui apd' te oĩno non rema
neat.Quod ab alio oderis fieri tibi: uide ne
4 tu aliqũ alteri facias: ℭPanẽ tuũ cũ eſuriẽ-
tib⁹,& egẽtib⁹ comedẽ:& de ueſtimẽtis tuis
nudos tẽge.Panẽ tuũ,& uinũ tuũ ſup ſepul-
turã iuſti cõſtitue,& noli ex eo mãducare,et
bibere cũ pctõrib⁹.Cõſiliũ ſemp à ſapiẽte p-
quire.Oĩ tpe bñdic deũ:& pete ab eo ut uias
tuas dirigat,et oĩa cõſilia tua i ipo pmaneãt.
5 ℭIndico etiã tibi fili mi dediſſe me decẽ ta
lẽta argẽti dũ infantulus eẽs Gabelo in Ra-
ges ciuitate Medorũ: & chyrographũ eius
apud me habeo.Et ideo pergre quõ ad eũ p-
uenias,& recipias ab eo ſupra memoratũ põ
dus argẽti,& reſtituas ei chirographũ ſuũ.
Noli timere fili mi.Pauperẽ quidẽ uitã geri-
mus:ſed multa bona habebim⁹ ſi timuerim⁹
deũ,& receſſerimus ab oĩ pctõ:& fecerimus
bene.

Capitulum. 5.

1 TVnc rñdit Thobiáh pr̃i ſuo
et dixit.Oĩa q̃cũq́ʒ pcepiſti
mihi faciã pr̃. Quõ aũt pe-
cuniã hãc reqrã:ignoro.Il-
le me neſcit:& ego eũ igno
ro.Qd' ſignũ dabo ei. Sed
neq́ʒ uiã p quã pgat̃ illuc aliqñ cognoui.Tũc
pr̃ ſuus rñdit illi:& dixit. Chirographũ qdẽ
illi⁹ apud me habeo:qd' dũ illi oñderis ſtatim
reſtituet.Sed perge nũc & inqre tibi aliquẽ
fidelẽ uirũ:q eat tecũ ſalua mercede ſua dũ
2 adhuc uiuo:ut recipias eã ℭTunc egreſſus
Thobiáh inuenit iuuenẽ ſplẽdidũ ſtãtẽ pcin-
ctũ:& quaſi paratũ ad ambulãdũ.Et ignorãs
q angel⁹ dei eẽt:ſalutauit eũ:& dixit. Vñ te
habem⁹ bone iuuenis.At ille rñdit.Ex filijs Iſ
rael.Et Thobiáh dixit ei.Noſti uiã q̃ ducit in
regionẽ Medorũ,Cui rñdit.Noui:& oĩa itine
ra ei⁹ frequẽter ãbulaui,& mãſi apd' Gabe-
lũ fratrẽ nr̃m q morat̃ i Rages ciuitate Medo
rũ:q̃ poſita eſt in mõte Egbathanis. Cui Tho
biáh ait.Suſtine me obſecro donec hæc ipſa
3 nunciẽ pr̃i meo. ℭTũc igreſſus Thobiáh in
dicãuit uniuerſa hęc pr̃i ſuo.Sup qua ãmira-
tus pr̃ rogauit ut itroiret ad eũ.Ingreſſ⁹ itaq́ʒ
ſalutauit eũ,& dixit.Gaudiũ tibi ſit ſemper
Et ait Thobiáh.Quale gaudiũ mihi erit qi te
nebris ſedeo,& lumẽ cœli non uideo.Cui ait
iuuenis.Forti aĩo eſto:i pximo eſt ut à deo cu
reris.Dixit itaq́ʒ illi Thobiáh:Nunqd poteris
pducere filiũ meũ ad Gabelũ i Rages ciuita
tẽ Medorũ?Et cũ redieris reſtituã tibi merce
4 dẽ tuã. ℭEt dixit ei ãgel⁹.Ego ducã,et re-
ducã cũ ad te.Cui Thobiáh rñdit. Rogo te.
Indica mihi de qua domo aut de qua tribu es
tu.Cui Raphael ãgel⁹ dixit.Gen⁹ q̃ris merce
narij:an ipſum mercenariũ q cũ filio tuo eat?
Sed ne forte ſollicitũ te reddã:ego ſũ Haza-
riáh Chananiáh magni fili⁹.Et Thobiáh rñdit
Ex magno gñe es tu.Sed peto ne iraſcaris q
5 uolueri cognoſcere gen⁹ tuũ. ℭDixit ãt illi
angelus.Ego ſanum ducam,et ſanum tibi re
ddcam filium tuum Reſpõndens autem Tho
biáh ait.Bñ ãbuletis:& ſit dñs in itinere ue-

ſtro:& angelus eius comitetur nobiſcũ. Tũc
paratis oibus, quę erãt in uia portanda fecit
Thobiáh uale patri ſuo, & matri ſuæ: & am-
6 bulauerũt ambo ſimul. ℂ Cũq; profecti eſ-
ſent: cœpit mater eius flere, & dicere. Bacu-
lũ ſeuectutis noſtræ tuliſti, & tranſmiſiſti à
nobis. Nunq; fuiſſet ipſa pecunia ꝑ qua miſi
ſti eũ. Sufficiebat nobis paupertas nr̃a: ut di
uitias cõputaremus hic quod uidebamus fi
liũ noſtrum. Dixitq; ei Thobiáh, Noli flere.
Saluus peruenict filius noſter: & ſalu⁹ reuer
tetur ad nos: & oculi tui uidebunt illum. Cre
do enim ꝙ angelus dei bonus comitetur ei:
& bene diſponat oia quæ circa eũ geruntur:
ita ut cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hãc
uocem ceſſauit mater eius flere: & tacuit.

Capitulum. 6.

1 PRofectus eſt autem Thobiáh,
& canis ſecutus eſt eũ: & man-
ſit prima manſione iuxta flu-
uium tigris. Et exiuit ut laua-
ret pedes ſuos. Et ecce piſcis im
manis exiuit ad deuorandum
eũ. Quẽ expaueſcẽs Thobiáh clamauit uoce
2 magna: dicens. Dñe ſuadit me. ℂ Et dixit ei
angel⁹. Apprehẽde branciã eius: & trahe eũ
ad te. Qd cũ feciſſet: attraxit eũ in ſiccũ, &
palpitare cœpit ante pedes eius. Tũc dixit ei
angelus. Exẽtera hũc piſcẽ. & cor ei⁹, & fel
& iecur repone tibi. Sunt eñ hæc neceſſaria
ad medicamẽta utiliter. Qd cũ feciſſet: aſſa-
uit carnes ei⁹: & ſecũ ſuſtulerũt in uia: cæte
ra ſalierũt q̃ ſufficerent eis quouſq; peruení
3 rẽt in Rages ciuitatem Medorũ. ℂ Tunc in-
terrogauit Thobiáh angelũ: & dixit ei. Ob-
ſecro te Hazariáh frater: ut dicas mihi quod
remedium habebunt iſta quæ de piſce ſerua
re iuſſiſti. Et reſpondẽs angelus: dixit ei. Cor
dis eius particulã ſi ſuper carbones ponas:
fumus eius extricat omne genus dæmonio-
rum ſiue à uiro, ſiue à muliere: ita ut ultra nõ
accedat ad eos. Et fel ualet ad ungẽdos ocu-
los in quibus fuerit albugo: & ſanabuntur.
4 ℂ Et dixit ei Tobiáh. Vbi uis ut maneam?
Reſponditq; angelus ait. Eſt hic Rehuel uir
nomine propinquus, de tribu tua, & hic ha-
bet filiam nomine Sarah, ſed neq; maſculum
neq; fœminam ullam habet aliam præter eã.
Tibi debetur omnis ſubſtantia eius & opor-
tet eam te accipere coniugem. Pete ergo eã
à patre eius: & dabit tibi eam in uxorem.
5 ℂ Tunc reſpondit Thobiah, & dixit. Audio
ğa tradita eſt ſeptẽ uiris: & mortui ſunt. Sed
& hoc audiui: ğa dæmoniũ occidit illos. Ti-
meo ergo ne forte & mihi hæc eueniãt, & cũ
ſim unicus parentibus meis deponam ſene-
ctutẽ illorũ cũ triſtitia ad inferos. ℂ Tũc an
6 gelus Raphael dixit ei. Audi me: & oſtendã
tibi qui ſunt quibus præualere poteſt dæmo
niũ. Hi namq; qui coniugiũ ita ſuſcipiunt ut
deum à ſe, & à ſua mente excludant: & ſuæ li
bidini ita uacent ſicut equus & mulus quib⁹
nõ eſt intellectus: habet poteſtatẽ dæmoniũ
ſuper eos. Tu autem cũ acceperis eã: ingreſ
ſus cubiculũ per tres dies continens eſto ab
ea: & nihil aliud niſi orationibus uacabis cũ
ea. Ipſa aũt nocte incenſo iecore piſcis fuga
bitur dæmoniũ. Secunda uero nocte in copu
latione ſanctorum patriarcharũ admitteris.
Tertia autem nocte benedictionẽ conſeque-
ris: ut filij ex uobis procreentur incolumes.
Tranſacta autem tertia nocte accipies uirgi-
nẽ cũ timore domini: amore filiorum magis
q̃ libidinis ductus: ut in ſemine Abrahæ be-
nedictionem in filijs conſequaris.

Capitulum. 7.

1 INgreſſi ſunt autẽ ad Rehuelẽ:
& ſuſcepit eos Rehuel cũ gau
dio. Intuenſq; Thobiah Rehuel
dixit Channæ uxori ſuæ. Quã
ſimilis eſt iuuenis iſte conſobri
no meo. Et cũ hæc dixiſſet: ait.
Vnde eſtis iuuenes fratres noſtri? At illi dixe
runt. Ex tribu Naptali ſumu⁹ ex captiuitate
Niniueh. Dixitq; illis Rehuel. Noſtis Thobiah
2 fratrẽ meũ? Qui dixerunt. Nouimus. ℂ Cũ-
q; multa bona loqueretur de eo, dixit angel⁹
ad Rehuelem. Thobiah, de quo iterrogas pa
ter iſtius eſt. Et miſit ſe Rehuel & cũ lachry-
mis oſculatus eſt eum. Et plorans ſupra collũ
eius dixit: Benedictio ſit tibi fili mi: quia bo-
ni & optimi uiri fili⁹ es. Et Channah uxor ei⁹
3 & Sarah ipſorũ filia lachrymatæ ſũt. ℂ Poſt
q̃ aũt locuti ſunt ꝑcepit Rehuel occidi arie-
tem: & parari cõuiuiũ. Cũq; hortaretũ eos diſ
cũbere ad prandiũ: Thobiah, dixit. Hic ego
hodie non manducabo neq; bibam niſi prius
petitionẽ meã confirmes: et promittas mihi
4 dare Saram filiã tuam. ℂ Quo audito uerbo
Rehuel expauit ſciens quid euenerit illis ſe-
ptem uiris: qui ingreſſi ſunt ad eam: & time-
re cœpit, ne forte & huic ſilr cõtigeret. Et cũ
nutaret & nõ daret petẽti ullũ rñſum: dixit ei
angel⁹. Noli timere dare eã illi: qm̃ huic timẽ
ti deũ debetũ cõiũx filia tua. Propterea ali⁹ nõ
5 potuit hẽre illã. ℂ Tũc dixit Rehuel. Nõ du-

bito q̄ deus preces,& lachrymas meas ĩ cō-
ſpectu ſuo admiſerit.Et credo qm̄ ideo fecit
uos uenire ad me:ut & iſta cōiungeretur co-
gnationi ſuæ:ſecūdū legē Moſch.Et nūc uo
li dubiū gerere:quod tibi eā tradā.Et appræ
hendēs dexterā filiæ ſuæ:dexteræ Thobiáh,
tradidit dicens.Deus Abrahā,& de' Iſchác,
& deus Iahacób nobiſcū ſit:& ipſe cōiūgat
uos,impleatq; benedictionē ſuam in uobis.
6 ℂEt accepta charta fecerūt conſcriptionē
cōiugij.Et poſt hæc epulati ſunt bn̄dicentes
deum.Vocauitq; Rehuel ad ſe Chaunáh uxo
rē ſuā,& p̄cepit ei:ut p̄paret alterū cubicu-
lū.Et introduxit illuc Sarā filiā ſuā:& lachry
mata eſt.Dixitq; ei. Forti aīo eſto filia mea.
Dn̄s cœli det tibi gaudiū:pro tædio qđ per-
peſſa es.

Capitulum. 8.

1 POſtq; uero cœnauerūt:itro-
duxerūt iuuenē ad eam. Re
cordatus itaq; Thobiáh ſer
monū āgeli ꝓtulit de caſſi-
dili ſuo partē iecoris poſuit
q; eā ſuper carbones uiuos.
Tūc Raphael angel' app̄hē-
dit dæmoniū & religauit illud in deſerto ſu
perioris Aegypti.Tunc hortatus eſt uirginē
Thobiáh:dixitq; ei Saráh exurge & dep̄ce-
mur deū hodie,& cras,& ſcđm cras: q̄a his
trib' noctib' deo iūgimur:tertia aūt trāſacta
nocte in nr̄o erim' cōiugio.Filij q̄ppe ſancto
rū ſum',& nō poſſum' ita cōiungi ſicut gen
2 tes q̄ ignorant deū. ℂSurgētes aūt pariter
inſtāter orabāt ambo ſimul: ut ſanitas daret̄
eis.Dixitq; Thobiáh.Dn̄e deus patrū noſtro
rū bn̄dicāt te cœli,et terra,& mare,& fōtes,
& flumina,& oēs creaturæ tuæ q̄ in eis ſunt.
Tu feciſti Adā de limo terræ,dediſtiq; ei ad-
iutoriū Chauuā.Et nūc dn̄e tu ſcis q̄a non lu
xuriæ cā accipio ſororē meā cōiugē:ſed ſola
poſteritatis dilectiōe:ĩ qua bn̄dicat̄ nomē tu
3 um in ſæcula ſeculorum. ℂDixit itaq; Sa-
ráh. Miſerere nobis, domine miſerere no-
bis:& conſeneſcamus ambo' pariter ſani.Et
factum eſt circa pullorum cantum accerſiri
iuſſit Rehuel ſeruos ſuos:& abierūt cū eo pa
riter ut foderēt ſepulchrū. Dicebat eīm ne ſi
mili mō eueniret ei:quo et cæteris alijs ſeptē
4 uiris q̄ ſunt igreſſi ad eā. ℂCūq; paraſſent
foſſam:reuerſ' Rehuel ad uxorē ſuā dixit ei.
Mitte unā ex āċillis tuis:& uideat ſi mortu'
eſt:ut ſepeliā eū anteq; illuceſcat.At illa miſit
unā ex āċillis ſuis.Quæ igreſſa cubiculū rep
perit eos ſaluos:& icolumes.ſecū p̄iter dor-
miētes.Et reuerſa nūciauit bonū nunciū.Et
bn̄dixerūt dn̄m:Rehuel uidelicet, & Chau-
5 nah uxor ei':& dixerūt. ℂBn̄dicim' te dn̄e
de' Iſraél:quia nō cōtigit nobis quēadmodū
putabam'.Feciſti ei nobiſcū miām tuā,& ex
cluſiſti à nobis inimicū p̄ſequentē nos.Miſer
tus es aūt duob' unicis.Fac eos dn̄e pleni' bn̄
dicere te:& ſacrificiū laudis tuæ,& ſuæ ſani
tatis offerre ut cognoſcat uniuerſitas gētiū:
q̄a tu es de' ſol' ĩ uniuerſa terra.Statimq; p̄ce
pit ſeruis ſuis Rehuel ut replerēt terra foſſā
quā fecerant:priuſq; eluceſceret.Vxori autē
ſuæ,dixit ut inſtrueret cōuiuiū: & p̄pararet
oīa q̄ in cibos erāt iter agētib' neceſſaria.Du
as quoq; pingues uaccas & quatuor arietes
occidi fecit:& parari epulas oīb' uicinis ſuis
cūctiſq; amicis.Et adiurauit Rehuel Thobiáh
ut duas hebdomadas moraret̄ apud eū. De
oīb' aūt q̄ poſſidebat Rahuel dimidiā ptē de
dit Thobiæ,& fecit hāc ſcripturā ut pars di
midia quæ ſupererat poſt obitū coꝝ Thobię
dn̄o deueniret.

Capitulum. 9.

1 TVnc uocauit Thobiáh āgelū ad ſe
quē quidē hoiem æſtimabat:dixit
& ei.Hazariáh fr̄: peto ut auſcul
tes uerba mea.Si meip̄m tradā ti-
bi ſeruū:nō ero cōdign' puidētiæ
tuæ.Tn̄ obſecro te ut aſſumas tibi aīalia ſiue
ſeruitia:& uadas ad Gabelū in Rages ciuita
tē Medoꝝ:reddaſq;,& chirographū ſuū, &
recipies ab eo pecuniā:& roges eū uenire ad
nuptias meas.Scis eīm ip̄e qm̄ numerat pater
me' dies.Et ſi tardauero una die pl' cōtriſtat̄
aīa eius.Et certe uides quō adiurauit me Re-
huel cui' adiuramentū ſpernere non poſſum.
2 ℂTunc Raphael aſſumēs quatuor ex ſeruis
Rehuelis,et duos camelos ĩ Rages ciuitatē
Medorū perexit.Et inueniēs Gabelū dedit ei
chirographū ſuū:& recępit oēm pecuniam.
Indicauitq; ei de Thobiáh filio Thobiæ oīa q̄
geſta ſuut:fecitq; eū ſecū uenire ad nuptias.
3 ℂCūq; ingreſſus eſſet domū Rehuelis:inue
nit Thobiáh diſcūbentē:& exiliens oſculati
ſunt ſe inuicem.Et fleuit Gabelus:benedixit
q; deū:& dicit.Benedicat te deus Iſraél, q̄a
fili' es optimi uiri,& iuſti,& timētis deū, &
eleemoſynas facientis. Et dicat̄ benedictio
ſuper uxorē tuam & ſuper parentes ueſtros:
& uideatis filios ueſtros:& filios filiorū ue
ſtrorum uſq; in tertiam & quartam genera-
tionem:& ſit ſemen ueſtrum benedictū à deo
Iſraél,qui regnat in ſæcula ſæculorū.Cumq;
oēs dixiſſent amē:acceſſerūt ad cōuiuiū.Sed
cū timore dn̄i nuptiarū conuiuiū exercebāt.

Capitulum.10.

1 CVm uero moras faceret Thobiáh,
cauſa nuptiarum, ſollicitꝰ erat pa
ter eiꝰ Thobiáh, dicẽs. Putas qua
re moratur filius meus aut quare
detentus eſt ibi? Putas ne Gabe-
lus mortuꝰ eſt, & nemo reddat ſibi pecuniã?
Cœpit autem cõtriſtari nimis ipſe & Chan-
nah uxor eius cũ eo. Et cœperũt ambo ſimul
flere eo ꝙ die ſtatuto minime reuerteretur fi-
2 lius eorũ ad eos. ❡Flebat igitur mater eius
irremediabilibus lachrymis, atq; dicebat.
Heu me fili mi: ut quid te miſimus peregri-
nari, lumen oculorũ noſtrorum, baculum ſene
ctutis noſtræ, ſolatiũ uitæ noſtræ, ſpes poſte
ritatis nr̃æ? Oĩa ſimul ĩ te uno habẽtes te nõ
debuimꝰ dimittere à nobis. Cui dicebat Tho
biáh. Tace, noli turbari. Sanus eſt filiꝰ noſter.
Satis fidelis eſt uir ille cũ quo miſimus eũ.
3 ❡Illa aũt nullo modo cõſolari poterat, ſed
quotidie exiliẽs circũſpiciebat & circuibat
uias oẽs p quas ſpes remeãdi uidebatur ut p
cul uideret eũ, ſi fieri poſſet uenientẽ. At ue
ro Rehuél dicebat ad generũ ſuũ. Mane hic,
& ego mittam nuncíũ ſalutis de te ad Tho-
biáh patrẽ tuũ. Cui Thobiáh ait. Ego noui
ga pater meus & mater mea mõ dies compu
tant, & cruciatur ſpũs eorum in ipſis. Cũq; uer
bis multis rogaret Rehuél Thobiam, & ille
eũ nulla rõne uellet audire, tradidit ei Sarã
& dimidiã partẽ oĩs ſubſtãtiæ ſuæ in pueris,
in puellis, in pecudibꝰ, in camelis, & in uac-
cis, & pecunia multa, & ſaluum atq; gaudẽ
4 tem dimiſit eum à ſe, dicens. ❡Angelus do
mini ſanctus ſit in itinere ueſtro, perducatq;
uos incolumes, & inueniatis oĩa recte circa
parentes ueſtros, & uideant oculi mei filios
ueſtros priuſq; moriar. Et appræhẽdẽtes pa
rentes filiam ſuam, oſculati ſunt eam, & dimi
ſerunt ire monẽtes eã honorare ſoceros, di-
ligere maritũ, regere familiam, gubernare
domum, & ſeipſam irrepræhenſibilem ex-
hibere.

Capitulum.11.

1 CVmq; reuerterentur peruenerũt
ad Charã quæ eſt in medio itine-
re contra Niniuéh undecimo die.
Dixitq; angelus. Thobiáh frater
ſcis quemadmodũ reliquiſti patrẽ tuum. Si
placet itaq; tibi præcedamus, & lento gra-
du inſequantur iter noſtrum familiæ ſimul
cum coniuge tua, & cum animalibus. Cũq;
hoc placuiſſet ut irẽt, dixit Raphael ad Tho
biáh. Tolle tecũ ex felle piſcis, erit enim ne-
ceſſarium. Tulit itaq; Thobiáh, ex felle illo,
& abierunt. Channáh aũt ſedebat ſecus uiã
quotidie in ſupercilio montis unde reſpice
2 re poterat de longinquo. ❡Et dum ex eo-
dem loco ſpecularetur aduentum eius uidit
à longe & ilico cognouit uenientem filium
ſuum currẽſq; nunciauit uiro ſuo dicens. Ec
ce uenit filius tuus. Dixitq; Raphael ad Tho
3 biáh. ❡At ubi introieris domum tuam, ſta-
tim adora dñm deum tuũ, & gratias agens
ei, accede ad patrem tuum, & oſculare eum.
Statimq; line ſuper oculos eius ex felle iſto
piſcis, qđ portas tecum. Scias enim q̃m mox
aperientur oculi eius, & uidebit pater tuus
lumen cœli, & in aſpectu tuo gaudebit.
4 ❡Tunc præcucurrit canis q ſimul fuerat in
uia, & quaſi nuncius aduenìens blandimen
to ſuæ caudæ gaudebat. Et conſurgens cæcꝰ
pater cœpit offendens pedibus currere Et
data manu puero, occurrit in obuiam filio
ſuo. Et ſuſcipiens oſculatus eſt eum cũ uxo-
re ſua. Et cœperunt flere præ gaudio. Cũq;
adoraſſent deum, & gratias egiſſent, conſe
5 derũt. ❡Tunc ſumẽns Thobiáh de felle pi
ſcis liniuit oculos patri ſuo. Et ſuſtinuit qua
ſi dimidiam fere horam. Et cœpit albugo ex
oculis eiꝰ quaſi mẽbrana oui egredi. Quod
appræhendens Thobiáh traxit ab oculis eiꝰ,
ſtatimq; uiſum recæpit. Et glorificabãt deũ:
ipſe uidelicet & uxor eius, & oẽs qui ſciebãt
6 eũ. ❡Dicebatq; Thobiáh. Benedico te do-
mine deus Iſraél, quia tu caſtigaſti me, & tu
ſaluaſti me. Et ecce ego uideo Thobiáh fi-
7 lium meum. ❡Ingreſſa eſt etiã poſt ſeptem
dies Saráh uxor filij eius, & omnis familia,
& pecora ſana, & cameli & pecunia multa
uxoris ſed & illa pecunia quam recæperat
à Gabelo, & narrauit parẽtibus ſuis omnia
beneficia dei, quæ feciſſet circa eum per ho
minem qui eum duxerat. Venerũtq; Achior
& Nabath conſobrini Thobiæ, gaudentes
ad Thobiam, & congratulantes ei de omni-
bus bonis quæ circa illum oſtenderat deus.
Et per ſeptem dies epulantes omnes cũ gau
dio magno gauiſi ſunt.

Capitulum.12.

1 TVnc uocauit ad ſe Thobiáh filiũ
ſuum, dixitq; ei. Quid poſſumus
dare uiro iſti ſancto, qui uenit te-
cum? Reſpõdens Thobiáh, dixit
patri ſuo. Pater, quã mercedẽ da
bimus ei, aut quid dignũ poterit eſſe benefi
cijs eius? Me duxit & reduxit ſanũ, pecuniã
à Gabelo ipſe recæpi, uxorẽ ipſe me habere
fecit, & dæmoniũ ab ea ipſe cõpeſcuit, gau

dium parentib' eius fecit, meipſum à deuo
ratione piſcis eripuit, te quoq; uidere fecit
lumen cœli, & bonis oib' p eũ repleti ſum'?
Quid illi adhuc poterimus dignum dare.
2 ¶ Sed peto te pater mi, ut roges eũ ſi forte
dignabit̃ medietatẽ de oib' quæ allata ſunt
ſibi aſſumere. Et uocãtes eũ pr̃. ſ. & filius, ſu
lerũt eũ ĩ partẽ & rogare cœperũt, ut digna
retur dimidiã partẽ oĩm quæ attulerãt, acce
3 ptam habere. ¶ Tũc dixit eis occulte. Bene
dicite deũ cœli, & corã oĩbus uiuẽtib' con
fitemini ei, qa fecit nobiſcũ miſericordiam
ſuam. Etenim ſacramẽtũ regis abſcõdere bo
nũ eſt, opera aũt dei reuelare & confiteri ho
norificũ ẽ. Bona ẽ orõ cũ ieiunio & eleemo
ſyna, magis q̃ Theſauros auri recõdere. Qm̃
eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt quæ
purgat pctã & facit inuenire uitã æternam.
Qui aũt faciũt peccatũ & iniqtatem, hoſtes
4 ſunt aĩæ ſuæ. ¶ Manifeſto ergo uobisueri-
tatẽ, & nõ abſcondã à uobis occultũ ſermo
nem. Quãdo orabas cũ lachrymis, & ſepelie
bas mortuos, & derelinquebas prandiũ tuũ
& mortuos abſcõdebas p diẽ in domo tua,
& nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orõnem
tuã dño. Et qa accept' eras deo: neceſſe fuit
ut tentatio pbaret te. Et nũc miſit me dñs ut
curarẽ te, & Saráh uxorẽ filij tui à dæmonio
5 liberarẽ. ¶ Ego eñ ſum Raphaël angelus
unus ex ſeptẽ q aſtam' ante dñm. Cũq; hæc
audiſſent turbati ſunt, & trementes cecide
runt ſup terrã in faciẽ ſuã. Dixitq; eis ange-
lus. Pax uobis. Nolite timere. Etenĩ cũ eſſem
uobiſcũ p uolũtatẽ dei erã ipſum bñdicite &
cantate illi. Videbar qdẽ uobiſcũ mãducare
& bibere, ſed ego cibo inuiſibili, & potu qui
6 ab hoibus uideri nõ põt, utor. ¶ Tẽpus eſt
ergo ut reuertar ad eũ q me miſit, uos autẽ
benedicite deũ, & narrate oĩa mirabilia ei'.
Et cũ hæc dixiſſet, ab aſpectu eo℞ ablat' eſt,
& ultra eũ uidere non potuerũt. Tũc pſtrati
per horas tres i faciẽ bñdixerũt deũ. Et exur
gentes narrauerũt omnia mirabilia eius.

Capitulum. 13.

1 TPeriẽs aũt Thobiáh ſenior os
ſuũ bñdixit dñm, & dixit. Ma
gn' es dñe i æternũ, & ĩ oĩa ſæ
cula regnũ tuũ, qm̃ tu flagel-
las & ſaluas: deducis ad inferos
& reducis, & nõ eſt q effugiat
manũ tuã. Cõfitemini dño filij Iſraël, & ĩ cõ
ſpectũ gẽtiũ laudate eũ, qm̃ ideo diſpſit uos
inter gẽtes q̃ ignorãt eũ, ut uos enarretis mi
rabilia ei', & faciatis ſcire eos qa nõ eſt alius
deus oĩpotẽs pter eũ. Ipſe caſtigauit nos p-
pter iniqtates nr̃as, & ipſe ſaluabit nos pro-
2 pter miam ſuã. ¶ Aſpicite ergo q̃ fecit nobi
ſcũ, & cũ timore, & tremore cõfitemini illi,
regẽq; ſæculorũ exaltate in operib' ueſtris.
Ego aũt in terra captiuitatis meæ cõfitebor
illi, qm̃ oſtẽdit maieſtatẽ ſuã in gentem pec-
catricẽ. Conuertimini itaq; peccatores, & fa
cite iuſtitiã corã dño credentes qđ faciat uo
3 biſcũ miam ſuã. ¶ Ego aũt & anima mea in
eo lætabimur. Bñdicite dño oẽs electi ei' agi
te dies lætitiæ, & confitemini illi Ieruſaláim
ciuitas dei caſtigauit te dñs in operibus ma
nuũ tuarũ. Confitere dño in bonis tuis, &
benedic deũ ſæculorũ, ut reædificet in te ta-
bernaculũ ſuũ, & reuocet ad te oẽs captiuos
& gaudeas in oĩa ſæcula ſeculorũ. Luce ſplẽ
dida fulgebis, & oẽs fines terræ adorabunt
4 te. ¶ Natiões ex lõginquo ad te uenient, &
munera deferẽtes adorabũt in te dñm, & ter
rã tuã in ſãctificatiõe habebũt. Nomẽ eñ ma
gnũ inuocabũt in te. Maledicti erũt q cõtem
pſerint te, & condẽnati erunt oẽs q blaſphe
mauerint te, benedictiq; erũt q ædificauerĩt
te. Tu aũt lætaberis in filijs tuis, qm̃ oẽs bene
5 dicentur, & cõgregabuntur ad dñm. ¶ Bea
ti oẽs qui diligũt te, & qui gaudent ſup pace
tua. Anima mea benedic dñm, qm̃ liberauit
Ieruſaláim ciuitatẽ ſuã à cunctis tribulatiõi-
bus eius, dñs de' noſter. Beat' ero, ſi fuerint
reliquiæ ſeminis mei ad uidendã claritatẽ Ie
ruſaláim. Portæ Ieruſalãi, ex ſaphyro, & ſma
ragdo ædificabunt, & ex lapide pcioſo oĩs
circuitus murorũ eius. Ex lapide candido, et
mũdo oẽs plateæ ei' ſternent, & p uicos eius
halleluiáh cãtabitur. Bñdict' dñs q exaltauit
eã, ut ſit regnũ eius in ſæcula ſeculorũ ſuper
eam. Amẽn.

Capitulum. 14.

1 ET conſummati ſunt ſermones
Thobiáh. Et poſtq̃ illuminat'
eſt Thobiáh uixit ãnis quadra
ginta duob', & uidit filios ne-
potũ ſuorũ. Cõpletis itaq; ãnis
cẽtũ duob', ſepult' eſt honorifi
ce in Niueéh. Quinquaginta naq;, & ſex an-
norum lumen oculorũ amiſit: ſexagenari' ue
2 ro recæpit. ¶ Reliquũ uero uitæ ſuæ in gau
dio fuit, & cũ bono profectu, timoris dei per
rexit in pace. In hora autem mortis ſuæ uoca
uit ad ſe Thobiáh filium ſuum, & ſeptem iu-
uenes filios eius nepotes ſuos, dixitq; eis.
Prope erit interitus Niuuéh, Non enim ex-
cidit uerbum domini, & fratres noſtri qui

dispersi sunt à terra Israel reuertētur ad eã.
3 ¶ Oīs aūt deserta terra eius replebitur, &
domus dei quæ in ea incensa est iterū rędi-
ficabitur: ibiq́ reuertent oēs timentes deū.
Et relinquent gentes idola sua & uenient in
Ierusalaim, & inhabitabunt in ea, & gaude
bunt in ea omnes reges terræ adorãtes deū
4 Israel. ¶ Audite ergo filij mei: patrē uestrū.
Seruite dño in ueritate, & inquirite ut facia
tis quæ placita sunt illi & filijs uestris mãda
teis ut faciant iustitias & eleemosynas, ut sint
memores dei & benedicãt eum in omni tpe
5 in ueritate & in tota uirtute sua. ¶ Nūc er-
go filij audite me & nolite man re hic: sed
quocūq́ die sepelieritis matrē uestrã circa
me in uno sepulchro ex eo dirigite gressus
nr̃os, ut exatis hinc. Video enī quia iniqtas
eius finem dabit ei. Factū est autem post obi
tū matris suæ: Thobiah abscessit ex Niniueh,
cum uxore sua, & filijs & filiorū filijs & re-
uersus est ad soceros suos. Inuenitq́ eos inco
lumes in senectute bona, & curã eoꝝ gessit,
& ipse clausit oculos eorū, & omnem hære-
ditatem domus Rehuelis ipse percepit. Vi-
ditq́ quintam generationem filios filiorum
suorum Et cōpletis annis nonaginta & no-
uem in timore dñi cū gaudio sepelierunt eū.
Omnis autē cognatio eius & omnis genera
tio eius in bona uita & in sancta conuersatio
ne permãsit: ita ut accepti essent tam deo q̃
hominibus & cunctis habitantibus terram.

¶ Explicit liber Thobiãh.

¶ Incipit ꝓlogus in librū Iehudith.

1 APud Hebræos liber Iehudith
inter agyographa legitur: cu-
ius auctoritas ad roboranda il
la quæ in cōtētionem ueniūt:
minus idonea iudicatur. Chal
dæo tñ sermone conscriptus
inter hystorias computatur. Sed quia hūc li-
brum synodus nicena in numero sanctarum
scripturarū legitur cōputasse: acquieui po-
2 stulationi uestræ: immo exactioni & sepositis
tis occupationibus quibus uehemēter arta-
bar: huic unam lucubratiunculã dedi magis
sensum e sensu q̃ ex uerbo uerbum transfe-
rens. Multorum codicum uarietatem uicio-
sissimam amputaui: sola ea quæ intelligen-
tia integra in uerbis chaldæis inuenire po
tui. latinis expressi. Accipite Iehudith uiduã
castitatis exemplum, & triumphali laude p-
petuis eam præconijs declarate. Hanc enim
non solum fœminis: sed & uiris imitabilem
dedit qui castitatis eius remunerator uirtu-
tem ei talem tribuit: ut inuictū omnibus ho-
minibus uinceret: insuperabilem superaret.

¶ Explicit prologus in librum Iehudith.

¶ Incipit argumentum.

IEhudith uidua filia Mera-
ri de tribu Simhón magna
nimis in gloria, & uirorū
præstãtior: quæ in typo ec
clesiæ diabolū capite de-
trūcauit, nec formidauit
ꝓ salute populi mortē. nec furorem regium
trepidauit. Nam dormientem necauit princi
pem: saluoq́ pudore suis ciuibus triumpha-
lem uictoriam reportauit. Vixit annos cen-
tum quinq́: sepulta in speluca uiri sui Mena.
séh, ī Bethulia ciuitate, q̃ fuit in tribu Iehu-
da, inter Dotháim & Bahalmón.

¶ Explicit argumentum.

¶ INCIPIT LIBER IEHVDITH RECOGNITVS PER EVNDEM SANCTEM PAGNINVM LVCENSEM SACRAE THEOLOGIAE PROFESSO.

Capitulum. I.

1 ARpachsád itaq́
rex Medorum
subiugauerat
multas gentes
imperio suo, &
ipse ædificauit
ciuitatem potē
tissimã quã ap-
pellauit Egba-
tanis. Ex lapidi
bus quadratis,
& sectis fecit
muros eius, in altitudine cubitorum septua
ginta, & in latitudine triginta: turres uero
eius posuit in latitudine cubitorum cētum.
Per quadrum uero earum latus utrūq́ uice
norum pedū spatio tendebat. Posuitq́ por-
tas ei' in altitudine turrium, & gloriabatur
quasi potēs in potētia exercitus sui & ī glo
2 ria quadrigaꝝ suaꝝ. ¶ Anno igit̃ duodeci-
mo regni sui Nebuchadnesár rex Assyriorū
q regnabat in Niniuéh ciuitate magna: pu-
gnauit cōtra Arpachsád, & obtinuit eū ī cã-
po magno q appellat̃ Rigau, circa Eufraten
& Tigrim & Iadason in campo Erioch regis
Elicorum. Tūc exaltatū est regnū Nebucha
dnesár, & cor ei' eleuatū ē: & misit ad oēs q
habitabant in Cilicia & Dãmésec & Liba-
no, & ad gētes quæ sunt in Carmelo, & Ce
dar & inhabitantes Galil, in campo ma-

magno Eſdrelon, & ad oēs qui erant in Sema
riáh trās flumen Iardén uſq; ad Ieruſaláim, &
omnem terrā Ghóſen, quouſq; perueniat ad
montes Aethiopiæ. Ad hos omnes miſit nun-
cios Nebuchadneſár rex Aſſiriorum, qui oēs
uno animo contradixerunt, & remiſerūt eos
uacuos, ac ſine honore abiecerūt. Tūc indigna
tus Nebuchadneſár rex ad omnem terrā illā,
iurauit per thronū & regnū ſuum, q̄ defende 1
ret ſe de omnibus regionibus his.

Capitulum.2.

1 ANno tertiodecimo Nebuchadne
ſár regis uiceſima & ſecūda die
menſis primi factum eſt uerbum
in domo Nebuchadneſár regis
Aſſyriorū, ut defenderet ſe. Vo
cauitq; oēs maiores natu: oēſq; duces bella-
tores ſuos, & habuit cū eis myſterium conſilij
ſui. Dixitq; cogitationē ſuā in eo eſſe, ut oēm
terrā ſuo ſubiugaret imperio. Quod dictū cū
placuiſſet oibus: uocauit Nebuchadneſár rex
Holofernē principem militiæ ſuæ, & dixit ei.
Egredere aduerſum omne regnū occidentis,
& cōtra eos præcipue qui contēpſerunt impe
rium meū. Non parcet oculus tuus ulli regno:
2 oēmq; urbē munitā ſubiugabis mihi. ¶ Tūc
Holofernes uocauit duces & magiſtrat' uirtu
tis Aſſyriorū: & dinumerauit uiros in expedi-
tione ſicut p̄cepit ei rex cētum uiginti milia pe
ditum pugnatorū, & equites ſagittarios duo-
decim milia. Omnēq; expeditionem ſuam fecit
præire in multitudine innumerabiliū camelo
rum, cū his quæ exercitibus ſufficerent copio-
ſe: boum quoq; armenta, gregeſq; ouiū: quo-
rum non erat numerus. Frumentū ex omni Sy
ria in tranſitu ſuo parari conſtituit. Aurum ue-
ro & argentum de domo regis aſſumpſit mul
3 tum nimis. ¶ Et profectus eſt ipſe & oīs exer
citus cum quadrigis, & equitibus, & ſagitta-
rijs, qui cooperuerunt faciem terræ, ſicut locu
ſtæ. Cūq; pertranſiſſet fines Aſſyriorum, uenit
ad magnos mōtes Angæ qui ſunt à ſiniſtro Ci
liciæ: aſcenditq; omnia caſtella eorum: & obti
nuit omnem munitionem. Effregit autem ciui
tatem opinatiſſimā Melothi: prædauitq; om-
nes filios Tharſis, & filios Iſmahél, qui erant
contra faciem deſerti: & ad auſtrum terræ Ce
4 leon. ¶ Et tranſiuit Eufraten, & uenit in Me-
ſopotamiam, & fregit omnes ciuitates excel-
ſas quæ erant ibi à torrente Mambré uſque quo
perueniat ad mare: & occupauit terminos ei'
à Cilicia uſq; ad fines Iáphet qui ſūt ad auſtrū.
Abduxitq; oēs filios Midian, & prædauit om-
nem locupletationem eorum: oēſq; reſiſtentes
ſibi occidit in ore gladij. Et poſt hæc deſcendit
in campos Dāmeſec in diebus meſſis, & ſuccē
dit omnia ſata, omneſq; arbores, & uineas fe-
cit incidi. Et cecidit timor illius ſuper oēs inha-
bitantes terrarum.

Capitulum.3.

1 TVnc miſerunt legatos ſuos
uniuerſarum urbium ac pro-
uinciarū reges ac principes
Syriæ. ſ. et Meſopotamia: et
Syriæ Sobáh, et Libyæ atq;
Ciliciæ: qui uenientes ad Ho
lofernē dixerunt. Deſinat indignatio tua circa
nos. Melius eſt ēm̄ ut uiuentes ſeruiam' Nebu
chadneſár regi magno, et ſubditi ſimus tibi, q̄
morientes cū interitu noſtro ipſi ſeruitutis no
ſtræ damna patiamur. Oīs ciuitas noſtra oiſq;
poſſeſſio, omnes mōtes, & colles, & campi, &
armenta boum, gregeſq; ouium et caprarum,
equorūq;, & camelorum, & uniuerſæ faculta
tes noſtræ, atq; familiæ, in conſpectu tuo ſunt.
Sint omnia ſub lege tua. Nos etiam & filij no
ſtri ſerui tui ſumus. Veni nobis pacificus domi
nus, & utere ſeruitio noſtro ſicut placuerit ti-
2 bi. ¶ Tunc deſcendit de montibus cum equi-
tib' in uirtute magna, & obtinuit oēm ciuita
tē, & oēm inhabitantē terrā. De uniuerſis aūt
urbibus aſſumpſit ſibi auxiliarios uiros fortes
& electos ad bellū. Tantuſq; metus prouincijs
illis incubuit, ut uniuerſarū urbiū habitatores:
princeps & honorati ſimul cū populis exirent
in obuiā uenienti: excipiētes eū cū coronis, &
lāpadib', ducētes choros i tympanis, & tibijs.
3 ¶ Nec iſta tn̄ facientes, ferocitate ei' pecto-
ris mitigare potuerūt. Nā & ciuitates eorū de-
ſtruxit, & lucos eorū excidit. Præceperat ēm̄
illi Nebuchadneſar rex ut oēs deos terræ exter
minaret, uidelicet ut ipſe ſolus diceret deus ab
his nationib' q̄ potuiſſent Holofernis potētia
ſubiugari. Pertrāſiēs aūt Syriā Sobah, & om
nē Appamiā, oēmq; Meſopotamiam: uenit ad
Edomæos in terra Gibháh, accæpitq; ciuitates
eorū, et ſedit ibi p triginta dies. in quib' dieb'
adunari p̄cepit uniuerſum exercitum uirtutis
ſuæ.

Capitulum.4.

1 TVnc audiētes hæc filij Iſraél q
habitabāt terrā Iehudáh: time
runt ualde à facie eius. Tremor
etiā & horror inuaſit ſenſus eo
rū, ne hoc faceret Ieruſaláim et
tēplo dnī: qd' fecerat cæteris ci
2 uitatib' & tēplis eorū. ¶ Et miſerunt in oēm
Samariā per circuitū uſq; Iericho. & p̄occupa

uerūt omnes uertices montium. Et muris cir
cūdederunt uicos ſuos: & cōgregauerunt fru
menta in ꝑparationē pugnæ. Sacerdos etiam
Eliachim ſcripſit ad uniuerſos qui erant cōtra
Eſdrelón, q̄ eſt cōtra faciem cāpi magni iuxta
Dothaím, & uniuerſis per quos uiæ trāſit' eē
poterat: ut obtinerēt aſcēſ' mōtiū p quos uia eſ
ſe poterat ad Ieruſalāi, & illic cuſtodirēt ubi ā
3 guſtum iter eē poterat inter mōtes. ¶ Et fece
runt filij Iſraël, ſecūdum q̄ conſtituerat eis ſa
cerdos dñi Eliachím. Et clamauit omnis popu
lus ad dominū inſtantia magna, & humiliaue
runt animas ſuas in ieiunijs & orationibus ipſi
& mulieres eorum. Et induerūt ſe ſacerdotes
cilicijs, infantes proſtrauerunt contra faciem
tēpli domini, & altare domini operuerunt cili
4 cio. ¶ Et clamauerunt ad dominū deum Iſrl'
unanimiter: ne darētur in prædam infantes eo
rum, & uxores eorū in diuiſionē: & ciuitates
eorum in exterminiū, & ſancta eorum in pol
lutionem, & fierent in opprobrium gentibus.
Tunc Eliachim ſacerdos domini magn' circui
uit omnē Iſraël, allocutuſq; eſt eos dicens: Sci
tote quoniā exaudiet dominus preces ueſtras
ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & oratio
nibus in cōſpectu domini. Memores eſtote Mo
ſch ſerui domini: qui Hāmalēc confidentem in
uirtute ſua & in potētia ſua, & in exercitu ſuo
& in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & i equi
tibus ſuis, non ferro pugnādo, ſed precib' ſan
ctis orando deiecit. Sic erūt uniuerſi hoſtes Iſ
raël, ſi perſeueraueritis in hoc opere quod cœ
5 piſtis. ¶ Ad hanc igitur exhortationem eius
deprecantes dominū permanebant in conſpe
ctu domini: ita ut etiam hi qui offerebant domi
no holocauſta, præcincti cilicijs offerrēt ſacrifi
cia domino, & erat cinis ſupra capita eorū. Et
ex toto corde ſuo omnes orabant eum, ut uiſi
taret populum ſuum Iſraël.

Capitulum, 5.

1 DVnciatumq; eſt Holoferni principi
militiæ Aſſyriorum, q̄ filij Iſraël præ
pararent ſe ad reſiſtendum: ac mon
tium itinera concluſiſſent, & furore
nimio exarſit in iracundia magna. Vocauitq;
omēs principes Moáb, & duces Hammón, &
dixit eis. Dicite mihi: quis ſit populus iſte qui
montana obſidet, aut quæ & quales & quātæ
ſint ciuitates eorum, quæ etiam ſit uirtus eorū,
aut quæ ſit multitudo eorum, uel quis rex mi
litiæ illorum? & quare præ omnibus qui habi
tant in oriente iſti contēpſerūt nos, & nō exie
runt in obuiam nobis, ut ſuſciperent nos cum
2 pace? ¶ Tunc Achior dux omniū filiorū Ham
món reſpondens ait. Si digneris audire domi
ne, dicam ueritatem in conſpectu tuo de pplo
iſto qui in montanis habitat, & non egredie
tur uerbū falſum ex ore meo. Populus iſte ex
progenie Chaldæorum eſt. Hic primū in Meſo
potamia habitauit, quoniam noluerunt ſequi
deos patrum ſuorum qui erant in terra Chal
dæorum. Deſerentes itaq; cerimonias patrum
ſuorum quæ in multitudine deorum erāt unū
deum cœli coluerunt, qui et ꝑcepit eis, ut exi
3 rent inde, & habitarent in Charram. ¶ Cūq;
operuiſſent omnem terram fames, deſcende
runt in Aegyptum: illicq; per quadringentos
annos ſic multiplicati ſunt, ut dinumerari eo
rum non poſſet exercitus. Cūq; grauaſſet eos
rex Aegypti, atq; in ædificationibus urbium
ſuarum, i luto & latere ſubiugaſſet eos, clama
runt ad dominū ſuum, et percuſſit totam terrā
4 Aegypti plagis uarijs. ¶ Cūq; eieciſſent eos
Aegyptij à ſe, & ceſſaſſet plaga ab eis: & iterū
eos uellent capere, & ſuū ſeruitium reuocare:
fugientibus his deus cœli mare aperuit: ita ut
hinc inde aquæ quaſi murus ſolidarent̄, & iſti
pede ſicco fundū maris perambulādo trāſirēt.
In quo loco dum innumerabilis exercit' Aegy
ptiorū eos perſequeret̄ ita aquis coopert' eſt:
ut nō remaneret uel unus qui factum poſteris
nunciaret. Egreſſus etiam mare rubrum deſer
ta Sinái montis occurrerunt: in quibus nunq̄
homo habitare potuit uel filius homīs requie
uit. Illic fontes amari obdulcati ſunt eis ad bi
bēdū, & per annos quadraginta annonam de
5 cœlo conſecuti ſunt. ¶ Vbicūq; ingreſſi ſunt
ſine arcu & ſagitta: & abſq; ſcuto, & gladio:
deus eorum pugnauit ꝑ eis, & uicit. Et nō fuit
qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſſit
à cultu dñi dei ſui. Quotienſcūq; ꝑter ipm deū
ſuum alterū coluerūt dati ſunt in prædā, & in
gladium, & in opprobriū. Quotienſcūq; autē
pœnituerunt ſe receſſiſſe à cultura dei ſui, de
dit eis deus cœli uirtutem reſiſtendi. Deniq;
Chenahanæū regem, & Iebuſæū, & Perizæū
& Chittæum, & Euæum, & Emoræū: & omēs
potentes in Cheſbón proſtrauerunt, & terras
eorū, & ciuitates eorū, ipſi poſſederūt: & uſq;
dum non peccarent in cōſpectu dei ſui erāt cū
illis bona. Deus enī illorum odit iniquitatem.
Nā & ante hos annos cū receſſiſſent à uia quā
dederat illis deus ut ambularent in ea: extermi
nati ſunt prælijs à multis nationibus, & pluri
mi eorū captiui abducti ſunt in terram nō ſuā.
6 ¶ Nuper autem reuerſi ad dominū deū ſuum
ex diſperſione qua diſperſi fuerant, adunati
ſunt, & aſcenderunt montana, hæc omnia: &
iterum poſſident Ieruſaláim, ubi ſunt ſancta

ſanctorū.Nūc ergo mi dñe perquire ſi eſt ali
qua iniquitas eorū in cōſpectu dei eorū aſcē
damus ad illos:qm̄ tradēs tradet illos de⁹ eo
rū tibi:& ſubiugati erūt ſub iugo potentiæ
tuæ.Si uero nō eſt offenſio populi huius corā
deo ſuo nō poterimus reſiſtere illis,qm̄ deus
eorū defendet illos,& erim⁹ in opprobrium
7 uniuerſæ terræ. ¶ Et factū eſt cū ceſſaſſet lo
qui Achior uerba hæc irati ſunt oēs magna-
tes Holofernis,& cogitabāt interficere eū,
dicentes ad alterutrū.Quis eſt iſte qui filios
Iſraél poſſe dicat reſiſtere règi Nebuchadne
ſár,& exercitibus eius:homines inermes,&
ſine uirtute,& ſine peritia artis pugnæ? Vt
ergo agnoſcat Achior qm̄ fallit nos:aſcēde-
mus in mōtana,& cū capti fuerint potentes
eorū,tunc cum eiſdē gladio tranſuerberabi
tur,ut ſciat oīs gens qm̄ Nebuchadneſár de⁹
terræ eſt,& præter ipſum alius non eſt.

Capitulum.6.

1 FActū eſt aūt cū ceſſaſſet
loq,indignat⁹ Holofer
nes uehemēter:dixit ad
Achior. Qm̄ pphetaſti
nobis dicēs,qd gēs Iſ-
raél defendatur à deo
ſuo,ut oſtendā tibi,qm̄
nō eſt de⁹ niſi Nebucah
neſár:cū percuſſerimus eos oēs ſicut hoiem
unū,tūc & ipſe cū illis Aſſyriorū gladio inte
ribis,& oīs Iſraél tecū perditiōe diſperiet,
& probabis,qm̄ Nebuchadneſát dñs ſit uni-
2 uerſæ terræ. ¶ Tūcq; gladi⁹ militiæ meæ trā
ſiet per latera tua,& cōfixus cades inter uul
neratos Iſraél, & non reſpirabis ultra,do-
nec extermineris cū illis.Porrò aūt ſi pphe-
tiā tuā uerā exiſtimas non cōcidat uult⁹ tuus
& pallor q faciem tuā obtinet abſcedat à te,
ſi uerba mea hæc putas implere non poſſe.
3 ¶ Vt aūt noueris qa ſimul cū illis hæc expe
rieris:ecce ex hac hora illorū pplo ſociabe-
ris,ut dū dignas mei gladij pœnas exceperit
ipe ſimul ultiōi ſubiaceas.Tūc Holofernes p
cepit ſeruis ſuis,ut cōprǽhenderent Achior
& ducerēt eū in Bethuliā,& traderent eū in
manus filiorū Iſraél. Et accipiētes eum ſerui
Holofernis pfecti ſunt per cāpeſtria.Sed cū
appropinquaſſent ad montana:exierūt con-
tra eos fundibularij.Illi aūt diuertētes à late
re mōtis ligauerūt Achior ad arborē manib⁹
& pedib⁹,& ſic uinctū de reſtib⁹ dimiſerūt eū

4 ,& reuerſi ſūt ad dñm ſuū. ¶ Porrò filij Iſrl
deſcēdētes de Bethulia uenerūt ad eū. Quē
ſoluētes duxerūt ad Bethuliā,atq; in mediū
populi illū ſtatuentes,pcūctati ſunt quid re-
rū eſſet q illū uinctū Aſſyrij reliqſſent.In die
bus illis erāt illic principes Huzzijáh fili⁹ Mí
chah de tribu Simhón,& Charmi q & Hath-
niel.In medio itaq; ſeniorū in cōſpectu oīm
Achior dixit oīa q̃ locutus fuerat ab Holofer
ne interrogat⁹,& qualiter ppl's Holofernis
uoluiſſet,ppter hoc uerbū īterficere eum,&
quēadmodū ipſe Holofernes irat⁹ iuſſerit eū
Iſraelitis hac de cauſa tradi, ut dū uinceret
filios Iſraél tūc & ipſum Achior diuerſis iu-
beat interire ſupplicijs,ppter hoc qd dixiſ-
5 ſet deus cœli defēſor eorū ē. ¶ Cūq; Achior
uniuerſa hæc expoſuiſſet,oīs ppl's cecidit in
faciē adorātes dñm,& cū lamētatiōe, & fle
tu unanimes preces ſuas dño effuderunt,di-
cētes.Dñe deus cœli & terræ intuere ſuper-
biā eorū,& reſpice ad noſtrā humilitatem,et
faciē ſanctorū tuorū attende,& oſtende qm̄
nō derelinquis,pſumētes de te,& pſumētes
de ſe, & de ſua uirtute gloriātes humilias.Fi
nito itaq; fletu,& p totā diē oratione pplo-
rū cōpleta,cōſolati ſunt Achior dicētes.De⁹
patrū noſtrorū cui⁹ tu uirtutē pdicaſti, ipē ti
bi hanc dabit uiciſſitudinē,ut eorū magis tu
6 interitū uideas. ¶ Cū uero dñs deus nr̄ de-
derit hāc libertatem ſeruis ſuis,ſit & tecū de⁹
ī medio nr̄i,ut ſicut placuerit tibi, ita cū tuis
oībus cōuerſeris nobiſcū. Tunc Huzzijáh fi
nito cōſilio,ſuſcepit eū in domū ſuam, & fe
cit cœnā magnam.Et uocatis omnibus præ
ſbyteris ſimul expleto ieiunio refecerunt.
Poſtea uero conuocatus omnis populus per
totam noctem intra eccleſiam orauerunt,pe
tentes auxilium à deo Iſraél.

Capitulum.7.

1 HOlofernes autem alte-
ra die præcepit exerci-
tibus ſuis, ut aſcende-
rent contra Bethuliam.
Erāt autem pedites bel
latorum,centum uigin
ti milia,& equites xxij.
milia præter præpara-
tiones uirorum illorū quos occupauerat ca-
ptiuitas,& adducti fuerant de prouincijs,&
urbib⁹ uniuerſæ iuuētutis. Oēs parauerūt ſe
pariter ad pugnā cōtra filios Iſraél,& uene-

runt per crepidinẽ montis uſq; ad apicem,q
reſpicit ſuper Dothaim,à loco qui dicitur
Helma,uſq; ad Chelmõ,qui eſt cõtra Eſdre-
2 lon.¶Filij aũt Iſrael,ut uiderunt multitu-
dinem illorum ꝓſtrauerũt ſe ſuper terrã mit
tẽtes cinerem ſuꝑ capita ſua unanimes oran
tes,ut deus Iſrael miſericordiã ſuam oſtẽde
ret ſuper populum ſuũ. Et aſſumentes arma
ſua bellica:ſederũt ꝑ loca quæ anguſti itine
ris tramitẽ dirigũt inter montuoſa,& erant
3 cuſtodientes ea tota die & nocte. ¶Porrò
Holofernes dum circuit per gyrũ,repperit
ꝙ fons qui influebat aque ductum illorũ à
parte auſtrali extra ciuitatẽ dirigeret,& in
cidi præcepit aqueductũ illorũ. Erant tamẽ
non longe à muris fontes ex quibus furtim
uidebantur haurire aquã ad refocillandum
4 potius ꝗ̃ ad potandũ.¶Sed filij Hammón
& Moab acceſſerunt ad Holofernem,dicen
tes.Filij Iſrael non in lãcea,nec in ſagitta cõ
fidunt,ſed montes defendunt illos,& mu-
niunt illos colles in præcipitio cõſtituti. Vt
ergo ſine congreſſione pugnæ poſſis ſupera
re eos,pone cuſtodes fontium ut non hauri-
ant ex eis & ſine gladio interficies eos,uel
certe fatigati tradent ciuitatem ſuam quam
putant in mõtibus poſitam ſuperari nõ poſ-
ſe.Et placuerũt uerba hæc coram Holofer-
ne,& coram ſatellitibus eius.Et conſtituit ꝑ
gyrũ cẽtenarios ꝑ ſingulos fontes.Cũq; iſta
cuſtodia ꝑ dies uiginti fuiſſet expleta:defe-
cerunt ciſternæ,& collectiones aquarũ oĩb'
inhabitantibus Bethuliã ita ut nõ eſſet ĩtra
ciuitatem unde ſatiaretur uel una die:qm̃ ad
menſuram dabatur populis aqua quotidie.
5 ¶Tũc ad Huzziáh cõgregati oẽs uiri,fœ-
minæq; iuuenes & paruuli oẽs ſimul una uo
ce dixerũt.Iudicet deus inter nos & te:quo
niã feciſti inter nos mala:nolẽs loqui pacifi-
ce cũ Aſſyrijs.Et ꝓpter hoc uendidit nos de'
in manibus eorũ.Et ideo nõ eſt qui adiuuet
cũ ꝓſternamur ante oculos eorũ in ſiti, & in
6 perditione magna. ¶Et nunc congregate
uniuerſos qui in ciuitate ſunt ut ſponte tra
damus nos omnes populo Holofernis. Me-
lius eſt enim ut captiui benedicamus domi-
num uiuentes:ꝗ̃ moriamur & ſimus oppro
brium omni carni,cum uideamus uxores no
ſtras,& infantes nr̃os mori ante oculos no-
ſtros Conteſtamur hodie cœlum & terram
& deum patrum noſtrorum qui ulciſcitur
nos ſecundum peccata noſtra,ut iam trada-
tis ciuitatem in manu militiæ Holofernis:ut
ſit finis noſter breuis in ore gladij:qui lon-
7 gior efficitur in ariditate ſitis. ¶Et cũ hæc
dixiſſent factus eſt fletus , & ululatus ma-
gnus in eccleſia omnibus,& per multas ho-
ras una uoce clamauerunt ad deum dicẽtes.
Peccauimus cum patrib' noſtris:iniuſte egi-
mus:iniquitatem fecimus.Tu qui pi' es mi-
ſerere noſtri,& in tuo flagello uindica iniq-
tates noſtras,& noli tradere cõfitentes te po
pulo qui ignorat te,ut non dicant inter gen
8 tes,ubi eſt deus eorum? ¶Et cũ fatigati his
clamoribus,& his fletibus laſſati ſiluiſſent:
exurgens Huzzijáh infuſus lachrymis dixit.
Aequo animo eſtote frẽs,& hos quinq; dies
expectemus à dño miſericordiã.Forſitan eñ
indignationem ſuã abſcidet,& dabit gloriã
nomini ſuo.Si aũt tranſactis quinq; dieb' nõ
uenerit adiutoriũ:faciemus hæc uerba q̃ lo-
cuti eſtis.

Capitulum.8.

1 ET factũ eſt cum audiſſet
hæc uerba Iehudith ui-
dua,q̃ erat filia Merari fi
lij Idox:filij Ioſeph: filij
Huzzijáh, filij Elai, filij
Iãnor,filij Iedeõ,filij Ra
phoim, filij Achitob,fi
lij Malchijáh,filij Enan,
filij Nathaniáh , filij Sealthiel, filij Sim-
hóm',filij Reuben, & uir eius fuit Menaſ-
ſéh,qui mortuus eſt in diebus meſſis hordea
ceæ.Inſtabat enim ſuꝑ alligantes manipulos
ĩ cãpo,& uenit æſtus ſuper caput ei',& mor-
tu' eſt in Bethulía ciuitate ſua,& ſepult' eſt
2 illic cũ patribus ſuis. ¶Erat autẽ Iehudith
relicta eius uidua iam annis tribus, & men-
ſibus ſex.Et in ſuperioribus domus ſuæ fe-
cit ſibi ſecretũ cubiculũ ĩ quo cũ puellis ſuis
clauſa morabat,& habẽs ſuper lũbos ſuos ci
liciũ,ieiunabat oĩbus dieb',uitæ ſuæ præter
ſabbata,& neomenias,& feſta dom' Iſrael.
Erat aũt elegãti aſpectu nimis. Cui uir ſu' re
liq̃rat diuitias multas,& familiã copioſam,
ac poſſeſſiones armentis boũ,& gregib' oui
um plenas.Et erat hæc in oĩbus famoſiſſima,
qm̃ timebat dñm ualde:nec erat qui loquere
3 tur de illa uerbũ malũ. ¶Hæc itaq; cum au
diſſet,qm̃ Huzzijáh promiſiſſet ꝙ tranſacto
quinto die traderet ciuitatẽ,miſit ad preſby
teros Chabri,& Charmi.Et uenerũt ad illã,
& dixit illis.Qd' eſt hoc uerbũ ĩ quo cõſenſit
Huzzijah,ut tradat ciuitatẽ Aſſyrijs,ſi intra
quinq; dies nõ uenerit uobis adiutoriũ. Et q
eſtis uos qui tentatis dominũ? Nõ eſt iſte ſer
mo qui miſericordiam prouocet,ſed potius
qui iram excitet, & furorem accendat .Po-
ſuiſtis uos tempus miſerationis domini, &

4 in arbitriū ueſtrū diem conſtituiſtis ei. ¶ Sed
quia patiens dominus eſt in hoc ipſo pœniteā
mus: & indulgētiam eiꝰ fuſis lachrymis poſtu
lemus. Non enim quaſi homo deus ſic commi-
nabitur: neq; ſicut filius hoīs ad iracūdiam in-
flāmabitur. Et ideo humiliemus illi animas no
ſtras: & in ſpiritu conſtituti humiliato ſeruien
tes illi dicamus flentes domino: ut ſcd'm uolū
tatem ſuam ſic faciat nobiſcum cito miſericor
diam ſuā: ut ſicut conturbatum eſt cor noſtrū
in ſuperbia eorum, ita etiā de noſtra humilita-
te glorïemur: qm̄ non ſumus ſecuti peccata pa
trum noſtrorum, qui dereliquerunt deū ſuum
& adorauerunt deos alienos: pro quo ſcelere
dati ſunt in gladium, & ī rapinā: & in cōfuſio
nem inimicis ſuis. Nos autē alterū deū neſcimꝰ
præter ipſm. Expectemus humiles conſolatio-
nem eius: & exquiret ſanguinem noſtrū de af
flictionibus inimicorū noſtrorum: & humilia-
bit oēs gentes quecunq; inſurgunt cōtra nos, &
5 faciet illas ſine honore dn̄s deus noſter. ¶ Et
nunc fratres qm̄ uos qui eſtis preſbyteri in po
pulo dei, & ex uobis pendet aīa illorum ad elo
quium ueſtrū corda eorum erigite, ut memo-
res ſint quia tentati ſunt patres noſtri: ut ꝓba
rētur ſi uere colerent deum ſuū. Memores eſſe
debent quō pater noſter Abraham tentatꝰ eſt:
& per multas tribulationes ꝓbatꝰ dei amicus
effectus eſt. Sic Iſchác, ſic Iaha-ób, ſic Moſeh,
& oēs qui placuerunt deo per multas tribula-
tiones trāſierunt fideles. Illi aūt qui tētatiōes
non ſuſceperūt cū timore dn̄i: & impatientiā
ſuā, & improperiū murmurationis ſuæ contra
dn̄m ꝓtulerunt exterminati ſunt ab extermi-
natore, et à ſerpētibꝰ perierūt. Et nos ergo nō
ulciſcamur nos ꝓ his quæ patimur, ſed reputā
tes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora
eē flagella domini quaſi ſerui qui corripimur
ad emendationē, & non ad perditionē noſtrā
6 eueniſſe credamꝰ. ¶ Et dixerūt illi Huzziah
& preſbyteri. Omnia quæ locuta es uera ſunt:
& non eſt in ſermonibus tuis ulla reprehēſio.
Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier ſan
cta es, & timens deum. Et dixit illis Iehudith.
Sicut quod potui loqui dei eē cognoſcitis, ita
quod facere diſpoſui probate ſi ex deo eſt: &
orate ut firmum faciat deus conſilium meum.
Stabitis uos ad portā nocte iſta: & ego exeam
cum Abra mea: & orate, ut ſicut dixiſtis in die
bus quinq; reſpiciat dominus populum ſuum
7 Iſrael. ¶ Vos autē nolo ut ſcrutemini actum
meum: & uſq; dum renunciē uobis, nihil aliud
fiat niſi oratio pro me ad dominum deum no-
ſtrum. Et dixit ad eam Huzziah princeps Iehu
darꝝ. Vade in pace, & dominus ſit tecum in
ultionem inimicorum noſtrorum. Et reuerten-
tes abierunt.

Capitulum. 9.

1 QVibus abſcedentibus: Iehudith
ingreſſa eſt oratorium ſuum, Et
induēs ſe cilicio: poſuit cinerem
ſuper caput ſuum: & proſternēs
ſe domino clamabat ad dominū
dicens: Domine deus patris mei
Simhón, qui dediſti illi gladium in defenſionē
alienigenarꝝ: qui uiolatores extiterunt in coin
quinatione ſua: & denudauerunt femur uirgi
nis in confuſionem: & dediſti mulieres illorū
in prædam, & filias illorum in captiuitatē, &
oēm prædam in diuiſionem ſeruis tuis qui ze-
lauerunt zelum tuū: ſubueni queſo te domine
deus meus mihi uiduæ. Tu eīm feciſti priora, &
illa poſt illa cogitaſti: & hoc factum eſt qd' ipſe
uoluiſti. Oēs eīm uiæ tuæ paratæ ſunt, & tua
2 iudicia in tua prouidentia poſuiſti. ¶ Reſpice
caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut tunc caſtra Aegy
ptiorum uidere dignatus es: quando poſt ſer-
uos tuos armati currebant, cōfidentes in qua-
drigis, & in equitatu ſuo, & ī multitudine bel
latorum. Sed aſpexiſti ſuper caſtra eorꝝ, & te-
nebræ fatigauerūt eos. Tenuit pedes eorꝝ abyſ
ſus: & aquæ operuerunt eos. Sic fiāt & iſti do
mine, q confidunt in multitudine ſua, & in cur
ribus ſuis, & in cōtis, & in ſagittis ſuis, et in lā
ceis gloriātur, et neſciunt quia tu ipſe es deus
noſter qui conteris bella ab initio, et dominus
nomen eſt tibi. Erige brachium tuum ſicut ab
initio, et allide uirtutem eorum in uirtute tua.
Cadat uirtꝰ eorum in iracūdia tua: qui promit
tunt ſe uiolare ſancta tua, et polluere taberna-
culum nominis tui, et deiicere gladio ſuo cor-
3 nu altaris tui. ¶ Fac domine ut gladio ꝓprio
eius ſupbia amputetur. Capiatur laqueo ocu-
lorum ſuorum in me, et percuties eū ex labijs
charitatis meæ. Da mihi in animo conſtātiam,
ut contemnā illum: et uirtutem ut euertā illū.
Erit eīm hoc memoriale nominis tui, cum ma-
nus fœminæ deiecerit eum. Non enim in multi
tudine eſt uirtus tua domine neq; in equorum
uiribus uolūtas tua. Nec ſuperbi ab initio pla-
cuerunt tibi: ſed humilium et manſuetorū ſem
per tibi placuit deprecatio. Deus cœlorū crea-
tor aquarum, et dominꝰ totius creaturæ: exau
di me miſeram deprecantem: et de tua miſeri-
cordia præſumentem. Memento domine teſta
menti tui: et da uerbū in ore meo, & in corde
meo cōſiliū corrobora, ut domus tua in ſancti
ficatiōe permaneat: et omnes gētes agnoſcant
quia tu es deus, et non eſt alius præter te.

Capitulum. 10.

1 FActum eſt autem cum ceſſaſſet
clamare ad dominũ: ſurrexit de
loco in quo iacuerat pſtrata ad
dominũ. Vocauitq; Abrã ſuam.
Et deſcendens in domum ſuam
abſtulit à ſe cilicium: & exuit ſe
ueſtimẽtis uiduitatis ſuæ. Et lauit corpus ſuũ,
& unxit ſe myrrho optimo: & diſcriminauit cri
nem capitis ſui: & impoſuit mitrã ſuper caput
ſuũ: & induit ſe ueſtimentis iocunditatis ſuæ.
Induitq; ſandalia pedibus ſuis: aſſumpſitq; de-
xtra riola, & lilia & inaures & annulos: & om
2 nibus ornamentis ſuis ornauit ſe. ¶ Cui etiã
dñs contulit ſplendorem, quõ omnis iſta cõpo
ſitio non ex libidine, ſed ex uirtute pendebat,
& ideo dñs hanc illam pulchritudinem amplia
uit: ut incomparabili decore omniũ oculis ap-
pareret. Impoſuit itaq; Abræ ſuæ aſcopã uini,
& uas olei, & polentam, & palates, & panes,
3 & caſeum: & profecta eſt. ¶ Cũq; ueniſſent
ad portam ciuitatis inuenerunt expectantem
Huzziáh, & preſbyteros ciuitatis. Qui cum
uidiſſent eam: ſtupentes mirati ſunt nimis pul
chritudinem eius. Nihil tamen interrogantes
eam: dimiſerunt tranſire, dicentes: Deus pa-
trum noſtrorum det tibi gratiam, & omne cõ
ſilium tui cordis ſua uirtute corroboret & glo
rietur ſuper te Ieruſaláim: & ſit nomen tuum
in numero ſanctorum & iuſtorũ. Et dixerunt
4 hi qui illic erant oẽs una uoce: fiat fiat. ¶ Iehu
dith uero orans dominum, tranſiuit per por-
tas ipſa, & Abra eius. Factum eſt autem cũ de-
ſcenderet mõtem circa ortum diei: occurrerũt
ei exploratores Aſſiriorum, & tenuerunt eam
dicentes. Vnde uenis, aut quo uadis? Quæ re-
ſpondit. Filia ſum Hebræorum. Ideo ego fugi
à facie eorum: quoniã futurum agnoui ꝙ den
tur uobis in deprædationem: pro eo ꝙ contẽ-
nentes uos noluerunt tradere ſeipſos, ut inue-
nirent miſericordiam in conſpectu ueſtro. Hac
de cauſa cogitaui mecum dicens: Vadam ad fa
ciem principis Holofernis ut indicem illi ſecre
ta illorum: & oſtendã illi quo aditu poſſit obti
nere eos: ita ut non cadat uir unus de exercitu
5 eius. ¶ Et cum audiſſent uiri illi uerba ei⁹ con
ſiderabãt faciem eius, & erat in oculis eorum
ſtupor, quoniã pulchritudinem eius miraban-
tur nimis. Et dixerunt ad eã: Conſeruaſti ani-
mam tuam, eo ꝙ tale repperiſti conſilium, ut
deſcenderes ad dominum noſtrum. Hoc autẽ
ſcias, quoniã cum ſteteris in conſpectu ei⁹, be-
ne tibi faciet: & eris grātiſſima in corde eius.
Duxeruntq; illam ad tabernaculum Holofer-
6 nis nunciantes eam. ¶ Cumq; intraſſet ante
faciem eius, ſtatim captus eſt in ſuis oculis Ho
lofernes. Dixerũtq; ad eũ ſatellites ei⁹: Quis
contemnat populum Hebræorum qui tã deco
ras mulieres habent, ut non pro his merito pu
7 gnare contra eos debeamus? ¶ Videns itaq;
Iehudith Holofernẽ ſedẽtem in canopæo qd
erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapi
dibus precioſis intextum: & cum in faciẽ eius
intendiſſet, adorauit eum, pſternẽs ſe ſuper ter
ram, & eleuauerunt eã ſerui Holofernis iubẽ
te domino ſuo.

Capitulum. 11.

1 TVnc Holofernes dixit ei. Aequo
animo eſto: & noli pauere i cor
de tuo, quoniam ego nunq̃ no
cui uiro qui noluit ſeruire Ne-
buchadneſár regi. Populus au-
tem tuus ſi nõ contẽpſiſſet me,
non alleuaſſem lãceam meã ſuper eum. Nunc
autem dic mihi, qua ex cauſa receſſiſti ab illis,
2 & placuit tibi ut uenires ad nos? ¶ Et dixit il
li Iehudith. Sume uerba ancillæ tuæ, quoniã
ſi ſecutus fueris uerba ancillæ tuæ, perfectam
rem faciet dñs tecum. Viuit eñi Nabuchadne-
ſár rex terræ: & uiuit uirtus eius quæ eſt in te
ad correptionem omniũ animarũ errãtiũ, quo
niã non ſolũ hoĩes ſeruient illi per te, ſed & be
ſtiæ agri obtẽperãt illi. Nunciat̃ eñ animi tui
induſtria uniuerſis gẽtibus: & indicatũ eſt om
ni ſæculo, quoniã tu ſolus bonus, & potens es
in omni regno eius: & diſciplina tua omnibus
prouinciĳs prædicatur. Nec hoc latet quod lo-
cutus eſt Achior, nec illud ignoratur quod ei
iuſſeris euenire. Conſtat enim deum noſtrum
ſic peccatis offenſum, ut mandauerit per pphe
tas ſuos ad populum ꝙ tradet eum pro pecca-
tis ſuis. Et quoniam ſciunt ſe offendiſſe deum
ſuum filĳ Iſraël: tremor tuus ſuper ipſos eſt.
3 ¶ Inſuper etiã fames inuaſit eos, & ab aridi-
tate aquæ iã inter mortuos computãtur. De-
niq; hoc ordinant ut interficiãt pecora ſua, &
bibãt ſanguinem eorum: & ſancta domini ſui
quæ pcepit deus non contingi: in frumento ui
no & oleo hæc cogitauerunt impẽdere, & uo
lunt conſumere quæ nec manibus deberẽt cõ-
4 tingere. ¶ Ergo quoniã hæc faciunt certum
eſt ꝙ in perditionem dabuntur. Quod ego an
cilla tua cognoſcẽs fugi ab illis: & miſit me do
minus hæc ipſa nunciare tibi. Ego enim ancil-
la tua deum colo etiam nunc apud te, & exiet
ancilla tua, & orabo deum, & dicet mihi: quã
do eis reddat peccatum ſuum, & ueniens nũ-
ciabo tibi: ita ut ego adducam te per mediam

Ieruſaláim.Et habebis oēm populū Iſraél ſi
cut oues qbus nō eſt paſtor,& non latrabit
uel unus canis contra te:qm̄ hæc mihi dicta
ſunt per prouidentiam dei. Et qm̄ iratus eſt
illis deus hæc ipſa miſſa ſum nunciare tibi.
5 ¶Placuerūt antē oīa uerba hæc corā Holo
ferne,& coram pueris eius,& mirabans
tur ad ſapientiam eius,& dicebant alter ad
alterum. Non eſt talis mulier ſuper terram,
in aſpectu in pulchritudine,& i ſenſu uerbo
rum.Et dixit ad illā Holofernes.Bn̄fecit de⁹
qui miſit te ante populū:ut des illū tu in ma
nibus nr̄is.Et qm̄ bona eſt ꝓmiſſio tua:ſi fe
cerit mihi hoc deus tuus erit,& deus me⁹,
& tu in domo Nebuchadneſár,magnaleris,
& nomen tuū noīabit in uniuerſa terra.

Capitulum.12.

1 TVnc iuſſit eam introire ubi repo
ſiti erant theſauri eius,& iuſſit
illic manere eā,& cōſtituit qd da
retur illi de cōuiuio ſuo. Et reſpō
dit Iehudith,& dixit. Nūc nō po
tero manducare ex his q̄ mihi ꝑcipis tribui
ne ueniat ſup me offenſio.Ex his aūt quæ mi
2 hi detuli mādncabo. ¶Cui Holofernes ait.
Si defecerint tibi iſta quæ tecū detuliſti:qd
faciem⁹ tibi?Et dixit Iehudith.Viuit aīa tua
dn̄e,mi,qm̄ non expēdet oīa hæc ancilla tua:
donec faciat deus in manu mea hæc q̄ cogi
3 taui. ¶Et induxerūt illā ſerui eius in taber
naculū quo præceperat.Et petijt dum introi
ret ut daretur ei copia nocte,& ante lucem
egrediendi foras ad orationē,& deprecādi
dn̄m.Et præcepit cubicularijs ſuis ut ſicut
placeret illi exiret,& introiret ad adorandū
4 deū ſuū per triduum. ¶Et exibat noctibus
in ualle Bethuliæ,& baptizabat ſe in fonte
aquæ,& ut aſcēdebat orabat ad dn̄m deum
Iſraél ut dirigeret uiā eius ad liberationē po
puli ſui.Et introiens munda manebat in ta
bernaculo uſq; dū acciperet eſcam ſuam in
5 ueſperum. ¶Et factū eſt quarto die Holo
fernes fecit cœnā ſeruis ſuis,& dixit ad Va
gao eunuchū.Vade & ſuade hebræā illā:ut
ſponte cōſentiat habitare mecū. Fœdum eſt
enī apud Aſſyrios ſi fœmina irrideat uirum
agendo,ut immunis ab eo trāſeat. Tunc in
troiuit Vagao ad Iehudith,& dixit. Nō ue
reatur bona puella introire ad dn̄m meū:ut
honorificetur ante faciem eius,& mandu
cet cum eo & bibat uinum in iocunditate.
6 ¶Cui Iehudith reſpondit. Quæ ego ſum
ut contradicam domino meo,Omne quod
erit ante oculos eius bonum,& optimum fa
ciam.Quicquid autem illi placuerit: hoc mi
hi erit optimum omnibus diebus uitæ meæ.
Et ſurrexit,& ornauit ſe ueſtimento ſuo,&
7 ingreſſa ſtetit ante faciem eius. ¶Cor autē
Holofernis concuſſum eſt.Erat enim ardens
in concupiſcētia eius,& dixit ad eam Holo
fernes.Bibe nunc,& accūbe in iocunditate:
quoniā inueniſti gratiam coram me.Et dixit
Iehudith.Bibam domine:quoniā magnifica
ta eſt anima mea hodie præ omnibus diebus
meis.Et accæpit,& manducauit,& bibit co
ram ipſo:ea quæ parauerat illi ancilla ei⁹:&
iocundus factus eſt Holofernes ad eā:bibitq;
uinū multum nimis:quantum nunq; biberat
in uita ſua.

Capitulum.13.

1 VT antē ſero factum eſt: feſtina
uerūt ſerui illi⁹ ad hoſpitia ſua
& cōcluſit Vagao oſtia cubicu
li,& abijt.Erant aūt oēs fatiga
ti à uino: eratq; Iehudith ſola
in cubiculo.Porrò Holofernes
iacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus. Di
xitq; Iehudith puellæ ſuæ,ut ſtaret foris an
2 te cubiculum,& obſeruaret. ¶Stetitq; Ie
hudith,ante lectum orans cum lachrymis,et
labiorum motu in ſilentio dicens. Confirma
me domine deus Iſraél,& reſpice in hac ho
ra ad opa manuū mearū:ut ſicut promiſiſti
Ieruſaláim ciuitatē tuā erigas: & hoc quod
credens per te poſſe fieri cogitaui perfici
3 ām. ¶Et cum hec dixiſſet: acceſſit ad co
lumnam quæ erat ad caput lectuli eius:& pu
gionem eius qui in ea ligatus pendebat exo
luit.Cumq; euaginaſſet illum appræhendit
comam capitis eius,& ait.Confirma me do
mine deus in hac hora:& percuſſit bis in cer
uicem eius,& abſcidit caput eius. Et abſtu
lit conopeum eius à columnis,& euoluit cor
4 pus eius truncum. ¶Et poſt puſillum exi
uit,& tradidit caput Holofernis ācillæ ſuæ,
& iuſſit ut mitteret illud in peram ſuam. Et
exierunt duæ ſecundum conſuetudinem ſu
am quaſi ad orationē,& trāſierunt caſtra.Et
gyrantes uallem uenerunt ad portam ciuita
tis.Et dixit Iehudith à longe cuſtodibus mu
rorum. Aperite portas: quoniam nobiſcum
5 eſt deus,qui fecit uirtutem in Iſraél. ¶Et
factum eſt cum audiſſent uiri uocem eius,uo
cauerunt preſbyteros ciuitatis. Et occur
rerunt ad eam omnes à minimo,uſq; ad
maximum, quoniam ſperauerant eam iam.

non eſſe uenturam?Et accẽdẽtes luminaria
cõgyrauerunt circa eam uniuerſi.Illa autem
aſcendens in eminentiorẽ locum iuſſit fieri
ſilentium.Cũq; omnes tacuiſſent:dixit Iehu
dith.Laudate dominũ deum noſtrum qui nõ
deſeruit ſperantes in ſe:& in me ancillã ſuã
adimpleuit miſericordiã ſuam quã promiſit
domui Iſrael,& interfecit in manu mea ho-
6 ſtem populi ſui in hac nocte. ¶Et proferẽs
de pera caput Holofernis:oſtendit illis di-
cẽs.Ecce caput Holofernis principis militiæ
Aſſyriorũ Et ecce conopeum illius in quo re
cumbebat in ebrietate ſua:ubi & per manũ
fœminæ percuſſit illum dñs deus noſter.Vi-
uit autem ipſe dñs:quoniam cuſtodiuit me
angelus eius,& hinc euntẽ & ibi cõmoran-
tẽ,& inde huc reuertentẽ:& nõ permiſit me
dñs ancillam ſuam coinquinari:ſed ſine pol-
lutione peccati reuocauit me,& uobis gau-
dentem in uictoria ſua:in euaſione mea & li
beratione ueſtra.Cõfitemini illi omnes quo
niam bonus:quoniã in ſæculũ miſericordia
eius.Vniuerſi autem adorãtes dñm dixerũt
ad eam.Benedixit te domin⁹ in uirtute ſua:
quia per te ad nihilum redegit inimicos no-
7 ſtros. ¶Porrò Huzziah princeps populi
Iſrael,dixit de eam.Benedicta eſto filia à do
mino deo excelſo:præ omnibus mulieribus
ſuper terram.Benedictus dominus qui crea
uit cœlum & terrã:qui te direxit in uulnera
capitis principis inimicorum noſtrorũ:quia
hodie nomen tuũ ita magnificauit:ut nõ re-
cedat laus tua de ore hominũ:qui memores
fuerint uirtutis domini in æternũ:pro qui-
bus non pepercisti animæ tuæ ꝑpter angu-
ſtias,& tribulationẽ generis tui,ſed ſubue-
niſti ruinæ ante conſpectum dei noſtri. Et di
8 xit oĩs populus:fiat fiat.¶Porrò Achior uo
catus uenit Et dixit ei Iehudith De⁹ Iſraël,
cui tu teſtimonium dediſti ꝙ ulciſcatur ſe de
inimicis ſuis,& ipſe caput omnium incredu
lorum incidit in hac nocte ĩ manu mea Et ut
probes quia ita eſt:ecce caput Holofernis q
in contẽptu ſuperbiæ ſuæ deum Iſraël con-
tẽpſit,& tibi interitum minabatur dicens:
cum captus fuerit popul⁹ Iſraël,gladio ꝑfo
9 rati præcipiam latera tua. ¶Videns autem
Achior caput Holofernis, anguſtiatus præ
pauore cecidit in faciem ſuam ſuper terrã,
& æſtuauit anima eius.Poſtea uero ꝙ̃ reſum
pto ſpũ recreatus eſt:procidit ad pedes eius
& adorauit eam & dixit.Benedicta tu à deo
tuo in omni tabernaculo Iahacób, qm̃ in oĩ
gente quæ audierit nomen tuum magnifica
bitur ſuper te deus Iſraël.

Capitulum.14.

1 DIxit autẽ Iehudith ad oẽm po
pulũ.Audite me fr̃es. Suſpẽdi
te caput hoc ſuper muros no-
ſtros.Et erit cũ exierit ſol acci
piat unuſquiſq; arma ſua:& exi-
te cũ impetu: non ut deſcenda
tis deorſum,ſed quaſi impetum facientes.
2 ¶Tunc exploratores neceſſe erit: ut fugiãt
ad principem ſuũ excitandũ ad pugnã.Cum
q; duces eorũ concurrerint ad tabernaculũ
Holofernis:& inuenerint eũ truncum in ſuo
ſanguine uolutatũ:decidet ſuper eos timor.
Cumq; cognoueritis fugere eos:ite poſt il-
los ſecuri:qm̃ dñs conteret eos ſub pedibus
3 ueſtris. ¶Tũc Achior uidens uirtutẽ quam
fecit deus Iſraël relicto gentilitatis ritu cre-
didit deo, & circũcidit carnem præputij ſui
& appoſitus eſt ad populum Iſrael:& oĩs ſuc
ceſſio generis eius uſq; in hódiernum diem.
Mox autẽ ut ortus eſt dies ſuſpenderunt ſu-
per muros caput Holofernis:accepitq; unuſ
quiſq; uir arma ſua:& egreſſi ſunt cum grã-
di ſtrepitu,& ululatu.Quod uidentes explo
ratores ad tabernaculum Holofernis cucur-
4 rerunt. ¶Porrò hi qui in tabernaculo erant
uenientes:& ante ingreſſum cubiculi perſtre
pentes excitandi gratia:inquietudinem ar-
te moliebantur ut non ab excitantibus:ſed à
ſonantibus Holofernes euigilaret.Null⁹ eñ
audebat cubiculum uirtutis Aſſyriorũ pul-
ſando aut intrando aperire.Sed cũ uenisſ. ut
eius duces ,ac tribuni , & uniuerſi maiores
exercitus Aſſyriorum dixerũt cubicularijs.
Intrate,& excitate illum:quoniã egreſſi mu
res de cauernis ſuis auſi ſunt prouocare nos
5 ad prælium. ¶Tunc ingreſſus Vagao cubi
culum eius ſtetit ante cortinam . Et plauſum
fecit manibus ſuis.Suſpicabatur eñ illum
cum Iehudith dormire.Sed cum nullum mo
tum iacentis ſenſu aurium caperet acceſſit
proximans ad cortinam Et eleuans eam, ui-
denſq; cadauer abſq; capite Holofernis ĩ ſuo
ſanguine tabefactũ iacere ſuper terram, ex-
clamauit uoce magna cum fletu,& ſcidit ue
ſtimenta ſua.Et ingreſſus tabernaculũ Iehu-
dith non inuenit eam. Et exiliuit foras ad po
pulum,& dixit.Vna mulier Hebræa fecit cõ
fuſionẽ in domo regis Nebuchadneſar.Ecce
enim Holofernes iacet in terra,& caput eius
non eſt in illo. Quod cum audiſſent principes
pes uirtutis Aſſyriorum ſciderunt omnes ue
ſtimenta ſua, & intolerabilis timor, & tre-
mor cecidit ſuper eos,& turbati ſunt animi
eorum

corum ualde. Et factus eſt clamor incompa-
rabilis in medio caſtrorum eorum.

Capitulum. 15.

1 CVmq; oĩs exercitus decollatum
Holofernem audiſſet: fugit mẽs,
& cõſiliũ ab eis, & ſolo tremore
& metu agitati fugæ præſidium
ſumunt: ita ut nullus loqueretur
cũ proximo ſuo: ſed inclinato capite relictis
oĩbus euadere feſtinabãt Hebræos quos ar-
matos ſup ſe uenire audierãt, fugientes per
2 uias cãporũ & ſemitas collium. ¶ Videntes
itaq; filij iſraël fugientes: ſecuti ſunt illos. De
ſcenderũtq; clãgẽtes tubis, & ululãtes poſt
ipſos. Et quõ Aſſyrij non adunati, in fugam
ibant præcipites, filij aũt Iſraël uno agmine
perſequentes debilitabãt oẽs quos inueni-
re potuiſſent. Miſitq; Huzziah nũcios p oẽs
3 ciuitates, & regiones Iſraël. ¶ Oĩs itaq; re
gio, omniſq; urbs electam iuuentutẽ arma-
tam miſit poſt eos, & pſecuti ſunt eos in ore
gladij quouſq; peruenirent ad extremitatẽ
finium ſuorum. Reliqui autem q erant in Be
thulia, ingreſſi ſunt caſtra. Aſſyriorũ, & præ
dam quam fugientes Aſſyrij reliquerant ab
4 ſtulerunt & onuſtati ſunt ualde. ¶ Hi uero
qui uictores reuerſi ſunt ad Bethuliam oĩa
quæ erãt illorũ abſtulerunt ſecum, ita ut nõ
eſſet numerus in pecorib', in iumẽtis, & uni
uerſis mobilibus eorũ, ut à minimo uſq; ad
magnum oẽs diuites fierent de prædationi-
5 bus eorũ. ¶ Ioachim autẽ ſummus põtifex
de Ieruſalàim uenit in Bethuliã cũ uniuerſis
presbyteris ſuis, ut uideret Iehudith. Quæ
cum exiſſet ad illum, benedixerũt illam oẽs
una uoce dicentes. Tu gloria Ieruſalàim, tu
lætitia iſraël, tu honorificẽtia populi noſtri,
quia feciſti uiriliter & confortatum eſt cor
tuum, eo q caſtitatem amaueris, & poſt ui-
rum tuum alterum neſcieris: ideo & manus
domini confortauit te, & ideo eris benedi-
cta in æternum. Et dixit omnis populus: fiat
6 fiat. ¶ Per dies autem triginta, uix colle-
cta ſunt ſpolia Aſſyriorũ à populo Iſraël. Por
ro autem uniuerſa quæ Holofernis peculia-
ria fuiſſe probata ſunt dederunt Iehudith in
auro, & argento, & ueſtibus, & gemmis, &
omni ſuppellectili, & tradita ſunt omnia illi
à populo. Et omnes populi gaudebant cum
mulieribus, & uirginibus, & iuuenibus, in
organis, & cytharis.

Capitulum. 16.

1 TVnc cantauit canticũ hoc dño
Iehudith, dicens. Incipite dño
in tympanis, cantate domino
in cymbalis, modulamini illi
pſalmum nouum, exultate &
inuocate nomen eius. Dñs cõ
terens bella, dominus nomen eſt illi. Qui po
ſuit caſtra ſua in medio populi ſui, ut eripet
nos de manu omniũ inimicorum noſtrorum.
2 ¶ Venit Aſſur in montibus ab aquilone in
multitudine fortitudinis ſuæ. Cuius multi-
tudo obturauit torrẽtes, & equi eorum co-
operuerunt ualles. Dixit ſe incenſurã fines
meos, & iuuenes meos occiſurum gladio, in
fantes meos dare in prædam, & uirgines in
3 captiuitatem. ¶ Dñs autem omnipotẽs no
cuit, & tradidit eum in manus fœminæ, &
confudit eum. Non enim cecidit potens eorũ
à iuuenibus, nec filij titanum percuſſerunt
eum, nec excelſi gigãtes impoſuerũt ſe illi:
ſed Iehudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ
diſſoluit eum. Exuit enim ſe ueſtimento ui-
duitatis, & induit ſe ueſtimento lætitiæ in
exultatione filiorum Iſraël. Vnxit faciẽ ſuã
unguẽto: colligauit cincinnos ſuos mitra ad
decipiendum illum. Sandalia eius rapuerũt
oculos eius, pulchritudo eius captiuam fe-
cit animam eius: amputauit pugione ceruī-
4 cem eius. ¶ Horruerunt Perſæ cõſtantiam
eius & Medi audaciam eius. Tunc ululaue-
runt caſtra Aſſyriorum quando apparuerũt
humiles mei, areſcentes in ſiti. Filij pūellarũ
compunxerunt eos, & ſicut pueros fugien-
tes occiderũt eos: perierũt in prælio à facie
5 domĩni dei mei. ¶ Hymnum cãtemus dño:
hymnum nouũ cãtemus deo noſtro. Adonai
dñe magnus es tu, & præclarus ĩ uirtute, &
quem ſuperare nemo poteſt. Tibi ſeruiat oĩs
creatura tua: qa dixiſti & facta ſunt: miſiſti
ſpm̃ tuũ & creata ſunt, & nõ eſt q reſiſtat uo
ci tuæ. Montes à fundamentis mouebunt cũ
aquis petræ ſicut cera liqueſcent ante faciẽ
tuam. Qui aũt timent te: magni erunt apud
te p oĩa genti inſurgẽti ſup genus meũ. Dñs
enĩ oĩpotẽs uindicabit in eis, ĩ die iudicij ui
ſitabit illos. Dabit enĩ ignẽ, & uermes in car
nes eorũ: ut urãtur, & ſentiãt uſq; in ſempi-
6 ternum. ¶ Et factũ eſt poſt hæc: oĩs popul'
poſt uictoriam uenit in Ieruſalàim adorare
dñm, & mox ut purificati ſunt obtulerunt
omnes holocauſta, & uota, & repromiſſiões
ſuas. Porro Iehudith uniuerſa uaſa bellica
Holofernis quæ dedit illi populus & cono-
peum quod ipſa ſuſtulerat obtulit in anathe
7 ma obliuiõis. ¶ Erat aũt ppl's iocũd' ſcd'm

faciē ſetōrum, & per tres menſes gaudium
huius uictoriæ celebratū eſt cum Iehudith.
Poſt dies aūt illos unuſquiſq; rediīt in ſua, &
Iehudith magna facta eſt in Bethulia, & prę
clarior erat uniuerſæ terræ Iſraël. Erat etiā
uirtuti caſtitas adiūcta ita ut nō cognoſceret
uirū oībus dieb⁹ uitæ ſuæ, ex quo defunct⁹
8 eſt Manaſſeh uir eius. ¶ Erat aūt diebus fe
ſtis ꝓcedens cum magna gloria. Māſit autē
in domo uiri ſui annos centū quinq;, & dimi
ſit Abrā ſuam liberā, & defuncta eſt ac ſepul
ta cum uiro ſuo in Bethulia. Luxitq; illā oīs
populus diebus ſeptē. In omni aūt ſpacio ui
tæ eius nō fuit qui ꝑturbaret Iſraël, & poſt
mortē eius annis multis. Dies autē uictoriæ
huius feſtiuitatis ab Hebræis in numero ſan
ctorum dierum accipit & colit à Iehudæis,
ex illo tempore uſq; in præſentem diem.

¶ Explicit liber Iehudith.

¶ Incipit ꝓlogus in librum Sapiētiæ.

Liber Sapiētiæ apud Hebræos nuſ
ꝗ eſt. Vnde & ipſe ſtilus græcam
magis eloquentiā redolet. Hunc
Iehudæi Philonis eſſe affirmant.
Qui proinde ſapientiæ noīatur:
quia in eo Chriſti aduentus qui eſt ſapiētia
patris, & paſſio eius euidenter exprimitur.

¶ Explicit prologus.

¶ INCIPIT LIBER SAPIENTIAE RE
COGNITVS PER EVNDEM SAN
CTEM PAGNINVM LVCENSEM SA
CRAE THEOLOGIAE PROFESSO.

Capitulum. I.

1 Diligite iuſtitiā
qui iudicatis
terrā. Sentite
de dn̄o in bo
nitate, & i ſim
plicitate cor
dis q̄rite illū,
qm̄ iuenit ab
his q nō tētāt
illū: apparet
aūt eis q fidē
2 habēt in illū. ¶ Peruerſæ em̄ cogitatiōes ſe
parāt à deo: ꝓbata aūt uirt⁹ corripit iſipien
tes. Qm̄ i maliuolā aīam nō introibit ſapia:
nec hītabit i corpore ſubdito pc̄tis. Spūs em̄
ſanct⁹ diſciplinæ effugiet fictū, & auferet ſe
à cogitatiōib⁹ quæ ſunt ſine itellectu, & cor
ripietur à ſupueniēte iniqtate. ¶ Benign⁹ ē
3 em̄ ſpūs ſapientiæ, & nō liberabit maledictū
à labijs ſuis: qm̄ regnū illius teſtis eſt de⁹, &
cordis illi⁹ ſcrutator eſt uerus, & linguæ ei⁹
auditor. Qm̄ ſpūs dn̄i repleuit orbē terrarū,
& hoc qd̄ cōtinet oīa ſcientiā habet uocis.
Propter hoc q loquit̄ iniqua non pōt latere:
nec præteriet illū corripiēs iudiciū. In cogi
tationibus em̄ impij iterrogatio erit: ſermo
num aūt illius traditio ad deū ueniet, & ad
correptionē iniqtatū illi⁹. Qm̄ auris zeli au
dit oīa, & tumult⁹ murmurationū nō abſcō
4 detur. ¶ Cuſtodite ergo uos à murmuratio
ne, q̄ nihil ꝓdeſt, & à detractione parcite lin
guæ. Qm̄ ſermo obſcur⁹ in uacuū nō ibit: os
5 autē qd̄ mentit̄ occidit aīam. ¶ Nolite zela
re mortē in errore uitæ ueſtræ: neq; acquira
tis perditionē in operibus manuū uraꝝ. Qm̄
deus mortē nō fecit, nec lætatur in ꝑditione
uiuoꝝ. Creauit em̄ ut eſſent oīa, & ſanabiles
fecit nationes orbis terraꝝ, & nō eſt in illis
medicamētū exterminij, nec inferoꝝ regnū
6 in terra. ¶ Iuſtitia em̄ ꝑpetua eſt, & imorta
lis, iniuſtitia aūt mortis acquiſitio. Impij au
tem manibus & uerbis accerſierunt illā, &
æſtimātes illā amicā defluxerūt, & ſponſio
nes poſuerunt ad illam, quoniā morte digni
ſunt qui ſunt ex parte illius.

Capitulum. 2.

1 Dixerūt em̄ impij cogitantes
apud ſe non recte. Exiguū &
cū tædio ē tēpus uitæ nr̄æ, &
nō eſt refrigeriū in fine hoīs
& nō eſt q agnit⁹ ſit reuerſus
ab iferis. Quia ex nihilo nati
ſumus, & poſt hoc erim⁹ tanq̄ nō fuerimus.
Qm̄ fum⁹ afflat⁹ eſt i naribus nr̄is, & ſermo
ſcintillæ ad cōmouēdū cor nr̄m. Quia extin
ctus cinis erit corpus nr̄m, & ſpūs diffundet̄
2 tāq̄ mollis aer. ¶ Et trāſibit uita nr̄a tanq̄
ueſtigiū nubis, & ſicut nebula diſſoluet̄ quę
fugata ē à radijs ſolis, & à calore illi⁹ aggra
uata. Et nomē nr̄m obliuionē accipiet ꝑ tp̄s,
& nemo memoriā habebit operū noſtrorū.
Vmbræ em̄ trāſitus eſt tēpus nr̄m, & nō ē re
uerſio finis nr̄i, qm̄ cōſignata eſt, & nemo re
3 uertitur. ¶ Venite ergo & fruamur bonis q̄
ſunt, & utamur creatura tanq̄ i iuuētute ce
leriter. Vino ꝑcioſo & unguentis os implea
mus, & non prætereat nos flos temporis.
Coronemus nos roſis anteq̄ marceſcant,
nullum pratum ſit quod non pertranſeat lu

xuria noſtra. Nemo noſtrum exors ſit luxu-
riæ noſtræ. Vbiq; relinquamus ſigna lętitiæ,
qm̃ hæc eſt pars noſtra, & hæc ſors noſtra.
4 ¶Opprimam⁹ pauperẽ iuſtũ, & nõ parcam⁹
uiduæ, nec ueterano, nec reuereamur canos
multi temporis. Sit autem fortitudo noſtra
lex iniuſtitiæ. Quod enim infirmum eſt inuti
5 le inuenitur. ¶Circũueniamus ergo iuſtũ,
qm̃ inutilis eſt nobis & contrarius eſt operi
bus noſtris, & improperat nobis peccata le-
gis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ no
ſtrę. Promittit ſe ſcientiam dei habere, & fi
liũ dei ſe nominat. Factus eſt nobis in tradu-
ctionẽ cogitationũ noſtrarum. Grauis eſt no
bis etiam ad uidendũ, qm̃ diſſimilis eſt alijs
6 uita illius, & immutatæ ſunt uiæ ei⁹. ¶Tan
q̃ nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſti-
net ſe à uijs noſtris tanq̃ ab immundicijs, &
præfert nouiſſima iuſtorũ, et gloriat̃ patrem
ſe habere deũ. Videamus ergo ſi ſermones il
lius ueri ſint, & tentemus q̃ uentura ſunt illi,
& ſciemus q̃ erunt nouiſſima illius. Si eñ eſt
uerus filius dei ſuſcipiet illũ, & liberabit il-
7 lũ de manibus cõtrariorũ. ¶Cõtumelia, &
tormento interrogemus eũ ut ſciamus reue-
tiã eius, & probemus patientiã illius. Morte
turpiſſima condemnemus eũ. Erit enim ei re
8 ſpectus ex ſermonibus illius. ¶Hæc cogita
uerũt, & errauerũt, excæcauit enim illos ma
licia eorũ. Et neſcierũt ſacramenta dei, neq;
mercedẽ ſperauerũt iuſticiæ; nec iudicauerũt
honorẽ animarum ſanctarũ. Quoniam deus
creauit hominẽ inexterminabilem, et ad ima
ginẽ ſimilitudinis ſuæ fecit illũ. Inuidia autẽ
diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ. Imitã
tur autem illum qui ſunt ex parte illius.

Capitulum 3.

1 IVſtorũ autẽ animæ in ma-
nu dei ſunt, & non tanget
illos tormentũ mortis. Vi-
ſi ſunt oculis inſipientium
mori, & æſtimata eſt affli-
ctio exitus illorum. Et ab
itinere iuſto abierunt in exterminiũ, & qđ à
nobis eſt iter extermimij, illi autẽ ſunt in pa-
2 ce. ¶Et ſi coram hominibus tormenta paſſi
ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. In
paucis uexari, in multis bñ diſponẽtur, qm̃
deus tentauit eos, & inuenit illos dignos ſe.
Tanq̃ aurũ in fornace probauit illos, & qua
ſi holocauſti hoſtiã accepit illos, & in tempo
3 re erit reſpectus illorũ. ¶Fulgebunt iuſti et
tanq̃ ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Iu-
dicabunt nationes, & dominabunt̃ populis,
& regnabit domin⁹ illorũ in perpetuũ. Qui
confidunt in illo intelligent ueritatem, & fi-
deles in dilectione acquieſcẽt illi, qm̃ donũ,
4 & pax eſt electis eius. ¶Impij autem ſecun
dũ quæ cogitauerunt correptionẽ habebũt,
qui neglexerũt iuſtum, & à domino receſſe-
rũt. Sapientiã enim, & diſciplinã qui abijcit
infœlix eſt, & uana eſt ſpes illorum, et labores
5 ſine fructu, & inutilia opera eorũ. ¶Mulie-
res eorũ inſenſatæ ſunt, & nequiſſimi filij eo
rũ. Maledicta creatura eorũ, quoniã fœlix eſt
ſterilis, & incoinquinata, quæ neſciuit thorũ
in delicto. Habebit fructum in reſpectiõe ani
6 marũ ſanctarũ. ¶Et ſpado qui nõ operatus
eſt per manus ſuas iniquitatẽ, nec cogitauit
aduerſus deũ, nequiſſima. Dabitur enĩ illi fi
dei donũ electũ, & ſors in tẽplo dei acceptiſ-
ſima. Bonorũ eñ laborũ glorioſus eſt fruct⁹:
7 & q̃ non cõcidat radix ſapientiæ. ¶Filij autẽ
adulterorum in cõſumatione erunt, & ab ini
quo thoro ſemen exterminabitur. Et ſi qui-
dẽ longæ uitæ erunt, in nihilum computabũ
tur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus il-
lorũ. Et ſi celerius defuncti fuerint non habe
bũt ſpem, nec in die agnitionis allocutionẽ.
Nationes enim iniquæ diræ ſunt conſumati
onis.

Capitulum.4.

1 OQuã pulchra eſt caſta genera-
tio cũ claritate. Immortalis eſt
enim memoria illius, quoniã et
apud deũ nota eſt, & apud ho-
mines. Cum præſens eſt imitã-
tur illam, & deſiderant eã cũ
ſe eduxerit, & in perpetuum coronata trium
phat: incoinquinatorum certaminum præmi
2 um uincens. ¶Multigena autẽ impiorum
multitudo non erit utilis, & ſpuria uitulami
na non dabunt radices altas, nec ſtabile fir-
mamentum collocabunt. Et ſi in ramis in tẽ-
pore germinauerint infirmiter poſita à uen-
to commouebuntur, & à nimietate uentorũ
eradicabuntur. Confringentur enim rami
inconſummati, & fructus illorum inutiles, et
acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.
Ex iniquis enim omnes filij qui naſcuntur, te
ſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in inter
3 rogatione ſua. ¶Iuſtus autẽ ſi morte pręoccu
patus fuerit, in refrigerio erit. Senectus
enim uenerabilis eſt, nõ diuturna, neq; anno
rum numero computata. Cani autem ſunt

ſenſus hominis, & ætas ſenectutis uita imma
4 culata. ¶ Placens deo factus dilectus, & ui-
uens inter peccatores tranſlatus eſt. Raptus
eſt ne malicia mutaret intellectum eius, aut
ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio
enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtā
tia cōcupiſcentiæ trāſuertit ſenſum ſine ma-
licia. Cōſummatus in breui expleuit tempo-
ra multa. Placita enim erat deo anima illius,
propter hoc properauit educere illum de me
5 dio iniquitatum ¶ Populi autem uidentes
& non intelligentes nec ponentes in præcor
dijs talia, quoniā gratia dei, & miſericordia
eſt in ſanctos eius, & reſpectus ſuper electos
6 illius. ¶ Condemnat autem iuſtus mortuus
uiuos impios, & iuuentus celerius cōſumma
ta longam uitam iniuſti. Videbunt enim finē
ſapientis, & non intelligent quid cogitaue-
rit de illo deus, & quare minuerit illum do-
minus. Videbūt enim, & contēnent eū: illos
7 aūt deus irridebit. ¶ Et erunt poſt hæc deci
dentes ſine honore, & contumelia inter mor
tuos imperpetuum. Quoniā dirūpet illos in-
flatos ſine uoce, & cōmouebit illos à funda-
mentis, & uſq; ad ſupremū deſolabuntur. Et
erūt gementes, & memoria illorū periet. Ve
niēt in cogitatione peccatorū ſuorū timidi,
& traducent illos ex aduerſo iniquitates ip-
ſorum.

Capitulum. 5.

1 NVnc ſtabunt iuſti in magna
cōſtantia aduerſus eos q ſe
anguſtiauerūt, & q abſtule
rūt labores eorū. Videntes
turbabunt timore horribi-
li, & mirabunt in ſubitatio
ne inſperatæ ſalutis gementes præ anguſtia
ſpiritus dicēt intra ſe, pœnitentiā agentes et
2 præ anguſtia ſpiritus gemētes. ¶ Hi ſunt
quos habuimus aliquādo in deriſum, & in ſi
militudinē improperij, nos inſenſati uitam il
lorū æſtimabamus inſaniā, & finē illorū ſine
honore. Ecce quō computati ſunt inter filios
dei, & inter ſanctos ſors illorū eſt. Ergo erra
uimus à uia ueritatis, & iuſtitiæ lumen nō lu
xit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ort⁹ no
3 bis. ¶ Laſſati ſum⁹ in uia iniquitatis, & per
ditionis, & ambulauimus uias difficiles, ui-
am autem domini ignorauimus. Quid nobis
profuit ſuperbia, aut diuitiarum iactantia
quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa
tanq̃ umbra, & tanq̃ nuncius præcurrēs. Et
tanq̃ nauis quæ pertranſit fluctuantē aquam
cuius cum præterierit non eſt ueſtigium in-
uenire: neq; ſemitam carinæ illi⁹ in fluctibus.
Aut auis q̃ tranſuolat in aere, cuius nullū in-
uenitur argumentū itineris illius, ſed tātum
ſonitus alarū uerberans leuem uentū, & ſcin
dens per uim itineris aerē cōmotis alis trāſ
uolauit, & poſt hoc nullū ſignū inuenitur iti
neris illi⁹. Aut tanq̃ ſagitta emiſſa in locū de
ſtinatum, diuiſus aer continuo in ſe reclauſus
4 eſt ut ignoretur tranſitus illi⁹. ¶ Sic & nos
nati cōtinuo deſinim⁹ eſſe, & uirtutis quidē
nullū ſignū ualuim⁹ oſtendere, in malignita-
te autē noſtra conſumpti ſumus. Talia dixe-
runt in inferno hi qui peccauerunt, quoniam
ſpes impij tanq̃ lanugo eſt q̃ à uēto tollitur,
& tanq̃ ſpuma gracilis q̃ à procella diſpergi
tur, & tanq̃ fumus qui à uento diffuſus eſt,
& tanq̃ memoria hoſpitis unius diei prætere-
5 reuntis. ¶ Iuſti aūt in perpetuum uiuent, &
apud dominū eſt merces eorū. & cogitatio il
lorū apud altiſſimū. Ideo accipiēt regnū de
coris, & diadema ſpeciei de manu domini,
quoniam dextera ſua teget eos, & ī brachio
ſancto ſuo defendet illos Et accipiet armatu
ram zelus illius, & armabit creaturam ad ul-
6 tionem inimicorū. ¶ Induet pro thorace iu
ſtitiā, & accipiet pro galea iudiciū certum.
Sumet ſcutum inexpugnabilē æquitatē, acuet
aūt dirā iram in lanceā, & pugnabit cū illo
orbis terrarū contra inſenſatos. Ibunt dire-
cte emiſſiones fulgurū & tanq̃ à bene curua
to arcu nubiū exterminabunt, & ad certū lo
cū inſilient. Et à petroſa ira plenæ mittentur
grandines, & ſcādeſcet in illos aqua maris,
& flumina cōcurrent duriter. Cōtra illos ſta
bit ſpiritus uirtutis, & tanq̃ turbo uenti di-
uidet illos, & ad eremum producet omnē ter
ram iniquitatis illorum, & malignitas euer-
tet ſedes potentiam.

Capitulum. 6.

1 MElior eſt ſapientia q̃ uires,
& uir prudēs q̃ fortis. Au-
dite ergo reges, & itelligi
te, diſcite iudices finiū ter
ræ. Præbete aures uos q cō
tinetis multitudies, & pla
cetis uobis in turbis nationū, qm̄ data eſt à
domino poteſtas uobis, & uirtus ab altiſſi-
mo, qui interrogabit opera ueſtra, & cogita
tiones ſcrutabitur, qm̄ cū eſſetis miniſtri re-
gni illius, non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis
legem iuſtitiæ, neq; ſecundum uoluntatē dei
2 ambulaſtis. ¶ Horrende, & cito apparebit
uobis, quoniam iudicium duriſſimum in his.

qui præſũt:fiet.Exiguo enim cõceditur mĩa
potẽtes;autẽ potẽter tormẽta patiẽtur.Non
enĩ ſubtrahet perſonã cuiuſcꝫ deus, q eſt om
nium dñãtor:nec uerebitur magnitudinem
cuiuſcꝫ:qm̃ puſillũ et magnum ipſe fecit:et
æqualiter eſt illi cura de oib'. Fortiorib' aũt
3 fortior inſtat cruciatio. ¶ Ad uos ergo re-
ges ſunt hi ſermones mei, ut diſcatis ſapien-
tiam:et ne excidatis.Qui enĩ cuſtodierint iu
ſticiã iuſte iudicabũtur,& q didicerint iuſta
inuenient quid reſpondeant. Concupiſcite
ergo ſermones meos,& diligite illos:& ha-
4 bebitis diſciplinã. ¶ Clara eſt & que nuncꝫ
marceſcit ſapiẽtia:& facile uidetur ab his q
diligũt eam,et inuenitur ab his qui quærunt
illam.Præoccupat qui ſe cõcupiſcũt,ut illis
ſe prior oſtendat. Qui de luce uigilauerit,
ad illam non laborabit:aſſidentem enĩ illam
5 foribus ſuis inueniet. ¶ Cogitare ergo de
illa ſenſus eſt conſumatus,& qui uigilauerit
propter illam,cito erit ſecurus.Qm̃ dignos
ſe circuit ipſa quærens:& in uijs ſuis oſten-
det ſe illis hilariter & in omni prouidẽtia oc
curret illis.Initiũ enĩ illius ueriſſimæ eſt diſ-
6 ciplinæ cõcupiſcentia. ¶ Cura ergo diſcipli
næ dilectio eſt,& dilectio cuſtodia legum
illius eſt.Cuſtoditio aũt legũ cõſummatio in
corruptiõis eſt,incorruptio aũt facit eẽ pro
ximũ deo.Concupiſcentia itacꝫ ſapiẽtiæ de
7 ducit ad regnũ perpetuum. ¶ Si ergo dele-
ctamini ſedibus & ſceptris o reges populi,
diligite ſapientiam ut in perpetuũ regnetis.
Diligite lumẽ ſapientiæ oẽs qui præeſtis po
pulis.Quid eſt aũt ſapientia:et quẽadmodũ
facta ſit referam,& non abſcõdam nobis ſa-
cramẽta dei,ſed ab iitio natiuitatis inueſtiga
bo:& ponã in lucem ſcientiam illius,& non
prætcribo ueritatem, necꝫ cũ inuidia tabe-
ſcẽte iter habebo,qm̃ talis hõ nõ erit parti-
ceps ſapiẽtiæ. Multitudo aũt ſapientiũ,ſani
tas eſt orbis terrarũ.Et rex ſapiẽs populi ſta
bilimentũ eſt.

Capitulum.7.

1 ERgo accipite diſciplinã
p ſermones meos,& pro
derit nobis. Sũ qdẽ ego
mortalis hõ ſimilis oib',
& ex gñe terreno illius q
prior fact' eſt,& in uẽtre
mrĩs figurat' ſum caro,
decẽ menſiũ tẽpore coa
gulat' ſum in ſanguine,ex ſemine hois dele-
2 ctamento ſoni cõueniẽte. ¶ Et ego nat' ac-
cæpi cõem aerẽ,& i ſimiliter factã decidi ter
rã,& primã uocẽ ſimilẽ oibus emiſi plorãs.
In inolumẽtis nutrit' ſum, & magnis curis.
Nemo enĩ ex regib' aliud habuit natiuitatis
initiũ. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad
3 uitam,& ſimilis exitus. ¶ Propter hoc op-
taui,& datus eſt mihi ſenſus,& inuocaui,et
uenit in me ſpiritus ſapientiæ . Et præpoſui
illã regnis & ſedibus,& diuitias nihil eẽ di
xi in comparatione illi'. Nec cõparaui illi la
pidẽ preciosum,qm̃ omne aurũ in cõparatio
ne illi' arena eſt exigua,& tancꝫ lutũ æſtima
4 bitur argentũ in conſpectu illius. ¶ Super
ſalutẽ & ſpeciẽ dilexi illã,& ꝓpoſui p luce
habere illã, qm̃ inextinguibile eſt lumen il-
lius.Venerunt autem mihi omnia bona pari
ter cum illa,& innumerabilis honeſtas per
manus illius,& lætatus ſum in omnib' quo-
niam antecedebat me iſta ſapientia,& igno
rabam quoniã bonorum omnium mater eſt.
Quã ſine fictione didici,& ſine inuidia com
munico,& honeſtatẽ illius nõ abſcondo.In-
finitus enim theſaur' eſt hominib',quo qui
uſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ dei,ꝓ
5 pter diſciplinæ dona cõmẽdati. ¶ Mihi au-
tem dedit deus dicere ex ſententia , & præ-
ſumere digna horũ quæ mihi dãtur, quoniã
ipſe ſapientiæ dux eſt,& ſapientiũ emenda-
tor.In manu enim illi' et nos & ſermones no
ſtri,& omnis ſapiẽtia,& operũ ſcientiæ di-
ſciplina.Ipſe enim dedit mihi horum q̃ ſunt
ſcientiã ueram ut ſciã diſpoſitionẽ orbis ter
rarũ & uirtutes elementorũ,initium & con
ſummationem & medietatẽ temporũ uiciſ-
ſitudinũ permutationes,& cõſummationes
temporũ & morũ mutationes,diuiſiones tẽ
porum anni curſus & ſtellarũ diſpoſitiones:
naturas animaliũ,& iras beſtiarũ , uim uen-
torum,& cogitationes hominũ, differẽtias,
uirgultorũ,& uirtutes radicum,& quæcun
6 cꝫ ſunt abſconſa & improuiſa didici. ¶ Om
nium enim artifex docuit me ſapientia . Eſt
enim in illa ſpiritus intelligẽtiæ ſanctus uni
cus,multiplex,ſubtilis diſert',nobilis icoin
quinat',certus,ſuauis,amans bonum , acu-
tus qui nihil uetat benefacere,humanus, be
nignus,ſtabilis,certus,ſecurus oẽm habens
uirtutem,omnia proſpiciens,& qui capiat
omnes ſpiritus intelligibiles,mundus,ſubti
lis.Omnibus enĩ mobilibus mobilior eſt ſa-
7 piẽtia. ¶ Attingit autem ubicꝫ propter ſuã
mundiciã.Vapor eſt enĩ uirtutis dei, & ema
natio quædã ẽ claritatis oĩpotẽtis dei ſynce
ra,& ideo nihil iquinatũ in eã incurrit.Can
dor eſt enĩ lucis æternæ & ſpeculũ ſine macu
la dei maieſtatis,& imago bonitatis illius.
8 ¶ Et cũ ſit una,oĩa poteſt,& i ſe permanẽs

omnia innouat, & per nationes in animas ſan
ctas ſe transfert. Amicos dei, & ꝓphetas cõ-
ſtituit. Neminem enim diligit deꝰ: niſi eum q
cum ſapiẽtia inhabitat. Eſt enim hæc ſpecio-
ſior ſole, & ſup oẽm diſpoſitionem ſtellarũ,
luci cõparata inenit̃ prior. Illi ſuccedit nox.

Capitulum. 8.

1 SApientiã aũt non uincit malitia.
Attingit ergo à fine uſq; ad finẽ
fortiter, & diſponit omnia ſuaui
ter. Hanc amaui, & exquiſiui eã à
iuuentute mea, & quæſiui ſponſam mihi eã
aſſumere, & amator factus ſum formæ illiꝰ.
Generoſitatẽ illiꝰ glorificat cõtuberniũ ha-
bens dei: ſed & omnium dominus dilexit
illam. Doctrix enim eſt diſciplinæ dei, & ele
2 ctrix operũ illius. ¶ Et ſi diuitiæ appetũtur
in uita: quid ſapientia locupletiꝰ quæ opera
tur oĩa? Si aũt ſenſus operatur: qs horũ quæ
ſunt magis q̃ illa eſt artifex? Et ſi iuſtitiã qs
diligit: labores huius magnas habent uirtu-
tes. Sobrietatem enim & prudentiam docet
3 & iuſtitiã & uirtutem quibus utilius nihil
eſt in uita hominibus. ¶ Et ſi multitudi-
nem ſcientiæ deſiderat quis: ſcit præterita,
& de futuris æſtimat: ſcit uerſutias ſermo-
num & diſſolutiones argumentoꝝ: ſigna &
monſtra ſcit antequã fiant, & euentus tẽpo
4 rum, & ſæculorum. ¶ Propoſui ergo hanc
adducere mihi ad conuiuandum ſciens quo
niam mecũ cõmunicabit de bonis, & erit al-
locutio cogitationis, & tædij mei. Habebo
propter hanc claritatẽ ad turbas, & honorẽ
5 apud ſeniores. ¶ Iuuenis & acutꝰ inueniar
in iudicio, & ĩ cõſpectu potentium ammira-
bilis ero, & facies principum mirabunt̃ me.
Tacentem me ſuſtinebunt, loquentem me re
ſpiciẽt, & ſermocinante me plura: manꝰ ori
6 ſuo imponent. ¶ Præterea habebo per hãc
immortalitatẽ, & memoriã æternam his qui
poſt me futuri ſunt relinquam. Diſponã po-
pulos, & nationes mihi erunt ſubditæ. Time
bunt me audientes reges horrẽdi, & in mul
titudine uidebor bonus, & in bello fortis.
7 ¶ Intrans in domũ meã conquieſcam cum
illa. Non enim habet amaritudinem conuer-
ſatio illiꝰ: nec tædium cõuictus illius: ſed læ
8 titiam & gaudium. ¶ Hæc cogitans apud
me, & cõmemorans in corde meo, quoniam
immortalis eſt in cogitatione ſapiã, & amici
tia illiꝰ delectatio bona, & in operibus ma-
nuum illius honeſtas ſine defectione, & ĩ cer
tamine loquelæ illius ſapientia: & præclari-
tas in cõicatione ſermonum ipſius: circuibã
9 quærens ut mihi illam aſſumerem. ¶ Puer
autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum ani-
mam bonam. Et cum eſſem magis bonus, ue
ni ad corpꝰ incoinquinatum. Et ut ſciui: quo
niam aliter non poſſem eſſe continẽs niſi deꝰ
det, & hoc ipſum erat ſumma ſapientia ſcire
cuius eſſet hoc donum, adij dominum, & de
præcatus ſum illum, & dixi ex totis præco-
rdijs meis.

Capitulum. 9.

1 DEus patrum meorum, & dñe
miſericordiæ qui feciſti oĩa
uerbo tuo, & ſapiẽtia tua cõ
ſtituiſti hoĩem, ut dominare
tur creaturæ quę à te facta ẽ,
ut diſponat orbem terrarum
in æquitate & iuſtitia, & in directionem cor
dis iudiciũ iudicet: da mihi ſediũ tuarũ aſſi-
ſtricem ſapientiam, & noli me reprobare á
pueris tuis: qm̃ ſeruus tuus ſum ego, & filiꝰ
ancillæ tuæ homo infirmus, & exigui tẽpo-
ris, & minor ad intellectum iudicij, & legũ.
2 ¶ Et ſi quis erit cõſũmatus inter filios ho-
minũ: ſi fugerit ab illo ſapiẽtia tua: in nihilũ
cõputabit̃. Tu autẽ elegiſti me regẽ populo
tuo, & iudicẽ filiorũ tuorũ & filiarum. Et di
xiſti me ædificare tẽplũ in mõte ſancto tuo,
& in ciuitate habitatiõis tuæ altare: ſimilitu
dinẽ tabernaculi ſancti tui quod præparaſti
ab initio, & tecum ſapiẽtia tua q̃ nouit ope-
ra tua: q̃ & affuit tunc cum orbẽ terraꝝ face
res, & ſciebat quid eſſet placitũ oculis tuis:
3 & quid directum in præceptis tuis. ¶ Mitte
illã de cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitu-
dinis tuæ: ut mecum ſit, & mecũ laboret: ut
ſciã qd accæptũ ſit apud te. Sicut eñ illa oĩa
& intelligit, & deducet me ĩ opibꝰ meis ſo-
brie, & cuſtodiet me in ſua potẽtia. Et erunt
accæpta opera mea, & diſponam populum
tuum iuſte, & ero dignus ſediũ patris mei.
Quis enim hominum poterit ſcire cõſilium
dei? Aut quis poterit cogitare qd uelit deꝰ?
4 ¶ Cogitationes enim mortalium timidæ,
& incertæ prouidentiæ noſtræ. Corpus eñ
quod corrumpit̃ aggrauat animam, & terre
na inhabitatio deprimit ſenſum multa cogi
tantem. Et difficile æſtimamus, quæ in terra
ſunt & quæ in conſpectu ſunt inuenimus cũ
labore. Quæ in cælis ſunt autem quis inueſti
5 gabit? ¶ Senſum autem tuum: quis ſciet
niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiri-
tum ſanctum tuum de altiſſimis? Et ſi corre-
ctæ ſint ſemitæ eoꝝ qui ſunt ĩ terris & q̃ tibi
placet didicerint hoĩes. Nã per ſapientiã ſa-

nati ſunt quicūq; placuerūt tibi dn̄e à princi
pio.

Capitulum.10.

1 HEc illū qui prim' format' eſt
à deo pater orbis terrarū cū
ſol' eſſet creat' cuſtodiuit,
& eduxit illū à delicto ſuo.
Et eduxit illū de limo terræ
& dedit illi uirtutē continē
di omnia. ¶ Ab hac ut receſſit iniuſtus in ira
2 ſua: ꝑ irā homicidij fraternitas deperijt. Pro
pter quod cū aqua deleret terrā ſanauit iterū
ſapientia per contēptibile lignū iuſtū guber
nās. Hæc & in cōſenſu ſuperbię cū ſe natiōes
extuliſſent ſciuit iuſtū, & cōſeruauit ſine q̄re
la deo, & in filijs miſericordiā fortē cuſtodi-
uit, hec iuſtū à pereūtib' impijs liberauit fu-
gientē, deſcendente igne in pentapolim, qui
bus in teſtimoniū neqtiæ fumigabunda con-
ſtat deſerta terra, & incerto tēpore fruct' ha
bentes arbores, & incredibilis animæ memo
3 ria ſtans figmentū ſalis. ¶ Sapientiā enim
prætereuntes nō tm̄ in hoc lapſi ſunt ut igno
rarent bona, ſed & inſipiētiæ ſuæ reliquerūt
hominibus memoriā, ut in his quæ peccaue-
rūt nec latere potuiſſent. Sapiētia autem hos
qui ſe obſeruant à doloribus liberabit. Hæc
autem profugū iræ fratris iuſtū deduxit per
uias rectas, & oſtendit illi regnum dei, & de
dit illi ſcientiam ſanctorum, honeſtauit illum
in laboribus & compleuit labores illius. In
fraude circumuenientium illum affuit illi, &
4 honeſtum fecit illum. ¶ Cuſtodiuit illum
ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illū. Et
certamen forte dedit illi ut uinceret, & ſci-
ret quoniam omnipotentior eſt ſapientia.
Hæc uenditum iuſtum non dereliquit, ſed à
peccatoribus liberauit eum. Deſcenditq; cū
illo in foueam, & in uinculis non dereliquit
illum, donec afferret illi ſceptrum regni, &
potentiam aduerſus eos qui eum deprime-
bant, & mendaces oſtendit qui maculaue-
runt illum. Et dedit illi claritatem æternam.
5 ¶ Hæc populum iuſtum & ſemen ſine que-
rela liberauit à nationibus quæ illum depri-
mebant. Intrauit in animam ſerui dei, & ſte-
tit contra reges horrendos in portentis, &
ſignis, & reddidit iuſtis mercedem laborum
ſuorum, & deduxit illos in uia mirabili, &
fuit illis in uelamento diei, & in luce ſtellarū
6 per noctem. ¶ Et tranſtulit illos per mare ru
brū, & trāſuexit illos per aquam nimiā. Ini-
micos aūt illorū demerſit in mare, et ab alti-
tudine iferorū eduxit illos. Ideo iuſti tulerūt
ſpolia ipiorū, & decantauerūt dn̄e nomē ſā-
ctū tuū, & uictricē manū tuā laudauerūt pa
riter. Qm̄ ſapientia aperuit os mutorū, & lin
guas infantium fecit diſertas.

Capitulum.11.

1 DIrexit opera eorū in manib' ꝓ
phetæ ſancti. Iter fecerūt per de
ſerta q̄ nō habitabātur, & in lo
cis deſertis fecerūt caſas. Ste-
terūt cōtra hoſtes, & de inimi-
2 cis ſe uindicauerūt. ¶ Sitierūt & inuocaue
rūt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima
& requies ſitis de lapide duro. Per q̄ eñ pœ-
nas paſſi ſunt inimici illorū, à defectione po-
tus ſui i eis cū abūdarēt filij Iſrael lætati ſūt.
3 ¶ Per hęc cū illis deeſſent bn̄ cū illis actū ē.
Nā ꝓ fōte qdē ſēpiterni fluminis hūanū ſan
guinē dediſti iniuſtis. Qui cū minuerent̄ i tra
ductionē infantiū occiſorū dediſti illis abun
dantē aquā inſperate, oſtendens per ſitim q̄
tūc fuit quemadmodū tuos exaltares, & ad-
uerſarios illorū necares. Cū eñ tētati ſunt, et
qdem cū miſericordia diſciplinā accipiētes
ſcierūt, quēadmodū cū ira iudicati impij tor
4 mēta paterent̄. ¶ Hos quidē tanq̄ pater mo
nēs probaſti, illos aūt tanq̄ durus rex interro
gās condemnaſti. Abſentes eñ, & p̄ntes ſiſ'r
torq̄bant̄. Duplex eñ illos acceperat tædiū,
5 et gemitus cū memoria p̄teritorū. ¶ Cū eñ
audirēt per ſua tormenta bene ſecū agi com
memorati ſunt dominū admirantes in finem
exitus. Quē eñ in expoſitione praua proiectū
deriſerūt, et in finē euēt' mirati ſunt. Nō ſimi
liter iuſtis faciens, pro cogitatiōibus autem
6 inſenſatis iniquitates illorum. ¶ Quod qui
dam errantes colebant mutos ſerpentes &
beſtias ſuperuacuas, immiſiſti illis multitu-
nem multorum animalium in uindictam ut
ſcirent, quia per quæ peccat quis, per hæc
& torquetur. Non enim impoſſibilis erat om
nipotens manus tua quæ creauit orbem ter-
rarum ex materia inuiſa immittere illis mul-
titudinem urſorum, aut audaces leones, aut
nouigeneris ira plenas: & ignotas beſtias,
aut uaporem igneum ſpirātes, aut fumi odo
rem proferentes, aut horrēdas ab oculis ſcin
tillas emittentes, quarum non ſolum læſura
poterat illos exterminare, ſed & aſpectus
per timorem occidere. Nam & ſine his uno
ſpiritu poterant occidi perſecutionem paſ-
ſi ab ipſis factis ſuis, & diſperſi per ſpi-
7 ritum uirtutis tuæ. ¶ Sed omnia in menſ-

ſura & numero & pondere diſpoſuiſti.Mul-
tum eñ ualere tibi ſoli ſuper erat ſemper:&
uirtuti brachij tui quis reſiſtet.Quoniā tan-
q̃ momẽtum ſtateræ:ſic eſt ante te orbis ter
rarum,& tanq̃ gutta roris antelucani qui
deſcendit in terram.Et miſereris oīm q̄a oīa
potes,& diſſimulas peccata hoīm ꝓpter pœ
8 nitentiam. ¶ Diligis eñ oīa quæ ſunt,& ni
hil odiſti eorum quæ feciſti.Nec enim odiẽs
aliquid conſtituiſti:aut feciſti.Quō autẽ poſ
ſet aliqd ꝑmanere niſi tu uoluiſſes?Aut qđ à
te uocatum non eſſet cõſeruaret? Parcis aūt
oībus:qm̄ tua ſunt domine qui amas aīas.

Capitulum.12.

1 OQuā bonus & ſuauis eſt dñe ſpūs
tuus in oībus.Ideoq̃ hos qui ex-
errant partib⁹ corripis,& de qb⁹
peccãt admones & alloqueris:ut
relicta malicia credant in te dñe. Illos enim
ãtiquos habitatores terræ ſanctæ tuæ quos
exhorruiſti:quoniā odibilia opera tibi facie
bant per medicamina,& ſacrificia iniuſta,&
filiorum ſuoꝝ necatores ſine miſericordia,
& comeſtores uiſcerū hominū,& deuorato
res ſanguinis,& auctores parẽtes aīarum in
auxiliatarū perdere uoluiſti à medio ſacra-
mento tuo:per manus parẽtū noſtrorum,ut
dignā perciperẽt peregrinationẽ puerorū
2 dei:quæ tibi omniū charior eſt terra. ¶ Sed
& his tanq̃ hoībus pepereiſti,& miſiſti an-
teceſſores exercitus tui ueſpas:ut illos pau
latim exterminarẽt.Non quia impotens eras
in bello ſubijcere impios iuſtis:aut beſtijs ſæ
uis:aut uerbo duro ſimul exterminare: ſed
partibus iudicās dabas locum pœnitentiæ:
non ignorans,qm̄ nequa eſt natio eoꝝ,& na
turalis malicia ipſoꝝ,& quoniā nō poterat
mutari cogitatio illoꝝ in perpetuum. Semẽ
3 enim erat maledictū ab initio. ¶ Nec timẽs
aliquẽ,ueniam dabo peccatis illorum.Quis
enim dicet tibi,quid feciſti?Aut quis ſtabit
contra iudicium tuum? Aut quis in conſpe-
ctu tuo ueniet uindex iniquorum hoīm?Aut
qs tibi ĩputabit,ſi perierint natiões quas tu
feciſti?Nō ẽ eñ alius deus q̃ tu:cui cura ẽ de
oībus ut oſtendas,qm̄ non iniuſte iudicas iu
dicium:neq̃ rex neq̃ tyrānus in conſpectu
4 tuo inquirent de his quos perdidiſti. ¶ Cū
ergo ſis iuſtus:iuſte omnia diſponis:ipſum
quoq̃ qui non debet puniri condẽnas,& ex
terū æſtimas à tua uirtute. Virtus enim tua
iuſtitiæ initium eſt,& ob hoc q̃ omnium do
minus es:omnibus te parcere facieus.Virtu-
tem enim oſtendis tu:qui non crederis eſſe
in uirtute cõfirmatus,& hos qui te neſciūt,
5 in audacia traducis. ¶ Tu aūt dñator uirtu
tis cum tranquillitate iudicas,& cū magna
reuerentia diſponis nos.Subeſt enim tibi cū
uolueris poſſe. Docuiſti enim populū tuum
per talia opera: quoniā oportet iuſtum eſſe
& humanū,& bone ſpei feciſti filios tuos:
quoniā iudicans das locū in peccatis pœni-
tentiæ.Si enim inimicos ſeruoꝝ tuoꝝ,& de
bitos morti cum tãta cruciaſti attẽtione & li
beraſti dans tp̄s & locum ꝑ quẽ poſſent mu
tari à malicia:cum quãta diligentia iudica-
ſti filios tuos:quorū parentibus iuramenta,
& cõuentiones dediſti bonarū ꝓmiſſionū.
6 ¶ Cum ergo das nobis diſciplinā inimicos
noſtros multipliciter flagellas :ut bonitatẽ
tuā cogitemus iudicantes,& cū de bonis iu
dicatur:ſperemus miſericordiā tuā.Vnde &
illis qui in uita ſua inſenſate,& iniuſte uixe
runt:per hæc quæ coluerunt dediſti ſumma
tormenta.Etenim in erroris uia diutius erra
uerunt:deos æſtimãtes hæc quæ ĩ aīab⁹ſunt
ſuperuacua:infantium inſenſatoꝝ more ui-
7 uentes. ¶ Propter hoc tanq̃ pueris inſenſa
tis iudicium in deriſum dediſti. Qui autem
ludibrijs & increpationib⁹ nō ſunt correcti
dignum dei iudiciū experti ſunt.In his eñ
quæ patiebantur moleſte ferebant:in quib⁹
impatientes indignabãtur.Per hæc quos pu
tabant deos in ipſis cum exterminarẽtur ui-
dentes illum quem olim negabãt ſe noſſe ue
rum deum agnouerunt.Propter quod & fi-
nis condẽnationis eorum ueniet ſup illos.

Capitulum.13.

1 VAni ſunt autem omnes homi-
nes quibus non ſubeſt ſcien-
tia dei, & de his quæ non ui-
dentur bona non potuerunt
intelligere eum qui eſt: neq̃
operibus attendentes agno-
uerunt quis eſſet artifex: ſed aut ignem:
aut ſpiritum aut citatum aerem:aut gyrum
ſtellarum aut nimiā aquam:aut ſolem & lu-
nā rectores & orbis terrarū deos putauerūt.
Quorum & ſi ſpe delectati deos putauerūt,
ſciant quanto his dominator eorum ſpecio-
ſior eſt. Speciei enim generator hæc omnia
2 conſtituit. ¶ Aut ſi uirtutem & opera eorū
mirati ſunt:intelligant ab illis:qm̄ qui hæc
fecit fortior eſt illis.A magnitudine eñ ſpe-
ciei & creaturæ recognoſcibiliter poterit
creator horū uideri.Sed tñ adhuc in his mi-
nor ẽ querela.Et hi eñ fortaſſe errant deum
quærẽtes,& uolẽtes inuenire.Etenim cū in

operibus illius conuerſentur:inquirunt &
ꝑſuaſum habent:quoniā bona ſunt quæ ui-
3 dentur. ¶ Iterū autem nec his debet igno-
ſci. Si enim tantū potuiſſent ſcire ut poſſent,
æſtimare ſæculū:quō huius dn̄m nō facilius
4 inuenerūt? ¶ Infœlices aūt ſunt & iter mor
tuos ſpes illoꝝ ē:qui appellauerūt deos ope
ra manuū hominū,aurum & argentum artis
inuentionē,& ſimilitudines aīalium,aut la-
5 pidem inutilē opus manus antiquæ. ¶ Aut
ſi quis artifex faber de ſilua lignū rectum ſe
cuerit & huius docte eradat oēm corticē,&
arte ſua uſus diligenter fabricet uas inutile
in conuerſationē uitæ:reliquijs autem eius
operis ad præparationem eſcæ abutaẗ,& re
liquū horum qđ ad nullos uſus facit:lignum
curuum,& uerticibus plenum ſculpat dili-
genter per uacuitatē ſuā,& ꝑ ſcientiam ſuæ
artis figuret illud,& aſſimilet illud imagini
hoīs aut alicui ex aīalib⁹ illud corporet,per
liniens rubrica & rubricūdū faciēs fuco co
lorē illius & oēm maculam qđ in illo eſt per
liniens,& faciet ei dignā habitationē,& in
pariete ponens illud,& cōfirmans ferro ne
forte cadat ꝓſpiciens illi ſciens qm̄ non pōt
adiuuare ſe. Imago enim eſt,& opus eſt illi
6 adiutoriū. ¶ Et de ſubſtātia ſua,& de filijs
ſuis,& de nuptijs uotū faciens inquirit. Non
erubeſcit loqui cum illo qui ſine anima eſt,
& ꝓ ſanitate quidem infirmū deprecatur,
& ꝓ uita rogat mortuum,& in adiutorium
inutilē inuocat,& pro itinere petit ab eo q
ambulare non poteſt,& de acquirēdo,& de
operando,& de omniū rerum euentu petit
ab eo,qui in omnibus eſt inutilis.

Capitulum.14.

1 Iterum alius nauigare cogitās,&
per feros fluctus iter facere inci-
piens,ligno portante ſe:fragili⁹
lignum inuocat. Illud enim cupi-
ditas acquirendi excogitauit,& artifex ſa-
2 pientia fabricauit ſua. ¶ Tua aūt pater ꝓui
dentia ab initio cuncta gubernat,quoniā de
diſti in mari uiam,& inter fluctus ſemitā fir-
miſſimam oſtendēs,qm̄ potens es ex oībus
ſanare,etiam ſi ſine rate aliquis adeat mare.
Sed ut nō eſſent uacua ſapientiæ tua opera
propter hoc etiā,& exiguo ligno credūt ho
mines aīas ſuas,& trāſeūtes mare per ratem
3 liberati ſunt. ¶ Sed & ab initio cū perirent
ſuperbi gigantes:ſpes orbis terraꝝ ad ratē
confugiēs:remiſit ſæculo,ſemen natiuitatis
quæ manu tua erat gubernata. Bn̄dictum eſt
enim lignum ꝑ qđ fit iuſtitia. Per manus aūt
qđ fit idolum maledictum eſt,& ipſum,& q
fecit illud:quia ille qdē operatus eſt:illud au
tem qđ eſſet fragile deus cognominat⁹ eſt.
4 ¶ Similiter aūt odio ſunt deo,impi⁹ & im-
pietas eius. Etenim qđ factū eſt:cū illo q fe-
cit tormenta patieẗ. Propter hoc & in idolis
nationū nō erit reſpectus,qm̄ creaturæ dei
in odiū factæ ſunt,& in tentationem animæ
hoīm & ī muſcipulā pedibus inſipientium.
Initium enim fornicatiōis eſt exquiſitio ido
lorū,& adinuētio illorū corruptio uitæ eſt.
Neqꝫ eñ erat ab initio:neqꝫ erunt in ꝑpetuū.
Superuacuitas enim hoīm hec adinuenit in
orbē terrarū,& ideo breuis illorū finis ē in-
5 uentus. ¶ Acerbo enim luctu dolēs pater ra
pti cito ſibi filij fecit imaginē,& illū qui tūc
quaſi homo mortuus fuerat,nunc tanq̄ deū
colere cœpit & conſtituit inter ſeruos ſuos
ſacra & ſacrificia. Deinde interueniēte tpē:
conualeſcente antiqua conſuetudine:hic er-
ror tanq̄ lex cuſtoditus eſt,& tyrannorū im
6 perio colebanẗ figmēta. ¶ Et hos quos ī pa
lam hoīes honorare nō poterāt,ꝓpter hoc ꝙ
longe eſſent à lōginquo,figura eorū allata
euidentē imaginem regis quē honorare uo-
lebant fecerūt:ut illū qui aberat tanq̄ præ-
ſentem colerent ſua ſollicitudine. Prouexit
aūt ad horū culturam,& hos qui ignorabāt:
artifices eximia diligentia. Ille enim uolens
plus placere illi q ſe aſſumpſit:elaborauit ar
te ſua ut ſimilitudinem in melius figuraret.
7 ¶ Multitudo aūt hoīm abducta ꝑ ſpem ope
ris:eum qui ante tēpus tanq̄ homo honora-
tus fuerat:nunc deum æſtimauerunt. Et hæc
fuit uitæ humanæ deceptio,quoniā aūt affe
ctui aut regibus deſeruientes hoīes incōica-
bile nomen lapidibus & lignis impoſuerūt.
Et non ſuffecerat erraſſe eos circa dei ſciam:
ſed in magno uiuētes in ſcientiæ bello:tot &
8 tam magna mala pacē appellant. ¶ Aut eñ
filios ſuos ſacrificantes:aut obſcura ſacrifi-
cia facientes:aut inſaniæ plenas uigilias ha-
bētes:neqꝫ uitam:neqꝫ nuptias mūdas iā cu-
ſtodiūt,ſed & alius aliū ꝑ inuidiā occidit,
aut adulterās cōtriſtat,& oīa cōmixta ſunt
ſanguis,homicidiū:furtum,& fictio:corru-
ptio & infidelitas,turbatio & periurium,tu-
multus bonorū dei īmemoratio,aīarū inq-
natio,natiuitatis immutatio,nuptiarū incō
ſtantia,inordinatio mœchiæ & impudicitiæ.
9 ¶ Infandorum enim idolorum cultura oīs
mali cauſa eſt,& initium & finis. Aut enim
dum lætantur inſaniunt,aut certe uaticinan
tur falſa,aut uiuunt iniuſte,aut peierant

cito.Dum enim confidūt in idolis quæ ſunt
ſine anima male iurātes noceri ſe nō ſpetāt.
Vtraq; ergo illis euenient digne,quoniā ma
le ſenſerūt de deo attēdentes idolis,& iura-
uerūt iniuſte in idolo,cōtēnentes iuſtitiam.
Non eñ iurantium eſt uirtus,ſed peccantiū
pena pambulat ſemper in iuſtorum præuari
cationem.

Capitulum.15.

1 TV aūt de' nr̄ ſuauis,& uer' es
patiēs,& ī mia diſponēs oīa.
Etenim ſi peccauerimus tui ſu
mus : ſcientes magnitudinem
tuā,& ſi nō peccauerimus ſci-
mus quoniā apud te ſumus cō
putati.Noſſe eñ te conſummata iuſtitia eſt,
& ſcire iuſtitiā & uirtutē tuā radix eſt īmor
2 talitatis. ¶Non enim in errorē induxit nos
hoīm malæ artis excogitatio:nec umbra pi-
cturæ:labor ſine fructu:effigies ſculpta p ua
rios colores,cuius aſpectu dat inſenſato cō-
cupiſcentiā,& diligit mortuæ imaginis effi
gie ſine anima.Malorū amatores digni ſunt
morte q ſpem habēt in talibus,& q faciūt il
3 los,& q diligūt & q colunt. ¶Sed & figu-
lus molē terrā premens laborioſe fingit ad
uſus noſtros unūquodq; uas & de eodē luto
fingit q̄ mūda ſunt in uſum uaſa,& ſimiliter
quæ his ſunt cōtraria.Horū aūt uaſorū quis
ſit uſus,iudex eſt figulus.Et cum labore ua-
no deū fingit de eodem luto:ille q paulo an-
te de terra factus fuerat,& poſt puſillū redu
cit ſe unde acceptus eſt repetitus animæ de
4 bitum quā habebat. ¶Sed cura eſt illi non
quia laboratus eſt,nec quoniā breuis illi ui-
ta eſt,ſed cōcertatur aurificibus,& argēta-
rijs:ſed & ærarios imitatur,& gloriā pfert:
quoniā res ſupuacuas fingit. Cinis eſt enim
cor eius,& terra ſupuacua ſpes illius & luto ui
lior uita eius,quoniā ignorauit qui ſe finxit
& qui inſpirauit illi animam quæ operatur,
5 & qui inſufflauit ei ſpiritū uitalē. ¶Sed &
æſtimauerūt luſum eſſe uitam noſtram,& cō
uerſationem uitæ compoſitam ad lucrum,&
oportere undecūq; etiam ex malo acquire-
re.Hic enim ſcit ſe ſuper omnes delinquere:
qui ex terræ materia fragilia uaſa & ſculpti
lia fingit.Omnes enim inſidiantes & infœli
ces ſupra modum animæ ſuæ ſupbi ſunt ini-
mici populi tui & imperātes illi,quoniā oīa
idola nationum deos æſtimauerunt quibus
neq; oculorum uiſus eſt ad uidendum neq;
nares ad percipiendum ſpiritum,neq; aures
ad audiendum,neq; digiti manuum ad tra-
ctandum:ſed & pedes eorum pigri ad ambu
6 landum. ¶Homo enim fecit illos,& q ſpm̄
mutuatus eſt is finxit illos.Nemo enim ſibi
ſimilē hō poterit deū fingere.Cū eñ ſit mor
talis:mortuū fingit manibus iniquis.Melior
enim eſt ipſe his quos colit:quia ipſe qdē ui-
xit cum eſſet mortalis:illi aūt nunq;.Sed &
animalia miſerrimi colunt. Inſenſata enim
comparata his:illis ſunt deteriora. Sed nec
aſpectu aliquis ex his aīalibus bona pōt cō-
ſpicere.Effugerūt autem dei laudem,& be-
nedictionem eius.

Capitulum.16.

1 PRopter hæc & his ſimilia
paſſi ſunt digne,tormēta,
& per multitudinē beſtia
rum exterminati ſūt. Pro
qbus tormētis bene diſpo
ſuiſti populū tuū.qbus de
diſti cōcupiſcentiam dele
ctamēti ſui nouū saporē eſcā parans eis orti
gometra:ut illi qdē cōcupiſcētes eſcam pro
pter ea quæ illis oſtenſa & miſſa ſunt:etiā à
2 neceſſaria cōcupiſcētia auerterenť. ¶Hi au
tem in breui inopes facti:nouam guſtauerūt
eſcā.Oportebat enim illis ſine excuſatione
quidem ſupuenire interitum exercentibus
tyrānidē:his aūt tātū oſtēdere quēadmodū
inimici eorū exterminabanť.Etem̄ cū illis ſu
peruenit ſæua beſtiarū ira:morſibus peruer
3 ſorū colubrorū exterminabanť. ¶Sed non
imperpetuū tua ira pmāſit:ſed ad correptio
nē in breui turbati ſunt:ſignū habētes ſalu-
tis ad cōmemorationem mandati legis tuæ.
Qui enim cōuerſus eſt:nō per hoc qd' uide-
bat ſanabať:ſed p te omniū ſaluatorē.In hoc
aūt oſtēdiſti inimicis tuis:quia tu es q libe-
ras ab oī malo.Illos enim locuſtarū & muſca
rum occiderūt morſus,& nō eſt inuēta ſani-
tas aīæ illorū:quia digni erāt ab hmōi exter
4 minari. ¶Filios aūt tuos,nec draconū,nec
uenenatorū uicerūt dētes. Miſericordia eñ
tua aduenieus ſanabat illos. In memoria eñ
ſermonū tuorū exterminabanť,& uelociter
ſanabātur:ne in altā incidētes obliuionē non
poſſent tuo uti adiutorio.Etem̄ neq; hærba
neq; malagma ſanauit eos ſed tuus dn̄e ſer-
5 mo qui ſanat oīa. ¶Tu es dn̄e qui uitæ &
mortis habes ptātē,& deducis uſq; ad por-
tas mortis,& reducis.Hō aūt occidit qdē p

malitiã aĩam ſuã, & cũ exierit ſpũs nõ reuer
tet:nec reuocabit aĩam q̃ recępta eſt:ſed tuã
manũ effugere impoſſibile eſt. Negãtes eñ
te noſſe impij per fortitudinem brachij tui fla
gellati ſunt:nouis aquis & grandinibus & plu
uijs perſecutionem paſſi, & per ignẽ conſum
6 ti. ¶ Quod enim mirabile erat:in aqua quæ
oĩa extinguit plus ignis ualebat. Vindex eſt
enim orbis iuſtorũ. Quodã enim tpe manſue
tabatur ignis ne cõburerentur quæ ad impios
miſſa erant animalia,ſed ut ipſi uidẽtes ſcirẽt:
quoniã dei iudicio patiuntur perſecutionem.
7 ¶ Et quodam tẽpore in aqua ſupra uirtutem
ignis exardeſcebat undiq̃,ut iniquã terræ na
tionem exterminaret. Pro quibus angelorum
eſca nutriuiſti populũ tuũ, & paratũ panẽ de
cœlo preſtitiſti illis ſine labore:omne delecta-
mentum in ſe habentem,et omnis ſaporis ſua-
uitatem. Subſtantiã eñ tuam et dulcedinẽ tuã
quam in filios habes oſtendebas, & deſeruiẽs
uniuſcuiuſq̃ uolũtati. Ad qđ quiſq̃ uolebat,
8 conuertebatur. ¶ Nix autem & glacies ſuſti
nebãt uim ignis & non tabeſcebãt, ut ſcirent
q̃m fructus inimicorũ exterminabat ignis ar-
dens in grãdine, & pluuia coruſcans. Hoc aũt
iterum ut nutrirentur iuſti:ignis etiam ſuæ uir
tutis oblitus eſt: creatura eñ tibi factori deſer
uiens exardeſcit in tormentum aduerſus iniu
ſtos, & lenior fit ad benefaciendũ pro his qui
9 in te confidunt. ¶ Propter hoc & tũc omnia
transfigurata omniũ nutrici gratiæ tuæ deſer
uiebant ad uoluntatem eorũ qui à te deſidera
ti ſunt, ut ſcirẽt filij tui quos dilexiſti domine,
q̃m non natiuitatis fructus paſcunt hoĩes, ſed
ſermo tuus hos qui in te crediderint cõſeruat.
Quod eñ ab igne non poterat exterminari,
ſtatim ab exiguo radio ſolis calefactum tabe-
ſcebat, ut notũ oĩbus eſſet q̃m oportet præue
nire ſolem ad benedictionem tuam, et ad ortũ
lucis te adorare. Ingrati eñ ſpes tanq̃ hyber-
nalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanq̃ aqua
ſuperuacua.

Capitulum.17.

1 MAgna ſunt eñ iudicia tua dñe,
& inenarrabilia uerba tua: pro
pter hoc indiſciplinatæ animæ
errauerunt. Dũ eñ perſuaſum
habẽt iniqui poſſe dominari na
tioni ſanctæ uinculis tenebrarũ
et longe noctis compediti incluſis ſub tectis fu
gitiui,perpetuæ prouidẽtiæ iacuerũt. Et dum
putant ſe latere in obſcuris peccatis, tenebro-
ſo obliuionis uelamento diſperſi ſunt, pauen-
tes horrende, et cum ammiratione nimia per-
turbati. Neq̃ enim quæ continebat illos ſpelũ
ca ſine timore cuſtodiebat, quoniam ſonitus
deſcendens perturbabat illos, & perſonæ tri-
ſtes illis apparentes, pauorem illis præſtabant.
2 ¶ Et ignis quidem nulla uis poterat illis lu-
men præbere, nec ſyderum limpidæ flammæ
illuminare poterant illam noctem horrẽdam.
Apparebat autem illis ſubitaneus ignis, timo-
re plenus, & timore percuſſi illius quæ non ui
debatur faciei æſtimabant deteriora eſſe quæ
uidebantur & magicæ artis appoſiti erant de-
riſus, & ſapientiæ gloria correptio cum con-
3 tumelia. Illi enim qui promittebãt timores, &
perturbationes expellere ſe ab anima languẽ-
te, hi cum deriſu pleni timore languebant.
Nam & ſi nihil eos ex monſtris perturbabat,
tranſitu animalium, & ſerpentium ſibilatione.
commoti, tremebundi peribant, & aerem quẽ
nulla ratione quis effugere poſſet negantes ſe
uidere. Frequenter enim præoccupant peſ-
4 ſima redarguente conſcientia. ¶ Cum ſit eñ
timida nequitia, data eſt in omnium condem-
nationem. Semper enim præſumit ſæua pertur
bata conſcientio. Nihil enim eſt timor niſi pre-
ſumptionis adiutorium, proditio cogitationis
auxiliorum. Et dum ab intro minor eſt expe-
ctatio, maiorem computat potentiam eius cau
5 ſæ de qua tormentum præſtat. ¶ Illi autem
qui in potentem uenere noctem, & ab infimis
& ab altiſſimis ſuperuenientem eundem ſom
num dormientes aliquando mõſtrorum exa-
gitabantur timore, aliquando animæ deficie-
bant traductione. Subitaneus enim illis & in-
ſperatus timor ſuperuenerat. Deinde ſi quiſ-
quam ex illis decidiſſet, cuſtodiebatur in car-
cere ſine ferro recluſus. Si enim ruſticus quis
erat, aut paſtor, aut agri laborum operarius p̄-
occupatus eſſet: ineffugibilem ſuſtinebat ne-
ceſſitatem. Vna enim catena tenebrarum om
6 nes erant colligati. ¶ Siue ſpiritus ſibilans,
aut inter ſpiſſos arborum ramos auium ſonus
ſuauis, aut uis aquæ decurrentis nimium, aut
ſonus ualidus pręcipitantium petrarum aut lu
dentium animalium curſus inuiſus, aut mugiẽ
tium ualida beſtiarum uox, aut reſonans de
altiſſimis montibus Echo, deficientes facie-
bat illos prę timore. Omnis enim orbis terra-
rum limpido illuminabatur lumine, & non im
peditis operibus continebatur. Solis autẽ illis
ſuperpoſita erat grauis imago tenebrarum, q̃
ſuperuentura illis erat. Ipſi ergo ſibi erãt gra-
uiores tenebræ.

Capitulum.18.

1 SAnctis autē tuis maxima
erat lux, & horum qdē uo
cem inimici audiebāt, ſed
figuram nō uidebāt. Et qa
non & ipſi eadē paſſi erāt
magnificabāt te, & q ante
læſi erant quia nō lædebantur, gratias age-
bāt tibi, & ut eſſet differentia te deum pete-
bāt. Propter qđ ignis ardentē colūnā ducē
habuerūt ignotæ uiæ, & ſolē ſine læſura bo
2 ui hoſpitij præſtitiſti. ¶ Digni quidē illi ca-
rere luce, & pati carcerē tenebrarū qui in-
cluſos cuſtodiebāt filios tuos: p quos icipie
bat icorruptū legis lumē ſæculo dari. Cū co
gitarent iuſtoꝝ occidere infantes, & uno ex
poſito filio: ſed liberato intraductionē illo-
rum multitudinem filiorū abſtuliſti, & pari
ter illos perdidiſti in aqua ualida. Illa enim
nox ante cognita eſt à patribꝰ noſtris, ut ue
re ſciētes quibus iuramētis crediderūt ani-
3 mequiores eſſent. ¶ Suſcæpta eſt aūt à po-
pulo tuo ſanitas quidem iuſtorū: iniuſtorum
aūt exterminatio. Sicut enim læſiſti aduerſa
rios noſtros, & ſic & nos ꝓuocās magnifica
ſti. Abſcōſe enim ſacrificabant iuſti pueri bo
norū, & iuſtitiæ legem in concordiā diſpo-
ſuerunt ſimiliter bona & mala percepturos
iuſtos, patri omnium decantantes laudes.
4 ¶ Reſonabat autem inconueniens inimico
rum uox, & flebilis audiebatur plāctus plo-
ratorū infantiū. Simili autem pœna ſeruꝰ cū
dño afflictꝰ eſt, & popularis homo regi ſimi-
5 lia paſſus. ¶ Similiter ergo oēs uno nomie
mortis mortuos habebant innumerabiles.
Nec enim ad ſepeliēdum uiui ſufficiebant,
quoniam uno momēto quí erat præclarior,
natio illorum exterminata eſt. De omnibus
enim non credentes propter beneficia tunc
cum primū fuit exterminiū primogenitoꝝ:
6 ſpoponderunt populum dei ſe eſſe. ¶ Cum
enim quietum ſilentium cōtineret omnia &
nox in ſuo curſu medium iter haberet: omni
potens, ſermo tuus domine exiliens de cœlo
à regalibus ſedibus: durus debellator in me
dium exterminij terrā ꝓſiliuit, gladius acu-
tus inſimulatum imperium tuū portans, &
ſtās repleuit oīa morte, & uſq; ad cœlū attin
gebat ſtans in terra. Tūc continuo uiſus ſom
niorū malū turbauerūt illos, & timores ſup
7 uenerunt inſperati. ¶ Et alius alibi ꝓiectus
ſemiuiuus ꝓpter quā moriebaꝰ cām demon
ſtrabat mortis. Viſiōes enim quæ illos turba
uerunt hæc præmonebāt, ne inſcij quare ma
la patiebantur perirent. Tetigit autem tunc
& iuſtos tentatio mortis, & cōmotio in eré-
mo facta eſt multitudinis. Sed non diu ꝑmā-
ſit ira tua. Properans enim hō ſine querela
deꝑcari ꝓ populis proferens ſeruitutis ſuæ
ſcutū orationē, & p incēſum deꝑcationem
allegans reſtitit iræ, & finē iposuit neceſſita
8 ti, oſtendens, quoniam tuꝰ eſt famulꝰ. ¶ Vi
cit aūt turbas nō in uirtute corporis, nec ar-
matura potentiæ, ſed uerbo illum q ſe uexa-
bat ſubiecit, iuramēta parentū, & teſtamen-
tum cōmemorās. Cū enim iā aceruatim ceci
diſſent ſuper alterutrū mortui, interſtitit, &
amputauit impetū, & diuiſit illā quæ ad ui-
uos ducebat uiā. In ueſte enim poderis quā
habebat, totus erat orbis terrarum, & parē
tum magnalia in quatuor ordinibus lapidū
erant ſculpta, & magnificētia tua in dyade-
mate capitis illius ſcripta erat. His aūt ceſſit
qui exterminabat, & hæc extimuit. Erat eñ
ſola tentatio iræ ſufficiens.

Capitulum.19.

1 IMpijs autem uſq; in nouiſſi-
mum ſine miſericordia ira ſup
uenit. Præſciebat enim & fu-
tura illorum, quoniam cū ipſi
permiſiſſent ut ſe educerent,
& cū magna ſollicitudine pre
miſiſſent illos, conſequebantur illos pœnitē
tiæ actus. Adhuc enim inter manus habētes
luctum, & deplorantes ad monumenta mor-
tuorum, aliam ſibi aſſumpſerunt cogitatio-
nem inſcientiæ, & quos rogantes proiece-
rant, hos tanq; fugitiuos perſequebanꝰ. Du
cebat enim illos ad hunc finem digna neceſ
ſitas, & horum quæ acciderant cōmemora-
tionē amittebāt, ut quæ deerant tormentis,
repleret punitio, & populus qdē tuus mira
biliter tranſiret, illi autem nouam mortē in-
2 uenirent. ¶ Omnis creatura ad ſuum genꝰ
ab initio refigurabatur deſeruiens tuis præ
ceptis: ut pueri cuſtodirentur illæſi. Nam nu
bes caſtra eorum obumbrabat, & ex aqua q̄
ante erat terra arida apparuit, & in mari ru-
bro uia ſine impedimento, & campus germi
nans de profundo nimio per quem oīs natio
tranſiuit, quæ tegebatur tua manu, uidētes
3 tua mirabilia & monſtra. ¶ Tanq; eñ eq de
pauerūt eſcā, & tanq; agni exultauerūt ma-
gnificātes te dñe q liberaſti illos. Memores
eñ erāt adhuc eoꝝ q̄ icolatu illoꝝ facta fue-
rāt, quēadmodū ꝓ natiōe aīaliū eduxit terra
muſcas, & pro piſcibꝰ eructauit fluuius mul
4 titudinem ranarū. ¶ Nouiſſime aūt uiderūt

nonam creaturã animæ, cum abducti concupi
ſcentia poſtulauerunt eſcas epulatiõis. In allo
cutione eñ deſiderij aſcendit illis de mari orti
go metra & uexationes peccatoribus ſuperue
nerunt, nõ ſine illis quæ ante facta erant argu-
mẽtis per uiam fluminũ. Iuſte eñ patiebantur
ſecundum ſuas nequitias. Etenĩ deteſtabiliorẽ
5 inhoſpitalitatem inſtituerunt. ¶ Alij quidem
ignotos non recipiebant aduenas: alij autẽ bo
nos hoſpites in ſeruitutem redigebant. Et non
ſolum hæc, ſed & alius quidem reſpectus illo
rũ erat: quoniam inuiti receperunt extraneos. Qui
autem cũ lætitia receperunt hos qui eiſdẽ uſi
erant iuſtitiis: ſæuiſſimis afflixerũt dolorib⁹.
Percuſſi ſunt autem cæcitate, ſicut illi in forib⁹
iuſti, cum ſubitaneis cooperti eſſent tenebris.
6 ¶ Vnuſquiſque tranſitũ oſtij ſui quærebat. In
ſe eñ elementa dũ conuertuntur, ſicut in orga
na qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum
ſonũ cuſtodiũt. Vnde æſtimari ex ipſo uiſu cer
to poteſt. Agreſtia eñ in aquatica conuertebã
tur & quæcunque erãt natãtia, in terra tranſibãt.
Ignis in aqua ualebat ſupra ſuam uirtutem: &
aqua extinguẽtis naturæ obliuiſcebatur. Flã-
mę econtrario corruptibiliũ animaliũ nõ uexa
uerunt carnes coambulantiũ nec diſſoluebãt,
illam quę facile diſſoluebatur: ſicut glacies bo
nam eſcam. In omnibus eñ magnificaſti popu
lum tuũ domine & honoraſti, & non deſpe-
xiſti in omni tẽpore, & in omni loco aſſiſtens eis.

¶ Explicit Liber Sapientiæ.

¶ Incipit prologus libri Ieſúah filij Sirach,
qui Eccleſiaſticus appellatur.

MVltorum nobis & magnorũ per le-
gem & prophetas, aliosque qui ſecuti
ſunt illos ſapiẽtia demonſtrata eſt,
in quib⁹ oportet laudare Iſraél do-
ctrinæ & ſapientiæ cauſa: quia non ſolũ ipſos
loquẽtes neceſſe eſt eſſe peritos, ſed etiã extra
neos poſſe & diſcẽtes & ſcribẽtes doctiſſimos
fieri. Auus meus Ieſúah poſtquam ſe amplius dedit
ad diligentiã lectiõis legis, & prophetarum & alio
rum librorum qui nobis à parentib⁹ noſtris tra-
diti ſunt, uoluit & ipſe ſcribere aliquid horum
quæ ad doctrinã & ſapientiam pertinẽt, ut de
ſiderantes diſcere, & illorũ periti fieri, magis
magiſque attendant animo, & confirmentur ad
legitimã uitam. Hortor itaque uenire uos cũ be
niuolentia, & attentiori ſtudio lectionem face
re & ueniam habere in illis in quib⁹ uidemur,
ſequẽtes imaginem ſapiẽtiæ & deficere in uer
borum compoſitione. Nam deficient uerba he
braica quando fuerint tranſlata ad alteram lin
guã. Non autem ſolum hæc, ſed & ipſa lex &
prophetæ, cæteraque aliorum librorum nõ par-
uam habet differentiam quando inter ſe dicuntur.
Nam in octauo et triceſimo anno temporibus.
Ptolomæi euergetis regis poſtquam perueni in
Aegyptum, & cũ multũ temporis ibi fuiſſem,
inueni ibi libros relictos non paruæ, neque con-
tẽnendæ doctrinę. Itaque bonũ & neceſſarium
putaui, & ipſe aliquam addere diligentiam, &
laborem interpretandi librum iſtum, & multa
uigilia attuli doctrinam in ſpacio temporis ad
illa quæ ad finem ducunt librum iſtum dare, & il
lis qui uolunt animũ intẽdere & diſcere: quẽ-
admodum oporteat inſtituere mores qui ſecũ-
dum legem dñi propoſuerint uitam agere.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit prologus Rabani,
in librum Eccleſiaſticum.

LIbrum Ieſúah filij Sirách dicit ſe
Hieronymus repperiſſe apud He-
bræos, non eccleſiaſticum ut apud
latinos ſed parabolas prænotatum
cui iuncti erãt eccleſiaſtes, et canticũ cantico
rum ut ſalomonẽ nõ mõ librorũ numero ſed et
materiæ genere coequaret: librum uero ſapien
tiæ ſe nõ repeꝛiſſe apud eos: ſed magis grecam
redolere eloquẽtiã quẽ nõnulli philonis eſſe
affirmãt. Eccleſiaſtic⁹ uero ſicut et eccleſiaſtes
eccleſiæ utiliſſimus eſt: qui congregator, uel col
lector interpretatur ſicut ille cõcionator. Sed
eccleſiaſtes ad chriſtũ refertur: & ad quemlibet
prædicatorẽ eccleſiaſticus: qui propter excellẽtiam
uirtutũ ſuarũ panaretes: id eſt omnium uirtu-
tũ capax appellatur. Cuius tanta claritas tanta
que latitudo eſt ut ipſe ſibi commenta ſit.

¶ Explicit prologus Rabani.

¶ INCIPIT LIBER ECCLESIASTICVS RECOGNITVS PER EVNDEM SANCTEM PAGNINVM LVCENSEM SACRAE THEOLOGIAE DOCTOREM.

Capitulum. I.

1 OMnis ſapientia à
domino deo eſt
& cum illo fuit
ſemper et eſt ante
euũ. Arenã ma-
ris, & pluuiæ,
guttas, et dies
ſæculi quis dinu
merauit? Altitu
dinem terræ, et
profundũ abyſſi
quis dimẽſus eſt? Sapiẽtiam dei præcedentem
2 omnia quis inueſtigauit? ¶ Prior omniũ cre-

ata eſt ſapientia, & intellectus prudentiæ ab
æuo. Fons ſapiẽtiæ uerbum dei in excelſis, &
ingreſſus illius mandata æterna. Radix ſapien
tiæ cui reuelata eſt, & aſtutias illi⁹ quis cogno
uit? Diſciplina ſapientiæ cui reuelata eſt, et ma
nifeſtata, & multiplicationem ingreſſus illius
3 quis intellexit? ¶ Vnus eſt altiſſimus creator
omniũ, omnipotẽs & rex potens et metuẽdus
nimis: ſedens ſuper thronũ illius, & dominãs
deos. Ipſe creauit illã in ſpiritu ſctõ, & uidit, &
dinumerauit & mẽſus eſt. Et effudit illã ſuper
omnia opera ſua, & ſuper omnẽ carnẽ, ſecun-
dum datum ſuũ, & præbet illam diligentibus
4 ſe. ¶ Timor domini gloria, & gloriatio, & læ
titia, & corona exultationis. Timor dñi delec-
tabit cor, & dabit lætitiã, & gaudium in lon-
gitudine dierum. Timenti dñm bene erit ĩ ex-
tremis, & in die defunctionis ſuæ benedicet.
Dilectio dei honorabilis ſapientia, quibus au
tem apparuerit in uiſu diligunt eam, in uiſione
5 & in agnitione magnaliũ ſuorum. ¶ Initium
ſapientiæ timor dñi, & cum fidelibus in uulua
concreatus eſt, & cũ electis fœminis graditur
& cũ iuſtis & fidelibus agnoſcitur. Timor do
mini ſciẽtiæ religioſitas. Religioſitas cuſto-
diet, & iuſtificabit cor iocunditatem atq; gau
dium dabit. Timenti deum bene erit, & in die
6 bus conſolationis illius benedicetur. ¶ Pleni
tudo ſapientiæ timere deũ, & plenitudo à fru
ctibus illius. Omnẽ domum illi⁹ implebit à ge-
nerationibus & receptacula à theſauris illius.
Corona ſapiẽtiæ timor dñi, replens & pacem,
& ſalutis fructum, & uidit, & dinumerauit eã.
Vtraq; autẽ ſunt dona dei. Sciẽtiã, & ĩtellectũ
prudẽtiæ, ſapientia cõpartietur, & gloriã te-
7 nẽtium ſe exaltat. ¶ Radix ſapiẽtiæ eſt time-
re deum & rami illi⁹ lõgeui. In theſauris ſapiẽ
tiæ intellectus, & ſcientiæ religioſitas, execra
tio autem pctõribus ſapiẽtia. Timor dñi expel
lit peccatum. Nam qui ſine timore eſt, non po-
terit iuſtificari: iracundia enim animoſitatis il-
8 lius ſubuerſio illius eſt. ¶ Vſq; in tempus ſu-
ſtinebit patiens, & poſtea redditio iocundita-
tis. Bonus ſenſus uſq; in tempus abſcõdet uer
ba illius, & labia multorum enarrabũt ſenſum
illius. In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſci-
plinæ, execratio autem peccatori cultura dei.
9 ¶ Fili concupiſcens ſapientiam conſerua iu-
ſtitiam, & deus præbebit illam tibi. Sapientia
enim & diſciplina timor domini, & quod be-
neplacitum eſt illi: fides & manſuetudo. & ad-
implebit theſauros illius. Contumax non ſis:
& incredibilis timori dei, & ne acceſſeris ad
10 illum duplici corde. ¶ Ne fueris hypocrita in
conſpectu hominum, & non ſcandalizeris in
labijs tuis. Attẽde ĩ illis ne forte cadas & addu
cas animæ tuæ inhonorationẽ, & reuelet deus
abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te,
quoniam acceſſiſti maligne ad dominũ, & cor
tuum plenum eſt dolo & fallacia.

Capitulum. 2.

1 FIli accedens ad ſeruitutẽ
dei ſta in iuſtitia, & in ti
more, & præpara aiam
tuam ad tentationẽ. De
prime cor tuum & ſuſti
ne, & inclina aurẽ tuam
& ſuſcipe uerba intelle
ctus, & ne feſtines in tẽ-
pus obductionis. Suſtine ſuſtentationes dei: cõ
iungere deo, & ſuſtine ut creſcat in nouiſſimo
2 uita tua. ¶ Omne quod tibi applicitum fuerit
accipe & in dolore ſuſtine, & ĩ humilitate tua
patientiã habe, qm̃ in igne probatur aurum &
argentum: hoies uero receptibiles in camino
humiliationis. Crede deo & recuperabit te, &
dirige uiam tuam & ſpera in illum. Serua timo
3 rem illius, & in illo ueteraſce. ¶ Metuẽtes do
minũ ſuſtinete miſericordiã eius, & non defle
ctatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dominum
credite illi, & non euacuabitur merces ueſtra.
Qui timetis dominum ſperate in illum, & in
oblectationẽ ueniet uobis mia. Qui timetis do
minum diligite illum, & illuminabuntur cor-
4 da ueſtra. ¶ Reſpicite filij nationes hominum
& ſcitote quia nullus ſperauit in domino, &
confuſus eſt. Quis enim permanſit in manda-
tis eius, & derelictus eſt? Aut quis inuocauit
eum, & deſpexit illum? Quoniam pius & mi-
ſericors eſt deus, & remittit in die tribulatio-
nis peccata, & protector eſt omnibus exqui-
5 rentibus ſe in ueritate. ¶ Væ duplici corde
& labijs ſceleſtis, & manibus malefacientibus
& peccatori terram ingredienti duabus uijs.
Væ diſſolutis corde qui non credunt deo, &
ideo non protegentur ab eo. Væ his qui perdi
derunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt ui-
as rectas, & diuerterunt ĩ uias prauas. Et quid
6 facient, cum inſpicere cœperit domin⁹. ¶ Qui
timent dñm non erũt incredibiles uerbo illi⁹,
& qui diligunt illũ conſeruabunt uerbum il-
lius. Qui timent dominum inquirent q̃ bene-
placita ſunt ei, & qui diligunt eũ replebuntur
lege ipſius. Qui timent dominum præparabũt
corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt
7 aĩas ſuas. ¶ Qui timent dñm cuſtodiunt man
data eius, & patientiã habebunt uſq; ad inſpe

ctionē illius dicētes. Si pœnitentiā non ege-
rimus, incidem⁹ in manus dñi, & non in ma-
nus hoim. Secdm em̄ magnitudinē illius: ſic
& miſericordia illius cum ipſo eſt.

Capitulum. 3.

1 Filij ſapiētiæ eccleſia iuſtorꝫ, &
natio illorꝫ obedientia & dile
ctio. Iudicium pr̄is audite filij:
& ſic facite: ut ſalui ſitis. Deus
em̄ honorauit patrē in filijs, &
iudiciū matris exquirēs firma
2 uit in filios. ¶ Qui diligit deū exorabit ꝓ
peccatis, & cōtinebit ſe ab illis, & in oꝛone
dierū exaudieť, & ſicut q theſaurizat, ita &
q honorificat matrē ſuā. Qui honorat patrē
ſuam iocundabitur in filijs, & in die oratio-
nie ſuæ exaudietur. Qui honorat patrē ſuū
uita uiuet longiore, & qui obedit patri refri
3 gerabit matrē. ¶ Qui timet dn̄m honorat
parentes, & quaſi dn̄s ſeruiet his qui ſe ge-
nuerūt in ope, & ſermone, & oī patiētia. Ho
nora patrē tuū ut ſuꝑueniat tibi bn̄dictio à
4 deo, & bn̄dictio illi⁹ ī nouiſſimo manet. ¶ Bn̄
dictio pr̄is firmat domos filiorꝫ, maledictio
aūt matris eradicat fūdamēta. Ne glorieris
i. cōtumelia pr̄is tui: non em̄ eſt tibi glia, ſed
confuſio. Gloria enim hoīs ex honore patris
ſui, & dedecus filij pater ſine honore. Fili ſu
ſcipe ſenectā patris tui, & non contriſtes eū
in uita illius, & ſi defecerit ſenſu, ueniā da,
& ne ſpernas eum ī tua uirtute. Eleemoſyna
em̄ patris nō erit in obliuionē. Nā ꝓ peccato
mr̄is reſtituetur tibi bonū, & in iuſtitia ædi-
ficabitur tibi, & in die tribulationis cōme-
morabitur tui, & ſicut in ſereno glacies ſol-
5 uentur peccata tua. ¶ Quam malæ famæ ē
qui derelinquit patrem, & eſt maledictus à
deo qui exaſperat matrē. Filij in manſuetu-
dine opera tua ꝑfice. & ſuꝑ hoīm gloriā dili
6 geris. ¶ Quāto magn⁹ es humilia te ī oīb⁹:
& coram deo inuenies gratiā: qm̄ magna po
tentia dei ſolius, & ab humilibus honorať.
Altiora te ne quęſieris, & fortiora te ne ſcru
tatus fueris, ſed quæ præcipit tibi deus illa
cogita ſemper, & in pluribus operibus eius
ne fueris curioſus. Non eſt enim tibi neceſſa
rium ea q̄ abſcōdita ſunt uidere oculis tuis.
7 ¶ In ſuperuacuis reb⁹ noli ſcrutari multi-
pliciter, & in plurib⁹ operib⁹ eius non eris
curioſ⁹. Plurima enim ſuper ſenſum hoīm
oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit
ſuſpitio illorum, & in uanitate detinuit ſen-
8 ſus illorum. ¶ Cor durum habebit male in
nouiſſimo, & qui amat periculum in illo pe-
ribit. Cor ingrediens duas uias non habebit
ſucceſſus, & prauum cor in illis ſcandaliza-
bitur. Cor nequam grauabitur in dolorib⁹,
9 & peccator adijciet ad peccandum. ¶ Syna
gogæ ſuperborum non erit ſanitas, frutex
em̄ pcti eradicabiť in illis, & nō ītelligetur.
Cor ſapiētis intelligeť in ſapientia, & auris
bona audiet cū oī concupiſcentia ſapientiā.
Sapiens cor, & intelligibile abſtinebit ſe à
peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus ha
bebit. Ignem ardētē extinguit aqua, & elee
moſyna reſiſtit peccatis, & deus proſpector
eſt eius qui reddit gratiā. Meminit in poſte-
rum, & in tempore caſus, ſui inueniet firma-
mentum.

Capitulum. 4.

1 Fili eleemoſynā pauperis ne de-
fraudes, & oculos tuos ne trāſ
uertas à paupere. Animam eſu
rientē ne deſpexeris, & non ex
aſperes pauperē in inopia ſua
Cor inopis ne afflixeris, & non
2 protrahas datum anguſtianti. ¶ Rogatio-
nem contribulati ne abijcias, & non auertas
faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas
oculos tuos propter iram, & non relinquas
quærentibus tibi retro maledicere. Maledi-
centis enim tibi in amaritudine animæ exau
dietur deprecatio illius, exaudiet autem eū
3 qui fecit illū. ¶ Congregationi pauperū af
fabilem te facito, & præſbytero humilia ani
mā tuā, & magnato humilia caput tuum. De
clina pauperi ſine triſtitia aurē tuā, & redde
debitū tuū, & reſpōde illi pacifice in māſue
4 tudine. ¶ Libera eū qui iniuriā patiť de ma
nu ſuperbi, & non acide feras in aīa tua. In
iudicando eſto puſillis miſericors ut pater,
& pro uiro matri illorū, & eris tu uelut filius
altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis
5 q̄ȝ mater. ¶ Sapientia filijs ſuis uitam inſpi
rat, & ſuſcipit inquirentes ſe, & præibit in uia
iuſtitiæ, & qui illam diligit uitam, & qui ui-
gilauerit ad illam complectentur placorem
eius. Qui tenuerit illam uitā hæreditabūt, et
quo ītroibit benedicet deus. Qui ſeruiūt ei
obſequētes erūt ſancto, & eos q diligūt illā di
ligit de⁹. Qui audit illā iudicabit gētes, et q
intueť illā ꝑmanebit cōfidēs. Si crediderit ei
hæreditabit illam, & erunt in confirmatio-
ne creaturæ illorum, quoniam in tentatione
ambulat cum eo, et in primis eligit eum,

6 ¶Timorē,& metum,& probationē indu-
cet ſuper illum,& cruciabit illum in tribula
tione doctrinæ ſuæ,donec tentet eum in co-
gitationibus ſuis,& credat animæ illius. Et
firmabit illum & iter ducet directū ad illū,
& lætificabit illum , & denudabit abſconſa
ſua illi,& theſaurizabit ſuper illum ſciētiā,
& intellectum iuſtitiæ. Si autem oberrauē-
rit derelinquet eum,& tradet eum in manꝰ
7 inimici ſui. ¶Fili conſerua tēpus,& deuita
à malo.Pro anima tua ne confundaris dice-
re uerum.Eſt enim confuſio adducens pecca
tum,& eſt cōfuſio adducēs gloriam,& gra-
tiam.Ne accipias faciē aduerſus faciē tuam:
nec aduerſus aīam tuā mendacium.Ne reue
rearis ꝓximū tuum in caſu ſuo:nec retineas
8 uerbum in tempore ſalutis. ¶Non abſcon-
das ſapientiā tuam in decore ſuo. In lingua
enī ſapientia dinoſcitur,& ſenſus,& ſciētia,
& doctrina in uerbo ſenſati,& firmamentū
in operibus iuſtitiæ.Non contradicas uerbo
ueritatis ullo modo ,& de mēdacio ineruditi
9 tionis tuæ confundere. ¶Non confundaris
cōfiteri peccata tua,& ne ſubijcias te omni
homini pro peccato.Noli reſiſtere contra fa
ciem potentis,nec coneris contra ictum flu
10 minis. ¶Pro iuſtitia agonizare pro anima
tua,& uſq; ad mortem certa pro iuſtitia,&
deus expugnabit ꝓ te inimicos tuos.Noli ci
tatus eſſe in lingua tua,& inutilis,& remiſ-
ſus operibꝰ ī tuis.Noli eſſe ſicut leo in domo
tua,euertens domeſticos tuos,& opprimēs
ſubiectos tibi.Nō ſit porrecta manus tua ad
accipiendum,& ad dandum collecta.

Capitulum.5.

1 NOli attendere ad poſſeſſiones ini-
quas,& ne dixeris , eſt mihi ſuffi-
ciens uita.Nihil enim proderit in
tempore uindictæ & obductionis.
Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcen
tiam cordis tui,& ne dixeris.Quomodo po
tui aut quis me ſubijciet propter facta mea?
2 Deus enim uindicans uindicabit? ¶Ne di-
xeris.Peccaui,& quid mihi accidit triſte?Al
tiſſimus enim eſt patiēs redditor.De propi-
tiato peccato noli eē ſine metu,ne; adijcias
peccatum ſuper peccatum,& ne dicas.Miſe
ratio domini magna eſt ,multitudinis pecca
torum meorū miſerebitur.Miſericordia enī
& ira ab illo cito proximant ,& in peccato-
3 res reſpicit ira illius. ¶Non tardes cōuerti
ad dominum,& ne differas de die in diem.
Subito enim ueniet ira illius,& in tempore
uindictę diſperdet te.Noli eſſe anxius in diui
tijs iniuſtis,non enim proderunt tibi in die
obductionis,& uindictæ . Non uentiles te in
omnem uentum,& non eas in omnem uiam.
Sic enim omnis peccator probatur in dupli-
4 ci lingua. ¶Eſto firmus in uia domini, & in
ueritate ſenſus tui,& ſcientia,& proſequa-
tur te uerbum pacis & iuſtitiæ . Eſto manſue
tus ad audiendum uerbum dei, ut intelligas
& cum ſapientia proferes reſponſum uerū.
5 ¶Si eſt tibi intellectus reſponde proximo,
ſin autem ſit manus tua ſuper os tuum, ne ca
piaris in uerbo indiſciplinato ,& confunda-
ris.Honor & gloria in ſermone ſenſati, lin-
gua uero imprudentis ſubuerſio eſt ipſius.
Non appelleris ſuſurro in uita tua,& lingua
tua ne capiaris,& confundaris.Super furem
enim eſt confuſio,& pœnitētia,& denotatio
peſſima ſuper bilinguem ſuſurratori autem
odium,& inimicitia,& contumelia.Iuſtifica
puſillum,& magnum ſimiliter.

Capitulum.6.

1 NOli fieri pro amico inimicꝰ
proximo. Improperiū enī
et contumeliā malus hære
ditabit,& omnis peccator
inuidus,& bilinguis. Non
te extollas in cogitatione
animæ tuæ uelut taurus,ne forte elidatur uir
tus tua per ſtultitiam,& folia tua comedat ,
& fructus tuos perdat , & relinquaris uelut
lignum aridum in eremo.Anima enim nequā
diſperdet qui ſe habet,& in gaudium inimi-
cis dat illum,& deducet in ſortem impiorū.
2 ¶Verbum dulce multiplicat amicos,& mi
tigat inimicos,& ligua eucharis in bono ho
mine abundabit.Multi pacifici ſunt tibi , &
conſiliarius ſit tibi unus de mille.Si poſſides
amicum,in tentatione poſſide eum,& ne fa-
cile credas ei te ipſum.Eſt enim amicus ſecū-
dum tempus ſuum,et non permanebit in die
3 tribulationis. ¶Et eſt amicus qui conuerti
tur ad inimicitiam,& eſt amicus qui odium,
& rixam,& conuitia denudabit . Eſt autem
amicus ſocius menſæ, & non permanebit in
4 die neceſſitatis. ¶Amicus ſi permanſerit fi
xus,erit tibi quaſi coæqualis, & in domeſti-
cis tuis fiducialiter aget . Si humiliauerit ſe
contra te à facie tua abſconderit ſe, unanimē
habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis
5 ſeparare,& ab amicis tuis attende. ¶Ami-
cus fidelis protectio fortis,qui autem inue-
nit illum,inuenit theſaurū.Amico fideli nul-
la eſt

la eſt comparatio,& non eſt digna pondera
tio auri,& argenti contra bonitatē fidei il-
lius.Amicus fidelis medicamentum uitæ,&
imortalitatis,& qui metuunt dn̄m inuenient
6 illum ¶ Qui timet deum eq̄ habebit amici
tiam bonā:qm̄ ſcd'm illum erit amicus illi⁹.
Fili a iuuentute tua excipe doctrinā,& uſq;
ad canos inuenies ſapientiam. Quaſi is qui
arat,& qui ſeminat accede ad eam,& ſuſti-
ne bonos fructus illius.In opere em̄ ipſi⁹ exi
guum laborabis,& cito edes de generatio-
7 nibus illius.¶ Quā aſpera eſt nimiū ſapien
tia indoctis hoībus,& nō permanebit in illa
excors.Quaſi lapidis uirtus ꝓbatio erit in
illis,& non demorabunt̄ ꝓijcere illā.Sapien
tia em̄ doctrinæ ſcd'm nomen eſt eius,& nō
eſt multis manifeſta Quibus aūt cognita eſt
8 permanet uſq; ad conſpectum dei. ¶ Audi
fili & accipe conſilium intellect⁹,& ne abij-
cias conſilium meū Inijce pedem tuum i cō-
pedes illius,& in torques illius collū tuum.
Subijce humerum tuum,& porta illā,& ne
acccidieris uinculis ei⁹.In omni aīo tuo acce-
de ad illam,& in omni uirtute tua conſerua
9 uias eius.¶ Inueſtiga illam & manifeſtabit̄
tibi,& continens factus ne derelinquas eā.
In nouiſſimis em̄ inuenies requiē in ea,& cō
uertetur tibi in oblectationē.Et erūt tibi cō-
pedes eius in ꝓtectione fortitudinis,& ba-
ſes uirtutis,& torques illius in ſtolā gloriæ.
Decor em̄ uitæ eſt in illa,& uincula illi⁹ alli
10 gatura ſalutis.¶ Stola gloriæ indues eā,&
coronam gratulationis impones tibi. Fili ſi
attenderis mihi diſces eam,& ſi accōmoda-
ueris animū tuum:ſapiens eris.Si inclinaue-
ris aurem tuam excipies doctrinam:etſi dile
11 xeris audire:ſapiens eris.¶ In multitudine
præſbyterorum prudentiū ſta,& ſapientiæ
illorum ex corde coniungere,ut omnē nar-
rationem dei poſſis audire,& ꝓuerbia lau-
dis non effugiant à te.Et ſi uideris ſenſatum
euigila ad eum,& gradus oſtiorū illius exte
rat pes tuus Cogitatū tuum habe in præce-
ptis dei,& in mādatis illius maxime aſſidu⁹
eſto,& ipſe dabit tibi cor,& concupiſcētia
ſapientiæ dabitur tibi.

Capitulum.7.

1 NOli facere mala,& non te
appræhendent:diſcede ab
iniquo,& deficient mala
abs te.Fili nō ſemines ma-
la in ſulcis iniuſtitiæ,& nō
metes ea in ſeptuplum.
2 ¶ Noli quærere ab hoīe ducatum neq; à re-
ge cathedram honoris.Non te iuſtifices āte
deum:quoniam agnitor cordis ipſe eſt,& pe
nes regem noli uelle uideri ſapiēs. Noli quæ
rere fieri iudex,niſi ualeas uirtute irrumpe-
re iniquitates:ne forte extimeſcas faciem
potentis,& ponas ſcandalum in agilitate
3 tua. ¶ Non pecces in multitudine ciuita-
tis:nec te immittas in populum,neq; alli-
ges duplicia peccata. Nec enim in uno eris
immunis.Noli eſſe puſillanimis in aīo tuo.
Exorare & facere eleemoſynā ne deſpicias.
Ne dicas in multitudine munerum meorum
reſpiciet deus,& offerente me deo altiſſimo
4 munera mea ſuſcipiet. ¶ Non irrideas ho-
minem in amaritudine animæ,eſt enim q̄ hu
miliat,& exaltat circūcunſpector deus. No
li amare mendacium aduerſus fratrem tuū,
neq; in amicū ſimiliter facias.Noli uelle men
tiri omne mendacium:aſſiduitas enim illius
non eſt bona.Noli uerboſus eſſe in multitu-
dine præſbyterorum,& non iteres uerbum
5 in oratiōe tua.¶ Non oderis laborioſa ope
ra,& ruſticationē creatam ab altiſſimo.Non
te reputes in multitudine indiſciplinatorū.
Memento iræ:quoniam non tardabit. Humi
lia ualde ſpiritum tuum:quoniam uindicta
6 carnis impij ignis & uermis. ¶ Noli præ
uaricari in amicum pecuniam differentē:neq;
fratrem chariſſimum auro ſpreueris.Noli di
tẽ ponderatio non eſt digna continentis ani
mæ. Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis dei,
ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum do
5 mus eius. ¶ Lucerna ſplendens ſuper cande
labrũ ſanctũ, & ſpecies faciei ſuper ætatem
ſtabilem. Columnæ aureæ ſuper baſes argen
teas, & pedes firmi ſuper plãtas ſtabilis mu
lieris. Fundamenta æterna ſupra petram ſoli
dam, ſic mandata dei in corde mulieris ſan-
ctæ. In duobus contriſtatum eſt cor meum,
6 & ĩ tertio iracũdia mihi aduenit. ¶ Vir bel-
lator deficiẽs p̃ inopiã, et uir ſenſat⁹ cõtẽpt⁹,
et q̃ trãſgeditur à iuſtitia ad peccatũ, de⁹ pa
rauit eum ad rompheam. Duæ ſpecies diffici
les & periculoſæ mihi apparuerunt. Diffici-
le exuit̃ negociãs à negligentia & non iuſti-
ficabitur caupo à peccatis labiorum.

Capitulum.27.

1 PRopter inopiam multi deliquerũt
& qui ꝗrit locupletari auertit ocu
lum ſuum. Sicut in medio compa-
ginis lapidum palus figitur, ſic &
inter mediũ uenditionis & emptiõis anguſtia
bitur peccatis. Cõteretur cum delinquẽte deli
2 ctum. ¶ Si non in timore domini tenueris te
inſtanter, cito ſubuertetur domus tua. Sicut
in percuſſura cribri remanebit puluis, ſic apo
3 ria hominis in cogitatu illius. ¶ Vaſa figuli
probat fornax, & homines iuſtos tentatio tri
bulationis. Sicut ruſticatio de ligno oſtendit
fructum illius, ſic uerbum ex cogitatu cordis
hominis. Ante ſermonem non laudes uirum,
hæc enĩ tentatio eſt hominũ. Si ſequaris iuſti-
tiam apprehẽdes illam, & indues quaſi pode-
rem honoris & inhabitabis cũ ea & proteget
te in ſempiternũ, & in die agnitionis inuenies
4 firmamentũ. ¶ Volatilia ad ſibi ſimilia cõue
niunt & ueritas ad eos qui operantur illam re
uertetur. Leo uenationi inſidiatur ſemper, ſic
peccata operantibus iniquitatẽ. Homo ſenſa-
tus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſi-
cut luna mutatur. In medio inſenſatorum ſer-
ua uerbũ tempori, in medio autem cogitantiũ
aſſiduus eſto. Narratio peccãtium odioſa & ri
5 ſus illorum in delictis peccat. ¶ Loquela mul
tum iurãs horripilationẽ capiti ſtatuet, & irre
uerentia ipſius obturatio aurium. Effuſio ſan-
guinis in rixa ſuperborum, & maledictio illo
rum auditus grauis. Qui denudat arcana ami-
ci fidem perdit, & nõ inueniet amicum ad ani
6 mũ ſuum. ¶ Dilige proximũ & coniungere
fide cum illo. Quod ſi denudaueris abſconſa
illius non perſequeris poſt eum. Sicut enim ho
mo qui perdit amicum ſuum, ſic & qui perdit
amicitiam proximi ſui. Et ſicut qui dimittit auẽ
de manu ſua, ſic qui reliquiſti proximũ tuũ, &
nõ eum capies. Non illum ſequaris qm̃ longe
abeſt. Effugit enĩ quaſi caprea de laqueo, qm̃
uulnerata eſt aĩa eius. Vltra eũ non poteris col
7 ligare & maledicti eſt concordatio. ¶ Denu
dare autem amici myſteria deſperatio eſt aĩæ
infœlicis. Annuẽs oculo fabricat iniqua, & ne
mo eũ abijciet. In cõſpectu oculorꝝ tuorꝝ con-
culcabit os ſuũ, & ſuper ſermones ſuos admi
rabitur. Nouiſſime aũt peruertet os ſuũ, & in
uerbis tuis dabit ſcandalum. Multa audiui, &
nõ coequaui ei, & domin⁹ odiet illum. Qui in
altum mittit lapidẽ, ſup caput ei⁹ cadet, & pla
8 ga doloſa doloſi diuidet uulnera. ¶ Et qui fo
ueã fodit incidet in eã, & qui ſtatuit lapidẽ ꝓ-
ximo ſuo offendet in eo, & qui laqueũ alij po-
nit, peribit in illo. Facienti nequiſſimũ conſiliũ
ſuper ipſum deuoluet̃, & nõ agnoſcet unde ue
niet illi. Illuſio & improperiũ ſupborꝝ, & uin-
dicta ſicut leo inſidiabitur illi. Laqueo peribũt
qui oblectãtur caſu iuſtorum: dolor autem cõ-
ſumet illos anteꝗ̃ moriant̃. Ira & furor utraꝗ;
execrabilia ſunt & uir peccator continẽs erit
illorum.

Capitulum.28.

1 QVi uindicari uult à dño inueniet
uindictam, & pctã illius ſeruãs
ſeruabit. Relinque ꝓximo tuo
nocẽti te, & tũc deprecanti tibi
2 peccata ſoluentur. ¶ Homo ho-
mini reſeruat iram, et à deo quæ
rit medelam. In hominẽ ſimilẽ ſibi non habet
miſericordiam, et de peccatis ſuis deprecatur?
Ipſe dum caro ſit reſeruat iram, & propitiatio
nẽ petit à deo. Quis exorabit pro delictis illi⁹?
3 ¶ Memẽto nouiſſimorũ, & deſine inimicari.
Tabitudo enĩ & mors imminent in mandatis
eius. Memorare timorem dei, & non iraſcaris
proximo. Memorare teſtamẽtum altiſſimi, &
4 deſpice ignorantiã proximi. ¶ Abſtine te à li
te, & minues pctã. Homo enim iracũdus incẽ-
dit litem & uir peccator turbabit amicos, & in
medio pacem habẽtium immittit inimicitiam.
Secũdum enĩ ligna ſiluæ, ſic ignis exardeſcit,
& ſecũdum uirtutẽ hoĩs ſic iracũdia illius erit:
& ſecũdũ ſubſtantiã ſuã exaltauit iram ſuam.
5 ¶ Certamẽ feſtinatũ incẽdit ignẽ, & lis feſti
nãs effundit ſanguinẽ, & lingua teſtificãs ad-
ducet mortẽ. Si ſufflaueris quaſi ignis exarde-
bit, & ſi expueris ſuper illã extinguet̃. Vtraꝗ;
6 ex ore proficiſcũtur. ¶ Suſurro & bilinguis
maledictus, multos enĩ turbauit pacẽ habẽtes.
Lingua tertia multos cõmouit, & diſpſit illos
de gente in gentem. Ciuitates muratas diui-
tũ deſtruxit, & domos magnatorꝝ effodit. Vir
tutes ppl'orꝝ cõcidit, & gẽtes fortes diſſoluit.
7 ¶ Lingua tertia mulieres uiratas eiecit & pri
uauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illã non
habebit requiẽ, nec habebit amicum in quo re
quieſcat. Flagelli plaga liuorẽ facit: plaga aũt
8 linguæ cõminuet oſſa. ¶ Multi ceciderunt in
ore gladij, ſed nõ ſic quaſi qui interierũt ꝑ lin
guam ſuã. Beat⁹ q tectus eſt à lingua neq̃, qui
in iracũdia illi⁹ nõ tranſiuit, & non attraxit iu
gũ illius, & in uinculis eius non eſt ligatus. Iu
gũ enĩ illius iugũ ferreũ eſt, & uinculũ illi⁹ uin
culum æreum eſt. Mors illius mors nequiſſima
& utilis potiꝰ infernus ꝗ̃ illa. Perſeuerãtia illius
non permanebit, ſed obtinebit uias iniuſtorũ.
In flamma ſua non comburet iuſtos. Qui dere
linquũt dominum incidẽt in illam, & exarde-
bit in illis, & non extinguetur: & immittetur

in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos.
9 ¶ Sepi aures tuas ſpinis et linguam neq̃ noli
audire, & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus
tuis. Aurum tuū, & argentū tuū confla & uer
bis tuis facito ſtaterā, et frænos ori tuo rectos:
& attende ne forte labaris in lingua, & cadas
in conſpectu inimicorū inſidiantium tibi, & ſit
caſus tuus inſanabilis in mortem.

Capitulum. 29.

1 QVi facit miſericordiā fœne-
ratur ꝓximo ſuo, & q præ-
ualet manu mādata ſeruat.
Fœnerare ꝓximo tuo in tē-
pore neceſſitatis illi': & ite
rum redde ꝓximo in tēpo-
2 re ſuo. ¶ Confirma uerbū & fideliter age cū
illo, & in omni tpe inuenies quod tibi neceſſa
rium eſt. Multi quaſi inuentionē æſtimauerūt
fœnus, et præſtiterunt moleſtiā his qui ſe adiu
uerunt. Donec accipiant oſculātur manus dan
tis, & in promiſſionibus humiliant uocē ſuam.
& in tēpore redditionis poſtulabit tempus, et
loquetur uerba tædij & murmurationū, & tē
pus cauſabitur. Si autem potuerit reddere ad
3 uerſabitur. ¶ Solidi uix reddet dimidium, &
cōputabit illud quaſi inuentionē. Sin autē fran
dabit illū pecunia ſua, & poſſidebit illum ini-
micū gratis & conuicia & maledicta reddet il
li: & pro honore, & beneficio reddet illi cōtu
4 meliā. ¶ Multi nō cauſa nequitiæ nō fœnera
ti ſunt, ſed fraudari gratis timuerunt. Verūta-
men ſuper humilem animo fortior eſto, et pro
eleemoſyna nō trahas illum. Propter manda-
tū aſſume pauperē, & propter inopiā eius ne
5 dimittas eum uacuū. ¶ Perde pecuniam pro
pter fratrē & amicū, & non abſcondas illā ſub
lapide in perditionem. Pone theſaurum tuum
in pcceptis altiſſimi, & ꝓderit tibi magis q̃ au-
6 rum. ¶ Conclude eleemoſynā in corde pau-
peris, & hæc pro te exorabit ab omni malo.
Eleemoſyna uiri quaſi ſacculus cū ipſo, & gra
tiam hominis quaſi pupillam conſeruabit, &
poſtea reſurget & retribuet illis retributionē
unicuiq; in caput illorum. Super ſcutum potē
tis & ſuper lanceam aduerſus inimicū tuū pu
7 gnabit. ¶ Vir bonꝰ fidem facit proximo ſuo:
& qui perdiderit confuſionē derelinquet ſibi.
Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris: dedit enī
pro te animā ſuā. Repromiſſorem fugit pecca
tor & immūdus. Bona repromiſſoris ſibi aſcri
bit peccator, & ingratus ſenſu derelinquit libe
rantē ſe. Vir repromittit de proximo ſuo, et cū
ꝑdiderit reuerentiā derelinquet ab eo. ¶ Re
promiſſio nequiſſima multos perdidit diligen
tes, & cōmouit illos quaſi fluctus maris uiros
potentes gyrans migrare fecit, & uagati ſunt
in gentibus alienis. Peccator tranſgrediēs mā
datum dñi incidit in promiſſionem nequā, &
qui conatur multa agere, incidet in iudicium.
8 ¶ Recupera proximū ſecundū uirtutē tuam
& attende tibi ne incidas. Initiū uitæ hominis
aqua & panis & ueſtimentum, & domꝰ prote
gens turpitudinē. Melior eſt uictus pauperis
ſub tegmine aſſerū, q̃ epulæ ſplēdidæ in pere
gre ſine domicilio. Minimū ꝓ magno placeat
tibi, & improperium peregrinationis non au
dies. Vitā nequā hoſpitandi de domo i domū,
& ubi hoſpitabitur, non fiducialiter aget, nec
aperiet os. Hoſpitabitur, & paſcet, & potabit
9 ingratos, & adhuc amara audiet. ¶ Trāsi hoſ-
pes & orna menſam, & quæ in manu habes ci
ba cæteros. Exi à facie honoris amicorū meo-
rum, neceſſitudine domus meæ: hoſpitio mihi
factus es frater. Grauia hæc homini habēti ſen
ſum, correptio domus & improperium fœne-
ratoris.

Capitulum. 30.

1 QVi diligit filium ſuū aſſiduat illi fla
gella, ut lætetur in nouiſſimo ſuo,
& non palpet proximorum oſtia.
Qui docet filium ſuum laudabitur
in illo, & in medio domeſticorū in
2 illo gloriabitur. ¶ Qui docet filium ſuum in
zelum mittit inimicum, & in medio amicorum
gloriabitur in illo. Mortuus eſt pater eius, &
quaſi non eſt mortuus. Similem enim reliquit
ſibi poſt ſe. In uita ſua uidit & lætatꝰ eſt in illo.
In obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus
eſt coram inimicis. Reliquit enim defenſorem
domus contra inimicos, & amicis reddentem
gratiam. Pro animabꝰ filiorum colligabit uul-
nera ſua, & ſuper omnem uocem turbabun-
3 tur uiſcera eius. ¶ Equus indomitus euadet
durus, & filius remiſſus euadet præceps. La-
cta filium tuum & pauentem te faciet, lude cū
eo & contriſtabit te. Non corrideas illi ne con
doleas: & in nouiſſimo obſtupeſcent dentes
tui. Non des illi poteſtatem in iuuentute, & ne
deſpicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius
in iuuentute, & tunde latera eius dum infans
eſt: ne forte induret & non credat tibi, & erit
4 tibi dolor animæ. ¶ Doce filium tuū, & ope
rare in illo ne in turpitudinem illius offendas.
Melior eſt pauper ſanus, & fortis uiribus: q̃
5 diues imbecillis & flagellatus malicia. ¶ Sa-
lus animæ in ſanctitate iuſtitiæ, & melior eſt
omni auro & argento: & corpus ualidum q̃
6 cenſus immenſus. ¶ Non eſt cēſus ſuper cen-

ſuum ſalutis corporis, & non eſt oblectamen
tum ſuper cordis gaudiū. Melior eſt mors q̃
uita amara, & requies æterna q̃ lãguor pſe
uerans. Bona abſcondita in ore clauſo: quaſi
appoſitiões epularū circūpoſitæ ſepulchro.
7 ¶ Quid ꝓderit libatio idolo? Nec enī man
ducabit nec odorabitur. Sic qui effugatur à
dño, & portans mercedes iniq̃tatis. Videns
oculis & ingemiſcēs ſicut ſpado cõplectens
8 uirginem & ſuſpirãs. ¶ Triſtitiam non des
aīæ tuæ, & nõ affligas temetipſum in cõſilio
tuo. Iocunditas cordis hæc eſt uita hoīs, &
theſaurus ſine defectione ſanctitatis, & exul
9 tatio uiri eſt longæuitas. ¶ Miſerere animæ
tuæ placēs deo, & cõtine, & congrega cor
tuum in ſanctitate eius, & triſtitiam longe
expelle à te. Multos enī occidit triſtitia, &
non eſt utilitas in illa: zelus in iracũdia mi-
nuũt dies, & ante tempus ſenectam adducet
cogitatus. Splendidum cor bonum in epu-
lis eſt: epulæ enim illius diligenter fiunt.

Capitulum.31.

1 VIgilia honeſtatis tabefaciet car-
nes & cogitatus illi' auferet ſom
num. Cogitatus præſciētiæ auer
tit ſenſum, & infirmitas grauis
ſobriam facit animam. Laborauit
diues in congregatione ſubſtantiæ, & in re-
2 quie ſua replebitur bonis ſuis. ¶ Laborauit
pauper in diminutione uict', & in fine inops
fit. Qui aurū diligit non iuſtificabitur, & q̃
inſequitur conſumptionē replebitur ex ea.
Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt ī ſpe
cie ipſius perditio illorum. Lignū offenſiōis
eſt aurum ſacrificantium, uæ illis qui ſectan
tur illud & omnis imprudens deperiet in il-
3 lo. ¶ Beatus diues qui inuentus eſt ſine ma
cula, & qui poſt aurum non abijt: nec ſpera-
uit in pecunia & theſauris. Quis ē hic & lau
dabimus eum? Fecit enim mirabilia in uita
ſua. Qui probatus eſt in illo & perfectus in-
uentus eſt, & erit illi gloria æterna. Qui po-
tuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus, & fa
cere mala & non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bo
na illius in domino, & eleemoſynas illi' enar
4 rabit omnis eccleſia ſanctorū. ¶ Supra men
ſam magnā ſediſti: non aperias ſup illã faucē
tuam prior. Non dicas ſi multa ſunt: quæ ſup
illã ſunt. Memento q̄m malus eſt oculus ne-
quam. Nequius oculo quid creatū eſt? Ideo
ab omni facie ſua lachrymabitur cum uide-
rit. Ne extendas manum tuam prior, & inui
dia contaminatus erubeſcas nec comprima
5 ris in cõuiuio uino. ¶ Intellige q̃ ſunt proxi
mi tui ex teipſo. Vtere quaſi homo frugi his
q̃ tibi apponūtur, ut non cū manducas mul-
tū odio habearis. Ceſſa prior cauſa diſcipli-
næ, & noli nimius eſſe ne forte offendas, & ſi
in medio multorū ſediſti prior illis ne exten
das manū tuam, nec prior poſcas bibere.
6 ¶ Quã ſufficiens eſt homini erudito uinum
exiguū, & in dormiendo nõ laborabis ab il-
lo, & nõ ſenties dolorem. Vigilia & cholera,
& tortura uiro infrunito, ſomnus ſanitatis ī
hoīe parco. Dormiet uſq; mane, & aīa illi' cū
7 ipſo delectabit̄. ¶ Et ſi coactus fueris ī edē-
do multū, ſurge è medio & uome, & refrige
rabit te, & non adduces corpori tuo infirmi
tatē. Audi me fili & non ſpernas me, & in no
8 uiſſimo inuenies uerba mea. ¶ In oībus ope
ribus tuis eſto uelox, & omnis infirmitas nõ
occurret tibi. Splendidū in panibus bñdicēt
labia multorū, & teſtimoniū ueritatis illi' fi
dele. In nequiſſimo pane murmurabit ciui-
tas, & teſtimoniū nequitiæ illi' uerū eſt. Di-
ligētes in uino noli prouocare, multos enī ex
9 terminauit uinum. ¶ Ignis probat ferrū du
rū, ſic uinū corda ſuperborū arguet ī ebrieta
te potatū. Aequa uita hoīb', uinū in ſobrieta
te, ſi bibas illud moderate, eris ſobri'. Quæ
eſt uita q̃ minuit̄ uino? Quid defraudat uitã?
Mors. Vinū in iocūditatē creatū eſt, & nõ in
ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & cor
10 poris, uinū moderate potatū. ¶ Sanitas eſt
animæ & corpori, ſobrius potus. Vinū mul-
tum potatū, irritationē & irã & ruinas mul-
tas facit. Amaritudo animæ, uinū multū po
tatū. Ebrietatis animoſitas imprudētis, offen
ſio, minorans uirtutē & faciēs uulnera. In cõ
uiuio uini nõ arguas ꝓximū, & nõ deſpicias
eū in iocunditate illius. Verba īproperij non
dicas illi, & nõ premas illū in repetendo.

Capitulum.32.

1 REctorē te poſuerūt noli
extolli, eſto in illis qua-
ſi un' ex ipis. Curã illorū
habe, & ſic cõſidera, &
oī cura tua explicita re-
cūbe, ut læteris ꝓpter il
los & ornamētū gratiæ
accipias coronã: & di-
gnationem conſequaris corrogationis. Loq̃
re maior natu, decet enī te. Primū uerbū dili
2 gēti ſcientiã, & non īpedias muſicã. ¶ Vbi
auditus nõ eſt, non effundas ſermonē, & im-
portune noli extolli in ſapiētia tua. Gēmula
carbūculi ī ornamēto auri, et cõꝑatio muſico

rum in conuiuio uini. Sicut in fabricatione
auri ſignum eſt ſmaragdi: ſic numerus muſi
3 corum in iocundo & moderato uino. ¶ Au
di tacens, & pro reuerentia accedet tibi bo-
na gratia. Adoleſcens loquere in tua cauſa:
uix cum neceſſe fuerit. Si bis īterrogat⁹ fue
ris: habeat caput rn̄ſum tuum. In multis eſto
quaſi inſcius, & audi tacēs ſimul, & quęrēs.
In medio magnatorum loqui nō præſumas,
& ubi ſunt ſenes non multum loquaris. Ante
grādinem præibit coruſcatio, & ante uere-
cundiam præibit gratia, & ꝓ reuerentia ac-
cedet tibi bona gratia. Et hora ſurgendi nō
te trices. Præcurre autem prior ī domū tuā,
& illic aduocare, & illic lude, & age conce-
ptiones tuas & non in delictis & uerbo ſup-
bo. Super his omnibus benedicito dn̄m qui
fecit te, & inebriantē te ab oībus bonis ſuis.
4 ¶ Qui timet deum accipiet doctrinam ei⁹,
& qui uigilauerint ad illum, inuenient bene
dictionem. Qui quærit legem implebiť ab
ea, & qui inſidioſe agit ſcandalizabitur ab
5 ea. ¶ Qui timent deū inuenient iudiciū iu-
ſtum, & iuſtitias quaſi lumen accēdent. Pec
cator homo uitabit correptionem, & ſcd'm
uoluntatem ſuā inueniet cōparationē. Vir cō
ſilij non diſperdet intelligentiam: alienus &
ſuperbus non pertimeſcet timorē. Etiā poſtq̃
fecit cum eo ſine conſilio, & ſuis inſectatio-
6 nibus arguetur. ¶ Fili ſine conſilio nihil fa
cias, & poſt factum non pœnitebis. In uia rui
næ non eas & nō offendes in lapides, nec cre
das te uiæ laborioſæ: ne ponas aīæ tuæ ſcan
dalū. Et à filijs tuis caue, & à domeſticis tuis
7 attende. ¶ In omni opere tuo crede ex fide
animæ tuæ, hæc eſt enim cōſeruatio manda-
torum. Qui credit deo attendit mandatis, &
qui confidit in illo non minoratus erit.

Capitulum. 33.

1 TImenti deum non occurrent
mala ſed in tentatione de⁹ illū
conſeruabit, & liberabit à ma
lis Sapiens non odit mādata,
& iuſtitias, & non illideť quaſi
in ꝓcella nauis. Homo ſenſat⁹
credit legi dei, & lex illi fidelis. Qui interro
gationem manifeſtat parabit uerbum, & ſic
deprecatus exaudietur, & cōſeruabit diſci
2 plinā, & tunc reſpondebit. ¶ Præcordia fa
tui quaſi rota carri, & quaſi axis uerſatilis
cogitatus illius. Equus emiſſarius: ſic & ami
cus ſubſannator ſub omni ſupraſedēte hin
nit. Quare dies diē ſuperat, & iterum lux lucē
& annus annū à ſole ad ſolē? A dn̄i ſcientia
ſeparati ſunt, facto ſole præceptū cuſtodien
3 te per dei ſapientiā diuiduntur. ¶ Et immu
tauit tp̄a, & dies feſtos ipſorum, & in illis dies
feſtos celebrauerunt ad horā. Ex ipſis exalta
uit & magnificauit deus, & ex ipſis poſuit ī
numerū dierum, & oēs hoīes de ſolo & ex terra
unde creatus eſt Adā in multitudine diſcipli
næ dn̄i ſeparauit eos, & immutauit uias eorū.
4 ¶ Et ex ipſis bn̄dixit & exaltauit, & ex ip-
ſis ſanctificauit & ad ſe applicauit, & ex ip-
ſis maledixit & humiliauit, & cōuertit illos
à ſeparatiōe ipſorū. Quaſi lutū figuli in ma
nu ipſi⁹, plaſmare illud & diſponere. Oēs uiæ
ei⁹ ſecūdū diſpoſitionē ei⁹, ſic hō in manu il-
li⁹ qui ſe fecit, & reddet illi ſecūdū iudicium
ſuū. Cōtra malū bonū eſt, & cōtra uitā mors
ſic & cōtra uirū iuſtū peccator. Et ſic intue-
re in oīa opa altiſſimi. Duo cōtra duo & unū
5 cōtra unū. ¶ Et ego nouiſſim⁹ euigilaui, &
quaſi q colligit acinos poſt uindemiatores.
In bn̄dictiōe dei & ipſe ſperaui, & quaſi qui
6 uindemiat repleui torcular. ¶ Reſpicite qm̄
nō mihi ſoli laboraui, ſed & oīb⁹ exquirenti
bus diſciplinā. Audite me magnates, & oēs
populi, & rectores eccleſiæ auribus percipi
te. Filio & mulieri, fratri & amico nō des po
teſtatē ſuper te in uita tua, & nō dederis alij
poſſeſſionē tuā, ne forte pœniteat te, & dep̄-
7 ceris pro illis. ¶ Dū adhuc ſuperes & aſpi-
ras, nō immutabit te oīs caro. Melius eſt em̄
ut filij te rogēt, q̃ te reſpicere in man⁹ filiorum
tuorū. In oibus operib⁹ tuis præcellens eſto.
Ne dederis maculā in gloriā tuam. In die cō
ſummatiōis dierū uitæ tuæ, & in tp̄e exit⁹ tui
diſtribue hæreditatē tuā. Cibaria & uirga et
onus aſino, panis & diſciplina & op⁹ ſeruo.
Operať in diſciplina & q̄rit requieſcere, laxa
8 manus illi, & quærit libertatē. ¶ Iugum &
lorū curuant collum durum, & ſeruum incli
nant operatiōes aſſiduæ. Seruo maliuolo tor
tura et compedes, mitte illum in operationē
9 ne uacet. ¶ Multi enim maliciam docuit
ocioſitas. In opera conſtitue eū, ſic enim con
decet illum. Quod ſi non obaudierit curua il
lum cōpedibus, & non amplifices ſuper om
nem carnem. Verum ſine iudicio nihil facias
graue. Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi
anima tua. Quaſi fratrem ſic eum tracta, quo
niam in ſanguine animæ comparaſti illum.
Si læſeris eū iniuſte, in fugam cōuertetur, &
ſi extollēs diſceſſerit, quē quęras, & in qua
uia quęres illum neſcis.

Capitulū. 34.

1 VAna ſpes & mẽdacium uiro in
ſenſato, & ſomnia extollũt im
prudentes. Quaſi qui apprehẽ
dit umbram, & perſequit̃ uen
tum: ſic & qui attendit ad uiſa
mendacia. Secũdum hoc uiſio
ſomniorũ. Ante faciẽ hominis ſimilitudo al
terius hoĩs. Ab immũdo: qd mũdabitur? Et à
2 mẽdace: quid uerũ dicet̃? ¶ Diuinatio erro
ris & auguria mẽdacia, & ſomnia maleſaciẽ
tium uanitas eſt. Et ſicut parturiẽtis cor tuũ
fantaſias patitur niſi ab altiſſimo fuerit emiſ
ſa uiſitatio: ne dederis in illis cor tuum. Mul
tos enim errare fecerunt ſomnia, & excide
3 runt ſperantes in illis. ¶ Sine mẽdacio con
ſummabitur uerbum legis, & ſapiẽtia ĩ ore
fidelis complanabitur. Qui nõ eſt tẽtatꝰ qd
ſcit? Vir in multis expertꝰ cogitabit multa,
& qui multa didicit enarrabit intellectum.
4 ¶ Qui nõ eſt expertus pauca recognoſcit.
Qui autẽ in multis fatuꝰ eſt multiplicat ma
litiam. Qui tẽperatus nõ eſt qualia ſcit? Qui
implanatus eſt: abũdabit nequitia. Multa ui
di enarrando, & plurimas uerboꝝ conſuetu
dines. Aliquotiens uſq; ad mortẽ periclitatꝰ
ſum horum cauſa, & liberatus ſum grã dei.
5 ¶ Spũs timentiũ deũ quæritur, & in cõſpe
ctu illius benedicet̃. Spes eñ illorũ in ſaluan
tem illos, & oculi dei in diligẽtes ſe. Qui ti
met dñm nihil trepidabit, & nõ pauebit qm̃
6 ipſe eſt ſpes eiꝰ. ¶ Timẽtis dñm beata ẽ aĩa
eius. Ad quem reſpicit, & q ẽ fortitudo eiꝰ?
Oculi domini ſuper timẽtes eũ: ꝓtector po
tentiæ: firmamẽtũ uirtutis: tegimẽ ardoris,
& umbraculũ meridiani: deꝓcatio offenſio
nis & adiutoriũ caſus: exaltans animã & illu
minans oculos: dans ſanitatẽ & uitam & be
nedictionẽ. Immolãtis ex iniquo oblatio eſt
maculata & nõ ſunt beneplacitæ ſubſanna
tiones iniuſtorum. Dominus ſolus ſuſtinen
7 tibus ſe in uia ueritatis & iuſtitiæ. ¶ Dona
iniquorum non probat altiſſimus: nec reſpi
cit in oblationes iniquorum: nec in multitu
dine ſacrificiorum eorũ propiciabitur pec
catis. Qui offert ſacrificiũ ex ſubſtãtia pau
perum: quaſi qui uictimat filium in conſpe
ctu patris ſui. Panis egentium uita pauperis
eſt: qui defraudat illum homo ſanguinis eſt.
Qui aufert in ſudore panẽ quaſi qui occidit
proximum ſuum. Qui effundit ſanguinẽ, &
qui fraudem facit mercẽnario fratres ſunt.
8 ¶ Vnus ædificans & unus deſtruens: quid
prodeſt illis niſi labor. Vnus orans & unus
maledicẽs: cuius uocem exaudiet deꝰ? Qui
baptizatur à mortuo & iterum tangit mor
tuum: quid proficit lauatio illius? Sic homo
qui iciunat in peccatis ſuis, & iterum eadẽ
faciens: quid proficit humiliando ſe. Oratio
nem illius quis exaudiet.

Capitulum. 35.

1 QVi conſeruat legem multipli
cat orationem. Sacrificium ſalu
tare eſt attendere mandatis & di
ſcedere ab omni iniquitate, & ꝓ
piciationem litare ſacrificiis ſu
per iniuſtitias & deprecatio pro peccatis
recedere ab iniuſtitia. Retribuet gratiam qui
offert ſimilaginem, & qui facit miſericordiã
2 offert ſacrificium. ¶ Beneplacitum eſt do
mino recedere ab iniquitate, & deprecatio
pro peccatis recedere ab iniuſtitia. Non ap
parebis ante conſpectũ domini uacuus. Hęc
enim omnia propter mandata dei fiũt. Obla
tio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis
3 eſt in conſpectu altiſſimi. ¶ Sacrificium iu
ſti acceptum eſt, & memoriam eius nõ obli
uiſcetur dominus. Bono animo gloriã redde
deo, & non minuas primitias manuum tua
4 rum. ¶ In omni dato hilarẽ fac uultũ tuum,
& in exultatiõe ſanctifica decimas tuas. Da
altiſſimo ſcd'm donatum eius, & ĩ bono ocu
lo adinuentionem facito manuum tuarum:
quoniam dominus retribuens eſt, & ſepties
5 tantum retribuet tibi. ¶ Noli offerre mune
ra praua: non enim ſuſcipiet illa. Et noli inſpi
cere ſacrificium iniuſtum: quoniã dñs iu
dex eſt, & nõ eſt apud illum gloria perſonæ.
Non accipiet dominus perſonam in paupe
rem & deprecationẽ læſi exaudiet. Nõ deſ
piciet preces pupilli: nec uiduã ſi effundat
loquelam gemitus. Nonne lachrymæ uiduæ
ad maxillam deſcendũt, & exclamatio eius
ſuper deducẽtẽ eas? A maxilla eñ aſcendũt
uſq; ad cœlũ, & dominus exauditor non de
6 lectabitur in illis. ¶ Qui adorat deũ ĩ oble
ctatione ſuſcipietur, & deprecatio illiꝰ uſq;
ad nubes ꝓpinquabit. Oratio humiliãtis ſe
nubes penetrabit, & donec ꝓpinquet non
cõſolabitur, & non diſcedet donec altiſſimꝰ
7 aſpiciat. ¶ Et dñs non elõgabit: ſed iudica
bit iuſtos & faciet iudiciũ, & fortiſſimus nõ
habebit in illis patientiã: ut contribulet dor
ſum ipſorum & gentibus reddet uindictam
donec tollat plenitudinem ſuperboꝝ, & ſce
ptra iniquorum contribulet donec reddat
hominibus ſcd'm actus ſuos & ſcd'm opera
Adæ, & ſcd'm ꝓſumptionẽ illius: donec iudi
cet iudicium plebis ſuæ, & oblectabit iuſtos

miſericordia ſua. Speciosa miſericordia dei
in tēpore tribulatiōis quaſi nubes pluuiæ in
tempore ſiccitatis.

Capitulum. 36.

1 Miſerere noſtri de⁹ oīm, & reſpi-
ce nos, & oſtēde nobis lucem
miſerationū tuarū, & immitte
timorē tuū ſup gentes quæ nō
exquiſierūt te: ut cognoſcāt qa
non eſt deus niſi tu: ut enarrēt magnalia tua.
¶ Aliena manū tuam ſup gentes alienas: ut
uideant potentiā tuā. Sicut eñ in conſpectu
corū ſanctificatus es in nobis: ſic in cōſpectu
nřo magnificaberis in eis ut cognoſcāt te ſi
cut & nos cognouimus: qa non eſt de⁹ præ-
3 ter te dñe. ¶ Innoua ſigna, & immuta mira
bilia. Glorifica manū & brachiū dextrū. Ex
cita furorē, & effunde iram. Extolle aduerſa
riū, & afflige inimicū. Feſtina tēp⁹ & memē
4 to finis, & enarrent mirabilia tua. ¶ In ira
flammæ deuoretur qui ſaluaẗ, & qui peſſi-
māt plebē tuā inueniāt pditionē. Contere ca
pi t principū, & inimicorū dicētium non eſt
alius pter nos Congrega oēs trib⁹ Iahacób,
& cognoſcāt quia nō eſt de⁹ niſi tu, ut enar-
rent magnalia tua, & hæreditabis eos ſicut
5 ab initio. ¶ Miſerere plebi tuæ ſup quā in-
uocatū eſt nomē tuū, & Iſrael quē coæqua-
ſti primogenito tuo. Miſerere ciuitati ſan-
ctificationis tuæ Ieruſaláim ciuitati requiei
tuæ. Reple ſijon inenarrabilibus uirtutibus
6 tuis, & gloria tua populum tuum. ¶ Da te-
ſtimonium quia ab initio creaturæ tuæ ſunt
& ſuſcita precationes quas locuti in nomi-
ne tuo pphetæ priores. Da mercedem ſuſti
nentibus te: ut prophetæ tui fideles inueniā
tur, & exaudi orationes ſeruorum tuorum.
7 ¶ Scdm bñdictionē Aharón, da pplo tuo,
& dirige nos in uiā iuſtitiæ, ut ſciant oēs qui
habitāt terrā: qa tu es deus cōſpector ſæcu-
8 lorū ¶ Oēm eſcā māducabit uenter, & eſt
cibus cibo melior. Fauces contingunt cibū,
& cor inſenſatū uerba mendacia. Cor prauū
dabit triſtitiā, & homo peritus reſiſtet illi.
9 ¶ Oēm maſculū excipiet mulier, & eſt filia
melior filia. Species mulieris exhilarat faciē
uiri ſui, & ſup oēm cōcupiſcentiam hoīs ſup
ducet deſideriū. Si eſt lingua curationis: eſt
& mitigationis & miſericordiæ: non eſt uir
10 illius ſcdm filios hoīm. ¶ Qui poſſidet mu
lierē bonam inchoat poſſeſſione: adiutoriū
ſcdm illū eſt & colūna ut requies. Vbi non ē
ſepes diripieẗ poſſeſſio, & ubi nō eſt mulier
ingemiſcit egens Cui credit qui non habeẽ
nidum? Et deflectens ubicūq; obſcurauerit:
quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in
ciuitatem.

Capitulum. 37.

1 Omnis amicus dicet, & ego amici
tiam copulaui: ſed ē amicus ſolo
noīe amicus. Nōne triſtitia ineſt
uſq; ad mortē? Sodalis aūt & ami
cus ad inimicitiam cōuertentur.
2 ¶ O præſumptio nequiſſima: uñ creata es
cooperire aridā maliciā, & doloſitatē illius.
Sodalis amico coniocūdabiẗ in oblectatiōi-
bus, & in tēpore tribulatiōis aduerſari⁹ erit.
3 ¶ Sodalis amico condolet cauſa uētris, &
cōtra hoſtem accipiet ſcutū. Non obliuiſca-
ris amici tui in aīo tuo, & non immemor ſis
illius in operibus tuis. Noli cōſiliari cū ſoce
ro tuo, & à zelantibus te abſcōde conſiliū.
4 ¶ Omnis cōſiliarius pdit cōſilium: ſed eſt
cōſiliarius in ſemetipſo. A conſiliario ſerua
aīam tuam. Prius ſcito quæ ſit illius neceſſi-
tas, & quid ipſe in aīo ſuo cogitabit. Ne for
te mittat ſudem in terrā, & dicat tibi bona
eſt uia tua, & ſtet ecōtrario uidere quid tibi
5 eueniat. ¶ Cum uiro irreligioſo tracta de
ſanctitate, & cum iniuſto de iuſtitia, & cum
muliere de his quæ æmulatur. Cū timído de
bello: cum negociatore de traiectione. Cum
emptore de uenditione: cum uiro liuido
de gratijs agendis. Cum impijs de pietate:
cum inhoneſto de honeſtate: cum operario
agrario de omni opere, cum operario annua-
li de conſummatione anni: cum ſeruo pigro
de multa operatione. Non attendas his in oī
6 cōſilío. ¶ Sed cum uiro ſancto aſſidu⁹ eſto:
quemcūq; cognoueris obſeruantem timo-
rem dei: cuius anima eſt ſecundum animam
tuam. Quicūq; titubauerit in tenebris: non
condolebit tibi. Et cor boni conſilij ſtatue
tecum. Non eſt enim tibi aliud plus illo.
7 ¶ Anima uiri ſancti enunciat aliquando ue
ra q̄ ſeptem circūſpectores ſedentes in ex-
celſo ad ſpeculandum. Et in his omnibus de
præcare altiſſimū ut dirigat in ueritate uiā
8 tuam. ¶ Ante omnia opera uerbum uerax
præcedat te, & ante oēm actum conſiliū ſta
bile. Verbum nequā immutabit cor: ex quo
partes quatuor oriuntur: bonum & malum:
uita & mors, & dūtaxat illorum eſt aſſidua
9 lingua. ¶ Vir peritus multos erudiuit, &
animæ ſuæ ſuauis eſt. Qui ſophiſtice loqui-
tur odibilis eſt: in omni re defraudabiẗ. Non
eſt eñ illi data à dño gřa: oī eñ ſapientia de-
10 fraudat⁹ eſt. ¶ Eſt ſapiēs aīæ ſuæ ſapiēs, &

fructus ſenſus illius laudabilis. Vir ſapiens
plebē ſuā erudit, & fructus ſenſus illius fide
les ſunt. Vir ſapiēs implebitur benedictioni-
bus, & uidentes illū laudabūt. Vita uiri innu
mero dierum, dies aūt Iſrael innumerabiles
11 ſunt. ❡ Sapiēs in populo hæreditabit hono
rem, & nomē illius erit uiuens in æternū. Fili
in uita tua tenta animā tuā, et ſi fuerit nequā
nō des illi poteſtatē. Nō enī oīa oībus expe-
12 diūt, & nō oī animæ oē genus placet. ❡ No
li auidus eſſe in omni epulatione, & nō te ef-
fundas ſuper omnē eſcā. In multis enim eſcis
erit infirmitas, & auiditas appropinquabit
uſqꝫ ad cholerā. Propter crapulā multi obie-
runt, qui aūt abſtinens eſt adijciet uitam.

Capitulū. 38.

1 HOnora medicum ꝓpter
neceſſitatē, etenī illum
creauit altiſſim⁹. A deo
eſt enī omnis medela, et
à rege accipiet donatio
nē. Diſciplina medici
exaltabit caput illi⁹, &
in cōſpectu magnatorꝫ
2 collaudabitur. ❡ Altiſſim⁹ creauit de terra
medicinā, & uir prudens nō abhorrebit illā.
Nonne à ligno indulcata eſt aqua amara? Ad
agnitionē hoim uirt⁹ illorū. Et dedit hoibus
ſcientiā altiſſimus, honorari in mirabilibus
ſuis. In his curās mitigabit dolorem, & un-
guētarius faciet pigmenta ſuauitatis, & un-
ctiones conficiet ſanitatis, & nō cōſumma-
buntꝰ opera eius. Pax enī dei ſuper faciē ter-
3 ræ. ❡ Fili in tua infirmitate nō deſpicias teip
ſum, ſed ora dñm & ipſe curabit te. Auerte à
delicto, & dirige manus, & ab oī delicto mū
da cor tuū. Da ſuauitatē, & memoriā ſimila
ginis, & impingua oblationē, & da locū me
dico. Etenim illū dñs creauit, & nō diſcedat
à te, qa opera eius ſunt neceſſaria. Eſt enī tem
pus quādo in manib⁹ illorū incurras, ipſi ue-
ro dñm deprecabūtur ut dirigat requiē eorꝫ
in ſanitatē propter cōuerſationē illorū. Qui
delinquit in cōſpectu eius qui fecit eū, inci-
4 det in manus medici. ❡ Fili in mortuū pro-
duc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plo
rare & ſecundum iudicium contege corpus
illius, & non deſpicias ſepulturam illius.
5 ❡ Propter delaturā autem amare fer luctū
illius uno die & cōſolare propter triſtitiā, &
fac luctū ſecundū meritū ei⁹ uno die uel duo
bus propter detractionem. A triſtitia enim fe
ſtinat mors & cooperit uirtutem, & triſtitia
cordis flectit ceruicem. In abductione perma
net triſtitia, & ſubſtantia inopis ſecundum
cor eius. Non dederis in triſtitia cor tuū, ſed
repelle eam à te, & memento nouiſſimorum.
Noli obliuiſci neqꝫ enī eſt conuerſio, & huic
6 nihil proderis, & teipſm peſſimabis. ❡ Me-
mor eſto iudicij mei, ſic enim erit, & tuū. Mi
hi heri, & tibi hodie. In requie mortui requie-
ſcere fac memoriam eius, & conſolare illū in
7 exitus ſpiritus ſui. ❡ Sapientiā ſcribe in tē
pore uacuitatis, & qui minoratur actu ſapiē
tiā percipiet, quia ſapiētia replebit. Qui te-
net aratrū, & qui gloriatur in iaculo, ſtimu-
lo boues agitat, & cōuerſatur in operib⁹ eo-
rū, & narratio ei⁹ in filijs theſaurorum. Cor
ſuū dabit ad uerſandos ſulcos, & uigilia ei⁹
in ſagina uaccarū. Sic oīs faber & Architect⁹
q nocte tanqꝫ diē tranſſigit, qui ſculpit ſigna
cula ſculptilia, & aſſiduitas eius uariat pictu
rā. Cor ſuū dabit in ſimilitudinē picturæ, &
8 uigilia ſua perficit opus. ❡ Sic faber ferra-
rius ſedens iuxta incudem & cōſiderās opus
ferri. Vapor ignis uret carnes eius, & in calo
re fornacis cōcertatur. Vox mallei innouat
aurē ei⁹, & cōtra ſimilitudinē uaſis ocul⁹ ei⁹.
Cor ſuū dabit in cōſummationē operū, & ui
9 gilia ſua ornabit imperfectionē. ❡ Sic figu-
lus ſedens ad opus ſuū conuertens pedibus
ſuis rotā, qui in ſollicitudine poſitus eſt ſem
per ꝓpter opus ſuū, & innumera eſt oīs ope
ratio eius. In brachio ſuo formabit lutū, &
añ pedes ſuos curuabit uirtutē ſuā. Cor ſuum
dabit ut cōſummet linitionē, & uigilia ſua mū
10 dabit fornacē. ❡ Oēs hi in manibus ſuis ſpe
rauerūt, & unuſqſqꝫ in arte ſua ſapiēs eſt. Si-
ne his oībus nō ædificatur ciuitas. Et non in-
habitabūt nec inambulabūt, & in eccleſiam
nō trāſilient. Super ſellā iudicis nō ſedebūt,
& teſtamētū iudicij nō intelligēt, neqꝫ palā
faciēt iudiciū, & diſciplinā, & in parabolis
nō inuenient, ſed creaturā eui cōfirmabunt,
& deprecatio illorū in operatiōe artis, accō-
modātes aīas ſuas, & congruentes in lege al-
tiſſimi.

Capitulū. 39.

1 SApientiam omnium anti-
quorum exquiret ſapiens,
& in prophetis uacabit.
Narrationem uirorum no-
minatorum conſeruabit,
& i uerſutias parabolarꝫ ſi
mul introibit. Occulta prouerbiorꝫ exquiret, & i
abſcōditis parabolarū cōuerſabitur. In me-

dio magnatorũ miniſtrabit, & in conſpectu
2 præſidis apparebit. ¶ In terrã alienigena-
rum gentiũ pertranſiet. Bona eñ & mala in
oĩbus tentabit. Cor ſuũ tradet ad uigilandũ
diluculo ad dominũ q fecit illũ, & in cõſpe-
ctu altiſſimi deprecabit. Aperiet os ſuum in
oratione, & pro delictis ſuis deprecabit. Si
enim dñs magnus uoluerit, ſpũ intelligẽtiæ
replebit illum, & ipſe tanq̃ imbres emittet
eloquia ſapiẽtiæ ſuæ, & in oratione cõfitebi
tur dño. Et ipſe diriget conſiliũ eius, & diſci
plinã, & in abſcõditis ſuis conſiliabitur. Ip-
ſe palam faciet diſciplinã doctrinæ ſuæ, & ĩ
3 lege teſtamẽti domini gloriabitur. ¶ Col
laudabunt multi ſapientiã eius, & uſq; in ſæ
culũ non delebitur. Non recedet memoria
eius: & nomẽ eius requiretur à generatione
in generationẽ. Sapientiã eius enarrabũt gẽ
tes, & laudẽ eius enunciabit eccleſia. Si per
manſerit nomen eius derelinquet pluſq̃ mil
4 le, & ſi requieuerit proderit illi. ¶ Adhuc
conſiliabor ut enarrem, ut furore eñ repler⁹
ſum. Et in uoce dicit. Obaudite me diuini fru
ctus, & quaſi roſa plãtata ſuper riuos aquarũ
fructificate. Quaſi libanus odorẽ ſuauitatis
habete. Flòrete flores quaſi liliũ & date odo
rem, & frõdete in gratiam & collaudate cã-
ticũ, & benedicite dominũ in operibus ſuis.
5 ¶ Date nomini eius magnificentiã, & cõfi
temini illi in uoce labiorũ ueſtrorũ, & in can
ticis labiorũ & cytharis & ſic dicetis in con
cõfeſſione. Opera domini uniuerſa bona ual
de. In uerbo enim eius ſtetit aqua ſicut cõge
ries, & in ſermone oris illi⁹ ſicut exceptoria
aquarũ, quoniã in præcepto ipſi⁹ placor fit,
6 & non eſt minoratio in ſalute ipſius. ¶ Ope
ra omnis carnis corã illo, & non eſt quicquã
abſconditũ ab oculis ei⁹. A ſæculo uſq; in ſæ
culum reſpicit, & nihil eſt mirabile in cõſpe
ctu eius. Non eſt dicere qd eſt hoc, aut qd eſt
iſtud, oĩa eñ in tẽpore ſuo quærẽtur. Benedi
ctio illius quaſi fluuius inũdabit, & quomõ
cataclyſmus aridã inebriauit, ſic ira ipſi⁹ gẽ-
tes q̃ nõ exquiſierunt eũ hæreditabit. Quo-
modo conuertit aquas in ſiccitatẽ & ſiccata
eſt terra, & uiæ illius uijs illorũ directæ ſunt
7 ſic peccatoribus offenſiones in ira ei⁹. ¶ Bo
na bonis creata ſunt ab initio, ſic nequiſſimis
bona & mala. Initium neceſſariæ rei uitæ ho
minũ, aqua: ignis & ferrũ, ſol: lac & panis ſi-
milagineus, & mel, & botrus uuæ, et oleum,
& ueſtimentũ. Hęc omnia ſanctis in bona, ſic
& impijs, et peccatoribus in mala cõuerten-
8 tur. ¶ Sunt ſpirit⁹ q ad uindictã creati ſunt
& in furore ſuo cõfirmauerunt tormẽta ſua.

Et in tempore conſummationis effundẽt uir
tutem, & furorem eius qui fecit illos con-
fundent. Ignis grando fames & mors, om-
nia hæc ad uindictam creata ſunt. Beſtiarum
dentes, & ſcorpij, & ſerpentes romphea uin
dicans in exterminium impios. In mandatis
eius epulabunt, & ſuper terrã in neceſſitate
præparabuntur, & in tẽporibus ſuis nõ præ
terient uerbũ. Propterea ab initio confirma
tus ſum, & conſiliat⁹ ſum, & cogitaui, & ſcri
pta dimiſi. Omnia opera dñi bona, & omne
opus hora ſua ſubminiſtrabit. Non eſt dicere
hoc illo nequius eſt. Omnia enim in tempore
ſuo comprobabũtur. Et nunc in omni corde,
& ore collaudate, & benedicite nomen dñi.

Capitulũ. 40.

1 OCcupatio magna creata eſt om
nibus hominibus, & iugũ gra-
ue ſuper filios Adam à die exi-
tus de uentre matris eorum uſ-
q; in diem ſepulturæ in matrẽ
omniũ. Cogitationes eorum et
timores cordis adinuentiones expectatiõis,
& dies finitionis, à præſidente ſuper ſedem
glorioſam uſq; ad humiliatũ in terrã & cine
rẽ ab eo qui utitur hyacintho & portat coro
2 nã uſq; ad eũ qui operitur lino crudo. ¶ Fu
ror Zelus, tumult⁹, fluctuatio, & timor mor-
tis, iracundia perſeuerans, & cõtentio & in
tempore refectiõis in cubili ſomn⁹ noctis im
mutat ſcientiam eius. Modicũ autẽ tanquam
nihil in requie, & ab eo in ſomnis quaſi ĩ die
reſpectus. Cõturbatus eſt in uiſu cordis ſui,
tanq̃ qui euaſerit in die belli. In tempore ſa-
lutis ſuæ exurrexit, & admirans ad nullũ ti-
morẽ, cũ oĩ carne ab homine uſq; ad pec⁹, &
3 ſuper peccatores ſeptuplũ. ¶ Ad hęc mors
ſanguis, contentio & rõphea, oppreſſiones
fames, & cõtritio, & flagella. Super iniquos
creata ſunt hæc omnia, & propter illos fact⁹
eſt cataclyſmus. Omnia eñ quæ de terra ſunt
in terram cõuertentur, & aquæ omnes in ma
re conuertentur. Omne munus, & iniquitas
delebitur, & fides in ſæculũ ſtabit. Subſtan-
tiæ iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur, &
ſicut tonitruum magnum in pluuia perſona
bunt. In aperiendo manus ſuas lætabitur, ſic
præuaricatores in conſumatione tabeſcent.
Nepotes impiorũ non multiplicabũt ramos,
& radices immundę ſuper cacumen petrę ſo
4 nant. ¶ Super omnem aquam uiriditas &
ad orã fluminis ante omne fœnum euelletur.

Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus,
& miſericordia in ſæculo pmanet. Vita ſibi
ſufficiētis operarij cōculcabitur, & in ea in-
ueniec theſaurū. Fili ædificatio ciuitatis con
firmabit nomē, & ſuper hanc mulier imma-
5 culata computabitur. ℂ Vinum & muſica
lætificant cor, & ſuper utraqꝫ dilectio ſapiē
tiæ. Tibiæ & pſalteriū ſuauem faciunt melo
diam, & ſuper utraqꝫ lingua ſuauis. Gratiā,
& ſpeciē deſiderabit oculus tuus, & ſuper
6 hoc uirides ſationes. ℂ Amicus & ſodalis in
tēpore conuenientes, & ſuper utroſqꝫ mulier
cum uiro. Fratres in adiutorium in tempore
tribulationis, & ſuper eos miſericordia libe
rabit. Aurum & argentum & conſtitutio pe-
dum, & ſuper utrumqꝫ conſilium beneplaci
tum. Facultates & uirtutes exaltant cor, &
ſuper hæc timor dñi. Non eſt in timore dñi mi
noratio, & non eſt in eo inquirere adiutoriū.
7 ℂ Timor dñi ſicut benedictio paradiſus, &
ſuper oēm gloriam operuerūt illum. Fili in tē
pore uitæ tuæ ne indigeas. Melius eſt enī mo
ri qꝫ indigere. Vir reſpiciēs in mēſam alienā,
nō eſt uita eius in cogitatione uictus. Alit enī
aīam ſuā cibis alienis. Vir autē diſciplinatus
& eruditus cuſtodiet ſe. In ore imprudentis
conculcabitur inopia, & in uentre eius ignis
ardebit.

Capitulum. 41.

1 O Mors qꝫ amara eſt memoria tua ho
mini pacē habēti in ſubſtātijs ſuis
uiro quieto, & cuius uiæ directæ
ſunt in omnibus, & adhuc ualenti
2 accipere cibum. ℂ O mors bonum eſt iudi-
cium tuum homini indigenti & qui minora-
tur uiribus defecto ætate, & cui de omnibus
cura eſt, & incredibili qui perdit ſapiētiam.
3 Noli metuere iudicium mortis. ℂ Memento
quæ ante te fuerunt, & quæ ſuperuentura
ſunt tibi. Hoc iudicium à domino omni car-
ni, & quæ ſuperuenient tibi in beneplacito
altiſſimi, ſiue decē, ſiue cētum, ſiue mille an
ni. Non eſt enim in inferno accuſatio uitæ. Fi
lij abominationum fiunt filij peccatorum, et
qui conuerſantur ſecus domos impiorum.
Filiorum peccatorum peribit hæreditas, &
cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrij. De
patre impio querentur filij, quoniam pro-
4 pter illum ſunt in opprobrio. ℂ Væ uobis
uiri impij, qui dereliquiſtis legem domini al
tiſſimi. Et ſi nati fueritis, in maledictione na-
ſcemini, ſi mortui fueritis, in maledictione
erit pars ueſtra. Omnia quæ de terra ſunt in
terram conuertētur, ſic impij à maledicto in
perditionē. Luctus hominū in corpore ipſo-
5 rum, nomē autem impiorū delebitur. ℂ Cu
ram habe de bono nomine, hoc enim magis
permanebit tibi qꝫ mille theſauri præcioſi et
magni. Bonæ uitæ numerus dierū, boni autē
nomen permanebit in æuū. Diſciplinā in pa-
ce conſeruate filij. Sapientia enī abſcondita,
& theſaurus inuiſus, quæ utilitas in utriſqꝫ?
Melior eſt homo qui abſcondit ſtulticiam ſu
am, qꝫ homo qui abſcondit ſapientiam ſuam.
Verūtamen reuertimini in his quę procedūt
de ore meo. Non eſt enim bonum omnē irre-
uerentiam obſeruare, & non omnia omnib'
6 beneplacent in fide. ℂ Erubeſcite à patre et
matre de fornicatione, & à prēſidēte, et à po
tente de mēdacio, à principe & à iudice de
delicto, à ſynagoga & plebe, de iniquitate, à
ſocio & amico de iniuſtitia, & de loco in quo
habitas de furto, de ueritate dei & teſtamen
to, de diſcubitu in panibus, & obfuſcatione
dati & accæpti, à ſalutātibus de ſilentio, à re
ſpectu mulieris fornicarię, & ab auerſiōe uul
7 tus cognati. ℂ Ne auertas faciē à proximo
tuo, & ab auferendo partē & nō reſtituēdo.
Ne reſpicias mulierē alieni uiri, & ne ſcrute
ris ancillā eius neqꝫ ſteteris ad lectū eius. Ca-
ue ab amicis de ſermonib' improperij, & cū
dederis ne improperes.

Capitulū. 42.

1 NOn duplices ſermonē audi
tus de reuelatiōe ſermonis
abſconditi, & eris uere ſi-
ne cōfuſiōe, & inuenies gra
tiā in cōſpectu oīm hoim.
Ne p his oībus cōfūdaris,
2 & ne accipias perſonā ut delinquas. ℂ De le
ge altiſſimi & teſtamēto, & de iudicio, iuſti-
ficare impiū, de uerbo ſociorū & uiatorꝝ, et
de datione hæreditatis amicorū, & de æqua
litate ſtateræ, & ponderū, de acqſitione mul
torum, & paucorum, & de corruptione em-
ptionis, & negociatorū, & de multa diſcipli
na filiorum, & ſeruo peſſimo latus ſangui-
nare ſuper mulierem nequam bonum eſt ſi-
gnū. Vbi manus multæ ſunt, claude, & quod
cunqꝫ trades numera, & appende, datū uero
3 & accæptum omne deſcribe. ℂ De diſcipli
na inſenſati, & fatui, & de ſenioribus qui iu
dicātur ab adoleſcentib', & eris eruditus in
oib', & pbabilis ī cōſpectu oim uirorꝝ. Filia
patris abſcōdita eſt, uigilia, et ſollicitudo ei'
aufert ſomnum, ne forte in adoleſcentia ſua

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

adultera efficiatur, & cū uiro cōmorata odi
bilis fiat: nequādo polluatur in uirginitate
ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatᵘ: ne
forte cū uiro cōmorata trāſgrediatᵘ, aut cer-
4 te ſterilis efficiatᵘ. ¶ Super filiā luxurioſam
cōfirma cuſtodiā: nequādo faciat te i oppro
brium uenire inimicis, a detractione in ciui-
tate, & obiectione plebis, & cōfundat te in
multitudine populi. Omni homini noli atten
dere in ſpecie, & in medio mulierū noli cō-
morari. De ueſtimētis enim ꝓcedit tinea, &
5 à muliere iniqtas uiri. ¶ Melior' eſt eñ iniq
tas uiri q̄ benefaciēs mulier, & mulier con-
fundens in opprobriū. Memor ero igitᵘ ope-
rum dñi, & quæ uidi annūciabo in ſermoni-
bus domini opera eius. Sol illuminans ꝑ oīa
reſpexit, & gloria dñi plenum eſt opus eius.
Nōne dñs fecit ſanctos enarrare oīa mirabi-
lia ſua: quæ cōfirmauit dñs oīpotens ſtabilis
in gloria ſua? Abyſſum & cor hoīm inueſtiga
6 uit, & ī aſtutia eorū excogitauit. ¶ Cogno
uit eñ dñs oēm ſcientiā, & inſpexit in ſignū
eius annūcians q̄ præterierunt & quæ ſuper
uentura ſunt. reuelās ueſtigia occultorū. Non
præterit illum omnis cogitatus, & non ab-
ſcondit ſe ab eo ullus ſermo. Magnalia ſa-
pientiæ ſuæ decorauit quæ eſt ante ſæculū,
& uſq; in ſæculum, neq; adiectum eſt neq;
minuetur, & non eget alicuius conſilio.
7 ¶ Quam deſiderabilia omnia opera eius.
& tanq̄ ſcintilla quæ eſt conſiderare. Omnia
hæc uiuūt, & manēt in ſæculū, & in omni ne
ceſſitate oīa obaudiūt ei. Oīa duplicia unū
contra unū, & nō fecit quicq̄ deeſſe. Vniuſ-
cuiuſq; cōſeruabit bona. Et quis ſciēs cōfir-
mabit fortitudinem eius? Et quis ſatiabitur
uidens gloriam eius?

Capitulum. 43.

1 ALtitudinis firmamentum: pul
chritudo eius ſpecies cœli in
in uiſione gloriæ. Sol in aſpe-
ctu annūciās in exitu, uas am-
mirabile opus excelſi. In meri
diano exurit terram, & in cō-
ſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere?
Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris.
2 ¶ Tripliciter ſol exurēs mōtes radios igne
os exufflans, & refulgēs radijs ſuis obcæcat
oculos. Magnus dñs q fecit illū, & in ſermo
3 nibus eius feſtinauit iter. ¶ Et luna in oib'
in tēpore ſuo, oſtenſio tēporis, & ſignū æui.
A luna ſignū diei feſti: luminare qđ minuitᵘ
in cōſummatione. Mēſis ſecūdum nomen ei' eſt
creſcēs mirabiliter in conſummationē. Vas
caſtrorum in excelſis, in firmamento cœli re
ſpondēs glorioſe. Species cœli glīa ſtellarū:
mūdū illuminās i excelſis dñs. In uerbis ſan-
cti ſtabūt ad iudiciū & nō deficient ī uigilijs
4 ſuis. ¶ Vide arcū, & benedic eū q fecit illū.
Valde ſpecioſus eſt in ſplēdore ſuo. Gyrauit
cœlū in circuitu gloriæ: manus excelſi ape-
ruerūt illum. Imperio ſuo accelerauit niuē,
& accelerat coruſcationes emittere iudicij
5 ſui. ¶ Propterea aperti ſunt theſauri, & euo
lauerūt nebulæ ſicut aues. In magnitudine
ſua poſuit nubes, & cōfracti ſūt lapides grā
dinis. In cōſpectu eius cōmouebuntᵘ mōtes,
6 & in uoluntate ei' aſpirauit nothus. ¶ Vox
tonitrui eius uerberauit terrā: tēpeſtas aquilo
nis & congregatio ſpūs, & ſicut auis depo-
nens ad ſedēdū aſpgit niuē, & ſicut locuſta
demergēs deſcenſus ei'. Pulchritudinē can
doris ei' ammirabitᵘ oculus, & ſuper imbrē
eius expauēſcit cor. Gelu ſicut ſalem effun-
det ſup terrā, & dū gelauerit fiet tanq̄ cacu
7 mina tribuli. ¶ Frigidus uēt' aquilo flauit
& gelauit criſtall' ab aqua. Sup oēm cōgre-
gationē aquarū requieſcet, & ſicut lorica in
duet ſe aqs. Et deuorabit mōtes & exuret de
8 ſertū, & extinguet uiridē ſicut ignē. ¶ Me
dicina oīm in feſtinatione nebulæ, & ros ob
uians ab ardore uenięti humilē efficiet eum.
In ſermone ei' ſiluit uent', & cogitatiōe ſua
placauit abyſſū, & plātauit illū dñs Ieſus.
9 ¶ Qui nauigat mare enarrat pericula eius,
& audiētes auribus nrīs ammirabimur. Illic
ꝑclara opera & mirabilia: uaria beſtiarū ge
nera & omniū pecorū, & creatura beluarum.
Propter ipſum cōfirmatus eſt itineris finis,
10 & in ſermone ei' cōpoſita ſunt oīa. ¶ Mul-
ta dicim', & deficimus uerbis: cōſummatio
aūt ſermonū, ipſe eſt. In oibus gloriātes: ad
qđ ualebim'? Ipſe eñ oīpotēs ſuper oīa ope
ra ſua. Terribilis dñs & magnus uehemēter,
11 & mirabilis potētia ipſius. ¶ Glorificātes
dñm quātūcūq; potueritis ſuperualebit ad-
huc & ammirabilis magnificētia eius. Bene-
dicentes dominum exaltate illum quātū po
teſtis: maior enim eſt omni laude. Exaltātes
eū: replemini uirtute. Ne laboretis. Non eñ
comprehēdetis. Quis uidebit eum, & enar
rabit, & quis magnificabit eum ſicut eſt ab
initio? Multa abſcōdita ſunt maiora his. Pau
ca enim uidimus operum eius. Omnia autē
dominus fecit, & pie agentibus dedit ſa-
pientiam.

Capitulum. 44.

1 LAudemus uiros glorioſos, &
parētes noſtros in generatiõe
ſua. Multā gloriā fecit dñs ma
gnificētia ſua à ſæculo. Domi
nantes in poteſtatibus ſuis: ho
mines magni uirtute & prudē
tia ſua ꝓditi: nunciantes in prophetis digni-
tatem ꝓphetarū, & imperantes in præſenti
populo, & uirtute prudētiæ populis ſanctiſ
2 ſima uerba. ¶ In pueritia ſua requirentes
modos muſicos, & narrātes carmina ſcriptu
rarū. Homines diuites in uirtute pulchritu-
dinis ſtudium habentes: pacificātes in domi
bus ſuis. Oēs iſti in generationib⁹ gētis ſuæ
gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis haben
tur in laudib⁹. Qui de illis nati ſunt: relique
3 runt nomen narrandi laudes eorū. ¶ Et ſunt
quorum nõ eſt memoria. Perierunt quaſi q
non fuerint, & nati ſunt quaſi nõ nati, & filij
eorum cum ipſis. Sed illi uiri miſericordiæ
ſunt: quorū pietates nõ defuerunt. Cū ſemi-
ne eorū permanēt bona hæreditas ſancta ne
potes eorū. Et in teſtamētis ſtetit ſemen eo-
rum, & filij eorū propter illos uſq; in æternū
manent. Semē eorū & gloria eorū non dere-
linquetur. Corpora eorū in pace ſepulta ſunt,
& nomē eorū uiuet in generationē & gene-
rationē. Sapientiam ipſorum narrent popu
li, & laudem ipſorum nunciet eccleſia.
4 ¶ Chanóch placuit deo, & tranſlatus eſt in
paradiſum: ut det gētibus ſapientiā. Nóach,
inuentus eſt perfect⁹ iuſtus, & in tēpore ira
cūdiæ factus eſt recõciliatio. Ideo dimiſſum
eſt reliquū terræ, cū factum eſt diluuium. Te
ſtamenta ſæculi poſita ſunt apud illum, ne
5 deleri poſſit diluuio omnis caro. ¶ Abra-
ham magnus pater multitudinis gentiū, &
nõ eſt inuentus ſimilis illi in gloria. Qui cõ-
ſeruauit legem excelſi, & fuit in teſtamento
cum illo. In carne eius ſtare fecit teſtamentū
& in tentatione inuentus eſt fidelis. Ideo iu-
reiurādo dedit illi gloriam in gente ſua: cre
ſcere illum quaſi terræ cumulum, & ut ſtel-
las exaltare ſemen eius, & hæreditare illos
à mari uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad ter
6 minos terræ. ¶ Et Iſchác eodē modo fecit
propter Abrahā patrem eius. Benedictionē
omnium gentium dedit illi dominus, & te-
ſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput
Iahacób. Agnouit eum in benedictionibus
ſuis, & dedit illi hæreditatem, & diuiſit illi
partem in tribubus duodecim. Et conſerua-
uit illi homines miſericordiæ: inuenientes
gratiam in oculis omnis carnis.

Capitulum. 45.

1 DIlectus deo & hoībus Moſéh', cu
ius memoria in benedictione ē.
Similē illū fecit in gloria ſancto-
rum, & magnificauit eum in ti-
more inimicorū, & in uerbis ſuis
mõſtra placauit. Glorificauit illū in cõſpectu
regū, & iuſſit illi corā populo ſuo, & oſtēdit
illi gloriā ſuam. In fide & lenitate ipſius ſan-
ctum fecit illū, & elegit eū ex omni carne. Au
diuit enim eum & uocē ipſius, & induxit il
lum in nubē. Et dedit illi cor ad præcepta, & le-
gē uitæ & diſciplinæ: docere. Iahacób teſta
2 mentū ſuū, & iudicia ſua Iſraél. ¶ Excelſum
fecit Aharón fratrē ſuū & ſimilē ſibi de tribu
Leui. Statuit ei teſtamentū æternū & dedit
illi ſacerdotiū gentis & beatificauit illum in
glīa. Et circūcinxit eum zona iuſtitiæ, & in-
duit eum ſtola gloriæ, & coronauit eū in ua-
ſis uirtutis. Circūpedes & fœmoralia & hu-
merale poſuit ei, & cinxit illum tintinabulis
aureis plurimis ī gyro, dare ſonitū in inceſſu
ſuo: auditum facere ſonitū in tēplo in memo-
riā filijs gētis ſuæ. Stolā ſanctā auro & hya-
cintho, & purpura: opus textile: uiri ſapien-
tis iudicio & ueritate ꝓditi. Torto cocco op⁹
artificis gēmis ꝓcioſis figuratis in ligatura
cũdum iuſſum regis.Et uidit Mattithiáh,&
doluit,& cõtremuerũt renes eius.Et accẽſus
eſt furor eius ſcd'm iudiciũ legis,& inſiliẽs
trucidauit eũ ſuper Arã.Sed & uirũ quem
rex Antiochus miſerat q cogebat immolare
occidit in ipſo tẽpore & aram deſtruxit. Et
zelatus eſt legem ſicut fecit Pinchàs Zimbri
filio Salomi.Et exclamauit Mattithiáh,uo-
ce magna in ciuitate dicẽs.Oĩs qui zelũ ha-
bet legis ſtatuẽs teſtamẽtũ exeat poſt me.
Et fugit ipſe & filij eius in mõtes,& reliqe-
6 runt q̃cũq; habebãt ĩ ciuitate. ¶Tũc deſcẽ
derũt multi quærẽtes iudiciũ, & iuſtitiã in
deſertũ,& ſederũt ibi ipſi & filij eius & mu-
lieres eorum,& pecora eorũ,qm̃ inundauerũt
ſup eos mala.Et renunciatũ eſt uiris regis &
exercitui q erãt in Ieruſaláim ciuitate Da-
uid, qm̃ diſceſſiſſent uiri quidam qui diſſi-
pauerũt mãdatũ regis in loca occulta in de-
ſerto,& abijſſent poſt illos multi. Et ſtatim
perrexerunt ad eos & cõſtituerũt aduerſus
eos prælũ in die ſabbatorum,& dixerant ad
eos. Reſiſtitis & nũc adhuc? Exite & facite
ſcd'm uerbũ regis Antiochi,& uiuetis.Et di
xerũt.Nõ exibimus:neq; faciemus uerbũ re-
gis:ut polluamus diẽ ſabbatorum.Et cõcitaue
rũt aduerſus eos prælũ. Et nõ reſponderũt
eis:nec lapidẽ miſerũt ĩ eos:nec opilauerunt
loca occulta dicẽtes.Moriamur oẽs ĩ ſimpli
citate noſtra,& teſtes erũt ſup nos cœlũ &
terra q iniuſte pditis nos. Et intulerũt illis
bellum ſabbatis.Et mortui ſunt ipſi & uxo-

res corū,& filij corū,& pecora corū uſq; ad
7 mille aīas hominū. ℭ Et cognouit Mattithi
áh,& amici eiʼ,& luctū habuerūt ſupˊ eos ual
de.Et dixit uir proximo ſuo. Si oēs fecerimʼ
ſicut fratres noſtri fecerūt,& nō pugnaueri
mus aduerſus gētes pro animabus noſtris,et
iuſtificationibus noſtris, citius diſperdent
nos à terra.Et cogitauerunt in die illa dicen-
tes.Oīs homo quicūq; uenerit ad nos in bel-
lo die ſabbatorū,pugnemus aduerſus eum,
& non moriemur oēs ſicut mortui ſunt fres
8 noſtri in occultis.ℭ Tunc cōgregata eſt ad
eos ſynagoga Iehudæorū fortis uiribus ex Iſ
raél,omnis uolūtarius in lege,& oēs qui fu-
giebāt à malis additi ſunt ad eos, & facti ſūt
illis ad firmamentū.Et collegerunt exercitū
& percuſſerunt peccatores in ira ſua, & ui-
ros iniquos in indignatione ſua,& cæteri fu
9 gerunt ad natiōes ut euaderent. ℭ Et circui
uit Mattithiáh,& amici eius,& deſtruxerūt
aras,& circunciderunt pueros incircūciſos
quotquot inuenerunt in finibus Iſraél in for
titudine.Et perſecuti ſunt filios ſuperbiæ,et
proſperatū eſt opus in manibus eorū.Et ob-
tinuerūt legem de manibʼ gentiū,& de mani
10 bus regū,& nō dederūt cornu pctōri. ℭ Et
appropinquauerūt dies Mattithiáh morien-
di,& dixit filijs ſuis.Nūc confortata eſt ſupˊ
bia,& caſtigatio,& tēpus euerſionis, & ira
indignationis.Nunc ergo o filij æmulatores
eſtote legis,& date animas ueſtras pro teſta
mēto patrum,et memētote operū patrū quę
fecerunt in generationibus ſuis,& accipie-
tis gloriā magnā,& nomē æternū.Abrahám
nonne in tentatione inuētus eſt fidelis, & re
putatū eſt ei ad iuſtitiā?Ioſéph in tēpore an-
guſtiæ ſuæ cuſtodiuit mandatū,& factus eſt
dn̄s Aegypti.Pinchás pater noſter zelando
zelū dei accæpit teſtamētū ſacerdotij æterni.
Iehoſúah dū impleuit uerbū factus eſt dux in
Iſraél.Caléb dū teſtificatur in eccleſia accæ-
pit hæreditatē.Daníd in ſua miſericordia cō
ſecutʼ eſt ſedē regni in ſæcula. Elijáh dū ze-
lat zelū legis,receptus eſt in cœlū. Chanani
áh Hazariáh,et Miſaél credētes liberati ſunt
de flāma.Daniél in ſua ſimplicitate liberatʼ
eſt de ore leonū.Et ita cogitate per gn̄ationē
& generationē,quia oēs qui ſperāt in eū nō
infirmantur.Et à uerbis uiri peccatoris ne tí
mueritis,quia gloria eius ſtercus,& uermis
eſt.Hodie extollitur,& cras non inuenitur,
quia conuerſus eſt in terram ſuam,& cogita
11 tio eius perijt. ℭ Vos ergo filij conforta-
mini,& uiriliter agite in lege,quia cum fece
ritis quæ uobis præcepta ſunt in lege à do-
mino deo ueſtro in ipſa glorioſi eritis. Et ec-
ce Simon frater ueſter ſcio ꝙ uir conſilij eſt.
Ipſum audite ſemper,& ipē erit uobis pater
Et Iehudáh maccabæus fortis uiribus à iuuē
tute ſua ſit uobis priceps militiæ,& ipē aget
bellū populi.Et adducetis ad uos oēs facto-
res legis,et uindicate uindictā populi ueſtri.
Retribuite retributionē gentibus, & intēdí
te in præceptū legis.Et benedixit eos, & ap
poſitʼ eſt ad patres ſuos.Et defunctus eſt an-
no cēteſimo quadrageſimoſexto,& ſepultʼ
eſt à filijs ſuis in ſepulchris patrū ſuorum in
Modin,& plaxerunt eū omnis Iſraél plan-
ctu magno.

Capitulum.3.

1 ET ſurrexit Iehudáh,q uocaba
tur Maccabæus filius eius pro
eo,& adiuuabant eū oēs fra-
tres eius,& uniuerſi qui ſe cō
iunxerant patri eiʼ,& prælia-
bātur præliū Iſraél cū lætitia.
Et dilatauit gloriā populo ſuo,& induit ſe lo
ricā ſicut gigas,& ſuccinxit ſe arma bellica
ſua in prælijs,& ꝓtegebat caſtra gladio ſuo.
2 ℭ Similis factus eſt leoni in operibus ſuis,et
ſicut catulus leonis rugiens in uenatione. Et
perſecutus eſt iniquos perſcrutans eos, & q
cōturbabant populum ſuū,eos ſuccendit flā
mis.Et repulſi ſunt inimici eiʼ præ timore eiʼ.
Et omnes operarij iniqtatis conturbati ſunt.
Et directa eſt ſalus in manu eiʼ, & exacerba-
bat reges multos,& lætificabat Iahacób in
operibus ſuís, in ſæculum memoria eius in
benedictione.Et perambulabat ciuitates Ie-
hudáh,& perdidit impios ex eis, & auertit
iram ab Iſraél.Et nominatus eſt uſq; ad no-
uiſſimum terræ,& congregauit pereuntes.
3 ℭ Et congregauit Apollonius gentes, & à
Semariah uirtutem multam,& magnam ad
bellandum contra Iſraél. Et cognouit Iehu-
dáh,& exiuit obuiam illi,& percuſſit,& oc-
cidit illum.Et ceciderunt uulnerati multi, &
reliqui fugerunt,& accæpit ſpolia eorum.
Et gladium Apollonij abſtulit Iehudáh, &
4 erat pugnans in eo omnibus diebus. Et au-
diuit Seron princeps exercitus Syriæ, ꝙ
congregauit Iehudáh congregationē,& ec
cleſiam fidelium ſecum, & ait. Faciam mihí
nomē & glorificabor,ī regno,& debellabo
Iehudā,& eos q cū ipſo ſunt, qui ſpernebāt
uerbū regis.Et ꝓparauit ſe,& aſcenderūt cū
eo caſtra impiorum fortes auxiliarij, ut fa-
cerent uindictam in filios Iſraél.Et appro-

pinquauerunt uſq; Bethchoron. Et exiuit Ie
hudáh obuiã illis cũ paucis. Vt aũt uiderunt
exercitũ ueniẽtem ſibi obuiã dixerunt Iehu
dáh. Quomõ poterimus pauci pugnare con
tra multitudinẽ hanc tantã & tam fortẽ? Et
4 nos fatigati ſumus ieiunio hodie. ¶ Et ait Ie
hudáh. Facile eſt cõcludi multos in manu pau
corũ, & nõ eſt differẽtia in conſpectu dei cœ
li liberare in multis & in paucis, quoniam nõ
in multitudine exercitꝰ uictoria belli, ſed de
cœlo fortitudo eſt. Ipſi ueniũt ad nos in mul
titudine cõtumaci & ſuperba, ut diſperdant
nos, & uxores noſtras, & filios noſtros, et ut
ſpolient nos. Nos uero pugnabimus pro aĩa
bus noſtris, & legibꝰ noſtris, & ipſe dñs con
teret eos ante faciẽ noſtrã. Vos aũt ne timue
ritis eos. Vt ceſſauit aũt loqui, inſiliuit in eos
ſubito. Et contritus eſt Seron, & exercitꝰ eiꝰ
in cõſpectu ipſiꝰ, & perſecutꝰ eſt eũ in deſcẽ
ſum Bethchoron uſq; in cãpũ. Et ceciderunt
ex eis octingenti uiri, reliqui aũt fugerũt in
terrã pelistijm. Et cecidit timor Iehudæ ac
fratrum eiꝰ, & formido ſuper oẽs gentes in
circuitu eorũ, & peruenit ad regẽ nomen eiꝰ
& de prælijs. Iehudæ narrabant oẽs gentes.
5 ¶ Vt audiuit autẽ rex Antiochus ſermones
iſtos iratꝰ eſt aĩo. Et miſit, & cõgregauit exer
citum uniuerſi regni ſui caſtra fortia ualde,
& aperuit ærariũ ſuũ & dedit ſtipẽdia exer
citui in annũ, & mandauit illis ut eſſent para
ti ad oĩa. Et uidit ꝙ defecit pecunia de the
ſauris ſuis, & tributa regionis modica pro
pter diſſenſionẽ & plagã quam fecit in terra
ut tolleret legitima quæ erant à primis die
bus, & timuit ne nõ haberet, & ſemel, & bis
in ſumptus, & donaria q̃ dederat ante larga
manu, & abundauerat ſuper reges qui ante
eum fuerant. Et conſternatus erat animo ual
6 de. ¶ Et cogitauit ire in perſidẽ, et accipere
tributa regionũ, & congregare argentum
multum. Et reliquit Lyſiam hominem nobilẽ
de genere regali ſuper negocia regia à flu
mine Eufrate uſq; ad flumen Aegypti, &
ut nutriret Antiochum filium ſuum donec re
diret. Et tradidit ei medium exercitũ, & ele
phantos, & mandauit ei de omnibus quæ uo
lebat, & de inhabitantibus Iehudæam, & Ie
ruſaláim, & ut mitteret ad eos exercitum ad
conterendam, et extirpandam uirtutem Iſra
él, & reliquias Ieruſaláim, & auferendam
memoriam eorum de loco, & ut conſtitueret
habitatores filios alienigenas in omnibus fi
nibus eorum, & ſorte diſtribueret terram eo
7 rum. ¶ Et rex aſſumpſit partem exercitus
reſidui, & exiuit ab Antiochia ciuitate re
gni ſui anno centeſimo, & quadrageſimo ſe
ptimo, & tranſfrerauit Eufratem flumen, &
perambulabat ſuperiores regiões. Et elegit
Lyſias ptolomeum filium Dorimeni, & Nica
norem, & Gorgiam uiros potẽtes ex amicis
regis, & miſit cum eis quadraginta milia ui
rorum, & ſeptem milia equitum, ut uenirent
in terram Iehudáh, & diſperderent eam ſecũ
dum uerbum regis. Et proceſſerunt ut irent
cum uniuerſa uirtute ſua. Et uenerunt, & ap
plicauerunt Emmanaúm in terra campeſtri.
8 ¶ Et audierunt mercatores regionum no
men eorum, & accæperunt argentum, et au
rum multum ualde, & pueros, & uene
runt in caſtra ut acciperent filios Iſraél in ſer
uos. & additi ſunt ad eos exercitus Syriæ, et
9 terræ alienigenarum. ¶ Et uidit Iehudáh, et
fratres eius, quia multiplicata ſunt mala, &
exercitus applicabat ad fines eorum, & co
gnouerunt uerba regis quę mandauit popu
lo facere in interitũ, & conſummationẽ. Et
dixerunt unuſquiſq; ad proximũ ſuum. Eri
gamus deiectionem populi noſtri, et pugne
mus pro populo noſtro, & ſanctis noſtris. Et
congregatus eſt cõuentus ut eſſent parati in
prælium, & ut orarent, & peterẽt miſericor
10 diam, & miſerationes. ¶ Et Ieruſaláim non
habitabatur, ſed erat ſicut deſertum. Nõ erat
quiſ ingrederetur, & egrederetur de natis eiꝰ
& ſanctum cõculcabatur, & filij alienigena
rũ erant in arce, ibi erat habitatio gentiũ. Et
ablata eſt uoluptas à Iahacob, & defecit ibi
tibia, & cythara. Et congregati ſunt, & uene
runt in Miſpath contra Ieruſaláim, quia locꝰ
orationis erat in Miſpath ante in Iſraél. Et ie
iunauerunt illa die, et induerunt ſe cilicijs, et
cinerem impoſuerunt capiti ſuo, & ſciderũt
ueſtimẽta ſua, & expanderũt libros legis de
quibus ſcrutabantur gentes ſimilitudinẽ ſi
mulachrorum ſuorum, & attulerunt ornamẽ
ta ſacerdotalia, & primitias, et decimas, &
ſuſcitauerunt nazareos qui impleuerãt dies:
& clamauerũt uoce magna in cœlum dicen
tes. Quid faciemus iſtis: & quo eos ducemꝰ?
Et ſancta tua conculcata ſunt, & cõtaminata
ſunt, & ſacerdotes tui facti ſunt in luctum, et
in humilitatem. Et ecce nationes conuenerũt
aduerſum nos ut nos diſperdant. Tu ſcis quę
cogitant in nos. Quomodo poterimus ſubſi
ſtere ante faciẽ eorum, niſi tu deus adiuues
nos? Et tubis exclamauerunt uoce magna.
11 ¶ Et poſt hæc conſtituit Iehudáh duces po
puli, tribunos & centuriones, pentacontar
chos, & decuriones. & dixit his qui ædifica
bant domos, & ſponſabant uxores, & plan

tabant uineas,& formidoloſis, ut redirent
unuſquiſq; in domũ ſuam ſecundũ legem. Et
mouerunt caſtra,& collocauerunt ad auſtrũ
Emmaum. Et ait Iehudáh. Accingimini &
eſtote parati in mane ut pugnetis aduerſus
nationes has quæ cõuenerũt diſperdere nos
& ſancta noſtra, quoniã meli⁹ eſt nos mori in
bello, q̃ uidere mala gentis noſtræ, & ſancto
rũ. Sicut autẽ fuerit uolũtas in cœlo ſic fiat.

Capitulum. 4.

1 ET aſſumpſit Gorgias quinq; mi
lia uirorum,& mille eqtes ele
ctos. Et mouerũt caſtra nocte ut
applicarent ad caſtra Iehudæo
rum: et percuterent eos ſubito
Et filij qui erant ex arce: erant
2 illis duces. ❡ Et audiuit Iehudáh, et ſurrexit
ipſe & potentes percutere uirtutem exerci
tuum regis: qui erãt in Emmáum. Adhuc enĩ
3 diſperſus erat exercit⁹ à caſtris. ❡ Et uenit
Gorgias ĩ caſtra Iehudę nocte & neminẽ inue
nit. Et quærebat eos in montibus: qm̃ dixit
fugiunt hi à nobis? Et cũ dies factus eſſet: ap
paruit Iehúdáh in cãpo cum tribus milib⁹ ui
rorũ tãtũ: qui tegumẽta et gladios nõ habe
bant. Et uiderunt caſtra gentiũ ualida & lo
ricatos & equitatus in circuitu eorũ: & hi do
cti ad prælĩ. & ait Iehudáh, uiris qui ſecum
erant. Ne timueritis multitudinẽ eorũ: et ĩpe
tũ eorũ ne formidetis. Memẽtote qualiter ſa
lui facti ſunt patres noſtri ĩ mari rubro: cũ ſe
q̃ret eos pharoh, cũ exercitu multo. Et nũc
clamem⁹ in cœlũ: & miſerebitur noſtri dñs:
& memor erit teſtamenti patrũ noſtrorũ. &
cõteret exercitũ iſtũ añ faciẽ noſtram hodie:
& ſcient oẽs gẽtes: q̃a eſt deus qui redimat et
4 liberet Iſrl̃. ❡ Et leuauerũt alienigenæ ocu
los ſuos, & uiderunt eõs uenientes ex aduer
ſo. Et exierunt de caſtris in prælĩ: & tuba ce
cinerũt hi q̃ erãt cũ Iehudáh, Et cõgreſſi ſunt
& contritę ſunt gẽtes & fugerũt in cãpũ. No
uiſſimi aũt ceciderunt in gladio & perſecuti
ſũt eos uſq; Gazerõ & uſq; ĩ cãpos Edomææ
& Aſdód & Iabnéh & ceciderũt ex illis uſq;
ad tria milia uirorũ. Et reuerſus eſt Iehudáh,
& exercit⁹ eius ſequẽs eũ. Dixitq; ad pplm
Non concupiſcatis ſpolia: q̃a bellũ cõtra nos
eſt et Gorgias & exercit⁹ eius prope nos in
mõtib⁹: ſed ſtate nunc cõtra inimicos nr̃os: et
expugnate eos & ſumetis poſtea ſpolia ſecu
5 ri. ❡ Et adhuc loq̃nte Iehudáh hec ecce ap
paruit pars q̃dã, pſpiciẽs de mõte. Et uidit Gor
gias ꝙ ĩ fugã cõuerſi ſunt ſui. & ſuccẽſa ſunt
caſtra. Fumus enĩ qui uidebatur declarabat
quod factũ eſt. Quibus ille cõſpectis timue
rũt ualde aſpiciẽtes ſimul, & Iehudã & exer
citũ in campo paratũ ad prælĩ. Et fugerũt
oẽs in cãpo alienigenarũ, & Iehudáh reuer
ſus eſt ad ſpolia caſtrorũ. Et accæperunt au
rũ multũ, & argentũ, & hyacinthũ et purpu
rã marinã, & opes magnas, & cõuerſi hym
nũ canebãt, & benedicebant deũ in cœlum
qm̃ bon⁹ eſt, qm̃ in ſæculũ miſericordia ei⁹.
Et facta eſt ſalus magna in Iſraël in die illa.
6 ❡ Quicũq; aũt alienigenarũ euaſerunt, ue
nerunt, & nũciauerunt Lyſiæ uniuerſa quæ
acciderant. Quibus ille auditis cõſternatus
animo deficiebat ꝙ non qualia uoluit, talia
cõtigerũt in Iſraël, & qualia mandauit rex.
7 ❡ Et ſequẽti anno cõgregauit lyſias uiro
rũ electorũ ſexaginta milia, & equitũ quĩq;
milia ut debellaret eos. Et uenerunt in Iehu
dæam, & caſtra poſuerũt ĩ bethchorõ. Et oc
currit illis Iehudáh, cũ decẽ milibus uiris. Et
uiderũt exercitũ fortem, & orauit, & dixit.
Benedictus eſt ſaluator Iſraël q̃ cõtriuiſti ĩ
petũ potẽtis in manu ſerui tui Dauid, et tra
didiſti caſtra alienigenarũ ĩ manu Ionathæ fi
lij Saul, et armigeri eius, cõclude exercitum
iſtũ in manu populi tui Iſraël, et cõfundatur
in exercitu ſuo, et equitib⁹. Da illis formidi
nem et tabefac audaciam uirtutis eorũ, et cõ
moueantur contritione ſua. Deijce illos gla
dio diligẽtiũ te, et collaudent te oẽs qui no
uerunt nomen tuũ in hymnis. Et cõmiſerunt
prælĩ, et ceciderũt de exercitu lyſiæ quĩq;
8 milia uirorũ. ❡ Videns aũt lyſias fugã ſuorũ,
et Iehudæorũ audaciã, et ꝙ parati ſunt aut
uiuere aut mori fortiter, abijt Antiochiã, et
elegit milites ut multiplicati rurſus uenirẽt
ĩ Iehudæã. Dixit aũt Iehudah, et fratres ei⁹.
Ecce cõtriti ſunt inimici nr̃i, aſcẽdam⁹ nunc
mũdare ſancta, et renouare. Et cõgregat⁹ eſt
oĩs exercit⁹, & aſcẽderũt in montẽ Sijón. Et
uiderũt ſãctificationẽ deſertã, et altare pro
phanatũ, et portas exuſtas, et ĩ atrijs uirgul
ta nata ſicut ĩ ſaltu uel ĩ mõtib⁹, et paſtopho
ria diruta. Et ſciderũt ueſtimẽta ſua, et plan
xerũt plãctu magno. Et impoſuerũt cinerẽ ſup
caput ſuũ, et ceciderũt ĩ faciẽ ſup terrã, et ex
clamauerũt tubis ſignorũ, et clamauerũt in
9 cœlum. ❡ Tũc ordinauit Iehudáh, uiros ut
pugnarent aduerſus eos qui erant in arce,
donec emũdarẽt ſancta Et elegit ſacerdotes
ſine macula uoluntate habentes in lege dei,
et mundauerunt ſancta, et tulerunt lapi
des contaminationis in locum immun
dum. Et cogitauit de altari holocauſtorum

quod prophanatum erat: qđ de eo faceret.
Et incidit in conſiliũ bonum ut deſtrueret il
lud: ne forte illis eſſet in opprobriũ quia cõ
taminauerũt illud gentes. Et demoliti ſunt
illud, & repoſuerunt lapides in mõte domꝰ
in loco apto quoad ueniret ꝓpheta & rũde
ret de eis. Et acceperũt lapides integros ſe
cũdum legẽ, & ædificauerũt altare nouum
ſcd'm illud qđ fuit prius, & ædificauerũt ſan
cta & quæ intra domũ erant intrinſecus, &
edẽ & atria ſanctificauerũt, & fecerũt uaſa
ſancta noua, & intulerunt candelabrum &
altare incẽſorum & menſam in tẽplũ. Et in
cẽſum poſuerũt ſup altare, & accẽderũt lu
cernas q̃ ſuper cãdelabrũ erãt, & lucebãt in
templo. De poſuerũt ſuper menſam panes,
& appẽderũt uelamina, & cõſummauerunt
10 omnia opera quæ fecerant. ¶Et ante ma
tutinum ſurrexerunt quita & uiceſima die
menſis noni, hic eſt menſis Caſleu centeſi
mi quadrageſimi octaui anni, & obtulerunt
ſacrificium ſcd'm legem ſuper altare holo
cauſtorũ nouũ qđ fecerũt. Secũdum tẽpꝰ &
ſcd'm diem in qua cõtaminauerũt illud gen
tes: in ipſa renouatũ eſt in cãticis & cytharis
11 & cynaris & cymbalis. ¶Et cecidit oĩs po
pulus in faciem, & adorauerũt & benedixe
rũt in cœlũ eum qui proſperauit eis. Et fece
runt dedicationẽ altaris diebus octo: & ob
tulerũt holocauſta: cum lætitia, & ſalutaria
laudis. Et ornauerũt faciẽ tẽpli coronis au
reis & ſcutulis, & dedicauerũt portas & pa
ſtophoria, & impoſuerunt eis ianuas. Et fa
cta eſt lætitia ĩ populo magna ualde, & auer
12 ſum eſt opprobrium gentium. ¶Et ſtatuit
Iehudáh, & fratres eius, & uniuerſa eccle
ſia Iſraél: ut agãt dies dedicatiõis altaris in
tẽporibus ſuis ab ãno in annũ per dies octo
à quinta & uiceſima die menſis Caſleu: cum
lætitia & gaudio. Et ædificauerunt in tẽpo
re illo montem Sión, & per circuitũ muros
altos & turres firmas: ne quando uenirẽt gẽ
tes & cõculcarent eum ſicut antea fecerunt.
Et collocauit illic exercitum ut ſeruarẽt eũ,
& muniuit eum ad cuſtodiendam Bethſurã:
ut haberet populus munitionem contra fa
ciem Edomææ.

Capitulum. 5.

1 ET factum eſt ut audierunt gentes
in circuitu quia ædificatum eſt al
tare & ſanctuarium ſicut prius: ira
tæ ſunt ualde, & cogitabant tolle
re genus Iahacób, qui erant inter eos. Et cœ
perũt occidere de populo, & perſequi. Et de
bellabat Iehudáh, filios Eſáu in Edomæa &
eos q̃ erãt in Arabathane quia circũſedebãt
Iſrahelitas, & percuſſit eos plaga magna.
2 ¶Et recordatus eſt maliciã filiorũ Beam q̃
erãt populo in laqueũ, & in ſcãdalũ inſidiã
tes ei in uia. Et cõcluſi ſunt ab eo in turribꝰ.
Et applicuit ad eos & anathematizauit eos,
& incendit turres eorũ igni cum oĩbꝰ q̃ ĩ eis
3 erant. ¶Et trãſiuit ad filios Hammón & in
uenit manũ fortem & populũ copioſum, &
Timotheũ ducem ipſoꝝ. Et cõmiſit cum eis
ꝓlia multa, & cõtriti ſunt in cõſpectu eorũ,
& percuſſit eos, & cæpit Ghézer ciuitatẽ &
filias eiꝰ, & reuerſus eſt in Iehudæã. Et con
gregatæ ſunt gẽtes quæ ſunt in Ghilhád ad
uerſus Iſraélitas q̃ erãt in finibus eoꝝ ut tol
lerent eos, & fugerũt in Dathemau munitio
nem, & miſerũt literas ad Iehudã, & fratres
eiꝰ, dicẽtes. Cõgregatæ ſunt aduerſum nos
gentes per circuitum ut nos auferãt, & pa
rant uenire & occupare munitionẽ in quam
cõfugimus, & Timotheus eſt dux exercitus
eorum. Nũc ergo ueni & eripe nos de mani
bus eoꝝ: q̃a cecidit multitudo de nobis. Et
oẽs fratres noſtros q̃ erant in locis Tubin in
terfecti ſunt, & captiuas duxerũt uxores eo
rum & natos & ſpolia & peremerũt illic fe
4 re mille uiros. ¶Et adhuc epiſtolæ legebã
tur, & ecce alij nuncij uenerunt de Galil, cõ
ſciſſis tunicis nunciãtes ſcd'm uerba hæc, di
cẽtes cõueniſſe aduerſum ſe à Ptolomaide &
Tyro & Sidone, & repleta eſt omnis Galíl,
5 alienigenis ut nos conſumant. ¶Vt audi
uit aũt Iehudáh, & populus ſermones iſtos:
cõuenit eccleſia magna cogitare quid face
rent fratribus ſuis qui in tribulatione erant,
& expugnabantur ab eis. Dixitq; Iehudáh,
Simoni fratri ſuo. Elige tibi uiros & uade &
libera fratres tuos in Galíl, ego autẽ & fra
ter meus Ionathas, ibimꝰ in Ghilháditim. Et
reliquit Ioſephũ filiũ Zechariæ & Hazariã
duces populi cum reſiduo exercitu in Iehu
dæa ad cuſtodiam, & præcepit illis dicens.
Præſtote populo huic & nolite bellum cõ
mittere aduerſum gẽtes donec reuertamur.
6 ¶Et dati ſunt Simoni uiri tria milia ut iret
in Galíl, Iehudæ autem octo milia in Ghilha
dith. Et abijt Simon in Galil, & cõmiſit præ
lia multa cum gentibus, & cõtritæ ſunt gen
tes à facie eius, & perſecutus eſt eos uſq; ad
portam Ptolomaidis. Et ceciderunt de gẽti
bus fere tria milia uirorum, & accepit ſpo
lia eorum, & aſſumpſit eos qui erant in Ga
líl, & in arbatis cum uxoribus natis, & oĩbꝰ
quæ erant illis, & adduxit in Iehudæam cũ

7 lætitia magna. ¶ Et Iehudáh maccabæus
& Ionathas frater eius tranſierũt Iardén, &
abierunt uiam trium dierum in deſertum. Et
occurrerunt eis Nabuthæi, & ſuſcæperunt
eos pacifice, & narrauerunt eis omnia quæ
acciderant fratribus eorum in Ghilháthidi-
de & quia multi ex eis compræhenſi ſunt in
Baraſa, & Béſer & in Alimis & ĩ Caſphor &
Mageth & Carnáim. Hæ oẽs ciuitates muni
tæ & magnæ. Sed & in cæteris ciuitatibus
Ghilhatididis tenentur compræhenſi. Et in
craſtinum conſtituerunt admouere exerci-
tum ciuitatibus his, & compræhendere &
8 tollere eos in una die. ¶ Et conuertit Iehu-
dáh, & exercitus eius uiam in deſertũ Béſer
repente, & occupauit ciuitatem & occidit
omnem maſculum in ore gladij, & accæpit
omnia ſpolia eorũ & ſuccendit eam igni. Et
ſurrexerũt inde nocte: & ibãt uſq; ad muni-
tionem. Et factũ eſt diluculo cum eleuaſſent
oculos ſuos, & ecce populus multus cuius
non erant numerus portantes ſcalas & ma-
chinas ut compræhenderẽt munitionem et
expugnarẽt eos. Et uidit Iehudáh q̃a cœpit
bellũ, et clamor belli aſcẽdit ad cœlum ſicut
tuba, et clamor magnus de ciuitate. Et dixit
exercitui ſuo. Pugnate hodie pro fratribus
neſtris. Et uenit tribus ordinib' poſt eos, et
exclamauerunt tubis et clamauerunt in ora
9 tione. ¶ Et cognouerũt caſtra Timothæi: q̃a
Maccabæus eſt, et refugerũt à facie eius. Et
percuſſerunt eos plaga magna, et ceciderũt
ex eis in die illa fere octo milia uirorum. Et
diuertit' Iehudáh ĩ Miſpàh, et expugnauit et
cæpit eam: et occidit omnem maſculum ei',
et ſumpſit ſpolia eius, et ſuccẽdit eam igni.
Inde perrexit, et cæpit Chaſbon et Maged,
et Béſer, et reliquas ciuitates Ghilhaditis.
10 ¶ Poſt hæc autem uerba cõgregauit Timo
thæus exercitum alium et caſtra poſuit con
tra Raphõ trans torrẽtem. Et miſit Iehudáh
ſpeculari exercitum. Et renunciauerũt ei di
centes: quia conuenerunt ad eum omnes gẽ
tes quæ in circuitu noſtro ſunt, et exercitus
multus nimis. Et arabas conduxerunt in au-
xilium ſibi, et caſtra poſuerunt trans torren
11 tem parati ad te uenire in præliũ. ¶ Et abijt
Iehudáh obuiam illis. Et ait Timothæus prin
cipibus exercitus. Cum appropinquauerit
Iehudáh et exercitus eius ad torrentẽ aquæ:
ſi tranſierit ad nos prior non poterimus ſu-
ſtinere eum: quia potens poterit aduerſum
nos. Si uero timuerit tranſire et poſuerit ca-
ſtra extra flumen: tranſfretem' ad eos et po-
terimus aduerſus illum. Vt autem appropín
quauit Iehudáh ad torrentem aquæ, ſtatuit
ſcribas populi ſecus torrentem, & mãdauit
eis dicẽs. Neminem hominũ reliqueritis, ſed
ueniant omnes in præliũ. Et tranſfretauit ad
illos prior, & omnis populus poſt eum. Et
contritæ ſunt omnes gẽtes à facie eorum, &
proiecerunt arma ſua, & fugerunt ad phanũ
quod erat in Carnáim. Et occupauit ipſam
ciuitatem, & phanum ſuccendit igni cũ om-
nibus quæ erant in ipſo. Et oppreſſa eſt Car-
náim, & non potuit ſuſtinere contra faciem
12 Iehudæ. ¶ Et congregauit Iehudáh uniuer
ſos Iſraelitas qui erant Ghilhatidi de à mini-
mo uſq; ad maximum, & uxores eorum, &
natos, & exercitum magnum ualde ut ueni-
ret in terrã Iehudáh, & uenerũt uſq; Ephrò,
& hæc ciuitas magna in ingreſſu poſita muni
ta ualde. Et non erat declinare ab ea dextera
uel ſiniſtra, ſed per mediũ iter erat. Et inclu-
ſerunt ſe qui erãt in ciuitate, & obſtruxerũt
portas lapidib'. Et miſit ad eos Iehudáh uer-
bis pacificis dicens. Tranſeamus per terram
neſtram ut eamus in terram noſtram, & ne-
mo uobis nocebit, tantum pedibus tranſibi-
13 mus. Et nolebant eis aperire. ¶ Et præcepit
Iehudáh prædicari in caſtris, ut applicarent
unuſquiſq; in quo erat loco. Et applicuerunt
ſe uiri uirtutis, & oppugnauit ciuitatem il-
lam tota die, & tota nocte. Et tradita eſt ciui-
tas in manu eius. Et peremerunt omnem ma-
ſculum in ore gladij, & eradicauit eam, & ac
cæpit ſpolia eius, & tranſiuit per totam ciui
tatem ſuper interfectos. Et tranſgreſſi ſunt
Iardén in campo magno contra faciem beth
ſan. Et erat Iehudáh congregans extremos,
& exhortabatur populum per totam uiam
donec uenirent in terram Iehudáh. Et aſcen-
derunt in montem Sijón cum lætitia, & gau
dio, et obtulerunt holocauſta, q̃ nemo ex eis
14 cecidiſſet donec reuerterentur in pace. ¶ Et
in diebus quibus erat Iehudah, & Ionathán
in terra Ghilhád, & Simon frater eius in Ga
lil contra faciem Ptolomaidis audiuit Ioſe-
phus Zechariæ filius, & Hazariáh princeps
uirtutis res bene geſtas, & prælia quæ facta
ſunt, & dixit. Faciamus & ipſi nobis nomen,
& eamus pugnare aduerſus gentes quæ in
circuitu noſtro ſunt. Et præcepit his qui erãt
in exercitu ſuo, & abierunt Iabniam. Et exi
uit Gorgias de ciuitate, & uiri eius obui-
am illis in pugnam. Et fugati ſunt Ioſe-
phus, & Hazariáh uſq; in fines Iehudææ, &
ceciderunt illa die de populo Iſraël ad duo

milia uiri. Et facta eſt plaga magna in popu-
lo, quia non audierunt Iehudā & fratres eiꝰ
exiſtimātes fortiter ſe facturos. Ipſi aūt non
erant de ſemine uirorū illorū per quos ſalus
15 facta eſt in Iſraël. ¶ Et uiri Iehudáh magni
ficati ſunt ualde in cōſpectu omnis Iſraël, &
gentium oīm ubi audiebāt nomē eorū. Et cō
uenerūt ad eos fauſta acclamātes. Et exiuit
Iehudáh, & fratres eius & expugnabant fi-
lios Eſau, in terra q̄ ad auſtrū eſt. Et percuſ-
ſit Chebron & filias eius, & muros eius, &
turres eius ſuccendit igni in circuitu. Et mo
uit caſtra ut iret in terram alienigenarū, &
perambulabat Semariā. In illa die ceciderūt
ſacerdotes in bello dum nolūt fortiter face-
re dum ſine cōſilio exeunt in prælium. Et decli
nauit Iehudáh in azdód in terrā alienigena
rum, & diruit aras eorū, & ſpolia deorū ſuo
rum ſuccēdit igni, & cæpit ſpolia ciuitatū,
& reuerſus eſt in terram Iehudáh.

Capitulum. 6.

1 ET rex Antiochus perambula-
uit ſuperiores regiones. Et au
diuit eſſe ciuitatem Elimaidē
in perſide nobiliſſimā & copio
ſam in argēto & auro: tēplūq̄
in ea locuplex ualde. Et illic ue
lamina aurea & loricæ, & ſcuta: quæ reliq̄t
Alexander Philippi rex Macedo qui regna-
uit primus in Græcia. Et uenit & quærebat
capere ciuitatē & deprædari eā. Et non po-
tuit: qm̄ innotuit ſermo his qui erant in ciui
tate. Et inſurrexerunt in prælium. Et fugit
inde, & abijt cū triſtitia magna, & reuerſus
2 eſt Babyloniam. ¶ Et uenit qui nūciaret ei
in perſide quia fugata ſunt caſtra q̄ erant in
terra Iehudáh, & quia abijt Lyſias cū uirtu-
te forti in primis & fugatus eſt à facie Iehu
dæorū, & inualuerūt armis & uiribus & ſpo
lijs multis, q̄ cæperūt de caſtris quæ excide
rūt & quia diruerunt abominationē quam
ædificauerāt ſuper altare qđ erat in Ieruſa-
láim. & ſanctificationem ſicut prius circūde
derunt muris excelſis: ſed & Bethſurā ciui-
3 tatē ſuā. ¶ Et factū eſt ut audiuit rex ſermo
nes iſtos expauit, & cōmotꝰ eſt ualde. Et de
cidit in lectum & incidit in languorē præ tri
ſtitia quia non eſt factum ſicut cogitabat. Et
erat illic per dies multos, quia renouata eſt
in eo triſtitia magna. Et arbitratꝰ eſt ſe mori:
uocauit oēs amicos ſuos, & dixit illis. Receſ
ſit ſomnꝰ ab oculis meis, & cōcidi & corrui
corde p̄ ſollicitudine. Et dixi ī corde meo. In
quantā tribulationē deueni, & ī quos fluctꝰ
triſtitiæ in qua nunc ſum q iocūdꝰ erā, & di
lectus in p̄tāte mea. Nūc uero reminiſcor ma
lorū: quæ feci in Ieruſaláim, uñ & abſtuli oīa
ſpolia aurea & argētea quæ erāt in ea, & mi
ſi auferre habitātes Iehudæā ſine cauſa. Co-
gnoui ergo qa ꝓpter ea inuenerunt me mala
iſta. Et ecce pereo triſtitia magna ī terra alie
4 na. ¶ Et uocauit Philippū unum de amicis
ſuis, & p̄poſuit eū ſup uniuerſū regnū ſuū.
Et dedit ei diadema, & ſtolā ſuā, & annulū:
ut adduceret Antiochū filiū ſuū, & nutriret
eū & regnaret Et mortuꝰ eſt illic Antiochus
5 rex āno cētēſimo quadrageſimonono. ¶ Et
cognouit Lyſias qm̄ mortuꝰ eſt rex, & cōſti-
tuit regnare Antiochū filiū eiꝰ quē nutriuit
adoleſcentē, & uocauit nomē eiꝰ Eupatorē.
Et hi q erāt ī arce cōcluſerāt Iſraël in circui-
tu ſanctorū, & q̄rebāt eis mala ſemp ad firma
mentū gētiū. Et cogitauit Iehudáh diſp̄dere
eos. Et cōuocauit uniuerſum pp̄lm ut obſide
rēt eos. Et cōuenerunt ſimul, & obſederunt
eos āno cētēſimo quīquageſimo, & fecerūt
6 baliſtas & machinas. ¶ Et exierunt qdā ex
eis qui obſidebātur, & adiūxerūt ſe illis ali
qui impij ex Iſraël, & abierunt ad regē & di
xerūt. Quouſq̄ nō facis iudiciū, & uindicas
fratres nr̄os. Nos decreuimꝰ ſeruire p̄ri tuo
& ambulare in p̄ceptis eiꝰ & obſequi edictis
eiꝰ, & filij pp̄li nr̄i ꝓpter hoc alienabāt ſe à
nobis. Et qcūq̄ inueniebātur ex nobis inter
ficiebant, & hæreditates nr̄æ diripiebant.
Et nō ad nos tm̄ extēderūt manū: ſed & ī oēs
fines nr̄os. Et ecce applicuerūt hodie ad arcē
in Ieruſaláim occupare eā, & munitionē in
Bethſurā munierūt. Et niſi p̄ueneris eos ue-
locius: maiora q̄ hæc facient, & non poteris
7 obtinere eos. ¶ Et iratꝰ eſt rex ut hæc audi
uit. Et cōuocauit oēs amicos ſuos, & princi
pes exercitus ſui, & eos q ſup equites erant.
Sed & de regnis alijs & de īſulis maritimis
uenerūt ad eū exercitꝰ conductitius. Et erat
numerus exercitus eius centū milia peditū,
& uiginti milia equitū, & elephanti trigin
taduo docti ad prælium. Et uenerūt per Edo
mæam & applicuerunt ad Bethſuram, & pu
gnauerūt dies multos, & fecerūt machinas.
Et exierūt & ſuccēderūt eas igni: & pugna
8 uerūt uiriliter ¶ Et receſſit Iehudáh ab ar
ce, & mouit caſtra ad Bethzacharan contra
caſtra regis. Et ſurrexit rex añ lucē, & conci
tauit exercitꝰ in ipetū cōtra uiā Bethzacha
ran. Et cōparauerunt ſe exercitus in p̄liū, &
tubis cecinerūt. Et elephātis oſtēderunt ſan
guinē uuæ & mori ad acuēdos eos ī prælium.
Et diuiſerunt beſtias per legiones, & aſtite-

rant ſingulis elephãtis mille uiri in loricis con
cathenatis,&galeæ æreæ ĩ capitibus eorũ, &
quingẽti equites ordinati unicuiq; beſtiæ ele
9 cti erant.¶Hi ante tempus ubicunq; erat be
ſtia ibi erant,&quocunq; ibat ibant: & nõ di
ſcedebant ab ea.Sed & turres ligneæ ſup eos
firmæ protegentes ſuper ſingulas beſtias,&
ſuper eas machinæ.Et ſuper ſingulas uiri uir-
tutis trigintaduo,qui pugnabant deſuper, &
unus magiſter beſtiæ,& reſiduum equitatum
hinc & inde ſtatuit in duas partes tubis exerci
tum cõmouere & perurgere conſtipatos in le
gionibus eius.Et ut refulſit ſol in clypeos au-
reos & æreos reſplenduerunt montes ab eis,
10 & reſplenduerunt ſicut lampades ignis.¶Et
diſtincta eſt pars exercitus regis per montes
excelſos,& alia per loca humilia, & ibant cau
te & ordinate.Et cõmouebantur omnes inha-
bitantes terram à uoce multitudinis eorũ,&
inceſſu turbæ & colliſione armorum.Erat em̃
exercitus magn' ualde & fortis.Et appropia-
uit Iehudáh & exercit' ei' in præliũ,& ceccide
11 runt de exercitu regis ſexcẽti uiri. ¶Et uidit
Elhazár filius Saura unã de beſtijs loricatã lo
ricis regis,& erat eminens ſuper cæteras be-
ſtias.Et uiſum eſt ei q in ea eſſet rex, & dedit
ſe ut liberaret populum ſuum, & acquireret
ſibi nomen æternum. Et cucurrit ad eam auda
cter in medio legionis interficiẽs à dextris,&
à ſiniſtris:& cadebant ab eo huc atq; illuc. Et
iuit ſub pedes elephantis,& ſuppoſuit ſe ei,&
occidit eum,& cecidit in terram ſuper ipſum,
& mortuus eſt illic.Et uidentes uirtutem re-
gis & impetum exercitus eius diuerterunt ſe
12 ab eis. ¶Caſtra autem regis aſcenderunt con
tra eos in Ieruſaláim,& applicuerunt caſtra re
gis ad Iehudæam & montem Siiõn. Et fecit
pacem cum his qui erant in Bethſura. Et exie-
runt de ciuitate,quia non erant eis ibi alimẽta
concluſis,quia ſabbata erant terræ. Et cõpre-
hendit rex Bethſuram,& conſtituit ibi cuſto-
diam ſeruare eam. Et conuertit caſtra ad locũ
ſanctificationis dies multos.Et ſtatuit illic bali-
ſtas,& machinas,& ignis iacula, & tormenta
ad lapides iactandos,& ſpicula,& ſcorpios ad
13 emittendas ſagittas,& fundibula.¶Fecerũt
autem & ipſi machinas aduerſus machinas eo
rum,et pugnauerunt dies multos. Eſcæ autem
non erant in ciuitate,eo q ſeptimus annus eſ-
ſet,& qui remanſerant in Iehudæa de genti-
bus conſumpſerant reliquias eorum quæ re-
poſitæ fuerant.Et remanſerunt in ſanctis uiri
pauci,quoniã obtinuerat eos fames,& diſper
14 ſi ſunt unuſquiſq; in locum ſuum. ¶Et audi-
uit Lyſias q Philippus quem conſtituerat rex
Antiochus,cum adhuc uiueret ut nutriret An
tiochum filium ſuum,ut regnaret reuerſus eſt
à Perſide & Media,& exercit' qui abierat cũ
ipſo,& quia quærit ſuſcipere regni negotia.
Et feſtinauit ire, & dicere ad regem, & ducea
exercitus. Deficimus quotidie & eſca nobis
modica eſt,& locus quem obſidemus eſt muni
tus,& incumbit nobis ordinare de regno.
15 ¶Nunc itaq; demus dextras hominib' iſtis,
& faciamus cum illis pacem,& cum omni gen
te eorum,& conſtituamus illis ut ambulent in
legitimis ſuis,ſicut pri'. Propter legitima em̃
ipſorũ quæ deſpeximus irati ſunt, & fecerunt
omnia hæc.Et placuit ſermo in cõſpectu regis
& principũ,& miſit ad eos pacẽ facere,& ex-
perunt illam:& iurauit illis rex per principes,
& exierunt de munitione.Et intrauit rex mõ-
tem Siión, & uidit munitionem loci: & rupit
citius iuramentum quod iurauit, & mandauit
deſtruere murum in gyro. Et diſceſſit feſtinan
ter,& reuerſus eſt in Antiochiã.Et inuenit Phi
lippum dominantẽ ciuitati,& pugnauit aduer
ſus eum,& occupauit ciuitatem.

Capitulum.7.

1 ANno centeſimo quinquageſimo pri
mo,exijt Demetrius Seleuci fili'
ab urbe roma, & aſcendit cũ pau
cis uiris in ciuitatem maritimã,&
regnauit ill'c.Et factũ ẽ ut ingreſ-
ſus eſt domũ regni patrum ſuorum, cõprehen
dit exercitus Antiochũ & Lyſiam,ut adduce-
rent eos ad eum.Et res ei innotuit, & ait.No-
lite mihi oſtendere faciẽ eorum. Et occidit eos
2 exercitus. ¶Et ſedit Demetrius ſuper ſedem
regni ſui.Et uenerunt ad eum uiri iniqui & im
pij ex Iſraél,& Alchimus dux eorum,qui uo-
lebat fieri ſacerdos,& accuſauerunt populum
apud regẽ dicentes. Perdidit Iehudah & fra-
tres eius amicos tuos:et nos diſperdidit de ter
ra noſtra.Nũc ergo mitte uirum cui credis,ut
eat & uideat exterminium om̃e quod fecit no
bis in regionibus regis,& puniat omnes ami-
3 cos eorum & adiutores eorũ ¶Et elegit rex
ex amicis ſuis Bachidẽm qui dominabat trans
flumen magnũ in regno & fidelẽ regi, & mi-
ſit eum ut uideret exterminium quod fecit Ie-
hudáh.Sed et Alchimum impium conſtituit in
ſacerdotium,& mandauit ei facere ultionẽ in
filios Iſraél.Et ſurrexerunt & uenerunt cum
exercitu magno in terram Iehudáh . Et miſe-
runt nuncios,& locuti ſunt ad Iehudah, & ad
fratres eius uerbis pacificis in dolo,& non in-
tenderunt ſermonibus eorũ. Viderũt em̃ quia
4 uenerũt cum exercitu magno. ¶Et cõuene-
rũt ad Alchimũ & Bachidẽ congregatio ſcri-

barum requirere quæ iuſta ſunt. Et primi Aſſi
dei qui erant in filijs Iſraél, & exquirebãt ab
eis pacem. Dixerunt enī. Homo ſacerdos de ſe
mine Aharón uenit, nō decipiet nos. Et locutꝰ
eſt cū eis uerba pacifica, et iurauit illis dicens.
Non inferemus uobis malum neqꝫ amicis ue-
ſtris. Et crediderunt ei. Et compræhēdit ex eis
ſexaginta uiros, & occidit eos in una die ſecū-
dum uerbum quod ſcriptum eſt. Carnes ſan-
ctorum tuoꝝ, & ſanguinē ipſorum effuderūt
in circuitu Ieruſaláim, et nō erat qui ſepeliret.
Et incubuit timor & tremor in omnē populū,
quia dixerūt. Non eſt ueritas & iudiciū in eis.
Tranſgreſſi ſunt enī conſtitutum & iuſiuran-
5 dum quod iurauerunt. ¶ Et mouit Bachides
caſtra ab Ieruſaláim, et applicuit ī Bethzecha.
Et miſit & compræhēdit multos ex eis, qui ad
ſe refugerant: & quoſdā de populo mactauit,
& in puteum magnum proiecit, & cōmiſit re-
gionē Alchimo, & reliquit cū eo auxilium in
adiutorium ipſi. Et abijt Bachides ad regem.
6 ¶ Et ſatis agebat Alchimꝰ pro principatu ſa-
cerdotij ſui, & conuenerūt ad eum omnes qui
perturbabãt populum ſuū, & obtinuerunt ter
ram Iehudáh, & fecerūt plagam magnā in Iſ-
raél. Et uidit Iehudah oīa mala quæ fecit Al-
chimus, & qui cum eo erant filijs Iſraél multo
pluſqꝫ gentes. Et exijt in oēs fines Iehudææ in
circuitu, & fecit uindictam ī uiros deſertores:
7 & ceſſauerunt ultra exire in regionem. ¶ Vi
dit autem Alchimus ꝙ præualuit Iehudah, &
qui cum eo erant, & cognouit quia nō poteſt
ſuſtinere eos: & regreſſus eſt ad regē, & accu
ſauit eos multis criminibus. Et miſit rex Nica-
norē unū ex principibus ſuis nobilioribus qui
erat inimicitias exercēs cōtra Iſraél, & māda-
uit ei euertere populū. Et uenit Nicanor in Ie-
ruſaláim cū exercitu magno, & miſit ad Iehu-
dáh & ad fratres eius uerbis pacificis cū dolo
dicens. Nō ſit pugna inter me & uos. Veniam
cū uiris paucis, ut uideā facies ueſtras cū pace.
8 ¶ Et uenit ad Iehudáh, & ſalutauerūt ſe inui
cem pacifice, & hoſtes parati erāt rapere Iehu
dáh. Et innotuit ſermo Iehudæ, q̄m cum dolo
uenerunt ad eū, & contritus eſt ab eo, & am-
plius noluit uidere faciem eius. Et cognouit Ni
canor q̄m denudatū eſt conſiliū eius, & exiuit
obuiā Iehudæ in pugnā iuxta Capharſalama.
Et ceciderūt de Nicanoris exercitu ferè quinqꝫ
9 milia uiri & fugerunt in ciuitatē Dauid. ¶ Et
poſt hæc uerba aſcēdit Nicanor in mōtē Sión.
Et exierūt de ſacerdotibꝰ populi ſalutare eum
in pace, & demōſtrare ei holocauſtomata quæ
offerebãtur ꝑ rege. Et irridens ſpreuit eos, &
polluit: & locutꝰ eſt ſuperbe, & iurauit cū ira
dicēs. Niſi traditꝰ fuerit Iehudáh & exercitus
eiꝰ in manus meas cōtinuo cū regreſſus fuero
in pace ſuccendā domū iſtā. Et exijt cū ira ma-
10 gna. ¶ Et intrauerūt ſacerdotes & ſteterunt
ante faciē altaris tēpli, & flentes dixerunt. Tu
dn̄e elegiſti domū iſtā ad inuocandam nomen
tuū in ea, ut eſſet domus oratiōis et obſecratio
nis populo tuo. Fac uindictā in homine iſto, &
exercitu eiꝰ & cadāt in gladio. Memēto blaſ-
phemias eoꝝ, & ne dederis eis, ut permaneāt.
11 ¶ Et exijt Nicanor ab Ieruſaláim & caſtra ap
plicuit ad Bethchorón. Et occurrit illi exercitꝰ
Syriæ, & Iehudáh applicuit in Adarſa cū tribꝰ
milibus uiris. Et orauit Iehudáh, & dixit. Qui
miſſi erant à rege Sancherib dn̄e quia blaſphe
mauerant te: exijt angelus & percuſſit ex eis
centum octogintaquinqꝫ milia, ſic contere exer
citum iſtū in conſpectu noſtro hodie, & ſciant
cæteri quia male locutus eſt ſuper ſancta tua &
12 iudica illū ſecundū malitiā illius. ¶ Et cōmiſe
runt exercitus prælium tertiadecima die menſis
Adar. Et contrita ſunt caſtra Nicanoris, & ceci
dit ipſe primꝰ in prælio. Vt autem uidit exerci-
tus eiꝰ, quia cecidiſſet Nicanor proiecerunt ar
ma ſua, & fugerūt. Et perſecuti ſunt eos uiam
unius diei ab Adazér uſqꝫquo ueniatur in Ga-
zara, & tubis cecinerūt poſt eos cum ſignifica
tionibꝰ. Et exierūt de oībus caſtellis Iehudææ
in circuitu, & uētilabant eos cornibꝰ, & cōuer
tebãtur iterū ad eos. Et ceciderūt oēs gladio,
& nō eſt relictus ex eis nec unꝰ. Et acceperūt
ſpolia eorū in ꝑdā, et caput Nicanoris amputa
uerūt, & dexterā eius quā extēderat ſuperbe,
& attulerūt & ſuſpenderūt cōtra Ieruſaláim.
Et lætatꝰ eſt ppl's ualde, & egerūt diē illā in læ
titia magna, & cōſtituit agi oībꝰ annis diē iſtā
tertiadecima die mēſis Adár. Et ſiluit terra Ie-
hudáh dies paucos.

Capitulum. 8.

1 ET audiuit Iehudáh nomē Romano
rū, quia ſunt potētes uiribus & ac-
quieſcunt ad oīa quæ poſtulant ab
eis: & quicūqꝫ acceſſerūt ad eos ſta
tuerunt cū eis amicitias, & quia ſunt potentes
uiribꝰ. Et audierūt prælia eoꝝ, & uirtutes bo
nas quas fecerūt in Gallatia, quia obtinuerūt
eos & duxerūt ſub tributū, & quāta fecerunt
in regione Hiſpaniæ, & ꝙ in poteſtatem rede
gerūt metalla argēti & auri quæ illic ſunt, &
poſſederūt oēm locū cōſilio ſuo & patiētia, lo
caqꝫ q̄ lōge erāt ualde ab eis, & reges q ſuper
uenerant eis ab extremis terræ contriuerūt &
ꝑcuſſerunt eos plaga magna. Cæteri aūt dant
2 eis tributū oībꝰ annis. ¶ Et Philippū Perſeū
Cethæorū regē, & cæteros qui aduerſus eos

arma tulerāt cōtriuerūt in bello,& obtinue-
3 rūt eos. ¶ Et Antiochū magnū regem Aſiæ
qui eis pugnā intulerat,habēs centū uiginti
elephantes,& æquitatū,& curr⁹, & exerci-
tū magnū ualde contritū ab eis , quia cæpe-
runt eū uiuū,& ſtatuerunt ei ut daret ipſe et
qui regnarēt poſt ipſum tributū magnū , &
daret obſides,et conſtitutū.Et regionē Indo
rū,& Medos,& Lydos de optimis regionib⁹
eorū,& acceptas eas ab eis dederunt Eume-
ni regi.Et quia qui erāt apud Belladā uolue-
rūt ire,& tollere eos,& innotuit ſermo his ,
& miſerunt ad eos ducē unū,& pugnauerūt
contra illos,& ceciderūt ex eis multi, & ca-
ptiuas duxerunt uxores eorū & filios, & di
ripuerunt eos,& terram eorū poſſederūt &
deſtruxerunt muros eorū,& in ſeruitutem il
los redegerūt uſqꝫ in hūc diē.Et reſidua re-
gna,& inſulas quæ aliqū reſtiterant illis ex-
terminauerūt,& in poteſtatem redegerunt.
4 ¶ Cū amicis autē ſuis,& ꝗ in ipſis requiem
habebant cōſeruauerūt amicitiā, & obtinue
rūt regna ꝗ erāt ꝓxima,& ꝗ erant lōge,quia
quicūqꝫ audiebāt nomē eorū timebāt eos qb⁹
uero uellēt auxilio eē ut regnarēt regnabāt.
Quos aūt uellent regno deturbabāt,& exal
5 tati ſunt ualde. ¶ Et in oībus iſtis nemo por
tabat diadema,nec induebat purpura ut ma
gnificaretur in ea.Et quia curiā fecerūt ſibi,
& quotidie cōſulebāt trecētos uiginti conſi
liū agētes ſemper de multitudine , ut quæ di
gna ſunt gerant.Et cōmittēt uni homini ma-
giſtratū ſuū per ſingulos annos dñari uniuer
ſe terræ ſuæ,& oēs obediunt uni,& nō eſt in-
6 uidia neqꝫ zelus inter eos. ¶ Et elegit Iehu-
dáh Eupolemiū filiū Ioannis filij Iahacób ,
& Iaſonem filiū Elhazari,& miſit eos Romā
cōſtituere cū illis amicitiam , & ſocietatem,
& ut auferrent ab eis iugum Græcorū quia
uiderūt ꝙ in ſeruitutem præmerent regnum
Iſrael. Et abierunt Romam uiam multam ual
de , & introierunt curiam,& dixerunt Iehu
dáh Maccabæus,& fratres eius,& populus
Iehudæorum miſerunt nos ad uos ſtatuere
nobiſcum ſocietatem, & pacem , & conſcri
bere nos ſocios , & amicos ueſtros. Et pla-
7 cuit ſermo in conſpectu eorum . ¶ Et hoc
reſcriptū quod reſcripſerunt in tabulis æreis
& miſerunt in Ieruſaláim, ut eſſet apud eos
ibi memoriale pacis , & ſocietatis.Bene ſit
Romanis & genti Iehudæorum in mari & in
terra in æternum,gladiuſqꝫ,& hoſtis procul
ſit ab eis.Quod ſi inſteterit bellum Romanis
prius aut omnibus ſocijs eorum in omni do-
minatione eorum,auxilium feret gens Iehu-
dæorum,prout tempus dictauerit corde ple
no.Et prœliantibus non dabunt neqꝫ ſubmini
ſtrabunt triticum,arma, pecuniam,naues ſi
cut placuit Romanis , & cuſtodiet mandata
8 eorum nihil ab eis accipientes. ¶ Similiter
autem,& ſi genti Iehudæorum prius accide
rit bellum , adiuuabunt Romani ex animo ,
prout eis tempus permiſerit,& adiuuantib⁹
non dabitur triticum arma pecunia naues ſi-
cut placuit Romanis,& cuſtodient mandata
eorum abſqꝫ dolo.Secundum hæc uerba con
ſtituerūt Romani populo Iehudæorū.Quod
ſi poſt hæc uerba hi aut illi addere aut deme
re ad hæc aliquid uoluerint,faciēt ex propo
ſito ſuo,& quæcunqꝫ addiderint uel dempſe
rint rata erunt. Sed & de malis quæ Deme-
trius rex fecit in eos,ſcripſimus ei dicentes.
Quare grauaſti iugum tuum ſuper amicos
noſtros,& ſocios Iehudæos? Si ergo iterum
adierint uos,aduerſum te faciemus illis iudi
cium,& pugnabimus tecum mari terraqꝫ.

Capitulum.9.

1 INterea ut audiuit Demetrius
quia cecidit Nicanor, & exer
citus eius in prælio, appoſuit
Bachidem, & Alchimum rur-
ſum mittere in Iehudæam, &
dextrum cornu cum illis . Et
abierunt uiam quæ ducit in Ghilghal, & ca-
ſtra poſuerunt in Maſaloth,quæ eſt in Arbel
lis. Et occupauerunt eam , & peremerunt
2 animas hominum multas. ¶ In menſe pri-
mo anni centeſimi, & quinquageſimi ſecun-
di applicuerunt exercitum ad Ieruſaláim,&
ſurrexerūt, & abierunt in Berea uiginti mi
lia uirorū,et duo milia æquitū.Et Iehudáh po
ſuerat caſtra in Laiſa , & tria milia uiri electi
cū eo.Et uiderūt multitudinē exercitus quia
multi ſunt, & timuerunt ualde, & multi ſub-
traxerunt ſe de caſtris, & nō remanſerunt ex
3 eis niſi octingēti uiri. ¶ Et uidit Iehudáh, ꝙ
defluxit exercitus ſuus, & bellū perurgebat
eū,& cōfractus eſt corde quia nō habebat tē
pus cōgregādi eos, & diſſolutus eſt. Et dixit
his ꝗ reſidui erāt. Surgam⁹ & eam⁹ ad aduer
ſarios noſtros,ſi poterimus pugnare aduer-
ſus eos.Et auertebant eū dicētes. Non pote-
rimus,ſed liberem⁹ animas noſtras modo,&
reuertamur ad fratres noſtros , & tūc pugna
bimus aduerſus eos.Nos autem pauci ſum⁹,
Et ait Iehudáh.Abſit iſtā rē facere ut fugia-

mus ab eis.Et ſi appropiauit tempus noſtrũ
moriamur in uirtute ꝑpter fratres noſtros,
4 & nõ inferamꝰ crimẽ glĩæ noſtræ. ❡Et mo
uit exercitus de caſtris, & ſteterũt illis ob-
uiam Et diuiſi ſunt eqtes in duas partes &
fundibularij & ſagittarij præibãt exercitũ:
5 & primi certaminis oẽs potentes. ❡Bachi
des aũt erat in dextro cornu. Et approxima
uit legio ex duabus partibus, & clamabant
tubis, exclamauerunt aũt & hi qui erant ex
parte Iehudæ etiã ipſi. Et cõmota eſt terra à
uoce exercituum. Et commiſſum eſt ꝓliũ à
mane uſqꝫ ad ueſperam. Et uidit Iehudàh, qa
firmior eſt pars exercitꝰ Bachidis ĩ dextris,
& conuenerunt cũ ipſo oẽs cõſtantes in cor-
de, & contrita eſt dextera pars ab eis, & pſe
cutus eſt eos uſqꝫ ad montẽ Aſdód. Et qui in
ſiniſtro cornu erãt uiderũt ꝙ contritum eſt
dextrũ cornu & ſecuti ſunt poſt Iehudã, &
eos q cũ ipſo erãt à tergo. Et ĩgrauatũ ẽ præ
liũ, & ceciderũt uulnerati multi ex his & ex
illis. Et Iehudàh cecidit, & cæteri fugerunt.
6 ❡Et Ionathas & Simon tulerũt Iehudã fra
trẽ ſuũ, & ſepelierũt eũ in ſepulchro patrũ
ſuorũ in ciuitate Modin. Et fleuerunt eũ oĩs
populꝰ Iſraél plãctu magno, & lugebãt dies
multos. Et dixerũt. Quomodo cecidit potẽs
q ſaluũ faciebat pplm Iſraél? Et cætera uer-
ba bellorũ Iehudæ, & uirtutũ quas fecit &
magnitudinis eius nõ ſunt deſcripta. Multa
7 enim erant ualde. ❡Et factũ eſt poſt obitũ
Iehudæ emerſerunt iniqui in oĩbus finibus
Iſraél, & exorti ſunt oẽs q operabant̃ iniqta
tem. In diebus illis facta eſt fames magna ual
de. Et tradidit ſe Bachidi omnis regio corũ
cum ipſis. Et elegit Bachides uiros impios
& cõſtituit eos dños regionis, & exquire-
bãt, & pſcrutabant̃ amicos Iehudæ, & addu
cebãt eos ad Bachidẽ, & uindicabat in illos
& illudebat. Et facta eſt tribulatio magna in
Iſraél, qualis non fuit ex die qua nõ eſt uiſus
8 ꝓpheta in Iſraél. ❡Et congregati ſunt oẽs
amici Iehudæ & dixerunt Ionathæ. Ex quo
frater tuus Iehudàh defunctus eſt uir ſimilis
ei nõ eſt q exeat cõtra inimicos noſtros Ba-
chidem & eos qui inimici ſunt gẽtis noſtræ.
Nunc itaqꝫ te hodie eligimus eſſe pro eo no
bis in principem & ducem ad bellandũ bel-
lum noſtrum. Et ſuſcepit Ionathas tempore
illo principatũ, & ſurrexit loco Iehudæ fra-
9 tris ſui. ❡Et cognouit Bachides, & quære
bat eũ occidere. Et cognouit Ionathas & Si
mon frater eius & oẽs qui cũ eo erant. Et fu-
gerunt in deſertum Tecóah, & conſederunt
ad aquam lacus Aſphar. Et cognouit Bachi-
des, & die ſabbatorum uenit ipſe, & omnis
exercitus eius trans Iardén. Et Ionathas mi-
ſit fratrẽ ſuũ ducẽ populi, & rogauit Nabu-
theos amicos ſuos ut cõmendarẽt illi appara
tũ ſuũ qui erat copioſus. Et exierũt filij Iam
bri ex Madaba, & comprehenderũt Ioannẽ,
& omnia que habebat: & abierunt hñtes ea.
10 ❡Poſt hæc uerba renũciatũ eſt Ionathæ &
Simoni fratri eius quia filij Iambri faciunt
nuptias magnas & ducunt ſponſam ex Ma-
daba filiam uniꝰ de magnis principibus Che
naham cum ambitione magna. Et recordati
ſũt ſanguinis Ioãnis fratris ſui, Et aſcẽderũt
& abſconderũt ſe ſub regumẽto mõtis. Et ele
uauerũt oculos ſuos & uiderunt & ecce tu-
multꝰ & apparatꝰ multꝰ et ſponſus proceſſit
et amici eius: & fratres eius obuiã illis cum
tympanis & muſicis & armis multis. Et ſur-
rexerũt ad eos ex inſidijs & occiderunt eos
& ceciderũt uulnerati multi: et reſidui fuge-
runt in mõtes. Et acceperunt oĩa ſpolia eorũ
et cõuerſæ ſũt nuptiæ in luctum: & uox mu-
ſicorum ipſorum in lamẽtũ. Et uindicauerũt
uindictã ſanguinis fratris ſui: & reuerſi ſunt
11 ad ripam Iardén. ❡Et audiuit Bachides, &
uenit die ſabbatorũ uſqꝫ ad oram Iardén in
uirtute magna. Et dixit ad ſuos Ionathas.
Surgamꝰ et pugnemus cõtra inimicos nr̃os.
Non eſt eñ hodie ſicut heri & nudiuſtertius.
Ecce eñ bellũ ex aduerſo, aqua uero Iardén
hinc & inde & ripæ, & paludes, & ſaltus, &
nõ eſt locus diuertẽdi. Nunc ergo clamate in
cœlũ ut liberemini de manu inimicorũ nr̃orũ.
Et cõmiſſum eſt bellum. Et extẽdit Ionathas
manũ ſuam percutere Bachidem & diuertit
ab eo retro. Et diſſilijt Ionathas & qui cũ eo
erãt in Iardén: & trãſnatauerunt ad eos Iar-
dén. Et ceciderunt de parte Bachidis die illa
12 mille uiri: & reuerſi ſũt in Ieruſalàim. ❡Et
ędificauerunt ciuitates munitas in Iehudæa
munitionẽ q̃ erat in Hierico, & in Emmaum
et in Bethchoron: & Bethel & Timnàtha &
Phara & Thopo muris excelſis & portis & ſe
ris. Et poſuit cuſtodiam in eis: ut inimicitias
exercerent in Iſrael, Et muniuit ciuitatem
Bethſuram: & Gazaram & arcẽ & poſuit in
eis auxilia & apparatũ eſcarum. Et accepit
filios principum regionis obſides & poſuit
13 eos in arce in Ieruſalàim in cuſtodiam. ❡Et
anno centeſimo quinquageſimo tertio mẽſe
ſecũdo præcepit Alchimꝰ deſtrui muros do-
mus ſanctæ interioris: et deſtrui opera pro-
phetarum & cœpit deſtruere. In tempore il-
lo percuſſus eſt Alchimus: & impedita ſunt
opera illius & obcluſum eſt os eius & diſ-

ſolutus eſt paralyſi,nec ultra potuit loqui uer-
bum & mãdare de domo ſua.Et mortu⁹ eſt Al-
14 chimus in tpe illo cum tormẽto magno. ¶Et
uidit Bachides qm̃ mortuus eſt Alchimus, &
reuerſus eſt ad regem.Et ſiluit terra annis duo
bus. Et cogitauerunt omnes iniqui dicentes.
Ecce Ionathas & qui cum eo ſunt in ſilentio ha
bitant confidenter.Nunc ergo adducamus Ba
chidẽ,& compræhendet eos omnes una no
cte.Et abierunt,& conſiliũ ei dederunt.Et ſur
rexit ut ueniret cum exercitu multo. Et miſit
occulte epiſtolas ſocijs ſuis qui erant in Iehu-
dæa ut compræhenderent Ionathã,& eos qui
cum eo erãt. Sed nõ potuerunt,quia innotuit
eis conſilium eorũ.Et appræhendit de uiris re
gionis qui principes erãt militiæ quinquagin-
15 ta uiros,& occidit eos. ¶Et receſſit Ionathas
& Simon,& qui cũ eo erant in Bethbeſſem q̃
eſt in deſerto,& extruxit diruta eius,& firma
uerunt eã.Et cognouit Bachides, & cõgrega
uit uniuerſam multitudinẽ ſuam,& his qui de
Iehudæa erant denunciauit.Et uenit & caſtra
poſuit deſuper Bethbeſſe,et oppugnauit eam
dies multos & fecit machinas.Et reliquit Iona
thas Simonẽ fratrem ſuũ in ciuitate, & exi
uit in regionẽ,& uenit cũ numero & percuſ-
ſit Odaram & fratres eius & filios Phaſerõ in
tabernaculis ipſorũ,& cœpit cædere & creſce
16 re in uirtutibus. ¶Simon uero & qui cũ ipſo
erant exierũt de ciuitate,& ſuccẽderũt machi
nas & pugnauerunt cõtra Bachidẽ, & contri
tus eſt ab eis.Et afflixerunt eum ualde, qm̃ cõ
ſilium eius & cõgreſſus eius erat inanis.Et ira
tus contra uiros iniquos q ei conſiliũ dederãt,
ut ueniret in regionẽ ipſorũ, multos ex eis occi
dit.Ipſe autẽ cogitauit cũ reliquis abire in re-
17 gionem ſuã. ¶Et cognouit Ionathas, & mi-
ſit ad eũ legatos cõponere pacem cũ ipſo, &
reddere ei captiuitatẽ. Et libẽter accæpit,et fe
cit ſecundũ uerba eius, & iurauit ſe nihil factu
rum ei mali oĩbus diebus uitæ ei⁹. Et reddidit
ei captiuitatẽ quam prius erat prædat⁹ de ter-
ra Iehudáh.Et conuerſus abijt in terrã ſuam,
& nõ appoſuit amplius uenire in fines eius.Et
ceſſauit gladi⁹ ex Iſrael.Et habitauit Ionathas
in Michmas.Et cœpit Ionathas ibi iudicare po
pulum & exterminauit impios ex Iſrael.

Capitulum.10.

1 ET anno. centeſimo ſexageſimo
aſcendit Alexander Antiochi fi
lius qui cognominatus eſt nobi
lis & occupauit Ptolomaidam.
Et receperũt eum, & regnauit
2 illic. ¶Et audiuit Demetrius
rex,& congregauit exercitũ copioſum ualde,
& exiuit obuiam illi in prælĩũ. Et miſit Deme
trius epiſtolam ad Ionathan uerbis pacificis,
ut magnificaret eũ.Dixit enim. Anticipemus
facere pacem cũ eo priuſq̃ faciat cũ Alexãdro
aduerſum nos. Recordabitur enim omniũ ma
lorum quæ fecimus in eũ & in fratrem eius,&
in gẽtem eius.Et dedit ei poteſtatem cõgregã
di exercitum,& fabricare arma, & eſſe ipſum
ſociũ eius,& obſides qui erãt in arce iuſſit tra
3 di ei. ¶Et uenit Ionathas in Ieruſaláim , & le
git epiſtolas in auditu oĩs populi & eorum qui
in arce erant.Et timuerunt timore magno,qm̃
audierunt q̄ dedit ei rex poteſtatẽ congregã-
di exercitum.Et traditi ſunt Ionathæ obſides,
& reddidit eos parẽtibus ſuis.Et habitauit Io-
nathas in Ieruſaláim,& cæpit ædificare & in-
nouare ciuitatẽ. Et dixit facientibus operã ut
extruerent muros & montẽ Sión in circuitu
lapidibus quadratis ad munitionẽ,& ita fece-
runt.Et fugerunt alienigenæ qui erãt in muni
tionibus quas Bachides ædificauerat,& reli-
quit unuſquiſq̃ locũ ſuũ,& abijt in terrã ſuã,
tm̃ in Bethſura remãſerunt aliqui ex his q reli
querant legẽ & præcepta dei . Erant eñ hæc
4 eis ad refugium. ¶Et audiuit Alexander rex
promiſſa q̃ pmiſit Demetrius Ionathæ,& nar
rauerunt ei prælia & uirtutes quas ipſe fecit,
& fratres eius,& labores quos laborauerunt,
& ait.Nũquid inueniemus aliquẽ uirũ talem?
Et nunc faciemus eum amicũ & ſociũ noſtrũ.
Et ſcripſit epiſtolam,& miſit ei ſecundum hæc
uerba dicẽs.Rex Alexãder,fratri Ionathæ ſa-
lutem.Audiuimus de te q̄ uir potens ſis uiri-
bus,& aptus es ut ſis amicus noſter, & nunc
conſtituimus te hodie ſummũ ſacerdotem gen
5 tis tuæ,& ut amicus uoceris regis. ¶Et miſit
ei purpuram & coronam auream, ut quæ no-
ſtra ſunt ſentias nobiſcum, & conſerues amici
tias ad nos .Et induit ſe Ionathas ſtolam ſctãm
ſeptimo menſe anno centeſimo ſexageſimo in
die ſolenni Scenopegiæ. Et cõgregauit exer-
6 citum,& fecit arma copioſa. ¶Et audiuit De
metrius uerba iſta, & contriſtatus eſt nimis, &
ait.Quid hoc fecimus q̄ pͦoccupauit nos Ale-
xander apprehẽdere amicitiam Iehudæorum
ad munimẽ ſui. Scribam & ego illis uerba de-
precatoria,& dignitates,& dona: ut ſint me-
cum in adiutorium.Et ſcripſit eis i hæc uerba.
Rex Demetrius genti Iehudæorum ſalutem:
Quoniam ſeruaſtis ad nos pactum & mãſiſtis
in amicitia noſtra, et nõ acceſſiſtis ad inimicos
noſtros,audiuimus,& gauiſi ſumus . Et nunc
perſeuerate adhuc conſeruare ad nos fidem,
& retribuemus uobis bona pro his quæ feci-

ſtis nobiſcum, & remitteremus nobis præſtatio-
7 nes multas, & dabim⁹ uobis donatiões. ¶ Et
nunc abſoluo uos & omnes Iehudæos à tribu
tis, & precia ſalis indulgeo, & coronas remit-
to, & tertias ſeminis & dimidiam partem fru-
ctus ligni quod eſt portionis meæ relinquo uo
bis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur
à terra Iehudáh, et à tribus ciuitatibus q̃ addi-
tæ ſũt illis Semariah & Galil ex hodierna die,
& in totum tempus. Et Ieruſalaim ſit ſancta &
libera cum finibus ſuis, & decimæ, & tributa
8 ipſius ſint. ¶ Remitto etiam poteſtatem arcis
quæ eſt in Ieruſaláim, & do eam ſummo ſacer
doti, ut conſtituat in ea uiros quoſcũq; ipſe ele
gerit qui cuſtodiant eam, Et omnem animam
Iehudæorum quæ captiua eſt à terra Iehudah
in omni regno meo relinquo liberam gratis ut
omnes à tributis ſoluantur etiam pecorũ ſuo-
rum. Et omnes dies ſolẽnes & ſabbata, & neo-
meniæ, & dies decreti, & tres dies ante diem
ſolẽnem, & tres dies poſt diem ſolẽnem, ſint
omnes immunitatis & remiſſiõis oĩbus Iehu-
dæis qui ſunt in regno meo. Et nemo habebit
poteſtatem agere aliquid, & mouere negocia
aduerſus aliquem illorum in omni cauſa, & ut
aſcribantur ex Iehudæis in exercitu regis ad
triginta milia uirorum. Et dabuntur illis copiæ
ut oportet omnibus exercitib⁹ regis, & ex eis
ordinabuntur qui ſint in munitionibus regis
magni. Et ex his conſtituentur ſuper negocia
regni quæ aguntur ex fide, & principes ſint
ex eis & ambulent in legibus ſuis ſicut præce
pit rex in terra Iehudáh. Et tres ciuitates quæ
additę ſunt Iehudææ ex regione Semariæ, cũ
Iehudæa reputentur, ut ſint ſub uno et nõ obe
diant alienæ poteſtati, niſi ſummo ſacerdoti
Ptolomaida & confines eius quas dedi donũ
ſanctis q ſunt in Ieruſaláim ad neceſſarios ſum
9 ptus ſctõr. ¶ Et ego dabo ſingulis ãnis quin
decim milia ſiclorum argenti de rationibus re
gis, quæ me contingunt, & omne quod reli-
quum fuerit quod non reddiderant qui ſu-
per negocia erant annis prioribus ex hoc da-
bunt in opera domus. Et ſuper hæc quinq; mi-
lia ſiclorum argenti quæ accipiebant de ſancto
rum ratione per ſingulos annos, & hæc ad ſa-
cerdotes pertineant qui miniſterio funguntur.
Et quicunq; confugerint in templum quod eſt
Ieruſaláim & in omnibus finibus eius obno-
xij regi in omni negocio dimittãtur & uniuer
ſa quæ ſunt eis in regno meo libera habeat. Et
ad ædificanda uel reſtauranda opera ſancto-
rum ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad
extruendos muros in Ieruſaláim & cõmuniẽ-
dos in circuitu ſumptus dabuntur de ratione

regis & ad conſtruendos muros in Iehudæa.
Vt audiuit autem Ionathas & populus ſermõ
nes iſtos non crediderunt eis nec receperunt
eos, quia recordati ſunt malitiæ magnæ quam
fecerant in Iſraël, & tribulauerant eos ualde.
Et complacuit eis in Alexãdrum, quia ipſe fue
rat eis princeps ſermonum pacis, & ipſi auxi-
10 lium ferebant omnibus diebus. ¶ Et congre
gauit rex Alexander exercitum magnum, &
admouit caſtra contra Demetrium. Et commi-
ſerunt prælium duo reges, & fugit exercitus
Demetrij, & inſecutus eſt eum Alexander, &
incubuit ſuper eos. Et inualuit prælium nimis
donec occidit ſol, & cecidit Demetrius in die
11 illa. ¶ Et miſit Alexander ad Ptolomeũ regẽ
Aegypti legatos ſecũdum hæc uerba dicens.
Quoniam regreſſus ſum in regnum meum, &
ſedi in ſede patrum meorum & obtinui princi
patum, & contriui Demetrium, & poſſedi re-
gionem noſtram, & cõmiſſi pugnam cum eo,
& contritus eſt ipſe & caſtra eius à nobis, &
12 ſedemus in ſede regni eius. ¶ Et nunc ſtatua-
mus adinuicem amicitiã, & da mihi filiam tuã
uxorem, & ero gener tuus, & dabo tibi dona,
& ipſi dignitatem. Et reſpõdit rex Ptolomeus
dicẽs. Fœlix dies in qua reuerſus es ad terram
patrum tuorum, & ſediſti in ſede regni eorũ.
Et nunc faciam tibi quod ſcripſiſti, ſed occurre
mihi Ptolomaidam, ut uideamus inuicem nos
13 & ſpõdeam tibi ſicut dixiſti. ¶ Et exiuit Pto-
lomeus de Aegypto ipſe & Cleopatra filia ei⁹,
& uenit Ptolomaidam anno centeſimo ſexa-
geſimo ſecundo. Et occurrit ei Alexander rex.
Et dedit ei Cleopatram filiam ſuam. Et fecit nu
ptias eius Ptolomaidæ ſicut reges in magna
14 gloria. ¶ Et ſcripſit Alexander rex Ionathæ,
ut ueniret obuiam ſibi. Et abijt cum gloria Pto
lomaidam, & occurrit ibi duobus regibus, &
dedit illis argentum multum, & aurum, & do
na, & inuenit gratiam in conſpectu eorum. Et
conuenerunt aduerſus eum uiri peſtilentes ex
Iſraël uiri iniqui interpellantes aduerſus eum.
Et non intendit ad eos rex. Et iuſſit ſpoliari Io
nathan ueſtibus ſuis, & indui eum purpura.
Et ita fecerunt. Et collocauit eum rex ſedere
ſecum: dixitq; principibus ſuis. Exite cum eo
in medium ciuitatis, & prædicate ut nemo ad-
uerſus eũ interpellet de ullo negocio, nec q̃ſ-
15 q̃; ei moleſtus ſit de ulla ratione. ¶ Et factum
eſt ut uiderunt qui interpellabãt gloriam eius
quæ prædicabatur, & opertum eum purpura
fugerunt omnes. Et magnificauit eum rex, &
ſcripſit eum inter primos amicos, & poſuit eũ
ducem, & participem principatus. Et reuerſus
eſt Ionathas in Ieruſaláim cum pace & lætitia.

16 ¶ In anno cēteſimo ſexageſimo quinto: ue-
nit Demetrius filius Demetrij à Creta in ter
ram patrum ſuorum. Et audiuit Alexander
rex, & cōtriſtatus eſt ualde, & reuerſus eſt
Antiochiā. Et cōſtituit Demetrius rex Apol
lonium ducem qui præerat Celeſyriæ, & cō
gregauit exercitum magnum, & acceſſit ad
Iamniā, & miſit ad Ionathā ſummū ſacerdo
tem dicens. Tu ſolus reſiſtis nobis. Ego autē
factus ſum in deriſum & in opprobriū: pro-
pterea quia tu poteſtatē aduerſum nos exer
ces in montibus. Nūc ergo ſi confidis in uir
tutibus tuis deſcēde ad nos in cāpum & cō
paremus illic inuicem: quia mecum eſt uirt⁹
bellatorū. Interroga & diſce quis ſum ego
& cæteri qui auxilio ſunt mihi, & dicunt qa
non poteſt ſtare pes ueſter ante faciē noſtrā:
quia bis in fugā cōuerſi ſunt patres tui ī ter
ram ſuam. Et nunc quomodo poteris ſuſtine
re equitatum & exercitum tantum in cāpo:
ubi non eſt lapis neq; ſaxū neq; locus fugiē
17 di. ¶ Vt audiuit autem Ionathas ſermones
Apollonij motus eſt animo. Et elegit decem
milia uirorū & exijt ab Ieruſalaim, & occur
rit ei Simon frater eius in adiutoriū, & ap-
plicuerunt caſtra in Ioppē. Et excluſit eum à
ciuitate: qa cuſtodia Apollonij Ioppe erat,
& oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in
ciuitate aperuerunt ei: & obtinuit Ionathas
18 Ioppen. ¶ Et audiuit Apollonius, & admo
uit tria milia equitum & exercitum multū.
Et abijt Aſdód tanq; iter faciens, & ſtatim
exijt in campū eo φ haberet multitudinem
equitū & confideret in eis. Et inſecut⁹ eſt eū
Ionathas Aſdód, & cōmiſerunt prælīū. Et re
liquit Apolloni⁹ in caſtris mille equites poſt
eos occulte. Et cognouit Ionathas qm̄ īſidiæ
ſunt poſt ſe, & circuierunt caſtra eius & iece
runt iacula in populum à mane uſq; ad ueſpe
ram. Populus aūt ſtabat ſicut ꝑceperat Iona
19 thas, & laborauerūt equi eorū. ¶ Et eiecit
Simon exercitum ſuum, & cōmiſit cōtra le
gionē. Equites em̄ fatigati erant, & cōtriti ſūt
ab eo & fugerunt. Et qui diſperſi ſunt per cā
pum fugerunt in Aſdód, & intrauerunt in
Bethdagon idolum ſuum ut ibi ſe liberarēt.
Et ſuccendit Ionathas Aſdód, & ciuitates
quæ erant in circuitu eius, & accæpit ſpo-
lia eorum & templum Dagon & omnes qui
fugerunt in illud ſuccendit igni. Et fuerunt
qui ceciderunt gladio cum his qui ſuccen-
20 ſi ſunt: fere octo milia uirorum. ¶ Et mo-
uit inde Ionathas caſtra, & applicuit ea Aſ-
chalonam. Et exierunt de ciuitate obuiam
illi in magna gloria. Et reuerſus eſt Iona-
thas in Ieruſalaim cum ſuis habentibus ſpo-
lia multa. Et factum eſt ut audiuit Alexander
rex ſermones iſtos addidit adhuc glorifica-
re Ionathan. Et miſit ei fibulam auream ſicut
conſuetudo eſt dari cognatis regum, & de-
dit ei Hechrón, & omnes fines eius in poſſeſ
ſionem.

Capitulum .11.

1 ET rex Aegypti cōgrega-
uit exercitū ſicut harenā
q̄ eſt circa oram maris: &
naues multas, & qrebat
obtinere regnū Alexan-
dri dolo, & addere illud
regno ſuo. Et exijt ī Syriā
uerbis pacificis. Et ape-
riebātur ei ciuitates, & occurrebāt ei, quia
mādauerat Alexander rex exire ei obuiā, eo
2 φ ſocer ſuus eſſet. ¶ Cū aūt intraret ciuita-
tē ptolomeus ponebat cuſtodias militum in
ſingulis ciuitatib⁹. Et ut appropiauit Aſdód
oſtēderūt ei tēplū Dagō ſuccēſum, et Aſdód
& cætera ei⁹, demolita & corpora ꝓiecta, &
eorū qui cæſi erant in bello tumulos quos fe
cerant ſecus uiā. Et narrauerūt regi, qa hæc
fecit Ionathas, ut inuidiā facerēt ei. Et tacuit
3 rex. ¶ Et occurrit Ionathas regi ī Ioppē cū
gloria, & inuicē ſe ſalutauerunt, & dormie-
rūt illic. Et abijt Ionathas cū rege uſq; ad flu
uiū qui uocabat Eleuterus, & reuerſus eſt in
Ieruſalaim. Rex aūt Ptolomeus obtinuit do-
miniū ciuitatū uſq; Seleutiā maritimā, & co
4 gitabat in Alexādrū cōſilia mala. ¶ Et miſit
legatos ad Demetriū dicēs. Veni cōponam⁹
inter nos pactū, & dabo tibi filiā meā quā ha-
bet Alexāder, & regnabis in regno pr̄is tui.
Pœnitet em̄ me φ dederī illi filiā meā. Quæ-
ſiuit em̄ me occidere. Et uituperauit eū, pro-
pter ea φ cōcupierat regnum eius. Et abſtu-
lit filiam ſuā, & dedit eā Demetrio, & aliena
uit ſe ab Alexandro, & manifeſtatæ ſunt ini
micitiæ ei⁹, & intrauit ptolome⁹ Antiochiā, et
īpoſuit duo diademata capiti ſuo: Aegypti et
Aſiæ. Alexāder aūt rex erat in cilicia illis tem
poribus, quia rebellabant qui erant in locis
5 illis. ¶ Et audiuit Alexander, & uenit ad
eū ī bellū. Et ꝓduxit ptolome⁹ rex exercitū,
& occurrit ei ī manu ualida & fugauit eū. Et
fugit Alexāder ī Arabiā ut ibi ꝓtegeret. Rex
aūt Ptolome⁹ exaltat⁹ eſt. Et abſtulit Zabdiél
Arabs caput Alexādri, & miſit Ptolomeo. Et
rex Ptolome⁹ mortu⁹ eſt ī die tertia, et q erāt
in munitionibus perierunt ab his qui erant
intra caſtra. Et regnauit Demetrius anno
6 centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo. ¶ In die-

bus illis cōgregauit Ionathas eos qui erant
in Iehudæa ut expugnarent arcē q̄ eſt in Ieru
ſaláim,& fecerūt cōtra eā machinas multas.
Et abierūt quidam qui oderāt gētem ſuā ui-
ri iniqui ad regē Demetrium,& renunciaue
runt eiꝰ ꝙ Ionathas obſideret arcē.Et ut audi
uit iratus eſt.Et ſtatim uenit ptolomaidam et
ſcripſit Ionathæ ne obſideret arcem,ſed oc-
curreret ſibi ad colloquium feſtinato.Vt au
diuit autē Ionathas iuſſit obſidere. Et elegit
de ſenioribus Iſraël,& de ſacerdotibꝰ,& de
dit ſe periculo.Et accæpit aurum, & argen-
tum,& ueſtē,& alia enxenia multa, & abijt
ad regē ptolomaidā,& inuenit gratiā in cō-
7 ſpectu eius.¶Et interpellabāt aduerſus eū
quidā iniqui ex gēte ſua.Et fecit ei rex,ſicut
fecerant ei qui ante eum fuerant. Et exalta-
uit eum in cōſpectu omnium amicorum ſuo-
rum,& ſtatuit ei principatum ſacerdotij,&
quæcunqꝫ alia habuit prius precioſa,& fecit
8 eū principem amicorū.¶Et poſtulauit Io-
nathas à rege ut immunē faceret Iehudæam,
& tres toparchias ideſt Samatiā: & cōfines
eius,& promiſit ei talēta trecenta.Et cōſen-
ſit rex,& ſcripſit Ionathæ epiſtolas de his oī
bus hunc modū continentes.Rex Demetriꝰ
fratri Ionathæ ſalutē,et genti Iehudæorum.
Exēplum epiſtolæ quam ſcripſimus Laſthe-
ni parēti noſtro de nobis miſimus ad uos ut
ſciretis.Rex Demetrius,Laſtheni parenti ſa-
lutē.Genti Iehudæorū amicis noſtris,& cō-
ſeruantibus quæ iuſta ſunt apud nos decreui
mus benefacere propter benignitatem ipſo
rū quam erga nos habent.Statuimus ergo il
lis oēs fines Iehudææ, & tres ciuitates lydā
& Ramathe quæ additæ ſūt Iehudææ ex Sa
maria,& oēs confines earū ſeq̄ſtrari omnibꝰ
ſacrificātibus in Ieruſaláim pro his q̄ ab eis
prius accipiebat rex pēr ſingulos annos, &
pro fructibus terræ & pomorū. Et alia quæ
ad nos pertinebāt decimarū & tributorum,
ex hoc tēpore remittimus eis & areas ſalina
rū,& coronas quæ nobis deferebātur oīa ip
ſis cōcedimus,et nihil horū irritū erit ex hoc
9 & in oē tempus.¶Nūc ergo curate facere
horū exemplū,& detur Ionathæ,& ponatur
in monte ſancto,& in loco celebri.Et uidens
Demetrius rex ꝙ ſiluit terra in cōſpectu ſuo
& nihil ei reſiſtit dimiſit totum exercitum ſu
um unūquemqꝫ in locū ſuū excepto peregri
no exercitu quē traxit ab inſulis gentiū, &
10 inimici erāt ei oēs exercitꝰ patrū eiꝰ.¶Tri-
phon aſit erat qdā partiū Alexādri priꝰ,& ui
dit q̄m oīs exercitꝰ murmurauit cōtra Deme
triū,& iuit ad Emalchuel arabem qui nutrie

bat Antiochū filiū Alexandri,et aſſidebat,
ut traderet eū ipſi ut regnaret loco patris.Et
enūciauit ei quanta fecit Demetrius& inimi
citias exercituum eius aduerſus illū.Et man
11 ſit ibi diebus multis.¶Et miſit Ionathas ad
Demetriū regem ut eijceret eos qui in arce
erant in Ieruſaláim,& qui in præſidijs erāt,
quia impugnabāt Iſraël.Et miſit Demetrius
ad Ionathan dicēs.Non hoc tātum faciam ti
bi & genti tuæ,ſed gloria illuſtrabo te & gē
tem tuā cum fuerit opportunum.Nunc ergo
recte feceris ſi miſeris in auxiliū mihi uiros,
12 quia diſceſſit omnis exercitus meꝰ.¶Et mi
ſit ei Ionathas tria milia uirorum fortiū An-
tiochiam.Et uenerūt ad regem,et delectatus
eſt rex in aduentu eorum.Et conuenerūt qui
erāt de ciuitate,centum uiginti milia uirorū
& uolebant interficere regem. Et fugit rex
in aulam,& occupauerunt qui erant de ciui-
tate itinera ciuitatis,& cœperunt pugnare.
Et uocauit rex Iehudæos in auxilium,& con
uenerunt oēs ſimul ad eum, & diſperſi ſunt
oēs per ciuitatē,& occiderūt in illa die cētū
milia hominū,& ſuccenderūt ciuitatē, & cæ
perūt ſpolia multa in illa die,& liberauerūt
13 regē.¶Et uiderūt qui erāt de ciuitate ꝙ ob
tinuiſſent Iehudæi ciuitatem ſicut uolebāt et
infirmati ſunt mente ſua. Et clamauerunt ad
regem cū precibꝰ dicentes.Da nobis dexte-
ras,& ceſſent Iehudæi oppugnare nos, & ci
uitatem.Et proiecerunt arma ſua,& fecerūt
pacem.Et glorificati ſunt Iehudæi in cōſpe-
ctu regis,& ī cōſpectu oīm qui erāt in regno
eiꝰ,& nominati ſunt ī regno.Et regreſſi ſunt
in Ieruſaláim habentes ſpolia multa.Et ſedit
Demetriꝰ rex in ſede regni ſui,& ſiluit terra
in cōſpectu eius.Et mentitus eſt oīa quæcun
qꝫ dixit,& abalienauit ſe à Ionatha & non re
tribuit ei ſecundū beneficia q̄ ſibi tribuerat,
14 & uexabat eū ualde.¶Poſt hæc autē reuer
ſus eſt Triphon,& Antiochꝰ cū eo puer ado
leſcēs,& regnauit et impoſuit ſibi diadema.
Et cōgregati ſunt ad eū omnis exercitꝰ quos
diſperſerat Demetrius,et pugnauerūt cōtra
eum.Et fugit,& terga uertit.Et accæpit Tri
phon beſtias,et obtinuit Antiochiam.Et ſcri
pſit Antiochus adoleſcens Ionathæ dicens.
Conſtituo tibi ſacerdotium,conſtituo te ſu-
per quatuor ciuitates ut ſis de amicis regis,
& miſit illi uaſa aurea in miniſterium, & de-
dit ei poteſtatem bibendi in auro, & eſſe in
purpura & habere fibulam auream,& Simo
nē fratrē eiꝰ cōſtituit ducē à terminis Tyri uſ
15 qꝫ ad fines Aegypti.¶Et exijt Ionathas &
perābulabat trās flumē ciuitatis.Et congre-
gatꝰ eſt

gatus eſt ad eum omnis exercitus. Syriæ, ī au
xilium. Et uenit Aſchelon, & occurrerũt ei
honorifice de ciuitate. Et abijt inde Hazzán
& cõcluſerũt ſe qui erant Hazzæ, & obſedit
eã, & ſuccẽdit q̃ erãt in circuitu ciuitatis, &
prædatus eſt ea. Et rogauerũt Hazzenſes Io
nathã, & dedit illis dexteram & accæpit fi-
lios corꝝ obſides. Et miſit illos in Ieruſaláim.
Et perambulauit regionẽ uſqꝫ Dãméſec. Et
audiuit Ionathas, quia præuaricati ſũt prin
cipes Demetrij in Cades q̃ eſt in Galíl, cum
exercitu multo uolẽtes eũ remouere à nego
cio regni, & occurrit illis: fratrẽ autem ſuũ
Simonẽ reliquit intra ꝓuinciã. Et applicuit
Simon ad Bethſurã, & expugnabat eã die-
bus multis, & cõcluſit eos. Et poſtulauerunt
ab eo dexteras accipere, & dedit illis. Et eie
cit eos inde, & cæpit ciuitatem, & poſuit in
16 ea præſidiũ. ¶ Et Ionathas & caſtra eius ap
plicuerunt ad aquã Geneſár, & ante lucem
uigilauerũt in cãpo Aſor. Et ecce caſtra alię
nigenarum occurrebãt in cãpo & tẽdebant
ei inſidias in montibus. Ipſe aũt occurrit ex
aduerſo. Inſidiæ uero exurrexerunt de locis
ſuis & cõmiſerunt pręlium. Et fugerunt qui
erant ex parte Ionathæ omnes, & nemo reli
ctus eſt ex eis: niſi Mattithiáh filius abſolo-
mi, & Iehudáh filius Calphi princeps mili-
tiæ exercitus. Et ſcidit Ionathas ueſtimenta
ſua, & poſuit terram in capite ſuo & orauit.
Et reuerſus eſt Ionathas ad eos in præliũ, &
cõuertit eos in fugam & pugnauerũt. Et ui
derunt qui fugiebant partis illius & reuerſi
ſunt ad eum, & inſequebantur cum eo oẽs
uſqꝫ Cades ad caſtra ſua. Et peruenerũt uſqꝫ
illuc, & ceciderunt de alienigenis in die illa
tria milia uirorum, & reuerſus eſt Ionathas
in Ieruſaláim.

Capitulum.12.

1 ETuidit Ionathas quia tẽpus eum
iuuat, & elegit uiros, & miſit eos
Romã ſtatuere & renouare cũ eis
amicitiam, & ad Spartiatas, & ad
alia loca miſit epiſtolas ſcd'm eãdem formã.
Et abierũt Romã & intrauerunt curiã & di
xerunt. Ionathas ſummus ſacerdos & gens
Iehudæorum miſerunt nos ut renouaremus
amicitiã & ſocietatem ſcd'm priſtinũ. Et de-
derunt illis epiſtolas ad ipſos per loca: ut de
ducerent eos in terram Iehudáh cum pace.
2 ¶ Et hoc eſt exẽplum epiſtolarũ: quas ſcri-
pſit Ionathas Spartiatis. Ionathas ſummus
ſacerdos, & ſeniores gentis, & ſacerdotes,
& reliquus pp'ls Iehudæorꝫ Spartiatis fra-
tribus ſalutem. Iãpridẽ miſſæ erant ep'læ ad
Oniã ſummũ ſacerdotẽ à Dario q regnabat
apud nos quoniam eſtis fratres noſtri ſicut
ſcriptũ continet qd' ſubiectũ eſt. Et ſuſcæpit
Onias uirum q miſſus fuerat cum honore, &
accæpit ep'las in qbus ſignificabaꝫ de ſocie-
tate & amicitia. Non eñ cũ nullo horꝫ indi-
geremus habẽtes ſolatio ſanctos libros qui
ſunt in manibus noſtris maluim' mittere ad
uos renouare fraternitatẽ & amicitiam. Ne
forte alieni efficiamur à uobis. Multa eñ tẽ-
pora tranſierunt ex quo miſiſtis ad nos.
3 ¶ Nos ergo in oĩ tẽpore ſine intermiſſione
in dieb' ſolẽnib' & cæteris qb' oportet me
mores ſum' ueſtri in ſacrificijs q̃ offerim', &
in obſeruationibus, ſicut fas eſt, & decet me
miniſſe fratrũ. Lætamur itaqꝫ de gl'ia ueſtra.
Nos aũt circũdederũt multæ tribulationes
& multa ꝓlia, & impugnauerũt nos reges q
ſunt ĩ circuitu uřo. Noluim' ergo uobis mo-
leſti eſſe: neqꝫ cæteris ſocijs & amicis nřis in
his prælijs. Habuimus eñ de cœlo auxilium
& liberati ſumus nos, & humiliati ſunt ini-
mici nři. Elegimus itaqꝫ Neumeniũ Antiochi
filium, & Antipatrem Iaſonis filium, & mi-
ſimus ad Romanos renouare cũ eis amicitiã
& ſocietatem priſtinã. Mãdauimus itaqꝫ eis
ut ueniãt etiã ad uos, & ſalutent uos, & red-
dãt uobis ep'las noſtras de innouatiõe frater
nitatis noſtræ. Et nũc benefacietis reſpondẽ
4 tes nobis ad hæc. ¶ Et hoc reſcriptũ epiſto
larꝫ qd' miſit Onias. Rex Spartiatarũ Onias.
Ionathæ ſacerdoti magno ſalutem. Inuentũ
eſt in ſcriptura de Spartiatis, & Iehudæis:
qñ ſunt fratres, & qa ſunt de genere Abra-
ham & nũc ex quo hæc cognouimus: bene-
facitis ſcribentes nobis de pace uřa. Sed &
nos reſcripſimus uobis. Pecora nřa & poſſeſ
ſiones uřæ ueſtræ ſunt, & ueſtræ noſtræ. Mã
5 dauimus itaqꝫ hæc nunciari uobis. ¶ Et au-
diuit Ionathas: qñ regreſſi ſunt principes
Demetrij cum exercitu multo ſupra q̃ pri'
pugnare aduerſus eũ, & exijt ab Ieruſaláim
& occurrit eis in Amathite regione. Nõ eñ
dederat eis ſpacium ut ingrederentur regio
nem eius. Et miſit ſpeculatores in caſtra eo-
rum. Et reuerſi renunciauerũt ꝙ conſtituũt
ſuperuenire illic nocte. Cum occidiſſet autẽ
ſol præcepit Ionathas ſuis uigilare & eſſe in
armis paratos ad pugnam tota nocte. Et po-
6 ſuit cuſtodes per circuitum caſtrorũ. ¶ Et
audierunt aduerſarij ꝙ paratus eſt Ionathas
cum ſuis in bello, & timuerunt & formidaue
runt in corde ſuo, & accenderunt focos in

caſtris ſuis. Ionathas autem & qui cum eo
erant non cognouerunt uſq; mane. Videbãt
autem luminaria ardentia, & ſecutus ẽ eos
Ionathas, & non compræhendit eos. Tran‑
ſierunt enim flumẽ Eleutherum. Et diuertit
Ionathas ad Arabas qui uocabantur zaba‑
dæi, & percuſſit eos, & accæpit ſpolia eorum.
Et iũxit, & uenit Dãmeſec, & pambulabat
7 omnem regionem illã. ¶ Simõ autem exijt
& uenit uſq; Aſchelón, & ad proxima præſi
dia & declinauit in Ioppen, & occupauit eã.
Audiuit enim ꝙ uellent præſidium tradere
partibus Demetrij, & poſuit ibi cuſtodes ut
8 cuſtodirent eam. ¶ Et reuerſus eſt Ionathas
& conuocauit ſeniores populi, & cogitauit
cum eis ædificare præſidia in Iehudæa, &
ædificare muros ĩ Ieruſaláim, & exaltare al‑
titudine magna inter medium arcis & ciuita
tis ut ſepararet eã à ciuitate ut eſſet ipſa ſin‑
gulariter, & neq; emant neq; uendant. Et cõ
uenerunt ut ædificarent ciuitatem, & ceci‑
dit murus qui erat ſuper torrentem ab ortu
ſolis, & reparauit eum qui uocatur Caphe‑
teia. Et Simon ædificauit Adiada in Sephe‑
la, & muniuit eam & impoſuit portas & ſe‑
9 ras. ¶ Et cum cogitaſſet Triphon regnare
Aſiæ, & aſſumere diadema & extendere ma
num in Antiochum regem: timẽs ne forte nõ
permitteret eum Ionathas ſed pugnaret ad‑
uerſus eum: quærebat compræhendere eũ,
& occidere. Et exurgens abijt in Bethſan.
10 ¶ Et exijt Ionathas obuiam cũ quadragin
ta milibus uirorum electorum ĩ prælium, &
uenit Bethſan. Et uidit Triphon quia uenit
Ionathas cum exercitu multo: ut extẽderet
in eum manus, & timuit. Et excæpit eum cũ
honore, & commendauit eum omnibus ami
cis ſuis & dedit ei munera. Et præcepit exer
citibus ſuis ut obedirent ei ſicut ſibi. Et di‑
xit Ionathæ. Vt quid uexaſti uniuerſum po
pulum: cum bellum nobis non ſit? Et nunc re
mitte eos in domos ſuas. Elige autem tibi ui
ros paucos qui tecum ſint, & ueni mecum
Ptolomaidã, & tradã eã tibi, & reliqua pſi‑
dia, exercitũ, & uniuerſos ppoſitos negocij,
& conuerſus abibo. Propterea enim ueni.
11 ¶ Et credidit ei, & fecit ſicut dixit & dimi
ſit exercitum, & abierũt in terram Iehudáh.
Retinuit autem ſecum tria milia uirorum ex
quibus remiſit in Galíl duo milia: mille aũt
uenerunt cum eo. Vt autem intrauit Prolo‑
meidam Ionathas: clauſerunt portas ciuita
tis Ptolomenſes, & compræhenderũt eum,
& omnes qui cum eo intrauerunt gladio in‑
12 terfecerunt. ¶ Et miſit Triphon exercitum

et equites in Galíl, & in campum magnum:
ut perderent omnes ſocios Ionathæ. At illi
cum cognouiſſent: quia compræhenſus eſt
Ionathas & perijt, & omnes q cum eo erant:
hortati ſunt ſemetipſos, & exierunt parati
in prælium. Et uidẽtes hi qui inſecuti fuerãt:
quia pro anima res eſt illis: reuerſi ſunt. Illi
aũt uenerunt oẽs cum pace in terram Iehu‑
dáh. Et planxerunt Ionathã, & eos qui cum
ipſo erant ualde. Et luxit Iſraël luctu magno.
Et quæſierũt oẽs gentes quæ erant in circui
tu eorum cõterere eos. Dixerũt em̃. Nõ habẽt
principem & adiuuantem. Nunc ergo expu
gnemus illos, & tollamus de hominibus me
moriam eorum.

Capitulum. 13.

1 ET audiuit Simon ꝙ cõgrega‑
uit Triphon exercitũ copioſũ
ut ueniret in terram Iehudáh
& attereret eã. Et uidẽs q a in
tremore popul⁹ eſt, & in timo
re: aſcẽdit Ieruſaláim & con‑
gregauit pplm & adhortãs dixit. Vos ſcitis
q̃ta ego & fratres mei et dom⁹ patris mei fe
cimus pro legib⁹ & p ſanctis prælia, & ãgu
ſtias quales uidim⁹. Horum gr̃a perierũt fra
tres mei oẽs ppter Iſraël, & relictus ſum ego
2 ſolus. ¶ Et nũc non mihi cõtingat parcere
animæ meæ in omni tpe tribulationis. Nõ em̃
melior ſum fratribus meis. Vindicabo itaq;
gentẽ meã, & ſancta: natos quoq; noſtros &
uxores: quia cõgregatæ ſunt uniuerſæ gen‑
3 tes conterere nos inimicitiæ gratia. ¶ Et ac
cẽſus eſt ſpũs populi ſimul ut audiuit ſermo
nes iſtos, & reſpõderunt uoce magna dicen
tes. Tu es dux noſter loco Iehudæ & Ionathæ
fratris tui. Pugna p̃lium noſtrũ, & oĩa q̃cũq;
dixeris nobis faciemus. Et congregans oẽs
uiros bellatores accelerauit cõſummare uni
uerſos muros Ieruſaláim, & muniuit eam in
gyro. Et miſit Ionathã filiũ Abſolomi, & cũ
eo exercitũ nouũ in Ioppen, & eiectis his q
4 erãt in arce remanſit illic ipſe. ¶ Et mouit
Triphon à Ptolomaida cum exercitu multo
ut ueniret in terrã Iehudáh & Ionathas cum
eo in cuſtodia. Simõ aũt applicuit in Addus
5 contra faciẽ cãpi. ¶ Et ut cognouit Triphõ:
quia ſurrexit Simõ loco fratris ſui Ionathæ,
& quia commiſſurus eſſet cum eo prælium:
miſit ad eum legatos dicẽs. Pro argento qđ
debebat frater tuus Ionathas in ratiõe regis
ppter negocia quæ habuit: detinuim⁹ eũ. Et
nũc mitte argẽti talẽta cẽtũ & duos filios eius

obſides ut non dimiſſus fugiat à nobis, et re-
6 mittemus eū. ¶ Et cognouit Simō, q̄a cum
dolo loqueret̄ ſecū. Iuſſit tamē dari argentū
& pueros, ne inimicitiā magnam ſumeret ad
populū Iſraél dicentē, q̄a non miſit ei argen
tū, & pueros ꝓpterea perijt. Et miſit pueros
& centū talēta. Et mētitus eſt, & non dimiſit
7 Ionathā. ¶ Et poſt hęc uenit Triphon intra
regionē ut contereret eā, & gyrauerūt ꝑ uiā
q̄ ducit Ador. Et Simō, & caſtra eius ambula
bant in omnē locū quocūq; ibant. Qui aūt in
arce erant miſerūt ad Triphonē legatos ut fe
ſtinaret uenire per deſertū, & mitteret illis
8 alimonias. ¶ Et parauit Triphō oēm equita
tum ut ueniret illa nocte. Erat enim nix multa
ualde, & nō uenit in Ghilhadithím. Et cū ap-
propinquaſſet Baſchamā, occidit Ionathān,
& filios ei⁹ illic. Et cōuenit Triphon, & abijt
in terram ſuam. Et miſit Simō, et accæpit oſſa
Ionathæ fratris ſui, & ſepeliuit ea ī Modin ci
uitate patrū ei⁹. Et planxerūt eū omnis Iſraél
planctu magno, & luxerūt eum dies multos.
9 ¶ Et ædificauit Simō ſuper ſepulchrum pa
tris ſui, et fratrū ſuorū ædificiū altū uiſu la-
pide polito retro, & ante, & ſtatuit ſeptem
pyramidas unam contra unam patri, & ma-
tri, & quatuor fratribus. Et his circumpo-
ſuit columnas magnas, & ſuper colum-
nas arma ad memoriam æternam, & iuxta
arma naues ſculptas quæ uiderentur ab ho-
minibus nauigantibus mare. Hoc eſt ſepul
chrum quod fecit in Modin uſq; in hunc diē.
10 ¶ Triphō autem cum iter faceret cum An-
tiocho rege adoleſcente dolo occidit eum: et
regnauit loco eius. Et impoſuit ſibi diadema
Aſiæ, & fecit plagam magnā in terra. Et ædi
ficauit Simō pręſidia Iehudææ, muniens ea
turribus excelſis, & muris magnis, & portis
& ſeris, & poſuit alimenta in munitionibus.
11 ¶ Et elegit Simo uiros, & miſit ad Deme-
trium regem ut faceret remiſſionem regioni
quia actus omnes Triphonis per direptionē
fuerant geſti. Et Demetri⁹ rex ad uerba iſta
reſpōdit ei, & ſcripſit epiſtolam talem. Rex
Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti, et ami
co regū, & ſenioribus, & gēti Iehudæorum
ſalutem. Coronā auream, & Bainen quā mi-
ſiſtis ſuſcæpimus, & parati ſumus facere no-
biſcum pacē magnā, & ſcribere prępoſitis
regis remittere uobis quæ indulſimus. Quæ
cunq; enim conſtituimus uobis conſtant. Mu
12 nitiones quas ædificaſtis uobis ſint. ¶ Re-
mittimus quoq; ignorantias, & peccata uſq;
in hodiernum diem, & coronam quam debe
batis. Et ſi quid aliud erat tributarium in Ie-
ruſaláim, iam nō ſit tributariū. Et ſi qui ex uo
bis apti ſunt conſcribi inter noſtros conſcri-
13 bantur, & ſit inter nos pax. ¶ Anno centeſi
mo ſeptuageſimo ablatū eſt iugum gentium
ab Iſraél. Et cœpit populus Iſraél ſcribere in
tabulis, & geſtis publicis, anno primo ſub Si
mone ſummo ſacerdote magno duce, & prin
cipe Iehudæorum. In dieb⁹ illis applicuit Si-
mon ad Hazzan, et circūdedit eam caſtris: et
fecit machinas, & applicuit ad ciuitatem, &
percuſſit turrem unā, & compræhēdit eam.
Et qui eruperant erant intra machinam, & ci
uitatē, & factus eſt motus magnus in ciuita-
te. Et aſcenderūt qui erant in ciuitate cū uxo
ribus, & filijs ſupra murū ſciſſis tunicis ſuis
& clamauerunt uoce magna poſtulantes à Si
mone dextras ſibi dari. Et dixerunt. Non uo-
bis reddas ſecundū malitias nr̄as, ſed ſecun-
dum miſericordias tuas, & ſeruiemus tibi.
14 ¶ Et flexus Simon non debellauit eos, eie-
cit tamen eos de ciuitate, & emundauit ędes
in quibus fuerant ſimulachra, & tunc intra-
uit in eā cum hymnis bñdicens dñm. Et eiecta
ab ea omni immundicia collocauit in ea ui-
ros q legem facerent, & muniuit eam, & fe-
15 cit ſibi habitationem. ¶ Qui autem erant in
arce Ieruſaláim prohibebātur egredi, & in-
gredi regionem, emere ac uendere. Et eſurie
runt ualde, & multi ex eis fame perierūt. Et
clamauerunt ad Simonem ut dextras accipe
rent, & dedit illis. Et eiecit eos inde, & mun-
dauit arcē à contaminationib⁹. Et intrauerūt
in eam, tertia & uiceſima die ſecundi menſis
anno centeſimo ſeptuageſimo primo cū lau
de, & ramiſ palmarū, & cynaris, & cymbalis,
& nablis, & hymnis, & canticis, quia cōtrit⁹
16 eſt inimic⁹ magnus ex Iſraél. ¶ Et cōſtitu t
ut oībus annis agerētur dies hi cū lætícia. Et
muniuit montē tēpli q erat ſecus arcē, & ha-
bitauit ibi ipſe, & qui cū eo erāt. Et uidit Si-
mon Ioannē filiū ſuū ꝙ fortis uir prælij eēt,
& poſuit eū ducem uirtutū uniuerſarum, &
habitauit in Ghazaráh.

Capitulum. 14.

1 ANno centeſimo ſeptuageſimo
ſecundo congregauit rex De-
metrius exercitū ſuū, & abijt
in mediam ad contrahenda ſibi
auxilia, ut expugnaret Tripho
nē. ¶ Et audiuit Arſaces rex ꝑ
ſidis et Medię, q̄a intrauit Demetri⁹ cōfines ea
os, et miſit unū de pricipib⁹ ſuis ut cōphēde-
ret eū uiuum, & adduceret eū ad ſe. Et abijt

& percuſſit caſtra Demetrij, & compræhen-
dit eſt, & duxit eũ ad Arſacem, & poſuit eũ i
cuſtodiã. Et ſiluit oĩs terra Iehudah oib' die-
bus Simonis. Et q̃ſiuit bona gẽti ſuæ, & pla-
cuit illis ptãs eius, & gloria eius oibus die-
busi, & cũ oĩ gloria ſua accæpit Ioppẽ in por
tũ, & fecit introitũ in inſulis maris, & dilata
uit fines genti ſuæ, & obtinuit regionẽ, & cõ
gregauit captiuitatem multã, & dominatus
eſt Ghazerah, & bethſuræ, & arci, &. abſtu-
lit immunditias ex ea, & non erat qui reſiſte
ret ei. Et unuſquiſq; colebat terram ſuam cũ
pace, & terra Iehudáh dabat fructus ſuos, et
3 ligna camporũ fructum ſuũ. ¶ Seniores in
plateis ſedebãt omnes, & de bonis terræ tra
ctabant, & iuuenes induebãt ſe gloriã, & ſto
las belli. Et ciuitatibus tribuebat alimonias, •
& cõſtituebat eas ut eſſent uaſa munitionis
quoaduſq; nominatũ eſt nomen gloriæ eius
uſq; ad extremum terræ. Fecit pace ſuper ter
rã, & lætatus eſt Iſraél lætitia magna, & ſe-
dit unuſquiſq; ſub uitæ ſua, & ſub ficulnea
ſua, & nõ erat qui eos terreret. Defecit impu
4 gnans eos ſuper terrã. ¶ Reges cõtriti ſunt
in diebus illis, & cõfirmauit oẽs humiles po
puli ſui, & legẽ exquiſiuit, & abſtulit omnẽ
iniquũ, & malũ. Sancta glorificauit: & multi
plicauit ſancta ſanctorũ. Et auditum eſt Ro-
mæ, quia defunctus eſt Ionathas, & uſq; in
Spartiatas, & cõtriſtati ſunt ualde. Vt audie
runt autẽ q Simon frater ei' fact' eẽt ſũmus
ſacerdos loco eius, & ipſe obtineret oẽm re-
gionẽ, & ciuitates in ea, ſcripſerunt ad eũ ta
bulis æreis ut renouarent amicitias, & ſocie
tatẽ, quã fecerant cũ Iehudah, & cũ Ionatha
fratribus eius. Et lectæ ſunt in conſpectu ec-
5 cleſiæ in Ieruſaláim. ¶ Et hoc exẽplũ epl'arũ
quas Spartiatę miſerũt. Spartianorũ pricipes
& ciuitates Simoni ſacerdoti magno, & ſe-
nioribus, & ſacerdotib', & reliquo populo
Iehudæorum fratribus ſalutẽ. Legati qui miſ
ſi ſunt ad ppl'm noſtrũ nũciauerunt nobis de
ueſtra gloria honore, & lætitia, & gauiſi ſu-
mus in introitu eorũ. Et ſcripſimus q̃ ab eis
erãt dicta in cõcilijs populi ſic. Numenius An
tiochi, & Antipater Iaſonis filius legati Iehu
dæorum uenerunt ad nos, renouantes nobiſ-
cum amicitiam priſtinam. Et placuit populo
excipere uiros glorioſe, & ponere exemplũ
ſermonum eorũ in ſegregatis populi libris,
ut, ſit ad memoriam populo Spartiatarum.
Exemplum autem horum, ſcripſimus Simoni
6 magno ſacerdoti. ¶ Poſt hoc autem miſit
Simon Numenium Romam habentem cly-
peum aureum magnum pondo minarũ mille
7 ad ſtatuendam cum eis ſocietatem. ¶ Cum
autem audiſſet populus Romanus ſermones
iſtos dixerunt. Quam gratiarũ actionem red
demus Simoni, & filijs ei'. Reſtituit enim ip
ſe fratres ſuos, & expugnauit inimicos Iſra
él ab eis. Et ſtatuerunt ei libertatẽ, & deſcri-
pſerunt in tabulis æreis, & poſuerunt in titu
lis in monte Siõn. Et hoc eſt exemplum ſcri-
pturæ, octauadecima die menſis Ebul, anno
centeſimo ſeptuageſimoſecũdo, anno tertio
ſub Simone ſacerdote magno in Saramel in
cõuentu magno ſacerdotũ, & populi princi
pũ, & gẽtis & ſeniorum regionis nota facta
ſunt hæc, qm̃ frequenter facta ſunt' prælia in
8 regione noſtra. ¶ Simõ autẽ Mattathiæ fili'
ex filijs Iarib, & fratres eius dederunt ſe pe
riculo, et reſtiterunt aduerſarijs gentis ſuæ
ut ſtarẽt ſancta ipſorum, & lex, & gloria ma
gna glorificauerũt gentem ſuam, Et congre
gauit Ionathas gentẽ ſuã, & factus eſt illis ſa
cerdos magnus, & appoſitus eſt ad populũ
ſuum. Et uoluerũt inimici eorum calcare, ſan
cta, & atterere regionẽ ipſorũ, & extendere
manus in ſancta ſanctorũ. Tunc reſtitit Simõ
& pugnauit pro gente ſua, & erogauit pecu
nias multas, & armauit uiros uirtutis gentis
ſuæ, & dedit illis ſtipendia, & muniuit ciuita
tes Iehudęę, & Bethſurã quæ erat in finibus
Iehudææ, ubi erant arma hoſtiũ antea, & po
ſuit illic præſidiũ uiros Iehudæos. Et Ioppen
muniuit q̃ erat ad mare, & Hazzan quę eſt in
finib' Aſdód, in qua hoſtes antea habitabãt,
& collocauit illic Iehudęos, & quæcunq; ap
ta erant ad correptionem eorũ poſuit in eis.
9 ¶ Et uidit popul' actũ Simonis, & gloriam
quã cogitabat facere genti ſuæ, & poſuerũt
eũ ducem ſuũ, & principem ſacerdotũ, eo q
ipſe fecerit hæc oĩa, & iuſtitiã, & fidem quã
conſeruauit genti ſuæ, & exquiſiuit omni-
modo exaltare populũ ſuũ. Et in diebus eius
proſperatum eſt in manibus eius ut tolleren
tur gentes de regione ipſorum, & quę in ci-
uitate Dauid erant in Ieruſaláim in arce de
qua procedebant, & contaminabant omnía
quę in circuitu ſanctorum ſunt, et inferebãt
plagam magnam caſtitati. Et collocauit in ea
uiros Iehudæos ad tutamentum regionis, &
ciuitatis, & exaltauit muros in Ieruſaláim.
10 ¶ Et rex Demetrius ſtatuit illi ſummum ſa
cerdotium. Secũdum hęc fecit eum amicum
ſuum, & glorificauit eum gloria magna. Au
diuit enim q appellati ſunt Iehudæi à Ro-
manis amici, & ſocij, et fratres, et quia ſu-
ſceperunt legatos Simonis glorioſe, et quia
Iehudæi, et ſacerdotes eorum conſenſerunt

eũ eſſe ducem ſuum, & ſummũ ſacerdotem in
æternum donec ſurgat propheta fidelis, &
ut ſit ſuper eos dux, & ut cura eſſet illi pro
ſanctis, & ut cõſtitueret ppoſitos ſuper ope-
ra eorũ, & ſuper regionẽ, & ſuper arma, &
ſuper præſidia, & cura ſit illi de ſanctis, et ut
audiatur ab omnibus, & ſcribantur in nomine
eius omnes conſcriptiões in regione, & ut
operiatur purpura, & auro, & ne liceat ulli
ex populo, & ex ſacerdotibus irritum face-
re aliquid horũ, & contradicere his q̃ ab eo
dicũtur, aut conuocare conuentũ in regione
ſine ipſo, & ueſtiri purpura, & uti fibula au-
rea. Qui autẽ fecerit extra hoc, aut irritũ fe-
11 cerit aliquid horũ reus erit. ❡ Et cõplacuit
omni populo ſtatuere Simonem, & facere ſe
cundum uerba iſta. Et ſuſcepit Simon, & pla
cuit ei ut ſummo ſacerdotio fungeretur, &
eſſet dux, & princeps gẽtis Iehudæorũ, & ſa
cerdotũ, & præeſſet omnib⁹. Et ſcripturam
iſtam dixerũt ponere in tabulis æreis, & po-
nere eas in peribolo ſanctorum in loco cele-
bri. Exemplũ autem eorũ ponere in ærario,
ut habeat Simon, & filij eius.

Capitulum. 15.

1 ET miſit rex Antiochus filius
Demetrij epiſtolas ab inſulis
maris Simoni ſacerdoti, &
principi gentis Iehudæorũ,
& uniuerſæ genti, & erant cõ
tinentes hunc modũ. Rex An
tiochus Simoni ſacerdoti magno, & gẽti Ie
hudæorum ſalutem. Quõ quidẽ peſtilẽtes ob
tinuerũt regnũ patrũ noſtrorũ, uolo aũt uin
dicare regnũ, & reſtituere illud ſicut erat an
tea, & lectã feci multitudinem exercitus, &
feci naues bellicas. Volo autẽ procedere per
regionẽ ut ulciſcar in eos qui corruperunt
regionem noſtrã, & qui deſolauerũt ciuita-
2 tes munitas in regno meo. ❡ Nunc ergo ſta
tuo tibi oẽs oblationes quas remiſerunt tibi
ante me oẽs reges, & q̃cunq; alia dona remi-
ſerunt tibi, & permitto tibi facere percuſſu-
rã proprij nummiſmatis in regione tua. Ieru
ſalẽm aũt ſanctã eſſe, & liberã, & oĩa arma q̃
fabricata ſunt, & pſidia q̃ cõſtruxiſti q̃ tenes
maneãt tibi. Et oẽ debitum regis, & q̃ futura
ſunt regi ex hoc, & in totũ tẽpus remittũt ti
bi. Cũ autẽ obtinuerimus regnũ noſtrũ glori
ficabim⁹ te & gentẽ tuã, & templũ glĩa ma-
gna, ita ut manifeſtetur gloria ueſtra in uni-
3 uerſa terra. ❡ Anno centeſimo ſeptuageſi-
moquarto exijt Antioch⁹ ĩ terrã patrũ ſuorũ,
& conuenerũt ad eũ oẽs exercit⁹, ita ut pauci
relicti eſſent cũ Triphone. Et inſecut⁹ eſt eũ
Antiochus rex, & uenit Dorã fugiẽs per ma
ritimã. Sciebat enĩ q̃ cõgregata ſunt mala in
eũ, & reliquit eũ exercitus. Et applicuit An-
tiochus ſuper Dorã cũ centũ uiginti milib⁹
uirorũ belligeratorũ, & octo milib⁹ equitũ.
Et circuiuit ciuitatẽ, & naues à mari acceſſe-
rũt, & uexabant ciuitatẽ à terra, & mari, &
4 neminẽ ſinebãt ingredi uel egredi. ❡ Venit
aũt Numenius, & q cũ eo fuerãt ab urbe Ro
ma habentes epiſtolas regib⁹, & regionibus
ſcriptas in qbus cõtinebãtur hæc. Luci⁹ cõſul
Romanorũ Ptolomeo regi ſalutẽ. Legati Ie-
hudæorũ uenerũt ad nos amici noſtri renouã
tes priſtinã amicitiã, & ſocietatẽ, miſſi à Si-
mone principe ſacerdotum, & populo Iehu
dæorũ. Attulerũt autẽ clypeũ aureũ minarũ
mille. Placuit itaq; nobis ſcribere regibus et
regionib⁹, ut non inferant illis mala neq; im-
pugnent eos, & ciuitates eorũ, & regiones
eorũ, & ut nõ ferant auxiliũ pugnãtibus ad-
uerſus eos. Viſum autẽ eſt nobis accipere ab
eis clypeũ. Si qui ergo peſtilẽtes fugerunt de
regione ipſorum ad nos tradite eos Simoni
principi ſacerdotũ, ut uindicet ĩ eos ſecundũm legẽ
5 ſuã. ❡ Hæc eadẽ ſcripta ſunt Demetrio re-
gi, & Attalo, & Arabe, & Arſaci, & in oẽs re
giões, & Samſame, & Spartanis, & Delo, et
Mido, & Sitiõe, & Cariæ, & Samũ, & Pãphi
liã, & Liciã, & Alicarnaſũ, & Rhodũ. & Faſe
lida, & Choo, & Sidẽ, & Arado, & Gortynã
& Gyndũ, & Cyprũ, & Cyrenẽ. Exẽplũ aũt
eorũ ſcripſerũt Simoni pricipi ſacerdotũ, &
6 pplo Iehudæorũ. ❡ Antioch⁹ autẽ rex appli-
cuit caſtra ĩ Dorã ſecundo, admouẽs ei ſemp ma
nus, & machinas faciẽs. Et cõcluſit Triphonẽ
7 ne pcederet. ❡ Et miſit ad eũ Simõ duo mi-
lia uirorũ electorũ ĩ auxiliũ, & argẽtũ, & aurũ
& uaſa copioſa. Et noluit ea accipe ſed rupit
oĩa q̃ pactus eſt cũ eo antea, & alienauit ſe ab
eo. Et miſit ad eũ Athenobiũ unũ de amicis
ſuis ut tractaret cũ ipſo, dicens. Vos tenetis
Ioppẽ, & Gazerã, & arcẽ q̃ eſt in Ieruſalẽm
ciuitates regni mei fines earũ deſolaſtis, & fe
ciſtis plagã magnã in terra, & dominati eſtis
per loca multa in regno meo. Nũc ergo tradi
te ciuitates quas occupaſtis, & tributa loco-
rũ in quibus dominati eſtis extra fines Iehu
dææ. Sin aũt date p illis quingẽta talẽta ar-
genti, & exterminij qđ exterminaſtis, & tri
butorum ciuitatũ alia talenta quingẽta. Sin
8 aũt ueniem⁹, & expugnabim⁹ uos. ❡ Et ue-
nit Athenobi⁹ amic⁹ regis ĩ Ieruſalẽ. Et uidit
gloriã Simonis, et claritatẽ in auro, et argẽ-
to, & apparatum copioſum, et obſtupuit, &

retulit ei uerba regis. Et reſpōdit ei Simon,
& dixit ei. Neq; alienā terrā ſumpſim⁹: neq;
alienā detinemus, ſed hæreditatē patrū no-
ſtrorū q̄ iniuſte ab inimicis nr̄is aliquo tēpo-
re poſſeſſa eſt. Nos uero tēp⁹ habētes uendi-
cam⁹ hæreditatē patrū nr̄orū. Nam de Ioppe
& Gazera quas expoſtulas: ipſi faciebāt i po
pulo plagā magnā, & in regione nr̄a. Horū
damus talēta centum. Et nō rn̄dit ei Atheno
bius uerbū. Reuerſus aūt cū ira ad regem re
nūciauit ei uerba iſta, & gloriā Simonis, &
uniuerſa q̄ uidit. Et iratus eſt rex ira magna.
9 ❡ Triphon aūt fugit naui in Orthoſaida. Et
cōſtituit rex Cedebæū ducē maritimū & ex
ercitum peditū & equitum dedit illi, & man
dauit illi mouere caſtra cōtra faciē Iehudææ
Et mādauit ei ædificare cedronē, & obſtrue
re portas ciuitatis, & debellare populū. Rex
aūt pſequebat Triphonem. Et peruenit Cen
debæus Iabniā & cœpit irritare plebē & cō
culcare Iehudæam & captiuare populum &
interficere, & ædificare cedronē. Et colloca
uit illic equites & exercitum, ut egreſſi per-
ambularent uiam Iehudææ ſicut conſtituit
ei rex.

Capitulum. 16.

1 ET aſcēdit Ioannes de Gazerāh
& nūciauit Simoni patri ſuo q̄
fecit Cedebæus in populo ipſo
rum. Et uocauit Simon duos fi
lios ſuos ſeniores: Iehudam &
Ioannem, & ait illis. Ego & fra
tres mei, & domus patris mei expugnauim⁹
hoſtes Iſraēl ab adoleſcētia uſq; in hunc diē,
& pſperatū eſt in manibus noſtris liberare
Iſraēl aliquotiens. Nūc ſenui: ſed eſtote loco
meo & fratris mei, & egreſſi pugnate p gen
te nr̄a. Auxilium uero de cœlo uobiſcum ſit.
2 ❡ Et elegit de regione uiginti milia uirorū
belligeratorū, & equites, & profecti ſunt ad
Cendebæum. Et dormierūt in Modin, & ſur-
rexerunt mane & abierūt in campū, Et ecce
exercitus copioſus in obuiam illis peditū &
equitū, & fluuius Torrēs erat inter medium
ipſorum. Et admouit caſtra cōtra faciē eorū
ipſe & populus eius. Et uidit populum trepi
dārē ad trāſfretandū torrentē, & tranſfreta
uit primus. Et uiderūt uiri, & tranſierūt poſt
eū. Et diuiſit populū & equites in medio pe
ditum Erat aūt equitatus aduerſariorum co
pioſus nimis. Et exclamauerūt ſacris tubis,
& in fugam conuerſus eſt Cēdebæus & ca-
ſtra eius & ceciderunt ex eis multi: uulnera-
ti: reſidui autem in munitionē fugerunt.
3 ❡ Tunc uulneratus eſt Iehudāh frater Ioan
nis. Ioannes autem inſecutus eſt eos donec
uenit Cedronē quam ædificauit, & fugerūt
uſq; ad turres quæ erant in agris Aſdōd, &
ſuccēdit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo
milia uirorum. Et reuerſus eſt in Iehudæā in
pace. Et Ptolomeus filius Abobi cōſtitutus
erat dux in cāpo Hierico, & habebat argen
tum & aurū multū. Erat em̄ gener ſummi ſa
cerdotis. Et exaltatū eſt cor eius, & uolebat
obtinere regionē, & cogitabat dolū aduer-
ſus Simonem & filios eius ut tolleret eos.
4 ❡ Simon autem perambulās ciuitates quæ
erant in regione Iehudææ, & ſollicitudinem
gerens earū deſcēdit in Herico ipſe & Mat-
tithiāh filius eius & Iehudāh anno cētēſimo
ſeptuageſimo ſeptimo mēſe undecimo. Hic
eſt menſis ſabath. Et ſuſcæpit eos fili⁹ Abobi
in munitiunculam q̄ uocatur Doch cū dolo
quā ædificauit. Et fecit eis cōuiuiū magnū,
& abſcōdit illic uiros. Et cū inebriatus eſſet
Simon & filij eius ſurrexit Ptolomeus cum
ſuis, & ſumpſerūt arma ſua, & intrauerunt
in conuiuium & occiderunt eum & duos fi-
lios eius & quoſdā pueros eius. Et fecit de-
ceptionem magnam in Iſraēl, & reddidit ma
5 la pro bonis. ❡ Et ſcripſit hæc Ptolomeus,
& miſit regi ut mitteret ei exercitum in au-
xilium, & traderet ei regionem & ciuitates
eorum & tributa. Et miſit alios in Gazaram
tollere Ioannem, & tribunis miſit epiſtolas
ut uenirent ad ſe & daret eis argentum & au
rum & dona. Et alios miſit occupare Ieruſa-
laim & montem templi. Et præcurrens qui-
dam nunciauit Ioāni in Gazara quia perijt
pater eius & fratres eius, & q̄a miſit te quo-
q; interfici. Vt audiuit autem uehemēter ex-
pauit, & compræhendit uiros qui uenerant
perdere eum, & occidit eos. Cognouit enim
quia quærebant perdere eum. Et cætera ſer-
monum Ioannis & bellorum eius & bona-
rum uirtutum quibus fortiter geſſit, & ædi
ficij murorum quos extruxit, & rerū geſta-
rum eius, ecce hæc ſcripta ſunt in libro die-
rum ſacerdotij eius: ex quo factus eſt prin
ceps ſacerdotum poſt patrem ſuum.

❡ Explicit liber primus
Maccabæorum.

¶INCIPIT SECVNDVS MACCABAEORVM RECOGNITVS PER EVNDEM SANCTEM PAGNINVM LVCENS. SACRAE THEOLO. PROFES.

Capitulum.I.

1 FRatribꝰ q̄ ſunt
per Aegyptum
Iehudæis, ſalu-
tē dicūt fratres
q̄ ſunt i Ieruſa-
laim Iehudæi &
qui in regione
Iehudæa, & pa
cem bonā. Bn̄fa
ciat uobis deꝰ,
& meminerit te
ſtamēti ſui q̄d lo
cutꝰ ē ad Abrahā & Iſchác & Iahacób ſeruo
rū ſuoꝝ fideliū, & det uobis cor oībꝰ ut cola
tis eū, & faciatis eiꝰ uoluntatē corde magno
& aīo uolēti. Adaperiat cor u̅ſm̄ i lege ſua &
& i p̄ceptis ſuis, & faciat pacē. Exaudiat ora
tiones u̅ras, & recōciliet̄ uobis: nec uos deſe
2 rat in t̄pe malo. ¶ Et nūc hic ſumꝰ orātes ꝓ
uobis. Regnāte Demetrio āno cētesimo ſe-
xageſimo nono nos Iehudæi ſcripſimus uo-
bis in tribulatione & īpetu qui ſuperuenit
uobis in iſtis annis ex quo receſſit Iaſon à
ſancta terra & à regno. Portā ſuccenderūt,
3 & effuderūt ſanguinē innocentē. ¶ Et ora-
uimus ad dn̄m & exauditi ſumꝰ, & obtulimꝰ
ſacrificiū & ſimilaginē, & accendimꝰ lucer
nas, & ꝓpoſuimꝰ panes. Et nūc frequentate
dies ſcenopegiæ mēſis Caſleu. Anno cēteſi-
mo octogeſimooctauo pplꝰs q̄ ē Ieruſaláim
& q̄ ī Iehudæa, ſenatuſq̄, & Iehudáh Ariſtobo
lo magiſtro Ptolomei regis q̄ ē de gn̄e chri-
ſtoꝝ ſacerdotū & his q̄ in Aegypto ſūt Iehu
4 dæis: ſalute & ſanitatē. ¶ De magnis peri-
culis à deo liberati magnifice gr̄as agimus
ipſi: utpote q̄ aduerſꝰ tale rege dimicauimꝰ.
Ipſe em̄ ebulire fecit de p̄ſide eos q̄ pugnaue
rūt cōtra nos & ſanctā ciuitate. Nā cū i p̄ſide
eſſet dux ipſe & cū ipſo imēſus exercitꝰ ceci
dit i tēplo Nanææ, cōſilio deceptꝰ ſacerdotū
Nanææ. Etem̄ cū ea habitaturꝰ erat uenit ad
locū Antiochꝰ & amici eiꝰ & ut acciperet pe
cunias multas dotis noīe. Cūq̄ ꝓpoſuiſſent
eas ſacerdotes Nanææ, & ipſe cū paucis in-
greſſus eēt itra ābitū phani clauſerūt tēplū.
5 ¶ Cū aūt itraſſet Antiochꝰ: aptoq̄ occulto
aditu templi mittētes lapides ꝑcuſſerūt du-
cē & eos q̄ cū eo erant, & diuiſerunt mēbra
tim: & capitibꝰ āputatis foras ꝓiecerūt. Per
oīa bn̄dictꝰ deus qui tradidit impios. Facturi
igitur quīta, & uiceſima die mēſis caſleu pu
rificationē templi neceſſariū duximus ſigni
ficare uobis, ut et uos quoq̄ agatis diē ſceno
pegiæ, & diē ignis q̄ datus eſt q̄n̄ Nechemi-
áh ædificato templo, & altari obtulit ſacrifi
cia. Nā cū in Perſidē ducerent̄ patres noſtri,
ſacerdotes qui tūc cultores dei erāt acceptū
ignē de altari occulte abſcōderūt ī ualle ubi
erat puteus altꝰ, & ſiccus, & in eo cōtutati
6 ſunt eū, ita ut oībus ignotꝰ eſſet locus. ¶ Cū
autē præterijſſent anni multi, & placuit deo
ut mitteretur Nechemiáh à rege Perſidis ne
potes ſacerdotū illorū q̄ abſcōderāt miſit ad
requirendū ignē. Et ſicut narrauerūt nobis, nō
īuenerūt ignē, ſed aquā craſſam. Et iuſſit eos
haurire, & afferre ſibi, & ſacrificia q̄ īpoſita
erant iuſſit ſacerdos Nechemiáh aſpergi ip̄a
aqua, & ligna, & q̄ erant ſuppoſita. Vtq̄ hoc
factū eſt, & t̄ps affuit quo ſol refulſit q̄ prius
erat in nubilo, accēſus eſt ignis magnꝰ ita ut
7 oēs mirarētur. ¶ Oratione aūt faciebāt oēs
ſacerdotes dum conſumaret̄ ſacrificiū Iona-
tha inchoāte, cæteris autem rn̄dentibus. Et
Nechemiáh erat oratio hunc habēs modum.
Dn̄e deus oīm creator terribilis fortis iuſtus
& miſericors qui ſolus es bonus, rex ſolꝰ, &
p̄ſtans, iuſtus, & omnipotens, & æternus, q̄ li
beras Iſraél de omni malo, q̄ feciſti p̄res ele
ctos, & ſanctificaſti eos accipe ſacrificiū pro
uniuerſo populo tuo Iſraél, & cuſtodi partē
tua, & ſanctifica. Cōgrega diſperſionem no
ſtrā, libera eos qui ſeruiūt gentibꝰ, et con
temptos, & abominatos reſpice, ut ſciāt gen
tes q̄a tu es deus noſter. Affige opprimentes
nos, et cōtumeliam facientes in ſuperbia. Cō
ſtitue populum tuum in loco ſancto tuo ſicut
8 dixit Moſéh. ¶ Sacerdotes autem pſallebāt
hymnos, uſq̄ quo conſumptum eſſet ſacrifi-
cium. Cum autē cōſumptum eēt ſacrificium
ex reſidua aqua Nechemiáh iuſſit lapides ma
iores perfundi. Q̄d ut factum eſt ex eis flāma
accēſa eſt, ſed ex lumine quod refulſit ab al-
tari conſumpta eſt. Vt uero manifeſta eſt res,
renunciatum eſt regi Perſarū ꝙ in loco i quo
ignē abſcōderāt hi q̄ tranſlati fuerāt ſacerdo
tes aqua apparuit, de qua Nechemiáh, & q̄
9 cū eo erāt purificauerūt ſacrificia. ¶ Cōſi-
derās aūt rex, & rē diligēter examinās fecit
ei tēplū, ut ꝓbaret q̄d factū erat. Et cū ꝓbaſ-
ſet ſacerdotibꝰ donauit multa bōa, & alia at-
q̄ alia mūera, & accipiēs manu ſua tribuebat
eis. Appellauit aūt Nechemiáh hūc locū nep
thar q̄d interpretatur purificatio. Vocatur
autem apud plures nephi.

Capitulum.2.

Capitulum.2.

1 INuenitur aũt in deſcriptioni-
bus Irmeiàh ꝓphetæ ꝙ iuſſit
eos ignẽ accipere qui trãſmi-
grabãtur ut ſignificatũ eſt, &
ut mãdauit tranſmigratis. Et
dedit illis legem ne obliuiſce
rentur præcepta dñi & ut nõ exerrarẽt men
tibus uidẽtes ſimulachra aurea & argentea
& ornamenta eorũ. Et alia hmõi dicẽs horta
2 batur ne legẽ amouerẽt à corde ſuo. ❡ Erat
aũt in ipſa ſcriptura: quomõ tabernaculum
& arcam iuſſit ꝓpheta diuino reſponſo ad
ſe facto comitari ſecũ uſq; quo exijt in mõtẽ
in quo Moſéh aſcẽdit & uidit dei hæredita-
tẽ, & ueniẽs ibi Irmeiàh inuenit locũ ſpelũ-
cæ, & tabernaculũ, & arcã, & altare incenſi
intulit illuc, & oſtiũ obſtruxit. Et acceſſerũt
qdam ſimul q ſeqbanť: ut notarẽt ſibi locũ,
& non potuerũt inuenire. Vt autẽ cognouit
Irmeiàh culpãs illos dixit ꝙ ignotus erit lo
cus donec cõgreget de⁹ cõgregationem po
puli & ꝓpitius fiat. Et tunc dñs oſtẽdet hæc:
& apparebit maieſtas dñi, & nubes erit ſi-
cut & Moſéh manifeſtabať, & ſicut cũ Salo
móh petijt ut locus ſanctificaretur magno
deo manifeſtabat hæc. Magnifice etenim ſa
pientiã tractabat, & ut ſapientiã habens ob
tulit ſacrificium dedicationis & cõſumma-
3 tionis tẽpli. ❡ Sicut & Moſéh orabat ad do
minũ, & deſcẽdit ignis de cœlo & cõſumpſit
holocauſtũ: ſicut & Salomóh orauit, & de-
ſcẽdit ignis de cælo & conſumpſit holocau-
ſtum. Et dixit Moſéh eo ꝙ non ſit comeſtum
qd' erat ꝑ peccato & cõſumptũ eſt. Similiter
& Selomoh octo diebus celebrauit dedica-
tionẽ. Inferebanť autẽ in deſcriptionibus &
cõmẽtarijs Nechemiáh hæc eadẽ & qualiter
cõſtruẽs bibliothecam cõgregauit de regio
nibus libros, & ꝓphetarũ & Dauíd, & epi-
4 ſtolas regum de donarijs. ❡ Similiter autẽ
& Iehudah ea q̃ didicerat per bellum qd' no
bis acciderat congregauit oĩa, & ſunt apud
nos. Si ergo deſideratis hæc mittite qui ꝑfe
rant uobis. Acturi itaq; purificationẽ ſcripſi
mus uobis. Bene ergo facietis: ſi egeritis hos
dies. Deus aũt qui liberauit populum ſuum
& reddidit hæreditatẽ oĩbus & regnũ & ſa-
cerdotiũ & ſanctificationem ſicut promiſit
in lege: ſperamus ꝙ cito noſtri miſerebiť &
congregabit de ſub cœlo in locũ ſanctũ. Eri
puit eñi nos de magnis periculis, & locum
5 purgauit. ❡ De Iehudáh uero maccabæo &
fratribus eius de templi magni purificatio-
ne & de aræ dedicatione ſed & de prælijs q̃
pertinent ad Antiochũ nobilẽ & filium eius
Eupatorẽ, & de illuminatiõib⁹ quæ de cœlo
factæ ſunt ad eos q ꝓ Iehudæis fortiter fece-
rũt ita ut uniuerſam regionẽ cũ pauci eſſent
uindicarent, & barbarã multitudinem fuga
rent, & famoſiſſimũ in toto orbe tẽplũ recu
perarent, & ciuitatẽ liberarent: ut leges q̃
abolitæ erãt reſtituerenť dño cũ oĩ trãquilli-
6 tate ꝓpitio facto illis. ❡ Itẽq; ab Iaſone Cy
renæo quinq; libris cõpræhenſa tẽtauimus
nos uno uolumine breuiare. Cõſiderãtes eñi
multitudinẽ librorũ & difficultatẽ uolẽtib⁹
aggredi narratiões hyſtoriarũ: ꝓpter multi-
tudinẽ rerũ curauimus uolẽtibus qdem lege
re ut eſſet animi oblectatio: ſtudioſis uero ut
facilius poſſint memoriæ cõmendare: oĩbus
aũt legẽtib⁹ utilitas cõferatur. Et nobis qui-
dem ipſis q hoc opus breuiãdi cã ſuſcæpim⁹
non facilẽ laborẽ: immo uero negociũ plenũ
uigiliarũ & ſudoris aſſumpſimus. Sicut hi q
ꝑparãt cõuiuiũ, & q̃rũt aliorũ uoluntati pare
re ꝓpter multorũ gratiã libẽter laborẽ ſuſti
nemus: ueritatẽ qdẽ de ſingulis auctorib⁹ cõ
cedentes: ipſi aũt ſcd'm datam formam bre-
7 uitati ſtudentes. ❡ Sicut eñi nouæ dom⁹ ar
chitecto de uniuerſa ſtructura curãdũ eſt: ei
uero q pingere curat: quæ apta ſunt ad orna
tum exquirẽda ſunt: ita æſtimandũ eſt, & in
nobis. Et eñi intellectũ colligere & ordinare
ſermonẽ & curioſi⁹ partes ſingulas quaſq;
diſquirere hiſtoriæ cõgruit auctori: breuita
tẽ uero dictionis ſectari, & executiones re-
rum uitare breuianti cõcedendum eſt. Hinc
ergo narrationẽ incipiemus: de ꝑfatione tm̃
dixiſſe ſufficiat. Stultũ etenim eſt ante hiſto-
riã effluere in ipſa autem hiſtoria ſuccingi.

Capitulum.3.

1 IGitur cũ ſancta ciuitas habita
retur in oĩ pace: leges autẽ ad-
huc optime cuſtodirenť ꝓpter
Oniæ pontificis diſpõnem &
pietatẽ & aĩos odio habentes
mala: fiebat ut ipſi reges & pri
cipes locũ ſummo honore dignũ ducerẽt, &
tẽplũ maximis muneribus illuſtrarẽt: ita ut
Seleucus Aſiæ rex de redditib⁹ ſuis ꝑſtaret
oẽs ſũpt⁹ ad miniſteriũ ſacrificiorũ ptinen-
2 tes. ❡ Simõ aũt de tribu Biniamin ꝑpoſit⁹
tẽpli cõſtitut⁹ cõtendebat obſiſtẽre ſibi prin
cipe ſacerdotũ: iniquũ aliqd i ciuitate moli-
ri. Sed cũ uincere Oniam nõ poſſet: uenit ad
Appolliniũ tharſęę filiũ, q illo tpe erat dux
Cœleſyriæ & phœnicis, & nũciauit ei pecu
uqsinum: rabilib⁹ plenũ eẽrariũ Ieruſalem

et cõmunes copias immẽſas eſſe, quæ nõ pertinent
ad rationẽ ſacrificiorũ, eſſe aũt poſſibile ſub po
3 teſtate regis cadere uniuerſa. ¶ Cũq; retuliſ-
ſet ad regem Apollonius de pecunijs q̃ delatæ
erãt, ille accitũ Heliodorũ qui erat ſuper nego
cia eius miſit cũ mandatis ut p̃dictã pecuniam
trãſportaret. Statimq; Heliodorus iter eſt ag-
greſſus: ſpecie quidẽ quaſi per Cœleſſyriam &
Phœnicem ciuitates eſſet peragraturꝰ, re uera
autẽ regis propoſitũ perfecturus. Sed cum ue
niſſet Ieruſalam & benigne à ſummo ſacerdo
te in ciuitate eſſet exceptus, narrauit de dato
indicio pecuniarum, & cuiꝰ rei gratia adeſſet
aperuit. Interrogabat autẽ ſi uere hæc ita eſ-
4 ſent. ¶ Tunc ſummus ſacerdos oſtẽdit depo-
ſita eſſe, hæc ad uictualia uiduarum & pupillo-
rum, quædam uero eſſe Hircani Thobiæ uiri
ualde eminẽtis in his quæ detulerat impiꝰ Si-
mon. Vniuerſa autem argẽti talenta eſſe qua-
dringẽta, & auri ducẽta: decipi uero eos q cre
didiſſent loco & templo quod per uniuerſum
mundũ honoratur pro ſui ueneratione & ſan
5 ctitate, omino impoſſibile eſſe. ¶ At ille p his
quæ habebat in mãdatis à rege dicebat omni
genere regi ea eſſe deferenda. Conſtituta aũt
die intrabat de his Heliodorus ordinaturus.
Non modica uero per uniuerſam ciuitatẽ erat
trepidatio. Sacerdotes autẽ ante altare cũ ſto-
lis ſacerdotalibus iactauerũt ſe, & inuocabant
de cœlo eum qui de depoſitis legem poſuit, ut
6 his qui depoſuerãt ea ſalua cuſtodiret. ¶ Iam
uero qui uideret ſummi ſacerdotis uultũ mẽte
uulnerabatur. Facies enim & color immutatꝰ,
declarabat internum animi dolorem. Circũfu
ſa enim erat mœſticia quædam uiro, & horror
corporis per quem manifeſtus aſpicientibꝰ do
lor cordis eius efficiebatur. Alij etiam congre
gati de domibus confluebant publica ſuppli-
catione obſecrantes, pro eo ꝙ in contemptum
locus eſſet uenturus, accinctæq; mulieres cili
cijs pectus per plateas confluebant, ſed & uir
gines quæ concluſæ erant procurrẽbant ad
Oniã, aliæ autem ad muros, quædam uero per
feneſtras aſpiciebant, uniuerſæ autem proten
dentes manus in cœlum deprecabantur. Erat
enim miſera commixtæ multitudinis & ma-
gni ſacerdotis in agone conſtituti expectatio.
Et hi quidem inuocabant omnipotentem deũ,
ut credita ſibi his qui crediderant cum omni
7 integritate conſeruarentur. ¶ Heliodorus
autem quod decreuerat perficiebat, eodem lo
co ipſe cum ſatellitibus circa ærarium præſens.
Sed ſpiritus omnipotentis dei magnam fecit
ſuæ oſtenſionis euidentiam, ita ut omnes qui
auſi fuerant parere ei, ruẽtes dei uirtute, in diſ
ſolutionem, & formidinem conuerterentur.
Apparuit enim illis quidam equus terribilem
habens ſeſſorem, optimis operimentis ador-
natus. Iſq; cum impetu Heliodoro priores cal
ces eliſit. Qui autem ei ſedebat uidebatur ar-
8 ma habere aurea. ¶ Alij etiam apparuerunt
duo iuuenes uirtute decori, optimi gloria, ſpe
cioſiq; amictu qui circunſteterunt eum, & ex
utraq; parte flagellabãt ſine intermiſſione mul
tis plagis uerberantes. Subito autem Heliodo
rus concidit in terram, eumq; multa caligine
circunfuſum rapuerunt, atq; in ſella geſtatoria
poſitum eiecerunt. Et is qui cum multis curſo-
ribus, & ſatellitibus prædictum ingreſſus eſt
ærarium, portabatur, nullo ſibi auxilium fe-
9 rente, manifeſta dei cognita uirtute. ¶ Et il-
le quidem per diuinam uirtutem iacebat mu-
tus, atq; omni ſpe, & ſalute priuatus. Hi autem
dominum benedicebant, quia magnificabat
locum ſuum & templum, quod pauloante ti-
more ac tumultu erat plenum, apparente om-
nipotẽte domino gaudio & lætitia impletum
10 eſt. ¶ Tunc uero ex amicis Heliodori quidam
rogabant confeſtim Oniam ut inuocaret altiſ-
ſimum, ut uitam donaret ei, qui in ſupremo ſpi-
ritu erat conſtitutus. Conſiderans autem ſum-
mus ſacerdos ne forte rex ſuſpicaretur mali-
tiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum
conſummata, obtulit pro ſalute uiri hoſtiam ſa
lutarem. Cumq; ſummus ſacerdos exoraret,
ijdem iuuenes eiſdem ueſtibus amicti aſtantes
Heliodoro dixerunt. Oniæ ſacerdoti gratias
age, Nam propter eum dominus tibi uitam do
nauit. Tu autem à deo flagellatus nuncia om-
nibus magnalia dei & poteſtatem. Et his dictis
11 non comparuerunt. ¶ Heliodorus autem ho
ſtia deo oblata, & uotis magnis p̃miſſis ei qui
uiuere illi conceſſit, & Oniæ gratias agens, re
cepto exercitu repedabat ad regem. Teſtaba-
tur autem omnibus ea quæ ſub oculis ſuis ui-
derat opera magna dei. Cum autem rex inter-
rogaſſet Heliodorum quis eſſet aptus adhuc
ſemel Ieruſalam mitti ait. Si quem habes ho-
ſtem aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, &
flagellatum eum recipies, ſi tamen euaſerit, eo
ꝙ in loco ſit uere dei quædam uirtus. Nam ipſe
qui habet in cœlis habitationem uiſitator, &
adiutor eſt loci illius, & uenientes ad male fa-
ciendum percutit ac perdit. Igitur de Heliodo
ro & ærarij cuſtodia ita res ſe habet.

Capitulum.4.

1 SImon autem prædictus pecunia
rum, & patriæ delator male lo-

quebatur de Onia, tanq̃ ipſe Heliodorum in-
ſtigaſſet ad hæc, & ipſe fuiſſet inuentor malo-
rum, prouiſoremq́ ciuitatis ac defenſorē gen-
tis ſuæ, & æmulatorem legis dei audebat inſi-
diatorem regni dicere. Sed cum inimicitiæ in
tantum procederēt ut etiam per quoſdam Si-
monis neceſſarios homicidia fierent, & conſi-
derans Onias periculum contētionis & Apol
lonium inſanire utpote ducem Cœleſyriæ, &
Phœnicis, ad augendum malitiam Simonis,
ad regem ſe contulit non ut ciuium accuſator
ſed communem utilitatem apud ſemetipſum
uniuerſæ multitudinis conſiderans. Videbant
enim ſine regali prouidentia impoſſibile eſſe
pacem rebus dari, nec Simonem poſſe ceſſare
2 à ſtultitia ſua. ¶ Sed poſt Seleuci uitæ exceſ-
ſum cum ſuſcæpiſſet regnum Antiochus qui
nobilis appellabatur ambiebat Iaſon frater
Oniæ ſummum ſacerdotiū, adito rege promit
tens ei argenti talenta trecenta ſexaginta, &
ex redditibus alijs talenta octoginta. Super
hoc promittebat & alia centum quinquagin-
ta, ſi poteſtati eius concederetur Gymnaſium
& Ephœbiam ſibi cōſtituere, & eos qui in Ie-
3 ruſalām erāt Antiochenos ſcribere. ¶ Quod
cum rex annuiſſet, & obtinuiſſet principatum
ſtatim ad gentilem ritum contribules ſuos trāſ
ferre cœpit. Et amotis his q̃ humanitatis cauſa
Iehudæis à regibus fuerāt conſtituta, per Io-
annem patrem Eupolemi qui apud Romanos
de amicitia & ſocietate functus eſt legatione
legitima ciuium iura deſtituens, praua inſtitu-
ta ſanciebat. Etenim auſus eſt ſub ipſa arce Gym
naſium conſtituere, & optimos quoſq́ Ephœ-
4 borum in lupanarib' ponere. ¶ Erat autem
hoc non initium ſed incrementum quoddam
& profectus gentilis & alienigenæ conuerſa-
tionis propter impij & non ſacerdotis Iaſonis
nepharium & inauditum ſcelus, ita ut ſacerdo
tes iam non circa altaris officia dediti eſſent,
ſed contempto templo & ſacrificijs neglectis
feſtinarent participes fieri palæſtræ, & præbi
tionis eius iniuſtæ, & in exercitijs diſci, & par
tios quidem honores nihil habentes græcas
glorias optimas arbitrabantur. Quarum gra-
tia periculoſa eos contentio habebat, & eorū
inſtituta æmulabantur, ac per omnia his con-
ſimiles eſſe cupiebant, quos hoſtes & peremp-
tores habuerant. In leges enim diuinas impie
agere impune non cedit. Sed hoc tempus ſe-
5 quens declarabit. ¶ Cum autem quinquēna
lis Agon tyro celebraretur, & rex præſens eſ-
ſet, miſit Iaſon facinoroſos ab Ieruſalām ui-
ros peccatores portantes argenti didrachmas
trecentas in ſacrificium Herculis, quas poſtu-
lauerunt hi qui aſportauerant ne in ſacrificijs
erogarentur, quia non oporteret: ſed in alios
6 ſumptus eas deputari. ¶ Sed hæc oblata ſunt
quidem ab eo qui miſerat in ſacrificiū Hercu-
lis, propter præſentes autem datæ ſunt in fabri
cam nauium triremium. Miſſo autem in Aegy
ptum Apollonio Neſthei filio propter prima-
tes Ptolomei Philometoris regis, cum cogno
uiſſet Antiochus alienum ſe à negocijs regni
effectum proprijs utilitatibus conſulens, pro-
fectus inde uenit Ioppen & inde Ierl'm. Et ma
gnifice ab Iaſone & ciuitate ſuſceptus, cum fa
cularum luminibus & laudibus ingreſſus eſt,
& inde in Phœnicem exercitum conuertit.
7 ¶ Et poſt triennij tempus miſit Iaſon Mene-
laum ſupradicti Simonis fratrem portantem
pecunias regi & de negocijs neceſſarijs reſpō
ſa perlaturum. At ille commendatus regi cum
magnificaſſet faciem poteſtatis eius, in ſemet-
ipſum retorſit ſummum ſacerdotium, ſuppo-
nens Iaſoni talenta argenti trecenta. Acceptiſ
q́ à rege mandatis uenit, nihil quidem habens
dignum ſacerdotio: animus uero crudelis ty-
ranni & feræ beluæ iram gerens. Et Iaſon qui
dem qui proprium fratrem captiuauerat, ipſe
deceptus profugus in Hammanitem expulſus
8 eſt regionem. ¶ Menelaus autem principatū
quidem obtinuit, de pecunijs uero regi pro-
miſſis nihil agebat, cum exactionē faceret So-
ſtratus qui arci erat præpoſitus. Nam ad hunc
exactio uectigalium pertinebat. Quā ob cau-
ſam utrique ad regem ſūt euocati. Et Menelaus
amotus eſt à ſacerdotio ſuccedente Lyſimacho
fratre ſuo. Soſtratus autē prælatus eſt Cyprijs.
9 ¶ Et cum hæc agerentur contigit Tharſen-
ſes & Mallotas ſeditionem mouere eo q̄ An-
tiochi regis concubinæ dono eſſent dati. Feſti
nanter itaq́ rex uenit ſedare illos, relicto ſuf-
fecto uno ex comitib' ſuis Andronico. Ratus
autem Menelaus accepiſſe ſe tempus opportu
num aurea quædam uaſa è templo furatus do
nauit Andronico, & alia uendiderat Tyro, &
per uicinas ciuitates. Quod cum certiſſime co
gnouiſſet Onias arguebat eum, ipſe in loco tu
to ſe continens Antiochiæ ſecus Daphnē. Vn-
de Menelaus accedens ad Andronicum, roga-
bat ut Oniam interficeret. Qui cū ueniſſet ad
Oniam & datis dextris cum iureiurando q̃-
uis eſſet ei ſuſpectus ſuaſiſſet de Aſylo proce-
dere, ſtatim eum peremit non ueritus iuſtitiā.
Ob quam cauſam non ſolum Iehudæi, ſed etiā
aliæ quoq́ nationes indignabantur, & mole-
10 ſte ferebant de nece tanti uiri iniuſta. ¶ Sed
regreſſum regem de Ciliciæ locis adierunt Ie-
hudæi apud Antiochiam ſimul & Græci con-

queretes de iniqua nece Oniæ. Cōtriſtatus
itaq; eſt animo Antiochus propter Oniā, &
flexus ad miſericordiam lachrymas fudit, re
cordatus defuncti ſobrietatē & modeſtiā. Ac
cenſiſq; animis Andronicū purpura exutum
per totā ciuitatē iubet circūduci, & in eodē
loco in quo in Oniā impietatem cōmiſerat ſa
crilegū uita priuari, dn̄o illi condignā retri
11 buente pœnā. ¶ Multis aūt ſacrilegijs in tē
plo à Lyſimacho cōmiſſis Menelai cōſilio, &
diuulgata fama, cōgregata eſt multitudo ad
uerſum Lyſimachū multo iā auro exportato.
Turbis aūt inſurgētibus, & animis ira reple
tis Lyſimach' armatis fere tribus milibus ini
quis manibus uti cœpit, duce quodā tyrāno
ætate pariter, & demētia prouecto. Sed ut in
tellexerūt conatū Lyſimachi, alij lapides alij
fuſtes ualidos arripuere qdam uero cinerem
in Lyſimachū iecere. Et multi quidē uulnera
ti quidē uulnerati quidē uulnerati quidā au
tem & proſtrati, oēs uero in fugam conuerſi
ſunt. Ipſum etiā ſacrilegū ſec' ærariū interfe
12 cerūt. ¶ De his ergo cœpit iudicium aduer
ſus Menelaū agitari. Et cū ueniſſet rex Tyrū
ad ipſum negociū detulerūt miſſi tres uiri à
ſenioribus. Et cū ſuperaretur Menelaus ꝓmi
ſit Ptolomeo multas pecunias dari ad ſuadē
dū regi. Itaq; Ptolomeus in quodā atrio poſi
tū quaſi refrigerādi gratia regē adijt, & de
duxit à ſententia, & Menelaū quidē uniuer
ſæ malitiæ reū criminibus abſoluit, miſeros
aūt qui etiam ſi apud Scythas cauſam dixiſ
ſent innocentes iudicarētur hos morte dāna
uit. Cito ergo in iuſtā pœnā dederūt, qui pro
ciuitate, & populo, & ſacris uaſis cauſam ꝓ
ſecuti ſunt. Quāobrē Tyrij quoq; indignati,
erga ſepulturā eorū liberaliſſimi extiterunt.
13 ¶ Menelaus autem propter auaritiam eo
rum qui in potentia erant permanebat in
poteſtate, creſcens in malitia ad inſidias
ciuium.

Capitulum. 5.

1 EOdē tpe Antioch' ſecūdam
ꝓfectionē parauit in Ae
gyptū. Cōtigit aūt ꝑ uni
uerſā Ieruſalē ciuitatē
uideri dieb' quadraginta
ꝑ aera eqtes diſcurrētes
auratas ſtolas hn̄tes, &
haſtas quaſi cohortes ar
matas, & curſ' equorū ꝑ ordines digeſtos, &
cōgreſſiōes fieri comin', & ſcutorū mot', &
galeatorū multitudinē gladijs diſtrictis, et te
lorū iact', & aureorū armorū ſplendorē oiſq;
gn̄is loricarū. Quapropter oēs rogabāt i bo
2 num monſtra conuerti. ¶ Sed cum falſus ru
mor exiſſet, tanq̄ uita exceſſiſſet Antiochus
aſſumpt' Iaſon non minus mille uiris aggreſ
ſus eſt ciuitatē repēte. Et ciuib' ad murū cō
uolantib' ad ultimū apꝓhenſa ciuitate Mene
3 laus fugit in arcē. ¶ Iaſon uero nō parcebat
in cæde ciuib' ſuis, nec cogitabat ꝓſperitatē
aduerſum cognatos, malū eſſe maximū arbi
trans hoſtiū, & nō ciuiū ſe trophea capturū.
Et pricipatū qdē nō obtinuit, finē uero inſi
diarū ſuarū cōfuſionē accepit, et ꝓfug' iterū
abijt in Hāmanitē. Ad ultimū i exitiū ſui con
cluſus ab Aretha Arabū tyrāno fugiēs de ci
uitate in ciuitatem omnibus odioſus ut refu
ga legū, & execrabilis ut patriæ, & ciuiū ho
4 ſtis, i Aegyptū extruſ' eſt. ¶ Et q multos de
pr̄ia ſua expulerat peregre perijt Lacedæmo
nas ꝓfect' quaſi ꝓ cognatiōe ibi refugiū ha
biturus. Et qui inſepultos multos abiecerat,
ipſe & illamentatus, & inſepultus abijcitur,
& ſepultura neq; peregrina uſus, neq; patrio
5 ſepulchro participās. ¶ His itaq; geſtis ſu
ſpicatus eſt rex ſocietatē deſerturos Iudæos.
Et ob hoc profectus ex Aegypto effe
ratis animis ciuitatem quidem armis cæpit.
Iuſſit aūt militib' ītерficere nec parcere oc
curſantib', & ꝑ domos aſcēdēres trucidare.
Fiebāt ergo cædes iuuenū ac ſeniorū, & mu
lierū, & natorū exterminia, uirginūq;, et pau
6 lorū neces. ¶ Erāt aūt toto triduo octoginta
milia īterfecti, quadraginta milia uicti: nō mi
nus aūt uenūdati. Sed nec iſta ſufficiūt. Auſ'
eſt etiā ītrare tēplū uniuerſa terra ſanct' Me
nelao ductore q legū, & pr̄iæ fuit ꝓditor, &
ſceleſtis manib' ſumēs ſacta uaſa q̄ ab alijs re
gib', & ciuitatib' erāt poſita ad ornatū loci,
& gl̄iam, cōtrectabat īdigne, et cōtaminabat
Ita alienat' mēte Antioch', nō cōſiderabat q͂
ꝓpter pctā habitantiū ciuitatē modicū deus
fuerat irat'. Propter qd' & accidit circa locū
deſpectio. Alioqn niſi contigiſſet eos multis
pctis eē inolutos, ſicut Heliodor' qui miſſus
eſt à Seleuco rege ad expoliandū ærariū: etiā
hic ſtatim adueniēs, flagellatus, & repulſus
7 utiq; fuiſſet ab audacia. ¶ Verū nō ꝓpter lo
cū gentē, ſed propter gentē locū deus elegit.
Ideoq;, & ipſe loc' particeps factus eſt popu
li malorum, poſtea autem fiet ſocius bono
rum. Et q derelict' in ira dei oīpotētis eſt, ite
rū in magni dn̄i recōciliatione cū ſumma glo
8 ria exaltabitur. ¶ Igit' Antiochus mille, &
octingentis ablatis de templo talentis uelo
citer Antiochiam regreſſus eſt, exiſtimans

ſe præ ſuperbia terrã ad nauigãdũ,pelagus
uero ad iter agendũ deducturũ ꝓpter mẽtis
elationẽ.Reliquit aũt ꝓpoſitos ad affligen-
dam gentem Ieruſaláim qdẽ philippũ gene
re phrygẽ:morib⁹ crudeliorẽ eo ipſo à quo
cõſtitutus eſt:in Gherizin aũt Andronicũ &
Menelaũ qui grauius q̃ cæteri imminebãt
ciuibus.Cũq; appoſit⁹ eẽt cõtra Iehudæos:
miſit odioſum principẽ Apolloniũ cũ exerci
tu uiginti & duob⁹ milibus ꝓcipiens eis oẽs
ꝑfectæ ætatis īterficere:mulieres ac iuuenes
ac uirgines uendere.Qui cũ ueniſſet Ieruſa-
láim pacẽ ſimulãs quieuit uſq; ad diẽ ſanctũ
ſabbati.Et tunc feriatis Iehudæis arma cape
re ſuis præcepit.Oẽſq; ſimul q ad ſpectaculũ
ꝓceſſerãt trucidauit.Et ciuitatẽ cũ armatis
diſcurrens ingentẽ multitudinem peremit.
Iehudáh aũt Maccabæus q decimus fuerat
ſeceſſerat in deſertũ locum:ibiq; inter feras
uitam in mõtibus cũ ſuis agebat,& fœni ci-
bo ueſcentes demorabantur ne participes
eſſent coinquinationis.

Capitulum.6.

1 SEd non poſt multũ tẽporis mi
ſit rex ſenẽ quendã Antioche
nũ q cõpelleret Iehudæos ut
ſe transferrent à patrijs & dei
legibus: cõtaminare etiã qđ
in Ieruſaláim erat tẽplũ & co
guominare Iouis olympij & in Gherizin,put
erãt hi q locũ inhabitabant Iouis hoſpitalis.
Peſſima aũt & uniuerſis grauis erat malorũ
īcurſio.Nã tẽplũ luxuria & cõmeſſatiõib⁹ gẽ
tiũ erat plenũ, & ſcortãtiũ cũ meretricib⁹:
ſacratiſq; ædib⁹ mulieres ſe ultro ingerebãt
intro ferẽtes ea q̃ nõ licebãt altare etiã plenũ
erat illicitis q̃ legib⁹ ꝓhibebant. Neq; autẽ
ſabbata cuſtodiebantur: neq; dies ſolennes
patrij ſeruabantur,nec ſimpliciter ſe quiſq;
Iehudæũ cõfitebatur Ducebant aũt cũ ama
ra neceſſitate in die natalis regis ad ſacrificia.
2 ¶ Et cũ Liberi ſacra celebrarent:cogebant
hedera coronati Libero circuire.Decretũ ãt
exijt in proximas ciuitates gẽtilium ſugge-
rentibus Ptolomeis,ut pari modo & ipſi ad
uerſus Iehudæos agerent ut ſacrificarent:
eos autem qui nollent tranſire ad inſtituta
gentilium interficerent.Erat ergo uidere mi
ſeriã.Duæ enim mulieres delatæ ſunt natos
ſuos circumcidiſſe:quas ad ubera infantibus
ſuſpenſis cum publicæ per ciuitatem circũ-
3 duxiſſent:ꝑ muros præcipitauerunt. ¶ Alij
uero ad proximas coeuntes ſpeluncas, & la
tenter ſabbati diem celebrantes cum iudica
ti eſſent Philippo,flãmis ſuccẽſi ſunt, eo q

uerebãtur ꝓpter religionẽ, & obſeruãtiam
4 manu ſibimet auxiliũ ferre. ¶ Obſecro aũt
eos q hũc librũ lecturi ſunt,ne abhorreſcant
propter aduerſos caſus,ſed reputẽt ea q̃ ac-
ciderũt nõ ad interitũ,ſed ad correptionem
eſſe generis nr̃i.Etenĩ multo tẽpore non ſine
re peccatoribus ex ſentẽtia agere,ſed ſtatim
ultiões adhibere magni bñficij ẽ,indiciũ.Nõ
enĩ ſicut in alijs nationibus dñs patient expe
ctat ut eas cũ iudicij dies aduenerit in pleni-
tudine peccatorũ puniat,ita & in nobis ſta-
tuit ut peccatis noſtris in finem deuolutis ita
demũ in nos uindicet, propter quod nunq̃
quidẽ à nobis miſericordiã ſuã ammouet cor
ripiens uero in aduerſis populũ ſuũ non de-
relinqt.Sed hæc nobis ad cõmonitionẽ legẽ
5 tiũ dicta ſint paucis. ¶ Iam aũt ueniendũ eſt
ad narrationẽ.Igitur Elhazár unus de primo
ribus ſcribarũ uir ætate prouectus, & uultu
decorus aperto ore hiãs cõpellabatur, carnẽ
porcinã mãducare.At ille glorioſiſſimã mor
tem magis q̃ odibilẽ uitã complectens, uo-
luntarie præibat ad ſuppliciũ.Intuẽs aũt quẽ
admodũ oporteret accedere patiẽter ſuſti-
nens deſtinauit nõ admittere illicita propter
6 uitæ amorẽ. ¶ Hi aũt q aſtabãt iniqua miſe
ratiõe cõmoti propter antiquã uiri amicitiã
tollentes eũ ſecreto rogabant afferri carnes
quibus ueſci ei licebat ut ſimularetur mandu
caſſe ſicut rex imperauerat de ſacrificij car-
nibus,ut hoc facto à morte liberaret, & pro
pter ueterẽ uiri amicitiã hanc in eo faciebãt
humanitatẽ.At ille cogitare cœpit ætatis, et
ſenectutis ſuæ eminẽtiã dignam, & ingenuę
nobilitatis caniciem,atq; à puero optimæ cõ
uerſationis actus, & ſecundum ſanctæ, & à
deo conditæ legis conſtituta, reſpondit ci-
to,dicens præmitti ſe uelle in infernum . Nõ
enim ætati noſtræ dignum eſt inquit fingere
ut multi adoleſcentes arbitrantes Elhazar
xc.annorum tranſiſſe ad uitam alienigena-
rum, & ipſi propter meam ſimulationem, &
propter modicum corruptibilis uitæ tem-
pus decipiantur, & per hoc maculam atq;
execrationem meæ ſenectuti conquiram.Nã
etſi in præſenti tempore ſupplicijs hominũ
eripiar,ſed manum omnipotentis nec uiuus
7 nec defunctus effugiam . ¶ Quaobrem
fortiter uitam excedendo,ſenectute quidem
dignus apparebo , adoleſcentibus autem
exemplum forte relinquam ſi prompto ani-
mo ac fortiter pro grauiſſimis ac ſanctiſſi-
mis legibus honeſta morte perfungar .His
dictis confeſtim ad ſupplicium traheba-
8 tur. ¶ Hi autem qui eum ducebant, &

paulo ante fuerant mitiores, in iram conuerſi
ſunt ꝓpter ſermones ab eo dictos, quos illi per
arrogantiam prolatos arbitrabātur. Sed cum
plagis perimeretur, ingemuit & dixit. Domi-
ne qui habes ſanctā ſciētiam, manifeſte tu ſcis:
quia cū à morte poſſem liberari, duros corpo-
ris ſuſtineo dolores, ſecundū animam uero ꝓ-
pter timorem tuum libenter hæc patior. Et iſte
quidem hoc modo uita deceſſit, nō ſolum iuue
nibus, ſed & uniuerſæ genti: memoriam mor
tis ſuæ, ad exemplum uirtutis & fortitudinis
derelinquens.

Capitulum 7.

1 COntigit autē ſeptem fratres una
cum matre ſua appræhenſos cō
pelli à rege edere contra phas
carnes porcinas flagris & tau-
2 reis cruciatos. ¶ Vnus autē ex
illis qui erat prim⁹ ſic ait. Quid
quæris, et quid uis diſcere à nobis. Parati ſum⁹
mori magis ꝙ̄ patrias, & dei leges præuarica-
ri. Irat⁹ itaq; rex iuſſit ſartagines et ollas æneas
ſuccendi, quibus ſtatim ſuccenſis iuſſit ei qui
prior fuerat locutus amputari linguam, & cu
te capitis abſtracta ſummas quoq; mau⁹ & pe
des ei præcidi cæteris eius fratribus & matre
inſpicientibus. Et cum iam per omnia inutilis
factus eſſet, iuſſit ignem admoueri, & adhuc
ſpirantem torreri in ſartagine. In qua cū diu
cruciaretur, cæteri una cum matre inuicem ſe
hortabantur mori fortiter, dicentes. Domin⁹
deus aſpiciet ueritatem, & conſolabitur in no-
bis, quēadmodum in proteſtatione cantici de
clarauit Moiſēh. Et in ſeruis ſuis conſolabitur.
3 ¶ Mortuo itaq; illo primo hoc modo ſequē-
tem deducebant ad illudendum. Et cute capi-
tis eius cum capillis abſtracta, interrogabant ſi
manducaret prius ꝙ̄ toto corpore per mēbra
ſingula puniretur. At ille reſpondēs patria uo
ce dixit. Non faciam. Propter quod & iſte ſe-
quenti loco primi tormenta ſuſcæpit, & in ul-
timo ſpiritu conſtitutus ſic ait. Tu quidem ſce-
leſtiſſime in præſenti uita nos perdis, ſed rex
mundi defunctos nos pro ſuis legibus æternæ
4 uitæ reſurrectione ſuſcitabit. ¶ Poſt hūc ter
tius illuditur, & linguam poſtulatus cito pro-
tulit, & manus conſtanter extendit, & cum fi
ducia ait. E cœlo iſta poſſideo, ſed ꝓpter dei
leges nunc hæc ipſa deſpicio, quoniam ab ipſo
me ea recepturum ſpero. Ita ut rex et qui cum
ipſo erant mirarentur adoleſcentis animum,
5 ꝙ tanq̄ nihil duceret cruciatus. ¶ Et hoc ita
defuncto quartum uexabant ſimiliter torquē

tes. Et cum iam eſſet ad mortem ſic ait. Potius
eſt ab hominibus morti datos ſpem expectare à
deo, iterum ab ipſo reſuſcitandos. Tibi enim
6 reſurrectio ad uitam non erit. ¶ Et cum ad-
mouiſſent quintum uexabant eum. At ille re-
ſpiciens in eum dixit. Poteſtatem inter homi-
nes habens, cū ſis corruptibilis facis quod uis.
Noli autem putare genus noſtrum à deo eſſe
derelictum. Tu autem patienter ſuſtine, & ui-
debis magnam poteſtatem ipſius qualiter te
7 & ſemen tuum torquebit. ¶ Poſt hunc duce
bant ſextum. Et is mori incipiens ſic ait. Noli
fruſtra errare. Nos enim propter noſmetipſos
hoc patimur peccātes in deum noſtrum, & di
gna ammiratione facta ſunt in nobis. Tu au-
tem ne exiſtimes tibi impune futurum, quod
8 contra deum pugnare tentaueris. ¶ Supra
modum autem mater mirabilis & bonorū me
moria digna quæ pereuntes ſeptem filios ſub
unius diei tempore conſpiciens, bono animo
ferebat ꝓpter ſpem quam in deo habebat, ſin
gulos illorum hortabatur uoce patria fortiter
repleta ſapientia, & fœmineæ cogitationi ma
ſculinum animum inſerēs dixit ad eos. Neſcio
qualiter in utero meo apparuiſtis. Neq; enim
ego ſpiritum & animam donaui uobis, & ui-
tam & ſingulorum membra non ego ipſa cō-
pegi. Sed enim mūdi creator qui formauit ho
minis natiuitatem quiq; omnium inuenit ori-
ginem, & ſpiritum uobis iterum cum miſeri-
cordia reddet & uitam, ſicut nunc uoſmetip-
9 ſos deſpicitis propter leges ei⁹. ¶ Antiochus
autem contemni ſe arbitratus, ſimul & expro
brantis uoce deſpecta, cum adhuc adoleſcen-
tior ſupereſſet, non ſolum uerbis hortabatur,
ſed & cum iuramento affirmabat diuitem ſe
& beatum facturum, et tranſlatum a patrijs le
gibus amicum habiturum, et res neceſſarias ei
præbiturum. Sed ad hæc cum adoleſcens ne-
quaq; inclinaretur, uocauit rex matrē, & ſua-
10 debat ei ut adoleſcenti fieret in ſalutem. ¶ Cū
autem multis eam uerbis eſſet hortatus promi
ſit ſuaſuram ſe filio ſuo. Itaq; inclinata ad illum
irridens crudelem tyrannū ait patria uoce. Fi
li mi miſerere mei quæ te in utero nouem men
ſibus portaui, & lac triennio dedi & alui, & in
ætatē iſtā ꝑduxi. Peto nate ut aſpicias ad cœlū
& terram, & ad omnia quæ in eis ſunt, & intel
ligas quia ex nihilo fecit illa deus & hominum
genus. Ita fiet ut non timeas carnificem iſtum,
ſed dignus fratribus tuis effectus particeps ſu
ſcipe mortem, ut in illa miſeratione cum fratri
11 bus tuis te recipiam. ¶ Cum hæc illa adhuc
diceret ait adoleſcens. Quem ſuſtinetis? Non
obedio præcepto regis, ſed ꝑcepto legis quæ

data eſt nobis per Moſeh. Tu uero qui inuen-
tor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non
effugies manũ dei. Nos enim pro peccatis no-
ſtris hoc patimur. Et ſi nobis propter increpa-
tionem & correptionem dominꝰ deus noſter
modicum iratꝰ eſt, ſed iterum reconciliabitur
12 ſeruis ſuis ¶ Tu autem o ſceleſte & omnium
hominũ flagitioſiſſime noli fruſtra extolli ua-
nis ſpeciebus in ſeruos eius inflammatus. Nõ-
dum enim omnipotentis dei & omnia inſpiciẽ-
tis iudicium effugiſti. Nam fratres mei modi-
co nunc dolore ſuſtentato ſub teſtamẽto æter-
næ uitæ effecti ſunt, tu uero iudicio dei iuſtas
ſuperbiæ tuæ pœnas exolues. Ego autẽ ſicut
& fratres mei animam & corpus meum trado
pro patrijs legibus inuocans deum maturius
genti noſtræ propitium fieri, teq; cum tormen-
tis & uerberibus confiteri ꝙ ipſe eſt deus ſo-
lus. In me uero & in fratribus meis deſinet om-
nipotentis ira, quæ ſuper omẽ genus noſtrum
13 iuſte ſuperducta eſt. ¶ Tunc rex accenſus ira,
in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit, indi-
gne ferẽs ſe deriſum. Et hic itaq; mũdus obijt,
per omnia in domino confidens. Nouiſſime au-
tem poſt filios & mater conſumpta eſt. Igitur
de ſacrificijs, & de nimijs crudelitatibus ſatis
dictum eſt.

Capitulum. 8.

1 IEhudah uero maccabæꝰ, & qui
cum illo erant introibant laten-
ter in caſtella, & cõuocantes co-
gnatos & amicos, & eos q per-
manſerant in iudaiſmo aſſumen-
tes eduxerunt ad ſe ſex milia uiros, Et inuoca
bant dominum ut reſpiceret in populum qui
ab omnibus calcabatur & miſereretur templo
quod contaminabat ab impijs. Miſereret etiã
exterminio ciuitatis quæ eſſet ilico complanã-
da, & uocem ſanguinis ad ſe clamantis audi-
ret. Memoraretur quoq; iniquiſſimas mortes
paruulorum innocentium, & blaſphemias no-
mini ſuo illatas, & indignaretur ſuper his.
2 ¶ At Maccabæus cõgregata multitudine, in-
tolerabilis gentibus efficiebatur. Ira enim do-
mini in miſericordiam cõuerſa eſt. Et superue-
niens caſtellis & ciuitatibus improuiſus ſuccẽ-
debat eas, & opportuna loca occupãs nõ pau-
cas hoſtium ſtrages dabat. Maxime autem no-
ctibus ad huiuſcemodi excurſus ferebatur, &
3 fama uirtutis eius ubiq; diffundebatur. ¶ Vi-
dens autem Philippus paulatim uirum ad pro
fectum uenire, ac frequentius res ei cedere ꝓ-
ſpere, ad Ptolomeũ ducẽ Cœleſſyriæ & Phœni
cis ſcripſit, ut auxilium ferret regis negocijs.
At ille uelociter miſit Nicanorem Patrocli de

primoribus amicum, datis ei de permixtis gẽ-
tibus armatis, non minꝰ uiginti milibus, ut uni
uerſum Iehudæorum genus deleret adiuncto
ei & Gorgia uiro militari, & in bellicis rebus
4 experientiſſimo. ¶ Conſtituit autem Nica-
nor ut regi tributum quod Romanis erat dan
dum duo milia talẽtorum de captiuitate Iehu-
dæorum suppleret. Statimq; ad maritimas ciui
tates miſit conuocans ad coemptionem Iehu-
daicorum mancipiorum, promittens ſe nona-
ginta mancipia talento diſtracturum, non re-
ſpiciens ad uindictam quæ eũ ab omnipotente
5 eſſet conſecutura. ¶ Iehudah aũt ubi compe
rit, indicauit his qui ſecum erant Iehudæis Ni-
canoris aduentũ. Ex quibus quidam formidã-
tes, & non credentes dei iuſtitiæ in fugam uer
tebantur: alij uero ſi qui de his ſupererant uē-
ndebant ſimulq; dominũ deprecabantur, ut eri
peret eos ab impio Nicanore qui eos priuſquã
cõminus ueniret uendiderat. Et ſi non propter
eos, propter teſtamentum tamen quod erat ad
patres eorum, & propter inuocationem ſancti
6 & magnifici nominis eius ſuper ipſos. ¶ Con
uocatis autem Maccabæus ſeptem milibus qui
cum ipſo erant rogabat ne hoſtibus reconcilia
rentur, neq; metuerent inique uenientium ad-
uerſum ſe hoſtium multitudinem, ſed fortiter
contenderent ante oculos habentes contume
liam quæ loco ſancto ab his iniuſte eſſet illata:
itẽq; et ludibrio habitæ ciuitatis iniuriã, adhuc
etiam ueterum inſtituta conuulſa. Nam illi qui
dẽ armis confidũt ait ſimul & audacia, nos au
tẽ in oĩpotente dño qui põt & uenientes aduer
ſum nos, & uniuerſum mundũ uno nutu dele
7 re cõfidimꝰ. ¶ Ammonuit autẽ eos & de au-
xilijs dei quæ facta ſunt erga parẽtes, et ꝙ ſub
Sancheriſb centũ octogintaquinq; milia perie
rũt, & de prælio quod eis aduerſus Galathas
fuit in Babylonia, ut oẽs ubi ad rẽ uentum eſt
Macedonibꝰ ſocijs hæſitãtibꝰ, ipſi ſex milia ſo
li peremerũt centum uiginti milia ꝓpter auxi
liũ illis datũ de cœlo, & bñficia ꝓ his plurima
cõſecuti ſunt. His uerbis cõſtantes effecti ſunt,
8 & ꝓ legibꝰ & patria mori parati. ¶ Cõſtituit
itaq; fratres ſuos duces utriq; ordini Simonẽ
& Ioſephũ, & Ionathã ſubiectis unicuiq; mil-
lenis & quingẽtenis, ab hoc etiã ad Hezra le-
cto illi ſcrõ libro & dato ſigno adiutorij dei in
prima acie ipſe dux cõmiſit cũ Nicanore. Et fa
cto ſibi adiutore oĩpotẽte, interfecerũt ſup no
uẽ milia hoĩm, maiorẽ aũt partẽ exercitꝰ Nica-
noris uulneribꝰ debilẽ factã fugere cõpulerũt.
Pecunijs uero coꝝ q ad emptionẽ ipſoꝝ uene-
rãt ſublatis ipſos uſq; quaq; ꝓſecuti ſũt. Sed re
uerſi ſunt ora concluſi, nã erat ante ſabbatum.

Quā ob cām nō pſenerauerūt inſequētes:ar
ma aūt ipſorꝝ & ſpolia cōgregantes ſabba-
tum agebāt bñdicētes dñm q liberauit eos
in iſto die miſericordiæ.Initiū ſtillās in eos.
9 ❡Poſt ſabbatum uero debilibus & orpha
nis uiduis diuiſerūt ſpolia,& reſidua ipſi cū
ſuis habuere.His itaqꝫ geſtis & cōmuniter
ab oībus facta obſecratione:miſericordem
dñm poſtulabāt:ut in finē ſeruis ſuis recōci
liaretur.Et ex his q cum Timotheo & Bachi
de erant cōtra ſe cōtendentes ſup uiginti mi
lia interfecerūt,& munitiones excelſas obti
nuerunt & plures prædas diuiſerūt:ęquam
portionem debilibus pupillis & uiduis:ſed
10 & ſenioribus facientes. ❡Et cū arma eorū
diligēter collegiſſent:oīa cōpoſuerunt locis
opportunis.Reſidua uero ſpolia Ieruſaláim
detulerunt,& Philarchē qui cū Timotheo
erat interfecerūt uirū ſceleſtum: q in multis
Iehudæos afflixerat.Et cū Epinichia agerēt
in Ieruſaláim eos qui ſacras ianuas incende-
runt ideſt Caliſtenē cū in quoddā domiciliū
refugiſſent incēderūt:& digna eis mercede
ꝓ īpietatibus ſuis reddita.Facinoroſiſſimus
autem Nicanor q mille negociātes ad Iehu-
dæorum uēditionē adduxerat humiliat⁹ au-
xilio dñi ab his quos nullos exiſtimauerat:
depoſita ueſte glorię p mediterranea fugiēs
ſolus uenit Antiochiā ſummā infœlicitatem
de interitu ſui exercitus cōſecutus.Et qui ꝓ
miſerat Romanis ſe tributum reſtituere de
captiuitate Ieruſaláim:prædicabat nūc ꝓte
ctorem deum habere Iehudæos,& ob ipſum
īuulnerabiles eſſe:eo ꝙ ſequerentur leges
ab ipſo conſtitutas.

Capitulum.9.

1 EOdē tēpore Antiochus inhoneſte
reuertebaṫ de Perſide. Intrauerat
enī in cāꝗ dicitur Perſipolis & ten
tauit expoliare tēplum & ciuitatē
opprimere.Sed multitudine ad arma cōcur
rente ,in fugā uerſi ſunt,& ita cōtigit ut An
2 tiochus poſt fugā turpiter rediret. ❡Et cū
ueniſſet circa Egbathanam recognouit quæ
erga Nicanorē & Timotheū geſta ſunt.Elat⁹
aūt in ira arbitrabatur ſe iniuriam illorꝝ qui
ſe fugauerant poſſe in Iehudæos retorque-
re.Ideoqꝫ iuſſit agitari currū ſuū ſine inter-
miſſione agens iter:celeſti eum iudicio per-
urgēte:eo ꝙ ita ſuperbe locutus eſt ſe uentu
rum,Ieruſaláim,& cōgeriē ſepulchri Iehu-
3 dæorū eā facturū. ❡Sed q uniuerſa cōſpi-
cit dñs de⁹ Iſrael ꝑcuſſit eū in ſanabili & inui-
ſibili plaga.Vt enī finiuit hunc ipſum ſermo
nē,appræhendit eum dolor dirus uiſcerum,
& amara internorū tormenta. Et quidē ſatis
iuſte.Quippe qui multis,& nouis cruciati-
bus aliorū torſerat uiſcera licet ille nullo mo
do à ſua malitia ceſſaret,ſuper hoc aūt ſuper
bia replet⁹ ignē ſpirans animo in Iehudæos,
& præcipiens accelerari negociū:contigit il
lum impetu eūtem de curru cadere,& graui
corporis colliſione membra uexari . Iſqꝫ qui
ſibi uidebatur etiam fluctibus maris impera
re,ſupra humanum modū ſuperbia repletus,
& montiū altitudines in ſtatera appendere
nunc humiliatus ad terram in geſtatorio por
tabatur,manifeſtam dei uirtutem in ſemetip
ſo cōteſtans ,ita ut de corpore impij uermes
ſcaturirent ac uiuentes in doloribus carnes
eius effluerent,odore etiam illius, & fœtore
4 exercitus grauaretur . ❡Et qui pauloante
ſidera cœli cōtingere ſe arbitrabatur,cū ne-
mo poterat propter intollerātiā fœtoris por
tare.Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia de
ductus ad agnitionem ſui uenire diuina am-
monitus plaga,per momenta ſingula dolori
bus ſuis augmēta capiētibus . Et cū nec ipſe
iam fœtorē ſuū ferre poſſet, ita ait. Iuſtū eſt
ſubditū eſſe deo,& mortalem non paria deo
5 ſentire. ❡Orabat autē hic ſceleſtus dominū
à quo nō eſſet miſericordiā conſecuturus,&
ciuitatē ad quā feſtinans ueniebat,ut eam ad
ſolū deduceret ac ſepulchrū congeſtorū fa-
ceret,nūc optat liberā reddere,et Iehudæos
quos nec ſepultura quidē ſe dignos habitu-
rū,ſed auibus ac feris diripiendos traditurꝰ:
& cū paruulis exterminaturū dixerat æqua
les nunc Athenienſibus facturū pollicetᷓ.Tē-
plū etiā ſanctū quod prius expoliauerat,op-
timis donis ornaturū,& ſancta uaſa multipli
caturū,& pertinētes ad ſacrificia ſumpt⁹ de
redditibus ſuis ꝓſtaturū,ſuper hæc,& Iehu-
dæū ſe futurū,& omnē locū terræ perābula
6 turū,& ꝓdicaturū dei poteſtatē. ❡Sed non
ceſſantib⁹ dolorib⁹ , ſuꝑuenerat enī in eū iu-
ſtū dei iudiciū,deſperās ſcripſit ad Iehudæ-
os in hūc modū deꝓcatiōis epl'am hæc conti
nentē.Optimis ciuib⁹ Iehudæis plurimā ſalu
tē,& bñ ualere,& eē fœlices,rex & prīceps
Antioch⁹.Si bñ ualetis & filij uſi, & ex ſnīa
uobis cūcta ſunt,maxīas agim⁹ grās.Et ego ī
īfirmitate cōſtitut⁹ ueſtri aūt memor benigne
reuerſ⁹ de Perſidis locis,& īfirmitate graui
appꝑhēſus neceſſariū duxi ꝓ cōi utilitate cu-
rā hr̄e,nō deſperās memet ipm,ſed ſpē multā
7 hn̄s effugiēdi īfirmitatē. ❡Reſpiciēs aūt ꝙ
& pater me⁹ qbus tpib⁹ in locis ſuperioribus

decebat exercitum oſtendit qui poſt ſe ſuſci
peret principatum: ut ſi quid contrarium ac
cideret aut difficile nunciaretur: ſcientes hi
qui in regiōibus erant cui eſſet rerum ſum-
ma derelicta non turbarentur. Ad hæc cōſi-
derans de proximo potentes quoſq; & uici-
nos tēporibus inſidiantes & euentum expe
ctantes: deſignaui filium meum Antiochum
regem quem ſæpe recurrens in ſuperiora re
gna multis ueſtrum cōmendabam, & ſcripſi
ad eum quæ ſubiecta ſunt. Oro itaq; uos &
peto memores beneficiorum publice & pri
uatim: ut unuſquiſq; cōſeruet fidem ad me,
& ad filium meum. Confido enim eum mo-
deſte & humana acturum & ſequentem ꝓpo
8 ſitum meū cōmunem uobis fore. ¶ Igitur
homicida, & blaſphemus peſſime percuſſus
& ut ipſe alios tractauerat peregre in monti
bus miſerabili obitu uita functus eſt. Tranſ-
ferebat autem corpus philippus collactaneꝰ
eius. Qui metuens filium Antiochi ad Ptolo
meum philometorem in Aegyptum abijt.

Capitulum. Io.

1 MAccabæus autem & qui cū
eo erant domino ſe prote-
gente: templum quidem &
ciuitatē recœpit: aras autē
quas alienigenæ ꝑ plateas
extruxerant: itēq; delubra
demolitus eſt. Et purgato templo aliud alta
re fecerunt, & de ignitis lapidibus igne con
cepto ſacrificia obtulerunt poſt biēnium, &
incenſum & lucernas, & panes propoſitiōis
2 poſuerunt. ¶ Quibus geſtis rogabant do-
minum proſtrati in terram: ne amplius talibꝰ
malis inciderēt. Sed & ſi quādo peccaſſent:
ut ab ipſo mitius corriperentur, & non bar-
baris ac blaſphemis hominibus traderētur.
Qua die autem templum ab alienigenis pol
lutum fuerat: contigit eadē die purificatio-
nem fieri uiceſima & quinta mēſis qui fuit
Caſleu. Et cum lætitia diebus octo egerūt in
modum tabernaculorum: recordantes ꝙ an̄
modicum temporis diem ſolēnem taberna-
culorum in montibus & in ſpelūcis more be
ſtiarum egerant. Propter qđ thyrſos & ra-
mos uirides & palmas præferebant ei qui ꝓ
3 ſperauit mundare locum ſuum. ¶ Et decre
uerunt cōmuni præcepto & decreto uniuer
ſæ genti Iehudæorum omnibus annis agere
dies feſtos iſtos. Et Antiochi quidem qui ap
pellatus eſt nobilis uitæ exceſſus ita ſe ha-
4 buit. ¶ Nūc autem de Eupatore Antiochi
impij filio quæ geſta ſunt narrabimus, bre-
uiantes mala quæ in bellis geſta ſunt. Hic em̄
ſuſcepto regno conſtituit ſuper negocia re-
gni Lyſiam quendam phœnicis, & Syriæ mi
litiæ principem. Nam Ptolomeus qui diceba
tur Macer, iuſti tenax erga Iehudæos eſſe cō
ſtituit, et præcipue propter iniquitatem quę
facta erat in eos, & pacifice agere in eis. Sed
ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupatorē,
cum frequenter proditor audiret eo ꝙ Cy-
prum creditam ſibi à Philometore deſeruiſ-
ſet, et ad Antiochum nobilem tranſlatus: etiā
5 ab eo receſſiſſet, ueneno uitā finiuit. ¶ Gor
gias autem cum eſſet dux locorū aſſumptis
aduenis frequenter Iehudæos debellabat. Ie
hudæi uero qui tenebant opportunas muni-
tiones, fugatos ab Ieruſalaim ſuſcipiebant,
& bellare tentabant. Hi uero qui erant cum
Maccabæo per orationes dominum rogātes
ut eſſet ſibi adiutor, impetum fecerunt in mu
nitiones Idumæorum, multaq; ui inſiſtentes
loca obtinuerunt occurrentes interemerūt,
& omnes ſimul non minus uigintiquinq; mi
6 libus trucidauerunt. ¶ Quidam autem cū
confugiſſent in duas turres ualde muniras,
omnem apparatum ad repugnandum haben
tes Maccabæus ad eorum expugnationem
relicto Simone, & Ioſepho itemq; Zachæo,
eiſq; qui cum ipſis erant ſatis multis, ipſe ad
eas quæ amplius perurgebant pugnas cōuer
ſus eſt. Hi uero qui cum Simone erant cupi-
ditate ducti à quibuſdam qui in turribꝰ erāt
ſuaſi ſunt pecunia, & ſeptuaginta milibus
didrachmis acceptis dimiſerunt quoſdam ef
7 fugere. ¶ Cum autem Maccabæo nuncia-
tum eſſet quod factum eſt, principibus popu
li congregatis accuſauit ꝙ pecunia fratres
uendidiſſent aduerſarijs eorum dimiſſis. Hos
igitur proditores factos interfecit, & confe
ſtim duas turres occupauit. Armis autem ac
manibus omnia proſpere agendo in duabus
munitionibus pluſq; uiginti milia peremit.
8 ¶ Et Timotheus qui prius à Iehudæis fue-
rat ſuperatus conuocato exercitu peregrinę
multitudinis, & congregato æquitatu Aſia-
no aduenit quaſi armis Iehudæam capturus.
Maccabæus autem & qui cum ipſo erant ap
propinquante illo deprecabātur dn̄m caput
terra aſpergentes, lumboſq; cilicijs præcin-
cti ad altaris crepidinē prouolui, ut ſibi pro
pitius, inimicis autem eorum eſſet inimicus,
& aduerſarijs aduerſaretur ſicut lex dicit.
9 ¶ Et ita poſt orationem ſumptis armis lon-
gius de ciuitate procedentes, & proximi ho
ſtibus effecti reſederunt. Primo autem ſolis
orta

ortu utriq; cõmiſerunt iſti quidem uictoriæ
& ꝓſperitatis ſponſorem cũ uirtute dñm ha
bentes: illi aũt ducem belli animũ habebãt.
Sed cũ uehemens pugna eſſet: apparuerunt
aduerſarijs de cœlo uiri quinq; in equis fre-
nis aureis decori ducatum Iehudæis p̄ſtan-
tes: ex quibus duo Maccabæum mediũ habẽ
tes armis ſuis circũſeptum incolumẽ conſer
uabãt: in aduerſarios aũt tela & fulmina ia-
ciebãt: ex quo & cæcitate confuſi & repleti
10 perturbatione cadebant. ¶Interfecti ſunt
autem uiginti milia quingenti peditum, &
equites ſexcenti. Timotheus uero confugit
i Ghazerã præſidiũ munitũ cui præerat Ce
reas. Maccabæus aũt & qui cum eo erant læ
tantes obſederũt p̄ſidium diebus quatuor.
At hi qui intus erant loci firmitate confiſi ſu
pra modum maledicebant, & ſermones ne-
phandos iactabant. Sed cum dies quinta il-
luceſceret uiginti iuuenes ex his qui cũ Mac
cabæo erant accenſi animis ꝓpter blaſphe-
miam uiriliter acceſſerunt ad murũ, & fero-
ci animo incẽdentes turres aſcẽdebant: ſed
& alij ſimiliter aſcendentes turres portaſq;
ſuccendere aggreſſi ſunt, atq; ipſos maledi-
cos uiuos cõcremare. Per continuũ autẽ bi-
duum p̄ſidio uaſtato Timotheum occultan-
tem ſe in quodã repertum loco peremerunt:
& fratrem illius Cereã & Apollophanẽ occi
derunt. Quibus geſtis in hymnis & cõfeſſio
nibus benedicebant dñm qui magna fecit in
Iſraël, & uictoriam dedit illis.

Capitulum.II.

1 SEd paruo poſt tempore Ly
ſias procurator regis & ꝓ
pinquus ac negociorũ p̄po
ſitus grauiter ferens de his
q̄ acciderant: congregatis
octoginta milibus & equi-
tatu uniuerſo ueniebat aduerſum Iehudæos
exiſtimãs ſe ciuitatem quidem captã gẽtib'
habitaculũ facturum templum uero in pecu
niæ quæſtum ſicut cætera delubra gentium
habiturũ, & per ſingulos annos uenale ſacer
dotium: nuſq; recogitans dei poteſtatẽ: ſed
mente, effrenatus in multitudine peditũ & in
milibus equitum & in octoginta elephantis
cõfidebat. ¶Ingreſſus autẽ Iehudæã & ap
2 propians Bethſuræ quæ erat in anguſto loco
ab Ieruſalaim interuallo quinq; ſtadiorum
illud præſidiũ expugnabat. Vt aũt Macca-
bæus & q cũ eo erãt cognouerũt expugna-
ri præſidia: cũ fletu & lachrymis rogabant
dñm & oĩs turba ſimul: ut bonũ angelũ mit-
teret ad ſalutẽ Iſraël. Et ipſe primus Macca-
bæus ſumptis armis cæteros adhortat' eſt ſi-
mul ſecũ periculũ ſubire, & ferre auxiliũ fra
tribus ſuis. Cũq; pariter prompto aĩo proce
derẽt Ieruſaláim: apparuit p̄cedẽs eos eques
in ueſte cãdida: armis aureis haſtam uibrans.
Tũc oẽs ſimul bñdixerũt miſericordẽ dñm,
& cõualuerũt animis nõ ſolum hoĩes ſed &
beſtias ferociſſimas & muros ferreos parati
3 penetrare. ¶Ibãt igit' prompti de cœlo ha
bẽtes adiutorẽ, & miſerantem ſup eos dñm.
Leonũ aũt more ĩpetu irruentes ĩ hoſtes pro-
ſtrauerũt ex eis undecim milia peditũ, & eq
tũ mille ſexcẽtos: uniuerſos aũt in fugã uer
terũt: plures aũt ex eis uulnerati nudi euaſe-
rũt. Sed & ipſe Lyſias turpiter fugiẽs euaſit.
Et quia nõ inſenſatus erat: ſecum ipſe repu-
tans factã erga ſe diminutionẽ, & intelligẽs
inuictos eſſe hebræos oĩpotentis dei auxilio
nitentes miſit ad eos promiſitq; ſe cõſenſurũ
oĩbus q̄ iuſta ſunt, & regẽ cõpulſurũ amicũ
4 fieri. ¶Annuit aũt Maccabæus precib' Ly
ſiæ: in oĩbus utilitati cõſulens. Et q̄cũq; Mac-
cabæus ſcripſit Lyſiæ de Iehudæis: ea rex cõ
ceſſit. Nã erãt ſcriptæ Iehudæis ep̄læ à Lyſia
ſi quidẽ hũc modũ cõtinentes. Lyſias populo
Iehudæorũ ſalutẽ. Ioãnes & Abeſſalõ q miſſi
ſunt à uobis tradẽtes ſcripta poſtulabant: ut
ea q̄ ꝑ illos ſignificabant implerẽ. Quæcũq;
igit' regi potuerunt ꝑferri, expoſui, & q̄ res
permittebat cõſenſi. Si igit' in negocijs fidẽ
cõſeruaueritis, & deinceps bonorũ uobis cã
5 eſſe tentabo. ¶De cæteris autẽ per ſingula
uerba mãdaui & iſtis & his q à me miſſi ſunt
colloq uobiſcum. Bene ualete. Anno centeſi
mo quadrageſimo octauo mẽſis dioſcori die
6 uiceſima & quarta. ¶Regis autẽ ep̄la iſta
cõtinebat. Rex Antiochus, Lyſiæ fratri ſalu-
tẽ. Patre nr̄o inter deos trãſlato, nos uolẽtes
eos qui ſunt in regno nr̄o ſine tumultu age-
re, & rebus ſuis adhibere diligentiã; audiui-
mus Iehudæos non conſenſiſſe patri meo ut
transferent ad ritum Græcorum ſed tenere
uelle ſuũ inſtitutũ: ac ꝓpterea poſtulare à no
bis concedi ſibi legitima ſua. Volẽtes igitur
hanc quoq; gentem quietã eſſe: ſtatuentes iu
dicauimus tẽplum reſtitui illis: ut agerẽt ſe-
cũdum ſuorũ maiorum cõſuetudinem. Bene
igitur feceris, ſi miſeris ad eos & dextrã de-
deris: ut cognita noſtra uoluntate bono aĩo
ſint, & utilitatibus proprijs deſeruiant.
7 ¶Ad Iehudæos uero regis ep̄la talis erat.
Rex Antiochus: ſenatui Iehudæorum & cæ-
teris Iehudæis ſalutem. Si ualetis ſic eſtis ut

uolumus,ſed & ipſi bene ualem⁹. Adijt nos
Menelaus dicens uelle nos deſcēdere ad ne
ſtros qui ſunt apud nos. His igitur qui cōme
ant uſq; ad diem triceſimū menſis xādici da
mus dextras ſecuritatis ut Iehudaicis utanť
cibus & legibus ſuis ſicut & pri⁹,& nemo eo
rum ullo modo moleſtiā patiatur de his q̄ p
ignorantiā geſta ſunt. Miſimus aūt & Mene
laum q nos alloquatur. Valete: anno centeſi
mo quadrageſimo octauo xādici mēſis quīta
8 decima die. ¶ Miſerunt aūt etiam Romani
epl'am ita ſe habentē. Quintus mēnius & Ti
tus manilius legati Romanorū populo Iehu
dæorū ſalutē. De his q̄ lyſias cognatus regis
cōceſſit nobis & nos conceſſimus de quibus
aūt ad regē iudicauit referendū: confeſtim
aliquē mittite diligētius inter nos cōferētes
ut decernamus ſicut cōgruit nobis. Nos enī
Antiochiam accedimus. Ideoq; feſtinate re
ſcribere: ut nos quoq; ſciamus cuius eſtis uo
lūtatis. Bene ualete: anno centeſimo quadra
geſimo octauo quītadecima die mēſis xādici.

Capitulum.12.

1 HIs factis pactiōibus Lyſias
ꝑgebat ad regem: Iehudæi
aūt agriculturæ operā da
bant. Sed hi qui reſederāt
Timotheus & Apollonius
Gennei filius: ſed & Hiero
nymus & Demophon ſup
bus & Nicanor cypriarches nō ſinebant eos
2 i ſilētio agere & quiete. ¶ Ioppitæ uero ta
le quoddā flagitium perpetrarunt. Rogaue
rūt Iehudæos cū quibus habitabāt, aſcende
re ſcaphas quas parauerāt cū uxorib⁹ & fi
lijs, quaſi nullis inimicitijs īter eos ſubiacen
tibus. Secūdum cōmune itaq; decretū ciuitatis
& ipſis acquieſcētibus paciſq; cauſa nihil ſu
ſpectum habētibus cū in altum proceſſiſſent
3 ſubmerſerūt non minus ducētos. ¶ Quam
credulitatem Iehudáh in ſuæ gentis hoīes fa
ctam ut cognouit præcepit uiris qui erāt cū
ipſo, & inuocato iuſto iudice deo uenit ad
uerſus interfectores fratrum, & portum qui
dem nocte ſuccendit, ſcaphas exuſſit, eos au
tem qui ab igne refugerant gladio peremit.
Et cum hæc ita egiſſet diſceſſit quaſi iterum
reuerſurus, & uniuerſos Ioppitas eradicatu
4 rus. ¶ Sed cum cognouiſſet & eos qui erāt
Iabniæ uelle pari modo facere habitātibus
ſecum Iehudæis: Iabnis quoq; nocte ſuper
uenit & portum cum nauibus ſuccendit, ita
ut lumen ignis appareret Ieruſaláim ab ſta
dijs ducentis quadraginta. Inde cum iā abiſ
ſent nouem ſtadijs & iter facerent ad Timo
thæum cōmiſerūt cum eo Arabes quinq; mi
lia uiri & eqtes quingenti. Cūq; pugna uali
da fieret & auxilio dei proſpere ceſſiſſet, re
ſidui Arabes uicti petebāt à Iehudáh dexte
ras ſibi dari promittētes ſe paſcua daturos,
& in cæteris profuturos. Iehudáh autem ar
bitratus uere in multis eos utiles ꝓmiſit pa
cem dextriſq; acceptis diſceſſere ad taberna
5 cula ſua. ¶ Aggreſſus eſt autem & ciuitatē
quandam firmam pōtibus muriſq; circūſe
ptam quæ à turbis habitabať gentium pro
miſcuarum cuius nomē Caſphin. Hi uero qui
intus erant confidentes in ſtabilitate muro
rū & apparatu alimoniarū remiſſius agebāt
maledictis laceſſentes Iehudā & blaſphemā
tes & loquētes quæ phas nō eſt. Maccabæus
autem inuocato magno mūdi principe, qui
ſine arietibus & machinis temporib⁹ Ieho
ſuáh præcipitauit Ierico irruit ferociter mu
ris, & capta ciuitate p dñi uoluntatē īnume
rabiles cædes fecit: ita ut adiacens ſtagnum
ſtadiorum duorū latitudinis ſanguine inter
6 fectorū fluere uideretur. ¶ Inde diſceſſerūt
ſtadia ſeptingenta quinquaginta & uenerūt
in Tharachā ad eos qui dicunť Tibianei Iehu
dæos. Et Timothæum qdē in illis locis nō cō
præhenderunt nulloq; negocio perfecto re
greſſus eſt relicto in quodā loco firmiſſimo
7 præſidio. ¶ Doſitheus autem & Soſipater
qui erāt duces cum Maccabæo peremerunt
à Timothæo relictos in præſidio decē milia
uiros. At Maccabæus ordinatis circū ſe ſex
milibus & cōſtitutis per cohortes: aduerſus
Timothæum proceſſit habentē ſecum centū
uiginti milia peditum, equitumq; duo milia
quingentos. Cognito autem Iehudæ aduen
tu Timotheus ꝓmiſit mulieres, & filios & re
liquum apparatum in præſidium qd' Carnō
dicitur. Erat enim inexpugnabile & acceſſu
difficile: propter locorum anguſtias. Cumq;
cohors Iehudæ prima apparuiſſet timor ho
ſtibus incuſſus eſt ex præſentia dei: qui uni
uerſa conſpicit, & in fugam uerſi ſunt alius
ab alio ita ut magis à ſuis deijcerentur, &
gladiorum ſuorum ictibus debilitarenť. Ie
hudáh autem uehementer inſtabat puniens
prophanos & proſtrauit ex eis triginta mi
lia uirorum. Ipſe uero Timotheus incidit in
cidit in partes Doſithei & Soſipatris & mul
tis precibus poſtulabat ut uiuus dimittere
tur: eo q̄ multorum ex Iehudæis parētes ha
beret ac fratres quos morte ei⁹ decipi eueni
ret. Et cū fidē dediſſet reſtituturū ſe eos ſecū

dū cōſtitutum illeſum cū dimiſerant propter
8 fratrū ſalutem. ¶ Iehudáh autem regreſſus
eſt à Carmō interfectis uigintiquinq; milib⁹.
Poſt horum fugam, & necem, mouit exerci-
tum ad Hephron ciuitatem munitam in qua
multitudo diuerſarū gentium habitabat, &
robuſti iuuenes pro muris conſiſtentes forti
ter repugnabant. In hac autē machinæ mul-
tæ, & telorū erat apparatus. Sed cū omnipo
tem inuocaſſent, q poteſtate ſua uires hoſtiū
confringit, ceperūt ciuitatem, & ex eis qui
intus erāt uigintiquinq; milia proſtrauerūt.
9 ¶ Inde ad ciuitatem ſcytharum abierunt,
quæ ab Ieruſaláim ſexcentis ſtadijs aberat.
Conteſtantibus aūt his qui apud Scythopo-
litas erant Iehudæis ꝙ benigne ab eis habe-
rentur, & tēporibus infœlicitatis, ꝙ modeſte
ſecum egerint, gratias agentes eis, & exhor
tati etiam de cætero erga genus ſuum beni-
gnos eſſe, uenerunt Ieruſaláim die ſolemni ſe
ptimanarum inſtante. Et poſt pentecoſtem
abierunt contra Gorgiam præpoſitum Idu-
mææ. Exiuit autem cū peditibus tribus mili
bus, et equitibus quadringentis. Quibus cō
greſſis contigit paucos ruere Iehudæorum,
10 ¶ Doſitheus uero quidam de bachinoris
eques uir fortis Gorgiam tenebat, & cū uel
let illum capere uiuū, eques quidem de thra
cibus irruit in eum, humerumq; eius amputa
uit, atq; ita Gorgias effugit in Mareſa. At illis
qui cum Eſdrin erant diutius pugnātibus &
fatigatis inuocauit Iehudáh, dūm adiutorem
& ducem belli fieri, incipiēs uoce patria, &
cum hymnis clamorē extollens fugam Gor-
giæ militibus incuſſit. Iehudáh autē collecto
exercitu uenit in ciuitatem Hadulám. Et cum
ſeptima dies ſuperueniret ſecundum conſue
tudinē purificati in eodem loco ſabbatū ege
11 runt. ¶ Et ſequenti die uenit cum ſuis Iehu
dáh ut corpora proſtratorum tolleret, & cū
parentibus poneret in ſepulchris paternis.
Inuenerunt autem ſub tunicis interfectorum
de donarijs idolorum quæ apud Iabniam fue
runt, à quibus lex prohibet Iehudæos. Omni
bus ergo manifeſtum factum eſt ob hanc cau
ſam eos corruiſſe. Omnes itaq; benedixerūt
iuſtum iudicium domini qui occulta fecerat
manifeſta. Atq; ita ad preces conuerſi roga-
uerunt ut id quod factum erat delictum obli
12 uioni traderetur. ¶ At uero fortiſſimus Ie-
hudáh hortabatur populum conſeruare ſe ſi
ne peccato, ſub oculis uidētes quæ facta ſunt
pro peccatis eorum qui proſtrati ſunt. Et fa-
cta collatione duodecim milia drachmas ar-
genti miſit Ieruſaláim offerri pro peccatis
mortuorum ſacrificium, bene & religioſe de
reſurrectione cogitans. Niſi enim eos qui ce
ciderant reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum
uideretur, & uanum orare pro mortuis. Et
quia conſiderabat ꝙ hi qui cum pietate dor
mitionem acceperant optimam haberent re
poſitam gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt
cogitatio pro defunctis exorare, ut à pecca-
tis ſoluantur.

Capitulum. 13.

1 ANno centeſimo quadrageſimo
nono cognouit Iehudáh Antio
chum Eupatorem uenire cum
multitudine aduerſ⁹ Iehudæā
& cum eo Lyſiā procuratorem
& præpoſitū negociorū ſecū
habentem peditum centū decem milia, & eq
tum quinq; milia, et elephantes uiginti duos
2 currus cū falcibus trecētos. ¶ Commiſcuit
autē ſe illis, & Menelaus, & cum multa falla
cia deprecabatur Antiochū nō pro patriæ ſa
lute, ſed ſperans ſe conſtitui in principatum.
Sed rex regū ſuſcitauit animos Antiochi in
peccatorem, & ſuggerēte Lyſia hūc eſſe cau
ſam omnium malorum iuſſit ut eis eſt conſue
tudo apprehenſum in eodem loco necari.
3 ¶ Erat autem in eodem loco turris quinqua
ginta cubitorū aggeſtum undiq; habens ci-
neris. Hæc proſpectum habebat in præceps.
Inde in cinerem deijci iuſſit ſacrilegum, om
nibus eū propellentibus ad interitum. Et ta-
li lege præuaricatorem legis contigit mori,
nec terræ dari Menelaū. Et quidē ſatis iuſte.
Nā quia multa erga aram dei delicta cōmiſit
cuius ignis, & cinis erat ſanctus, ipſe in cine
4 ris mortem damnatus eſt. ¶ Sed rex mente
effrenatus ueniebat nequiorem ſe patre ſuo
Iehudæis oſtēſurus. Quibus Iehudáh cogni
tis præcepit populo ut die ac nocte dūm in-
uocarent, ꝙ ſicut ſemper, & nunc adiuuaret
eos, quippe qui lege, et patria ſanctoq; tēplo
priuari uererētur, ac populū qui nuper pau-
lulum reſpiraſſet, ne ſineret blaſphemis rur-
ſus nationibus ſubdi. Oībus itaq; ſimul id fa
ciētibus, & petentib⁹ à dño miam cū fletu et
ieiunijs p triduū cōtinuū pſtratis hortat⁹ eſt
eos Iehudáh, ut ſe ppararēt. Ipſe uero cum ſe
nioribus cogitauit priuſq̄ rex admoueret
exercitū ad Iehudæā et obtineret ciuitatem
exire, & dñi iudicio cōmittere exitum rei.
5 ¶ Dās itaq; ptātē oīm deo mūdi creatori: et
hortat⁹ ſuos ut fortiter dimicarēt, et uſq; ad
mortem pro legibus tēplo, ciuitate, patria,

& ciuibus ſtarēt: circa Modin exercitum con
ſtituit. Et dato ſigno ſuis dei uictoriæ: iuueni
bus fortiſſimis electis nocte aggreſſus aulam
regiā in caſtris: interfecit uiros quatuordeci
milia, & maximū elephantorum cum his qui
ſuperpoſiti fuerāt. Summoꝗ metu ac pertur
batione hoſtiū caſtra replentes, rebuſꝗ proſ
pere geſtis abierunt. Hoc aūt factum eſt die
illuceſcente adiuuante eum dñi protectione.
6 ¶ Sed rex accepto guſtu audaciæ Iehudæo
rum: arte difficultates locorum tentabat: &
Bethſuræ quæ erat Iehudæorū præſidiū mu
nitiſſ̄ caſtra admouebat. Sed fugabatur: impi
7 gebatur, minorabatur. ¶ His aūt qui intus
erant Iehudāh neceſſaria mittebat. Enūciauit
autē miniſteria hoſtibus Vodochus quidam
de Iehudaico exercitu: qui requiſitus cōpræ
8 henſus eſt & cōcluſus. ¶ Iterum rex ſermo-
nem habuit ad eos qui erāt in Bethſuris dex
terā dedit, accepit: abijt: cōmiſit cū Iehudāh
ſuperatus eſt. Vt autem cognouit rebellaſſe
Philippū Antiochiæ qui relict' erat ſuper ne-
gocio mente cōſternatus: Iehudæos depre-
cans: ſubdituſꝗ eis: iurat de oībus quibus
iuſtū uiſū eſt: & recōciliat' obtulit ſacrificiū
honorauit templū: & munera poſuit Macca-
bæum āplexatus eſt: & fecit eum a Ptoloma-
ide uſꝗ ad Gerrænos ducem & principem.
9 ¶ Vt autem uenit Ptolomaidam: grauiter
ferebant Ptolomenſes amicitiæ cōuentionē
indignantes: ne forte fœdus irrumperent.
Tunc aſcendit Lyſias tribunal & expoſuit rō
nem: & populum ſedauit: regreſſuſꝗ ē Anti-
ochiam: & hoc modo regis profectio & redi
tus proceſſit.

Capitulum. 14.

1 SEd poſt triennij tēpus cognouit Ie
hudāh & qui cum eo erāt: Demetri
um Seleuci cū multitudine ualide
& nauibus per portum Tripolis
aſcendiſſe ad loca oportuna & tenuiſſe regi
ones aduerſus Anthiochū & eius ducē Lyſiā
2 ¶ Alchimus autē quidā qui ſummus ſacer-
dos fuerat: ſed uoluntarie coinquinatus eſt
temporibus commixtionis: conſiderās nullo
modo ſibi eſſe ſalutem neꝗ acceſſum ad alta
re: uenit ad regem Demetrium centeſimo
quinquageſimo anno offerens ei coronam
auream & palmam: ſuper hoc & tales qui
templi eſſe uidebantur. Et ipſa quidem die
[illegible] tem. opportunū demētiæ
ſuæ nactus, conuocatus à Demetrio ad con-
ſilium, & interrogatus quibus rebus, & con
ſilijs Iehudæi niterentur, reſpondit. Ipſi qui
dicuntur Aſſidæi Iehudæorū quibus præeſt
Iehudāh Maccabæus bella nutriunt, & ſedi-
tiones mouent nec patiuntur regnum eſſe
quietum. Nam & ego defraudatus parētum
gloria, dico autem ſummo ſacerdotio huc ue
ni primo quidem utilitatibus regis fidem ſer
uans, ſecūdo autem, etiam ciuibus conſulēs.
Nam illorum prauitate uniuerſum genus no
ſtrum non minime uexatur. Sed oro his ſin-
gulis o rex cognitis, & regioni, & genti ſe-
cundum humanitatem tuam promulgatam
omnibus proſpice. Nam ꝙdiu ſupereſt Iehu
3 dāh, impoſſibile eſt pacē eſſe negotijs. ¶ Ta
libus autem ab hoc dictis, & cæteri amici ho
ſtiliter ſe habentes aduerſus Iehudāh inflam
mauerunt Demetrium. Qui ſtatim Nicanore
præpoſitum elephantorum ducem miſit i Ie
hudæam, datis mandatis ut ipſum quidē Ie-
hudam caperet uiuum, eos uero qui cum illo
erant diſpergeret, et conſtitueret Alchimum
4 maximi templi ſummum ſacerdotē. ¶ Tunc
gentes quæ de Iehudæa fugerāt Iehudam ſe
gregatim ſe Nicanori miſcebant, miſerias et
clades Iehudæorum proſperitates rerū ſua-
rum exiſtimantes. Audito itaꝗ Iehudæi Ni-
canoris aduentu, & conuentu nationum con
ſperſi terra rogabant eum qui populum ſuū
cōſtituit in æternum cuſtodiret, quiꝗ ſuam
portionem ſignis euidentibus protegit. Im-
perante autem duce ſtatim inde mouerunt,
5 conuenerūtꝗ ad caſtellum Deſſau. ¶ Si-
mon uero frater Iehudæ commiſerat cum Ni
canore, ſed conterritus eſt repentino aduen-
tu aduerſariorum. Nicanor tamen audiens
uirtutem comitum Iehudæ, & animi magni-
tudinem quam pro patriæ certaminibus ha-
bebat, ſanguine iudicium facere metuebāt.
Quamobrem præmiſit Poſſidonium, &
Theodotium, & Mathiam, & ut darent dex-
6 tras, atꝗ acciperent. ¶ Et cum diu de his
conſilium ageretur, & ipſe dux ad multitudi
nem retuliſſet omnium una fuit ſentētia ami
citijs annuere. Itaꝗ diem conſtituerunt qua
ſecreto inter ſe agerent, & ſingulis ſellæ pro
latæ ſunt, et poſitæ. Præcepit autem Iehudāh
armatos eſſe locis opportunis, ne forte ab ho
ſtibus repente mali aliquid oriretur. Et con-
7 gruum colloquium fecerunt. ¶ Morabatur
autem Nicanor Ieruſalām, nihilꝗ inique
agebat, gregeſꝗ turbarum quæ congrega-
te fuerāt, dimiſit. Habebat aūt Iehudāh ſemꝑ
charum ex aīo, et erat uiro inclinatus. Roga

uitqꝫ eum ducere uxorem filioſqꝫ procreare.
Nuptias fecit, quiete egit, cōmuniterqꝫ uiue-
8 bāt. ¶ Alchimus aūt uidens charitatē illorū
admuicem, & cōuentiones uenit ad Demetriū
& dicebat Nicatorem rebus alienis aſſentire.
Iehudāqꝫ regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi
deſtinaſſe. Itaqꝫ rex exaſperatus & peſſimis
huius criminationib' irritatus ſcripſit Nicano
ri dicens, grauiter quidem ſe ferre de amicitię
conuentione, iubere tamen Maccabæum ciu'
9 uinctum mittere Antiochiam. ¶ Quibus co-
gnitis Nicanor conſternabatur, & grauiter fe
rebat, ſi ea quæ conuenerant, irrita faceret, ni-
hil læſus à uiro. Sed quia regi reſiſtere non po
terat, opportunitatem obſeruabat qua præce
ptum perficeret. At Maccabæus uidens ſecum
auſterius agere Nicanorem, & cōſuetū occur-
ſum ferocius exhibentem, intelligens non ex
bono eſſe auſteritatem iſtam, paucis ſuorū cō-
gregatis occultauit ſe à Nicanore. Quod cum
ille cognouit fortiter ſe à uiro præuentum, ue
nit ad maximū & ſanctiſſimū templum, & ſa-
cerdotibus ſolitas hoſtias offerentibus, iuſſit ſi
10 bi tradi uirum. ¶ Quibus cum iuramento di
cētibus neſcire ſe ubi eſſet, qui quærebatur,
extendens manū ad templum iurauit dicens.
Niſi Iehudāh mihi uinctum tradideritis, iſtud
dei phanū in planiciem deducā, & altare effo
diam, & tēplum hoc libero patri conſecrabo.
11 Et his dictis abijt. ¶ Sacerdotes aūt proten-
dētes manus in cœlū inuocabant eum qui ſem
per propugnator eſſet gentis ipſorum, hæc di
centes. Tu domine uniuerſorum qui nullius in
diges noluiſti templū habitationis tuæ fieri in
nobis. Et nunc ſancte ſanctorū omniū domine
conſerua in æternum impollutam domū iſtam
12 quæ nuper mundata eſt. ¶ Razias autem qui
dam de ſenioribus ab Ieruſaláim delat' eſt Ni
canori, uir amator ciuitatis & bene audiēs qui
pro affectu, pater Iehudæorum appellabatur.
Hic multis temporibus continentiæ propoſitū
tenuit in iudaiſmo, corpuſqꝫ & animā tradere
contentus pro perſeuerantia. Volens autē Ni-
canor manifeſtare odium quod habebat in Ie-
hudæos miſit milites quingētos ut eū cōpræ-
henderent. Putabat enim ſi illum decepiſſet
ſeſe cladem Iehudæis maximā illaturum. Tur-
bis autem irruere in domū eius & ianuam diſ-
rumpere atqꝫ ignem admouere cupiētibus cū
iam comprehenderetur gladio ſe petijt, eligēs
nobiliter mori potius qꝫ ſubditus fieri peccato
ribus, & contra natales ſuos indignis iniurijs
13 agi. ¶ Sed cum per feſtinationem non certo
ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia irrū-
perent recurrens audacter ad murum, præci-
pitauit ſemetipſum uiriliter in turbas, quibus
uelociter locum dantibus caſui eius, uenit per
mediam ceruicem. Et cum adhuc ſpiraret accē-
ſus animo ſurrexit, & cum ſanguis ei' magno
fluxu deflueret, & grauiſſimis uulneribus eēt
ſaucius, curſu turbā pertranſijt, & ſtans ſupra
quandam petram præruptam, & iā exanguis
effectus, complexus inteſtina ſua utriſqꝫ mani
bus proiecit ſuper turbas inuocans dominato
rem uitæ ac ſpiritus, ut hæc illic iterum redde-
ret, atqꝫ ita uita defunctus eſt.

Capitulum. 15.

1 Nicanor autem ut comperit Iehudáh
eſſe i locis Semariæ, cogitauit cum
omni impetu die ſabbati cōmittere
bellum. Iehudæis uero qui illū per
neceſſitatem ſequebantur dicentibus: ne ita fe
rociter & barbare feceris, ſed honorem tribue
diei ſanctificationis & honora eū qui uniuerſa
conſpicit. At ille infœlix interrogauit ſi eſt po
tens in cœlo qui imperauit agi diem ſabbato-
rum. Et reſpondētibus illis, eſt dominus uiuus
ipſe in cœlo potēs qui iuſſit agi ſeptimā diem.
At ille ait. Et ego potens ſum ſuper terram qui
impero ſumi arma & negocia regis impleri.
Tamen non obtinuit, ut conſilium perficeret.
2 ¶ Et Nicanor quidem cū ſumma ſuperbia ere
ctus cogitauerat cōmune trophęū ſtatuere de
Iehudáh. Maccabæus autem ſemper cōfitebat
cum omni ſpe auxilium ſibi à domino affutu-
rum, & hortabatur ſuos ne formidarēt ad ad-
uentum nationū, ſed in mente haberent adiu-
toria ſibi facta de cœlo, & nūc ſperarēt ab om
3 nipotente ſibi affuturam uictoriam. ¶ Et allo
cutus eos de lege & prophetis, admonens etiā
certamina quæ fecerāt prius, promptiores cō
ſtituit eos. Et ita animis eorū erectis ſimul oſtē
debat gentium fallaciam & iuramentorū præ-
uaricationem. Singulos autem illorum arma-
uit non clypei & haſtæ munitione, ſed ſermo-
nibus optimis et exhortationibus expoſito di
gno fide ſomnio per quod uniuerſos lætifica-
4 uit. ¶ Erat autem huiuſmodi uiſus. Oniā qui
fuerat ſummus ſacerdos uirum bonū & beni-
gnum, et uerecundū uiſu, modeſtum moribus
& eloquio decorum, & qui à puero in uirtuti
bus exercitatus ſit manus protendētem orare
pro omni populo Iehudæorum. Poſt hoc appa
ruiſſe & alium uirū ætate & gloria mirabilem,
& magni decoris habitudinem circa illū. Re-
ſpondētem uero Oniam dixiſſe. Hic eſt fratrū
amator & populi Iſraël. Hic ē qui multū orat
pro populo et uniuerſa ſancta ciuitate Irmeiáh

propheta dei. Extēdiſſe autem Irmeiáh dexte
ram, & dediſſe Iehudáh gladium aureū dicen
tem. Accipe ſanctum gladium munus à deo in
5 quo deijcies aduerſarios ppl'i mei Iſrl'. ¶ Ex-
hortati itaq; Iehudæ ſermonibus bonis ualde
de quibus extolli poſſet impetus, & animi iu-
uenum confortari, ſtatuerant dimicare & con
fligere fortiter ut uirtus de negocijs iudicaret
eo ꝙ ciuitas ſancta & templum periclitarētur.
Erat enim pro uxoribus & filijs: itemq; ꝓ fra-
tribus & cognatis minor ſollicitudo, maxim⁹
uero & primus pro ſanctitate timor erat tem-
6 pli. ¶ Sed & eos qui in ciuitate erant non mi
nima ſollicitudo habebat pro his qui cōgreſſu
ri erant. Et cum iam oēs ſperarent iudicium fu
turum, hoſteſq; adeſſent itaq; exercitus eſſet
ordinat⁹, beſtiæ equiteſq; opportuno in loco
compoſiti, conſiderans Maccabæus aduētum
multitudinis & apparatum uarium armorum,
ac ferocitatem beſtiarum extendēs manus, in
cœlum, prodigia facientem dominum inuoca-
uit, qui nō cū ſecundū armorum potentiā ſed
7 prout ipſi placet dat dignis uictoriam. ¶ Di-
xit autem inuocans hoc modo. Tu domine qui
miſiſti angelum tuum ſub Chizchiáh rege Ie-
hudáh & interfeciſti de caſtris Sancherib cen
tum octoginta quinq; milia, & nunc domina-
tor cœlorum mitte angelum tuum bonū ante
nos timore & tremore magnitudinis brachij
tui ut metuant qui cū blaſphemia ueniunt ad-
uerſus ſanctum populum tuum. Et hic quidem
8 ita perorauit. ¶ Nicanor autem & qui cum
ipſo erant cum tubis & canticis admonebant.
Iehudáh uero & qui cum eo erant, inuocato
deo per orationes congreſſi ſunt, manu qui-
dem pugnantes ſed & dominū cordibus orā-
tes proſtrauerunt non minus triginta quinq;
milia præſentia dei magnifice delectati. Cūq;
ceſſaſſent, & cum gaudio redirent cognoue-
9 runt Nicanorem ruiſſe cum armis ſuis. ¶ Fa-
cto itaq; clamore & perturbatiōe ſuſcitata pa
tria uoce omnipotentem dominū benedice-
bant. Præcepit autem Iehudáh qui per omnia
corpore & animo mori pro ciuibus paratus
erat, caput Nicanoris & manum cum humero
abſciſſam Ieruſaláim perferri. Quod cū per-
ueniſſet conuocatis tribulib⁹, & ſacerdotibus
ad altare, acceſſijt & eos qui in arce erant. Et
oſtēſo capite Nicanoris & manu nepharia quā
extenderat contra domum ſanctam omnipo-
tentis dei magnifice gloriatus eſt. Linguam
etiam impij Nicanoris præciſam iuſſit particu
latim auibus dari, manum autem dementis cō
10 tra templum ſuſpendi. ¶ Omnes igitur cœli
dominum benedixerunt dicentes. Benedictus
qui locum ſuum incontaminatum ſeruauit. Su
ſpendit autem Nicanoris caput in ſumma arce
ut euidens eſſet & manifeſtum ſignum auxilij
dei. Itaq; omnes communi conſilio decreue-
runt nullo modo diem iſtum abſq; celebritate
præterire: habere autem celebritatem decima
tertia die menſis Adár, quæ dicitur uoce ſyria
11 ca pridie Mordochái die. ¶ Igitur his erga
Nicanorem geſtis, & ex illis temporibus ab
Hebræis ciuitate poſſeſſa, ego quoq; in his fa
ciam finem ſermonis. Et ſiquidē bene & ut hy
ſtorice competit hoc & ipſe uelim: ſi autem mi
nus digne, concedendum eſt mihi. Sicut enim
uinum ſemper bibere aut ſemper aquam con-
trarium eſt: alterius autem uti delectabile: ita
legentibus ſi ſemper exactus ſit ſermo, nō erit
gratus. Hic ergo erit conſummatus.

¶ Explicit ſecundus
liber Maccabæorum.

¶ Regeſtum.

QQ. RR. SS. TT. VV. XX. YY. Omnes ſunt
quaterni, præter. YY. qui eſt duernus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

VITA SANCTI MATTHAEI PER DIVVM HIERONYMVM.

MATTHAEVS, qui & Leui, ex publicano apoſtolus, primus in Iehudæa propter eos qui ex circuncíſione crediderant, euangeliū Chriſti Hebraicis literis uerbiſcꝫ compoſuit. Quod quis poſtea in Græcum tranſtulerit, non ſatis certum eſt. Porró ipſum Hebraicum habetur uſcꝫ hodie in Cæſariēſi bibliotheca: quam Pamphilus martyr ſtudioſiſſime confecit. Mihi quocꝫ à Nazaræis, qui in Berſœa urbe Syriæ hoc uolumine utuntur, deſcribendi facultas fuit. In quo aiaduertendum, ꝙ ubicūcꝫ euangeliſta, ſiue ex perſona ſua, ſiue ex perſona domini ſaluatoris, ueteris ſcripturæ teſtimonijs utitur, non ſequatur Septuaginta tranſlatorū auctoritatem, ſed Hebraicam: è quibus illa duo ſunt: Ex Aegypto uocaui filium meum. Et: Quoniam Naſaræus uocabitur.

ELENCHVS CAPITVM EVANGELII SECVNDVM MATTHAEVM.

1 Genealogia Chriſti.
2 De magis, & pueris interfectis.
3 Primus Ioan. prædica. reg. cœ.
4 De tentatione Chriſti.
De uocatione Petri, Andreæ & filiorum Zebadiáh.
5 De beatitudinibus.
Cum proximo non contenden.
Non mœchandum.
Vxorem non repud.
Non iurandum
Iniuriam patienter tolerañ.
Diligendos eſſe inimicos
6 De eleemoſyna, oratione, ieiu.
De contēnenda terrenorū cura.
7 Quō nullum condem. liceat.
Petendum eſſe.
Cauendos eſſe pſeudoprophe.
8 De leproſo.
De centurione.
De Socru Petri.
De dæmoniacis curatis.
De adoleſcente ſequi iuſſo.
De ſedata tempeſtate maris.
De dæmonijs in porcos eiectis
9 De paralytico.
De Matthæo
De Chriſto cū publi. ſumēte cibū.
De filia archiſynagogi
De mulie. ſang. pflu. laborante
De duobus cæcis
De muto dæmoniaco
10 Inſtruit duodecim apoſtolos, dans illis poteſtatem curandí.
11 De diſcipulis a Ioan. miſſis.
12 De diſcipulis ſabbato uellentibus ſpicas.
De ſanata manu arida.
De dæmoniaco cæco & muto
De requirentibus ſignum
De matre & fratribus.
13 Parabolæ ſeminantis, & re. cœ.
14 De Ioanne & Herode.
De quincꝫ pani. & duobus piſ.
De ambulante Ieſu ſuper mare
15 De tranſgreſ. præcep. dei propter conſtitu. humanas.
De Cananæa
De turbis ſanatis
De ſeptem panibus.
16 De fermento phariſæorum
De interroga. apud Cæſaream
De dehorta. Petri ne Ieſus &c.
17 De transformatione Chriſti
De lunatico.
De exigentibus didrachma
18 De quærentibus quis maior
De offendiculo abijciendo.
De centum ouibus parabola
De correptione proximi
De poteſtate ligandi ſoluendicꝫ.
De eo qui debebat decem milia talenta.
19 De interrogantibus an liceret

diuortium facere
De diuite interrogante Ieſum
20 De mercede conductis operarijs
De filijs Zebadiah
De duobus cæcis.
21 De aſina & pullo
De cæcis & claudis.
De ficu quæ exaruit
De princi. ſacerdotum interrogantibus dominum
De duobus filijs parabola
De uinca
22 De uocatis ad nuptias.
De cenſu Cæſaris
De Sadducæis.
De legiſlatore Chriſtum interrogante
De quæſtione domini
23 Deploratio ſcribarum & phariſæorum.
24 De conſummatione, die & hora
25 De decem uirginibus.
De his qui talenta accæperunt
De aduentu Chriſti
26 De ea quæ unxit dominum
De paſchate
De typo myſtico.
De proditione Iudæ, Caipha.
Negatio Petri.
27 De præſide Pilato
De pœnitentia Iudæ.
De tormẽtis & pœnis Ieſu, & morte eius.
De petitione corporis domini & ſepulchri cuſtodibus.
28 De Chriſti reſurrectione.
De ſepulchri cuſtodibus teſtibus reſurrectionis.
Quomodo ſe præbuit Ieſus uidendum mulieribus & apoſtolis in Galil.

FINIS.

EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM INTERPRETE SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEOLOGI. DOCTORE.

Capitulum. I.

Liber genera-
1 tiōis Ieſúah
Chriſtí filij
Dauid, filij
2 Abrahám.
¶Ahrahám
3 gēuit Iſchác
¶Iſchác āt
genuit Iaha-
4 cób. ¶Iaha
cób autē ge-
nuit Iehudáh
& frēs eius.
5 ¶Iehudáh aūt genuit Péres, & Zérach è Ta
6 már. ¶Péres aūt genuit Cheſrón. ¶Cheſ
7 rón aūt genuit Arám. ¶Arám autē genuit
8 Hāminadáb. ¶Hāminadáb āt genuit Nach
9 ſón. ¶Nachſón aūt genuit Salmón. ¶Sal
10 món aūt genuit Bóhaz. ¶Bóhaz aūt genuit
11 Hobéd. ¶Hobéd aūt genuit Iſái, ¶Iſái āt
12 genuit Dauid regē. ¶Dauid āt rex genuit
13 Selomóh ex ea quæ fuerat Vriáh. ¶Selo-
14 móh āt genuit Rechabhā. ¶Rechabhā aūt
15 gēuit Abijáh. ¶Abijáh āt gēuit Aſá. ¶Aſá
16 āt genuit Iehoſaphath. ¶Iehoſaphath āt ge
17 nuit Iehorā. ¶Iehorā aūt genuit Huzzíiáh
18 ¶Huzzijáh āt genuit Iothā. ¶Iothā āt ge
19 nuit Acház. ¶Acház autē genuit Chizchi-
20 iáh. ¶Chizchijáh autem genuit Menaſſéh.
21 ¶Menaſſéh aūt genuit Amón. ¶Amón au
22 tē genuit Ioſijáh. ¶Ioſijáh āt genuit Iecho
23 niáh, & fratres eius in trāſmigratiōe Babél.
24 ¶Poſt tranſmigrationē uero Babél Iecho-
25 niáh genuit Sealthiél. ¶Sealthiél āt genuit
26 Zerubabél. ¶Zerubabél āt genuit Abihúd
27 ¶Abihúd āt genuit Eliachím. ¶Eliachím
28 āt genuit Hazór. ¶Hazór āt genuit Sadóc
29 ¶Sadóc aūt genuit Achím. ¶Achím aūt
30 genuit Elihúd. ¶Elihúd āt genuit Elhazár.
31 ¶Elhazár aūt genuit Matthán. ¶Matthán
32 aūt genuit Iahacób. ¶Iahacób aūt genuit
33 Ioséph, uirū Miriám, ex qua genit' eſt Ieſúah
34 q dicitur Maſſiách (.i. Chriſt'.) ¶Oēs igitur
35 generatiōes ab Abrahám uſq; ad Dauid gña
36 tiōes quatuordeci, et à Dd' uſq; ad trāſmigra
tionē Babél gñatiōes quatuordeci, & à trāſ
37 migratiōe Babél uſq; ad Xp̄m gñatiōes qua-
38 tuordeci. ¶Ieſúah uero Xp̄i gñatio, ſic erat.
39 ¶Deſponſata eīm matre ei' Miriám Ioséph
40 anq̄ cōueniſſent, repta eſt in utero habens è
41 ſpiritu ſancto ¶Ioséph aūt uir ei', iuſt' exi-
42 ſtens, & nolens eā uituperare, uoluit clā di-
43 mittere eā. ¶Hæc aūt cū aīo cogitaret, ec-
44 ce angel' dñi ī ſomnis apparuit illi dicens.
45 ¶Ioséph filí Dauid ne timeas aſſumere Mi
riám uxorē tuā. Qđ eīm ī ea natū eſt è ſpū ſan
46 cto eſt. ¶Pariet aūt filiū, & uocabis nomē
eius Ieſúah. Ipſe eī ſaluū faciet populū ſuū à
47 pctis eoꝶ. ¶Hoc aūt totū factū eſt, ut iple-
ret, qđ dictū fuerat à dño p ꝓpherā dicentē.
48 ¶Ecce uirgo ī utero habebit, & pariet filiū
& uocabūt nomen ei' Himmanuel, qđ ē iter
49 pretatū nobiſcū de'. ¶Excitat' aūt Ioséph
à ſomno fecit ſicut mandauit ſibi angel' dñi,
& aſſūpſit uxorē ſuā, & nō cognouit eā, do-
nec pepit filiū ſuū primogenitū, & uocauit
nomen eius Ieſúah.

Capitulum. 2.

1 QVum aūt nat' eēt Ieſúah ī Beth
léchem Iehudáh ī dieb' Hero-
dis regis, ecce magi ab oriente
aduenerūt Ieruſaláim dicētes:
Vbi eſt q nat' eſt rex Iehudæo-
rū? Vidim' eīm illi' ſtellā in oriē
2 te, & uenim' ut adoremus eū. ¶Cū audiſſet
aūt Herodes rex turbat' ē, & tota Ieruſaláim
cū illo. Et cū cōgregaſſet oēs pricipes ſacer-
dotū, & ſcribas populi, percūctatus eſt eos
ubi Chriſt' naſceret. Illi āt dixerūt ei: In Beth
léchem Iehudáh. Sic enim ſcriptū eſt p ꝓphe
3 tam. ¶Et tu Bethléchem terra Iehudáh, ne
quaq̄ minia es īter duces Iehudáh. Ex te eīm
mihi egrediet dux, q reget populū meū Iſrl'.
4 ¶Tūc Herodes clā cū uocaſſet magos, dili
gēter cognouit ab illis tēp', quo appuit ſtel
la. Et cū miſiſſet eos ī Bethléchē, dixit: Profe
cti diligēter cognoſcite de puerulo. Vbi ue-
ro inueneritis, renūciate mihi, ut & ego ꝓfe-
5 ctus adorē illū. ¶Illi āt cū audiſſēt regē, ꝓfe
cti ſūt, & ecce ſtella quā uiderūt ī oriēte, p̄ce
debat eos, donec progreſſa ſtaret ſupra locū
6 ubi erat puerul'. ¶Cū aūt uidiſſent ſtellā,
gauiſi ſūt gaudio magno ualde, & igreſſi do
mū, inuenerūt puerulū cū Miriám mr̄e ei', &
ꝓſtrati adorauerūt illū, et cū aperuiſſēt the
ſauros ſuos obtulerūt ei munera, aurū, thus,
& myrrhā. Et oraculo admoniti in ſomnis,
ne redirent ad Herodem, per aliā uiā re-
7 uerſi ſunt in regionē ſuam. ¶Digreſſis aūt
illis, ecce angelus dñi apparet ī ſōnis Ioséph

dicēs.Exper⸗ ⸗us aſſume puerulū ac matrē
illius,& fuge in Aegyptū,& eſto illic donec
dixero tibi.Futuꝝ eſt em̄ ut Herodes quærat
8 puerulū ad perdendum eū. ℂ Ille uero ex⸗
perrectus,aſſumpſit puerulū & matrem eius
noctu,& ſeceſſit in Aegyptum,& fuit illic uſ
ꝗ ad obitū Herodis,ut impleretur quod di⸗
ctū fuerat à dño per prophetam dicentē:Ex
9 Aegypto uocaui filiū meū. ℂ Tunc Hero⸗
des ubi uidit quod illuſus fuiſſet à magis ira
tus eſt ualde,& cū miſiſſet miniſtros interfe
cit oēs pueros q erāt in Bethléchē à bimatu,
& infra iuxta temp' quod diligenter cogno⸗
10 uerat à magis ℂ Tunc impletū eſt qđ dictū
fuerat ab Irmeiah ꝓpheta dicēte:Vox ī Ra⸗
mah audita ē,lamētatio,plorat',& luct' mul
tus Rachél plorās filios ſuos,& noluit cōſo⸗
11 lationē admittere,ꝓpterea ꝙ nō ſint. ℂ De
functo aūt Herode,ecce angel' domini ī ſom
nis apparet Ioſéph ī Aegypto dicēs:Excita
tus aſſume puerulū,& matrē ei',& uade in
terrā Iſrael,defuncti ſunt em̄ q quærebāt ani
12 mā puerulí. ℂ Excitat' aūt aſſumpſit pueru⸗
lū,& matrē eius,& uenit in terrā Iſrael.Ve⸗
ri: cum audiſſet ꝙ Archelaus regnaret in Ie⸗
hudah pro Herode patre ſuo timuit illuc abi
re,ſed oraculo admonitus in ſomnis,ſeceſſit
in partes Galíl,& profectus habitauit ī ciui
tate quæ uocatur Naſaréth,ut impleret qđ
dictum fuerat per prophetas,quod Naſaræ'
uocaretur.

Capitulum.3,

1 IN dieb' aūt illis accedit Io
annes Baptiſta ꝑdicās ī de
ſerto Iehudáh ac dicēs:Pœ
nitētiā agite,appropīqua
uit em̄ regnū cœloꝝ.Hic ei
eſt q dict' eſt à Ieſahiáh pro
pheta dicēte:Vox clamātis ī deſerto,parate
2 uiā dñi,rectas facite ſemitas eius. ℂ Ipe ue⸗
ro Ioannes habebat indumētū ſuū è pillis ca
meli,& zonā pelliceā circa lumbos ſuos.Ci⸗
bus autem ei' erant locuſtæ,& mel ſylueſtre.
3 ℂ Tūc egrediebat ad illū Ieruſalaī,& tota
Iehudáh,totaꝗ regio q̄ erat circū Iardén,&
baptizabāt ī Iardē ab illo cōfitētes pctā ſua.
4 ℂ Cū uidiſſet āt mltos ex Phariſæis,& Sad
ducæis ueniētes ad baptiſmū ſuū,dixit illis:
Progenies uiperarū qs uobis ſubmoſtrauit
5 ut fugeretis à uentura ira? ℂ Facite igit fru
ctum dignū pœnitentia,& ne ſitis illi' opi⸗
nionis,ut dicatis intra uoſipſos:Patrē habe
mus Abrahā. Dico em̄ uobis ꝙ poſſit de' ex
lapidib' his ſuſcitare filios ipſi Abrahā.Iā ue
ro,& ſecuris ad radicē arboris poſita ē.Om⸗
nis igit arbor q̄ nō facit fructū bonū excidit
6 & in ignē mittit. ℂ Ego qdem baptizo uos
aqua ad pœnitentiā,ſed ille qui poſt me uētu
rus eſt,fortior me ē,cui' nō ſū idone',ut cal
ciamēta portē,ipſe uos baptizabit ſpiritu ſā
cto,& igne,cuius uētilabrū ī manu ipſi',&
permūdabit areā ſuā,& congregabit triticū
ſuū in horreū,paleas aūt exuret igni inexti
7 guibili. ℂ Tunc accedit Ieſúah à Ghalíl ad
Iardén ad Ioannē ut baptizaretur ab eo.Ioā
nes aūt prohibebat illū,dicēs:Mihi op' eſt,
8 ut abs te baptizer,& tu uenis ad me? ℂ Re
ſpondēs aūt Ieſúah dixit ad illū.Omitte nūc
Sic em̄ decēs eſt uobis ut impleamus oēm iu
9 ſtitiam.Tūc omittit illū. ℂ Et baptizatus Ie
ſúah aſcēdit protinus ab aqua,& ecce aper⸗
ti ſunt illi cœli,& uidit ſpiritum dei deſcen⸗
dentē tanꝗ columbā,& uenientē ſuper ip⸗
ſum.Et ecce uox de cœlis dicens.Hic eſt fili'
meus dilectus in quo complacui.

Capitulum.4.

1 TVnc Ieſúah reduct' fuit
in deſertū à ſpiritu ut tē
taret à diabolo.Et cū ie
iunaſſet dies quadragi
ta,ac noctes quadragi⸗
2 ta tādē eſurijt. ℂ Et cū
acceſſiſſet ad eū ille qtē
tat,dixit:Si fili' es dei,
dic ut lapides hi panes fiāt. ℂ At ille reſpon
dēs dixit:Scriptū eſt:Nō ſolo pane uiuet hō,
4 ſed oī uerbo qđ egreditur per os dei. ℂ Tūc
aſſumit illū diabolus ī ſanctā ciuitatē,& ſta⸗
tuit eū ſup pīnaculū templi,& dicit illi:Si fi
li' es dei,mitte teipm̄ deorſū.Scriptū eſt em̄
quod angelis ſuis mandabit de te,& manib'
tollent te,neqn̄ īpingas in lapidē pedē tuū.
5 ℂ Dixit illi Ieſúah:Rurſum ſcriptū eſt:Nō
6 tentabis dñm deum tuum. ℂ Rurſum aſſu⸗
mit illū diabolus in montē excelſum ualde,
& oſtendit ei oīa regna mūdi,& gloriā illo⸗
rū,& dixit illi:Hæc omnia tibi dabo:ſi ꝓſtra
7 tus adoraueris me. ℂ Tunc dixit illi Ieſúah:
8 Abi ſathán.Scriptū eſt em̄: ℂ Dñm deū tuū
adorabis,& illū ſolū coles.Tunc omittit illū
diabolus,& ecce angeli accedebāt,& mini⸗
9 ſtrabant ei. ℂ Cū audiſſet aūt Ieſúah qđ Io
annes traditus eēt,ſeceſſit ī Galíl,& relicta
Naſaréth,ꝑfectus habitauit ī Capernaum,q̄
eſt ciuitas maritima,ī finib' Zebulún,et Nap
thali,ut impleret qđ dictū fuerat per Ieſahiah

prophetā dicētē: Terra Zebulún, & Naptha
lí iuxta uiā maris ultra Iardén Galíl gētium.
Popul' q ſedebat ī tenebris, uidit lucem ma-
gnā, & q ſedebant in regione, & umbra mor
10 tis, lux orta eſt eis. ¶ Ex eo tēpore cœpit Ie
ſúah prædicare, & dicere: Pœnitentiā agite.
11 Appropinquauit eñ regnū cœlorū. ¶ Am-
bulās aūt Ieſúah iuxta mare Galíl, uidit duos
fratres Simonē, q uocabat Petr', & Andreā
fratrē ei', iaciētes rete in mare: (Erāt eī piſca
tores) & dicit illis: Venite poſt me, & faciam
uos piſcatores hoim. At illi ſtati, quū reliqſ-
12 ſēt retia, ſecuti ſunt illū. ¶ Et pgreſſus illic
uidit alios duos frēs, Iacobū filiū Zebadiáh,
& Ioānē frēm ei' ī naui, cū Zebadiáh pr̄e ſuo,
ſarcientes retia ſua, & uocauit eos. At illi p-
tinus, quū reliqſſent nauim, & pr̄em ſuū, ſecu
13 ti ſunt eū. ¶ Et circūibat totā Galíl Ieſúah
docēs in ſynagogis illorū, ac prædicās euan
geliū regni, & curās oēm morbū, & oēm lā-
14 guorē in populo. ¶ Et abijt fama illius in to
tā Syriam Et adduxerūt ad illū oēs male ha-
bētes, uarijs morbis, ac cruciatib' cōtractos,
& dæmoniacos, et lunaticos, et paralyticos,
ſanauitq; illos. Et ſecutæ ſūt eū turbæ multę
à Galíl, ac Decapoli, & Ieruſaláim, & Iehu-
dah, & à regionibus quæ erāt trans Iardén.

Capitulum. 5.

1 CVm uidiſſet aūt turbas, aſcēdit ī mō
tē, et cū ſediſſet ipſe acceſſerūt ad il
lū diſcipuli ei', & quū aperuiſſet os
2 ſuū, docebat illos, dicēs. ¶ Btī pau
peres ſpiritu, quoniā illorū eſt regnū cœlo-
3 rū. ¶ Beati q lugēt, qm̄ ipſi cōſolationē ac-
4 cipiēt. ¶ Beati mites, quoniā ipſi hæredita
5 te accipiēt terrā. ¶ Beati q eſuriūt, & ſitiūt
6 iuſtitiā, qm̄ ipſi ſaturabunt. ¶ Beati miſeri
cordes, qm̄ ipſi miſericordiā conſequentur.
7 ¶ Beati mūdo corde, qm̄ ipſi deū uidebūt.
8 ¶ Beati pacifici quoniā ipſi filij dei uocabū
9 tur. ¶ Beati qui pſecutionē patiūtur, ppter
iuſtitiā, qm̄ illorum eſt regnum cœlorum.
10 ¶ Beati eſtis cū probris affecerint uos, &
perſecuti fuerint, et dixerint omne malū uer
bū aduerſus uos mentiētes, propter me. Gau
dete, & exultate, quoniā merces ueſtra mul-
ta eſt in cœlis. Sic enim perſecuti fuerūt pro
11 phetas, qui fuerunt ante uos. ¶ Vos eſtis ſal
terræ: Si uero ſal infatuatus fuerit, quo ſalie-
tur? Ad nihil ualet ultra niſi ut proijciatur fo
12 ras, & conculcetur ab hominibus. ¶ Vos
eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi
ſupra montem poſita, neq; accendunt lucer-
nam, & ponunt illam ſubter modiū, ſed ſup
candelabrū, & lucet oibus, q ſunt in domo.
13 ¶ Sic luceat lux ueſtra corā hoib', ut uideāt
ueſtra bona opera, glorificētq; patrē ueſtrū,
14 q eſt in cœlis. ¶ Ne putetis, qd' uenerim ad
deſtruendā legem, aut prophetas, non ueni
15 ut deſtruā, ſed ut impleā. ¶ Amē quippe di
co uobis, donec prætereat cœlum, & terra,
iota unū, aut unus apex uō præteribit à lege
quoad oīa facta fuerint. Quiſquis igitur ſol
uerit unū ex mandatis hiſce minimis, & do-
cuerit ſic homines, minimus uocabitur in re
gno cœlorū. Quiſquis aūt fecerit, & docue-
rit, hic magnus uocabitur in regno cœlorū.
16 ¶ Dico eñ uobis: Niſi abūdauerit ur̄a iuſti-
tia plus quā ſcribarū, & pharīſæorū nō ingre
17 diemini in regnū cœlorū. ¶ Audiſtis qd' di-
ctū ſit antiquis: Non occides. Quiſquis autē
occiderit, obnoxius erit iudicio. Ego aūt di
co uobis, quod omnis qui iraſcitur fratri ſuo
ſine cauſa, obnoxius erit iudicio: Quicunq;
uero dixerit fratri ſuo raca, obnoxius erit
concilio: Quiſquis aūt dixerit fatue, obno
18 xius erit ad gehinnon ignis. ¶ Itaq; ſi ob-
tuleris munus tuū ad altare, & illic recorda-
tus fueris, quod frater tuus habet aliquid ad
uerſum te, relinque illic munus tuum coram
altari, & abi prius, reconciliare fratri tuo, et
19 tunc profectus offer munus tuum. ¶ Eſto be
neuolus cum aduerſario tuo cito, dum es in
uia cū illo, ne quādo te tradat aduerſarius iu
dici, & iudex te tradat miniſtro, & in carce-
rē conijciaris. Amen dico tibi, non exibis il-
linc, donec reddideris extremū quadrantē.
20 ¶ Audiſtis quod dictū ſit antiquis: Nō com
mittes adulterū: Ego aūt dico uobis, qd' qui
cūq; aſpexerit uxorē alteri' ad concupiſcen
dū eā, iam adulteriū cū ea commiſit in corde
21 ſuo. ¶ Quod ſi ocul' tuus dexter offēderit
te, erue illū, & abijce abs te: Expedit enim ti
bi, ut pereat unū membrorū tuorum, & non
totum corpus tuū conijciatur in gehinnō.
Et ſi dextera tua manus offenderit te, ampu
ta eā, & pijce abs te: Expedit eñ, tibi ut pe-
reat unum membrorum tuorum, & non totū
22 corpus tuum conijciatur in gehinnō. ¶ Di-
ctum eſt autem: Quicunq; dimiſerit uxorem
ſuam, det illi libellum diuortij. Sed ego dico
uobis, quod quiſquis dimiſerit uxorem ſuā,
niſi ratione fornicatiōis efficit ut illa ſit adul
tera, & quicunq; dimiſſam duxerit, adulte-
23 rium committit. ¶ Rurſum audiſtis, quod
dictum fuerit antiquis: Non peierabis, ſed
perſolues domino iuramenta tua. Ego autem
dico uobis, ut non iuretis omnino, neq; per

cœlum, quia thronus dei eſt, neq; per terrā,
quia ſubſelliū eſt pedum illius, neq; per Ie-
ruſalaim, quoniam ciuitas eſt magni regis,
neq; per caput tuum iuraueris, ꝓpterea qđ
non potes unū capillū albū, aut nigrū face-
re. Sed ſit ſermo uř, etiam etiam, non nō, ue
rum quod ſuperabundat his ex malo eſt.
24 ¶ Audiſtis quod dictū fuerit. Oculū ꝓ ocu
lo, & dentem pro dēte. Sed ego dico uobis,
ne reſiſtatis malo. Sed quiſquis te percuſſe-
rit alapam in dextrā tuam maxillam, uerte
illi & alteram, & uolenti te in iudicium uo-
care, ac tunicā tuam tollere, dimitte illi &
palliū. Et qui te coegerit ad miliare unum,
25 abito cum illo duo. ¶ Petenti abs te dato,
& uolentem abs te mutuū accipere, ne auer
26 tas. ¶ Audiſtis quod dictū ſit. Diliges pro
ximū tuū, & odio habebis inimicū tuū. Sed
ego dico uobis. Diligite inimicos ueſtros,
benedicite maledicentibus uobis, benefaci
te iis, qui uos odio habent, orate pro iis, qui
nocent, & pſequūtur uos, ut ſitis filii patris
ueſtri, qui eſt in cœlis, quia ſolem ſuū oriri
facit ſuper malos, ac bonos, & pluit ſuper iu
ſtos, & iniuſtos. Nā ſi dilexeritis eos, qui dili
gunt uos, quam mercedem habetis? Nōne,
& publicani idem faciūt? Et ſi complectēdo
ſalutaueritis fratres uřos tm̄, qđ ſupabūdās
facitis? Nōne & publicani ſic faciūt? Eritis
igiť uos pfecti, quēadmodū př ueſter, q̄ ē in
cœlis, pfect⁹ eſt. Capitulum. 6.
1 TAttendite ne eleemoſynam ueſtrā
faciatis coram hoībus, ut uidea-
mini ab illis. Alioqui mercedē nō
habetis apud patrē ueſtrū qui eſt
in cœlis. Itaq; cū facis eleemoſynam, ne tuba
cecineris ante te, quēadmodū hypocritæ fa
ciūt in ſynagogis, & in uicis, ut glorificētur
ab hoībus. Amen dico uobis, recipiūt merce
dem ſuam. Te aūt faciēte eleemoſynam, ne-
ſciat ſiniſtra tua qđ facit dextera tua, ut ſit
tua eleemoſyna in oculto, & pater tuus qui
det in occulto, ipſe reddet tibi in manifeſto.
2 ¶ Et cum oraueris, non eris quēadmodum
hypocritæ. Nam amant in ſynagogis, & in
āgulis plateарū ſtantes orare, ut appareant
hoīb⁹. Amē dico uobis, qđ recipiūt mercedē
ſuā. Tu uero cū oras ītroito in cubiculū tuū,
& cū clauſeris oſtiū tuū ora patrē tuū q ē in
occulto, & pater tuus q uidet ī occulto red-
3 det tibi in manifeſto. ¶ Verū orātes ne mul
tū loquamini, ſicut ethnici. Putāt em̄ qđ ob
multiloquiū ſuū exaudiant. Ne igiť efficia-
mini ſimiles eis. Nouit em̄ pater uř qb⁹ reb⁹
4 op⁹ ſit uobis, priuſq; petatis ab illo. ¶ Sic
ergo orate uos. Pater nř q es i cœlis, ſanctifice
tur nomē tuū. Veniat regnū tuum: Fiat uolū
tas tua, ſicut in cœlo, ſic etiā ī terra. Panē no
ſtrū quotidianū da nobis hodie, dimitte no-
bis debita nřa, ſicut & nos dimittimus debi
toribus nřis. Et ne inducas nos in tentationē
Sed libera nos à malo. Amē. Nā ſi dimiſeritis
hoīb⁹ delicta ſua, dimittet & uobis př uř cœ
leſtis. Quod ſi nō dimiſeritis hominibus de
licta ſua, nec pater ueſter dimittet delicta ue
5 ſtra. ¶ Porro cū ieiunaueritis, ne ſitis uelu-
ti hypocritæ uultu mœſti. Obſcurant em̄ fa-
cies ſuas, ut appareāt hoīb⁹ ieiunantes. Amē
6 dico uobis recipiūt mercedē ſuā. ¶ Tu ue-
ro cū ieiunas, unge caput tuū, & faciē tuam
laua, ne appareas hoīb⁹ ieiunās, ſed při tuo,
q ē in occulto, & př tu⁹ qui uidet in occulto,
7 reddet tibi. ¶ Ne recondatis uobis theſau-
ros ī terra, ubi ærugo, & tinea corrūpit, &
ubi fures perfodiūt, ac furātur. Sed recōdite
uobis theſauros ī cœlo, ubi neq; ærugo, neq;
tinea corrūpit, & ubi fures nō pfodiūt, neq;
furanť. Nā ubi ē theſaur⁹ uř, illic erit, & cor
8 ueſtrū. ¶ Lucerna corporis eſt ocul⁹. Si igiť
oculus tuus ſimplex fuerit, totū corp⁹ tuū lu
cidū erit. Quod ſi oculus tuus malus fuerit,
totū corpus tuū tenebroſum erit. Ergo ſi lu
mē qđ eſt in te, tenebræ ſunt ipſæ tenebræ
9 quātæ? ¶ Nemo pōt duobus dn̄is ſeruire.
Aut em̄ unū habebit odio, & alterū diliget:
aut uni adhærebit, & alterū deſpiciet. Nō po
10 teſtis deo ſeruire, & mammonæ. ¶ Propter
ea dico uobis, ne ſitis ſolliciti aīæ uřæ, qđ co
meſturi ſitis, & qđ bibituri, neq; corpori ue
ſtro, qđ induatis. Nōne aīa pluris ē quā cib⁹,
11 & corpus pluris quā indumētū? ¶ Intuemi
ni ad uolatilia cœli, q nō ſerūt, neq; metūt,
neq; cōgregāt ī horrea, & př ueſter cœleſtis
nutrit illa. Nōne uos lōge pſtatis illis? Quis
autem ex uobis ſollicite cogitās, pōt adde-
12 re ad ſtaturā ſuā cubitū unū? ¶ Et de indu-
mēto qđ ſolliciti eſtis? Cognoſcite lilia agri
quō creſcant. Nō laborant, neq; nent. Dico
aūt uobis qđ nec Selomoh in uniuerſa glia
ſua ſic amict⁹ fuit, ut unū ex his. Qđ ſi herba
agri, q̄ hodie cū ſit, cras ī clibanū mittiť, de⁹
ſic ueſtit, an nō multo magis uobis id faciet
o exiguæ fidei hoīes? Ne ſitis igiť ſolliciti, di
cētes. Quid edem⁹, aut qđ bibem⁹, aut quo
operiemur? Nā oīa iſta gentes inquirūt. No-
uit em̄ pater uř cœleſtis, qđ op⁹ habeatis his
13 oīb⁹. ¶ Quærite aūt primū regnū dei, & iu
ſtitiam eius, & hæc oīa adiicientur uobis. Ne
ſitis igiť ſolliciti in craſtinū. Nā craſtin⁹ dies
ſollicit⁹ erit ſui ipſi⁹. Sufficit ſua diei afflictio.

Capitulum.7.

1 NE iudicetis,ut nō iudicemini.Quo
cē̄ iudicio iudicatis, eo iudicabi-
mini,& qua menſura metimini,ea
2 metieť uobis. ¶Cur aūt uides fe
ſtucā quæ ē in oculo fratris tui,trabē autem
quæ ē in oculo nō cōſideras? Aut quomō di
cis fratri tuo,ſine eijciam feſtucam ex oculo
tuo,& ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita
eijce prius trabē ex oculo tuo,& tunc pſpi-
cies,ut eijcias feſtucam ex oculo fratris tui.
3 ¶Ne detis qđ ſanctū ē canib⁹,neq̃ pijceri
tis margaritas nr̄as an̄ porcos,ne qn̄ cōcul-
cent eas pedib⁹ ſuis,& illi uerſi in uos,lace-
4 rēt uos. ¶Petite,& dabiť uobis,quærite,
& inuenietis,pulſate,& aperieť uobis.Quiſ
quis em̄ petit,accipit,& q quærit inuenit,&
pulſanti aperieť. An quis eſt ex uobis hō,à
quo ſi filius eius petierit panē,num lapidē
dabit illi? Aut ſi piſcē petierit,num ſerpentē
porriget illi? Si uos igitur cum ſitis mali,no
ſtis dona bona dare filijs ur̄is,quāto magis
pater ueſter q ē in cœlis,dabit bona petēti-
bus ab ipſo? Oia igiť quæcūq̃ uolueritis,ut
faciant uobis hoīes,ſic & uos facite illis.Sic
5 em̄ eſt lex,& pphetæ. ¶Introite p arctam
portam,qm̄ lata eſt porta,& ſpacioſa uia,
quæ ducit ī pditionē,multiq̃ ſunt q ingre-
diuntur per illam. Qm̄ anguſta eſt porta,&
ſtricta uia,quæ ducit ad uitam,& pauci ſunt
6 qui inueniūt illam. ¶Attendite uero uobis
à pſeudoprophetis,qui ueniūt ad uos in ue
ſtimētis ouiū,ſed intrinſecus ſunt lupi rapa-
ces.A fructib⁹ ipſorū agnoſcetis eos. Nūqd
colligūt de ſpinis uuā? aut de tribulis ficus?
Sic oīs arbor bona,fruct⁹ bonos facit.Putris
aūt arbor,fruct⁹ malos facit. Non pōt arbor
bona,fruct⁹ malos facere,neq̃ arbor putris
fruct⁹ bonos facere.Oīs arbor,q nō facit fru
ctū bonū,excidiť,& ī ignē cōijcitur. Igiť ex
7 fructib⁹ ipſorꝝ agnoſcetis eos. ¶Non oīs q
dicit mihi:Dn̄e dn̄e,introibit ī regnū cœlo-
rū,ſed qui fecerit uolūtatē patris mei q ī cœ
8 lis ē. ¶Multi dicēt mihi ī illo die: Dn̄e dn̄e,
nōne p nomē tuū pphetauim⁹,& p nomē tuū
dæmōia eiecim⁹,& p nomē tuū multas uirtu
tes fecimus? Et tūc cōfitebor illis. Nunq̃ no
ui uos. Diſcedite à me q operamini iniquita
9 tē. ¶Oīs em̄ q audit meos ſermones hos,&
facit eos,adſimilabo illū uiro prudēti q ędi
ficauit domū ſuā ſup petrā,& deſcēdit im-
ber,& uenerūt flumina,& flauerūt uēti,&
irruerūt ī domū illā,& non cecidit.Fundata
10 em̄ fuerat ſup petrā. ¶Et oīs q audit meos
ſermones hos,& nō facit eos adſimilabitur
uiro fatuo:q ædificauit domū ſuā ſuper hare
nā,& deſcēdit imber,& uenerūt flumina,&
flauerūt uēti,& irruerunt in domū illam,&
11 cecidit,& fuit ruina illius magna. ¶Et fa-
ctū ē,quū finiſſet Ieſúah ſermōes hos,obſtu-
peſcebāt turbæ ſup doctrina illi⁹:Docebat enim
eos uelut habens ptātem,& nō ſicuti ſcribæ.

Caput.8.

1 CVm deſcēdiſſet autē de mōte, ſe-
cutæ ſūt eū turbæ multæ, & ecce
leproſus accedēs,adorauit eū di-
cēs:Dn̄e,ſi uelis,potes me mūda
re.Cumq̃ extendiſſet manū,tetigit illū Ieſú
ah dicēs:Volo,mūd⁹eſto,ac ꝓtinus mūdata
2 fuit illi⁹ lepra. ¶Et dicit illi Ieſúah.Vide ne
cui dixeris,ſed abi teipm̄ oñde ſacerdoti,&
offer mun⁹ qđ iuſſit Moſch ī teſtimoniū ipis.
3 ¶Cū aūt igreſſus fuiſſet Ieſúah Capernaū
adijt eū Centurio,obſecrās eū,& dicēs: Do
mine,famul⁹ me⁹ pœnit⁹ iacet domi paraly-
ticus,ac grauiter cruciať. Et dicit illi Ieſúah:
4 Ego profect⁹ curabo eū. ¶Et rn̄dens centu
rio dixit:Dn̄e,nō ſū idone⁹,ut ſub tectū meū
introeas. Sed tantū dic uerbo,& ſanabiť fa
mulus meus.Nā & ego hō ſum ſub poteſtate
alteri⁹,& habeo ſub me milites,& dico huic
uade,& uadit,& alteri ueni,& uenit,& ſer-
5 uo meo,fac hoc,& facit. ¶Hæc autē cū au-
diſſet Ieſúah admirat⁹ eſt,& ait ijs q ſeqbanť:
Amen dico uobis,ne in Iſrael qdem,tantū fi
6 dei reperi. ¶Dico aūt uobis,quod multi ab
oriente,& ab occidēte uenient,& accūbent
cū Abrahā,& Iſchác,& Iahacób ī regno cœ
lorū:filij uero regni eijcientur in tenebras ex
teriores.Illic erit ploratus,& ſtridor dentiū.
7 ¶Et dixit Ieſúah Centurioni:Abi,& quem
admodum credidiſti fiat tibi, & ſanatus eſt
8 famul⁹ eius in hora illa. ¶Et cum ueniſſet Ie
ſúah in domum Petri,uidit ſocrum illius ī le
cto decumbentem,& febricitantē,tetigitq̃
manum illi⁹,& reliquit illā febris,& ſurre-
9 xit,ac miniſtrabat illis. ¶Veſpera aūt facta
adduxerūt illi dæmoniacos multos,& eiecit
ſpiritus uerbo,omneſq̃ male habentes cura
uit,ut impleretť qđ dictū erat per Ieſahiáh pro
phetā dicentē:Hic infirmitates noſtras ſuſce
10 pit,& morbos portauit. ¶Cum uidiſſet aūt
Ieſúah multas turbas circū ſeſe,iuſſit ut abi-
rent in ulteriorē ripam: & cum adiſſet unus
ſcriba,dixit ei:Præceptor,ſequar te quocū-
q̃ abieris.Et dicit illi Ieſúah: Vulpes foueas
habēt,& uolucres cœli nidos : ſed filí⁹ hoīs
11 nō habet ubi caput reclinet. ¶Ali⁹ ē diſci-
pulis eius, dixit ei: Domine permitte mihi
prius ut abeam,& ſepeliam patrem meum.

At Ieſúah dixit illi: Sequere me, & ſine ut
12 mortui ſepeliãt mortuos ſuos. ¶ Et cum in-
ſcẽdiſſet nauim, ſecuti ſunt eũ diſcipuli ei⁹,
& ecce motus magnus fact⁹ eſt in mari, adeo
ut nauis operiretur à fluctib⁹: Ipſe uero dor-
13 miebat. ¶ Et accedentes diſcipuli, excita-
uerũt illum dicentes: Domine, ſerua nos, pe
rim⁹. Et dicit illis: Quid timidi eſtis, exiguæ
14 fidei hoĩes? ¶ Tunc excitatus icrepauit uẽ
tos, & mare, & facta eſt trãquillitas magna.
Hoĩes uero admirati ſunt dicentes: Qualis
eſt hic, quia & uenti, & mare obediunt illi?
15 ¶ Et cũ ueniſſet ad ulteriorem ripam in re-
gionem Gergeſenorũ, occurrerũt ei duo dæ
moniaci, è monumentis egreſſi: erant autem
ſæui ualde, adeo ut nemo poſſet tranſire per
uiam illam. Et ecce clamabãt, dicẽtes: Quid
nobis, & tibi Ieſúah fili dei? Veniſti huc ad
16 cruciandum nos ante tempus? ¶ Erat autẽ
procul ab illis grex porcorum multorũ pa-
ſcens. Dæmones uero rogabant eum, dicen
tes: Si eijcis nos, permitte nobis, ut abeam⁹
in gregem porcorũ. Et ait illis: Abite. Illi ue
ro egreſſi, abierunt in gregem porcorum. Et
ecce ferebatur totus grex porcorum ppræ-
17 ceps in mare, & perierũt in aquis. ¶ Porrò
qui paſcebant, aufugerunt: & quũ abijſſent
in ciuitatem, renunciauerunt omnia, & quæ
accidiſſet dæmoniacis. Et ecce tota ciuitas
exiuit in occurſum Ieſúah. Et cum uidiſſent
illum, rogabant ut tranſiret à finibus ſuis.

Capitulum.ix.

1 ET quum inſcẽdiſſet nauẽ, traiecit,
ac uenit in ſuam ciuitatem. Et ecce
addaxerunt illi paralyticum in le-
cto penitus iacẽtem. Cũq; uidiſſet
Ieſúah fidem illorum, dixit paralytico: Fidu
ciam habe fili, remittuntur tibi peccata tua.
2 ¶ Et ecce quidam è ſcribis dicebant intra
ſeſe: Hic blaſphemat. Et cũ uidiſſet Ieſúah co
gitationes illorum dixit: Quare uos cogi-
tatis mala in cordib⁹ ueſtris? Quid enim eſt
facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an
3 dicere, ſurge, & ambula? ¶ Vt autẽ ſciatis
quod poteſtatem habeat filius hominis ĩ ter
ra dimittendi peccata, tunc dicit paralytico:
Quũ ſurrexeris, tolle tuum lectum, & abi in
domum tuam. Et ille ſurrexit, abijtq; domũ
4 ſuam. ¶ Turbæ uero quæ uiderant, admira
tæ ſunt, & glorificauerunt deum, qui dediſ-
5 ſet poteſtatem talem hominibus. ¶ Et præ
teriens Ieſúah illinc, uidit hominem ſeden-
tem ad telonium qui Matthæus dicebatur,
dicitq; ei: Sequere me. Et quum ſurrexiſ-
6 ſet, ſecut⁹ eſt eum. ¶ Et factum eſt, eo accũ-
bẽte in domo, ecce multi publicani, & pecca
tores qui uenerant, ſimul accubuerunt cum
Ieſúah, & diſcipulis illius. Et quũ uidiſſent
pharíſæi, dixerunt diſcipulis eius: Cur cum
publicanis & peccatoribus comedit præce
7 ptor ueſter? ¶ At Ieſúah quũ audiſſet, dixit
illis: Non opus habent ij qui ualidi ſunt me-
dico, ſed qui male habẽt. Quin potius profe
cti diſcite quid eſt: Miſericordiam uolo, &
non ſacrificium. Non enim ueni ad uocandũ
8 iuſtos, ſed peccatores ad pœnitẽtiã. ¶ Tũc
adeunt eum diſcipuli Ioannis, dicentes: Pro
pter qd nos, & phariſæi ieiunamus multo-
9 ties, diſcipuli uero tui non ieiunant? ¶ Et
dixit illis Ieſúah: Num poſſunt filij ſponſi lu
gere, quãdiu cum illis eſt ſponſus? Venient
autem dies cum tolletur ab eis ſponſus, &
10 tunc ieiunabunt. ¶ Nullus autẽ immittit aſ
ſumentum panni rudis ĩ ueſte ueteri. Aufert
enim ſupplementum illius à ueſtimento, &
peior ruptura fit. Neque mittunt uinum no-
uum ĩ utres ueteres, alioqui rũpũtur utres,
& uinum effunditur, & utres pereunt. Sed
mittunt uinum nouũ in utres nouos, & utra
11 q; ſimul ſeruantur. ¶ Hæc illo loquẽte eis,
ecce princeps unus profectus, adorabat eũ
dicens: Filia mea modo defuncta eſt, ſed pro
fectus impone manũ tuam ſup illã, & uiuet.
Et quũ ſurrexiſſet Ieſúah, ſecutus eſt eũ. &
12 diſcipuli illius. ¶ Et ecce mulier quæ ſan-
guinis profluuio laborauerat duodecim an
nos, accedens à tergo, tetigit fimbriam ue-
ſtimẽti illius. Dicebat enim intra ſeſe: Si tan
tum tetigero ueſtimentum illius, ſeruabor.
At Ieſúah cõuerſus, ut uidit illam, dixit: Cõ
fide filia, fides tua ſaluã te fecit. Et ſalua fa-
13 cta fuit mulier à tempore illo. ¶ Et cum ue-
niſſet Ieſúah in domũ principis, uidiſſetq; ti
bicines, & turbam tumultuãtem, dicit illis:
Secedite, non enim mortua eſt puerula, ſed
dormit. Et deridebant illum. Cum autẽ fuiſ-
ſet eiecta turba, ingreſſus tenuit manũ illi⁹,
& ſurrexit puella. Et egreſſus eſt rumor hic
14 in totam terram illam. ¶ Et cum diſcederet
illinc Ieſúah, ſecuti ſunt illum duo cæci, cla-
mantes, ac dicentes: Miſerere noſtri fili Da-
15 uid. ¶ Cum autẽ ueniſſet in domũ, adierũt il
lũ cæci, & dicit illis Ieſúah: Creditis quod
poſſim hoc facere? Dicunt illi: Etiã domine.
Tunc tetigit oculos illorũ dicens: Iuxta fidẽ
uẽſtram fiat uobis. Et aperti ſunt illorum oculi.
16 ¶ Et acriter cõminat⁹ è illis Ieſúah dicens:
Videte, ne qs ſciat. At cũ abijſſent, diuulga

17 rūt famā illius ī tota terra illa. ¶ Illis aūt egre
dientibus, ecce attulerunt illi hominē mutum
dæmoniacum: & eiecto dæmonio, locutus eſt
mutus. Et admiratæ ſunt turbæ dicentes: Nū-
18 q̃ apparuit ſic in Iſraël. ¶ At phariſæi dice-
bāt: per principem dæmoniorum eijcit dæmo
19 nia. ¶ Et circūibat Ieſúah ciuitates omnes,
ac uicos, docens in ſynagogis illorū, & prædi
cans euangelium regni, & curans omnē mor-
20 bum, & omnem languorem in populo. ¶ Cū
uidiſſet autem turbas, affectus eſt miſericordia
erga illas, quod eſſent deſtituti ac diſperſi ue-
21 lut oues non habentes paſtorem. ¶ Tunc di-
cit diſcipulis ſuis. Meſſis quidem copioſa, ope-
rarij autem pauci. Rogate igitur dñm meſſis,
ut emittat operarios in meſſem ſuam.

Capitulum. Io.

1 ET accerſitis duodeci diſcipl'is ſuis,
dedit eis poteſtatem aduerſus ſpiri
tus immundos, ut eijcerent eos, &
curarent omnem morbum, & om-
2 nem languorem. ¶ Porrò duodecim apoſto-
lorum nomia ſunt hæc. Primus Simon, qui uo
catur Petrus, & Andreas frater eius: Iacobus
filius Zebadiáh, & Ioānes frater eius: Philip-
pus, & Bartholomæus: Thomas, & Matthæus
qui fuerat publicanus: Iacobus filius Alphæi,
et Lebbæus, qui uocabat Thaddæus: Simō Ca
nanites, & Iudas Iſcariotes, qui & ꝑdidit illū.
3 ¶ Hos duodecim, emiſit Ieſúah, quib' eman
dauit dicens: In uiam gentium ne abieritis, &
in ciuitatem Samaritanorū ne ingrediamini,
ſed ite potius ad oues perditas domus Iſraël.
4 ¶ Profecti autem prædicate dicētes. Appro-
pinquauit regnum cœlorū, infirmos ſanate,
leproſos mundate, mortuos ſuſcitate, dæmo-
nia eijcite: gratuito accæpiſtis, gratuito date.
5 ¶ Ne poſſideatis aurum, neq; argētum, neq;
æs in zonis ueſtris, neq; peram ad iter, neq; bi
nas tunicas, neq; calciamēta, neq; uirgā. Nam
6 dignus es operarius cibo ſuo. ¶ Sed in quā-
cunq; ciuitatē, aut uicū fueritis ingreſſi, exqui
rite quis ī ea ſit dignus: atq; illic manete donec
7 exeatis. ¶ Cum autem intrabitis domum, ſa-
lutate illam: & ſiquidem fuerit domus digna,
ueniat pax ueſtra ſuper illam. Sin minus fuerit
8 digna, pax ueſtra ad uos reuertat. ¶ Et quiſ-
cunq; non exceperit uos, neq; audierit ſermo
nes ueſtros, exeuntes è domo, aut ciuitate illa,
excutite puluerem pedum ueſtrorum. Amen
dico uobis: Tolerabilius erit terræ Sedóm, &
Hamorah in die iudicij, quam ciuitati illi.
9 ¶ Ecce ego emitto uos uelut oues in medio
luporum. Eſtote igitur prudentes, ueluti ſer-
10 pentes, & ſimplices ſicut columbæ. ¶ Atten-
dite autem ab illis hominibus, tradent enī uos
in concilia, & in ſynagogis ſuis flagellis cadēt
uos: ſed & ad præſides, ac reges ducemini pro
pter me in teſtimonium ipſis, ac gentibus. At
cum tradiderint uos, ne ſitis ſolliciti quomodo
aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in il-
la hora quid loquamini. Nō enim uos eſtis qui
loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loqui-
11 tur in uobis. ¶ Tradet autem frater fratrem
in mortem, & pater filiū: & inſurgent filij ad-
uerſus parentes, & morte afficient eos, & eri-
tis odio habiti ab omnibus propter nomen
meum. Verum qui ſuſtinuerit uſq; ad finem,
12 hic ſaluus fiet. ¶ Cum autem perſecuti uos
fuerint in ciuitate hac, fugite in aliam. Amen
enim dico uobis, non perambulando finietis
omnes ciuitates Iſraël, quin iam uenerit filius
13 hominis. ¶ Non eſt diſcipulus ſupra præce-
ptorem, neq; ſeruus ſupra dominum ſuū. Suf-
ficit diſcipulo ut ſit ſicut præceptor ipſi', & ſer
14 uo ſicut dominus ipſius. ¶ Si ipſum patrem
familias Bahalzebúb uocauerunt, quanto ma-
gis domeſticos illius? Ne igitur metuatis eos.
Nihil enim eſt tectum, quod non ſit retegen-
dum: & nihil occultum, quod non ſit ſciendū.
Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: &
quod in aurem auditis, prædicate in tectis.
15 ¶ Et ne metuatis ab his qui occidunt cor-
pus, animam autem non poſſunt occidere: ſed
metuite magis illum, qui poteſt & animam &
16 corpus perdere in gehinnon. ¶ Nónne duo
paſſerculi minuto aſſe ueneunt? Et unus ex
illis non cadet in terram ſine patre ueſtro. Ve-
ſtri uero & capilli capitis omēs numerati ſunt.
Ne igitur metuatis. Multis paſſerculis præſta-
17 tis uos. ¶ Omnis igitur qui confitebitur me
coram hoibus, confitebor et ego illum coram
coram patre meo, qui eſt in cœlis. Porrò quiſ-
quis negauerit me coram hominibus, negabo
eum & ego coram patre meo, qui eſt in cœlis.
18 ¶ Ne arbitremini, quod uenerim ad mitten-
dum pacem in terram. Non ueni ut mitterem
pacem, ſed gladium. Nam ueni ut ſeparem ho-
minem aduerſus patrem ſuum, et filiam aduer
ſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum
ſuam: & inimici hominis erunt domeſtici ip-
19 ſius. ¶ Qui amat patrem aut matrem ſupra
me, non eſt me dignus: et qui amat filiū aut fi-
20 liam ſupra me, non eſt me dignus. ¶ Et qui
non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non
21 eſt me dignus. ¶ Qui inuenerit animam ſu-
am, perdet eam: & qui perdiderit animam ſu-
22 am mea cauſá, inueniet eā. ¶ Qui recipit uos,

me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui
miſit me. Qui recipit prophetā in nomine pro
phetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui
recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti
accipiet. Et quicunq; propinauerit uni ex pu-
ſillis his poculum aquæ frigidæ tantum nomi
ne diſcipuli, amen dico uobis, non perdet mer
cedem ſuam.

Capitulum. 11.

1 ET factum eſt, cum finē feciſſet Ie-
ſúah præcipiendi duodecim diſci-
pulis ſuis, progreſſus eſt illinc, ut
doceret, & prædicaret in ciuitati-
2 bus illorum. ¶ Ioannes autem cū
audiſſet in carcere facta Chriſti, quū miſiſſet
duos è diſcipulis ſuis, dixit illi: Tu es qui uen-
3 turus es, an alterū expectamus? ¶ Et reſpō
dens Ieſúah, dixit illis: Profecti renūciate Io-
anni ea quæ auditis, & uidetis. Cæci uident,
& claudi ambulant, leproſi mundantur, & ſur
di audiunt, mortui excitantur, et pauperes ac-
cipiunt euangelium. Et beatus eſt quiſquis nō
4 fuerit offenſus per me. ¶ Euntibus autem il-
lis, cœpit Ieſúah dicere turbis de Ioāne: Quid
exiſtis in deſertum ut uideretis? Num arundi-
nem, quæ agitatur à uento? Sed quid exiſtis
ut uideretis? Num hominem mollibus ueſtib'
amictū? Ecce qui mollia geſtāt, in domibus re-
5 gū ſunt. ¶ At quid exiſtis ut uideretis? Num
prophetam? Certe dico uobis, & excellentio-
rem propheta. Hic eſt enim de quo ſcriptum
eſt: Ecce ego mitto nūcium meum ante faciem
tuam, qui præparabit uiam tuam ante te.
6 ¶ Amen dico uobis, non ſurrexit inter natos
è mulieribus, maior Ioanne baptiſta. Sed qui
minor eſt in regno cœlorum, maior illo eſt.
7 ¶ Verum à diebus Ioannis baptiſtæ uſq; ad
hunc diem, regnū cœlorum uim patitur, & uio-
lēti rapiūt illud. Nā omnes pphetæ, & ipſa lex,
uſq; ad Iohannem prophetauerunt. Et ſi uul-
tis recipere, ipſe eſt Eliiáh ille, qui uenturus
erat. Qui habet aures ad audiendum, audiat.
8 ¶ Sed cui aſſimilabo generationem hanc?
Similis eſt pueris, qui ſedent in foris, & accla
mant ſodalibus ſuis, ac dicunt: Tibia cecinim'
uobis, & non ſaltaſtis: Lamentationes cecini-
mus uobis, & non planxiſtis. Venit enim Io-
annes, nec edens, nec bibens, & aiunt: Dæmo
nium habet. Venit filius hominis edens ac bi-
bens, & dicunt: Ecce homo edax & uini bibu-
lus, publicanis amicus ac peccatoribus, & iu-
9 ſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. ¶ Tunc cœ-
pit exprobrare ciuitatib', in quibus factæ fue
rant plurimæ uirtutes ipſius, quod non egiſ-
ſent pœnitentiam. Væ tibi Chorazin, uæ tibi
Bethſaida: quoniam ſi in Tyro, & Sidone fa-
ctæ fuiſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in uobis,
olim in ſacco, & cinere pœnitentiam egiſſent.
Attamen dico uobis, Tyro, & Sidoni tolera-
10 bilius erit in die iudicij quàm uobis. ¶ Et tu
Capernaum, quæ es uſq; ad cœlum exaltata,
uſq; ad inferos detraheris: quoniam ſi in Se-
dóm factæ fuiſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in
te, manſiſſent uſq; ad hodiernum diem. Veru-
tamen dico uobis, quod Sedóm tolerabilius
11 erit in die iudicij, quàm tibi. ¶ In illo tempo-
re reſpondens Ieſúah dixit. Confiteor tibi pa
ter domine cœli, & terræ, quod abſconderis
hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuela-
ueris ea paruulis. Certe pater, ſic fuit bene pla
12 citum apud te. ¶ Omnia mihi tradita ſunt à
patre meo: & nemo cognoſcit filium niſi pa-
ter, neq; patrem quiſquam cognoſcit, niſi fili',
13 & cuicunq; uoluerit filius reuelare. ¶ Venite
ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, &
ego recreabo uos. Tollite iugum meum ſuper
uos, & diſcite à me, quod mitis ſim, & humi-
lis corde, & inuenietis requiem animabus ue-
ſtris. Iugum enim meum iucūdum eſt, & onus
meum leue eſt.

Capitulum. 12.

1 IN illo tēpore, ambulauit Ieſúah
ſabbatis per ſata: diſcipuli uero
illius eſuriebant, & cœperunt
uellere ſpicas, & comedere.
2 ¶ At Pharisæi cum uidiſſent,
dixerunt illi: Ecce diſcipuli tui
3 faciunt, qđ non licet facere in ſabbato. ¶ Ille
uero dixit eis: Non legiſtis quid fecerit Dauíd
cum eſuriret ipſe, & ij qui erant cū illo? Quo-
modo ingreſſus ſit in domū dei, & panes pro-
poſitionis ederit: quos non licebat ei edere,
neq; ijs qui cum illo erant, niſi ſacerdotibus ſo
4 lis? ¶ Aut non legiſtis in lege, quod ſabbatis
ſacerdotes in templo ſabbatum profanant, &
inſontes ſunt? Dico aūt uobis, quod tēplo ma
5 ius eſt hoc in loco. ¶ Quod ſi ſciretis quid
ſit: miſericordiam uolo, & non ſacrificium, ne
quaquam condemnaſſetis inſontes. Nam do-
6 minus eſt ſabbati filius hominis. ¶ Et pro-
greſſus illinc, uenit in ſynagogam illorum, &
ecce homo erat manum habens aridam, & in-
terrogabant illum, dicentes: Licet ne ſabba-
7 tis curare? ut accuſarent eum. ¶ At ille dixit
eis: Quis erit ex uobis homo, qui habebit ouē
unam, & ſi inciderit ea ſabbatis in foueam,

nónne appræhendet illã,& eriget? Quanto
igitur præſtat homo oui? Licet igitur ſabba
8 tis benefacere. ¶ Tunc dicit homini: Exten
de manum tuam, & extendit, ac reſtituta eſt
9 ſana, ſicut altera. ¶ Porrò phariſæi egreſſi
cœperunt conſilium aduerſus eum, quomo-
do illum perderent. At Ieſúah ubi nouiſſet, ſe
ceſſit illinc, ſecutæq́ ſunt eum turbæ multæ,
& curauit eos omnes, & interminatus eſt il-
lis, ne facerent ſe manifeſtum, ut impleretur
quod dictum erat per Ieſahiáh prophetam,
qui ait: Ecce ſeruus meus quem elegi, dile-
ctus meꝰ in quo bñ cõplacuit anima mea. Po
nam ſpiritum meum ſuper illum, & iudiciũ
gentibus annunciabit. Non contendet, ne-
q́ clamabit, neq́ audiet quiſq́ in plateis uo-
cem eius. Arũdinẽ cõminutã non cõfringet,
& linũ fumigans, non extinguet, donec eij-
ciat ad uictoriam iudicium, & in nomine il-
10 lius gentes ſperabunt. ¶ Tunc adductus eſt
ad eũ qui dæmonio agitabatur cæcus, ac mu
tus, & ſanauit illum, ita ut cæcus, ac mutus,
& loqueretur, & uideret. Et obſtupuerunt
oẽs turbæ, dicebantq́: Num hic eſt Chriſtus
11 filius Dauid? ¶ At phariſæi cũ audiſſent, di
cebãt: Hic nõ eijcit dæmonia, niſi ꝑ Bahalze
12 búb principẽ dæmoniorum. ¶ Cum ſciuiſ-
ſet aũt Ieſúah cogitationes illorũ dixit illis:
Omne regnum diuiſum aduerſus ſeſe, deſo-
tur: & omnis ciuitas, aut domus diuiſa ad-
13 uerſus ſeipſam, non ſtabit. ¶ Et ſi ſathan ſa-
than eijcit, aduerſus ſeipſum diuiſus ẽ. Quo
14 modo igitur ſtabit regnum illius? ¶ Et ſi
ego Bahalzebúb eijcio dæmonia, filij ueſtri
per quem eijciunt? Propterea ipſi ueſtri iudi
15 ces erunt. ¶ Quod ſi ſpiritu dei ego eijcio
dæmonia, ergo peruenit ad uos regnum dei.
16 ¶ Alioqui quomodo poteſt aliquis intrare
domũ fortis, & uaſa illius diripere, niſi prius
ligauerit fortem, & tunc domum illius diri-
17 piet? ¶ Qui non eſt mecũ, aduerſum me eſt:
18 & qui non congregat mecũ, ſpargit. ¶ Pro
pterea dico uobis Omne peccatum, & blaſ-
phemia remittetur hominibꝰ: at blaſphemia
19 in ſpiritum, nõ remittetur hominibus. ¶ Et
quicunque dixerit uerbum aduerſus filium
hominis, remittetur illi. Qui autem dixerit
aduerſus ſpiritum ſanctum, non remittetur
ei, neq́ in præſenti ſæculo, neq́ in futuro.
20 ¶ Aut facite arborem bonam, & fructũ eius
bonum: aut facite arborem putrem, & fru-
ctum illius putrem: nam è fructu arbor agno-
21 ſcitur. ¶ Progenies uiperarum, quomodo
poteſtis bona loqui cum ſitis mali? Siquidẽ
22 ex abundantia cordis os loquitur. ¶ Bonus
homo è bono theſauro cordis expromit bo-
na: & malus homo è malo theſauro depromit
23 mala. ¶ Sed dico uobis, quod de quocunq́
uerbo ocioſo, quod locuti homines fuerint,
reddent rationem in die iudicij. Nam ex uer-
bis tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis con-
24 demnaberis. ¶ Tunc interrogauerũt eũ qui
dam è ſcribis ac phariſæis, dicentes: Præce-
25 ptor, uolumus ex te ſignum uidere. ¶ At il
le reſpondens, dixit illis: Generatio praua,
& adultera ſignum quærit, & ſignum nõ da
bitur illi: niſi ſignũ Ionæ prophetæ. Quem-
admodum enim fuit Ionas in uentre ceti tres
dies, ac tres noctes, ſic erit filius hominis in
26 corde terræ tres dies, ac tres noctes. ¶ Viri
Niniuéh ſurgent in iudicio cum generatione
hac, & condemnabunt eam, quod pœniten-
tiam egerint ad prædicationem Ionæ: Et ec-
27 plus quàm Ionas eſt hoc loco. ¶ Regina
Auſtri ſurget in iudicio cum generatiõe hac
& condemnabit eam: quod uenerit à finibus
terræ ad audiendam ſapientiam Selomóh:
Et ecce plus quam Selomóh eſt in hoc loco.
28 ¶ Cum autem immũdus ſpiritus exierit ab
homine, perambulat per inaquoſa loca, quæ
rens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Re-
uertar in domum meam unde exiui: Et cum
uenerit, reperit eam uacantem, et ſcopis pur
gatam, atq́ ornatam. Tunc abit, & adiungit
ſibi ſeptẽ alios ſpiritus peiores ſe: & ingreſ-
ſi inhabitant illic: & fiũt poſtrema hominis il
liꝰ peiora primis. Sic erit & generationi huic
29 peruerſæ. ¶ Cũ aũt adhuc loqueref turbis,
ecce mater, & fratres eius ſtabant foris, quæ
rentes ei loqui. Dixit autem illi quidã: Ecce
mater tua, & fratres tui foris ſtãt, quærẽtes
30 tibi loqui. ¶ At ille rñdens dixit ei, ꝗ dixe-
rat ſibi. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fra-
tres mei? Et quũ extẽdiſſet manũ ſuã in diſci
pulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres
mei. Quiſquis enim fecerit uoluntatẽ patris
mei, qui eſt in cœlis, ipſe meus frater, & ſo-
ror, & mater eſt.

Capitulum. 13.

1 IN die uero illo egreſſus Ieſúah è do
mo, ſedit iuxta mare, & congrega
tæ ſunt ad illum turbę multa, adeo
ut ipſe nauim ingreſſus, ſederet, et
uniuerſa turba in littore ſtabat. Ac dice-
bat illis multa per ſimilitudines, dicens:
2 ¶ Ecce exijt qui ſeminabat ad ſeminãdum:
& cum ſeminaret, alia quidem ceciderunt
iuxta uiam, & uenerunt uolucres, & deuo-
rauerunt ea. Alia uero ceciderunt in ſaxo-
ſa, ubi non habebant terram multam, & pro

tinus exorta ſunt, propterea qđ nõ haberẽt
ꝓfunditatem terræ: cũ autem exortus eſſet
ſol, exuſta ſunt, & qa non habebant radicẽ,
3 exaruerunt. ¶ Alia uero ceciderũt ĩ ſpinas
& inſurrexerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea.
4 ¶ Alia uero ceciderunt in terram bonã, &
dabãt fructum, aliud quidẽ centuplũ, aliud
uero ſexagecuplum, aliud uero trigecuplũ.
5 Qui habet aures ad audiendũ, audiat. ¶ Et
adeuntes diſcipuli, dixerunt illi: Quare per
6 parabolas loqueris illis? ¶ At ille reſpon-
dens, dixit eis: Vobis datũ eſt noſſe myſteria
regni cœlorũ, illis autem non eſt datũ. Quiſ
quis enim habet, dabit̃ illi: & reddet̃ abun-
danor. Quiſquis aũt non habet, etiam illud
7 qđ habet tolletur ab eo. ¶ Propterea ꝑ pa-
rabolas illis loquor, quia uidentes nõ uidẽt,
& audientes non audiunt, nec intelligunt,
& complet̃ur ĩ illis prophetia Ieſahiáh, quæ
dicit: Auditu audietis, & nõ itelligetis, & ui
dẽtes uidebitis, & nõ cernetis. Incraſſatum
eſt enim cor populi huius, & auribus graui-
ter audierunt, & oculos ſuos occluſerunt,
ne quando uiderent oculis, & auribus audi-
rent, & corde intelligerẽt, & conuertantur,
& ſanem illos. Veſtri uero beati ſunt oculi,
quia uident, & aures ueſtræ, quia audiunt.
8 ¶ Amẽ enĩ dico uobis qđ multi ꝓphetæ &
iuſti deſiderauerunt uidere q̃ uidetis, & nõ
uiderunt: & audire quæ auditis, & non au-
9 dierunt. ¶ Vos igitur audite parabolam ſe
minãtis: Cũ quis audit uerbũ regni, & nõ itel
ligit, uenit ille malus, & rapit id quod ſemi-
natum eſt ĩ corde illius, hic eſt qui iuxta uiã
10 ſeminatus fuit. ¶ Atqui in ſaxoſa ſatũ erat,
hic eſt qui uerbum audit, ac protinus cum
gaudio accipit illud, uerum non habet radi-
cem in ſemetipſo, ſed temporari⁹ eſt. Porrò
cum facta fuerit afflictio, aut perſecutio pro
11 pter uerbũ, continuo offenditur. ¶ Atqui
in ſpinas ſatum fuerat, hic eſt qui uerbũ au-
dit, & cura ſæculi huius, deceptioq; diuitia
12 rũ ſuffocat uerbũ, & infrugifer fit. ¶ Cæ-
terũ qui in terram bonam ſatũ eſt hic eſt, qui
uerbum audit, & intelligit, qui deniq; fru-
ctum reddit, ac facit: alius quidem centuplũ
alius uero ſexagecuplum, ali⁹ uero trigecu-
13 plum. ¶ Aliam parabolã propoſuit eis, di-
cens: Aſſimilatum eſt regnum cœlorũ homi-
ni ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo, ſed
dormientibus hominibus uenit illius inimi-
cus, & ſeminauit zizania inter triticũ, abijt
q;. Cũ aũt germinaſſet hærba, & fructũ feciſ
14 ſet, tunc apparuerunt & zizania. ¶ Acce-
dentes autem ſerui patris familias, dixerunt
illi: Domine, nonne bonũ ſemen ſeminaras in
15 tuo agro? Vnde igitur habet zizania? ¶ Il-
le uero dixit illis: Inimicus homo hoc fecit.
Serui autem dixerunt illi: Vis igitur ut pro-
fecti colligamus ea? At ille dixit: Non, ne
dum colligitis zizania, eradicetis ſimul cum
illis & triticum: Sinite pariter creſcere utra-
q; uſq; ad meſſem, & in tempore meſſis dicã
meſſoribus: Colligite primum zizania, & col
ligate ea in faſciculos ad comburẽdũ ea: tri-
ticum uero congregate in horreum meum.
16 ¶ Aliam parabolam propoſuit eis, dicens:
Simile eſt regnum cœlorum grano ſinápis,
qđ cũ accepiſſet homo ſeminauit ĩ agro ſuo
quod minimum eſt omnium ſeminum. Cæte
rum ubi excreuerit: maximum eſt inter hole
ra, & fit arbor: adeo ut ueniant uolucres cœ
17 li, & habitent in ramis illius. ¶ Aliam para
bolam dixit illis: Simile eſt regnum cœlo-
rum fermento, quod acceptum mulier abſcõ
didit in farinæ ſatis tribus, donec fermenta-
18 retur totũ. ¶ Hæc omnia locutus eſt Ieſúah
per parabolas ad turbas, & ſine parabola ni
hil locutus eſt illis, ut compleretur quod di-
ctum fuerat per prophetam, qui ait: Aperiã
in parabolis os meum, eructabo abſcõdita à
19 conſtitutione mundi. ¶ Tũc dimiſſis turbis
uenit in domũ Ieſúah, & acceſſerũt ad illum
diſcipuli eius dicẽtes: Explica nobis parabo
20 lam zizaniorum agri. ¶ At ille reſpondẽs di
xit illis: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius
21 hominis: ager autem eſt mundus. ¶ Porrò
bonum ſemen, ij ſunt filij regni: zizania uero
ſunt filij illius mali: inimicus antẽ qui ſemina
uit ea, eſt diabolus: meſſis uero conſumma-
22 tio ſæculi eſt; meſſores aũt angeli ſunt. ¶ Si
cut igit̃ colligũtur zizania, & igni cõburun
tur: ſic erit in cõſummatiõe ſæculi hui⁹. Mit-
tet filius hoĩs angelos ſuos, & colligẽt ẽ re-
gno illius omnia offendicula, & eos qui pa-
trant iniquitatem: & mittent illos in caminũ
ignis. Ibi erit ploratus, ſtridorq; dentium.
23 ¶ Tunc iuſti fulgebunt ut ſol in regno pa-
tris ſui. Qui habet aures, ad audiẽdũ, audiat.
24 ¶ Rurſum, ſimile eſt regnum cœlorum the
ſauro abſconſo in agro, quem quum reppe-
riſſet homo abſcondidit, & præ gaudio illi-
us, abit: & oĩa q̃cũq; habet, uẽdit, & mercat̃
25 agrũ illũ. ¶ Rurſũ, ſile eſt regnũ cœloꝝ hoĩ
negociatori, q̃rẽti pulchras margaritas: q cũ
inuenerit unam precioſam margaritã, profe
ctus uẽdidit oĩa q̃cunq; poſſidebat, & merca
26 tus eſt illã. ¶ Rurſum, ſimile eſt regnũ cœlo
rũ uerriculo iacto in mare, & ex omni genere
contrahenti: quod cũ impletũ fuiſſet, ſubdu-

xerunt in littus: & ſedentes collegerunt quæ
bona ſunt in uaſa, quæ uero putria, foras abie-
cerunt. Sic futurum eſt in conſummatiõe ſæcu
li, egredientur angeli, & ſegregabunt malos
de medio iuſtorum, & mittẽt eos in caminum
ignis. Illic erit ploratus, & ſtridor dentium.
27 ¶ Dicit illis Ieſúah. Intellexiſtis hæc omnia?
Dicunt illi: Etiã domine. At ille dixit illis: Pro-
pterea om̃is ſcriba doctus ad regnum cœlorũ,
ſimilis eſt homini patrifamilias, qui depromit ẽ
28 theſauro ſuo noua, & uetera. ¶ Et factum eſt,
ut cum finiſſet Ieſúah ſermones hos, digrede-
retur illinc. Et cum ueniſſet in patriam ſuam,
docebat in ſynagoga illorum, ita ut ſtuperent,
ac dicerent: Vnde huic ſapientia hæc, & uirtu-
tes? Nónne hic eſt ille fabri filius? Nónne ma-
ter eius uocatur Miriám, & fratres eius Iaco-
bus, & Ioſés, & Simon, & Iehudáh? & ſoro-
res illius, nónne om̃es apud nos ſunt? Vnde igi
tur huic hæc omnia? Et offendebantur in eo.
29 ¶ Ieſúah autem dixit illis: Non eſt propheta
expers honoris, niſi in patria ſua, & domo ſua.
Et non fecit illic uirtutes multas propter infi-
delitatem illorum.

Capitulum. 14.

1 IN illo tẽpore, audiuit Herodes
tetrarcha famam Ieſúah, & di-
xit famulis ſuis. Hic eſt Ioannes
baptiſta. Is ſurrexit à mortuis,
& ideo uirtutes agũt in illo. Nã
Herodes quum cæpiſſet Ioan-
nem uinxit eum, ac poſuit in carcere propter
Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui. Di-
cebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere
eam. Et cum uellet eũ occidere, metuebat mul
titudinem, propterea quod illum ceu prophe-
2 tam haberent. ¶ Cum autem fierent natalitia
Herodis, ſaltauit filia Herodiadis in medio, &
placuit Herodi. Vnde cum iureiurando pollici
3 tus eſt, ſe daturum illi quicquid peteret. ¶ At
illa pri' inſtructa à matre ſua. Da mihi, inquit,
4 hic in diſco caput Ioannis baptiſtæ. ¶ Et do-
lore affectus eſt rex: attamen propter iuſiuran
dum, & eos qui ſimul accumbebant, iuſſit da-
ri: & quũ miſiſſet, amputauit caput Ioannis in
carcere, & allatum eſt caput eius in diſco, da-
tumq́ eſt puellæ, atq́ illa obtulit matri ſuæ.
5 ¶ Et profecti diſcipuli eius, ſuſtulerũt corpus
& ſepelierunt illud, egreſſiq́ renunciarũt Ie-
ſúah. Id cum audiſſet Ieſúah, ſeceſſit illinc in
6 naui ad deſertum locum ſeorſim. ¶ Et cum
audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum itinere pe-
deſtri, relictis urbibus. Et egreſſus Ieſúah ui-
dit multam turbam, et miſericordia affectus eſt
7 erga illos, ſanauitq́ infirmos eorũ. ¶ Porrò
cum facta eſſet ueſpera, adierunt eum diſcipu-
li ipſius dicentes: Deſertus eſt locus, & hora
iam præterijt: dimitte turbas, ut abeant in ui-
8 cos, & emant ſibi cibaria. ¶ At Ieſúah dixit
illis: Non eſt illis neceſſe, ut abeant, date illis
9 uos ad comedendum. ¶ At illi dicunt ei: Non
habemus hic niſi quinq́ panes, & duos piſces.
10 ¶ Ille uero dixit: Afferte mihi illos huc. Et
quũ iuſſiſſet turbas diſcumbere ſuper herbas,
ſumpſiſſetq́ quinq́ panes ac duos piſces, ſuble
uaſſetq́ in cœlum oculos, benedixit. Et cũ fre-
giſſet, dedit diſcipulis panes, diſcipli uero tur
11 bis. ¶ Et comederunt omnes, et ſaturati ſunt:
& ſuſtulerunt quod ſuperfuerat de fragmen-
tis, duodecim cophinos plenos. Porrò qui co-
mederant, fuere uiri fermè quinquies mille,
12 præter mulieres, ac pueros. ¶ Et ſtatim com-
pulit Ieſúah diſcipulos ſuos, ut conſcenderent
nauim, & præcederent ſe in ripam ulteriorem,
13 donec dimiſiſſet turbas. ¶ Et quum dimiſiſſet
turbas, aſcendit in mõtem priuatim, ut oraret.
Cum autem facta eſſet ueſpera, ſolus erat illic.
Cæterum nauis iam in medio maris erat, & ue
xabatur ab undis, nam uentus erat aduerſus.
14 ¶ Quarta autem noctis uigilia abijt ab illos
Ieſúah, ambulãs ſuper mare, & cum uidiſſent
eum diſcipuli ſuper mare ambulantem, turba
ti ſunt dicentes: Spectrum eſt: ac præ timore
exclamauerunt, ſed ſtatim locutus eſt illis Ie-
ſúah dicens: Confidite, ego ſum, ne terreami-
15 ni. ¶ Rñdens autem illi Petrus, dixit: Domi
ne, ſi tu es, iubeto me ad te uenire ſup aquas.
16 ¶ At ille dixit: Veni. Et cum deſcendiſſet è na
ui Petr', ambulabat ſuper aquas ut iret ad Ie-
ſúah. Cæterum cum uideret uentum ualidum,
territus eſt: & cum cœpiſſet demergi, clama-
17 uit dicens: Domine, ſerua me. ¶ Continuo
autem Ieſúah, quum extendiſſet manum ap-
præhẽdit eum, & dixit illi: Exiguam fidem ha
bens, cur hæſitaſti? Et cum eſſent ingreſſi na-
uim, conquieuit uentus. Porrò qui erant in na
ui, acceſſerunt, & adorauerunt eum, dicentes:
18 Vere dei filius es. ¶ Et cum traieciſſent, uene
rũt in terram Geneſareth. Et cum agnouiſſent
illum uiri loci illius, emiſerunt nuncios in to-
tam undiq́ finitimam regionem illam, et obtu
lerunt illi omnes male habentes, & obſecra-
bant eum ut tantum tangerent fimbriam ue-
ſtimenti ipſius. Et quotquot tetigerunt ſaluifa
cti ſunt.

Capitulum. 15.

1 TVnc accedunt ad Ieſúah,qui ab
Ieruſaláim erant,ſcribæ,& pha
riſæi,dicentes: Quare diſcipu-
li tui tranſgrediuntur traditio-
nem ſeniorum? Non enim la-
uant manus ſuas cū panē edūt.
2 ¶ At ille reſpondens dixit eis: Quare & uos
tranſgredimini præceptum dei propter tradi-
tionem ueſtram? Nam deus præcepit dicens:
Honora patrem,& matrem: & qui maledixe-
rit patri,aut matri,morte moriatur. Vos autē
dicitis: Quicunq; dixerit patri aut matri: Ex
dono quod eſt à me augeberis: & non honora
uerit patrem ſuum,aut matrem ſuam, & irri-
tum feciſtis præceptum dei propter traditio-
3 nem ueſtrā. ¶ Hypocritæ,recte de uobis præ
dixit Ieſahiáh,dicens: Appropinquat mihi po
pulus hic ore ſuo, & labijs me honorat: cæte-
rum cor eorum procul abeſt à me: ſed fruſtra
me colunt,docentes doctrinas, præcepta ho-
4 minū. ¶ Et quū aduocaſſet turbam,dixit eis.
Audite,& intelligite: Non quod ingreditur in
os,inquinat hominem: ſed quod egreditur ex
5 ore,hoc inquinat hominem. ¶ Tūc accedens-
tes diſcipuli eius,dixerunt illi: Noſti quod pha
riſæi,quū audierint ſermonem hūc offenſi fue
6 rint? ¶ At ille reſpondens ait: Omnis planta-
tio,quā non plantauit pater meus cœleſtis,era
dicabitur. Omittite illos. Duces ſūt cæci cæco
rum. Porrò ſi cæcus cæco dux fuerit itineris,
7 ambo in foueam cadent. ¶ Reſpondens autē
Petrus,dixit ei: Diſſere nobis parabolā iſtam.
Ieſúah autem,dixit: Adhuc & uos intelligen-
tia caretis? Nōdum intelligitis,quod quicquid
ingreditur in os,in aluum abit,& in ſeceſſum
eijcitur? At ea quæ proficiſcuntur ex ore,ex
ipſo corde egrediuntur, & illa inquinant ho-
minē. Nam ex corde exeunt cogitationes ma-
læ,cædes,adulteria,fornicationes, furta, falſa
teſtimonia,blaſfemiæ: Hæc ſunt quæ inquināt
hominem. Cæterum illotis manibus comede-
8 re,non inquinat hominē. ¶ Et digreſſus illinc
Ieſúah ſeceſſit in partes Tyri, & Sidónis. Et ec
ce mulier Chenahanæa à finibus illis egreſſa,
clamabat ad illum dicens: Miſerere mei domi-
ne fili Dauid: Filia mea male à dæmonio agita
9 tur. Ille uero non reſpōdit ei uerbū. ¶ Et acce
dentes diſcipuli eius,rogabant illum dicentes:
10 Dimitte illam,nam clamat poſt nos. ¶ At ille
reſpondens dixit: Non ſum miſſus niſi ad oues
11 perditas domus Iſraél. ¶ Illa uero profecta
adorauit eum,dicens: Domine auxiliare mihi.
12 ¶ At ille reſpondens dixit: Non eſt honeſtum
ſumere panem filiorum, & obijcere catellis.
13 ¶ Hæc autē reſpōdit: Certe domine. Etenim
catelli edunt de micis quæ cadunt de mēſa do-
14 minorum ſuorum. ¶ Tunc reſpōdens Ieſúah
dixit illi: O mulier,magna eſt fides tua,fiat tibi
ſicut uis. Et ſanata fuit filia eius ex hora illa.
15 ¶ Et progreſſus illinc Ieſúah uenit iuxta ma
re Galíl,& quum conſcendiſſet montem,ſede
16 bat illic. ¶ Et acceſſerunt ad eum turbæ mul
tæ,ducētes ſecum claudos, cæcos,ſurdos, mu
tilos,& alios multos,& abiecerunt eos ad pe-
des Ieſúah,et ſanauit eos,adeo ut turbæ mira-
tæ ſint,cum uiderent mutos loquentes, muti-
los ſanos,claudos ambulantes,cæcos uidētes,
17 & glorificabant deum Iſraél. ¶ Ieſúah autem
ubi uocauit ad ſe,diſcipulis ſuis dixit: Miſeret
me turbæ,propterea quod iam triduum expe
ctant,& non habent quod edant: & dimittere
18 eos ieiunos nolo,ne deficiant in uia. ¶ Et di-
cunt ei diſcipuli eius: Vnde nobis in ſolitudine
19 panes tot ut ſaturemus turbā tantam? ¶ Et di
cit illis Ieſuáh: Quot panes habetis? At illi di-
cunt: Septē,& paucos piſciculos. Et iuſſit tur-
bas diſcumbere in terra: Et ſumpſit ſeptem pa
nes,ac piſces: & poſtq; gratias egiſſet,fregit,
deditq; diſcipulis ſuis,diſcipuli uero turbæ,co
mederuntq; omnes, & ſaturati ſunt: & ſuſtule
runt quod ſupererat fragmētorum ſeptē ſpor
20 tulas plenas. ¶ At ij qui comederant,erant
quater mille uiri, præter mulieres, & pueru-
los. Et dimiſſis turbis conſcēdit nauim,uenitq;
in fines Magdala.

Capitulum. 16.

1 ET aggreſſi Phariſæi & Sadducæi
tentantes rogabant eum, ut ſignū
2 è cœlo oſtenderet ſibi. ¶ At ille re
ſpondens,dixit eis: Cum fuerit ue-
ſpera,dicitis: ſerenitas erit,nā rubet cœlum: et
mane, hodie tempeſtas, rubet enī cœlū triſte.
3 ¶ Hypocritæ, faciem cœli ſcitis dijudicare,
ſigna uero temporum non poteſtis? Natio pra
ua,& adultera ſignum inquirit, & ſignum nō
dabitur ei,niſi ſignum Ionæ prophetæ. Et reli
4 ctis illis abijt. ¶ Et cum ueniſſent diſcipuli
eius in ulteriorem ripam, obliti fuerant panes
5 ſumere. ¶ Ieſúah autem dixit illis: Videte,&
attendite à fermento Phariſæorum ac Saddu-
6 cæorum. ¶ At illi reputabant intra ſeſe dicen
7 tes: panes nō ſumpſimus ¶ Quod ubi cogno
uit Ieſúah dixit illis: Quid cogitatis intra uoſ-
ipſos,ò parū fideles,quod panes nō ſumpſeri
tis? Nondū intelligitis,neq; memoria tenetis il
los quinq; panes, cū homīes eſſent quinquies
mille,et quot cophinos ſuſtuleritis? Neq; illos
ſeptē panes,cū homines eſſent quater mille,et

quot ſportas accæperitis? Quomõ non intel
ligitis, qđ nõ de pane dixerim uobis, ut attẽ
derctis à fermẽto phariſæorũ, & Sadducæo
8 rũ? ¶ Tũc intellexerunt qđ non dixiſſet ut
attẽderẽt à fermento panis, ſed à doctrina
9 phariſæorũ, & Sadducæorũ. ¶ Cũ ueniſſet
aũt Ieſúah in partes Cæſareæ, quæ cognomi
naĩ Phillipí, interrogauit diſcipulos ſuos, di-
cẽs: Quẽ me dicunt hoĩes eſſe filiũ illũ hoĩs?
10 ¶ Illi uero dicebant: Alij quidẽ Ioannẽ ba-
ptiſtã, alij uero Elíjáh: alij uero Irmeiáh aut
11 unum è prophetís. ¶ Dicit illis: At uos quẽ
me dicitis eſſe? Reſpõdens aũt Simon Petr',
dixit: Tu es Chriſtus ille filius dei uiuentis.
Et reſpõdẽs Ieſúah, dixit illi: Beatus es Si-
mon Bar Iouáh, quia caro, & ſanguis nõ re-
uelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis.
12 ¶ At ego tibi dico, qđ tu es Petrus, & ſup
hãc petrã ædificabo meã eccleſiam, & por-
tæ inferni non ualebũt aduerſus illam. Et da
bo tibi claues regni cœlorũ, & quicquid al-
ligaueris in terra, erit alligatum in cœlis: &
quicquid ſolueris ĩ terra, erit ſolutũ ĩ cœlis.
13 ¶ Tunc edixit diſcipulis ſuis, ne cui dice-
14 rẽt quod ipſe eſſet Ieſúah Chriſtus. ¶ Ex eo
tempore cœpit Ieſúah oſtendere diſcipulis
ſuis, qđ oporteret ipſum abire Ieruſaláim,
ac multa pati à ſenioribus, & principib' ſa-
cerdotum, & ſcribis, & occidi, & tertio die
15 reſuſcitari. ¶ Et cum aſſumpſiſſet eum Pe-
trus, cœpit increpare eũ, dicens: Propitius
16 tibi ſis dñe, nequaquã erit tibi hoc. ¶ At il
le cõuerſus dixit Petro: Abi poſt me ſathán.
Offendiculo mihi es, quia non ſapis ea quæ
17 ſunt dei, ſed ea quæ ſunt hominũ. ¶ Tunc
Ieſúah dixit diſcipulis ſuis: Si quis uult poſt
me uenire, abneget ſemetipſũ, & tollat cru-
cem ſuam, & ſequatur me. Qui eñ noluerit
animam ſuam ſeruare, perdet eam, qui uero
pdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet
eam. Quid enim prodeſt homini, ſi totũ mũ
dum lucratus fuerit, animæ uero ſuæ dãnũ
18 intulerit? ¶ Aut quam dabit hõ, permuta-
tionẽ pro anima ſua? Futurum eſt eñ, ut fili'
hoĩs ueniat in gloria patris ſui cum angelis
ſuis: & tunc reddet unicuique iuxta actionẽ
19 ipſius. ¶ Amẽ dico uobis, ſunt quidam hic
ſtantes, qui nõ guſtabunt mortẽ, donec ui-
derint filiũ hoĩs uenientẽ in regno ſuo.

Capitulum. 17.

1 ET poſt dies ſex, aſſumit Ieſúah Pe-
trum ac Iacobum, & Ioannem fra-
trem eius: & adducit illos in mon-
tem excelſum ſeorſim, & transfor-
matus eſt coram illis, & ſplẽduit facies ei' ſi-
cut ſol. Veſtimẽta autẽ illi' facta ſunt candi-
da ſicut lumẽ. Et ecce uiſi ſunt illis Moſch, et
2 Elíiáh cum illo colloquẽtes. ¶ Rñdens aũt
Petrus dixit Ieſúah: Domine bonum eſt uos
hic eſſe: Si uis faciamus hic tria tabernacula,
tibi unum, & Moſch unum, & Elíiáh unum.
3 ¶ Adhuc eo loquẽte, ecce nubes lucida obũ
brauit illos: & ecce uox è nube dicens: Hic
eſt filius meus dilectus, in quo bene compla
4 cui. Ipſum audite. ¶ Et cum hæc audiſſent
diſcipuli, prociderunt in faciem ſuam, & ti-
5 muerunt uehementer. ¶ Et progreſſus Ieſú
ah tetigit illos, dixitq́: Surgite, & ne timea-
tis. Quum uero ſuſtuliſſent oculos ſuos, ne-
6 minem uidebant, niſi Ieſúah ſolum. ¶ Et cũ
deſcenderent de monte præcepit illis Ieſúah
dicens: Ne cui dixeritis uiſionem, donec fili'
7 hominis à mortuis reſurgat. ¶ Et interroga
uerũt eum diſcipuli ſui dicẽtes: Cur igiĩ ſcri
bæ dicunt, ꝙ Elíiáh oporteat uenire prius?
8 ¶ Ieſúah autem reſpõdens dixit illis: Elíiáh
quidẽ uenit prius, & reſtituet omnia. Cæte-
rum dico uobis quod Elíiáh quidem uenit
& non agnouerunt eum, ſed fecerunt in eo
quæcunq́ uoluerunt. Sic & fili' hominis paſ
9 ſurus eſt ab illis. ¶ Tunc intellexerunt diſci
puli, ꝙ de Ioanne Baptiſta dixiſſet ipſis.
10 ¶ Et cum ueniſſent ad turbã, acceſſit ad eũ
homo quidam flectens genua illi, dicenſq́:
Dñe miſerere filij mei, qm̃ lunatic' eſt, & ma
le patiĩ, nã ſæpe cadit ĩ ignẽ, & ſæpe ĩ aquã,
& obtuli eũ diſcipulis tuis, nec potuerũt eũ
11 ſanare. ¶ Rñdẽs aũt Ieſúah dixit: O natio ĩ-
credula, & diſtorta, quouſq́ ero uobiſcũ? uſ
q́ quo patiar uos? Afferte mihi illũ huc. Et in
crepauit illud Ieſúah, & exijt ab eo dæmo-
12 niũ, & ſanat' ẽ puer à tpe illo. ¶ Tũc pgreſ-
ſi diſcipuli ad Ieſúah ſeorſũ dixerũt: Quare
13 nos nõ potuim' eijcere illđ? ¶ Ieſúah ãt di-
xit illis: Propter ĩcredulitatẽ ueſtrã. Amẽ qp
pe dico uobis, ſi hẽatis fidẽ ſicut granũ ſina-
pis, diceris mõti huic: ptrãſi hĩc illuc, & ptrã
ſibit, neq́ quicquã ĩpoſſibile erit uobis. Sed
hoc gen' nõ egrediĩ, niſi per deprecationẽ,
14 & ieiuniũ. ¶ Cũ aũt uerſarenĩ in Galil, di-
xit illis Ieſúah. Futurũ eſt, ut fili' hoĩs tradaĩ
in man' hoĩm, & occident eũ, ac tertio die re
15 ſurget. ¶ Et dolore affecti ſunt uehemen
16 ter. ¶ Cum autem ueniſſent in Capernaum,
acceſſerunt qui didrachma accipiunt, ad
Petrum, dixeruntq́: Præceptor ueſter num
ſoluit didrachma? Dicit: Etiam. Et cum in-
greſſus fuiſſet in domũ, præuenit illũ Ieſúah
dicẽs: Quid tibi uideĩ Simon? Reges terræ

àquibus accipiũt tributa,aut cenſum, à fi-
lijs ſuis,an ab alienis? Dicit illis Petrus: Ab
alienis. Ait illi Ieſúah. Ergo liberi ſunt filij.
Verũ ne offendamus eos, profectus ad ma-
re,mitte hamũ,& cum piſcẽ qui ꝓdierit pri
mus,tolle:& aperto ore illius inuenies ſtate
rem,illũ quũ acceperis da illis pro me,& te.

Capitulum.18.

1 IN illo tempore: Acceſſerunt diſci
pulì ad Ieſúah,dicẽtes: Quis ma-
2 ximus eſt in regno cœlorũ? ¶ Et
quum aduocaſſet ad ſe puerulũ
Ieſúah,ſtatuit in medio illorũ,&
dixit: Amẽ dico uobis,niſi cõuerſi fueritis,
& efficiamini ſicut puerulì,nõ ingrediemini
in regnum cœlorum. Quiſquis igitur humi-
liauerit ſemetipſum,ſicut ẽ puerul' iſte ,hic
eſt ille maximus in regno cœlorum. Et qui re
cœperit unum puerulũ talẽ innoĩe meo,me
recipit. Qui aũt offenderit unum de puſillis
iſtis,qui in me credunt,expedit ei,ut ſuſpẽ-
datur mola aſinaria in collum ei' ,ac demer-
3 gatur in profundum maris. ¶ Væ mũdo ab
offendiculis. Neceſſe eſt enĩ ut ueniant offen
dicula. Verũtamen uæ homini per quẽ offen
4 diculum uenit. ¶ Quod ſi manus tua ,uel
pes tu' offendiculo eſt tibi ,abſcinde eũ, &
ꝓijce abs te. Bonum eſt tibi ad uitam ingre-
di claudum,aut mutilũ potius,q̃ duas ma-
nus,uel duos pedes habentem,mitti iu ignẽ
5 æternũ. ¶ Et ſi oculus tuus offendit te,erue
eum,& ꝓijce abs te. Bonum eſt tibi ut mono
culus intres in uitam potius, q̃ ut duos ocu
los habens,mittaris iu ghehinnón ignis.
6 ¶ Videte ne contẽnatis unũ ex his puſillis.
Dico enim uobis,ꝙ angeli eorũ in cœlis ſem
per uident faciẽ patris mei ,qui in cœlis eſt.
Venit enĩ fili' hoĩs ad ſeruãdũ qd' perierat.
7 ¶ Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui ho
mini centũ oues,& errauerit una ex eis: nón
ne quũ reliquerit nonagintanouem in mon-
tibus ꝓfectus, quærit eam quæ errauerat?
Et ſi contigerit ut inueniat eã,amen dico uo
bis,quod gaudet ſup ea magis,q̃ ſuper no-
nagintanouem,quæ non errauerunt. Sic nõ
eſt uoluntas coram patre ueſtro, q in cœlis
8 eſt,ut pereat unus de puſillis iſtis. ¶ Porrò
ſi peccauerit in te frater tu',uade,& argue
eum inter te,& ipſum ſolum. Si te audierit,
lucratus es fratem tuum. Sin uero te nõ au-
dierit,adhibe tecum adhuc unum aut duos:
ut in ore duorum,aut trium teſtium,cõſiſtat
omne uerbum. Quod ſi nõ audierit eos ,dic
eccleſiæ. Quod ſi eccleſiam non audierit,ſit
9 tibi uelut ethnicus,& publicanus. ¶ Amen
dico uobis,quæcunq; alligaueritis ſuper ter
ram,erunt ligata in cœlo,& quæcunq; ſolue
10 ritis ſuper terram,erũt ſoluta ĩ cœlo ¶ Rur
ſum dico uobis ,quod ſi duo ex uobis cõſen
ſerint ſuper terram,de omni re,quamcunq;
petierint,fiet illis à pr̃e meo,q in cœlis eſt.
Vbi enim ſunt duo , uel tres congregati in
11 meo nomine,ibi ſum in medio eorũ. ¶ Tunc
accedens Petrus ad eum dixit: Domine,quo
ties peccabit in me frater meus , & remittã
12 ei? Num uſq; ſepties? ¶ Dicit illi Ieſúah. Nõ
dico tibi uſq; ſepties,ſed uſq; ſeptuagies ſe-
13 pties. ¶ Ideo aſſimilatum eſt regnum cœlo-
rum homini regi,qui uoluit cõferre rationẽ
cum ſeruis ſuis. Et cũ cœpiſſet cõferre,obla-
tus eſt ei unus qui debebat ei decem milia ta
14 lentorum. ¶ Quũ uero non hr̃et ad redden
dũ,iuſſit eum dominus eius uenundari , &
uxorem eius,& liberos,& omnia quæ habe
15 bat,& reddi. ¶ Proſtratus igitur ſeruus ille
adorabat eum,dicens : Domine eſto patiens
16 erga me,& omnia tibi reddam. ¶ Miſertus
aũt dominus ſerui illius,abſoluit eum,& æs
17 alienũ remiſit ei. ¶ Egreſſus uero ſeruus il-
le,inuenit unũ de cõſeruis ſuis,q debebat ſi
bi centũ denarios , & quũ tenuiſſet eũ,ob-
torto collo ſuffocabat,dicẽs : Redde qd' de-
18 bes. ¶ Proſtratus igitur conſeruus eius,ro
gabat eum dicens: Eſto patiens erga me , &
19 oĩa reddã tibi. ¶ At ille nolebat, ſed profe-
ctus coniecit eũ in carcerem,donec redderet
20 debitum. ¶ Porrò cũ uidiſſent conſerui ei'
quæ fiebãt,indoluerunt ualde,& profecti in
dicarunt domino ſuo omnia quæ facta fue-
21 rant. ¶ Tunc accerſiuit illum dñs ſu', & ait
illi: Serue male totum debitũ illud remiſi ti-
bi,quoniam obſecraſti me: nónne oportuit,
& te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui mi
22 ſertus ſum? ¶ Et iratus dominus eius,tradi
dit eũ tortoribus , quoadusq; redderet totũ
quod debebat ſibi. Sic & pater meus cœle-
ſtis faciet uobis, ſi non remiſeritis unuſquiſ
q; fratri ſuo de cordib' ueſtris delicta illorũ.

Capitulum.19.

1 ET factum eſt.cum cõſummaſſet Ie-
ſúah ſermões hos,demigrauit à Ga
lilæ,& uenit ĩ fines Iehudáh trás Iar
den, & ſecutæ ſunt eũ turbæ multæ,& ſana-
2 uit eos ibi. ¶ Et acceſſerunt ad eũ phariſæi
tentantes eũ,& dicentes ei : Licet ne homini
dimittere uxorem ſuam,qualibet ex cauſa ?
Qui reſpõdens ait eis: An non legiſtis ꝙ is q
fecit ab initio maſculum, & fœminam fecit
eos? Et

eos? Et dixit: Propterea relinquet hõ patrẽ
ſuũ, & matrẽ, & adglutinabit uxori ſuæ, &
erũt duo ĩ carnẽ unã. Itaq; iã non ſunt duo,
ſed una caro. Quod ergo deus copulauit, ho
3 mo ne ſeparet. ℂ Dicũt illi: Cur ergo Mo-
ſéh iuſſit dare libellum repudij, ac dimitte-
4 re eam? ℂ Ait illis: Moſéh ad duritiam cor-
dis ueſtri ꝑmiſit uobis repudiare uxores ue-
5 ſtras: cæterum ab initio nõ fuit ſic. ℂ Dico
aũt uobis, ꝙ quicũq; repudiauerit uxorem
ſuã, niſi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, is
cõmittit adulteriũ. Et q repudiatã duxerit,
6 is adulteriũ cõmittit. ℂ Dicunt ei diſcipu-
li eius: Si ita eſt cauſa hoïs cũ uxore, nõ ex-
pedit nubere. Qui dixit illis: Non oẽs capa-
ces ſunt huius dicti, ſed ij qbus datum ẽ. Sũt
eñ eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſũt:
& ſunt eunuchi, q facti ſunt eunuchi ab ho-
minibus: & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtra
uerũt ꝓpter regnum cœlorꝝ. Qui põt cape-
7 re, capiat. ℂ Tũc oblati ſunt ei pueri, ut ma
nus eis iponeret, & oraret. Diſcipuli aũt in-
crepabãt eos, Ieſúah uero ait eis: Sinite pue
ros, & ne ꝓhibeatis eos ad me uenire: Taliũ
eſt eñ regnũ cœlorum. Et cũ impoſuiſſet eis
8 manus, abijt illinc. ℂ Et ecce unus ꝓfectus,
ait illi: Magiſter bone, quid boni faciã, ut ha
beam uitam æternã? Qui dixit ei: Cur me di
cis bonũ? Nullus eſt bonus, niſi un⁹ de⁹: por-
rò ſi uis ingredi ad uitam, ſerua mandata.
9 ℂ Dicit illi: Quæ? Ieſúah autẽ dixit: Nõ fa-
cies homicidiũ. Nõ cõmittes adulteriũ. Non
furaberis. Nõ falſum dices teſtimonium. Ho
nora patrem, & matrem, & diliges ꝓximum
10 tuum ut teipſum. ℂ Dicit illi adoleſcentu-
lus: Oïa hæc ſeruaui à iuuẽtute mea, quid ad
huc mihi deeſt? Ait illi Ieſúah: Si uis ꝑfectus
eſſe, uade, uende quæ habes, & da pauperi-
bus, & habebis theſaurum in cœlo, & ueni
11 ſequere me. ℂ Cum audiſſet autem adole-
ſcentulus cum ſermonẽ, abijt triſtis. Erat eñ
12 habens poſſeſſiones multas. ℂ Ieſúah autẽ
dixit diſcipulis ſuis: Amẽ dico uobis, diues
13 difficile intrabit in regnum cœlorꝝ. ℂ Et ite
rum dico uobis, facilius eſt camelum per fo-
ramen acus tranſire, quã diuitẽ in regnũ dei
14 ingredi. ℂ Quũ audiſſent autem, diſcipuli
expauerunt ualde, dicentes: Quis ergo põt
ſaluus fieri? Intuitus autem illos Ieſúah, di-
xit illis: Apud hoïes hoc ĩpoſſibile eſt, apud
15 deum autẽ oïa poſſibilia ſunt. ℂ Tũc reſpõ
dens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquim⁹ oïa,
& ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ie-
ſúah autem dixit illis: Amen dico uobis, qđ
uos qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cũ

ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ,
ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudi
cantes duodecim tribus Iſraél. Et oïs qui re
liquerit domũ, aut fratres, aut ſorores, aut
patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios,
aut agros propter nomẽ meum, centuplum
accipiet, & uitã æternã hæreditate accipiet.
Multi autem primi erũt nouiſſimi, & nouiſſi
mi primi.

Capitulum. 20.

1 NAm ſimile eſt regnum cœlorum ho
mini patrifamilias, qui exijt ſtatim
diluculo, ad cõducẽdos operarios
2 in uineam ſuam. ℂ Cæterum quũ
cõueniſſet cum operarijs denario dictim, mi
3 ſit eos in uineam ſuam. ℂ Et egreſſus circi-
ter horam tertiam, uidit alios ſtãtes in foro
ocioſos, & illis dixit: Ite & uos in uineam
meam, & quodcũq; iuſtum fuerit, dabo uo-
4 bis. Illi autem abierũt. ℂ Rurſus autẽ exijt
circiter ſextam, & nonã horã, & fecit ſimili
5 ter. ℂ Circa undecimã uero egreſſus, inue-
nit alios ſtantes ocioſos, ac dicit illis: Cur
hic ſtatis totũ diem ocioſi? Dicunt ei: Quia
nemo nos conduxit. Dicit illis: Abite & uos
in uineam, & quicquid fuerit iuſtum, acci-
6 pietis. ℂ Cum aũt ueſpera facta eſſet, dicit
dominus uineæ procuratori ſuo: Voca ope-
rarios, & redde illis mercedem, incipiens à
7 poſtremis uſq; ad primos. ℂ Et cum ueniſ-
ſent qui circa undecimam horam uenerant,
8 acceperunt ſinguli denarium. ℂ Veniẽtes
autẽ & primi arbitrati ſunt, qđ plus eſſent
accepturi: & accepeiũt etiã ipſi ſinguli de
narium. Et cum accepiſſent, murmurabant
aduerſus patremfamilias dicentes: Hi nouiſ
ſimi ſpacio uni⁹ horæ fecerũt, & illos pares
nobis feciſti, qui portauimus pondus diei,
9 & æſtum. ℂ At ille reſpõdens uni eorum, di
xit: Amice, non facio tibi iniuriã. Nonne de-
nario cõueniſti mecum? Tolle quod tuũ eſt,
& abi. Volo autem huic nouiſſimo dare ſicut
& tibi. An non licet mihi quod uolo facere
in rebus meis? An oculus tuus mal⁹ eſt, quod
ego bonus ſim? Sic nouiſſimi erũt primi, &
primi nouiſſimi. Multi enim ſunt uocati, pau
10 ci uero electi. ℂ Et aſcendens Ieſúah Ieru-
ſaláim, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos
ſeorſim in uia, & ait illis: Ecce conſcendim⁹
Ieruſaláim, & filius hominis tradetur princi
pibus ſacerdotum, ac ſcribis: & condemna-
bunt eum morte, & tradent eum gentib⁹ ad
illudendum, & flagellandum, & crucifigen

11 dum, & tertia die reſurget. ⸿ Tūc acceſſit
ad eum mater filiorum Zebadiáh cum filijs
12 ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. ⸿ At
ille dicit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut ſedeant
hi duo filij mei, unus à dextris tuis, & alter à
13 ſiniſtris tuís in regno tuo. ⸿ Reſpondēs au
tem Ieſúah dixit: Neſcitis quid petitis. Pote
ſtis bibere poculum qđ ego bibiturus ſum,
& baptiſmate quo ego baptizor baptizari?
Dicunt ei: Poſſumus. Ait illis: Poculū quidē
meum bibetis: & baptiſmate quo ego bapti
zor, baptizabimini: ſedere āt à dextris meis,
& ſiniſtris meis, non eſt meum dare: ſed ijs,
14 qbus paratum eſt à patre meo. ⸿ Et cum au
diſſent decem, indignati ſunt de duobus fra
tribus. Ieſúah autē quum aduocaſſet eos ait:
Scitis quod principes gentium dominētur
illis: & qui magni ſunt, poteſtatē exerceant
in eas. Non ita erit inter uos, ſed quicūq; uo-
luerit inter uos magnus fieri, erit ueſter mi-
niſter: & qui uoluerit inter uos primus eſſe,
erit ueſter ſeruus. Sicut filius hoīs nō uenit
ut ſibi miniſtraretur, ſed ut miniſtraret, utq;
daret animam ſuā redemptionē pro multis.
15 ⸿ Et egredientibus illis ab Ierichó, ſecuta
eſt eum turba multa. Et ecce duo cæci ſeden
tes iuxta uiam, cum audiſſent qđ Ieſúah trā
ſiret, clamauerunt dicentes: Miſerere noſtri
16 dñe fili Dauíd. ⸿ Turba autem increpabat
eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, di-
centes: Miſerere noſtri domine fili Dauíd.
17 ⸿ Et ſtetit Ieſúah, & uocauit eos, & ait:
Quid uultis ut faciam uobis? Dicūt illi: Do
mine, ut aperiantur oculi noſtri. Miſertus au
tem eorum Ieſúah, tetigit oculos eorū, & cō
feſtim uiſum receperunt oculi illorum, & ſe
cuti ſunt eum.

Capitulum. 21.

1 ET cum appropinquaſſent Ieruſa-
láim, & ueniſſent Bethphage ad
montem oliuarū, tunc Ieſúah mi-
ſit duos diſcipulos, dicens eis: Ite
in oppidum quod contra uos eſt,
& ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pul
lum cum ea. Cūq; ſolueritis, adducite mihi.
Et ſi quis uobis aliquid dixerit, dicite: Dñs
his opus habet, & confeſtim emittet eos.
2 ⸿ Hoc autem totum factum eſt, ut ad adim
pleret quod dictum eſt per prophetam dicē
tem: Dicite filiæ Sïón: Ecce rex tu' uenit ti-
bi manſuetus, quū aſcēdiſſet ſuper aſinam,
3 & pullum filium ſubiugalis. ⸿ Euntes autē
diſcipuli, fecerūt ſicut pceperat illis Ieſúah.
Et adduxerunt aſinam, & pullum, & impo-
ſuerunt ſuper eos pallia ſua, & eum ſuper il
4 la collocarunt. ⸿ Plurima autē turba ſtra-
5 uerunt pallia ſua in uia. ⸿ Alij uero cæde-
bant ramos de arboribus, & ſternebāt ī uia.
6 ⸿ Porrò turbæ q̄ præcedebant, & q̄ ſeque
bant, clamabāt dicētes: Hoſihāhna filio Da
uid, bñdict' qui uenit in noīe dñi, Hoſihāhna
7 in altiſſimis. ⸿ Et cum intraſſet Ieruſaláim,
cōmota eſt uniuerſa ciuitas, dicens: Quis ē
hic? Turbæ autem dicebant: Hic eſt Ieſúah il
8 le propheta à Naſaréth Galil. ⸿ Et intrauit
Ieſúah in templum dei, & eijciebat omnes
uendentes, & ementes in templo, menſaſq;
nummulariorum euertit, & cathedras uen-
dentium columbas. Et dixit eis: Scriptū eſt:
Domus mea dom' orōnis uocabitur. At uos
9 feciſtis illam ſpeluncam latronum. ⸿ Et ac-
ceſſerunt ad eum cæci, & claudi in tēplo, &
10 ſanauit eos. ⸿ Cum uidiſſent principes ſa-
cerdotum, & ſcribæ mirabilia quæ fecerat,
& pueros clamantes in templo, & dicentes:
Hoſihāhna filio Dauid: indignati ſunt, & di
11 xerunt ei: Audis quid iſti dicunt? ⸿ Ieſúah
aūt dicit eis: Etiā. Nunquam legiſtis: Ex ore
infantium, & lactentium perfeciſti laudem?
12 ⸿ Et relictis illis, exijt è ciuitate in Betha-
13 niam, & pnoctauit illic. ⸿ Mane autē reuer-
tēs in ciuitatē, eſurijt. Et cū uidiſſet ficū unā
in uia, uenit ad eā, & nihil inuenit in ea, niſi
folia tm̄. Et ait illi: Ne poſthac ex te fruct' na
ſcat in æternum. Et areſacta eſt cōtinuo fic'.
Et quū uidiſſent diſcipuli mirati ſunt, dicen
14 tes: Quomodo cōtinuo exaruit fic'? ⸿ Re-
ſpōdēs aūt Ieſúah, ait eis: Amē dico uobis, ſi
habueritis fidē, & nō hæſitaueritis: non ſolū
hoc qđ accidit ficui, facietis: uerūetiā ſi mō-
ti huic dixeritis, tolle te, & pijce te in mare,
fiet. Et oīa quæcunq; petieritis in oratione
15 credētes, accipietis. ⸿ Et cū ueniſſet in tē-
plū, acceſſerūt ad eum docentem principes
ſacerdotum, & ſeniores populi, dicentes:
Qua auctoritate hęc facis? & quis tibi dedit
16 auctoritatem iſtā? ⸿ Reſpondens autem Ie-
ſúah dixit eis: Interrogabo uos, & ego ſer-
monem unū: quē ſi dixeritis mihi, & ego uo
bis dicā qua auctoritate hæc faciam: Baptiſ-
mus Ioannis unde erat? E cœlo, an ex hoīb'?
At illi cogitabant apud ſe dicentes: Si dixe-
rimus, è cœlo, dicet uobis: Quare ergo non
credidiſtis illi? Si autē dixerim', ex hoibus,
timemus turbam. Omnes em̄ habēt Ioannē
17 ut prophetam. ⸿ Et reſpondētes Ieſúah di-
xerunt. Neſcim'. Ait illis & ipſe: Nec ego di
18 co uobis qua auctoritate hęc faciā. ⸿ Quid

autē nobis uidetur? Homo quiſpiā habebat
duos filios,& accedens ad priorē dixit:Fili,
uade hodie,operare in uinea mea.Ille autē re
ſpōdens ait,nolo. Poſtremo uero pœnitētia
19 motus abiit. ℂ Accedens aūt ad alterum,di
xit ſimiliter.At ille reſpōdens ait: Ego domi
ne,& abijt.Vter è duobus fecit quod uoluit
prī?Et dicūt ei:Prior.Dicit illis Ieſúah: Amē
dico uobis,ꝙ publicani,& meretrices præ-
cedunt uos in regnum dei. Venit em̄ ad uos
Ioannes per uiam iuſtitiæ,& non credidiſtis
ei:publicani aūt,& meretrices crediderunt
ei.Vos autem cum uidiſſetis,non fuiſtis com
moti pœnitentia poſtremo ut crederetis ei.
20 ℂ Aliam parabolā audite:Homo quidā erat
paterfamilias qui plātauit uineam, & ſepem
circundedit ei, & fodit in ea torcular, &
ædificauit turrim,& locauit eam agricolis,
21 ac peregre profectus eſt. ℂ Cū autē tempus
fructuum appropīquaſſet, miſit ſeruos ſuos
ad agricolas,ut acciperent fructus ipſius.
22 ℂ Et quum appræhendiſſent agricolæ ſer-
uos eius,alium cæciderunt,aliū occiderunt,
23 alium uero lapidauerant. ℂ Iterum miſit
alios ſeruos plures prioribus,& fecerunt il-
lis ſimiliter.Nouiſſime autē miſit ad eos fili-
um ſuum,dicens.Reuerebunť filiū meum.
24 ℂ Agricolæ aūt quū uidiſſent filium, dixe-
runt intra ſe:Hic eſt hæres, uenite occidam⁹
eum,& occupemus hæreditatē ei⁹.Et quum
appræhēdiſſent eū,eiecerūt ex uinea,& oc-
cīderūt.Cū ergo uenerit dominus uineæ,quid
faciet agricolis illis?Aiūt illi:Malos,male p-
det,& uineam ſuam locabit alijs agricolis,q
25 reddent ei fructus temporibus ſuis. ℂ Dicit
illis Ieſúah:Nunquā legiſtis in ſcripturis: La
pis quem reprobauerunt ædificantes, hic
factus eſt in caput anguli?A domino factū eſt
26 hoc,& eſt mirabile in oculis noſtris. ℂ Ideo
dico uobis,auferetur à uobis regnum dei,et
dabitur genti faciēti fruct⁹ ei⁹. Et qui cecide
rit ſuper lapidē iſtū confringetur:ſuper quē
27 uero ceciderit,cōteret eū. ℂ Et cum audiſ
ſent pricipes ſacerdotū ac phariſæi parabo
28 las eius cognouerūt ꝙ de ſe diceret. ℂ Et q̄-
rētes illū apprehēdere,timuerūt turbas,qm̄
tanq̄ prophetā eū habebant.Et reſpōdens Ie
ſúah,iterū dixit eis per parabolas dicens.

Capitulum.22.

1 Simile factū eſt regnum cœlorū
hoi regi,qui fecit nuptias filio
ſuo:& emiſit ſeruos ſuos, ut
2 uocarēt inuitatos ad nuptias:
& nolebāt uenire. ℂ Rurſus
emiſit alios ſeruos,dicens:Di

cite inuitatis:Ecce prandiū meū paraui,tau
ri mei,& altilia mactata ſūt,& oīa parata, ue
3 nite ad nuptias. ℂ Illi autem neglexerunt,
& abierunt,alius in uillam ſuam, alius uero
ad negociationem ſuam.Reliqui uero quum
appræhēdiſſent ſeruos eius,cōtumelijs affe-
4 cerunt,& occiderunt. ℂ Rex aūt cum audiſ
ſet,iratus eſt:& miſſis exercitibus ſuis perdi
dit homicidas illos,& ciuitatem illorū ſuccē
5 dit. ℂ Tunc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidē pa
ratæ ſunt,ſed qui inuitati erant, non fuerunt
digni.Ite ergo ad exitus uiarum: & quoscū
6 q̄ inueneritis,uocate ad nuptias. ℂ Et egreſ
ſi ſerui eius in uias, congregauerunt omnes
quotquot inuenerunt, malos pariter ac bo-
nos:& impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentib⁹.
7 ℂ Ingreſſus autem rex ut uideret diſcūben
tes,ubi uidit illic hominem non ueſtitum ue
ſte nuptiali,ait illi: Amice, quomodo huc in-
traſti,non habens ueſtem nuptialem? At ille
obmutuit.Tūc dixit rex miniſtris:Ligatis pe
dibus & manib⁹ eius, mittite eū in tenebras
exteriores. Ibi erit flet⁹ & ſtridor dentium.
Multi enim ſunt uocati,pauci uero electi.
8 ℂ Tunc abeuntes phariſæi conſilium cœpe
runt,ut eū illaquearent ſermone. Et ad illum
emittūt diſcipulos ſuos cum Herodianis,di-
centes:Magiſter, ſcimus quod uerax ſis, &
uiam dei in ueritate doces,neque cura ē tibi
de aliquo:Non enim reſpicis perſonā homi-
nū.Dic ergo nobis,quid tibi uidetur? Licet
9 cenſum dare Cæſari, an non? ℂ Vbi igitur
cognouit Ieſúah maliciā eorū,ait: Quid me
tentatis hypocritæ? Oſtendite mihi numiſ-
ma cenſus.At illi obtulerunt ei denarium.Et
ait illis: Cui⁹ eſt imago hæc & īſcriptio? Di
cūt ei:Cæſaris.Tunc ait illis:Reddite ergo q̄
ſunt Cæſaris Cæſari,& quæ ſunt dei deo.Et
quū audiſſent,mirati ſunt,& omiſſo eo,abie
10 runt. ℂ In illo die acceſſerunt ad eum Sad-
ducæi,qui dicunt nō eſſe reſurrectionē: & in
terrogauerunt eum,dicentes: Magiſter, Mo
ſeh dixit:ſi quis mortuus fuerit,non habēs fi
lium,ut ducat frater eius uxorē illius,& ſu-
ſcitet ſemen fratri ſuo.Erant autē apud nos
ſeptem fratres, & primus uxore ducta de-
functus eſt, ac non habens ſemen reliquit
uxorem ſuam fratri ſuo: ſimiliter ſecundus,
& tertius, uſque ad ſeptimum. Nouiſſime
autem omnium defuncta eſt, & mulier. In re
ſurrectione ergo cuius è ſeptem illis erit
11 uxor? Omnes enim habuerunt eam. ℂ Re
ſpondens autem Ieſúah, ait illis:Erratis, ne
ſcientes ſcripturas, neq̄ potentiam dei. In
reſurrectione enim, neq̄ ducunt uxores,

neq; nuptui tradũtur: ſed ſicut angeli dei in
12 cœlo ſunt. ¶ De reſurrectiõe uero mortuorum
nõ legiſtis quod dictũ eſt nobis à deo, q ait:
Ego ſum de' Abrahã, & deus Iſchác, & deus
Iahacób. Non eſt deus, deus mortuorũ, ſed ui
uentium. Et cũ audiſſent turbæ, ſtupuerũt de
13 doctrina eius. ¶ Phariſæi autẽ cũ audiſſent,
quod obturaſſet os Sadducæis, conuenerũt
in unum, & interrogauit eum unus ex eis le
gis doctor tentans eum, & dicens: Magiſter,
14 quod eſt mandatum magnum in lege? ¶ Ie
ſúah autem ait illi: Diliges dominum deũ tu
um toto corde tuo, & tota anima tua, & tota
mente tua: hoc eſt primum, & magnum man
datum. Secũdum autem ſimile eſt huic: Dili
ges proximũ tuum ſicut teipſum. In his duo
bus mandatis tota lex, & prophetæ pendẽt.
15 ¶ Congregatis autem phariſæis, interroga
uit eos Ieſúah, dicẽs: Quid uobis uidetur de
Chriſto, cui' filius eſt? Dicũt ei: Dauid. Ait il
lis: Quomodo ergo Dauid ĩ ſpiritu uocat eũ
dominũ, dicens: Dixit domin' domino meo,
ſede à dextris meis, donec ponam inimicos
tuos ſcabellũ pedum tuorũ? Si ergo Dauid
uocat eum dominum, quomodo filius ei' eſt?
Et nemo potuit ei reſpondere uerbum, neq;
auſus fuit quiſquã ex eo die interrogare eũ
amplius.

Capitulum. 23.

1 TVnc Ieſúah locutus eſt
ad turbas, & ad diſcipu
los ſuos, dicẽs: In cathe
dra Moſch ſederũt ſcri
2 bæ, & phariſæi. ¶ Oia
ergo qcũq; dixerint uo
bis ut ſeruetis, ſeruate,
& facite: ſcd'm opera ue
ro eorũ, ne feceritis. Dicũt em̃, & non faciũt.
Ligant enim onera grauia, difficiliáq; latu, et
imponunt in humeros hoim, cæterũ digito
ſuo nolunt ea mouere: Omnia uero opa ſua
faciunt, ut ſpectẽtur ab hominibus. Dilatant
aũt phylacteria ſua, & magnificãt fimbrias
palliorum ſuorũ, amantq; primos accubit' in
cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, &
ſalutationes in foro, & uocari ab hominibus
3 rabbi. ¶ Vos autẽ ne uocemini rabbi, unus
eſt enim magiſter ueſter, Chriſt'. Omnes au
4 tem uos fratres eſtis. ¶ Et patrẽ ne uocetis
uobis in terra, un' eſt enim pater ueſter, q in
cœlis eſt. Neq; uocemini magiſtri: Vn' enim
5 ueſter eſt magiſter, Chriſtus. ¶ Qui maxi
mus eſt ueſtrum, erit miniſter ueſter. Quicũ

q; autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qcũ
6 q; ſe humiliauerit, exaltabitur. ¶ Væ autẽ
uobis ſcribæ, & phariſæi hypocritæ: qa clau
ditis regnum celorum ante homines: Vos enim
non intratis, nec aduenientes ſinitis intrare.
7 ¶ Væ uobis ſcribæ, & phariſæi hypocritæ:
quia comeditis domos uiduarũ, Huius præ
textu plixe orantes, propter hoc accipietis
8 abundantiorẽ dãnationẽ. ¶ Væ uobis ſcri
bæ, & phariſæi hypocritæ: qa circuitis ma
re, & aridam, ut faciatis unum proſelytum:
& cum fuerit factus, facitis eum filium ghe
9 hinnóm duplo magis quàm uos eſtis. ¶ Væ
uobis duces cæci, qui dicitis: Quicunq; iura
uerit per templũ, nihil eſt: qui autẽ iurauerit
per aurũ templi, debitor eſt. Stulti, & cæci:
utrum enim maius eſt, aurum, an templum,
quod ſanctificat aurum? Et quicunq; iurauc
rit per altare, nihil eſt: Quicunq; autem iura
uerit per donum quod eſt ſuper illud, debi
tor eſt. Stulti ac cæci: utrum enim maius eſt,
donum, an altare quod ſanctificat donum?
Qui ergo iurauerit per altare, iurat per ip
ſum, & per omnia quæ ſuper illud ſunt.
Et qui iurauerit per templum, iurat per il
lud, & per eum qui habitat in ipſo. Et qui
iurauerit per cœlum, iurat per thronum dei,
10 & per eum qui ſedet ſuper illum. ¶ Væ
uobis ſcribæ, & phariſæi hypocritæ: quia de
cimatis menthã, & anethum, & cyminum, et
reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudiciũ,
& miſericordiam ac fidem: Hæc oportuit fa
cere, & illa non omittere. Duces cæci exco
lantes culicem, camelum autem glutientes.
11 ¶ Væ uobis ſcribæ, & phariſæi hypocritæ,
qa purgatis exteriorem poculi patinæq; par
tem: cæterum intus plena ſunt rapina, & in
iuſtitia. Phariſæe cæce, purga prius quod eſt
intra poculum, & patinam, ut fiat, et qd' inte
12 rius eſt mundũ. ¶ Væ uobis ſcribæ, & pha
riſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris
dealbatis, quæ foris quidem apparẽt ſpecio
ſa, itus uero plena ſunt oſſibus mortuorum,
omniq; ſpurcitia. Sic & uos foris quidẽ ap
paretis hominibus iuſti, intus autẽ pleni eſtis
13 fictione, & iniquitate. ¶ Væ uobis ſcribæ,
& phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepul
chra prophetarum, & ornatis monumẽta iu
ſtorum, & dicitis: Si fuiſſemus in diebus pa
trum noſtrorum, non fuiſſemus ſocij eorum
in ſanguine pphetarũ. Itaq; teſtimonio eſtis
uobiſmetipſis, quod filij ſitis eorum qui pphe
tas occiderunt. Vos quoq; implete menſurã
14 patrum ueſtrorũ. ¶ Serpentes, pgenies ui
perarum, quomõ effugietis iudiciũ ghchinnóm?

Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas, & ſa
piētes, & ſcribas: & ex illis aliquot occidetis
crucifigetiſq;, & ex illis nonnullos flagella-
bitis in ſynagogis ueſtris, & perſequemini
de ciuitate in ciuitatem: ut ueniat ſuper uos
omnis ſanguis iuſt⁹, qui effuſus eſt ſuper ter
ram à ſanguine Hebel iuſti, uſque ad ſangui-
nem Zechariàh filij Berachiàh, quem occidi
15 ſtis inter templum, & altare. ¶ Amen dico
uobis: uenīēt hæc oīa ſuper generationē iſtā.
16 ¶ Ieruſaláim Ieruſaláim q̄ occidis prophe
tas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quo-
ties uolui congregare filios tuos, quēadmo-
dum gallina congregat pullos ſuos ſub alas,
& noluiſtis? Ecce relinquitur uobis dom⁹ ue
ſtra deſerta. Dico enim uobis, nequaquā me
uidebitis poſthac, donec dicatis: Benedict⁹
qui uenit in nomine domini.

Capitulum. 24.

1 ET egreſſus Ieſúah diſcedebat
à tēplo, & acceſſerūt diſcipu
li eius, ut oſtenderent ei ſtru-
2 cturas templi. ¶ Ieſúah au-
tem dixit illis: Nónne uide-
tis hec omnia? Amen dico uo
bis: non relinquetur hic lapis ſuper lapidē qui
3 non deſtruetur ¶ Sedente aūt eo in monte
oliuarum, acceſſerūt ad eū diſcipuli ſeorſum
dicētes: Dic nobis, quando hæc erunt, & quod
ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæ
4 culi? ¶ Et rñdēs Ieſúah dixit eis: Videte, ne
quis uos ſeducat. Multi enim uenient in no-
mine meo, dicētes Ego ſum Chriſtus: multoſ
q; ſeducēt. Audituri aūt eſtis bella: & rumo-
res bellorum: uidete ne turbemini. Oportet eñi
5 omnia fieri, ſed nondum eſt finis. ¶ Conſur
get autē gens contra gentem, & regnum cō-
tra regnum: & erunt peſtilentiæ, & fames,
& terræmotus per loca. Hæc autem omnia
initia ſunt dolorum. Tunc tradent uos in af-
flictionem, & occident uos, & eritis inuiſi cū
6 ctis gentibus propter nomen meū. ¶ Et tūc
offendentur multi, & alius alium inuicē tra-
dēt, ſeq; odio habebūt īuicē: & multi pſeudo
prophetæ ſurgēt, ac ſeducēt multos: & quo
niam abundabit iniquitas, refrigeſcet chari
tas multorum. Qui autem perſeuerauerit uſ
7 que in finem, hic ſaluus erit. ¶ Et prædica-
bitur hoc euangeliū regni in uniuerſo orbe,
in teſtimonium omnibus gentibus, & tūc ue
8 niet cōſummatio. ¶ Cum ergo uideritis abo
minationem deſolationis, quæ dicta eſt à Da
niele propheta, ſtantem in loco ſancto (qui
legit, intelligat). Tūc q in Iehudàh ſunt, fugi
ant ad montes: qui in tecto, non deſcēdat ut
tollat quicquam de domo ſua: & qui in agro
9 non reuertatur ut tollat ueſtes ſuas. ¶ Væ au-
tē in utero habētibus, & lactantibus in illis
diebus. Orate autem, ut non fiat fuga ueſtra
hyeme, neque ſabbato. Erit enim tunc affli-
ctio magna qualis non fuit ab initio mundi
10 ad hoc uſque tempus, neque fiet. ¶ Et niſi
breuiati fuiſſent dies illi, nō fieret ſalua om-
nis caro: ſed propter electos breuiabuntur
dies illi. Tunc ſi quis uobis dixerit: ecce hic
Chriſtus, aut illic, ne credatis. Surgent enim
pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, et dabūt
ſigna magna, & prodigia, adeo ut ſeducant,
ſi fieri poſſit, etiā electos. Ecce, prædixi uobis.
11 ¶ Si ergo dixerint uobis: ecce ī deſerto eſt,
nolite exire: ecce in penetralibus, nolite cre
dere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & ap
paret uſque in occidentem, ita erit aduentus
filij hominis. Vbicunq; enim fuerit cadauer,
12 illic congregabuntur & aquilæ. ¶ Statim au-
tē poſt afflictionē dierū illorum ſol obſcurabitur,
& luna nō dabit lumen ſuū, et ſtellæ cadēt de
cœlo, & uirtutes cœlorum cōmouebuntur, & tūc
apparebit ſignū filij hominis in cœlo: & tunc
plangent omnes tribus terræ, & uidebunt fi
lium hominis uenientem in nubibus cœli cū
13 potentia, & gloria multa. ¶ Et mittet ange
los ſuos cum tubæ uoce magna, & cōgrega
bunt electos eius à quatuor uentis à ſummis
14 cœlorum uſq; ad terminos eorum. ¶ Ab ar
bore autem fici diſcite ſimilitudinem: cum
iam ramus eius tener fuerit, & folia fuerint
enata, ſcitis quod propè ſit æſtas. Ita & uos,
cū uideritis hec omnia, ſcitote quod propè
15 ſit in foribus. ¶ Amen dico uobis, non præ-
teribit ætas hæc, donec omnia iſta fiant. Cœ
lum, & terra præteribunt, uerba aūt mea nō
16 præteribunt. ¶ Cæterū de die illo, & hora
ra nemo ſcit, ne angeli quidem cœlorum, ni-
ſi pater meus ſolus: Sed ſicut erant dies Nó-
ach, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut
enim erant in diebus, qui præceſſerunt dilu-
uium, edentes, & bibentes, ducentes uxo-
res, & nuptui dantes, uſque ad eum diem
quo intrauit Nóach in arcam: & non cogno
uerunt, donec ueniſſet diluuiū, & ſuſtuliſſet
uniuerſos: ita erit, & aduentus filij hominis.
17 ¶ Tunc duo erunt in agro, unus aſſumitur,
& alter relinquitur. Duæ molentes in mola,
18 una aſſumitur, & altera relinquitur. ¶ Vigi
late ergo, quia neſcitis qua hora domin⁹ ue-
ſter uenturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniā
ſi ſciſſet paterfamilias, qua uigilia fur uen-

turus fuiſſet, uigilaſſet utiꝗ, & non ſiniſſet
perfodi domum ſuam. Ideo & uos eſtote pa
rati, quia qua hora non putatis, filius homi
19 nis uenit. ¶ Quiſnam eſt fidelis ſeruus, &
prudens quē cōſtituit dn̄s familicio ſuo, ut
det illis cibum in tēpore? Beatus ſeruus ille,
quem cū uenerit dn̄s eius repererit ſic faciē
tem: Amen dico uobis, quoniā ſuper omnia
20 bona ſua cōſtituet eum. ¶ Quod ſi dixerit
malus ſeruus ille in corde ſuo, cūctatur dn̄s
meus uenire, cœperitꝗ percutere conſeruos,
imò edere, & bibere cum ebrijs: ueniet dn̄s
ſerui illius in die quo non expectat, & hora
qua ignorat, & diſſecabit eum, partemꝗ ei⁹
cum hypocritis ponet: Illic erit ploratus, &
ſtridor dentium.

Capitulum. 25.

1 TVnc aſſimilabitur regnum cœ
lorum decem uirginib⁹, quæ
ſumptis lampadib⁹ ſuis, exi-
erūt in occurſū ſponſo. Quin
que autem ex eis erant fatuæ,
2 & quinque prudentes. ¶ Quæ
erant fatuæ, acceptis lampadibus ſuis, non
3 ſumpſerāt ſecum oleum. ¶ Prudentes uero
ſumpſerant oleum in uaſis ſuis, cum lampa-
dibus. Tardante uero ſponſo, dormitauerūt
4 oēs, ac dormierunt. ¶ Porrò media nocte
clamor factus eſt: Ecce ſponſus uenit, exite
in occurſum ei. Tunc ſurrexerunt oēs uirgi-
nes illæ, & apparauerunt lampades ſuas.
5 ¶ Fatuæ autē prudentibus dixerunt: Date
nobis de oleo ueſtro, qa lāpades noſtræ ex-
tinguuntur. At reſponderunt prudētes, dicē
tes: Nequādo nō ſufficiat nobis, & uobis, ſed
ite potius ad eos qui uendūt, & emite uobiſ
ipſis. Porrò cūtibus illis ad emendum, uenit
ſponſus: & quæ paratæ erant, intrauerūt cū
6 eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. ¶ Poſtea
uero ueniunt, & reliquæ uirgines, dicentes:
Domine dn̄e, aperi nobis. At ille reſpondēs
ait: Amen dico uobis, non noui uos. Vigila-
te itaque, quia neſcitis diem, neque horam,
7 in qua filius hoīs uenit. ¶ Sicut em̄ homo
peregre ꝓficiſcens, uocauit ſeruos ſuos, &
tradidit illis bona ſua: & huic quidem dedit
quinꝗ talēta, alij autem duo, alij uero unū:
unicuiꝗ ſecūdm propriam facultatē: & ꝓfe-
8 ctus eſt ſtatim. ¶ Abijt autem q quinꝗ talē
ta acceperat, & negociatus eſt eis, & lucra
9 tus eſt altera quinque talenta. ¶ Similiter
& qui duo acceperat, lucratus eſt, & ipſe al
tera duo. Qui autē unum acceperat, abiēs
fodit in terram, & abſcondit pecuniam dn̄i
10 ſui. ¶ Poſt multum uero temporis uenit do
minus ſeruorum illorum, & ponit rationem
11 cum eis. ¶ Et accedens is qui quinꝗ talēta
acceperat, attulit altera quinꝗ talenta, di-
cens: Domine quinꝗ talenta tradidiſti, ecce
altera quinꝗ talenta lucrat⁹ ſum eis. Ait illi
dominus eius: Euge ſerue bone, & fidelis,
ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te con
12 ſtituā, intra in gaudium domini tui. ¶ Acce
dens autē & qui duo talenta acceperat, ait:
Domine, duo talēta tradidiſti mihi, ecce alia
duo lucratus ſum eis. Ait illi dn̄s eius: Euge
ſerue bone, & fidelis, ſuper pauca fuiſti fide
lis, ſuper multa te conſtituam, intra in gau-
13 dium dn̄i tui. ¶ Accedēs autem & q unum
talentum acceperat, ait: Dn̄e, nouerā te qd̄
homo durus ſis, metens ubi non ſeminaſti,
& inde congregans ubi non ſparſiſti: ac ter-
ritus abij, abſcondiꝗ talentum tuum ī terra:
14 Ecce habes qd̄ tuum eſt. ¶ Reſpōdens autē
dominus eius, dixit ei: Serue male, & piger,
ſciebas quod metam, ubi non ſeminaui, &
congregem illinc ubi non ſparſi. Oportuit
ergo te cōmittere pecuniam meā menſarijs,
& ꝓfectus ego recepiſſem utiꝗ quod meum
eſt cū uſura. Tollite itaꝗ ab eo talentum, &
date ei qui habet decem talenta. Omni enim
habenti dabitur, & abundabit. Qui uero nō
habet, etiā id qd̄ habet, auferetur ab eo. Et
inutilem ſeruum eijcite in tenebras exterio-
15 res, illic erit fletus, & ſtridor dentiū. ¶ Cū
autem uenerit filius hoīs ī gloria ſua, & oēs
ſancti angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſe-
dem gloriæ ſuæ, & congregabunt ante eum
omnes gentes, & ſeparabit eos alteros ab al
teris, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis, &
ſtatuet oues quidē à dextris ſuis, hœdos au-
16 tem à ſiniſtris. ¶ Tunc dicet rex his qui à
dextris ſibi erunt: Venite benedicti patris
mei, hæreditate accipite regnum paratū uo
bis ab exordio mundi. Eſuriui em̄, & dedi-
ſtis mihi edere. Sitiui, & dediſtis mihi bibe-
re. Hoſpes eram, & collegiſtis me. Nudus, &
operuiſtis me. Infirmus, & uiſitaſtis me. In
17 carcere eram, & ueniſtis ad me. ¶ Tunc re-
ſpondebunt ei iuſti, dicentes: Domine, quā
do te uidimus eſurientem, & pauimus: aut
ſitientem, & dedimus tibi potum? Quando
autem te uidimus hoſpitem, & collegimus
te: aut nudum, & cooperuimus te, aut quan-
do te uidimus infirmū, aut in carcere, & ue-
18 nimus ad te? ¶ Et reſpondens rex, dicet il-
lis: Amen dico uobis, quatenus feciſtis uni
de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.
19 ¶ Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Di
ſcedite à me maledicti in ignem æternum, q

paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuri-
ui enim, & non dediſtis mihi edere. Sitiui, &
non dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & nõ
colligiſtis me: nudus, & non operuiſtis me:
infirmus, & in carcere eram, & non uiſitaſtis
20 me. ¶ Tunc reſpondebunt ei & ipſi, dicen-
tes: Domine, quando te uidimus eſurientem,
aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut
infirmum, aut in carcere, & non miniſtraui-
21 mus tibi? ¶ Tunc rñdebit illis, dicẽs: Amẽ
dico uobis, quatenus non feciſtis uni de mi-
nimis his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi ĩ ſup-
plicium æternum, iuſti uero in uitã æternã.

Capitulum. 26.

1 ET factum eſt cũ conſummaſſet Ie-
ſúah oẽs ſermones hos, dixit diſci
2 pulis ſuis. ¶ Scitis quod poſt bi-
duum péſach fit, & filius hoĩs tra-
3 ditur, ut crucifigatur? ¶ Tunc congregati
ſunt principes ſacerdotum, & ſcribæ, & ſe-
niores populi in atrium principis ſacerdo-
tum, qui dicebatur Caiápha, & conſiliũ in-
ierunt ut Ieſúah dolo caperent, & occide-
rent. Dicebant autẽ: Non in die feſto, ne tu-
4 multus fiat in populo. ¶ Cum autẽ Ieſúah
eſſet in Bethania, in domo Simonis leproſi,
acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrũ un-
guenti precioſi, & effudit ſuper caput ipſi⁹
5 recumbentis. ¶ Quũ uidiſſent autem diſci
puli, indignati ſunt dicentes: Ad quid perdi
tio hæc? Potuit eñ iſtud unguentũ uenunda
6 ri magno, & dari pauperibus. ¶ Eo autem
cognito, Ieſúah ait illis: Quid moleſtias ex-
hibetis mulieri? Opus enim bonum operata
eſt erga me. Nam ſemp pauperes habetis uo
biſcum, me uero non ſemper habetis. Quod
eñ miſit hæc unguentum hoc ſuper corpus
7 meum, ad ſepeliendum me fecit. ¶ Amẽ di
co uobis, ubicũq; prædicatum fuerit euãge
lium hoc in toto mundo narrabitur, & quod
8 hæc fecit in memoriã ipſius. ¶ Tunc pfect⁹
unus de duodecim, qui dicebatur Iehudáh
Iſcariotes, ad principes ſacerdotum, ait:
Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam
illum? At illi conſtituerunt ei triginta argen
teos. Et ex eo tẽpore quærebat opportunita
9 tem, ut eũ traderet. ¶ Cæterum primo die
infermentorum acceſſerunt diſcipuli ad Ie-
ſúah, dicentes ei: Vbi uis parem⁹ tibi ad edẽ
dum péſach? At ille dixit: Ite in ciuitatẽ ad
quendam, & dicite ei: Magiſter dicit: Tem-
pus meum propè eſt, apud te facio péſach
10 cum diſcipulis meis. ¶ Et fecerunt diſcipu
li, ſicut conſtituit illis Ieſúah, & parauerunt
11 péſach. ¶ Veſpera autem facta, diſcumbe-
bat cum duodecim, & edentibus illis, dixit:
Amen dico uobis, quod unus ex uobis pdet
me. Et mœſti redditi uehementer, cœperunt
dicere ei ſinguli eorũ. Num ego ſum domine?
12 ¶ At ipſe reſpondens ait: Qui intinxit me-
cum manum in catino, hic me prodet. Filius
quidem hominis uadit ſicut ſcriptum eſt de
illo. Væ autem homini illi per quem filius ho
minis proditur: Bonum erat ei, ſi natus non
13 fuiſſet homo ille. ¶ Reſpondens autẽ Ie-
hudah qui tradidit eum, dixit: Num ego ſum
14 rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. ¶ Veſcentib⁹ au
tem eis, accepit Ieſúah panem, & cũ egiſſet
gratias, fregit, deditq; diſcipulis, & ait: Ac-
15 cipite, comedite, hoc eſt corpus meũ. ¶ Et
accæpto poculo, quum gratias egiſſet, dedit
illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt eñ
ſanguis meus, qui eſt noui teſtamenti, qui p
multis effunditur in remiſſionem peccatorũ.
16 ¶ Dico aũt uobis: quod non bibã poſthac
ex hoc fructu uitis, uſq; in diem illum, cum il
lud bibam uobiſcum nouum in regno patris
17 mei. ¶ Et cum hymnum cecinissent, exierũt
in montem oliuarum. Tunc dicit illis Ieſúah:
Omnes uos offendemini in me in nocte hac.
Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, &
diſpergentur oues gregis. Poſtquam autem
18 reſurrexero, præcedam uos in Galil. ¶ Re
ſpondens autem Petrus, ait ili: Et ſi omnes of
fendiculum paſſi fuerint in te: ego tamen
19 nunquam offendiculum patiar. ¶ Ait il-
li Ieſúah: Amen dico tibi, quod in hac no-
cte antequam gallus cantet, ter me negabis.
Ait illi Petrus: Etiam ſi oportuerit me mori
tecum, non te negabo. Similiter & omnes di
20 ſcipuli dixerunt. ¶ Tunc uenit Ieſúah cum
illis in uillam, quæ dicitur Gethſemane, &
dixit diſcipulis: Sedete hic, donec uadam, et
orem illic. Et aſſumpto Petro, & duobus fi-
lijs Zebadiáh cœpit affici dolore, ac mœſtitu
dine. Tunc ait illis Ieſúah: Mœſta eſt anima
mea uſq; ad mortem. Manete hic, & uigilate
mecum. Et progreſſus puſillum, procidit in
faciem ſuam, orãs ac dicens: Pater mi, ſi poſ-
ſibile eſt, trãſeat à me calix iſte: uerũtamẽ nõ
21 ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. ¶ Et uenit ad di
ſcipulos, & reperit eos dormientes: & dicit
Petro: Sic non potuiſtis una hora uigilare me
cum? Vigilate, & orate, ut ne intretis in tenta
tionem. Spiritus quidem promptus eſt, at ca
22 ro ĩfirma. ¶ Rurſ⁹ altera uice abijt, & orauit
dicẽs: Pater mi, ſi nõ poteſt hoc poculũ trãſi-

re à me,niſi bibã illud ,fiat uolantas tua. Et
uenit & reperit eos iterũ dormientes. Erant
enim oculi eorũ grauati. Et relictis illis,ite-
rum abijt:& orauit tertio eundẽ ſermonẽ di
23 cens. ¶ Tunc uenit ad diſcipulos ſuos:& di
cit illis: Dormite iam ,& requieſcite: Ecce
appropinquauit hora, & filius hoĩs traditur
in manus peccatorũ.Surgite eamus,ecce ap
24 propinquauit,q me tradit. ¶ Adhuc eo lo-
quente,ecce Iehudáh unus è duodecim ue-
nit,& cum eo turba multa cũ gladijs,& fu-
ſtibus,miſſa à principib' ſacerdotum,& ſe-
25 nioribus populi. ¶ Is uero qui ꝑdidit eum,
dedit illis ſignum,dicens: Quemcũq; oſcu-
latus fuero,ipſe eſt,tenete eum. Et cõfeſtim
accedẽs ad Ieſúah dixit:Aue rabbí.Et oſcu-
latus eſt eum. Dixitq; illi Ieſúah: Amice ,ad
26 quid ades? ¶ Tunc acceſſerũt, & manus in
iecerunt in Ieſúah, & ceperunt eũ. Et ecce
unus ex his qui erant cum Ieſúah, quũ extẽ-
diſſet manum,exemit gladium ſuum,&ꝑcu
tiens ſeruum principis ſacerdotum,ampu-
27 tauit auriculã eius. ¶ Tũc ait illi Ieſúah: Cõ
uerte gladium tuum in locum ſuum. Omnes
enim qui acceperint gladium, gladio peri-
bunt.An putas quod non poſſum nunc roga
re patrem meũ,& exhibebit mihi plus quã
duodecim legiones angelorũ? Quomõ ergo
implebuntur ſcripturæ,qđ ſic oportet fie-
28 ri. ¶ In illa hora dixit Ieſúah turbis: Tãquã
ad latronem exiſtis cum gladijs ,& fuſtibus
ad cõprehẽdum me: Quotidie apud uos ſe-
debam docens in tẽplo,& non me cepiſtis?
29 ¶ Hoc autem totum factum eſt,ut comple
30 rentur ſcripturæ ꝓphetarũ. ¶ Tunc diſcipuli
oẽs relicto eo fugerunt. At illi comprehen-
ſum Ieſúah duxerunt ad Caiapham princi-
pem ſacerdotum,ubi ſcribæ, & ſeniores cõ-
31 uenerãt. ¶ Petrus autẽ ſequebatur eum ꝑcul
uſq; ad atrium principis ſacerdotum. Et in-
greſſus intrò,ſedebat cum miniſtris,ut uide
32 ret finẽ. ¶ Principes autem ſacerdotum, &
ſeniores, & totum concilium quærebant fal
ſum teſtimonium contra Ieſúah ut morti eũ
traderent, & non inuenerũt, etiam cũ multi
33 falſi teſtes acceſſiſſent,nõ inuenerũt. ¶ No
uiſſime autem uenerũt duo falſi teſtes, & di-
xerunt: Hic dixit: Poſſum deſtruere tẽplum
34 dei, & in triduo ædificare illud. ¶ Et quum
ſurrexiſſet princeps ſacerdotum,ait illi: Ni-
hil reſpondes? Cur iſti aduerſũ te teſtimoniũ
35 dicunt? ¶ Ieſúah autem tacebat. Et rñdens
princeps ſacerdotũ,ait illi: Adiuro te p deũ
uiuẽtem,ut dicas nobis,an tu ſis Chriſt' fi-
lius dei. Dicit illi Ieſúah. Tu dixiſti. Verumtñ

dico uobis,amodo uidebitis filiũ hoĩs ſedẽ
tem à dextris uirtutis, & uenientẽ in nubib'
36 cœli. ¶ Tunc princeps ſacerdotum diſcidit
ueſtimẽnta ſua dicens: Blaſſemauit. Quid in
ſup egemus teſtibus? Ecce nũc audiſtis blaſ-
phemiã eius. Quid uobis uidetur? At illi reſpõ
37 dentes dixerunt: Reus eſt mortis. ¶ Tũc ex
puerunt in faciẽ ei', & colaphis eum cecide
runt. Alij autẽ palmas in faciẽ eius dederũt,
dicẽtes: Vaticinare nobis Chriſte, qs ẽ qui te
35 ꝑcuſſit? ¶ Petr' uero ſedebat foris ĩ atrio,
& acceſſit ad eũ una ancillula ,dicens: Et tu
cum Ieſúah Galilæo eras. At ille negauit co-
ram omnibus ,dicens: Neſcio quid dicas.
39 ¶ Cum autẽ exiſſet in ueſtibulũ, uidit eum
altera ancilla, & ait his q erãt ibi: Et hic erat
cum Ieſúah Naſareno. Et iterũ negauit cum
40 iureiurãdo: quod non nouiſſet hoĩem. ¶ Et
poſt puſillũ acceſſerunt q ſtabãt, & dixerũt
Petro: Vere & tu ex illis es: Nam & loquela
tua te manifeſtũ facit. Tunc cœpit execrari,
& iurare, quod nõ noſſet hoĩem: Et cõtinuo
gallus cantauit. Et recordat' eſt Petrus uer-
bi Ieſúah, qui dixerat ei: Prius quã gall' can
tet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit
amare.

Capitulum.27.

1 MAne autẽ facto, cõſiliũ inierũt oẽs
principes ſacerdotum, & ſeniores
populi aduerſus Ieſúah, ut eũ mor
ti traderẽt. Et uinctum eũ adduxe
2 rũt & tradiderũt Põtio Pilato pſidi. ¶ Tũc
uidẽs Iehudáh, q eũ ꝑdiderat, qđ dãnatus
eſſet, pœnitẽtia duct', retulit tringita argen
teos principibus ſacerdotũ, & ſeniorib', di
cẽs: Peccaui quũ ꝑdidi ſanguinẽ innoxium.
At illi dixerunt, Quid ad nos? Tu uideris. Et
ꝓiectis argẽteis ĩ tẽplo, receſſit: & abiẽs la-
3 queo ſe ſuſpẽdit. ¶ Principes aũt ſacerdo-
tum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet
eos mittere in corbonam, quia precium ſan-
4 guinis eſt. ¶ Conſilio autem inito, emerunt
ex illis agrum figuli in ſepulturam peregri-
norum. Quapropter uocatus eſt ager ille,
ager ſanguinis uſque in hodiernum diem.
5 ¶ Tunc impletum eſt quod dictum eſt per
Irmeiáh prophetam ,dicentem: Et accepe-
runt triginta argenteos precium apprecia-
ti, quem appreciauerunt à filijs Iſraël, & de
derũt eos in agrũ figuli: ſicut cõſtituit mihi
dominus. Ieſúah aũt ſtetit ante præſidem. Et
iterrogauit eũ pſes, dicẽs, Tu es rex Iehudo
6 rũ? Dicit illi Ieſúah: Tu dicis ¶ Et cũ accuſa
retur à principib' ſacerdotũ, & ſenioribus, nihil

7 reſpondit. ¶ Tunc dicit illi Pilatus: Non audis
quàm multa aduerſum te teſtificantur? Et non
reſpondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur
8 præſes uehementer. ¶ In feſto autem conſue-
uerat præſes turbæ dimittere unum uinctum
quem uoluiſſent. Habebat autem tunc uinctū
inſignem, qui dicebatur Barabbas. Congre-
gatis ergo illis dixit eis Pilatus: Vtrum uultis
dimittam uobis Barrabam, an Ieſúah qui dici
tur Chriſtus? Sciebat enim quod propter inui
9 diam tradidiſſent eum. ¶ Sedente autem illo
pro tribunali, miſit ad eum uxor eius, dicens:
Nihil tibi cum iuſto illo. Multa enim paſſa ſum
10 hodie in ſomnis propter eum. ¶ Principes au
tem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerunt tur-
bis, ut peterent Barabbam, Ieſúah uero per-
11 derent. ¶ Reſpondēs autem præſes, ait illis:
Vtrum uultis uobis è duobus dimittam? At illi
dixerunt: Barrabam. Dixit illis Pilatus: Quid
igitur faciam Ieſúah, qui dicitur Chriſtus? Di
12 cunt ei omnes: Crucifigatur. ¶ Præſes autem
ait: Quid enim mali fecit? At illi magis clama-
13 bant, dicentes: Crucifigatur. ¶ Videns au-
tem Pilatus quod nihil proficeret, ſed magis
tumultus fieret, accæpta aqua, abluit manus
coram populo dicens: Innocens ego ſum à ſan
14 guine huius iuſti, uos uideritis. ¶ Et reſpon-
dens uniuerſus populus, dixit: Sanguis eius ſu
per nos, & ſuper filios noſtros. Tūc dimiſit il-
lis Barabbam, Ieſúah autem quū flagellaſſet,
15 tradidit ut crucifigeretur. ¶ Tunc milites præſi
dis ſuſcipientes Ieſúah in prætorio, congrega
uerunt ad eum uniuerſam cohortem: & cum
exuiſſent eum, circumdederunt ei chlamydem
coccinam, & coronam de ſpinis contextā im-
poſuerunt ſuper caput eius, & harundinem in
dexteram eius: & genu flexo ante eum, illude
bant ei, dicentes: Aue rex Iehudæorum. Et cū
expuiſſent in eum, accæperūt harundinem, &
16 percutiebant caput eius. ¶ Et poſtquam illuſiſ-
ſent ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt
eum ueſtimentis ſuis, & abduxerunt eum ut
17 crucifigerent. ¶ Exeuntes autem inuenerunt
hominem Cyrenæum, nomine Simonem, hūc
coegerunt, ut tolleret crucem eius. Et profe-
cti in locum, qui dicitur Gulghóleth quod eſt
Caluariæ locus. Et dederunt ei bibere acetum
cum felle mixtum: & cum guſtaſſet, noluit
18 bibere. ¶ Poſtquam autem crucifixerunt
eum, diuiſerunt ueſtimenta eius, ſortem mit-
tentes: ut impleretur quod dictum eſt per pro-
phetam: Diuiſerunt ueſtimenta mea ſibi, & ſu-
per ueſtimentum meum miſerunt ſortem. Et
19 ſedentes ſeruabant eum ibi. ¶ Et impoſuerāt
ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam: Hic
eſt Ieſúah rex Iehudæorum. Tunc crucifigun-
tur cum eo duo latrones, unus à dextris, & al
20 ter à ſiniſtris. ¶ Prætereuntes autem blaſphe
mabant eum, mouentes capita ſua, & dicētes:
Tu qui deſtruis templum, & in triduo ædificas,
ſerua temetipſum: Si filius dei es, deſcende de
cruce. Similiter & principes ſacerdotum illu-
dentes cum ſcribis, & ſenioribus dicebāt: Alios
ſeruauit, ſeipſum non poteſt ſeruare. Si rex Iſ-
raël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credemus
ei. Confiſus eſt in deo, liberet eum nūc, ſi uult
eum: dixit enim, filius dei ſum. Idipſum autem
& latrones, qui crucifixi erant cum eo, expro
21 brabant ei. ¶ A ſexta autem hora tenebræ fa
ctæ ſunt ſuper uniuerſam terram uſque ad horā
nonam: & circa horā nonam clamauit Ieſúah
uoce magna dicens: Eli eli Lámmah hazabthá
ni: hoc eſt: Deus meus deus meus cur dereli-
22 quiſti me? ¶ Quidam autem illic ſtantium,
cum audiſſent dicebant: Eliiáh uocat iſte. Et cō
tinuo currens unus ex eis, cum accæptā ſpon-
giam impleſſet aceto, impoſuit harundini, da-
batque ei ut biberet. Cæteri uero dicebāt: Sine,
uideamus an ueniat Eliiáh liberaturus eum.
23 ¶ Ieſúah autem cum iterum clamaſſet uoce
24 magna, emiſit ſpiritum. ¶ Et ecce uelum tem
pli ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſque ad
imum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt,
& monumenta aperta ſunt, & multa corpora
ſanctorum qui dormierant, ſurrexerūt: & egreſ-
ſi è monumentis poſt reſurrectionem eius, ue-
nerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt
25 multis. ¶ Centurio uero, & qui cum eo erāt
cuſtodientes Ieſúah uiſo terræmotu, & his
quæ facta fuerant, timuerunt ualde, dicentes:
26 Vere filius dei erat iſte. ¶ Erant autem ibi mu
lieres multæ, è longinquo ſpectantes, quæ ſe-
cutæ fuerant Ieſúah à Galil, miniſtrantes ei:
inter quas erat Miriám Magdalene, & Miriám
Iacobi, & Ioſe mater, & mater filiorum Zeba-
27 diáh. ¶ Cum autem ueſpera facta eſſet, uenit
homo diues ab Arimathæa, nomine Ioſéph,
qui & ipſe diſcipulus fuerat Ieſúah. Hic profe
ctus ad Pilatū, poſtulauit corpus Ieſúah. Tūc
Pilatus iuſſit reddi corpus. Et cum accæpiſſet
corpus Ioſéph, inuoluit illud ſindone munda,
poſuitque illud in monumento ſuo nouo, quod
exciderat in petra, & aduoluto ſaxo ingenti
ad oſtium monumenti, abiit. Erat autem ibi Mi
riám Magdalene, & altera Miriā, ſedentes con-
28 tra ſepulchrum. ¶ Poſtero autem die quæ ſe-
quitur paraſceuen, conuenerunt principes ſa-
cerdotum & Phariſæi ad Pilatum, dicentes:
Domine, recordati ſumus, quod ſeductor ille
dixit adhuc uiuēs, poſt tres dies reſurgo: Iube

ergo, muniri ſepulchrũ uſq; in diem tertium,
neſquando ueniant diſcipuli eius, & furentur
eum, dicantq; plebi, ſurrexit à mortuis, et erit
nouiſſimus error peior illo priore. Ait illis Pi-
latus: Habetis cuſtodiam: Ite, munite ſicut ſci-
tis. Illi autem profecti, munierunt ſepulchrum
obſignato lapide, cum cuſtodia.

Capitulum. 28.

1 VEſpera autem ſabbatorum, quæ
luceſcit, in unam ſabbatorũ, ue-
nit Miriam Magdalene, & alte-
ra Miriã, ut uiderent ſepulchrũ.
Et ecce terræmotus factꝰ eſt ma-
gnus. Angelus enĩ domini deſcendit de cœlo:
& accedens deuoluit lapidemꝰ ab oſtio, ſede-
batq; ſuper eum. Erat autem ſpecies eius ſicut
fulgur, et ueſtimentũ eius candidum ſicut nix.
2 ¶ Præ timore autem eius concuſſi ſunt cuſto
des, & facti ſunt uelut mortui. Reſpondẽs au-
tem angelus, dixit mulieribꝰ: Ne timeatis uos.
Scio enĩ quod Ieſúah, qui crucifixus eſt, quæ-
ritis: Non eſt hic, Surrexit enim ſicut dixit. Ve
nite, uidete locum ubi poſitꝰ erat dominus. Et
cito profectæ, dicite diſcipulis eius, quod ſur-
rexit à mortuis: & ecce præcedit uos in Galíl.
3 Illic eum uidebitis: ecce dixi uobis. ¶ Et di-
greſſæ celeriter à monumento cum timore &
gaudio magno, currebant ut renunciarent di-
4 ſcipulis eius. ¶ Cũ autem iſſent ad renũcian-
dum diſcipulis eius, ecce Ieſúah occurrit illis,
dicens: Auete. Illæ autem profectæ, tenuerunt
pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis
Ieſúah: Ne timeatis: Ite renũciate fratribꝰ meis
ut eant in Galíl, & ibi me uidebunt. Quæ cum
abiiſſent, ecce quidam è cuſtodibus uenerunt
in ciuitatem, ac renunciauerunt principibus ſa
cerdotum omnia quæ acciderant, & congre-
gati cum ſenioribus, cõſilio habito, pecuniam
copioſam dederunt militibus, dicentes: Dici-
te: Diſcipuli eiꝰ nocte profecti furati ſunt eum
nobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit
à præſide, nos perſuadebimꝰ ei, & ſecuros uos
faciemus. At illi accæpta pecunia, fecerunt ſi-
cut erant edocti: & diuulgatus eſt hic ſermo
5 apud Iehudæos uſq; in hodiernũ diem. ¶ Vn
decim autẽ diſcipuli abierunt in Galíl, in mon
tem ubi conſtituerat illis Ieſuáh. Et cum uidiſ-
ſent illum adorauerũt eum: quidam autem du
6 bitauerunt. ¶ Et accedens Ieſúah locutus eſt
eis dicẽs: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo
& in terra. Profecti docete omnes gentes, ba-
ptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpi-
ritus ſancti: docentes eos ſeruare oïa quæcũq;
præcepi uobis. Et ecce ego uobiſcum ſum oï-
bus diebus uſq; ad conſummationem ſæcu-
li. Amen.

¶ Euangelij ſecundum Matthæum
finis.

VITA SANCTI MARCI PER DIVVM HIERONYMVM.



MArcus diſcipul' & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentē audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue ſcripſit euangeliū. Quod cū Petrus audiſſet, ꝓbauit, & eccleſiæ legendū ſua auctoritate edidit: ſicut Clemēs in ſexto ὑποτυπώσεων libro ſcribit. Et Papias Hieroſolymitanus epiſcopus meminit huius Marci, & Petrus in epiſtola prima, ſub nomine Babylonis figuraliter Romā ſignificās. Salutat uos quæ in Babylone cū electa, & Marcus filius meus. Aſſumpto itaque euangelio, quod ipſe confecerat, perrexit Aegyptū: & primus Alexādriæ Chriſtū annūcians, conſtituit eccleſiam, tantæ doctrinæ & uitæ cōtinentia, ut oēs ſectatores Chriſti ad exemplū ſui cogeret. Denique Philo diſertiſſimus Iehudæorū, uidēs Alexandriæ primā eccleſiā adhuc Iehudaizantē, quaſi in laudē gentis ſuæ librum ſuper eorū conuerſatione ſcripſit: & quomodo Lucas narrat Hieruſaláim credentes omnia habuiſſe cōmunia, ſic ille quod Alexandriæ ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus eſt antē octauo Neronis anno, & ſepultus Alexandriæ, ſuccedente ſibi Aniano.

ELENCHVS CAPITVM EVANGELII SECVNDVM MARCVM.

1 De Ioanne Baptiſta Chriſtum baptizante in Iardén.
De uocatione Petri, Andreæ, & filiorū Zebadíáh.
De dæmoniaco
De ſocru Petri
De curatis à uarijs morbis.
De leproſo.

2 De paralytico.
De publicano filio Alphæí.
De Ieſúah conueſcēte publicanis.
De diſcipulis uellētibus præ fame ſpicas ſabbato.

3 De habente manum aridā
De apoſtolorū electione, data illis uaria poteſtate.
De matre & fratribus.

4 De ſemine parabola
De increpatione aquarum.

5 De legione dæmoniorum.
De filia archiſynagogi.
De mulier ſāguis ꝓfluuio laborāte

6 Quomodo Chriſtus miſit apoſtolos curatum uarios morbos.
De Herode et Ioanne.
De quinque panibus & duob' piſcibus.
De ambulatione in mari

7 De diſcipulis illotis manibus prandentibus.
De tranſgreſſione præcepti dei.
De Syrophœniſſa.
De ſabbato

8 De ſeptem panibus.
De quærentibus ſignum
De fermento phariſæorum.
De cæco.
De interrogatione in Cæſarea.
De dehortatione Petri.

9 De transformatione domini.
De lunatico.
De diſputa. quis eſſet maior.
De offendiculo tollendo.

10 De diuortio.
De diuite interrogante Ieſum.
De filijs Zebadiáh
De Bartimæo

11 De pullo
De ficu quæ exaruit

De eiectis è templo nummularijs.
De fiducia erga deum.
De obliuione iniuriarum.
De principib' & ſenioribus ſacerdotum qui dominum interrogabant.

12 De uinea.
De cenſu dando Cæſari.
De Sadducæis.
De ſcriba
De interrogatione domini
Cauendos eſſe hypocritas
De uidua paupercula.

13 De conſummatione.
De die & hora.
14 De ea quæ dominum unxit unguēto.
De péſach.
Chriſti captiuitas.
Negatio Petri
De his q̃ domino Ieſuah apud ſummum ſacerdotem irrogata ſunt.

15 De his quæ ſub Pilato præſide paſſus eſt.
De morte
De petitione corporis domini.
De ſepultura

16 De Chriſti reſurrectione.
Quibus poſt mortem apparuit uiuus.
Quomodo diſcipulis cōmiſit euāgelij prædicationem.

FINIS.

¶EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM, INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI, SACRAE THEOLOGIAE PROFES. ORDINIS PRAEDICATORVM.

Capitulum. I.

1 INitium euange
lij Ieſúah Chri-
ſti filij dei, ſicut
ſcriptũ eſt in p-
phetis: Ecce ego
mitto nuncium
meum ante fa-
ciem tuam, qui
præparabit uiã
tuã ante te. Vox
clamantis in de-
ſerto: Parate uiam domini, rectas facite ſemi-
2 tas eius. ¶Fuit Ioannes baptizãs in deſerto,
& prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſ
ſionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum
tota Iehudæa regio, ac Ieruſalaimitæ, & bapti
zabantur omnes ab illo in Iardén flumine, cõ-
3 fitentes peccata ſua. ¶Erat autem Ioannes
ueſtitus pilis cameli, & zona pellicea circa lũ-
bos ſuos, ueſcebaturq; locuſtis, ac melle ſylue
ſtri, & prædicabat, dicẽs: Venit is, qui fortior
eſt me, poſt me: cuius nõ ſum idoneus, ut pro-
cumbens ſoluam corrigiam calciamentorum.
Ego quidem baptizaui uos aqua, ille uero ba
4 ptizabit uos ſpiritu ſancto. ¶Et factum ẽ, in
diebus illis, uenit Ieſúah à Nazaréth Galíl, &
baptizatus eſt à Ioanne in Iardén. Et ſtatim cũ
aſcenderet ex aqua, uidit diſſindi cœlos, & ſpi
ritum tanq̃ columbam deſcẽdentem ſup illũ.
Et uox facta eſt de cœlis: Tu es ille filius meus
5 dilectus, in quo bene complacui. ¶Et conti-
nuo ſpiritus illum expellit in deſertum: & erat
illic in deſerto dies quadraginta, et tentabat à
ſathán, eratq; cum feris, & angeli miniſtrabãt
6 illi. ¶Poſtq̃ aũt cõpræhenſus eſſet Ioannes,
uenit Ieſúah in Galíl, prædicãs euangeliũ re-
gni dei, & dicẽs: Impletum eſt tempus, appro
pinquauitq; regnũ dei: pœnitẽtiã agite & cre
7 dite euangelio. ¶Cum ambularet aũt iuxta
mare Galíl, uidit Simonẽ, & Andream fratrẽ
eius, iacιẽtes ratia in mare. Erãt eñ piſcatores,
& dixit eis Ieſúah. Venite poſt me, & faciã ut
uos efficiamini piſcatores hoim. Ac protin⁹ re
8 lictis retibus ſuis, ſecuti ſunt eũ. ¶Et pgreſ-
ſus illinc puſillum, uidit Iacobũ filiũ Zebadiáh
& Ioannẽ fratrem eius, qui & ipſi in naui ſar-
ciebant retia: ſtatimq; uocauit illos. Et illi reli-
cto patre ſuo Zebadiáh in naui cum mercẽna-
rijs, abierũt poſt eum. Et ingrediũtur Caper-
naum, & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynago-
gam docebat. Et ſtupebant ſuper doctrina ei⁹.
Erat eñ docens eos tanq̃ poteſtatẽ habẽs, &
9 non ſicut ſcribæ. ¶Et erat in ſynagoga eorũ
homo cũ ſpiritu imũdo, & exclamauit dicẽs:
Ah, quid nobis tecũ eſt Ieſúah Naſarene? Ve-
niſti ad perdendum nos? Noui te qui ſis, uidelicet
rũ ille ſanctus dei. Et increpauit illũ Ieſúah di-
cens: Obmuteſce, & exi ab eo. Et cum diſcer-
pſiſſet eum ſpiritus immundus, exclamaſſetq;
10 uoce magna, exijt ab eo. ¶Et obſtupuerunt
oẽs, ita ut conquirerent inter ſe: dicẽtes: Quid
eſt hoc? Quæ doctrina noua hæc? q̃a cũ p̃tãte
etiã ſpiritibus immundis imperat, & obediũt
11 ei? ¶Egreſſa eſt aũt fama eius ſtatim in totã
12 undiq; regionẽ Galíl finitimã. ¶Et protinus
è ſynagoga egreſſi, uenerunt in domũ Simo-
nis & Andreæ, cũ Iacobo, & Ioãne. Socr⁹ aũt
Simonis decũbebat febricitans, & cõtinuo di
cũt ei de illa. Et accedẽs erexit eã, appræhenſa
manu eius: & reliquit eã febris illico, ac mini-
13 ſtrabat eis. ¶Veſpera autẽ facta cum occidiſ
ſet ſol, afferebant ad eum oẽs male habẽtes, &
qui à demonijs agitabantur. Et ciuitas tota cõ
gregata erat ad oſtium, & ſanauit multos ma
le habentes uarijs morbis, & dæmonia multa
eijciebat, et non ſinebat loqui dæmonia, quod
14 ipſum noſſent. ¶Et mane multa adhuc nocte
cum ſurrexiſſet, egreſſus eſt, & abijt Ieſúah in
deſertum locũ, ibiq; orabat: & proſecutus eſt
eũ Simon, & qui cũ illo erant: & cum inueniſ
ſent eũ, dicunt ei: Oẽs te quærunt. Et ait illis:
Eamus in proximos uicos, ut & ibi prædicem.
Ad hoc eñ egreſſus ſum. Et prædicabat in ſy-
nagogis eorũ, in tota Galíl, & dæmonia eijcie
15 bat. ¶Et uenit ad eum leproſus deprecãs eũ,
eiq; genua flectẽs, ac dicẽs illi: Si uis potes me
mundare. Ieſúah autem miſertus, protenſa ma
nu tetigit illum: & dicit ei: Volo, mundus eſto.
Et cum dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, &
mundatus eſt: & interminatus ei, ſtatim emiſit
illum, dixitq; ei: Vide ne cui quicquam dicas,
ſed abi, teipſum oſtende ſacerdoti, et offer pro
emundatione tui, quæ præcepit Moſch in teſti
monium illis. At ille egreſſus cœpit prædicare
multa, & diuulgare ſermonem. Ita ut iam non
poſſet Ieſúah manifeſte introire in ciuitatẽ: ſed
foris in deſertis locis erat, & ueniebant ad eum
undiq;.

Capitulum. 2.

1 ITerũ intrauit Capernaum per dies
aliquot, & auditum eſt quod in do-
mo eſſet, & ꝓtinus congregati ſunt
multi, adeo ut iam non caperent eos
nec illa loca quæ erant circa ianuam, & loque-

2 batur eis ſermonē. ¶ Et ueniunt ad eū ferē-
tes paralyticum, qui à quatuor portabatur: &
cum nō poſſent appropinquare illi præ turba,
nudauerunt tectum ubi erat: Et cum perfodiſ-
ſent tectum funibus demittunt grabbatum, in
quo paralyticus decumbebat. Cum autem ui-
diſſet Ieſúah fidem illorum, ait paralytico: Fi-
3 li, remittantur tibi peccata tua ¶ Erāt autem
illic quidam de ſcribis ſedentes, & cogitantes
in cordibus ſuis: Quid hic ſic loquitur blaſphe
mias? Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus
4 deus? ¶ Et protinus ubi cognouiſſet Ieſúah
ſpiritu ſuo, quod ſic cogitarent intra ſeſe, dicit
illis: Quid iſta cogitatis in cordibus ueſtris?
Vtrum eſt facilius dicere paralytico, remittan-
tur tibi peccata: an dicere, ſurge, & tolle grab
5 batum tuum, & ambula? ¶ Vt autem ſciatis,
quod filius hominis habet poteſtatem in terra
remittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico,
ſurge, ac tolle grabbatum tuum, & abi in do-
mum tuam Et ſtatim ſurrexit, ſublatoq; grab-
bato, egreſſus eſt in conſpectu omnium, adeo
ut ſtupeſcerent omnes, & glorificarent deum,
6 dicentes: Nunq̃ ſic uidimus. ¶ Et egreſſus eſt
rurſus ad mare, omniſq; turba ueniebat ad eū,
7 ac docēbat eos. ¶ Et cum præteriret Ieſúah
uidit Leuí, Alphæi filium, ſedentem ad telo-
nium, & ait illi: Sequere me. Iſq; ſurgēs, ſecu
8 tus eſt eum. ¶ Et factum eſt, cum accumberet
in domo illius, multi etiam publicani, & pecca
tores ſimul diſcumbebant cum Ieſúah, & diſci
pulis eius: Erant enim multi, & ſecuti ſunt eū.
9 ¶ Et Scribæ, ac Phariſæi cum uidiſſent eum
edentem cum publicanis, & peccatoribus, di-
cebant diſcipulis eius: Quid eſt quod cum pu-
blicanis & peccatoribus edit, ac bibit? Hoc au
dito Ieſúah ait illis: Non opus habent qui ua-
lent medico, ſed qui male habent. Non ueni ad
uocandum iuſtos ſed peccatores ad pœniten-
10 tiam. ¶ Et diſcipuli Ioannis ac Phariſæorum
ieiunabant, ueniuntq;, & dicunt illi: Quare di
ſcipuli Ioannis, & Phariſæorum ieiunant, tui
autem diſcipuli non ieiunāt? Et ait illis Ieſúah:
Num poſſunt filij thalami nuptialis in quo ſpō
ſus cum illis eſt, ieiunare? Quādiu habent ſe-
cum ſponſum, non poſſunt ieiunare. Venient
autem dies, cum auferetur ab eis ſponſus, &
11 tūc ieiunabunt in illis diebus. ¶ Et nemo aſſu
mentum panni rudis aſſuit ueſtimento ueteri,
alioquin aufert ſupplementum eius nouum à
ueteri, & peior ſciſſura fit. Et nemo mittit ui-
num nouū in utres ueteres, alioqui diſrumpit
uinum nouū utres, & uinū effunditur, et utres
pereūt: ſed uinū nouū in utres nouos mitti de-
12 bet. ¶ Et accidit, ut trāſiret ſabbatis per ſata,
& cœperūt diſcipuli eius iter faciendo uellere
ſpicas & Phariſæi dicebant ei: Ecce cur faciū
ſabbatis quod non licet? Et ipſe ait illis: Nunq̃
legiſtis quid fecerit Dauíd, cum opus haberet
& eſuriret ipſe, & qui ſecū erāt, quomodo in-
greſſus ſit in domū dei ſub Ebiathár principe
ſacerdotum: & panes propoſitiōis comederit,
quos nō licet edere niſi ſacerdotibus: & dede
rit etiam ijs qui ſecum erant? Et dicebat illis:
Sabbatum propter hominē factum eſt, nō ho-
mo propter ſabbatum. Itaq; dominus eſt filius
hominis etiam ſabbati.

Capitulum. 3.

1 ET introiuit iterū in ſynagogam,
& erat ibi homo areſactā habēs
manū: & obſeruabant eum, an
ſabbatis ſanaret eum, ut accuſa
rent illum. Et ait homini areſa-
ctam habēti manū: Surge i me-
dium. Et dicit illis: Vtrum licet ſabbatis bñfa-
cere, an malefacere, animā ſeruare, an occide-
re? At illi tacebant. Et cū circūſpexiſſet eos cū
iracundia, condoleſcens ſuper cæcitate cordis
eorum, dicit homini. Extende manū tuam. Et
extendit: & reſtituta eſt manꝰ illiꝰ ſana, ut alte
2 ra. ¶ Egreſſi uero phariſæi, ſtatim unà cū He-
rodianis conſiliū inibant aduerſus eū, ut illum
perderent. Ieſúah aūt cum diſcipulis ſuis ſeceſ
ſit ad mare, & ingēs multitudo à Galil ſecuta
eſt eū, & ab Iehudæa, & ab Ieruſaláim, & ab
Edomæa, & trans Iardén, & qui circa Tyrū ha
bitabāt ac Sidonem, multitudo magna: qui cū
3 audiſſent, quæ faciebat, uenerunt ad eū. ¶ Et
iuſſit Ieſúah diſcipulis ſuis, ut nauicula ſibi de-
ſeruiret ꝓpter turbā, ne ipſum premerēt. Mul-
tos eñ ſanauerat, ita ut irruerent in eū, ut illū
4 tangerēt, quotquot habebant flagella. ¶ Et
ſpūs immūdi cū illū uidiſſent, procidebāt ei, et
clamabāt dicentes: Tu es filius dei. Et uehemē
ter interminabať eis, ne manifeſtū ſe facerent.
5 ¶ Et aſcēdit in montē, ac uocat ad ſe quos uo
luit ipſe, & uenerunt ad eū. Et fecit duodecim
ut eſſent ſecum, & ut emitteret eos ad prædicā
dum, atq; haberēt poteſtatē ſanandi morbos,
eijciendiq; dæmonia. Et impoſuit Simoni no-
mē Petrus: & Iacobū filiū Zebadiáh, & Ioan-
nem fratrē Iacobi, & impoſuit eis noīa Beue-
ráham, qd' eſt, filij tonitrui: & Andreā, & Phi
lippum, et Bartholomæū, et Mathæū, & Tho
mā, & Iacobum Alphæi filiū, & Thaddæū, &
Simonē Cananitē, & Iehudā Iſcariotē, qui &
6 prodidit illū. ¶ Et ueniūt in domū, & conue
nit iterū turba, ſic ut nō liceret illis, uel panes
edere: et cum audiſſent qui ad illum attinebāt,

exierunt ut comprehēderent eum. Dicebāt
7 enim, in ſtuporē uerſus eſt. ❡Et ſcribæ qui
ab Ieruſalēm deſcenderāt, dicebant: Bahal
zebub habet, & p̄ principem dæmoniorum
eijcit dæmonia. Et ad ſe uocatis eis, in para-
bolis dicebat illis: Quomō pōt ſathan ſathā
eijcere? Et ſi regnum aduerſus ſeſe diuiſum
fuerit, nō pōt ſtare regnum illud, & ſi dom⁹
contra ſemetipſam diuiſa fuerit, non poteſt
ſtare domus illa: & ſi ſathan īſurexit aduer-
ſus ſemetipſum, ac diuiſus eſt, non pōt ſtare,
ſed finem habet. Non poteſt quiſquam uaſa
fortis, ingreſſus in domum illius, diripere,
niſi prius fortem alligarit, & tunc domum
eius diripiet. Amē dico uobis: Omnia remit-
tentur filijs hoīm peccata, & blaſfemiæ qui-
buſcūq; blaſſemauerint. At qui blaſfemiam
locuti fuerit in ſpiritum ſanctum, nō habet
remiſſionē in æternū, ſed reus eſt æterni iudi
cij. Dicebant enim: Spiritum immundū ha-
8 bet. ❡Et ueniunt mater eius, & fratres: &
foris ſtantes, miſerunt ad eum qui uocarent
eum, & ſedebat turba circa eum, dicuntq;
ei: Ecce mater tua, & fratres tui, & ſorores
9 tuæ foris quærunt te. ❡Et reſpondit eis di-
cens: Quæ eſt mater mea, & fratres mei? Et
cum circūſpexiſſet in circuitu circum ſe di-
ſcipulos ſedētes, ait: Ecce mater mea, & fra
tres mei. Quicūq; enī fecerit uolūtatem dei,
hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.

Capitulum. 4.

1 ET iterū cœpit docere iuxta ma
re, & congregata eſt ad eū tur
ba multa, ita ut nauim ingreſ-
ſus, ſederet ī mari, & tota tur
ba iuxta mare in terra erat, &
docebat eos p̄ parabolas mul
2 ta: & dicebat illis ī doctrina ſua. ❡Audite:
Ecce exibat ſeminator ad ſeminādum, & ac-
cidit inter ſeminandum, aliud quidem ceci-
dit ſecus uiam, ueneruntq; uolucres cœli, &
3 comederūt illud. ❡Aliud uero cecidit ſup
petroſa, ubi non habuit terram multā, & ſta
tim exortum eſt, quod non haberet altitudi
nem terræ, ſole autem exorto, æſtu affectum
eſt: & eo quod non haberet radicē, exaruit.
4 ❡Et aliud cecidit in ſpinas, & ſuccreuerūt
ſpinæ, ac ſuffocauerūt illud, & fructum non
5 dedit. ❡Et aliud cecidit in terram bonā, &
dabat fructū aſcēdētem, atq; creſcētē: & affe
rebat unū triginta, & unū ſexaginta, & unū
cētum, ac dicebat illis: Qui habet aures ad
6 audiēdum, audiat. ❡Cum autem cœpiſſet
eſſe ſolus, interrogauerunt eum hi, qui cir-
cum illum erant cum duodecim, de parabo-
la, & dicebat eis: Vobis datum eſt noſſe arca
num regni dei: illis autem qui foris ſunt, per
parabolas omnia fiunt: ut uidentes uideant,
& non cernant: & audientes audiant, & non
intelligant: nequando conuertantur, & re-
7 mittantur eis peccata. ❡Et ait illis: Neſci
tis parabolam hanc? Et quomodo omnes pa
rabolas cognoſcetis? Seminator ille uerbum
ſeminat: Iſti uero ſunt, quorum alij iuxta ui-
am dicuntur ubi ſeminatur uerbum: & cum
audierint, confeſtim uenit ſathan, & aufert
uerbum, quod ſeminatum eſt in cordibus eo
8 rum. ❡Et alij ſunt ſimiliter, qui in petroſa
ſemen excipiunt: qui cum uerbum audierint
ſtatim cum gaudio accipiunt illud, & nō ha-
bent radicem in ſe, ſed temporarij ſunt: deīn
de coorta afflictione, aut perſecutione pro-
9 pter uerbum confeſtim offendūtur. ❡Et alij
ſunt qui in ſpinas ſemen excipiunt. Hi ſunt
qui uerbum audiunt, & ſollicitudines ſæcu
li huius, ac deceptio diuitiarum, cæterarum
q; rerum cupiditates introeuntes, ſuffocant
10 uerbum, ac infructiferum efficitur. ❡Et
alij ſunt qui in terram bonam ſemen excepe
runt, qui audiunt uerbum, & ſuſcipiunt, &
fructificant: unum triginta, & unum ſexa-
11 ginta, unum centum. ❡Et dicebat illis:
Num lucerna incenditur ut ſubter modi-
um ponatur, aut ſubter lectum? Nōnne
ut ſuper candelabrum ponatur? Non eſt
enim quicquam occultum, quod non mani-
feſtetur: neq; fuit abſconditum, ſed ut in
manifeſtum ueniat. Si quis habet aures ad
12 audiendum, audiat. ❡Et dicebat illis: Vi
dete quid audiatis: Qua menſura metimini,
metietur uobis, & adijcietur uobis qui audi
tis: Quicunq; enim habuerit dabitur illi: &
qui nō habet, etiam quod habet auferetur ab
13 eo. Et dicebat. ❡Sic eſt regnum dei, quem-
admodum ſi homo iaciat ſementem in terrā, ac
dormiat, atque ille exurgat nocte ac die: ſe-
gesq; germinet, ac ſurgat in altum, dum ne-
ſcit ille. Vltro enim terra fructificat, primum
herbam, deinde ſpicam, deinde plenum fru-
mentum in ſpica: cum autem productus fue-
rit fruct⁹, ſtatī mittit falcē: qm̄ adeſt meſſis.
14 ❡Et dicebat: Cui aſſimilabimus regnū dei?
aut qua parabola parabolice efferem⁹ illud?
Eſt ſicut granū ſinapis, qd cū ſeminatū fue-
rit in terra, minus eſt oībus ſeminibus q̄ ſunt
in terra: & cū ſeminatum fuerit, ſurgit, & fit
maius oībus oleribus: & facit ramos magnos,
ita ut poſſit ſub umbra ei⁹ aues cœli habitare.
Et talib⁹ multis parabolis loqbat eis uerbū,

pronr poterãt audire:ſiue parabola uero nõ
loquebatur eis: ſeorſim autẽ diſcipulis ſuis
5 exponebat omnia. ¶ Et ait illis ĩ die illo cũ
facta eſſet ueſpera: Tranſeamus in ulteriorẽ
ripam Et dimiſſa turba aſſnmũt eum, ita ut
erat in naui, ſed & aliæ nauiculæ erant cum
illo. Et oritur procella uenti magna, & flu-
ctus irruebant in nauim, ita ut illa iam imple
retur Et erat ipſe in puppi ſup ceruical dor-
miens, & excitant eum, dicunrque illi: Præ
eceptor, non eſt tibi curæ qđ perimus? Et ex-
citatus increpauit uentum, dixitque mari:
Tace, obmuteſce: Et conquieuit uentus, fa-
ctaq; eſt tranqllitas magna: Et air illis: Quid
timidi eſtis ſic? Qui fit ur non habeatis fi-
dem? Et timuerunt timore magno, dicebant
q; inter ſeſe: Quiſnam hic eſt, quia & uentꝰ,
& mare obediunt ei?

Capitulum. 5.

1 ET uenerunt in ulteriorem par
tem maris, in regionẽ Gada-
renorũ: egreſſoq; eo de naui,
ſtatim occurrit è monumẽtis
homo cum ſpiritu immundo,
qui domiciliũ habebat in mo
numentis. Et neque catenis quiſquam pote-
rat eum ligare: propterea quod cũ ſæpe cõ-
pedibus, & catenis uinctꝰ fuiſſet, diſcerptæ
eſſent ab illo catenæ, & compedes eſſent cõ
minutæ, neq; quiſquã ualuiſſet eum doma-
re. Et ſemper die ac nocte in montibus, & in
monumentis erat clamans, & concidens ſe-
2 ipſum lapidibus. ¶ Cum uidiſſet autem Ie-
ſúah eminus, cucurrit, & adorauit eũ, & cla
mans uoce magna dixit: Quid mihi tecum
eſt Ieſú ah fili dei altiſſimi? Adiuro te p deũ,
ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi ſpiri-
3 tus imunde ab homine. ¶ Et interrogabat
eum: Quod tibi nomen eſt? Et reſpondit di-
cens ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſu-
mus. Et deprecabatur eum multũ, ne ſe eiji
4 ceret extra regionem. ¶ Erat autem ibi iux
ta montes grex porcorum magnus paſcens,
& deprecabantur eũ oẽs dæmones, dicẽtes:
Mitte nos ĩ porcos ut in eos introeamus. Et
pmiſit eis ſtatĩ Ieſúah. Et egreſſi ſpũs imũdi,
ĩgreſſi ſũt in porcos. Et ferebat grex per præ
ceps ĩ mare. Erãt aũt fermè bis mille, & ſuffo
5 cati ſunt ĩ mari. ¶ Porrò qui paſcebãt por-
cos fugerunt, & renunciauerunt in ciuitatẽ
& in agros. Et egreſſi ſunt ad uidẽdum quid
eſſet quod acciderat: & ueniunt ad Ieſúah,
uident illum qui à dæmonio uexabatur, ſe-
dentem, ac ueſtitum, & ſanæ mentis, qui ha-
buerat legionem, & timuerunt. Et narraue-
rũt illis qui uiderãt, qualiter accidiſſet ei qui
dæmonium habuerat, & de porcis. Et cœpe-
runt rogare eum, ut diſcederet de finibus ip
6 ſorũ. ¶ Et cum ingreſſus eſſet nauim, roga
bat illum qui fuerat à dæmonio correptus,
ut eſſet cum illo: Ieſúah autem non permiſit
eum, ſed ait illi: Abi in domum tuam ad tuos,
& annuncia illis quanta tibi dominus fece-
rit, & miſertus ſit tui. Et abijt, & cœpit præ-
dicare ĩ Decapoli, quãta ſibi feciſſet Ieſúah,
7 & omnes mirabantur. ¶ Et cum traieciſſet
Ieſúah naui rurſus in ulteriorem ripam, con
uenit turba multa ad eum, & erat circa ma-
re. Et ecce uenit unus è pricipibꝰ ſynagogæ,
nomine Iairus, & cum uidiſſet eum, procidit
ad pedes eius, & deprecabatur eum multũ,
dicens: Filiola mea in extremis eſt, oro ut ue
nias, & imponas illi manus, ut ſalua ſit, & ui
uet. Et abijt cum illo, & ſequebatur eum tur
8 ba multa, & cõprimebant eum. ¶ Et mulier
quædam, quæ fuerat in profluuio ſanguinis
annos duodecim, fuerateq; multa perpeſſa à
compluribus medicis, et inſumpſerat omnia
ſua, neq; quicquã utilitatis aſſecuta fuerat,
ſed magis in deterius uenerat: cum audiſſet
de Ieſuah uenit ĩ turba à tergo, & tetigit ue
ſtimentum eius. Dicebat enim: Si uel ueſti-
menta eius tetigero, ſalua ero. Et confeſtim
ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit cor
9 pore quod ſanata eſſet ab eo flagello. ¶ Et
ſtatim Ieſúah in ſemetipſo cognoſcẽs uirtu-
tẽ ex ſeſe prodiſſe, cõuerſus in turba aiebat:
Quis mea tetigit ueſtimenta? Et dicebant ei
diſcipuli ipſius: Vides turbam undiq; pre-
mentẽ te, & dicis: Quis me tetigit? Et circũ-
ſpiciebat, ut uideret eã quæ hoc fecerat. Mu
lier uero timens, & tremens, ſciens quod fa-
ctum eſſet in ſe, uenit, & pcidit ei, dixitq; ei
omnem ueritatem Ille autem dixit ei: Filia,
fides tua ſeruauit te, uade cum pace, & eſto
10 ſana à flagello tuo. ¶ Adhuc eo loquente
ueniunt à principe ſynagogæ, qui dicerent:
Filia tua mortua eſt, quid ultra uexas magi-
11 ſtrum? ¶ Ieſúah autem protinus audi-
to ſermone qui dicebatur, ait principi ſyna-
gogæ: Ne metuas, tantummodo crede. Et nõ
permiſit ut quiſquam ſe ſequeretur, præter
Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Ia
12 cobi. ¶ Et uenit in domũ principis ſynago-
gæ, uidetq; tumultum, ac flentes, & eiulan-
tes multum, & ingreſſus, ait illis: Quid tu-
multuamini, & ploratis? Puella non eſt mor
13 tua, ſed dormit. Et irridebant eum. ¶ Ipſe
uero

uero eiectis omnibus,aſſumit patrẽ puellæ,
& matrem,& eos qui cũ ipſo erant,& ingre
ditur eò ubi puella iacebat,& appræhenſa
manu puellæ,ait illi:Thalitha,cumi:qđ inter
pretetatur.Puella(tibi dico,)ſurge.Et con-
feſtim ſurrexit puella,& ãbulabat. Erat eñ
annorum duodecim,& obſtupuerunt ſtupo
re magno.Et præcepit illis uehementer,ne
quiſq; id ſciret:& iuſſit ut darẽt illi qđ ederet.

Capitulum.6.

1 Et egreſſus eſt illinc,uenitq; in
patriam ſuã,& ſequuntur eũ
2 diſcipuli ſui. ¶ Cũq; adeſſet
ſabbatum,cœpit ĩ ſynagoga
docere:multiq; audientes ob
ſtupuerunt,dicẽtes: Vñ huic
hæc?Et quæ eſt ſapiẽtia,quæ data eſt illi?&
uirtutes tales per manꝰ eius efficiũtur? Nõ-
ne hic eſt faber ille,filius Miriám frater Ia-
cobi,& Ioſe,& Iehudáh ,& Simõis? Nónne
& ſorores eius hic nobiſcũ ſunt?Et offende-
3 bantur per eum. ¶ Dicebat autem illis Ie-
ſúah.Non eſt ꝓpheta expers honoris,niſi in
patria ſua ,& inter cognatos , & in familia
4 ſua. ¶ Et nõ poterat ibi uirtutem ullã æde-
re,niſi qđ paucos infirmos,impoſitis mani-
bus,ſanauit:ac mirabatur propter increduli
tatem eorũ ,& obambulabat ꝑ uicos undiq;
5 circũiacentes,docens. ¶ Et accerſit duode
cim,cœpitq; eos emittere binos ,ac dabat il
6 lis poteſtatem in ſpiritus imũdos. ¶ Et præ
cepit illis,ne quid tollerent in uiam,niſi uir-
gam tantum,non peram,non panem,non in
zona æs:ſed calciarentur ſandaliis ,& ne in-
7 duerentur binis tunicis. ¶ Et dicebat eis:
Vbicũque introieritis in domum ,illic mane
te donec exeatis illinc.Et quicunq; non rece
perius uos,neque audierint uos ,excuntes
illinc,excutite puluerem qui eſt ſub pedibꝰ
8 ueſtris in teſtimonium illis. ¶ Amẽ dico uo
bis:tolerabilius erit Sedóm aut Hamoráh,
in die iudicii,q̃ ciuitati illi.Et egreſſi prædi-
cabant ut pœnitentiã agerent ,& dæmonia
multa eiiciebant ,& ungebant oleo multos
9 ægros,& ſanabant. ¶ Et audiuit rex Hero-
des(innotuerat enim nomẽ eius)dicebatq;:
Ioãnes ille qui baptizabat,reſurrexit à mor
tuis,& propterea uirtutes agunt in illo.Alii
dicebant: Eliáh eſt:alii uero dicebant,pro-
pheta eſt,uel tanquã unus ex prophetis.
10 ¶ Cũ audiſſet autem Herodes,ait:Cui ego
præcidi caput,Ioannes iſte eſt,ipſe ſurrexit
a mortuis.Nam ipſe Herodes, quum miſiſ-
ſet appræhendit Ioannem ,& uinxit eum in
carcere propter Herodiadẽ uxorem Philip-
pi fratris ſui,quia duxerat eam uxorem. Di
cebat enim Ioannes Herodi:Nõ licet tibi ha
11 bere uxorem fratris tui. ¶ Herodias autem
inſidiabatũ illi ,uolebatq; occidere eum,nec
poterat.Herodes enim metuebat Ioannem,
ſciens eum uirum iuſtum,ac ſanctum ,& con
ſeruabat eum:auditoq; eo multa faciebat,&
12 libenter eum audiebat. ¶ Et cum dies op-
portunus accidiſſet ,;cũ Herodes ĩ natalitiis
ſuis cœnã faceret primatibus ac tribunis,&
primoribꝰ Galil,cũq; introiſſet filia ipſiꝰ Hero
diadis,ac ſaltaſſet,placuiſſetq; Herodi ac ſi-
mul accumbentibus,rex ait puellæ: Pete à
me quod uis,& dabo tibi.Et iurauit illi,ꝙ
quid à me petieris,dabo tibi uſque ad dimi-
13 midiũ regni mei. ¶ At illa egreſſa dixit ma
tri ſuæ: Quid petam?Illa uero dixit:Caput
Ioannis baptiſtæ. Et ingreſſa ſtatim cum fe-
ſtinatione ad regem,petiuit dicens:Volo ut
protinus des mihi in diſco caput Ioannis ba
14 ptiſtæ. ¶ Et dolore affectus rex,ꝓpter iuſiu
randũ,& eos qui ſimul accumbebãt,noluit
eam reiicere.Et confeſtim rex miſſo ſpicula-
tore,iuſſit inferri caput eius.At ille profectꝰ
decollauit eũ in carcere:& attulit caput eiꝰ
in diſco,& dedit illud puellæ ,& puella de-
15 dit illud matri ſuæ. ¶ Quo audito, diſcipu
li eius uenerunt,& ſuſtulerunt cadauer eius,
16 poſueruntque illud in monumento. ¶ Et
congregantur apoſtoli ad Ieſúah,ac renun-
ciauerunt ei omnia,& quæcũq; egiſſent,&
quæcũq; docuiſſent. Et ait illis: Venite uos
ipſi ſeorſim in deſertum locum,& requieſci
te puſillum.Erant enim qui uenirent,& abi
rent multi:ac ne comedere quidem uacabat.
Et abiit in deſertum locũ nauigio ſeorſim.
Et uiderunt eos abeuntes turbæ:& agnoue
runt eum multi,& itinere pedeſtri ex oĩbus
ciuitatibus concurrerunt illuc,& præuene-
17 runt eos,cõuenerũtque ad illũ. ¶ Et egreſ-
ſus uidit turbam multam Ieſúah , & miſeri-
cordia tactus eſt erga eos ,quia erant uelut
oues non habentes paſtorem. Et cœpit illos
docere multa ,& cum iam multum tẽporis
præteriſſet,progreſſi ad illum diſcipuli eiꝰ,
dicunt:Deſertus eſt locus,& iam multum tẽ
poris effluxit,dimitte illos ut abeant in cir-
cũiacentes uillas ac uicos ,emantq; ſibi pa-
18 nes:nam qđ edant,non habent. ¶ At ille re
ſpondens ait illis: Date illis uos ad edendũ.
Et dixerunt ei:abeuntes: emamus ducentis
denariis panes,& demus illis ad edendum.
At ille dicit eis:Quot panes habetis?Ite & ui

dete. Et cum cognouiſſent, dicūt: Quinque,
& duos piſces. Et præcepit illis ut accumbe
re facerent omnes diſtributos p cōuiuia in
uiridi hærba Et diſcubuerūt diuiſi p uirida-
19 ria cētení, & quīquageni. ¶ Et cū accepiſ-
ſet quinque panes, ac duos piſces, ſublatis
in cœlum oculis benedixit, ac fregit panes,
deditq́ȝ diſcipulis ſuis ut apponerent illis: &
duos piſces diuiſit omnibus Et comederūt
omnes, & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt fra-
gmentorum duodecim cophinos plenos, &
de piſcibus. Erant autem qui comederāt cir-
20 citer quinque milia uirorū. ¶ Et ſtatim co-
egit diſcipulos ſuos conſcendere nauim, ut
præcederent tranſmiſſo mari Bethſaidā, dū
ipſe dimitteret turbā. Et cum dimiſiſſet eos,
21 abijt in montem ad orandum. ¶ Et cum veſ
pera facta eſſet, erat nauis in medio mari, &
ipſe ſolus in terra, uiditq́ȝ eos laborantes in
remigando: erat enim uentus cōtrarius eis.
22 ¶ At circa quartam uigiliam noctis uenit
ad eos, ambulās ſuper mare, & uolebat præ
terire eos. At illi ut uiderunt eum ambu-
lantem ſuper mare, putauerunt ſpectrū eſſe,
& exclamauerunt. Omnes enim uidebāt eū,
& conturbati ſunt, & ſtatim locutus eſt cum
eis: Confidite, ego ſum, ne terreamini. Et
aſcendit ad illos in nauim, & conquieuit uē
tus, & uehementer ſupra modum intra ſeſe
ſtupebant, & admirabantur. Non enim intel
lexerant de panibus: Erat enī cor eorū obcæ
23 catū. ¶ Et cum traieciſſent, uenerunt in ter
ram Genezareth, & applicuerunt in portū.
24 ¶ Cumq́ȝ egreſſi eſſent de naui, continuo
agnouerunt eum, ac percurrentes totā undi
q́ȝ regionem illam, cœperunt in grabbatis
eos qui male habebant circumferre, cum au
diſſent eum illic eſſe: & quocunque introiſ-
ſent in uicos, aut in ciuitates, aut in uillas, in
plateis ponebāt infirmos, & deprecabātur
eum, ut uel fimbriā ueſtimenti ei⁹ tangerēt:
& quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.

Capitulum. 7.

1 ET cōueniūt ad eū phariſæi, & qui
dam de ſcribis qui uenerant Ieru
ſalaim, & cum uidiſſent quoſdā
ex diſcipulis eius cōmunibus ma
nibus, id eſt, illotis, edere panes,
incuſabant: Nam phariſæi, & oēs Iehudæi,
niſi crebro lauerint manus, non edunt tenē-
tes inſtituta maiorum: & à foro uenientes ni
ſi loti fuerint, non comedunt. Et alia multa
ſunt quæ ſuſceperunt tenenda: nempe lotio
nes poculorum, & urceorum, & æramento-
2 rum, & lectorum. ¶ Deinde interrogant
eum phariſæi & ſcribæ: Quare diſcipuli tui
non ambulant iuxta traditionem ſeniorum,
3 ſed illotis manibus edunt panem? ¶ At ille
reſpondens dixit eis: Bene uaticinatus eſt Ie
ſahiah de uobis hypocritis, ſicut ſcriptū eſt:
Populus hic labiis me honorat, cor autem
eorum longe eſt à me: in uanum autem me
colunt, docentes doctrinas, præcepta homi-
num. Nam omiſſo præcepto dei, tenetis tra-
ditiones hominum, ablutiōes urceorum, &
poculorum, aliaq́ȝ ſimilia his facitis multa.
4 ¶ Et dicebat illis: Bene, reijcitis præceptū
dei, ut traditionem ueſtram ſeruetis. Moſch
enim dixit: Honora patrem tuum, & matrē
tuā: & qui maledixerit patri, uel matri, mor
te moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit
homo patri uel matri corban, quod eſt, ex
munere quocūq́ȝ eſt ex me iuuaberis, & præ
terea non ſinitis eum quicquam facere pa-
tri ſuo, aut matri ſuæ, & irritum facitis uer-
bum dei traditione ueſtra quam tradidiſtis.
5 Et ſimilia huiuſmodi multa facitis. ¶ Et cū
aduocaſſet ad ſe totam turbā, dicebat illis:
Audite me omnes, & intelligite: Nihil eſt ex
tra hominem introiens in eum, quod poſſit
eum inquinare: ſed quæ de homine proce-
dunt, illa ſunt quæ inquinant hominem. Si
quis habet aures ad audiendum, audiat.
6 ¶ Et cum introiſſet in domum ſemotus à
turba, interrogabant eum diſcipuli eius de
ſimilitudine. Et ait illis: Adeo & uos expertes
intelligentiæ eſtis? Nondum intelligitis, qđ
omne foris introiens in hominem, non po-
teſt eum inquinare: quia non intrat in eius
cor, ſed in uentrem: & in ſeceſſum exit, ex-
7 purgans omnes eſcas? ¶ Dicebat autem:
Quod ab homine exit, illud inquinat homi-
nem. Ab interioribus enim de corde homi-
num malæ cogitationes procedunt, adulte-
ria, fornicatiōes homicidia, furta, auaritiæ,
fraudes, dolus, impudicitia, oculus malus,
blaſſemiæ, ſupbia, ſtultitia: Omnia hæc ma-
la ab internis procedunt, & inquinant ho-
8 minem. ¶ Et inde ſurgens, abijt in confi-
nia Tyri, ac Sidonis: & ingreſſus domum, ne
minem noluit ſcire, nec potuit latere. Mu-
lier enim ſtatim ut audiuit de eo, cuius filio-
la habebat ſpiritum immundum, uenit & p
cidit ad pedes eius. Erat enim mulier Græ-
ca, Syrophœniſſa genere, & rogabat eum
9 ut dæmonium eijceret de filia ſua. ¶ Ieſuah
autem dixit illi: Sine prius ſaturari filios.
Non eſt enim honeſtum, ſumere panem filio

10 rum,& proijcere catellis. ❡ At illa reſpon-
dit,& dicit illi: Etiam domine: Nam catelli
quoque comedunt ſub menſa de micis filio-
rum. Et ait illi: Propter iſtum ſermonem ua-
de: exijt dæmonium à filia tua. Et cum abiſ-
ſet domum ſuam, reperit dæmonium exiſſe,
11 & filiam iacentem ſuper lectum. ❡ Et rur-
ſum egreſſus de finibus Tyri, ac Sidonis, ue-
nit ad mare Galil per medios fines Decapo-
lis, & adducunt ei ſurdum, impeditæꝗ lin-
guæ, & deprecantur eum, ut imponat illi ma
num: & cum appræhendiſſet eum de turba
ſeorſim, miſit digitos ſuos in auriculas eius:
& quum expuiſſet, tetigit linguam eius, ac
ſuſpiciens in cœlum, ingemuit, et ait illi: Hep
patheach, quod eſt aperire: & ſtatim apertæ
ſunt eius aures, & ſolutum eſt uinculum lin-
guæ eius, ac loquebatur recte, & præcepit il
lis, ne cui dicerent. Sed quo magis ille eis
præceperat, eo amplius prædicabant: et ſu
pra modum ſtupebant, dicentes: Bene om-
nia fecit: & ſurdos facit audire, & mutos lo-
qui.

Capitulum. 8.

1 IN diebus illis, cum turba
admodum multa eſſet, nec
haberent quod comederēt
accerſitis ad ſe Ieſúah diſci
pulis, ait illis: Miſereor tur
bæ, quia iam triduo manēt
apud me, nec habent quod edant, & ſi dimi-
ſero eos ieiunos in domum ſuam, deficiēt in
uia. Quidam enim ex eis è longinquo uene-
2 runt. ❡ Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: Vn
de iſtos quis poterit hic ſatiare panibus in ſo
litudine? Et interrogauit eos: Quot panes ha
betis? Illi uero dixerunt: Septem. Et præce-
pit turbæ ut diſcumberēt ſuper terrā. Et ac-
ceptis ſeptem panibus, cum gratias egiſſet,
fregit, deditꝗ diſcipulis ſuis, ut apponerēt:
& appoſuerūt turbæ, & habebāt piſciculos
paucos: & cum benedixiſſet, iuſſit apponi et
3 hos. ❡ Comederūt autem, & ſaturati ſunt,
ac ſuſtulerunt quæ ſuperfuerant, fragmento
rum ſeptem ſportas. Erant autem qui come-
derant fermè quatuor milia, & dimiſit illos.
Et mox ingreſſus in nauim cū diſcipulis ſuis,
4 uenit in partes Dalmanutha. ❡ Et egreſſi
ſunt phariſæi, cœperuntꝗ diſputare cum il-
lo, quærentes ab eo ſignum è cœlo, tentātes
eum: Et cū ingemuiſſet ſpiritu ſuo dicit: Cur
generatio hæc ſignū quærit? Amen dico uo-
5 bis, ſi dabitur gnationi huic ſignū. ❡ Et re-
lictis illis, ingreſſus rurſus nauim, abijt in ul
teriorē ripā. Et obliti fuerant ſumere panes,
nec præter unum panem habebant ſecum
in naui. Et præcepit illis dicens: Videte, ca
uete à fermento phariſæorum, & à fer-
6 mento Herodis. ❡ Et diſputabant inter
ſeſe dicentes: Panes non habemus. Et quum
cognouiſſet Ieſúah, dicit illis: Quid diſ-
putatis, quod panes non habetis? Nondum
animaduertitis, nec intelligitis? Adhuc ob-
cæcatū habetis cor ueſtrum? oculos haben-
tes, non cernitis: & aures habentes, non au-
ditis? & non meminiſtis? Cum quinꝗ panes
fregiſſem in hominum quinque milia, quot
cophinos fragmentis plenos ſuſtuliſtis? Di-
cunt ei: Duodecim. Cum autem ſeptē in qua
tuor milia, quot ſportas ex reliquijs fragmē
torum tuliſtis? Illi uero dixerunt: Septem. Et
7 dixit illis: Qui fit ut non intelligatis? ❡ Et
uenit Bethſaidam, & adducunt illi cæcū, &
obſecrant eum ut illum tangeret. Et appræ-
henſa manu cæci, eduxit illum extra uicum:
& cum expuiſſet in oculos illius impoſuiſſet
ꝗ illi manus, interrogauit eum, ſi quid uide
ret: & quum reſpexiſſet dicebat: Video ho-
mines, quoniam uelut arbores cerno ambu-
8 lantes. ❡ Deinde rurſum impoſuit manus
ſuper oculos illius, & fecit eum reſpicere: &
reſtitutus eſt, ac denuo uidebat dilucide om
nes, & dimiſit illū in domum ſuā, dicēs: Ne-
ꝗ in uicum ingrediaris, neꝗ dixeris cuiquā
9 in uico. ❡ Et egreſſus eſt Ieſúah, & diſcipu
li illius in uicos Cæſareæ, quæ cognomina-
tur Philippi: & in uia interrogauit diſcipu-
los ſuos, dicens: Quē me dicunt homines eſ
10 ſe? ❡ Illi uero reſponderunt: Ioannem ba-
ptiſtam, & alij Elijáh, alij rurſus unum è pro-
phetis. Et ipſe dicit illis: At uos quem me dici
11 tis eſſe? ❡ Reſpondens autem Petr᷑, dicit il
li: Tu es ille Chriſtus. Et interminatus eſt eis,
12 ne cui dicerent de ſe. ❡ Et cœpit docere eos
quod oporteret filium hominis multa pati,
& reprobari à ſenioribus, ſummiſꝗ ſacerdo
tibus, ac ſcribis, & occidi, & poſt tres dies
reſurgere: & aperte ſermonem loquebatur.
13 ❡ Et apphendit illū Petr᷑, cœpitꝗ increpare
cū. At ille cōuerſus, & intuit᷑ diſcipulos ſuos,
increpauit Petrū, dicēs: Abi poſt me ſathán,
qm̄ nō ſapis quæ dei ſunt, ſed q̄ ſunt hominū.
14 ❡ Et cū ad ſe uocaſſet turbam cū diſcipulis
ſuis, dixit illis: Quicūꝗ uult ſequi me, abne
get ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, ac ſe
quatur me. Nam quiſquis uoluerit animam
ſuam ſeruare, perdet eam. Quiſquis autem
perdiderit animam ſuam cauſa mea, & euan
gelij, hic ſeruabit eam. Quid enim proderit
homini, ſi lucratus fuerit mundū totum, &

animæ ſuæ iacturam fecerit? Aut quã dabit
homo cõmutationẽ pro anima ſua? Quemcun
q; enim puduerit mei, ac meorum ſermonum
in generatione hac adultera, & peccatrice,
pudebit illius & filium hominis, ubi uenerit
in gloria patris ſui cum angelis ſanctis.

Capitulum. 9.

1 ET dícebat illis: Amẽ dico
uobis: Sunt quidã ex his
qui hic ſtant, qui nõ gu
ſtabũt mortẽ, donec uide
rint regnũ dei ueniſſe cũ
2 potẽtia. ¶ Ac poſt dies
ſex aſſumit Ieſúah Petrũ
& Iacobũ, & Ioannẽ, &
ſubducit eos in montẽ excelſum ſeorſim ſo-
los, & transformatus fuit corã illis, & ueſti-
mẽta illius facta ſunt ſplẽdida, & cãdida ual
de ueluti nix:, qualia fullo ſuper terram non
poteſt candida facere, & conſpectus eſt illis
Elijáh cũ Moſeh, colloquebanturq; cum Ieſú
3 ah. ¶ Et reſpondens Petrus, dicit Ieſúah:
Rabbi, bonum eſt nos hic eſſe, & faciam' ta
bernacula tria, tibi unum, & Moſéh unũ, &
Elijáh unum. Non enim nouerat quid loque-
4 retur: Erant enim expauefacti. ¶ Et facta eſt
nubes, quæ obumbrauit illos. Et uenit uox è
nube, dicens: Hic eſt filius me' dilect', ipſum
audite. Et repente cũ circũſpexiſſent, nõ am
plius uiderunt quenquã, niſi Ieſúah tm̃ ſecũ.
5 ¶ Porrò cũ deſcenderent de monte, præce
pit illis, ne cui dicerent ea quæ uiderant, niſi
cum filius hominis à mortuis reſurrexiſſet.
Ac uerbum hoc tenuerunt apud ſeſe, inter ſe
diſputantes, quid eſſet hoc quod dixerat è
6 mortuis reſurgere. ¶ Et interrogabant il-
lum, dicentes: Quid eſt quod ſcribæ dicunt,
7 Elijáh oportere uenire prius? ¶ Ille uero re-
ſpondens dixit illis: Elijáh quidem ubi uene
rit prius, reſtituit omnia: & quẽadmodũ ſcri
ptum eſt de filio hominis, ut multa patiatur,
8 & cõtemnatur. ¶ Verum dico uobis Elijáh
ueniſſe, & fecerunt illi quæcunq; uoluerũt,
9 ſicut ſcriptum erat de illo. ¶ Et cum ueniſ-
ſet ad diſcipulos ſuos, uidit turbam multam
circum illos, & ſcribas diſputantes cum eis.
Et protinus uniuerſa turba cum uidiſſet eũ,
obſtupuit, & accurrentes ſalutauerũt eum.
10 ¶ Et interrogauit ſcribas: Quid diſputatis
inter uos? Et reſpondens unus è turba dixit:
Præceptor, adduxi filium meũ ad te, haben
tem ſpiritum mutum, & quandocunq; eum
corripuerit, lacerat eum, atq; ille ſpumat, ac
ſtridet dentibus ſuis, & areſcit. Et dixi diſci-
pulis tuis, ut eijcerent, & non potuerunt.
11 ¶ At ille reſpondens ei, dicit: O generatio
incredula, quouſq; apud uos ero, quouſque
patiar uos? Adducite illum ad me. Et duxe-
runt illũ ad eum. At uiſo illo, continuo ſpiri-
tus diſcerpebat eũ. Et prolapſus in terra, uol
12 uebatur ſpumãs. ¶ Et interrogauit patrem
illius: Quantum temporis eſt, quod hoc acci
dit ei? At ille dixit: à puero, & frequenter il-
lum, & in ignem abiecit, & in aquas, ut per-
deret eum. Sed ſi quid potes, ſubueni nobis
miſertus noſtri. Ieſúah autem dixit ei: Illud ſi
potes credere: omnia poſſibilia credenti. Et
confeſtim exclamans pater pueri cũ lachry-
mis dixit: Credo domine, ſuccurre incredulí
13 tati meæ. ¶ Cum uidiſſet autem Ieſúah, qđ
turba ſimul accurreret, increpauit ſpiritum
immundum, dicẽs illi: Spiritus mute, & ſur
de, ego tibi impero, exi ab eo: & ne poſthac
ingrediatis in illum. Et cum clamaſſet ſpiri-
tus, multumq; diſcerpſiſſet eum, exiuit: & fa
ctus eſt tãq̃ mortu', adeo ut multi dicerent,
14 mortu' eſt. ¶ At Ieſúah, cũ apphendiſſet ma
nũ illius, erexit eũ, & ille ſurrexit. Et cũ eſſet
ingreſſus domum, diſcipuli illius interroga
bant eum ſeorſim: Cur nos non potuim' eij-
cere illum? Et dixit illis: Hoc genus nulla re
15 põt exire niſi oratione, & ieiunio. ¶ Et illic
digreſſi iter fecerunt per Galil, nec uolebat
ut quiſquam ſciret: docebat enim diſcipulos
ſuos, & dicebat illis: Filius hominis traditur
in manus hominum, & occident eum: & occi
ſus tertio die reſurget. At illi ignorabant qđ
16 dixerat, & timebant eum interrogare. ¶ Et
uenit Capernaum: & cum ueniſſet in domũ,
interrogauit illos: Quid in itinere inter uos
diſputabatis? At illi ſiluerunt. Nam inter ſe
diſputauerant inter uiam quis eſſet maior.
17 ¶ Et cum conſediſſet: accerſiuit duodecim,
& dicit illis: Si quis uult primus eſſe, is erit
omnium poſtremus, & omnium miniſter.
18 ¶ Et cum accepiſſet puerum ſtatuit in me
dio illorum: & cũ cœpiſſet illũ in ulnas ſuas,
dixit illis: Quiſquis unum ex talibus pueris
receperit nomine meo, me recipit: & quicun
que me receperit non me recipit, ſed eũ qui
19 miſit me. ¶ Reſpondit autẽ ei Ioannes, di-
cens: Præceptor, uidimus quendam noĩe tuo
eijcere dæmonia, nec ſequitur nos: & prohi-
buimus illum, propterea quod non ſequitur
20 nos. ¶ At Ieſúah ait: Ne prohibeatis illum.
Nullus enĩ eſt, qui ſi fecerit uirtutẽ per nomẽ
meum, poſſit cito male loqui de me. Qui enĩ
21 nõ eſt aduerſus nos, pro nobis ẽ. ¶ Quiſq;

enim ad bibẽdum dederit uobis calicẽ aquæ
nomine meo, quod ſitis Chriſti, amen dico
uobis nequaquam perdet mercedem ſuam.
Et quiſquis offenderit unum ex puſillis qui
credũt in me, melius foret illi, ſi circundare-
tur ſaxum molare circa ceruicẽ eius, & abij-
22 ceretur in mare. ℂ Et ſi offenderit te man⁹
tua, amputa illam. Bonum eſt tibi mutilũ ad
uitam ingredi, potius quàm duas man⁹ ha-
bentem abire in Ghchinnóm, in ignem inex
tinguibilem: ubi uermis illorum non moritꝛ,
23 & ignis non extinguitur. ℂ Et ſi pes tuus
offenderit te, amputa illum. Bonum eſt ut in
grediaris ad uitam claudus potius quàm du
os pedes habens mittaris in Ghchinnóm in
ignem inextinguibilem, ubi uermis illorum
non moritur, & ignis non extinguitur.
24 ℂ Et ſi oculus tuus offenderit te, erue illum.
Bonum eſt tibi ut unocul⁹ introeas in regnũ
dei potius, quàm ut duos oculos habẽs mit-
taris in Ghchinnóm ignis: ubi uermis eorum
25 non moritꝛ, & ignis non extinguitur. ℂ Nã
omnis igne ſalietur, & omnis uictima ſale ſa
lietur. Bon⁹ eſt ſal: Cæterũ ſi ſal inſulſus fue
rit, per quid ipſum condietis? Habete in no-
biſipſis ſalem, & pacem habete inter uos in-
uicem.

Capitulum. 10.

1 ET cum inde ſurrexiſſet, uenit
in fines Iehudáh per regionẽ
quæ eſt ultra Iardén, & cõue
niunt rurſum turbæ ad illum,
& ſicut conſueuerat rurſum
2 docebat eas. ℂ Et adeuntes
phariſæi interrogabant illum: Licet ne uiro
uxorem repudiare? tẽtantes illum. At ille re
ſpondens, dixit illis: Quid uobis præcepit
Moſch? At illi dixerunt: Moſch permiſit libel
3 lum repudij ſcribere, ac dimittere. ℂ Et re
ſpondens Ieſúah dixit illis: Ad duritiam cor
dis ueſtri ſcripſit uobis præceptum iſtud: cæ
terum ab initio creationis maſculum, & fœ-
minã fecit illos deus. Propter hoc relinquet
homo patrem ſuum, & matrem, & adhære-
bit uxori ſuæ, & erũt duo caro una. Itaq; nõ
iã ſunt duo, ſed una caro. Quod igitꝛ deus co
4 pulauit, hõ ne ſeparet. ℂ Et in domo rurſum
diſcipuli illius eadẽ de re interrogauerũt il-
lũ. Et dicit illis: Quicunq; repudiauerit uxo
rem ſuam, & duxerit aliam, adulterium com
mittit aduerſus illam. Et ſi mulier repudiaue
rit uirũ ſuũ, & nupſerit alteri, adulteriũ com
5 mittit. ℂ Et attulerunt ad illũ puellos, ut tã
geret illos: diſcipuli uero increpabant eos q
adducebant. Cum uidiſſet autẽ Ieſúah indi-
gnatus eſt, & dixit illis: Sinite puellos ueni
re ad me, ne prohibete illos: Taliũ enĩ eſt re-
6 gnũ dei. ℂ Amen dico uobis: Quicunq; non
acceperit regnũ dei tanq̃ puellus haudqua-
7 quã ingredietur in illud. ℂ Et cum cæpiſſet
illos in ulnas, impoſitis manib⁹ ſuper illos, be
8 nedicebat eis. ℂ Et cũ exiret in uiam, accur
rit quidã, & genua quum flexiſſet illi, inter
rogabat eum: Præceptor bone quid faciam,
9 ut uitam æternam poſſideam? ℂ Ieſúah aũt
dixit illi: Cur me dicis bonũ? Nemo bon⁹ ni-
ſi unus, ille deus. Præcepta noſti. Ne commit
tas adulterium, ne occidas, ne fureris, ne fal
ſum teſtimoniũ dicas: ne fraudes: honora pa
10 trem tuum, & matrẽ. ℂ At ille reſpondẽs di
xit illi: Præceptor, hæc omnia ſeruaui ab ado
leſcentia mea. Ieſúah autem intuitus illũ, di-
lexit eum, & dixit illi: Vnum tibi deeſt: Abi,
quæcunq; habes uende, & da pauperibus, et
habebis theſaurum in cœlo, & ueni ſequere
me, ſublata cruce. At ille moleſtia affect⁹ pro
pter ſermonẽ, diſcedebat mœrens: Habebat
11 ei poſſeſſiões multas. ℂ Et cũ circũſpexiſſet
Ieſúah dixit diſcipl'is ſuis. Quàm difficulter
hi qui pecunias habent, in regnum dei intra-
bunt? Diſcipuli uero obſtupuerunt ſup uer-
12 bis illius. ℂ At Ieſúah rurſum reſpondens,
dicit illis: Filij quàm difficile eſt eos, q fidu-
ciam habent in pecunijs, regnum dei ingre-
di? Facilius eſt camelum per foramen acus in
gredi, quàm diuitem in regnum dei ingredi.
13 ℂ Illi uero ſupra modum admirati ſunt, di-
cẽtes intra ſeſe: Et quis põt eſſe ſaluus? Intui
tus aũt Ieſúah illos dicit: Apud homines impoſ
ſibile, non apud deum: nam omnia poſſibilia
14 ſunt apud deũ. ℂ Et cœpit Petr⁹ dicere illi:
Ecce nos reliqmus oĩa, et ſecuti ſumus te. Re
ſpondens aũt Ieſúah dixit: Amẽ dico uobis:
Null⁹ eſt qui reliqt domũ, aut frẽs, aut ſoro-
res, aut prẽm, aut matrẽ, aut uxorẽ, aut libe
ros, aut agros mea cã, & euãgelij, qn recι-
piat cẽtuplanũc in tẽpore hoc, dom⁹, & fra
tres, & ſorores, & matres, & liberos, & a-
gros cum perſecutionibus, ac in ſæculo ueu
turo uitam æternam. Multi aũt primi, erunt
15 poſtremi: & poſtremi, primi. ℂ Erant aũt in
uia aſcendentes Ieruſalaim: & præcedebat
illos Ieſúah, erantq; pauefacti, & ſequen
16 tes timebant. ℂ Et aſſumptis Ieſúah rur
ſum duodecim, cœpit illis dicere, quæ ſibi
euentura eſſent: Ecce aſcendimus Ieruſala-
im? & filius hominis tradetur principib⁹ ſa-

cerdotum,& ſcribis,& cōdemnabunt eum
ad mortem:& tradent illum gentibus,& il-
ludent illi,& flagellabunt eum,& ſpuent in
illum,& occident eum, & tertia die reſur-
17 get. ¶ Et accedunt ad eum Iacobus, & Ioā
nes filij Zebadiáh,dicentes: Præceptor, no-
lumus ut quicquid petierim⁹,facias nobis.
Ille uero dixit eis: Quid me uultis facere uo
bis? Illi uero dixerūt ei: Da nobis ut unus ti-
bi à dextris,& alter tibi à ſiniſtris ſedeamus
in gloria tua. Ieſúah autem dixit illis: Neſci-
tis quid petatis: Poteſtis bibere poculū qđ
ego bibo,& baptiſmate,quo ego baptizor,
baptizari? At illi dixerunt ei: Poſſumus. Ie-
ſúah autem dixit illis: Poculum quidem qđ
ego bibo,bibetis:& baptiſmate quo ego ba
ptizor,baptizabimini. Cæterū ſedere mihi
à dextris,ac ſiniſtris,non eſt meum dare,ſed
18 ijs quibus paratum eſt. ¶ Et cum audiſſent
decē,cœperunt indignari de Iacobo, & Ioā
ne. Ieſúah autem cū uocaſſet eos ad ſe,dicit
illis: Scitis,quod qui uidētur imperare gen
tibus,dominium exercent aduerſus illas.Et
qui magnates ſunt inter eas,poteſtatem ex-
ercent in illas? Verum non ſic erit inter uos,
ſed quicunque uoluerit ex uobis fieri ma-
gnus iter uos,erit miniſter,ueſter. Et qui eū
que uoluerit ex uobis eſſe primus,erit oīm
ſeruus. Nam & filius hominis non uenit ut
ſibi miniſtraretur,ſed ut miniſtraret,ac da-
ret animam ſuam redemptionem pro mul-
19 tis. ¶ Et ueniunt Iericho: Quumq; egrede-
retur ab Iericho ac diſcipuli illius,& turba
copioſa,filius Timæi Bartimæus cæcus ſede
bat iuxta uiam mendicans: & cum audiſſet
quod Ieſúah Naſarenus eſſet,cœpit clama-
re,& dicere: Fili Dauid Ieſúah,miſerere mei.
20 ¶ Et increpabant illū multi,ut taceret. At
ille multo magis clamabat: Fili Dauid, miſe
rere mei. Et ſtetit Ieſúah ac iuſſit illum uoca-
ri:& uocant cæcum dicētes illi: Bono animo
eſto:ſurge,uocat te. Ille uero abiecto pallio
ſuo ſurrexit,& uenit ad Ieſúah. Et reſpōdēs
dicit illi Ieſúah. Quid uis faciam tibi? Cæc⁹
autem dixit ei: Rabboni,ut uideā. Ieſúah au-
tem dixit illi: Abi,fides tua ſaluum te reddi-
dit:& protinus uidit,& ſequebatur Ieſúah
in uia.

Capitulum .II.

1 ET cum appropinquant Ieruſaláim
ad Betphage,& Bethaniam iuxta
montem oliuarum,emittit duos è
diſcipulis ſuis,& dicit illis: Abite
in uicum qui contra uos eſt,& ſtatim ingre-
dientes in illum inuenietis pullum alligatū
ſupra quem nullus hominū ſedit: quum ſol-
ueritis eum adducite. Et ſi quis uobis dixe-
rit,cur facitis hoc,dicite,quod dn̄s eo opus
2 habet,& cōtinuo illū mittet huc. ¶ Abierūt
autem,& inuenerunt pullum alligatum iux
ta ianuam foris in biuio,& ſoluunt illum. Et
nonnulli eorum qui illic ſtabant,dicebant il
lis: Quid facitis ſoluentes pullum? At illi di
xerunt eis quemadmodum præceperat Ie-
3 ſúah,& ſinebant illos. ¶ Et adduxerūt pul
lum ad Ieſúah,& iniecerunt illi ueſtimenta
ſua,ſeditque ſuper illum. Multi uero ueſti-
menta ſua ſternebant in uiam. Alij uero fron
des incidebant ex arboribus,& ſternebant
in uiam. Et qui præcedebant,quiq; ſequebā
tur,clamabant dicentes: Hoſiháhna: benedi
ctus qui uenit in nomine domini: benedictū
quod uenit regnum in nomine domini patris
4 noſtri Dauid,Hoſiháhna in altiſſimis. ¶ Et
ingreſſus eſt Ieruſaláim dominus & in tem-
plum. Et cum circumſpexiſſet omnia,iamq;
tempus eſſet ueſpertinum,egreſſus eſt Be-
thaniam cum duodecim:& poſtero die cum
exiſſent Bethania,eſurijt: Cumq; uidiſſet fi-
cū procul,habentem folia,ueniebat ſi forte
inueniret aliquid in illa: Et cum ueniſſet ad
illam,nihil inuenit niſi folia. Non enim erat
tempus ficorum. Et reſpōdens Ieſúah dixit
ficui: Ne poſthac ex te in æternum quiſquā
5 fructum edat. ¶ Et audiebāt diſcipuli illi⁹,
ueniuntq; Ieruſaláim,Et ingreſſus Ieſúah in
templum,cœpit eijcere eos,qui uendebāt,
& emebant in templo:& menſas argentario
rum,& ſellas uendentium columbas ſubuer
tit:& non permiſit ut quiſq; deportaret uas
per templum,& docebat dicēs illis: Nonne
ſcriptum eſt: Domus mea domus orationis
uocabitur omnibus gentibus? uos autem fe-
6 ciſtis eam ſpeluncam latronum. ¶ Et audie
runt ſcribæ principeſq; ſacerdotum:& quæ
rebant quomodo illum perderent. Timebāt
enim eum,quod tota turba admirabatur do
7 ctrinam illius. ¶ Et cum ueſpera iam eſſet,
egreſſus eſt Ieſúah è ciuitate:& mane præ-
tereuntes,uiderunt ficum exaruiſſe radici-
tus:& recordatus Petrus,dicit illi: Rabbi,
ecce ficus illa quam execratus es,exaruit.
Et reſpondēs Ieſúah,dicit illis: Habetote fi-
dem dei. Amen dico uobis,quod quicūq;
dixerit monti huic: Tollaris,ac mittaris in ma
re,& non hæſitauerit in corde ſuo,ſed cre-
diderit fore quæ dixerit,erit illi quicquid
dixerit. Propterea dico uobis,quæcunque
orantes petitis,credite qđ accipitis & erūt
8 uobis. ¶ Et cum ſteteritis orantes,remit-

tite ſi habetis aduerſus aliquem:ut & pater
ueſter,qui in cœlis eſt remittat uobis deli-
9 cta uobis delicta ueſtra. ¶Eueniunt rur-
ſum Ieruſaláim, & cum ambularet in tem-
plo,ueniunt ad illum principes ſacerdotum,
& ſcribæ,& ſeniores,& dicunt illi: Qua po
teſtate hæc facis,& quis tibi dedit poteſta-
te iſtam ut iſta facias?Ieſúah autem reſpon-
dens,dixit illis: Interrogabo uos, & ipſe
unum uerbum,& reſpondete mihi,&dicam
uobis qua poteſtate hæc faciam:Baptiſmus
Ioannis',utrum è cœlo erat,an ex hoĩbus?
10 Reſpõdete mihi. ¶Et cogitabãt apud ſe,di
centes:Si dixerim' è cœlo,dicet:Cur igitur
non credidiſtis illi? At ſi dixerimus,ex ho-
minibus,timemus populum. Omnes enim
habebãt Ioannem,quod uere propheta fuiſ
ſet.Et reſpondentes, dicunt Ieſúah: Neſci-
mus.Et Ieſúah reſpõdens dicit illis:Nec ego
dico uobis,qua poteſtate hæc facio.

Capitulum.12.

1 ET cœpit illis per parabo
las loqui:Vineam plan-
tauit homo ,& circũde-
dit ſepem,& fodit lacũ,
& ædificauit turrim,&
locauit eã agricolis: &
peregre profect' eſt,&
miſit ad agricolas cum
opportunũ eſſet ſeruũ,ut ab agricolis acci
2 peret de fructu uineæ. ¶At illi quum arri-
puiſſent ilium, ceciderunt,ac remiſerunt ua
3 cuum. ¶Et rurſum miſit ad illos alium ſer-
uum:& illum lapidibus quum obruiſſent,læ
ſerunt in capite,& remiſerunt contumelijs
4 affectum. ¶Et rurſum alium miſit,& illum
occiderunt,multoſq; alios,hos quidem cæ-
5 dentes,illos uero occidentes. ¶Itaq; cum
unum adhuc haberet filium ſuum dilectum,
miſit etiam illum ad illos poſtremum,dicẽs:
Reuerebuntur filium meum. Illi uero agri-
colæ dicebant inter ſeſe: Hic eſt hæres',ueni
te occidamus eum,& noſtra erit hæreditas.
6 ¶Et quum arripuiſſent illum,occiderunt,
& eiecerunt è uinea.Quid igitur faciet do-
minus uineæ?Veniet,& perdet agricolas,&
7 dabit uineam alijs. ¶An nè hanc quidẽ ſcri
pturam legiſtis?Lapis quem reprobauerunt
ij qui ædificabant,hic factus eſt caput angu
li:à domino factum eſt hoc,& eſt admirabile
8 in oculis noſtris. ¶Et quærebant eum com
prehendere,& metuebant turbam:Sciebãt
enim quod aduerſus ipos parabolã dixiſſet.
Et relicto illo,abierunt, ac mittunt ad illum
quoſdam è phariſæis,& Herodianis,ut eum
9 caperẽt ſermone. ¶Illi uero cum ueniſſent,
dicunt ei:Præceptor,ſcimus quod uerax es,
& non curæ ſit tibi de aliquo: Non enim re-
ſpicis ad perſonam hominum,ſed cum ueri-
tate uiã dei doces. Licet cenſum Cæſari da-
10 re,an non?Demus,an non demus? ¶Ille ue
ro ſciens illorũ ſimulationẽ, dixit illis:Quid
me tẽtatis? Afferte mihi denarium,ut uideã.
Illi uero attulerunt.Et dicit eis:Cuius eſt ima
go,& inſcriptio?Illi uero dixerunt ei:Cæſa-
ris.Et reſpondens Ieſúah dixit illis:Reddite
quæ ſunt Cæſaris Cæſari,& quæ dei ſũt deo.
11 Et admirati ſunt de eo. ¶Et ueniunt Saddu
cæi ad illum,qui dicunt non eſſe reſurrectio
nẽ:interrogauerũtq; eũ, dicẽtes:Præceptor
Moſéh ſcripſit nobis,ſi cui' frater moriatur, ac re-
linquat uxorẽ,& liberos nõ reliquat,ut acci
piat frater ei' uxorẽ illi',& ſuſcitet ſemẽ fri
ſuo: Septẽ fratres fuerũt,ac primus accæpit
uxorẽ,iſq; moriens nõ reliquit ſemen: & ſe-
cundus accæpit illam,ac mortuus eſt: & nec
ipſe reliquit ſemen,& tertius ſimiliter: & ac
cæperunt eã ſeptẽ,nec reliquerũt ſemẽ. Po-
ſtrema uero omniũ mortua eſt & uxor. In re-
ſurrectione igitur,cum reſurrexerint, cuius
illorum erit uxor? Nam ſeptem habuerunt
12 eam uxorem. ¶Et reſpondens Ieſúah,dixit
eis:An nõ propterea erratis', quod neſciatis
ſcripturas,neq; potentiam dei? Cum enim à
mortuis reſurrexerint,neq; contrahunt ma
trimonium,neq; nuptum dantur,ſed ſunt ue
lut angeli qui in cœlis ſunt. Cæterum de mor
tuis quod reſuſcitantur,non legiſtis in libro
Moſéh quomodo in rubo locutus ſit illi de',
dicens?Ego ille deus Abrahám,& de' Iſchác
et deus Iahacób.Non eſt deus mortuorũ,ſed
deus uiuentium.Vos igitur multum erratis.
13 ¶Et cum acceſſiſſet quidam è ſcribis,& au
diſſet eos ſimul diſputantes,uideretq; quod
bene reſpondiſſet eis, interrogauit illum:
Quod eſt primum omnium præceptorum?
Ieſúah aũt rñdit illi:Primũ oim præceptorũ
eſt:Audi Iſrael.Dominus deus noſter,domi-
nus unus eſt. Et diliges dominum deum tu-
um toto corde tuo,& tota anima tua , & to-
ta mente tua ,totis uiribus tuis.Hoc eſt pri
mum præceptum.Et ſecũdum ſimile hóc eſt:
Diliges proximũ tuum,ut teipſum.Mai' his
14 aliud præceptũ nõ eſt. ¶Et dixit illi ſcriba:
Bene præceptor eſt ueritate dixiſti, qđ unus
ſit deus,& non ſit alius præter illũ:quodq;
diligere eum toto corde, & tota intelligen-

tia, & tota anima, & totis uiribus, ac dilige-
re proximũ ut ſeipſum, plus ſit ꝙ uniuerſa
15 holocautomata & uictimæ. ¶ At Ieſúah cũ
uideret quod ſapiẽter reſpondiſſet, dixit il-
li: Haud lõge abes à regno dei. Et nemo poſt
16 illa audebat illum interrogare. ¶ Et reſpõ-
dens Ieſúah dicebat, docẽs in templo: Quo-
modo dicunt ſcribæ, Chriſtum eſſe filium
Dauid? Nam ipſe Dauid dixit per ſpiritum
ſanctum. Dixit dominus domino meo, ſede
à dextris meis. Donec poſuero inimicos tu-
os, ſcabellum pedum tuorum. Ipſe ergo Da
uid uocat eum dominum, & unde filius ei⁹
17 eſt? ¶ Et plæraque turba audiebat illum li-
benter, & dicebat illis in doctrina ſua: Caue
te à ſcribis, qui uolunt in ſtolis obambula-
re, & ſalutationes in foris, primaſq; ſellas in
congregationibus, & primos accubitus in
cœnis, qui deuorant domos uiduarum, &
prætextu longas faciunt orationes: iſti acci-
18 pient abundantius judicium. ¶ Et cum ſe-
deret Ieſúah ex aduerſo gazophilacij, ſpe-
ctabat quomodo turba mitteret æs in gazo
philacium. Et multi diuites mittebant mul-
ta. Et profecta una uidua pauper, miſit minu
19 ta duo, quod eſt quadrans. ¶ Vocatiſq; ad
ſe diſcipulis ſuis, dicit illis: Amen dico uo-
bis, quod uidua hæc pauper plus miſit, quã
omnes qui miſerunt in gazophilacium. Nã
omnes ex eo quod ipſis ſupererat, miſerũt.
At hæc è penuria ſua omnia quæcũque ha-
bebat, miſit totam ſubſtantiam ſuam.

Capitulum. 13.

1 ET cum exiret è templo, dicit il
li quidã è diſcipulis illius: Præ
ceptor, uide quales lapides, &
quales ſtructuræ. Et Ieſúah reſ
pondẽs, ait illi: Vides has ma-
gnas ſtructuras? Non relinque
tur lapis ſuper lapidem, qui non diruatur.
2 ¶ Et cũ ſederet in monte oliuarum è regio
ne templi, interrogabant illum ſeorſim Pe-
trus, & Iacobus, & Ioãnes, & Andreas: Dic
nobis quando hæc erũt, & quod ſignũ eſt,
3 quãdo hæc omnia ſint cõſummanda. ¶ At
Ieſúah reſpõdens illis, cœpit dicere: Videte,
ne quis uos ſeducat. Multi enĩ uenient in no
mine meo, dicẽtes: Ego ſum: multoſq; deci-
pient. Cum aũt audieritis bella, & rumores
bellorum, ne turbemini. Oportet enĩ fieri at
nondum finis. Inſurget enim gens aduerſus

gentem, & regnum aduerſus regnũ. Et erũt
terræmotus per loca, & erunt fames ac tur-
bationes. Initia dolorum hæc. Sed cauete
uos uobis ipſis. Tradent enim uos in conci-
lia, & in ſynagogas cædemini, & ſub præſi-
dibus ac regibus ſtatuemini propter me in
4 teſtimonium illis. ¶ Et apud omnes gentes
oportet prius prædicari euangelium. Cum
autem duxerint uos tradentes, ne præcogi-
tetis qd dicturi ſitis, neque mediremini: ſed
quicquid datum fuerit uobis in illa hora, hoc
loquamini. Non enim eſtis uos qui loquimi-
ni, ſed ſpiritus ſanctus. Tradet autem frater
fratrem in mortem, & pater filium, & inſur-
gent filij aduerſus parentes, ac morte affi-
cient eos. Et eritis odio habiti ab omnibus
propter nomen meum. Sed qui perſeuerane
5 rit uſque ad finem, hic ſaluus erit. ¶ Porrò
cum uideritis abominationem deſolationis,
de qua dictum eſt à Daniele propheta, ſtan-
tem ubi non oportet: qui legit, intelligat.
Tunc qui fuerint in Iehudáh, fugiãt ad mon
tes. Qui uero fuerit in tecto, ne deſcendat
in domum: nec ingrediatur, ut quicq̃ tollat
è domo ſua. Et qui fuerit in agro, ne reuer-
tatur ad ea quæ reliquit à tergo, ad tollen-
6 dum pallium ſuum. ¶ Væ autem in utero
habentibus, & lactantibus in illis diebus.
Sed orate, ne fiat fuga ueſtra hyeme. Erunt
enim dies illi talis afflictio, qualis non fuit à
primordio creaturæ, quam condidit deus,
uſq; ad hoc tempus, nec futura eſt. Et niſi do
minus abbreuiaſſet dies, haud quaquam ſal-
ua fuiſſet uniuerſa caro. Sed ꝓpter electos,
7 quos elegit, abbreuiauit dies. ¶ At tum ſi
quis uobis dixerit: Ecce hic Chriſtus, ecce
illic, ne credatis. Exorientur pſeudochriſti,
& pſeudoprophetæ, & edent ſigna, ac pro-
digia, ad decipiendum, ſi fieri poſſit, etiam
electos. Vos autem cauete, ecce prædixi uo-
8 bis omnia. ¶ Cæterum in illis diebus poſt
afflictionem illam ſol obtenebrabitur, & lu-
na non dabit ſplendorem ſuum: & ſtellæ cœ-
li decident, & uirtutes quæ in cœlis ſunt,
concutientur. Et tunc uidebunt filium ho-
minis uenientem in nubibus, cum poteſta-
te multa & gloria, & tunc mittet angelos
ſuos, & aggregabit electos ſuos à quatuor
uẽtis, à ſummo terræ uſq; ad ſummum cœli.
9 ¶ A ficu uero diſcite ſimilitudinẽ, cũ ram⁹
eius iam tener fuerit, produxeritque folia,
ſcitis qđ ꝓpè ſit æſtas. Sic & uos cũ hæc ui-
deritis fieri, ſcitote quod propè ſit in forib⁹.
10 ¶ Amẽ dico uobis, qđ nõ pteribit genera-

tio hæc, donec omnia hæc facta fuerint. Cœlū
& terra præteribunt, ſed uerba mea non præ-
11 teribunt. ¶ Cæterum de die illo ac tempore
nemo nouit, ne angeli quidē qui in cœlo ſunt,
nec ipſe filius, ſed ſolus pater. Cauete, uigilate,
12 & orate, neſcitis enim quando tēpus ſit. ¶ Si-
cut homo qui peregre agit relicta domo ſua,
deditꝗ ſeruis ſuis ſubſtantiā ſuam, ac ſuū cuiꝗ
opus, & ianitori mādauit ut uigilaret. Vigilate
igitur, neſcitis enī quando dn̄s domus uentu-
rus ſit, ſero, an medio noctis, an in gallicinio,
an diluculo: ne ſi uenerit repente, offendat uos
dormientes. Cæterum quæ dico uobis, omni-
bus dico, uigilate.

Capitulum. 14.

1 ERant autem péſach, & infermē-
tata poſt biduum. Et quærebāt
ſūmi ſacerdotes, & ſcribæ, quo
modo eum per dolum compræ-
henſum occiderent. Dicebāt au-
tem: Non in die feſto, ne tumul-
2 tus fiat populi. ¶ Et cū eſſet Bethaniæ in do-
mo Simonis leproſi, accumbēte eo, uenit mu-
lier habens alabaſtrum unguenti nardi piſticæ
precioſæ, & confracto alabaſtro, effudit illi in
3 caput. ¶ Erant autē quidā qui indignarētur
apud ſeſe, ac dicerent: Ad qd perditio hæc un-
guēti facta eſt? Nam poterat hoc uendi pluris
quàm trecentis denarijs, ac dari pauperibus.
4 Et infremuerunt aduerſus illam. ¶ At Ieſúah
dixit: Sinite illam: cur illi moleſtias exhibetis?
Bonum opus operata eſt erga me. Semper enī
pauperes habetis uobiſcum: & quandocunꝗ
uolueritis, poteſtis illis benefacere, me uero
non ſemper habetis: Quod habuit, hæc fecit:
præuenit ut ungeret meum corpus ad ſepultu-
ram. Amen dico uobis: ubicunꝗ prædicatū fue-
rit euangelium hoc in totum mundum, etiam
hoc quod fecit hæc, dicetur in memoriā iſtius.
5 ¶ Et Iehudáh Iſcariotes, unus è duodecim,
abijt ad ſummos ſacerdotes, ut proderet eum
illis. Qui quū audiſſent gauiſi ſunt, & pollici-
ti ſunt ei pecuniā ſe daturos. Et quærebat quo
6 modo opportune illū traderet. ¶ At primo die
infermētatorū, cū péſach immolarēt, dicūt illi
diſcipuli ſui: Vbi uis profecti paremus, ut edas
7 péſach. ¶ Et emittit duos è diſcipulis ſuis, &
dicit illis: Ite in ciuitatem, et occurret uobis ho-
mo hydriam teſtaceā aquæ baiulans, ſequimi-
ni illum: & quocūꝗ ingreſſus fuerit, dicite pa-
trifamilias: Magiſter dicit: Vbi eſt diuerſoriū,
ubi péſach cū diſcipulis meis edam? Et ille uo-
bis oſtendet triclinium magnum ſtratum, para-
8 tum, illic parate nobis. ¶ Et exierunt diſcipu-
li eius, & uenerunt in ciuitatem & repererunt
quēadmodum dixerat illis, parauerūtꝗ pé-
9 ſach. ¶ Et cum ueſpera iam eſſet, uenit cum
duodecim. Et cum accumberent, ederentꝗ, di-
xit Ieſúah. Amē dico uobis: unus ex uobis pro-
det me, qui edit mecum. At illi cœperunt eſſe
mœſti ac dicere illi ſingulatim: Num ego? Et
alius, num ego? Ille uero reſpōdens, dixit illis:
Vnus è duodecim qui intingit mecū in catinū.
Filius quidem hominis uadit, ſicut ſcriptum eſt
de illo: ſed uæ homini illi, per quem filius homi-
nis proditur: Bonum erat illi, ſi natus non fuiſ-
10 ſet homo ille. ¶ Et edentibus illis, ſumpto Ie-
ſúah pane, cum gratias egiſſet, fregit & dedit
illis, ac dixit: Sumite, comedite, hoc eſt corpus
11 meum. ¶ Et accepto poculo, cū gratias egiſ-
ſet, dedit illis: & biberunt ex eo omnes: & di-
xit illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti,
qui pro multis effunditur. Amen dico uobis, poſt
hac non bibam de fructu uitis, uſꝗ ad diē illū,
12 cum illud bibero nouū in regno dei. ¶ Et cū
hymnum dixiſſent, exierunt in mōtem oliua-
rum. Et dicit illis Ieſúah. Omnes offendiculum
patiemini propter me in nocte hac, quia ſcri-
ptum eſt: Percutiam paſtorem, & diſpergen-
tur oues. Sed poſteaquā reſurrexero, præce-
13 dam uos in Galil̄. ¶ Petrus autem dixit illi:
Etiam ſi omnes offendiculum paſſi fuerint, at
nō ego. Et dicit illi Ieſúah. Amen dico tibi, quod
hodie in nocte hac, priuſquā bis gallus cecine-
rit, ter abnegabis me. At ille uehementius di-
cebat: Imò ſi me oportuerit commori tibi, non
te abnegabo. Similiter autem & oēs dicebāt.
14 ¶ Et ueniunt in locum cuius nomen Gethſe-
mani: & dicit diſcipulis ſuis: Sedete hic, donec
15 digreſſus orauero. ¶ Et aſſumit petrum, &
Iacobum, & Ioannem ſecum, cœpitꝗ expaue-
ſcere, & angi. Et dicit illis: Dolore afficitur ani-
ma mea uſꝗ ad mortem: manete hic, & uigila-
16 te. ¶ Et progreſſus paululum, proſtratus eſt
in terram, & orauit: ut ſi poſſibile eſſet, trāſiret
à ſe hora: & dicebat: Abba pater: omnia poſſi-
bilia ſunt tibi, aufer poculum à me hoc. Verū-
17 tamen non quid ego uelim, ſed quid tu. ¶ Et
uenit, & reperit eos dormientes: dicitꝗ Pe-
tro: Simon dormis? Non potuiſti unam horam
uigilare? Vigilate, & orate, ne intretis in ten-
tationem. Spiritus quidem promptus, at caro
18 infirma. ¶ Et rurſum digreſſus orabat, & eū-
dem dixit ſermonē. Et reuerſus offendit illos
rurſum dormientes: Erant enim oculi eorum
grauati, neꝗ ſciebant quid illi reſponderent.
19 ¶ Et uenit tertio, dicitꝗ illis: Dormite poſt-
hac, & requieſcite. Sufficit. Venit hora, ecce

traditur filius hominis in manus peccatõ. Sur-
gite, eamus Ecce qui prodit me, appropinqua
20 uit. ❡ Et continuo adhuc eo loquente, acce-
dit Iehudáh, qui erat unus è duodecim, & cũ
illo turba multa cum gladijs, & fuſtibus à ſum
mis ſacerdotibus, & ſcribis, & ſenioribus.
21 ❡ Dederat autem is qui prodebat eum, com
mune ſignum illis, dicens: Quemcunq; oſcu-
latus fuero, is eſt, appræhendite illum, & abdu
cite caute. Et cum ueniſſet, protinꝰ accedit ad
illum, dicitq; ei: Rabbi rabbi: ac deoſculatꝰ eſt
eum. Illi uero iniecerunt in illum manus ſuas,
22 & compræhenderunt eum. ❡ Vnus autem
quiſpiam aſtãtium educto gladio percuſſit ſer
uum ſummi pontificis, & amputauit eius auri-
23 culam. ❡ Et reſpondens Ieſúah dixit illis: Tã
quam ad latronem exiſtis cum gladijs, ac fuſti
bus ad compræhẽdẽdum me: Quotidie eram
apud uos in templo docens, & non compræ-
hendiſtis me: ſed ut impleantur ſcripturæ.
24 ❡ Et relicto illo omnes fugerunt. ❡ Et unus
25 quiſpiam adoleſcentulus ſequebatur illum, cir
cũamictus ſindone ſuper nudum, & compræ-
hendunt illum adoleſcentuli. Ille uero relicta
26 ſindone, nudus effugit ab illis. ❡ Et abduxe-
runt Ieſúah ad ſummum ſacerdotem: & cõue-
niunt cum illo omnes ſummi ſacerdotes, & ſe
27 niores, & ſcribæ. ❡ Et Petrus eminus ſeque-
batur illum, donec intraſſet in atrium ſummi
ſacerdotis: & erat ſedens cum miniſtris, & ca-
28 leſiebat, ad lumen. ❡ Summi uero ſacerdo-
tes, & totum concilium quærebant aduerſus
Ieſúah teſtimonium, ut morti traderent eum,
nec inueniebãt. Nam multi falſum teſtimoniũ
dixerant aduerſus illum, & æqualia teſtimo-
29 nia non erant. ❡ Et quidam aſſurgebant, &
falſum teſtimonium ferebant aduerſus illum,
dicentes: Nos audiuimus eum dicentem: Ego
diruam templum hoc, qđ eſt manibus factum,
& tribus diebus aliud ſine manibꝰ factum ex-
truã. Et ne ſic quidẽ æqualia erãt teſtimonia il
30 lorum. ❡ Et ſurgens ſummus ſacerdos in me
dium, interrogabat Ieſúah, dicens: Non reſpõ
des quicquam? Quid iſti aduerſum te dicunt
31 teſtimonia? ❡ At ille tacebat, neq; quicquam
reſpondebat. Rurſum ſummus ſacerdos inter
rogabat eũ, & dicit illi: Tu es ille Chriſtus filiꝰ
bñdicti? Ieſúah autem dixit: Ego ſum: & uide
bitis filium hominis ſedentem à dextris poten
32 tiæ, & uenientẽ in nubibus cœli. ❡ Summus
autem ſacerdos dilaceratis ueſtibus ſuis, dicit:
Quid præterea opus habemꝰ teſtibꝰ? Audiſtis
blaſphemiã. Quid uobis uidetur? Illi uero oẽs
33 condẽnauerũt eũ eſſe reũ mortis. ❡ Et cœpe
runt quidam cõſpuere in eum, & obuelare fa-
ciem illius, & colaphis eum cædere, & dicere
illi: Vaticinare: Ac miniſtri alapas illi impinge-
34 bant. ❡ Et cum eſſet Petrus in atrio inferius,
uenit una ex ancillulis ſummi ſacerdotis: cũq;
uidiſſet Petrum calefacientem ſe, intuita illum
dicit: Et tu cũ Naſareno Ieſúah fuiſti? At ille ne
gauit, dicens: Non noui: Neq; ſcio quid dicas:
Et exiuit foras in ueſtibulũ, & gallus cecinit.
35 ❡ Et ancillula cum uidiſſet eũ, rurſum cœpit
dicere his qui aſtabant: Hic ex illis eſt. At ille
rurſum negabat: Ac paulo poſt iterũ qui aſta-
bant, dicebant Petro: Vere ex illis es: Nam &
Galilæus es, & loquela tua conuenit. At ille
cœpit execrari ac deierare: Non noui hominẽ
36 iſtum de quo dicitis. ❡ Et iterum gallus ceci-
nit. Recordatuſq; eſt Petrus uerbi quod dixe-
rat illi Ieſúah: Priuſq; gallus cecinerit bis, ab-
negabis me ter: cœpitq; flere.

Capitulum. 15.

1 ET confeſtim diluculo concilio inito,
ſummi ſacerdotes cũ ſenioribus, &
ſcribis, ac toto conuẽtu uinctum Ie-
ſúah abduxerunt, tradiderunt q; Pi
lato. Et interrogauit eum Pilatus: Tu es ille rex
Iehudæorum? At ille reſpondens, dixit illi: Tu
dicis. Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes de
2 multis. ❡ Pilatus autem rurſus interrogauit
illum, dicens: Non reſpondes quicq̃? Ecce quã
multa aduerſus te teſtantur. Ieſúah autem de-
nuò nihil reſpondit, adeo ut admiraretur Pila
3 tus ❡ Cæterum in feſto dimittebat illis unũ
4 uinctum, quemcunq; poſtulaſſent. ❡ Erat au
tem qui dicebatur Barabbas, qui cum ſeditio-
ſis fuerat uinctus, qui per ſeditionẽ cædem pa
trauerant. Et cum clamaſſet turba, cœpit flagi
tare, quemadmodum ſemper fecerat ipſis.
5 ❡ Pilatus autem reſpondit eis, dicens: Vultis
dimittam uobis regem illum Iehudæorum?
Sciebat enim quod propter inuidiam tradidiſ-
6 ſent illum ſummi ſacerdotes. ❡ Summi uero
ſacerdotes concitauerũt turbam ut potius Ba-
7 rabbam dimitteret ipſis. ❡ Pilatus autem re-
ſpondens rurſum, ait illis. Quid igitur uultis
faciam ei, quem dicitis regem Iehudæorum?
At illi rurſum clamauerunt: Crucifige iſtum.
8 ❡ Pilatus autem dicebat illis: Quid enim ma-
li fecit? At illi uehementius clamauerunt: Cru-
9 cifige eum. ❡ Pilatus uero uolens turbæ ſa-
cere ſatis, dimiſit illis Barabbã, & tradidit Ie-
10 ſúah flagellatum, ut crucifigeretur. ❡ Mili-
tes aũt abduxerunt eum intro in atrium, quod
eſt prætorium, & conuocãt totam cohortem:
& induunt illum purpura, & circumponunt ei

contextam ſpinis coronam, & cœperunt ſa-
lutare illum: Aue rex Iehudæorum. Et uerbe
rabant illius caput arundine, & ſpuebant in
illum, & poſitis genibus adorabant illum. Et
cum illuſiſſent ei, exuerunt eum purpura, &
induerunt illum ueſtibus proprijs: & educūt
11 eum, ut crucifigerēt eum. ¶ Et coegerūt p-
tereuntē quendam Simonem Cyrenēſem, q
ueniebat ex agro, patrē Alexandri, & Rufi,
ut tolleret crucem eius. Et ducunt eū in Gul-
góleth locum, quod eſt interpretatum, Cal-
uariæ locus. Et dabant illi bibere myrrhatum
12 uinum: ſed ille non ſumpſit. ¶ Cumque cru
cifixiſſent eum: partiti ſunt ueſtimenta eius,
mittentes ſortem ſuper illa, quis quid tolle-
ret. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt
13 eū. ¶ Et erat inſcriptio cauſæ illi⁹ inſcripta:
Rex Iehudæorum. Et cum eo crucifigunt du
os latrones: unum à dextris, & alterum à ſini
14 ſtris eius. ¶ Et impleta eſt ſcriptura quæ di
cit: Et cum iniquis deputatus eſt. Et qui præ-
teribant, conuiciabantur illi mouentes capi
ta ſua, ac dicentes: Væ qui demoliris templū
& in tribus diebus extruis: Serua teipſum,
15 & deſcende de cruce. ¶ Similiter, & ſummi
ſacerdotes illudentes inter ſeſe cum ſcribis
dicebant: Alios ſeruauit, ſeipſum ſeruare nō
poteſt. Chriſtus ille rex Iſraël deſcendat nūc
16 de cruce, ut uideamus, & credamus. ¶ Et
qui crucifixi fuerant cum illo, probra iacie
17 bant in eum. ¶ Cum uero facta eſſet hora
ſexta, tenebræ ortæ ſunt ſuper totam terram
18 uſq; ad horam nonam. ¶ Et hora nona cla
mauit Ieſúah uoce magna, dicēs: Elí éli Láma-
mah hazabtáni, quod eſt interpretatum: De
19 us meus, deus meus, cur me deſeruiſti? ¶ Et
quidam aſtantium cum audiſſent, dicebant:
Ecce Elijam uocat. Accurrit autem quidam,
& impleta ſpongia aceto, impoſitáq; harun
dini, porrexit illi potum dicens: Sinite ui-
deamus an uenturus ſit Eliáh, ad deponē-
dum eum. Ieſúah autem emiſſa uoce magna
20 expirauit. ¶ Et uelum templi ſciſſum eſt in
duas partes, à ſummo uſque ad imum. Cum
uidiſſet autem Centurio, qui aſtabat ex ad-
uerſo illi, quod ſic emiſſo clamore expiraſ-
ſet, dixit: Vere homo hic filius erat dei.
21 ¶ Erant autem & mulieres è longinquo
ſpectantes inter quas erat Miriám Magdale
ne, & Miriám Iacobi parui, & Ioſe mater, &
Salome: quæ etiam cum eſſet in Galil ſecutæ
fuerant illum, & miniſtrauerant ei, aliæq;
complures quæ ſimul aſcenderant cum eo
22 Ieruſaláim. ¶ Et cum iam eſſet ueſpera,
quoniam erat paraſceue quæ præcedit ſab-
atum, uenit Ioſéph ex Arimathæa, honeſtus
ſenator: qui & ipſe erat expectans regnum
dei: & ſumpta audacia, ingreſſus eſt ad Pila
tum, & petijt corpus Ieſúah. Pilatus autem
admiratus eſt ſi iam mortuus eſſet: & acceſ-
ſito ad ſe Centurione, interrogauit illum, an
iamdudum mortuus fuiſſet. Et quum cogno
uiſſet ex Centurione, donauit corpus ipſi Io
ſeph. Et is mercatus ſindonem: depoſitum
eum inuoluit ſindoni, depoſuitq; in monu-
mento, quod erat exciſum è petra. Et aduol-
uit lapidem ad oſtium monumenti. At Mi-
riám Magdalene & Miriám Ioſe ſpectabant
ubi poneretur.

Capitulum.16.

1 ET cum præteriſſet ſabbatum,
Miriám Magdalene, & Miriā
Iacobi, & Salome emerūt aro
mata, ut profectæ ungerent
eum. ¶ Et ſummo diluculo
diei primi ſabbatorum ueni-
unt ad monumentum, exorto ſole, dicebant
que inter ſeſe: Quis reuoluet nobis lapidem
ab oſtio monumenti? Et cum reſpexiſſent, ui
dent lapidem eſſe reuolutum: Nam erat ma-
3 gnus ualde. ¶ Et ingreſſæ in monumentum
uiderunt adoleſcentulum ſedētem à dextris,
amictum ſtola candida, & expauerunt. At il-
le dicit eis: Ne expaueſcatis, Ieſúah quæritis
Naſarenum, qui fuit crucifixus: Surrexit, nō
eſt illic: Ecce locus ubi poſuerant illum. Sed
abite dicite diſcipulis eius, & Petro, quod il
le præcedit nos in Galil: Illic eum uidebitis
4 ſicut dixit uobis. ¶ Et abeuntes, cito fu-
gerunt à monumēto. Habebat enim illas tre
mor, & ſtupor, neque cuiquam quicquam di
5 cebant, Timebant enim. ¶ Cum ſurrexiſſet
autem Ieſúah mane primo die ſabbati, appa
ruit primum Miriám Magdalenæ: de qua eie
6 cerat ſeptem dæmonia. ¶ Illa profecta re-
nunciauit ijs, qui cum illo fuerant lugentib⁹
ac flentibus. Et illi cum audiſſent quod uiue
ret, ac uiſus eſſet ab illa, non crediderunt.
7 ¶ Poſt hæc autem duobus ex ipſis ambulan
tibus apparuit in alia forma, euntibus rus.
Et illi abierunt, ac renunciarunt reliquis: nec
8 his illi crediderūt. ¶ Poſtea diſcūbentibus
illis undecim apparuit, & exprobrauit illis
incredulitatem ſuam, & cordis duriciem
quod his qui ipſum uidiſſent reſurrexiſſe,
non credidiſſent. Et dicebat eis. Ite in mun-

dum uniuerſum, & prædicate euangeli-
um omni creaturæ. Qui crediderit, & ba
ptizatus fuerit, ſaluus erit. qui uero nõ cre-
10 diderit, condemnabitur. ¶ Porrò ſigna
eos qui crediderint, hæc ſubſequentur. Per
nomen meum dæmonia eÿcient: linguis lo-
quentur nouis, ſerpẽtes tollent: & ſi quid læta
le biberint, non nocebit eis. Super ægrotos
manus imponent, & bene habebũt. Itaq; do
minus quidem poſtq̃ locutus fuiſſet eis, re-
ceptus eſt in cœlum, & conſedit à dextris
dei. Illi uero egreſſi, prædicauerunt ubiq;,
domino cooperante, & ſermonem confirmã
te per ſigna ſubſequentia.

¶ Euangelÿ ſecundum Marcum
FINIS.

VITA SANCTI LV
CAE. PER DIVVM HIERONYMVM.



LVcas medicus Antiochenſis, ut eius ſcripta indicant, Græci ſermonis non ignarus fuit, ſectator apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes: ſcripſit euangelium, de quo idem Paulus: Miſimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus eſt in euãgelio per omnes eccleſias. Et ad Coloſſenſes: Salutat uos Lucas medicus chariſſimus. Et ad Timotheum: Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoq; ædidit uolumen egregium, quod titulo πράξεις ἀποστόλων prænotatur, cuius hiſtoria uſq; ad bienniũ Romæ commorantis Pauli peruenit, id eſt, uſq; ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem urbe librũ eſſe compoſitũ. Igitur περιόδους Pauli & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas ſcripturas cõputamus. Quale enim eſt, ut indiuiduus comes apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſolũ ignorauerit? Sed & Tertulianus uicinus eorũ temporũ, refert preſbyterũ quendã in Aſia σπουδαστὴν apoſtoli Pauli, cõuictum apud Ioãnẽ, quod auctor eſſet libri, & cõfeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe: & ob id exciſiſſe quidã ſuſpicantur, quotieſcunq; in epiſtolis ſuis Paulus dicit, iuxta euãgelium meũ, de Lucæ ſignificare uolumine. Et Lucam non ſolũ ab apoſtolo Paulo didiciſſe euangelium, qui cũ domino in carne non fuerat: ſed à cæteris apoſtolis: quod ipſe quoq; in principio ſui uoluminis declarat, dicẽs. Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipſi uiderunt, & miniſtri fuerũt ſermonis. Igitur euangeliũ, ſicut audierat, ſcripſit. Acta uero apoſtolorũ, ſicut uiderat, cõpoſuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorẽ nõ habẽs. Sepultus eſt Conſtantinopoli. ad quam urbẽ uiceſimo Conſtantÿ anno: oſſa eius cũ reliquÿs Andreæ apoſtoli tranſlata ſunt de Achaia.

ELENCHVS CAPITVM EVANGELII SECVNDVM LVCAM.

1 De parentibus Ioannis bapti. eiuſq; natiuitate.
Salutatur Miriám ab angelo.
Viſitatur Eliſabeth à Miriám.
2 De cenſu.
De partu Miriám.
De paſtoribus.
De Simhón.
De Channáh propheti{ſſ}a.
Ieſúah inuentus eſt in medio docto-
rum.
3 Ioan. prædicat baptiſmũ penitẽtiæ.
De his qui Ioan. interrogabant.
De Herode & Ioanne.
De baptiſmo Chriſti.
Genealogia Chriſti.
4 De ieiunio, & tentatione Chriſti.
Ieſúah ductus in mõtem, ſubtraxit ſe
Iehudæorum conſpectui.
De dæmoniaco.
De ſocru Petri.
De curatis à varijs morbis & dæmo
nijs.
5 De captura piſcium.
De leproſo.
De paralytico.
De Leui publicano.
De Ieſúah prandente cum publica.
Cur diſcipuli Ioannis ieiunant, Chri
ſti uero non.
6 Diſcipuli ſpicas uellunt ſab. præ fa.
De habente manum aridam.
De apoſtolorum electione.
De beatitudinibus.
Diligendos eſſe inimicos.
Cum proximo non contendendũ.
Quod proximũ condem. non liceat.
7 De ſeruo Centurionis
De filio uiduæ
De diſcipulis miſſis à Ioanne
De ea quæ unxit dominum un.
8 De eo qui ſementem faciebat para.
De matre & fratribus
De increpatione aquarum.
De legione.
De filia archiſyna.
De muliere ſang. proflu. laborante.
9 De xij apoſt. & poteſtate illis data.
Audiuit Herodes de Ieſúah.
De quinq; panibus, & duobus pi-
ſcibus.
De interrogatione domini.
De transformatione Chriſti.
De lunatico.
De diſputatione quis eſſet maior.
De eo qui prohibitus fuit ab apoſto
lis eijcere dæmonia.
Prohibet, ne petãt uindictam ob id
q; non recepti ſint hoſpi.
10 De deſignatis ſeptuaginta.
De quæſtione legiſperiti.
De eo qui inciderat in latrones.
De Martha & ſorore eius Magda.
11 De oratione.
De habente dæmonium mutum.
De muliere quæ de turba uocem
extulit.
De his qui petebant ſignum.
De pharisæo qui dominũ inuit.
De deploratione ſcribarum.
12 De fermento pharisæorum.
De eo qui nolebat diui. hæredi.
De eo cuius ager ferax fuit.
De terrenorum cura deſpicien.
Fugiendam auaritiam.
De ſeruo uigili.
Cum proximo non contenderis.
13 De Galilæis & ijs qui in Siloách.
De ficu quæ fruct. non protulit.
De muliere quæ ha. ſpiri. infir.
De grano ſina, & fermẽ. para.
De eo q; quærebat, an pauci eſſent
qui ſalutem cõſequerentur.
De eo qui dice. Ieſúah de inſi. Her.
14 De hydropico.
Non amandos primos accubitus.
Pauperes ad prandium uocandos
potius q̃ amicos.
De inuitatis ad cœnam.
De ædificatione turris parabola.
15 De centum ouibus parabola.
De filio peregre profe. in reg. lon.
16 ¶ De diſpenſatore iniquo.
Ne apicem quidem à lege perituruũ.
Diuortium non eſt licitum.
De diuite & Lazaro.
17 De offendiculo.
Fratri remittendum delictum.
De fiducia erga deum.
De decem leproſis.
Ieſúah interrogatus quãdo regnum
dei ueniet.
18 Semper orandum.
De iudice iniquo.

De phariſæo & publicano.
Puerorum eſt regnum dei.
De diuite qui interroga. Ieſúah.
De cæco.
19 De Zachæo.
De decem ſeruis qui minas acce.
De pullo aſinæ.
Defiet Ieſúah Ieruſaláim.
Eijcit Ieſúah ementes & uendentes.
20 De ſenioribus quærentibus Ieſúah, qua poteſtate hæc face.
De uinea.
De his qui Chriſto inſidiabant occa ſione cenſus.
De Saddu. negantibus reſurrec.
De interrog. domini aduer. pha.
21 De uidua quæ duo minuta obtu.
De conſummatione.
Prædicit Ieſúah interitū Ieruſaláim.
De ſignis.
22 De péſach.
De contendentibus quis maior.
Captiuitas Chriſti.
Ducitur Ieſúah ad principem ſacer.
23 Ducitur ad præſidem Pilatum.
Contemptus Herodis.
De mulierib' dñm plangentibus.
Crucifigitur Chriſtus.
Sepultura Chriſti.
24 Mulieres uiſitant ſepulchrum.
De petro currente ad ſepulchrum.
De peregrinis in Emaus.
Ieſúah in medio diſcipulorum.
Aſcendit Ieſúah in cœlum.

FINIS.

EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM, INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEOLOGIAE PROFES.

Qvandoquidē cō
plures aggreſſi
ſūt digerere nar
rationem earū,
quæ inter nos ple
niſſimæ fidei ſūt
rerum, ſicuti tra
diderunt nobis
hi, qui ab initio
ipſi uiderant, ac
miniſtri fuerant
ſermonis, uiſum eſt & mihi ſubſecuto ab initio
cuncta diligenter, deinceps tibi ſcribere opti-
me Theophile, ut agnoſcas eorum, de quibus
edoctus fueras ſermonum certitudinem.

Capitulum. I.

1 ERat ī dieb' Herodis regis Iehudææ,
ſacerdos quidam nomine Zechariáh
de uice Abiiáh: & uxor illius de filia
bus Aharóu, & nomē ei' Eliſébeth.
2 ¶ Erant aūt iuſti ambo coram deo, uerſantes
in omnibus præceptis, & iuſtificationibus do
mini irrepræhenſibiles: nec erat illis proles, eo
quod eſſet Eliſébeth ſterilis, & ambo proceſ-
3 ſiſſent in diebus ſuis. ¶ Factum eſt autem, cū
ſacerdotio fungeretur ipſe in ordine uicis ſuæ
coram deo, ſecundum conſuetudinem functio
nis ſacerdotalis, ſortitus eſt, ut ſuffiret ſuffimē
tum, ingreſſus in templum domini, & omnis
multitudo populi precabatur foris tēpore ſuf-
4 fimenti. ¶ Viſus eſt autem illi angelus domi-
5 ni, ſtans à dextris altaris ſuffimenti. ¶ Et
turbatus eſt Zechariáh conſpicatus, ac timor
irruit ſuper eum. Ait autem ad illum angelus:
Ne timeas Zechariáh, quoniam exaudita eſt
deprecatio tua. Vxorq́ tua Eliſébeth pariet ti
bi filium, & uocabis nomen eius Ioannem: &
erit gaudium tibi & exultatio, & multi ſuper
eius natiuitate gaudebunt. Erit enim magnus
coram domino, et uinum inebriatiuūq́ non bi
bet. Et ſpiritu ſancto replebitur iā inde ab ute-
ro matris ſuæ: multoſq́ filiorum Iſrael conuer
6 tet ad dominum deum ipſorū. ¶ Et ipſe præ-
cedet ante illum in ſpiritu & uirtute Eliiah, ut
conuertat corda patrum in filios, & inobediē-
tes ad prudentiam iuſtorum, ut paret domino
7 plebem apparatam. ¶ Et dixit Zechariáh ad
angelum: Per quid iſtud cognoſcam? Ego enī
ſum ſenex, & uxor mea pceſſit in diebus ſuis.
8 ¶ Ac reſpondens angelus, dixit ei: Ego ſum
Gabriel, qui aſtiti in cōſpectu dei: miſſuſq́ ſum
ut loquar ad te, & bona annunciem tibi hæc.
9 ¶ Et ecce eris tacens, neq́ ualens loqui ad eū
uſq́ diem quo hæc fiant: eo quod non credi-
diſti uerbis meis: quæ implebuntur in tempo
10 re ſuo. ¶ Et erat populus expectans Zecha
riáh: & mirabantur quod moraretur in tem-
11 plo. ¶ Egreſſus autem non poterat loqui il-
lis. Et cognouerunt, quod uiſionem uidiſſet in
templo. Et ipſe innuebat illis, permanſitq́ mu
12 tus. ¶ Et accidit, ut impleti ſunt dies officij
eius, abijt in domum ſuam. Poſt hos autē dies
concæpit Eliſébeth uxor eius, et occultabat ſe
menſibus quinq́, dicens: Sic fecit mihi domi-
nus in diebus quibus me reſpexit, ut auferret

13 probrum meum inter homines. ¶ In mēſe
autem ſexto miſſus ē angelus Gabriel à deo
in ciuitatem Galil, cui nomen Naſaréth, ad
uirginem deſponſatam uiro, cui nomen erat
Ioſéph, de domo Dauid: ac nomen uirginis
14 Miriám. ¶ Et ingreſſus angelus ad eam di-
xit: Aue gratia affecta, dominus tecum: bene
15 dicta tu inter mulieres. ¶ Illa uero cum ui-
diſſet, turbata eſt ſuper oratione eius: & co-
16 gitabat qualis eſſet illa ſalutatio. ¶ Et ait
angelus ei: Ne timeas Miriám: Nacta es enim
gratiam apud deum. Ecce concipies in ute-
ro, & paries filium, ac uocabis nomen eius
Ieſúah. Is erit magnus, & filius altiſſimi uo-
cabitur. Et dabit illi dominus deus ſedē Da-
uid patris ipſius, regnabitq́ ſuper domum
Iahacób in æternum, & regni eius non erit
17 finis. ¶ Dixit autem Miriám ad angelum:
Quomodo erit iſtud, quoniam uirum nō co
gnoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei: Spi
ritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus al-
tiſſimi obumbrabit tibi. Quapropter & qđ
naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei.
18 ¶ Et ecce Eliſébeth cognata tua, & ipſa cō
cæpit filium in ſenectute ſua: & hic menſis
eſt ſextus illi, quæ uocatur ſterilis, quia non
erit impoſſibile apud deum omne uerbum.
19 ¶ Dixit autem Miriám: Ecce ancilla domi-
ni, fiat mihi ſecūdum uerbū tuum. Et diſceſ
20 ſit ab illa angelus. ¶ Exurgens autem Mi-
riám in diebus his, abijt in montana cum fe-
ſtinatione in ciuitatem Iehudáh, & intrauit
in domum Zechariáh, & ſalutauit Eliſébeth.
21 ¶ Et factū ē, ut audiuit ſalutationē Miriám
Eliſébeth ſalijt infans in utero eius. Et reple
ta eſt ſpiritu ſctō Eliſébeth, exclamauitque
uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mu
lieres, & benedictus fructus uentris tui. Et
unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei
ad me? Ecce enim ut facta eſt uox ſalutatio-
nis tuæ in auribus meis, ſalijt infans cū exul
tatione in utero meo. Et beata quæ credidi-
ſti, quoniā pfectio erit in his quæ dicta ſunt
22 tibi à dño. ¶ Et ait Miriám: Magnificat ani-
ma mea dominū. Et exultauit ſpiritus meus
in deo ſeruatore meo. Quia reſpexit ad hu-
militatem ancillæ ſuæ: Ecce eñ ex hoc bea-
tam me dicēt oēs generationes. Quia fecit
mihi magnifica qui potens eſt, & ſanctū no-
men eius. Et miſericordia eius in generatio-
nes generationum, timentibus ipſum. Fecit
robur brachio ſuo, diſperſit ſuperbos cogi
tatiōe cordis ipſorum. Detraxit potētes de
ſedibus, & exaltauit humiles. Eſurientes
impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.

Suſcæpit Iſraël puerum ſuū, ut memor eſſet
miſericordiæ. Sicut locutus eſt ad patres no
ſtros: ipſi Abrahám, & ſemini eius in ſæcu-
23 lum. ¶ Manſit autem Miriam cum illa cir-
citer menſeſtres, & reuerſa eſt in domum ſu
am. Eliſébeth uero impletum eſt tēpus pariē
24 di, & peperit filium. ¶ Et audierunt uicini,
& cognati eius, quod magnificaſſet domi-
nus miſericordiam ſuam cum illa, & congau
25 debant ei. ¶ Et factū eſt in die octauo, uene
runt ad circumcidendum puerum: & uoca-
bant eum nomine patris ſui Zechariáh.
26 ¶ Et reſpondens mater eius, dixit: Nequa-
quam, ſed uocabitur Ioannes. Et dixerunt
ad illam: Nemo eſt in cognatione tua qui uo
27 cetur iſto noīe. ¶ Innuebāt aūt patri eius,
qui uellet uocari eum. Et poſtulata tabella
ſcripſit, dicens: Ioannes eſt nomen eius. Et
28 admirati ſunt uniuerſi. ¶ Apertum eſt au-
tem os eius ilico, & lingua eius, & loqueba
29 tur benedicens deo. ¶ Et factus eſt timor
per omnes uicinos eorum, & per omnem mō
tanam regionem Iehudææ diuulgabātur om
nia uerba hæc: Et poſuerunt omnes qui au-
dierant, in corde ſuo dicētes: Quiſnam puer
hic erit? Et manus domini erat cum illo.
30 ¶ Et Zechariáh pater eius repletus eſt ſpiri
tu ſancto, prophetauitq́, dicens: Benedictus
dominus deus Iſraël, quia uiſitauit, & fecit
redemptionem populo ſuo. Et erexit cōrnu
ſalutis nobis, in domo Dauid pueri ſui.
31 ¶ Sicut locut⁹ eſt per os ſanctorum, qui à ſæ
culo fuerunt prophetarum ſuorum: Salutem
ab inimicis noſtris, & de manu omnium qui
odio habent nos: Vt faceret miſericordiam
cum patribus noſtris, ac memor eſſet teſta-
menti ſui ſancti: Iuſiurandum quod iurauit
ad Abraham patrem noſtrū, ut daret nobis:
32 ¶ Sine timore de manu inimicorum noſtro
rū liberatos, ſeruire ſibi. Cum ſanctitate, &
iuſtitia coram ipſo, cunctis diebus uitæ no-
33 ſtræ. ¶ Et tu puer altiſſimi uocaberis: Præi-
bis enim ante faciem domini, ad parandum
uias eius. Ad dandam ſcientiam ſalutis popu
lo ipſius, per remiſſionem peccatorum eorū.
Per uiſcera miſericordiæ dei noſtri, quibus
uiſitauit nos: oriens ex alto. Vt illuceſceret
his qui in tenebris, & umbra mortis ſedent,
ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis.
34 ¶ Puer autem creſcebat, & corroboraba-
tur ſpiritu, & erat in deſertis, uſq́ ad diem
oſtenſionis ſuæ ad Iſraël.

Capitulum. 2.

1 FActum eſt autē in dieb' illis, exijt
ediſtum à Cæſare Auguſto, ut de-
2 ſcriberetur totus orbis. ¶ Hæc
deſcriptio prima facta eſt præſi-
3 de Syriæ Cyrenio. ¶ Et ibāt oēs
ut deſcriberētur ſ; ſuam quiſque ciuitatem.
Aſcendit autē & Ioſéph à Galil, de ciuitate
Naſareth, in Iehudæam, ī ciuitatem Dauíd;
quæ uocatur Bethléchem, eo qđ eſſet de do
mo, & familia Dauíd, ut deſcriberet̄ cū Mi-
riā deſpōſa ſibi uxore, quæ erat prægnans.
4 ¶ Accidit autem cū eſſent ibi, cōpleti ſunt
dies pariendi. Et peperit filium ſuum primo
genitum, ac faſcijs eū inuoluit, reclinauitq;
cum in præſepi, quod nō eſſet eis locus in di
5 uerſorio. ¶ Et paſtores erant in regione ea
dem uigilantes, & cuſtodiētes cuſtodias no
6 ſte ſuper gregem ſuum. ¶ Et ecce angelus
dn̄i aſtitit illis, & gloria dn̄i circūfulſit il-
7 los, & timuerunt timore magno. ¶ Et dixit
illis angelus: Ne timeatis: Ecce eñ annuncio
nobis gaudium magnum, qđ erit toti popu
lo: quia natus eſt uobis hodie ſeruator, q eſt
Chriſtus dominus, in ciuitate Dauíd. Et hoc
uobis ſignum: inuenietis infantem faſcijs in
8 uolutum, poſitū in præſepi. ¶ Et ſubito fa-
ſta eſt cū angelo multitudo militiæ cœleſtis,
laudantium deum, & dicentium: Gloria in
altiſſimis deo, & in terra pax, hominib' bo-
9 na uoluntas. ¶ Et factum eſt, ut diſceſſerūt
ab eis angeli in cœlum, & homines paſtores
dicebant inter ſeſe: Transeamus iam Bethlé-
chem uſque, & uideamus uerbum hoc quod
factum eſt, quod dominus notificauit nobis.
10 ¶ Et uenerunt feſtinantes, & inuenerunt
Miriám, & Ioſéph, & infantem poſitum in
præſepi. Cum uidiſſent autem, notificaue-
runt de uerbo, quod dictū erat ipſis de pue-
11 ro hoc. ¶ Et omnes q audierūt, mirati ſunt
dē his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos.
12 ¶ Porrò Miriám conſeruabat omnia uerba
13 hæc, conferens in corde ſuo. ¶ Et reuerſi
ſunt paſtores, glorificantes, ac laudātes deū
ſuper omnibus quæ audierant & uiderant:
14 ita ut dictum fuerat ipſis. ¶ Et poſtquā cō-
ſummati ſunt dies octo ut circūcideretur pu
er, uocatum eſt nomen eius Ieſúah, quod uo
catum erat ab angelo prius quám in utero
15 conciperet̄. ¶ Et poſteaquam completi fuiſ
ſent dies purgationis eius ſecūdum legem
Moſéh, adduxerunt eum Ieruſaláim, ut ſiſte
rent eum domino: ſicut ſcriptum eſt in lege
domini: Omne maſculinum adaperiens uul-
uam, ſanctum domino uocabitur: & ut da-
rent hoſtiam ſecundum quod eſt in lege do-
mini par turturum, aut duos pullos colum-
16 barum. ¶ Et ecce homo erat Ieruſaláim cui
nomen Simhón: Et homo iſte iuſtus, ac pius
expectans conſolationem Iſrael, & ſpiritus
17 ſanctus erat in eo. ¶ Et reſponſum accæpe-
rat à ſpiritu ſancto, non uiſurū ſe mortē, niſi
prius uideret Chriſtum domini. Et uenit in
18 ſpiritu in templū. ¶ Et cum inducerēt pue
rulum Ieſúah parentes, ut facerent ſecundū
conſuetudinem legis pro eo, ipſe quoq; accę
pit eum in ulnas ſuas, & benedixit deo, & di
19 xit: ¶ Nunc dimittis ſeruum tuum domine
ſecundum uerbum tuum in pace: Quia uide
runt oculi mei ſalutare tuū, quod paraſti an-
te faciem omnium populorum. Lumen ad re
uelationem gentium, & gloriam plebis tuæ
20 Iſraél. ¶ Et erat Ioſéph, & mater eius mirā-
21 tes ſuper his, quæ dicebantur de illo. ¶ Et
benedixit illis Simhón, & dixit ad Miriám
matrem ei': Ecce poſitus eſt hic in ruinam, et
in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in
ſignum cui contradicitur. Quin & tuam ip-
ſius animam pertranſibit gladius, ut reuelen
22 tur ex multis cordibus cogitationes. ¶ Et
erat Channáh prophetiſſa filia Penuel de tri
bu Aſer. Hæc proceſſerat in diebus multis,
& uixerat cum uiro annos ſeptem à uirgini
tate ſua. Et hæc uidua annorum fermè, octo-
gintaquatuor, quæ non diſcedebat de tem-
plo, ieiunijs ac deꝑcationibus ſeruiens nocte
23 ac die. ¶ Et hæc eadem hora aſſiſtens uiciſ-
ſim confitebatur domino: & loquebatur de
illo omnibus qui expectabant redemptionē
Ieruſaláim. Et ut perfecerunt omnia ſecun-
dum legem domini, reuerſi ſunt in Galil in
24 ciuitatem ſuam Naſareth. ¶ Puerulus au-
tē creſcebat, corroborabaturq; ſpiritu, & i-
plebatur ſapientia, & gratia dei erat in illo.
25 ¶ Et ibant parentes eius quotannis Ieruſa-
26 laim in die feſto péſach. ¶ Et cum factus eſ-
ſet annorum duodecim, aſcendentibus illis
Ieruſaláim, ſecundum conſuetudinem diei fe
ſti, conſummatiſq; diebus cum redirent illi,
remanſit puer Ieſúah Ieruſaláim, & non co-
gnouerunt parentes eius. Cæterum rati il-
lum eſſe in comitatu, uenerunt itinere diei,
& requirebant eum inter cognatos, & inter
27 notos. ¶ Et cum non inueniſſent eum, re-
uerſi ſunt Ieruſaláim quærentes eum. Et ac-
cidit poſt triduum, inuenerunt illum in tem
plo ſedentem in medio doctorum, audien-
28 tem illos, & interrogantem eos. ¶ Stu-
pebant autem omnes qui eum audiebant, ſu-
per intelligentia, & reſponſis eius: & uiſo eo
29 admirati ſunt. ¶ Et dixit mater eius ad illū:

Fili, cur

Fili cur feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus,&
ego dolẽtes quærebamus te. Et ait ad illos:
Quid eſt quod quærebatis me? An neſcieba
tis quod in his quæ patris mei ſunt, oportet
30 me eſſe? ¶ Et illi non intellexerunt uerbum
quod locutus eſt ipſis. Et deſcendit cum eis,
31 uenitq; Naſaréth, eratq; ſubditꝰ illis. ¶ Ma
ter autem eius cõſeruabat omnia uerba hæc
in corde ſuo. Et Ieſúah proficiebat ſapiẽtia,
& ætate,& gratia apud deum, atque homi-
nes.

Capitulum.3.

1 ANno autem decimoquinto impe-
rij Tiberij Cæſaris, Pontio Pilato
præſide Iehudææ, tetrarcha uero
Galil, Herode, Philippo autẽ fra
tre eius tetrarcha Ituræa, & Trachonitidis
regionis,& Lyſania Abilenes tetrarcha, ſub
põtificibus Channa,& Caiapha, factum eſt
uerbum domini ſuper Ioannem Zechariah
2 filium in deſerto. ¶ Et uenit in omnem re-
gionem finitimam Iardén, prædicans baptiſ
mum pœnitentiæ in remiſſionem peccato-
rum: ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Ie
ſahiáh prophetæ dicentis: Vox clamãtis in
deſerto, parate uiam domini, rectas facite ſe
mitas eius. Omnis uallis implebitur,& õis
mons,& collis humiliabitur. Et erunt quæ
obliqua ſunt recta, & aſperæ in uias pla-
nas,& uidebit omnis caro ſalutare dei.
3 ¶ Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant,
ut baptizarentur ab ipſo: Progenies uipera
rum quis ſubmonſtrauit uobis, ut fugere-
tis à uentura ira? Facite ergo fructus dignos
pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere intra uoſ
ipſos, patrem habemus Abrahã. Dico enim
uobis, potens eſt deus de lapidibus iſtis ſu-
ſcitare filios ipſi Abrahæ. Iam uero & ſecu-
ris ad radicem arborũ poſita eſt. Omnis er-
go arbor non faciens fructum bonum, exci-
4 ditur,& in ignem mittitur. ¶ Et interroga
bant eum turbæ, dicentes: Quid ergo facie-
mus? Reſpondens autem dicit illis: Qui ha-
bet duas tunicas, impertiat non habenti:&
5 qui habet eſcas, ſimiliter faciat. ¶ Venerũt
autem & publicani ut baptizarentur,& di-
xerunt ad illum: Magiſter, quid faciemus?
At ille dixit ad eos: Ne quid amplius quàm
6 quod conſtitutum eſt uobis, exigatis. ¶ In-
terrogabant autem eum & milites, dicẽtes:
Et nos quid faciemus? Et ait illis: Ne quem
concutiatis, ne quem calumniemini:& con-
tenti eſtote ſtipendijs ueſtris Expectante au
tem populo, & cogitantibus omnibus in
cordibus ſuis de Ioanne: num ipſe eſſet ille
Chriſtus? Reſpondit Ioannes dicens uniuer-
ſis: Ego quidem aqua baptizo uos, ſed ue-
niet fortior me, cuius nõ ſum idoneus ut ſol-
uam corrigiam calciamentorum: ipſe uos ba
ptizabit ſpiritu ſancto,& igni, cuius uentila
brum in manu ipſius,& purgabit aream ſuã:
& congregabit triticum in horreum ſuum,
paleas autem comburet igni inextinguibili.
Multa quidem,& alia exhortans euangeli-
7 zabat populo. ¶ Herodes autẽ tetrarcha,
cum corriperetur ab illo de Herodiade uxo
re fratris ſui, deq; omnibus malis, quæ facie
bat Herodes, adiecit & hoc ſuper omnia,&
8 incluſit Ioannem in carcerem ¶ Factum eſt
autem cum baptizaretur omnis populus, ut
& Ieſúah baptizato,& orante, apertum ſit
cœlum, ac deſcendit ſpiritus ſanctus corpo-
rali ſpecie, tanq; columba in ipſum: & uox
de cœlo facta eſt, quæ diceret: Tu es filius il-
9 le meus dilectus in te complacui. ¶ Et ipſe
Ieſúah incipiebat eſſe ferme annorum tri-
ginta: ut putabatur filius Ioſéph, qui fuit fi-
lius Heli, qui fuit Matthath, qui fuit Leui,
qui fuit Malchi, qui fuit Ianóach, qui fuit Io-
ſéph, qui fuit Matthithiáh, qui fuit Hamós,
qui fuit Nachúm, qui fuit Heli, qui fuit Nag
ge, qui fuit Máchath, qui fuit Matthithiah,
qui fuit Simhi, qui fuit Ioſéch, qui fuit Ie-
hudáh, qui fuit Ioanna, qui fuit Rheſa, qui
fuit Zerubabél, qui fuit Sealthiel, qui fuit
Neri, qui fuit Malchi, qui fuit Addi, qui fuit
Coſam, qui fuit Helmadam, qui fuit Her,
qui fuit Ieſo, qui fuit Elihézer, qui fuit Io-
ram, qui fuit Mattha, qui fuit Leui, qui fuit
Simhón, qui fuit Iehudáh, qui fuit Io-
ſéph, qui fuit Ionáh, qui fuit Eliachim,
qui fuit Melcam, qui fuit Menam, qui fuit
Matthathiáh, qui fuit Nathán, qui fuit Da-
uid, qui fuit Iſái, qui fuit Hobéd, qui fuit
Bóaz, qui fuit Salmón, ꝗ fuit Nachſon, qui
Haminadáb, qui fuit Aram, ꝗ fuit Cheſróm,
qui fuit Péres, qui fuit Iehudáh, qui fuit Ia-
hacób, qui fuit Iſchác, qui fuit Abrahæ, qui
fuit Térach, qui fuit Nachór, qui fuit Rehú,
qui fuit Serúch, qui fuit Pélegh, qui fuit Hé
ber, qui fuit Sale, qui fuit Cahenan, qui fuit
Arpachſád, qui fuit Sem, qui fui Nóach, qui
fuit Lámech, qui fuit Methuſélach, qui fuit
Chanóch, qui fuit Iéred, qui fuit Mahalalel,
qui fuit Chenán, qui fuit Enós, ꝗ fuit Seth,
qui fuit Adám, qui fuit dei.

Capitulum.4.

1 IEſúah autē plenus ſpiritu ſan
ĉto,regreſſus eſt à Iardén, &
ductus eſt per ſpiritum in de-
ſertum:ac diebus quadragin-
ta tentabatur à diabolo,nihil
q̃ comedit in diebus illis: &
2 conſummatis illis, poſtremo eſurijt. ❡ Di-
xit autem illi diabolus: Si filius es dei,dic la
pidi huic ut panis fiat.Et reſpondit ad illum
Ieſúah dicens:Scriptum eſt: Non pane ſolo
3 uiuet homo,ſed omni uerbo dei. ❡ Et ſub-
duxit illum diabolus in montem excelſum,
& oſtendit illi omnia regna orbis terræ in
puncto temporis,& ait illi diabolus:Tibi da
bo poteſtatem hanc uniuerſam , & gloriam
illorum,quia mihi tradita eſt:& cuicunq; uo
lo,do illam: Tu ergo ſi adoraueris corā me,
4 erūt tua omnia. ❡ Et reſpondens Ieſúah di
xit illi:Abi poſt me ſathán.Scriptū eſt enim:
Adorabis dominum deum tuum,& illum ſo
5 lum coles. ❡ Et duxit illum Ieruſaláim ſta-
tuitq; eum ſuper pinnaculum templi,& di-
xit illi:Si filiꝰ dei es,mitte teipſum hinc deor
ſum. Scriptum eſt enim, quod angelis ſuis
mandabit de te,ut cuſtodiant te,& in mani-
bus tollent te ,ne quando offendas ad lapi-
dem pedem tuum. Et reſpondens Ieſúah,ait
illi:Dictum eſt: Non tentabis dominum deū
tuum.Et conſummata omni tentatione,dia-
6 bolus receſſit ab illo uſq; ad tempus. ❡ Et
reuerſus eſt Ieſúah uirtute ſpiritus in Galil,
& fama exijt per uniuerſam regionem de il-
lo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorum,&
7 glorificabatur ab omnibus. ❡ Et uenit Na-
ſaréth, ubi fuerat nutritus,& intrauit ſecū
dum conſuetudinem ſuam die ſabbatorum
in ſynagogam,& ſurrexit ut legeret.Et tra-
ditus eſt illi libellꝰ Ieſahiáh prophetæ:& ut
explicuit libellum , inuenit locum ubi ſcri-
ptum erat:Spiritus domini ſuper me ,pro-
pterea quod unxit me ,ad euangelizandum
pauperibus miſit me ,ut ſanem cōtritos cor
de,ut prædicem captiuis remiſſionē,& cæ-
cis uiſum:ut emittam confractos per remiſ-
ſionem:ut prædicem annum domini accæ-
ptum.Et complicato libello,reddidit mini-
ſtro,ac reſedit.Et omnium in ſynagoga ocu-
8 li erant defixi in eum. ❡ Cœpit autem dice
re ad illos:Hodie impleta eſt hæc ſcriptura
in auribus ueſtris.Et omnes teſtimonium illi
dabant,& mirabanť ſuper ſermonibus gra-
tiæ,qui procedebant ex ore ipſius,dicebant
q;: Nónne hic eſt filius Ioſéph? Et ait illis:
Omnino dicetis mihi hanc ſimilitudinem :
9 Medice cura teipſum. ❡ Quæcunq; audiui
mus facta in Capernaum,fac & hic in patria
tua.Ait autem:Amen dico uobis: Nemo pro
pheta accæptꝰ ē in patria ſua.Sed in ueritate
dico uobis,multæ uiduæ erāt i diebꝰ Eliiáh,
in Iſraél,quando clauſum eſt cœlum ānis tri
bus,& menſibus ſex,cū facta eſſet fames ma
gna per omnem terram , & ad nullam illarū
miſſus eſt Eliiáh,niſi in Sarpháh,Sidonis ad
mulierem uiduam. Et multi leproſi erant in
Iſraél ſub Eliſáh, p pheta,& nemo eorū mū-
10 datus eſt,niſi Nahaman Syrus. ❡ Et repleti
ſunt omnes in ſynagoga ira hæc audientes.
Et inſurrexerunt,eiecerunt q; illum è ciuita-
te,& duxerunt illum uſq; ad ſupercilium mon
tis,ſuper quem ciuitas illorū fuerat ædifica
ta,ut præcipitarent eum.Ipſe aūt tranſiens,
11 per medium illorum ibat. ❡ Et deſcendit
Capernaum ciuitatem Galil, ibiq; docebat
illos ſabbatis. Et ſtupebant ſuper doctrina
eius,quia cum poteſtate erat ſermo ipſius.
12 ❡ Et in ſynagoga erat homo habens ſpiri-
tum dæmonij immundi,& exclamauit uoce
magna,dicens: Eia, quid tibi nobiſcum eſt
Ieſúah Naſarene? Venisti ad perdendū nos?
Scio te qui ſis,ſanctus ille dei. Et increpauit
illum Ieſúah ,dicens: Obmuteſce, & exi ab
eo. Et cum proieciſſet illum dæmonium in
medium,exijt ab illo , nihilq; illi nocuit. Et
factus eſt pauor ſuper omnes , & colloque-
bantur inter ſeſe,dicentes: Quis ſermo hic
eſt? quia cum poteſtate,& potentia imperat
immundis ſpiritibus,& exeunt? Et diuulga
batur fama de illo in omnem locum undiq;
13 finitimæ regionis. ❡ Cum ſurrexiſſet au-
tem Ieſúah de ſynagoga, introiuit in domū
Simonis: ſocrus autē Simonis tenebatur fe-
bri magna,& rogauerūt illū pro ea. Et aſtās
ſupra illam,increpauit febrem , & febris di
miſit illam: ſtatimq; ſurgēs,miniſtrabat illis.
14 ❡ Cum autem ſol occideret,omnes qui hà
bebāt infirmos morbis uarijs ,ducebāt illos
ad eum:at ille unicuiq; manus imponens, ſa
nabat eos.Exibant autem & dæmonia à mul
tis,clamātia,ac dicētia:Tu es Chriſtus filius
dei.Et increpās nō ſinebat ea loq , qđ ſcirēt
15 Chriſtū ipſum eſſe. ❡ Facto aūt die egreſſus
ibat in deſertū locū ,& turbæ quærebāt eū,
& uenerūt uſque ad ipſum,& detinebāt il-
lum,ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: Et
alijs ciuitatibꝰ oportet me euangelizare re-
gnū dei: Nā ad hoc miſſus ſum. Et p̄dicabat ī
in ſynagogis Galil. Capitulū.5.
1 FActū eſt aūt cum turba irrueret ei,ut
audiret uerbū dei,& ip̄e ſtabat iuxta
ſtagnū Genezaréth;& uidit duas na

ues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores au-
tem deſcenderant ex illis, & abluebant ræ-
tia. Ingreſſus autem in unam è nauibus, quæ
erat Simonis, rogauit eum, ut à terra abduce
ret puſillū, & ſedēs docebat de naui turbas.
2 ❡ Vt ceſſauit aūt loqui, dixit ad Simonem:
Duc in altum, & laxate rętia ueſtra in captu-
rā. Et reſpondēs Simon, dixit illi: Præceptor
per totam noctem laborātes nihil cæpimus,
in uerbo aūt tuo laxabo rętę. Et cum hoc fe-
ciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem
copioſam. Rumpebatur autem ræte eorū. Et
annuerunt ſocijs, qui erant in altera naui, ut
uenirent & adiuuarent ipſos: & uenerunt, at
que impleuerant ambas naues, ita ut merge
rentur. Quod cum uideret Simon Petrus, ꝓ
cidit ad genua Ieſúah dicens: Diſcede à me
quia homo peccator ſum dn̄e. Stupor enim
circundederat eum, & omnes qui cū illo fue
rant, ſuper captura piſcium quam cæperant:
ſimiliter autem Iacobum & Ioannē filiū Ze-
3 badiáh qui erāt ſocij Simoni. ❡ Et ait ad Sí
mem Ieſúah: Ne metuas, poſthac homines ca
pies. Et ſubductis in terram nauibus, relictis
4 omnibus ſecuti ſunt eum. ❡ Et factū eſt, cū
eſſet in unā è ciuitatib' ecce uir plenus lepra,
eumq́ uidiſſet Ieſúah proſtratus in faciē, ro
gauit eū, dicens: Domine, ſi uis potes me mū
dare. Et protenſa manu tetigit eum, dicens:
Volo, mundus eſto. Et confeſtim lepra diſceſ
ſit ab illo. Et ipſe præcepit illi, ne cuiquā di-
ceret: ſed profectus oſtende teipſum ſacerdo
ti, & offer pro emundatione tui, quemadmo
dum præcepit Moſch in teſtimonium illis.
5 ❡ Peruagabat͛ autem magis ſermo de illo:
& cōueniebant turbæ multæ, ut audirent &
ſanarentur ab infirmitatibus ſuis. Ipſe autem
6 ſecedebat in deſertis, & orabat. ❡ Et factū
eſt quodā die, & ipſe docebat: erantque pha
riſæi ſedentes ac legis doctores, qui uenerāt
ex omni caſtello Galil, & Iehudææ, & Ieru-
ſaláim, & potētia domini aderat ad ſanādū
7 eos. ❡ Et ecce uiri portantes in lecto homi-
nem, qui erat paralyticus, & quærebant eum
inferre, & ponere ante illum. Et non inueniē
tes qua parte illum inferrent præ turba, aſcē
derunt ſuper tectum, ac per tegulas dimiſe-
runt eum cum lectulo in medium ante Ieſúah
Quorum fidem ut uidit, dixit illi: Homo, re-
8 mittantur tibi peccata tua. ❡ Et cœperūt co
gitare ſcribæ, & phariſæi dicentes: Quis eſt
is, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt re
mittere peccata, niſi ſolus deus? Vt cognouit
autem Ieſúah cogitationes eorum, reſpon-
dens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordi-
bus ueſtris? Vtrum eſt facilius dicere, remit-
tantur tibi peccata, an dicere, ſurge, et ambu
la? Vt autem ſciatis quod poteſtatē habet fi-
lius hominis in terra remittendi peccata, ait
paralytico: Tibi dico, ſurge: tolle lectulū tu-
um, & uade in domum tuam. Iſq́ confeſtim,
quum ſurrexiſſet coram illis, tollebat in quo
iacuerat, abijtq́ in domum ſuam, glorificās
deū. Et ſtupor corripuit omnes, & glorifica
bant deum: & repleti ſunt timore, dicentes;
9 Vidimus incredibilia hodie. ❡ Et poſt hæc
exijt, ac uidit publicanum, nomine Leui, ſe-
dentē ad telonium, & ait illi: Sequere me, at-
q́ is relictis omnibus, quum ſurrexiſſet, ſecu
tus eſt eum. Et fecit ei conuiuium magnum
Leui in domo ſua, & erat turba multa publi-
canorum, & aliorum qui cum illis accumbe-
10 bant. ❡ Et murmurabāt ſcribæ, & phariſæi
aduerſus diſcipulos eius, dicentes: Quare cū
publicanis, & peccatorib' editis, & bibitis?
Et reſpōdens Ieſúah dixit ad illos: Non egēt
qui ſani ſunt medico, ſed qui male habēt. Nō
ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœni-
11 tentiam. ❡ At illi dixerunt ad eum: Quare
diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & ob
ſecrationes faciunt, ſimiliter & phariſeorū:
tui uero edunt, & bibunt? Quibus ipſi ait:
Num poteſtis facere ut filij thalami nuptia-
lis dum cum illis eſt ſponſus, ieiunent? Veni-
ent autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis
ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus.
12 ❡ Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos:
Nemo immiſſuram noui ueſtimenti immittit
in ueſtimentum uetus, alioquin & nouū rum
pit, & ueteri non conuenit immiſſura ex no-
uo. Et nemo mittit uinum nouū in utres uete
res, alioqui rumpet uinū nouum utres, & ip-
ſum effundetur, & utres peribunt. Sed uinū
nouum in utres nouos mittendum eſt, & utra
que conſeruātur. Et nemo qui biberit uetus,
ſtatim uult nouum: Dicit enim, uetus meli-
us eſt.

Capitulum. 6.

1 FActū eſt aūt, ut in ſabba
to ſecūdo prio trāſiret
per ſata, ac uellebāt di-
ſcipuli ei' ſpicas: edebāt
q́, confricātes manib'.
Quidā aūt è phariſæis
dicebāt illis: Quid faci
tis quod non licet face-
re in ſabbatis? Et reſpondens ad eos dixit
Ieſúah: Ne hoc quidē legiſtis, quod fecit Da
uid, cum eſuriſſet ipſe, & qui cum illo erant:
quomodo intrauit in domum dei, & pa-

nes propoſitionis ſumpſit, editq́; , ac dedit
etiam his qui ſecū erat: quos nō licet edere,
niſi ſolis ſacerdotibus? Et dicebat illis : Dñs
2 eſt filius hominis, etiam ſabbati. ¶ Factum
eſt autem & in alio ſabbato, ut intraret in ſy
nagogam, ac doceret. Et erat ibi homo , &
manus eius dextra erat arida. Obſeruabant
autem eū ſcribæ ac phariſæi, an in ſabbato
ſanaturus eſſet, ut inuenirent accuſationē ad
uerſus eū. Ipſe uero nouerat cogitatiōes eo-
rū, & ait homini aridā habēti manū : Surge,
& ſta in medio. Et quū ſurrexiſſet, ſtetit. Ait
igitur ad illos Ieſúah. interrogabo uos: utrū
licet ſabbatis benefacere, an malefacere, ani
mā ſeruare, an perdere? Et circūſpectis om-
nib⁹, dixit homini: Extēde manū tuā. Ille au-
tē fecit, & reſtituta eſt man⁹ ei⁹ ſana ſicut al
3 ra. ¶ Ipſi aūt repleti ſunt demētia, & col-
loquebātur iter ſe ſe, quidnā facerēt Ieſúah.
Factum eſt aūt in illis dieb⁹, exijt in montem
ad orandū: eratq́; pernoctās in oratione dei.
4 ¶ Et cū dies factus eſſet, uocauit diſcipulos
ſuos: & elegit duodecī ex ipſis, quos, & apo
ſtolos nominauit, Simonē, quē & nominauit
Petrū, & Andreā fratrē eius: Iacobū, & Ioā
nē: Philippū & Bartholomæum: Matthæum,
et Thomā, Iacobū Alphæi, & Simonē qui uo
catur Zelotes: & Iehudā Iacobi, & Iehudam
5 Iſcariotē, qui et fuit proditor. ¶ Et quū de-
ſcendiſſet cū illis, ſtetit in loco cāpeſtri, tur-
baq́; diſcipulorū eius: & multitudo copioſa
plebis ex omni Iehudæa, & Ieruſaláim, & à
maritima Tyro, & Sidone: qui uenerāt ut au
dirent eū, & ſanarentur à morbis ſuis: & qui
uexabantur à ſpiritibus immundis, & ſana-
bātur. Et omnis turba quærebat eum tange-
re: quia potētia ab illo exibat, & ſanabat om
6 nes. ¶ Et ipſe eleuatis oculis ſuis in diſcipu
los ſuos, dicebat: Beati pauperes, quia ue-
ſtrum eſt regnum dei. Beati qui eſuritis nūc,
quia ſaturabimini. Beati qui fletis nūc, quia
ridebitis. Beati eritis, cū uos oderīt hoīes, et
ſeparauerint uos, & probris affecerit, & eie
cerint nomen ueſtrū, tanq̄ malum propter fi
lium hominis. Gaudete in illo die, & exultā-
te: Ecce enim merces ueſtra multa eſt ī cœlo.
Secundum hæc enim faciebant prophetis pa
7 tres eorum. ¶ Verumtamen uæ uobis diui-
tibus, qui habetis conſolationem ueſtram.
Væ uobis qui ſaturati eſtis , quia eſurie-
tis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebi-
tis, & flebitis. Væ cum benedixerint uo-
bis omnes homines. Secundum hæc enim fa
ciebant pſeudoprophetis patres eorum.
8 ¶ Sed uobis dico qui auditis: Diligite ini-
micos ueſtros: benefacite his q̄ uos oderunt.
Benedicite maledicentibus uobis, & orate
pro calumniantibus uos. Percutiēti te in ma
xillam, præbe & alteram, et ab eo qui aufert
tibi pallium, etiam tunicā noli prohibere.
9 ¶ Omni autē exigenti abs te, tribue: & ab
eo qui aufert quæ tua ſunt, ne repoſcas: &
prout uultis ut faciant uobis homines, uos
10 quoq́; facite illis ſimiliter. ¶ Et ſi diligitis
eos qui uos diligunt, quæ uobis eſt gratia?
Nam & peccatores eos à quibus diligūtur,
diligūt. Et ſi benefeceritis his qui uobis be-
nefaciunt, quæ uobis eſt gratia? Siquidē &
peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuum dede-
ritis his, à quibus ſperatis uos recepturos,
quæ uobis gratia eſt? Nam & peccatores pec
catoribus dant mutuum, ut recipiant paria.
Quinimmo diligite inimicos ueſtros, & be-
nefacite, & mutuum date, nihil inde ſperan-
tes: & erit merces ueſtra multa, & eritis filij
altiſſimi, quia ipſe benignus eſt erga ingra-
11 tos, ac malos. ¶ Eſtote ergo miſericordes,
ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Nolite iu-
dicare, & non iudicabimini. Nolite condem
nare, & non condemnabimini. Remittite, &
remittetur uobis. Date, & dabit̄ uobis. Men
ſuram bonam, & confertam, & cōcuſſam at-
q́; exundantem dabunt in ſinum ueſtrum. Ea
dem quippe mēſura qua metimini, metietur
12 uobis. ¶ Dicebat autem illis ſimilitudi-
nem: Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere?
Nónne ambo in foueam cadunt? Non eſt di-
ſcipulus ſupra magiſtrum ſuū: perfectus au-
13 tem omnis erit, ſicut magiſter ipſi⁹. ¶ Quid
autem uides feſtucam in oculo fratris tui, tra
bem autem quæ in oculo proprio eſt, nō aui
maduertis? Aut quomodo poteſt dicere fra-
tri tuo: frater, ſine eijciam feſtucam quæ in
oculo tuo eſt, ipſe in oculo tuo trabem nō ui
des? Hypocrita, eijce primum trabem ex ocu
lo tuo, & tunc perſpicies, ut eijcias feſtucam
14 quæ eſt in oculo fratris tui. ¶ Non eſt enim
arbor bona, quæ facit fructum malum: neq́;
arbor mala, faciens fructum bonum. Vnaqu
que enim arbor ex fructu ſuo cognoſcitur.
Neque enim ē ſpinis colligunt ficus, neque ē
rubo uindemiant uuam. Bonus homo ex bo-
no theſauro cordis ſui profert bonum: & ma
lus homo ex malo theſauro cordis ſui pro-
fert malum. Ex abundantia enim cordis lo-
15 quitur os eius. ¶ Quid autem uocatis me,
domine, domine, & non facitis quæ dico?
Quiſquis uenit ad me, & audit ſermones me
os, & facit eos, oſtēdam uobis cui ſimilis ſit.
Similis eſt homini ædificanti domum, qui

fodit in altũ, & poſuit fundamentũ ſuper pe
tram. Inundatione autem facta, illiſum eſt flu
men domui illi, & non potuit ea mouere. Fun
data enim erat ſuper petram. Qui autem au-
diuit, & non fecit, ſimilis eſt homini, qui ædi
ficauit domum ſuam ſuper petram, abſqꝫ fun
damento, in quam illiſus eſt fluuius, & conti
nuo cecidit, & facta eſt ruina domus illius
magna.

Capitulum. 7.

1 Oſtqꝫ autem cõſummaſſet
omnia uerba ſua ad audi-
tiones populi, intrauit Ca
pernaum. Centurionis aũt
cuiuſdam ſeruus male ha-
bens, incipiebat mori, qui
illi erat charus. Cum audiſſet autem de Ieſú-
ah, miſit ad eũ ſeniores Iehudæorum: rogãs
2 eũ, ut ueniret & ſeruaret ſeruũ ſuũ. ¶ At il-
li cum ueniſſent ad Ieſúah rogabant eum ſe-
dulo, dicẽtes: Dignus eſt, ut hoc illi præſtes:
Diligit enim gẽtem noſtram, & ſynagogam
ipſe ædificauit nobis. Ieſúah autem ibat cum
3 illis. ¶ Et cũ iam non lõge abeſſet à domo,
miſit ad eum Centurio amicos, dicens ei: Do
mine, noli uexari. Nõ enĩ ſum dignus, ut ſub
tectũ meum intres. Quaptopter nec meipſum
ſum dignum arbitratus ut uenirem ad te, ſed
dic uerbo, & ſanabitur puer meus. Nam &
ego hõ ſum ſub poteſtate conſtitutus, habẽs
ſub me milites, & dico huic, uade, ac uadit:
& alteri, ueni, ac uenit: & ſeruo meo, fac hoc
4 ac facit. ¶ Auditis autem his Ieſúah, mira-
tus eſt eum, & conuerſus, ſequenti ſe turbæ
dixit: Dico uobis, ne in Iſraél quidem tãtam
5 fidem inueni. ¶ Et reuerſi, qui miſſi fuerãt,
in domum, inuenerunt ſeruum qui lãguerat,
6 ſanum. ¶ Et factum eſt deinceps ibat in ciui
tatem, quæ uocatur Naim, & ibant cum eo di
ſcipuli eius multi, turbaqꝫ copioſa. Cum aũt
appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defun
ctus efferebatur, filius unicus matri ſuæ, &
hæc uidua erat, et turba ciuitatis multa cum
7 illa. ¶ Quam cum uidiſſet dominus, miſeri-
cordia motus ſuper eam, dixit illi: Noli flere.
Et acceſſit, tetigitqꝫ loculum. Porrò q̃ porta
bant ſubſtiterunt. Et ait: Adoleſcentule, tibi
dico ſurge. Et reſedit qui erat mortu⁹, & cœ-
8 pit loqui: & dedit illum matri ſuæ. ¶ Accæ-
pit autem omnes timor, & glorificabant de
um, dicentes: Propheta magnus ſurrexit in-
ter nos, & deus uiſitauit plebem ſuam. Et
exijt ſermo hic in uniuerſam Iehudæã de eo,
9 & omnem finitimam regionem. ¶ Et nũ-
ciauerunt Ioanni diſcipuli ipſius de his om-
nibus. Et quum aduocaſſet duos quoſ iã de
diſcipulis ſuis Ioannes, miſitqꝫ ad Ieſúah, di
cens: Tu es qui uenturus es, an alium expecta
10 mus? ¶ Cum autem ueniſſent ad eum uiri,
dixerunt: Ioannes baptiſta miſit nos ad te, di
cens: Tu es ille qui uenturus es, an alium ex-
pectamus? In eadem autem hora multos cu-
rauit à morbis, ac plagis, & ſpiritib⁹ malis,
11 & cæcis multis donauit uiſum. ¶ Et reſpon
dens dixit illis: Profecti renunciate Ioanni
quæ uidiſtis, & audiſtis: quod cæci uident,
claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi
audiunt, mortui reſurgant, pauperibus an-
nunciatur euangelium: & beatus eſt quicun
12 qꝫ non fuerit offenſus in me. ¶ Et cum diſceſ
ſiſent nuncij Ioannis, cœpit dicere ad turbas
de Ioanne: Quid exiſtis in deſertum ut uide-
retis? Harundinem quæ uento agitatur? Sed
quid exiſtis ad uidendum? Hominem molli-
bus ueſtimentis indutum? Ecce qui ueſtitu
ſplendido ueſtiuntur, & in delicijs agunt,
in regijs ſunt. Sed quid exiſtis ad uidẽdum?
Prophetam? Vtiqꝫ dico uobis, & plus q̃ pro
phetam. Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce mit
to angelum meum ante faciem tuam, qui præ
parabit uiam tuã ante. Dico enim uobis: Ma
ior inter natos mulierum propheta Ioãne ba
ptiſta nemo eſt. Attamen qui minor eſt in re-
13 gno dei, maior eſt illo. ¶ Et omnis populus
audiens, & publicani iuſtificauerunt deum:
baptizati baptiſmo Ioannis. Phariſæi autem
& legiſperiti conſilium dei ſpreuerunt ad-
uerſus ſemetipſos, non baptizati ab eo.
14 ¶ Ait autem dominus: Cui ergo aſſimilabo
homines generationis huius, & cui ſimiles
ſunt? Similes ſunt puerulis ſedentibus in fo-
ro, & acclamantibus inter ſe, ac dicentibus:
Cantauimus uobis tibijs, & non ſaltaſtis: la-
mentati ſumus uobis, & non ploraſtis. Venit
enim Ioannes baptiſta, neqꝫ edens panem, ne
qꝫ bibens uinum, & dicitis: Dæmonium ha-
bet. Venit filius hominis edens, ac bibens, &
dicitis: Ecce homo edax: & uini potor, ami-
cus publicanorum, ac peccatorum. Et iu-
ſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis omni-
15 bus. ¶ Rogabat autem illum quidam è
phariſæis, ut ederet cum ipſo. Et ingreſſus
domum phariſæi, accubuit. Et ecce mulier
quæ fuerat in ciuitate peccatrix, ut cogno-
uit quod Ieſúah accubuiſſet in domo phari-
ſæi, attulit alabaſtrum unguenti, ſtanſqꝫ ad
pedes eius à tergo flens, lachrymis cœpit ri-
gare pedes eius, & capillis capitis ſui exter-

gebat,& deoſculabatur pedes eius,& un-
16 guento ungebat. ¶ Videns autem phari-
ſæus qui uocauerat eum,ait intra ſe dicens:
Hic ſi eſſet ꝓpheta,ſciret utiq; quæ & qua-
lis eſt mulier,quæ tangit ipſum,quia pecca
17 trix eſt. ¶ Et reſpondens Ieſus,dixit ad il
lum:Si mō,habeo tibi aliquid qđ dicam. At
ille ait:Magiſter dic. Duo debitores erāt cui
dam creditori:unus debebat denarios quin
gentos,& alter quinquaginta. Non habenti
bus aūt illis ad reddendū,condonauit utriſ-
que. Horum igitur dic uter eū plus diliget?
Reſpondens Simon,dixit:Exiſtimo quod is
cui plus cōdonauit. At ille dixit ei:Recte iu-
18 dicaſti. ¶ Et conuerſus ad mulierem,dixit
Simoni:Vides hanc mulierem?Intraui in do
mum tuam,aquam pedibus meis non dedi-
ſti:hæc autē lachrymis rigauit pedes meos,
& capillis capitis ſui extersit. Oſculum mi-
hi non dediſti:hæc autem ex quo īttrauit,nō
ceſſauit deoſculari pedes meos. Oleo caput
meū nō unxiſti:hæc aūt unguento unxit pe-
des meos: Propter qđ dico tibi: Remittunt
peccata eius multa,quoniam dilexit multū.
Cui autem minus remittitur,is minus dili-
git. Dixit autem ad illam: Remittantur tibi
19 peccata. ¶ Et cœperunt qui ſimul accum-
bebant dicere intra ſe: Quis eſt hic qui etiam
peccata remittit?Dixit autem ad mulierem:
Fides tua te ſaluam fecit:uade in pace.

Capitulum. 8.

1 ET factum eſt deinceps,& ipſe
iter faciebat per ſingulas ciui-
tates,& caſtella prædicans,&
annuncians regnū dei:& duo-
decim cum illo,ſimulq; mulie-
res aliquæ,quæ erant ſanatæ à
ſpiritibus malis,& infirmitatibus: Mariā
quæ uocatur Magdalene,de qua ſeptem dæ
monia exierāt,& Ioanna uxor Chuzæ pro-
curatoris Herodis,& Suſanna,& aliæ mul-
tæ quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.
2 ¶ Cum autem turba plurima cōueniret,&
è ſingulis ciuitatibus properarent ad eum,
dixit ꝑ ſimilitudinē:Exijt qui ſeminat ad ſe-
minandum ſemen ſuum. Et inter ſeminandū,
aliud cecidit circa uiam,& conculcatū eſt,
3 & uolucres cœli comederunt illud. ¶ Et
aliud cecidit ſuper petram,& enatum aruit,
quia non habebat humorem. Et aliud ceci-
dit inter ſpinas,& ſimul enatæ ſpinæ ſuffo-
cauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bo
nam,& enatum fecit fructum centuplum.

4 ¶ Hæc dicens clamabat: Qui habet aures
ad audiēdum,audiat. Interrogabant autem
eum diſcipuli eius,dicētes:quæ eſſet iſta pa
rabola. At ille dixit: Vobis datum eſt noſſe
myſteria regni dei,cæteris autem per para-
bolas,ut uidentes non uideant,& audien-
5 tes non intelligant. ¶ Eſt autem hæc para-
bola:Semen eſt uerbum dei:Qui autem ſux-
ta uiam hi ſunt qui audiūt,deinde uenit dia-
bolus,& tollit uerbum de corde eorum,ne
credentes,ſeruentur. Nam qui ſuper petrā,
ij ſunt qui cum audierint,cum gaudio ſuſci-
piunt uerbum,& hi radicem non habent,
qui ad tempus credunt,& in tempore tenta
tionis recedunt. Quod autem in ſpinas ceci-
dit,hi ſunt qui audierunt,& à ſollicitudini-
bus & diuitijs ac uoluptatibus uitæ euntes
ſuffocantur,nec referunt perfectum fructū.
6 ¶ Quod autem in bonam terrā hi ſunt qui
in corde honeſto,ac bono audientes uerbū
retinent,& fructum afferūt per patientiam.
Hæc dicens clamabat. Qui habet aures ad
7 audiendum,audiat. ¶ Nemo uero cum lu-
cernam accenderit,operit eam uaſe,aut ſub
ter lectum ponit:ſed ſuper candelabrum po
nit,ut intrantes uideant lumen. Non eſt eīm
occultum,quod non manifeſtum ſit futurū:
nec abſconditum,quod non ſit cognoſcen-
dum,& in propatulum ſit uenturum. Vide-
te ergo quomodo audiatis. Quiſquis enim
habet,dabitur illi:& quicunq; non habet,
etiā quod putat ſe habere,auferetur ab illo.
8 ¶ Venerunt autem ad illum mater,& fra-
tres eius,& nō poterāt adire eū præ turba,
& nunciatū eſt illi,à dicētibꝰ: Mater tua, &
fratres tui ſtant foris,uolētes te uidere. Qui
reſpondens,dixit ad eos:Mater mea,& fra-
tres mei hi ſunt,qui uerbum dei audiunt,ac
9 faciunt illud. ¶ Factum eſt autem quodam
die,& ipſe aſcēdit in nauim ac diſcipuli eiꝰ,
& ait ad illos: Trāſeamus in ulteriora ſtagni.
Et ſoluerunt. Cæterum nauigantibus illis,
obdormiuit:& ingruit procella uenti in ſta-
gnum,& complebantur,ac periclitaban-
tur. Accedentes autem ſuſcitauerunt eum di
centes:Præceptor,præceptor,perimus. At
ille experrectus,increpauit uentū,ac tem-
peſtatem aquæ,& ceſſauerūt,factaq; eſt trā-
quillitas. Dixit autem illis: Vbi eſt fides uēa?
Timentes aūt mirati ſunt inter ſe dicentes:
Quiſputas hic ē?Quia uētis quoq; & aquæ
10 imperat,& obediunt ei? ¶ Et nauigauerūt
ad regionem Gadarenorum,quæ eſt contra
Galilæ. Et cum de naui egreſſus eſſet ad terrā,
occurrit illi uir quidam è ciuitate,qui habe-

bat dæmonia iam temporibus multis: & ue-
ſtimento nō induebatur: neque in domo ma
nebat, ſed in monumentis. Is ut uidit Ieſúah,
& exclamaſſet, procidit ante illum, ac uo-
ce magna dixit. Quid mihi tecum eſt Ieſúah
fili dei altiſſimi? Obſecro te, ne me torqueas.
Præcipiebat enim ſpiritui immundo, ut exi
ret ab homine. Multis enim temporibus cor
ripuerat illū, et uinciebatur catenis, & cōpe
dibꝰ cuſtodiebat: & ruptis uinculis agebat à
11 dæmone in deſerta. ¶ Interrogauit autem
illum Ieſúah, dicens: Quod tibi nomen eſt?
At ille dixit: Legio, Quia intrauerunt dæmo
nia multa in eum. Et rogauerunt illum ne im
12 peraret ipſis ut in uoraginem irent. ¶ Erat
autem ibi grex porcorum multorum paſcen
tium in monte, & rogabant eum, ut permit-
teret ipſis in illos ingredi: Et permiſit illis.
Exierunt ergo dæmonia ab homine, & in-
trauerunt in porcos: & impetu abijt grex
per præceps in ſtagnum, & ſuffocatus eſt.
Porrò ut uiderunt quod acciderat ij qui pa-
ſcebant, fugerunt, rumoremq; nunciaue-
runt in ciuitatem, ac uillas. Exierunt autem
ut uiderent quod factum erat, & uenerūt ad
Ieſúah, & inuenerunt hominem ſedentem, à
quo dæmonia exierant, ueſtitū, ac ſana men
te ad pedes Ieſúah, & timuerunt. Nunciaue
runt autem illis etiam qui uiderant, quomo
do ſanus factus eſſet is, qui agitabatur à dæ-
monio. Et rogauerunt illum omnis multitu-
do Gadarenorū, ut diſcederet ab ipſis, quia
13 magno timore tenebantur. ¶ Ipſe autem
conſcenſa naui reuerſus eſt. Rogauerat eū
illum uir à quo dæmonia exierant, ut cum
eo eſſet: ſed ablegauit eum Ieſúah, dicens:
Redi in domum tuam, & narra quæcunque
tibi fecerit deus. Et abijt per totam ciuita-
tem, prædicans quæcunque ſibi feciſſet Ie-
14 ſúah. ¶ Factum eſt autem cum rediret Ie-
ſúah, excepit illum turba: Nam omnes expe
ctabant eum. Et ecce uenit uir, cui nomē Iai-
rus, & ipſe princeps ſynagogæ erat, proſtra
tuſq; ad pedes Ieſúah, rogabat eum ut intra
ret in domum ſuam, quoniā unica filia erat
ei ferè annorum duodecim, & hæc morieba
tur. Verum inter eundem, turbæ coarctabāt
15 eum. ¶ Et mulier quæ erat in profluuio ſan
guinis ab annis duodecim, quæ in medicos
impenderat omnem ſubſtantiā, nec ab ullo
potuerat curari, acceſſit retro, & tetigit fim
briā ueſtimenti eiꝰ: & confeſtim ſiſtebatur
16 fluxus ſanguinis eius. ¶ Et ait Ieſúah. Quis
eſt qui me tetigit? Negantibus autem omni-
bus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præ
ceptor, turbæ te conſtringunt, & affligant,
& dicis, quis me tetigit? Et dixit Ieſúah,
Tetigit me aliquis. Nam ego noui poteriam
17 à me exiſſe. ¶ Videns autem mulier, quod
non latuiſſet: tremens uenit, ac procidit ante
pedes eius: & ob quam cauſam tetigiſſet eū,
indicauit ei coram toto populo, & quemad-
modum confeſtim ſanata fuiſſet. At ipſe di-
xit ei: Confide filia, fides tua te ſeruauit: ua
18 de in pace. ¶ Adhuc illo loquente, ue-
nit quidam à domo principis ſynagogæ di-
cens ei: Mortua eſt filia tua, noli uexare ma-
giſtrum. Ieſúah autem quum audiſſet, reſpō
dit ei dicens: Noli timere, crede tantum, &
19 ſalua erit. ¶ Et cum ueniſſet in domum, non
permiſit intrare quenquam, niſi Petrum, &
Iacobum, & Ioannem, et patrem, ac matrem
puellæ. Flebant autem omnes, & plangebāt
illam. At ille dixit: Nolite flere: non eſt mor-
tua, ſed dormit. Et deridebant eum, ſcientes
quod mortua eſſet. Ipſe autem eiectis foras
omnibus, appræhenſa manu eius, clamauit
dicens: Puella ſurge. Et reuerſus eſt ſpiritus
eius, & ſurrexit continuo, ac iuſſit illi dari ci
bum. Et ſtupuerunt parentes eius. At ille præ
cepit eis, ne cui dicerent quod factum erat.

Capitulum. 9.

1 COnuocatis autem duodecim de-
dit illis poteſtatem, & auctorita
tem ſuper omnia dæmonia, & ut
morbos ſanarent. Et miſit illos ut
prædicarent regnum dei, & ſana
2 rēt īfirmos. ¶ Et ait ad illos: Neq̄d tuleritis
in uiā, neq; uirgā, neq; perā, neq; panē, neq;
pecuniam, neque binas tunicas habeatis. Et
in quamcunq; domus intraueritis, illic ma-
nete, atq; illinc exeatis. Et quicunque non
receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, eti
am puluerem è pedibus ueſtris excutite, in
3 teſtimonium aduerſus illos. ¶ Egreſſi au
tem circumibant per caſtella, euangelizan
tes, & curantes ubique. Audiuit autem He-
rodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo,
& hæſitabat, eo quod diceretur à quibuſ-
dam quod Ioannes ſurrexiſſet à mortuis,
à quibuſdam uero, quod Elijáh apparuiſ-
ſet, ab alijs autem, quod propheta quiſ-
piam ex antiquis ſurrexiſſet. Et ait He-
rodes: Ioannem ego decollaui: Quis eſt
autem iſte de quo ego talia audio? Et quære
4 bat uidere eū. ¶ Et reuerſi apoſtoli narraue

runt illi quæcunque fecerant. Et aſſumptis il-
lis, ſeceſſit ſeorſum in locum deſertum ciui-
tatis, quæ uocatur Bethſáida. Quod cũ co-
gnouiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum, & ex-
cæpit eos, & loquebatur illis de regno dei:
& eos qui curatione indigebant, ſanabat.
5 ¶ Dies autem cœperat declinare, & acce-
dentes duodecim, dixerunt illi: Dimitte tur
bas, ut ꝓfecti in caſtella uillaſq; uicinas, di-
uertant, & inueniant eſcas, quia hic in loco
deſerto ſumus. Ait autem ad illos: Vos date
illis ad edendũ. At illi dixerunt: Non ſunt no
bis plures, quàm quinque panes, & duo pi-
ſces, niſi nos ꝓfecti emamus in omnem hunc
populum eſcas. Erant autem ferè uiri quin-
6 quies mille. ¶ Ait autẽ ad diſcipulos ſuos:
Facite illos diſcumbere per diſcubitus quin
quagenos, atque ita fecerunt, & fecerunt
omnes diſcumbere. Acceptis autem quin-
que panibus, & duobus piſcibus, ſublatis in
cœlum oculis, benedixit illis, & fregit, di-
ſtribuitq; diſcipulis, ut apponerent turbæ.
Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et
ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, fragmen-
7 torum cophini duodecim. ¶ Et factum eſt
cum eſſet orans ſingulatim erant cum illo &
diſcipuli, interrogauitq; illos, dicẽs: Quem
me dicunt eſſe turbæ? At illi reſpondẽtes di-
xerunt: Ioãnem baptiſtam, alij autem Eliiáh,
alij uero quod propheta quiſpiam de anti-
quis ſurrexit. Dixit autem illis: Vos autem
quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus di
xit: Chriſtum dei. At ille cõminatus illis, præ
cepit, ne cui dicerent hoc, dicens: Oportet
filium hominis multa pati, & reprobari à ſe
nioribus, & principibus ſacerdotum, & ſcri
8 bis, & occidi, & tertia die reſurgere. ¶ Di-
cebat autem ad omnes: Si quis uult poſt me
uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ
ſuam, & ſequatur me. ¶ Qui enim uoluerit
animam ſuam ſaluam facere, perdet illam.
Qui uero perdiderit animam ſuam propter
me, is ſaluam faciet illam. Quid enim profi
cit homo, ſi lucretur uniuerſum mundum, ſe
autem ipſum perdat, aut iacturam ſuiipſius
faciat? Namquẽ mei, meorumq; ſermonum
puduerit, huius & filium hominis pudebit,
cum uenerit in maieſtate ſua, & patris, ſan-
9 ctorumq; angelorum. ¶ Dico autem uobis
uere: ſunt quidam hic ſtantes, qui non guſta
bunt mortem, donec uideant regnum dei.
10 ¶ Factum eſt autem poſt hæc uerba ferè die
bus octo, & aſſumpſit Petrum & Ioannem,
& Iacobum, & aſcendit in montem ut ora-
ret. Et facta eſt dũ oraret ſpecies uultus eius
alia, & ueſtitus eius candidus ac refulgens.
Et ecce duo uiri loquebantur cum illo: qui
erant Moſéh, & Eliiáh, qui uiſi in maieſtate,
exceſſum eius, quem completurus erat in Ie
11 ruſaláim. ¶ Petrus uero & qui cum illo
erant, grauati erant ſomno. Experrecti au-
tem uiderunt maieſtatem eius, & duos ui-
ros qui ſtabant cum illo. Et factum eſt cum
diſcederẽt ab illo, ait Petrus ad Ieſúah: Præ
ceptor, bonũ eſt nos hic eſſe & faciam' tria
tabernacula, unum tibi, & unum Moſéh, &
12 unum Eliiáh: neſciens quid diceret. ¶ Hæc
autem illo loquente, facta eſt nubes & ob-
umbrauit eos: timuerunt autem intrantibus
illis in nubem. Et uox facta eſt de nube, di-
cens: Hic eſt filius meus dilectus, ipſum au-
dite. Et dum fieret uox, inuentus eſt Ieſúah
ſolus: & ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt
in illis diebus quicquam ex his quæ uide-
13 rant. ¶ Factum eſt autem in ſequenti die,
deſcendentibus illis de monte, occurrit illi
turba multa. Et ecce uir de turba exclama-
uit, dicens: Magiſter, obſecro te, reſpice ad
filium meum, quia unicus eſt mihi: & ecce
ſpiritus appræhẽdit eum, & ſubito clamat,
& diſcerpit eum cum ſpuma, & uix diſcedit
abſeo dilanians eum: & rogaui diſcipulos
tuos, ut eijcerent illum, & non potuerunt.
14 ¶ Reſpondens autem Ieſúah dixit: O natio
infidelis, & peruerſa, uſquequo ero apud
uos, ac patiar uos? Adduc filium tuum huc.
Cum adhuc autem accederet, lamauit illum
dæmonium, & diſſipauit. Increpauit autem
Ieſúah ſpiritum immũdum, & ſanauit pue-
15 rum, & reddidit illum patri ſuo. ¶ Stupe-
bant autem omnes ſuper magnificentia dei.
Sed omnibus mirantibus ſuper omnibus
quæ faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos: Po-
nite uos in auribus ueſtris ſermones iſtos.
Filius enim hominis, futurum eſt ut tradatur
in manus hominum. At illi ignorabant uer-
bum iſtud, & erat abſconditum ab illis, ut
non intelligerent illud. Et timebant eum in-
16 terrogare de hoc uerbo. ¶ Intrauit autem
cogitatio inter eos quis eorum maior eſſet.
At Ieſúah, uidens cogitationes cordis illo-
rum, appræhendit puerulum, & ſtatuit il-
lum iuxta ſe, & ait illis: Quicunque re-
cæperit puerulum hunc nomine meo, me re
cipit. Et quicunq; me recæperit, recipit
eum qui me miſit. Nam qui minor eſt inter
17 omnes uos, hic erit magnus. ¶ Reſpondẽs
autem Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus
quendam nomine eijcientem dæmonia, &
prohibuimus eum: quia non ſequitur no-

biſcum. Et ait ad illum Ieſúah. Nolite pro-
hibere. Qui enim non eſt aduerſum nos, pro
18 nobis eſt. ¶ Factum eſt autem, dum comple-
rentur dies aſſumptionis eius, & ipſe faciem
ſuam obfirmauerat, ut iret Ieruſaláim, & mi-
ſit nuncios ante conſpectum ſuum, & profe-
cti intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum,
ut pararent illi. Et non receperunt eum: quia
facies eius erat euntis Ieruſaláim. Cum uidiſ-
ſent autem diſcipuli eius, Iacobus, & Ioannes
dixerunt: Domine uis dicamus, ut ignis deſcē
dat de cœlo, & conſumat illos, quemadmodū
& Eliiáh fecit? Conuerſus autem Ieſúah incre
pauit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis
uos. Filius enim hominis non uenit ad perden
dum animas hominum, ſed ad ſeruandum. Et
19 abierunt in aliud caſtellum. ¶ Factum eſt au
tem, ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad
illum. Sequar te quocunq; ieris domine. Dixit
illi Ieſúah. Vulpes cauernas habent, & uolu-
cres cœli nidos: filius autem hominis non ha-
20 bet ubi caput ſuum reclinet. ¶ Ait autem ad
alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domi-
ne permitte mihi, ut prius abeam, ac ſepeliam
patrem meum. Dixit autem ei Ieſúah. Sine ut
mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu uero profe
ctus, annuncia regnum dei. Et ait alius: Se-
quar te domine, ſed prius permitte mihi, ut re
nūciem iis qui ſunt domi meæ. Ait ad illum Ie-
ſúah. Nemo qui admouit manū ſuā aratro, &
reſpicit à tergo, aptus eſt regno dei.

Capitulum. 10.

1 POſt hæc autē deſignauit domi-
nus et alios ſeptuaginta, miſitq;
illos binos ante faciem ſuam in
omnem ciuitatem, & locū, quo
erat ipſe uenturus. Dicebat er-
go illis: Meſſis quidē multa, ſed
operarii pauci. Rogate ergo dominum meſſis
ut emittat operarios in meſſem ſuā. Ite. Ecce ego
2 mitto uos ſicut agnos in medio luporū. ¶ No
lite portare ſacculum, neq; peram, neq; calcia
menta: & neminem per uiam ſalutaueritis. In
quamcunq; domum intraueritis, primum di-
cite: Pax huic domui. Et ſi fuerit illic filius pa-
cis, requieſcet ſuper illum pax ueſtra: ſin mi-
nus, ad uos reuertetur. In eadem autem domo
manete, edentes, & bibentes quæ dantur ab
illis. Dignus enim operarius, mercede ſua eſt.
3 Nolite tranſire de domo in domum. ¶ Et in
quamcunq; ciuitatem intraueritis, & ſuſcepe
rint uos, edite quæ apponuntur uobis, & ſana
te infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis: Appro

pinquauit in uos regnum dei. In quamcunq;
autem ciuitatem intraueritis, & non ſuſceperi-
rint uos, exeuntes in plateas eius, dicite. Etiam
puluerem, qui adhæſit nobis de ciuitate ue-
ſtra, extergimus in uos: tamen hoc ſcitote, qđ
appropinquauit in uos regnum dei. Dico uo-
bis quod Sodomitis in die illo remiſſius erit,
4 quàm illi ciuitati. ¶ Væ tibi Chorazin, uæ ti-
bi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone factæ
fuiſſent potētiæ, quæ factæ ſunt in uobis, olim
in cilicio, & cinere ſedentes, egiſſent pœniten
tiam: uerumtamen Tyro, & Sidoni remiſſius
5 erit in iudicio quàm uobis. ¶ Et tu Caperna-
um, quæ uſque ad cœlum exaltata es, uſque ad
infernum demergeris. Qui uos audit me audit:
& qui uos reiicit, me reiicit: qui autē me reii-
6 cit, reiicit eū qui miſit me. ¶ Reuerſi ſunt autē
ſeptuaginta cum gaudio, dicentes: Domine,
etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis per nomen
tuum. Ait autem illis. Videbam Sathán ſicut
fulgur de cœlo cadentem. Ecce do uobis po-
teſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpio-
nes, ſuper omnem uirtutem inimici, & nihil
uobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gau
dere, quod ſpiritus uobis ſubiiciūtur: ſed gau
dete, quod nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis.
7 ¶ In eadem hora exultauit ſpiritu Ieſúah, &
dixit: Confiteor tibi pater, domine cœli & ter
ræ, quod abſcondiſti hæc à ſapiētibus, & pru
dentibus, & reuelaſti ea paruulis: etiam pater
quoniam ſic fuit bona uoluntas coram te. Om
nia mihi tradita ſunt à patre meo, & nemo ſcit
quis ſit filius, niſi pater: & quis ſit pater, niſi
8 filius, & cui uoluerit filius reuelare. ¶ Et con
uerſus ad diſcipulos ſeorſim, dixit: Beati ocu-
li qui uident quæ uidetis. Dico enim uobis,
quod multi prophetæ, & reges uoluerunt ui
dere, quæ uos uidetis, & non uiderunt: & au-
9 dire quæ auditis, & non audierunt. ¶ Et ec-
ce quidam legiſperitus ſurrexit, tentans illum,
& dicens: Magiſter, quid faciendo uitam æter
nam poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege
quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Ille reſpō
dens dixit: Diliges dominum deum tuum to-
to corde tuo, & tota anima tua, & totis uiri-
bus tuis, & tota mente tua: & proximum tu-
um ſicut teipſum. Dixitq; illi: Recte reſpondi-
10 ſti: Hoc fac & uiues. ¶ Ille autem uolens iu-
ſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſúah. Et quis eſt
meus proximus? Reſpondens autem Ieſúah,
dixit: Homo quidam deſcendebat ab Ieruſa-
láim in Ierichó, et incidit in latrones, qui etiam
deſpoliauerunt eum, ac uulneribus inflictis,
abierunt ſemimortuo relicto. Caſu autem ſa-
cerdos quidam deſcendebat eadem uia, uiſoq;

11 illo prætertijt. ¶ Similiter & Leuita, cum fuiſ
ſet iuxta locum, cum acceſſiſſet, ac uidiſſet eũ,
prætertijt. Samaritanus autem quidam iter fa-
ciẽs, uenit ad eum: & uiſo eo miſericordia mo
tus eſt: & accedens obligauit uulnera eius, in-
fundens oleum, ac uinum: & imponens illum
in ſuum iumẽtum, duxit in diuerſorium, & cu
12 ram eius egit. ¶ Et poſtero die egrediẽs quũ
protuliſſet duos denarios dedit hoſpiti, & ait
ei: Curam illius habe: & quodcunq; præterea
inſumpſeris, ego cum rediero, reddam tibi.
Quis ergo horum triũ uidetur tibi proximus
fuiſſe illi, qui incidit in latrones? At ille dixit:
Qui fecit miſericordiam cũ illo. Ait igitur illi
13 Ieſúah. Vade, & tu fac ſimiliter. ¶ Factum
eſt autem dum irent, ut ipſe intraret in quen-
dam uicum. At mulier quædam Martha nomi-
ne excepit illum in domum ſuam: & huic erat
ſoror nomine Miriám; quæ etiam quum aſſi-
diſſet ad pedes Ieſúah, audiebat uerba illius.
Martha autem diſtrahebatur circa frequẽs mi
niſterium, quæ aſſiſtens ait: Domine, non eſt
tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ut ſola
14 miniſtrem? Dic ergo illi, ut me adiuuet. ¶ At
reſpondens dixit illi Ieſúah: Martha, Martha
ſollicita es, & tumultuaris circa multa. Porrò
unum eſt neceſſarium, Miriám bonam partem
delegit, quæ non auferetur ab ea.

Capitulum. II.

1 ET factum eſt, cum oraret quodã
in loco, ut ceſſauit, dixit quidã
ex diſcipulis eius ad eum. Do-
mine, doce nos orare, ſicut &
Ioannes docuit diſcipulos ſuos.
2 ¶ Et ait illis. Cum oratis, dici-
te. Pater noſter, qui es i cœlis ſanctificetur no
men tuum, adueniat regnum tuum: fiat uolun
tas tua quemadmodũ in cœlo, ſic etiam in ter
ra. Panem noſtrum quotidianum da nobis ho
die: & dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidem
& nos dimittimus omni debenti nobis. Et ne
nos inducas in tentationẽ, ſed libera nos à ma
3 lo. ¶ Et ait ad illos: Quis ueſtrũ habebit ami-
cum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi.
Amice da mihi mutuo tres panes: quoniã ami
cus meus uenit de uia ad me, & non habeo qđ
apponam illi. Et ille intus reſpondens dicat. Ne
mihi moleſtias exhibueris, iam oſtiũ clauſum
eſt: et pueruli mei mecum ſunt in cubili, nõ poſ
ſum ſurgere, & dare tibi. Dico uobis, etiam ſi
non daturus ſit illi ſurgẽs, eo quod amicus ei⁹
ſit: propter impudentiam tamẽ eius ſurget, ac
4 dabit illi quotquot habet op⁹. ¶ Et ego dico
uobis: Petite, & dabitur uobis: quærite, & in-
uenietis: pulſate, et aperietur uobis. Omnis eñ
qui petit accipit: & qui quærit, inuenit: & pul-
ſanti aperietur. Quem autem ex uobis patrem
poſcet filius panem, num lapidem dabit illi?
Aut ſi piſcem, num pro piſce ſerpentem dabit
illi? Aut ſi petierit ouum, num porriget illi ſcor
pium? Si ergo uos cum ſitis mali, noſtis bona
dona dare filijs ueſtris: quanto magis pater ue
ſter qui eſt è cœlo dabit ſpiritum ſanctum po-
5 ſcentibus ſe? ¶ Et erat eijciens dæmonium,
& illud erat mutum: cumq; eieciſſet dæmoniũ
locut⁹ eſt mutus: & admiratæ ſunt turbæ. Quí
dam autem ex eis dixerunt: Per Báhalzebúb
6 principem dæmoniorũ eijcit dæmonia. ¶ Et
alij tentantes, ſignum de cœlo quærebant ab
eo. Ipſe autem cum ſciret cogitationes eorum
dixit eis: Omne regnum aduerſus ſeipſum di-
uiſum deſolatur, & domus ſuper domum ca-
dit. Quod ſi Satháu quoq; aduerſus ſeipſum
diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia
dicitis, per Báhalzebúb eijcere me dæmonia.
Qđ ſi ego p Báhalzebúb eijcio dæmonia, fi-
lij ueſtri per quem eijciciunt? Ideo ipſi iudices
ueſtri erunt. Porrò ſi digito dei eijcio dæmo-
nia, profecto peruenit ad uos regnum dei.
7 ¶ Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum
in pace ſunt ea quæ poſſidet: ubi uero fortior
eo ſuperueniens uicerit eũ, uniuerſa arma eius
aufert, in quibus confidebat, & ſpolia eius di-
ſtribuit. Qui non eſt mecum contra me eſt: &
8 qui non colligit mecum diſpergit. ¶ Cũ im-
mundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat
per loca arentia, quærens requiem, & non in-
ueniens dicit: Reuertar in domum meam unde
exiui. Et cum uenerit, inuenit eam ſcopis mun
datam atq; ornatam, tunc uadit & aſſumit ſe-
ptem alios ſpirit⁹ ſecũ peiores ipſo, & ingreſſi
habitant ibi: & fiũt extrema hoĩs illius peiora
9 primis. ¶ Factum eſt aũt cũ hæc diceret, ex-
tollens uocem quædam mulier de turba, dixit
illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera
quæ ſuxiſti. At ille dixit: Quinimò, beati qui
10 audiunt uerbũ dei, & cuſtodiũt illud. ¶ Tur
bis autem condẽſantibus ſe, cœpit dicere. Na-
tio hæc mala eſt: ſignum quærit, & ſignum nõ
dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Nam
ſicut fuit Ionáh ſignum Niniuitis, ita erit & fi-
11 lius hominis nationi iſti. ¶ Regina auſtri ſur
get in iudicio cum uiris nationis huius, & con
demnauit illos: quia uenit à finib⁹ terræ, ut au
diret ſapientiam Selomóh: & ecce plus quàm
12 Selomóh hoc in loco. ¶ Viri Niniuitæ ſurgẽt
in iudicio cum natione hac, & condemnabunt
illam: quia pœnitentiam egerunt in prædica-

tione Ionæ:& ecce plus quam Ionáh hoc in
13 loco. ¶ Nemo lucernam accendit,& in ab
ſcondito ponit,neq; ſubter modium , ſed ſu
per candelabrum , ut qui ingrediuntur lu
men uideant.Lucerna corporis eſt oculus.
Cum igitur oculus tuus fuerit ſimplex, to
tum quoq; corpus tuum lucidū erit. Quod
ſi malus fuerit,etiam corpus tuum tenebro
ſum erit.Vide ergo ne lumen quod in te eſt,
tenebræ ſint.Si ergo corpus tuum totum lu
cidum fuerit,non habens aliquam partem te
nebroſam,erit lucidum totum,ut dum lucer
14 na fulgore illuminat te. ¶ Et cum loqueret,
rogauit illum quidam phariſæus,ut pransde
ret apud ſe.Ingreſſus autem,accubuit.Pha
riſæus autem cum uidiſſet:admiratus eſt,qđ
non prius lauiſſet ante prandium.Et ait domi
nus ad illum:Nunc uos phariſæi exteriora po
culi,catiniq; mundatis, & quod intus eſt ue
ſtri,plenum eſt rapina,& malitia:Stulti, nō
ne qui fecit quod foris eſt,etiā id quod intus
eſt fecit? Verumtamen quod ſupereſt, date
eleemoſynam,& ecce omnia munda ſunt uo
15 bis. ¶ Sed uæ uobis phariſæis:quia decima
tis mentā,& rutam,& quoduis olus , & præ
teritis iudicium,& charitatem dei.Imò hæc
oportuit facere,& illa non omittere.Væ uo
bis phariſæis, quia diligitis primam cathe
dram in ſynagogis,& ſalutationes in foro.
16 ¶ Væ uobis ſcribæ,& phariſæi hypocritæ,
quia eſtis ut monumenta,q̄ non apparent,et
homines ambulantes ſupra neſciunt. Reſpō
dens autem quidam ex legiſperitis, ait illi:
Magiſter,hæc dicens etiam nos afficis cōtu
melia.At ille ait:Et uobis legiſperitis uæ, q̄a
oneratis homines oneribus,latu difficilibus
& ipſi uno digito ueſtro nō attingitis ſarci
17 nas. ¶ Væ uobis,quia ædificatis monumen
ta prophetarum:patres autem ueſtri occide
runt illos:profecto teſtamini, & comproba
tis facta patrum ueſtrorum:quoniam illi qui
dem eos occiderunt,uos autem ædificatis eo
rum ſepulchra.Propterea & ſapientia dei di
xit:Mittam ad illos prophetas,& apoſtolos,
& ex illis occident, & perſequentur: ut req
ratur ſanguis omnium prophetarum,qui ef
funditur à conſtitutiōe mundi,à natione iſta,
à ſanguine Hébel uſq; ad ſanguinem Zecha
riáh qui periit inter altare, & domum:Profe
cto dico uobis,requiretur ab hac natione.
18 ¶ Væ uobis legiſperitis,quia tuliſtis clauē
ſcientiæ,ipſi non introiſtis:& eos qui introi
bant,uetuiſtis.Cum autem hæc ad illos dice
ret cœperunt legiſperiti, & phariſæi grauis
ter urgere,& cū obſeruatione oris eius inter

rogantes eū de multis,inſidiantes ei:& quæ
rentes aliquid uenari ex ore eius, ut accuſa
rent eum.

Capitulum.12.

1 Cum autem conueniſſet innume
ra turbæ multitudo , adeo ut ſe
inuicem conculcarent, cœpit di
cere ad diſcipulos ſuos:Primū,
cauete uobis ipſis à fermēto pha
riſæorum,quod eſt hypocriſis.Nihil eīm oper
tum eſt,quod non reuelabitur:neq; abſcōdi
tum quod non ſcietur.Quoniam quæ in tenē
bris dixiſtis,in lumine audientur:& quod ī
aurem locuti eſtis in conclauibus ,prædica
2 bitur in tectis. ¶ Dico autem uobis amicis
meis:Ne terreamini ab his qui occidunt cor
pus,& poſt hæc non habent quod ampli⁹ fa
ciant.Oſtēdam autem uobis quem timeatis.
Timete eum,qui poſtquam occiderit, habet
poteſtatem conïjciendi in Ghehinnóm:certe
3 dico uobis,hunc timete. ¶ Nónne quinque
paſſerculi uæneunt minutis aſſibus duobus,
& unus ex illis non eſt in obliuiōe corā deo.
Quin,& pili capitis ueſtri omnes numerati
ſunt.Nolite ergo timere , multis paſſerculis
4 pluris eſtis uos. ¶ Dico autem uobis: om
nis quicunque confeſſus fuerit me coram ho
minibus,& filius hominis confitebitur illū
coram angelis dei.Qui autem negauerit me
coram hominibus,negabitur coram angelis
dei.Et q̄ſquis loq̄tur uerbū ī filiū hoīs remit
tetur illi:ei uero q̄ ī ſpiritū ſctm̄ blaſphemiā
5 dixerit,nō remittet. ¶ Cum autem adduxe
rint uos ad ſynagogas,& ad magiſtratus ,ac
poteſtates, nolite ſolliciti eſſe , qualiter , aut
quid reſpondeatis,aut quid dicatis : Spirit⁹
enim ſanctus docebit uos in eadem hora, q̄d
6 oporteat uos dicere. ¶ Ait autem ei qui
dam de turba:Magiſter ,dic fratri meo,ut di
uidat mecum hæreditatem . At ille dixit ei:
Homo, quis me conſtituit iudicem aut diui
ſorem ſuper uos? Dixitq; ad illos : Videte ,
& cauete ab auaritia : quia non in abundan
tia cuiuſquam uita eius eſt ex iïs quæ poſſi
7 det. ¶ Dixit autem ſimilitudinem ad il
los , dicens:Hominis cuiuſdam diuitis ube
res fructus ager attulit , & cogitabat intra
ſe, dicens : Quid faciam, quod non habe
am , quo congregem fructus meos ? Et di
xit : Hoc faciam ; Deſtruam horrea mea,&
maiora extruam, & illuc congregabo om
nia quæ nata ſunt mihi bona mea , & di
cam animæ meæ : Anima habes multa bona

repoſita in annos multos, requieſce, come-
mede, bibe, gaude. Dixit autẽ illi deus: Stul
te, hac nocte animam tuam repetunt abs te.
Quæ uero paraſti, cui erunt? Sic qui recon-
8 dit ſibi, nec eſt erga deum diues. ¶ Dixitq;
ad diſcipulos ſuos: Ideo dico uobis: Nolite
ſolliciti eſſe animæ ueſtræ, quid edatis: ne-
que corpori, quid induamini. Anima plus
eſt quàm eſca, & corpus plus quàm indumẽ
tum. Conſiderate coruos, quia non ſemi-
nant, neque metunt, quibus non eſt penna-
rium, neque horreum, & deus paſcit illos.
Quanto magis uos præſtatis uolucribus?
9 ¶ Quis autem ueſtrũ ſollicitudine ſua po
teſt adijcere ad ſtaturã ſuam cubitum unũ?
Si ergo ne id quidem quod minimum eſt po
10 teſtis, qd de cæteris ſolliciti eſtis? ¶ Conſi-
derate lilia quomodo creſcunt, nõ laborãt,
neque nent: Dico autẽ uobis, nec Selomóh
in omni gloriá ſua ueſtiebatur ſicut unum
ex iſtis. Si autem herbam quæ hodie eſt in
agro, & cras in clibanum mittitur, deus ſic
ueſtit: quanto magis uos ueſtiet ò parum fi-
11 deutes? ¶ Et uos nolite quærere quid eſuri
ſitis, aut quid bibituri: & nolite in ſublime
tolli. Hæc enim omnia gentes mundi quæ-
runt, pater autem ueſter ſcit quod iſtis indi
geatis. Quin potius quærite regnum dei, &
hæc omnia adijcientur uobis. Noli timere pu
ſille grex, quia complacitum eſt patri ueſtro
dare uobis regnum. Vendite quæ poſſide-
tis, & date eleemeſynam. Facite uobis ſaccu
los qui non ueteraſcunt, theſaurum non defi
cientem in cœlis, quo fur nõ accedit, neque
tinea corrumpit. Vbi enim theſaurus ueſter
12 eſt, ibi & cor ueſtrum erit. ¶ Sint lumbi ue
ſtri præcincti, & lucernæ accenſæ, & uos ſi-
miles hominibus expectantibus dominum
ſuum quando reuertatur à nuptijs: ut cum
uenerit ac pulſauerit, confeſtim aperiant ei.
Beati ſerui illi, quos cum uenerit dominus,
inuenerit uigilãtes: Amen dico uobis, quod
præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere: &
tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi uenerit in ſe-
cunda uigilia, & ſi in tertia uigilia uenerit,
atque ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi.
13 ¶ Hoc autem ſcitote, quod ſi ſciſſet pater
familias qua hora fur uenturus fuiſſet, uigi-
laſſet utique, nec paſſus fuiſſet perfodi do-
mum ſuam. Et uos igitur eſtote parati: quia
qua hora non putatis, filius hominis ueniet.
14 ¶ Ait aũt ei Petrus: Dñe, ad nos dicis iſtam
parabolã, an etiã ad oẽs? Dixit aũt dñs: Quiſ
nã eſt fidelis diſpẽſator ac prudens, quẽ cõ
ſtituet dñs ſuper famulatũ ſuum, ut det illis

in tempore demẽſum cibum? Beatus ille ſer
uus, quem cum uenerit dominus, inuenerit
ita facientem. Verè dico uobis quod omnib[9]
15 quæ poſſidet, præficiet illũ. ¶ Qđ ſi dixe-
rit ſeruus ille in corde ſuo: differt dominus
meus reditũ, cœperitq; percutere ſeruos, &
ancillas, & edere, bibereq;, & inebriari, ue
niet dominus ſerui illius in die quo non ſpe-
rat, & hora qua neſcit, & diſſecabit eũ, par-
temq; eius cum infidis ponet. Ille autem ſer-
uus qui cognouit uoluntatem domini ſui, &
non ſe præparauit, nec fecit ſecundum uolũ
tatem eius, plagis uapulabit multis: qui aũt
non cognouit, & fecit digna plagis, uapula-
16 bit paucis. ¶ Porrò cuicunq; multum
datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui
commendauerunt multum, plus petent ab
eo. Ignem ueni ut mitterem in terram, &
quid uolo, ſi iam accenſus eſt? ſed baptiſmo
habeo baptizari, & quomodo coartor do-
17 nec perficiatur? ¶ Putatis quod pacem ue-
nerim ut mitterem in terrã? Non dico uobis
imò ſeparationẽ. Erunt enim ex hoc quinq; in
domo una diuiſi: tres aduerſus duos, & duo
contra tres: diuidetur pater aduerſus filium,
& filius aduerſus patrem: mater aduerſus fi
liam, et filia aduerſus matrem: ſocrus aduer-
ſus nurum ſuam, & nurus aduerſus ſocrũ ſu-
18 am. ¶ Dicebat autem & ad turbas: Cum ui
deritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim di
citis: imber uenit, & ita fit: & cum auſtrum
flantem, dicitis, quod æſtus erit, & fit. Hypo
critæ, faciem cœli, & terræ noſtis probare:
hoc autem tempus qui fit ut non probetis?
Cur autem & ex uobiſipſis non iudicatis qđ
iuſtum eſt? Cum enim uadis cum aduerſario
tuo ad magiſtratum in uia: dat operã ut libe
reris ab illo, ne forte pertrahat te ad iudicẽ,
& iudex tradat te exactori, & exactor conij-
ciat te in carcerem. Dico tibi, non exibis in
de, donec ultimũ etiam minutum reddas.

Capitulum. 13.

1 ADerant autem quidam eodem in
tempore nunciantes illi de Gali-
læis: quorum ſanguinem Pilatus
miſcuerat cũ ſacrificijs ipſorum.
Et reſpõdens Ieſúah, dixit illis:
Putatis quod hi Galilæi præ cunctis Gali-
læis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt?
Non, dico uobis imò niſi pœnitẽtiã egeritis,
oẽs ſimiliter peribitis. Aut illi decẽ & octo, ſu-
pra quos cecidit turris in Siloách, & occidit
eos: putatis qđ debitores fuerint ultra cun-

ctos homines habitantes Ieruſaláim? Non, di-
co uobis, imò niſi pœnitentiam egeritis, om-
2 nes ſimiliter peribitis. ℂ Dicebat & hanc ſi-
militudinem: Arborem fici habebat quidem
plantatam in uinea ſua, & uenit quærens fru-
ctum in illa, & nō inuenit: Dixit autem ad cul-
torem uineæ. Ecce anni tres ſunt, ex quo ue-
nio quærens fructum in ficu hac, & non inue-
nio: ſuccide illam. Ad quid uel terrā occupat?
At ille reſpondens, dixit illi: Domine, ſine illā
& hoc anno, donec fodero circum illam, & mit
tero fimum, et ſiquidem fecerit fructum: ſin ue
3 ro minus, in poſterum ſuccides eum. ℂ Doce
bat autem in una è ſynagogis ſabbatis: & ec-
ce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis
annis decem & octo: eratque contracta, nec om
nino poterat erigere caput: quam cum uideret
Ieſúah aduocauit eā, & ait illi: Mulier, liberata
es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, &
confeſtim erecta eſt, & glorificabat deum.
4 ℂ Reſpondens autem princeps ſynagogæ,
indignans quod ſabbato ſanaſſet Ieſúah dice-
bat turbæ: Sex dies ſunt in quib9 oportet ope
rari: in his ergo uenite, ut ſanemini, & non in
5 die ſabbati. ℂ Reſpondens autem ad illū do-
minus, dixit: Hypocritæ, unuſquiſque ueſtrum
ſabbato nonne ſoluit bouem ſuum, aut aſinū à
præſepi, & ducit aquatum? Hanc autem filiam
Abrahæ, quam alligauit ſathan, ecce decem &
octo annis, nō oportuit ſolui à uinculo iſto die
ſabbati? Et cum hæc diceret, erubeſcebant om
nes aduerſarij eius: & omnis populus gaude-
bat ſuper uniuerſis quæ cum gloria fiebant ab
6 eo. ℂ Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnum
dei, & cui ſimile faciam illud? Simile eſt gra-
no ſinapis, quod acceptum homo miſit in hor
tum ſuum, & creuit: & euaſit in arborem ma-
gnam, & uolucres cœli habitabant in ramis
7 eius. ℂ Et iterum dixit: Cui ſimile faciam re-
gnum dei? Simile eſt fermento, quod acceptū
mulier, abſcondit in farinæ ſata tria, donec fer
mentetur totum. Et ibat per ciuitates, & caſtel
8 la docens, & iter faciens Ieruſaláim. ℂ Ait au
tem illi quidam: Domine, an pauci ſunt qui ſa-
lutem conſequuntur? Ille uero dixit ad illos:
Cōtendite intrare per anguſtam portam: quia
multi, dico uobis, quærent intrare, & non po-
9 terunt. ℂ Cum autem ſurrexerit paterfami-
lias, & clauſerit oſtium, & cœperitis foris ſta-
re, & pulſare oſtium, dicentes, domine, domi-
ne, aperi nobis, reſpondens dicet uobis: Ne-
10 ſcio uos unde ſitis. ℂ Tunc incipietis dicere:
Edimus coram te, & bibimus, & in plateis no-
ſtris docuiſti. Et dicet: Dico uobis, neſcio uos
unde ſitis. Diſcedite à me omnes operarij ini-
quitatis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium, cum
uideritis Abrahám, & Iſchác, & Iahacob, &
omnes prophetas in regno dei, uos autem ex-
pelli foras. Et uenient ab oriente, & occiden-
te, & aquilone, & auſtro, & accumbent in re-
gno dei: Et ecce ſunt poſtremi qui erunt pri-
11 mi, & ſunt primi qui erunt poſtremi. ℂ Eo-
dem die acceſſerunt quidam phariſei, dicentes
illi: Exi, & uade hinc: quia Herodes uult te oc-
cidere. Et ait illis: Profecti dicite uulpi illi: Ecce
eijcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie, &
cras, & tertia die cōſumor. Verūtamen opor-
tet me hodie, & cras, & perendie ambulare;
quia fieri non poteſt, ut propheta pereat alibi
quàm Ieruſaláim. Ieruſaláim, Ieruſaláim, quæ
occidis prophetas, & lapidas eos qui mittun-
tur ad te, quoties uolui cōgregare filios tuos,
quemadmodum auis nidum ſuum ſub pēnas,
& noluiſtis? Ecce relinquitur domus ueſtra de
ſerta. Dico autē uobis, quod non uidebitis me
donec uenerit tempus cum dicetis: Benedict9,
qui uenit in nomine domini.

Capitulum. 14.

1 ET factum eſt quum intraſſet in do-
mum cuiuſdam principis Phariſæo
rum ſabbato ad comedendum pa-
nem, & ipſi obſeruabant eum. Et
ecce homo quidā hydropicus erat ante illum.
Et reſpondens Ieſúah dixit ad legiſperitos, &
phariſæos, dicens: Num licet ſabbato ſanare?
At illi tacuerunt. Ipſe uero appræhenſum ſana
2 uit eum ac dimiſit. ℂ Et reſpondens ad illos,
dixit: Cuius ueſtrum aſinus, aut bos in puteum
cadet, & non continuo extrahet illum die ſab
bati? Et non poterant ad hæc reſpondere illi.
3 ℂ Dicebat autem & ad inuitatos parabolam
intendens, quomodo primos accubitus elige-
rent, dicens ad illos: Cum inuitat9 fueris ab ali
quo ad nuptias, ne accumbas in primo loco: ne
forte honoratior te ſit inuitatus ab illo, & ue-
niens is qui te & illum uocauit, dicat tibi. Da
huic locum, & tunc incipias cum rubore extre
mum locum tenere. Quin potius cum uocatus
fueris, uade accumbe in nouiſſimo loco: ut cū
uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcē
de ſuperius: tunc erit tibi gloria coram ſimul
diſcumbentibus, quia omnis qui ſe exaltat hu-
miliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.
4 ℂ Dicebat autem & ei, qui ſe inuitauerat:
Cum facis prandium, aut cœnam, noli uoca-
re amicos tuos, neque fratres tuos, neque cogna-
tos tuos, neque uicinos diuites: ne quando, &
ipſi te uiciſſim inuitent, & fiat tibi retributio.

Imò cum facis conuiuium, uoca pauperes, de-
biles, claudos, cæcos, & beatus eris: quia non
poſſunt repẽdere tibi. Rependetur enim tibi
5 in reſurrectione iuſtorum. ¶ Hæc cum audiſ-
ſet quidam de ſimul accumbentibus, dixit illi:
Beatus qui comedit panem in regno dei. At
ipſe dixit ei: Homo quidam fecit cœnam ma-
gnam, & uocauit multos: miſitq́ſeruum ſuũ
hora cœnæ, ut diceret inuitatis: Venite, quia
iam parata ſunt omnia. Et cœperunt ſimul om
6 nes excuſare. ¶ Primus dixit ei: Villam emi,
& neceſſe mihi eſt exire, & uidere illam: rogo
te, habe me excuſatũ. Et alter dixit: Iuga boũ
emi quinq́, & eo ad probandum illa: rogo te,
habe me excuſatum. Et alius dixit: Vxorem du
xi: & ideo non poſſum uenire. Ac reuerſus ſer
7 uus renunciauit hæc domino ſuo. ¶ Tunc ira
tus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo: Exi cito in
plateas, & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debi
8 les, claudoſq́, & cæcos introduc huc. ¶ Et
ait ſeruus: Domine, factum eſt ut imperaſti, &
adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo: Exi in
uias, & ſepes, & compelle intrare, ut impleæ-
tur domus mea. Dico enim uobis, quod nemo
uirorum illorum qui uocati ſunt: guſtabunt
9 cœnam meam. ¶ Ibant autem turbæ multæ
cum eo: & conuerſus dixit ad illos: Si quis ue
nit ad me, nec odit patrem ſuum, ac matrem,
& uxorem, & filios, & fratres, & ſorores,
præterea autem & animam ſuam, non poteſt
10 meus eſſe diſcipulus. ¶ Et quiſquis non baiu
lat crucem ſuam, & uenit poſt me, non poteſt
meus eſſe diſcipulus. Quis enim eſt ex uobis,
qui uelit turrim ædificare, quin prius ſedens
computet ſumptus, an habeat quibus opus
eſt ad perficiendum? ne poſtquam fuerit fun-
damentum, nec potuerit perficere: omnes qui
uiderint, incipiant illudere ei, dicentes: Hic ho
mo cœpit ædificare, nec potuit conſummare.
11 ¶ Aut quis rex proficiſcens ut cõmittat præ
lium aduerſus alterum regem, nónne ſedens
prius cogitat, an poſſit cum decem milibus oc
currere ei, qui cum uiginti milibus uenit con-
tra ſe? Alioquin adhuc illo longe agente, lega
tione miſſa, petit ea quæ pacis ſunt. Sic ergo
omnis ex uobis, qui non renunciat omnibus
quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus.
12 ¶ Bonus eſt ſal: ſi uero ſal infatuatus fuerit,
per quod condietur? Neq́ in terram, neq́ in
fimum utilis eſt, foras projicient illum. Qui ha
bet aures ad audiendum, audiat.

Capitulum. xv.

1 APpropinquabãt aũt ad eum oẽs
publicani & peccatores, ut au-
dirent illum: & murmurabant
pharisæi ac ſcribæ, dicẽtes: Hic
peccatores recipit, & edit cum
2 illis. ¶ Dicebat autem ad illos
parabolam hanc, dicens: Quis ex uobis eſt ho
mo qui habet centum oues: & ſi perdiderit
unam ex illis, nónne relinquit nonaginta no-
uem in deſerto, & uadit ad illam quæ perie-
rat, donec inueniat eam? Et cũ inuenerit eam,
imponit in humeros ſuos gaudens: ueniẽſq́
domum uocat amicos, & uicinos, dicens illis:
Congaudete mihi, quia inueni ouem meam
quæ perierat. Dico uobis, quod ita gaudium
erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam
agente, magis q̃ ſuper nonaginta nouem iu-
3 ſtis, qui non indigent pœnitentia. ¶ Aut quæ
mulier habens drachmas decem, ſi perdiderit
drachmam unam, non accendit lucernam, &
euertit domum, quærit q́ diligenter, donec in-
ueniat? Et cum inuenerit conuocat amicas, ac
uicinas, dicens: Congaudete mihi, quia inue-
ni drachmam, quam perdideram. Ita dico uo-
bis, gaudium erit coram angelis dei ſuper uno
4 peccatore pœnitẽtiam agente. ¶ Ait autem:
Homo quidam habuit duos filios, et dixit ado
leſcentior illorum patri: Pater, da mihi portio
nem ſubſtantiæ, quæ ad me redit. Et diuiſit il-
5 lis ſubſtãtiã. ¶ Ac poſt dies non multos, cum
omnia congregaſſet adoleſcentior filius, pere
gre profectus eſt in regionem longinquam,
& ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam uiuendo lu
xurioſe. Et poſtquam omnia conſumpſiſſet, fa
cta eſt fames ualida in regione illa. Et ipſe cœ-
pit egere: & abijt, & adhæſit uni ciuium regio
nis illius: atque is miſit illum in uillam ſuam ut
paſceret porcos: & cupiebat implere uentrem
ſuum de ſiliquis, quibus porci ueſcebantur,
6 neque quiſquam illi dabat. ¶ In ſe autem re-
uerſus dixit: Quám multi mercenarij patris
mei abundant panibus, ego uero fame pereo,
Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei:
Pater, peccaui in cœlum, & coram te: iam non
ſum dignus uocari filius tuus, fac me ſicut unũ
7 de mercenarijs tuis. ¶ Et ſurgens uenit ad pa
trem ſuum. Cum autem adhuc longe abeſſet,
uidit illum pater ipſius, & miſericordia motus
eſt: & accurrens ruit in collum eius, & oſcula-
tus eſt eum. Dixitq́ ei filius: Pater peccaui in
cœlum, & coram te: neque poſthac ſum di-
8 gnus uocari filius tuus. ¶ Dixit autem pater
ad ſeruos ſuos: Proferte ſtolam primam, & in
duite illum: & date annulum in manu eius, &
calciamenta in pedes. Et adducite uitulũ illum

ſaginatum, atq; mactate, ſumptiſq; epulis læ
temur: quia hic filius meus mortuus erat, &
reuixit: perierat, & inuentus eſt. Et cœperũt
9 lætari. ℂ Erat autem fili' ei' ſenior in agro:
& cum ueniret, & appropinquaſſet domui,
audiuit concentum, & choros, & uocauit
unum de ſeruis ſuis, & interrogauit quid
eſſent illa. At is dixit illi: Frater tuus uenit,
& occidit pater tuus uitulum illum ſagina-
tum, quod incolumem illum receperit. Indi
gnatus eſt autem, nec uolebat introire.
10 ℂ Pater ergo illius egreſſus, rogabat illũ.
At ille reſpondens, dixit patri: Ecce tot an-
nis ſeruio tibi, nec unquam præceptum tuũ
tranſgreſſus ſum, nec unquam dediſti mihi
hœdum, ut cum amicis meis lætarer: ſed
poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſub
ſtãtiam tuam cum meretricibus, uenit, occi
11 diſti illi uitulum illum ſaginatum. ℂ At ille
dixit ei: Fili, tu ſemper mecum es, & omnia
mea tua ſunt. Lætari autem, & gaudere opor
tebat, quia frater tuus hic mortuus erat, &
reuixit: perieratq;, & inuentus eſt.

Capitulum.16.

1 DIcebat autẽ & ad diſcipulos ſuos:
Homo quidam erat diues, qui ha-
bebat diſpenſatorem, & hic dela-
tus eſt apud illũ, uelut qui diſſipa-
ret bona ipſius. Et uocauit illum, & ait illi:
Quid hoc audio de te? Redde rationem diſ
penſationis tuæ: Non enim poteris poſthac
2 diſpenſare. ℂ Ait autem diſpenſator intra
ſe: Quid faciam, quia dominus meus aufert
à me diſpenſationem? Fodere non ualeo, mẽ
dicare erubeſco: ſcio quid faciã, ut cũ amo-
tus fuero à diſpenſatione, recipiant me ĩ do
3 mos ſuas. ℂ Conuocatis itaq; ſingulis debi
toribus domini ſui, dicebat primo: Quantũ
debes domino meo? At ille dixit: Centum
batos olei. Dixitq; illi: Accipe cautionẽ tuã,
& ſede cito, & ſcribe quinquaginta. Dein-
de alteri dixit. Tu uero quãtum debes? Qui
ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe cau
4 tionem tuam, & ſcribe octoginta. ℂ Et lau-
dauit dominus diſpenſatorem iniquum, qđ
prudẽter feciſſet. Quia filij huius ſæculi pru
5 dẽtiores ſunt filijs lucis in natiõe ſua. ℂ Et
ego uobis dico: Facite uobis amicos ex mã-
mona iniuſto: ut cũ defeceritis, recipiãt uos in
æterna tabernacula. Qui fidelis ẽ in minimo,
& in multo fidelis eſt: & q ĩ minimo iniqu' ẽ,
is & ĩ multo iniqu' eſt. Si ergo in iniquo mã
mona fideles non fuiſtis; quod uerum eſt,
quis credet uobis? Et ſi in alieno fideles non
fuiſtis, quod uerum eſt, quis dabit uobis?
6 ℂ Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſer
uire: aut enim unum odio habebit, & alterũ
diliget: aut uni adhærebit, & alterũ cõtẽnet.
7 Nõ poteſtis deo ſeruire, & mãmonæ. ℂ Au-
diebant autem hæc omnia & phariſæi, qui
erant auari, & deridebant illum. Et ait illis:
Vos eſtis qui iuſtificatis uoſipſos coram ho-
minibus, de' autem cognoſcit corda ueſtra.
Quia quod hominibus excelſum eſt, abomi
8 natio eſt coram deo. ℂ Lex & prophetæ uſ
que ad Ioannem. Ab eo tempore regnum dei
annũciatur, & quiuis in illud uim facit. Faci
lius eſt autem cœlum, & terram præterire,
quàm legis unum apicem cadere. Quiſquis
dimittit uxorem ſuã, & alteram ducit, adul-
terium committit: & qui dimiſſam à uiro du
9 cit, adulterium committit. ℂ Homo quidam
erat diues, qui induebatur purpura, & byſ-
ſo, & epulabatur quotidie ſplẽdide. Erat au
tem quidam mendicus nomine Lazarus, qui
iacebat ad ianuam eius hulceroſus, cupiens
ſaturari de micis quæ cadebant de menſa di
uitis. Sed & canes ueniebant, ac lingebant
10 hulcera eius. ℂ Accidit autem ut moreretur
mendicus, & deportaretur ab angelis in ſi-
num Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, ac
ſepult' eſt: atq; in inferno ſublatis oculis ſuis
cum eſſet in tormentis, uidet Abrahàm emi-
nus, & Lazarum in ſinu eius: & ipſe clamans
dixit: Pater Abrahã, miſerere mei, & mitte
Lazarum ut intingat extremum digiti ſui in
aquam, ac refrigeret linguam meã, quia cru
11 cior in flamma hac. ℂ Dixit autem Abra-
hàm: Fili, recordare quod receperis bona tua
in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc
autem hic ſolatio afficitur, tu uero cruciaris.
Et ſuper hæc omnia inter uos & nos hiatus in
gens firmatus eſt, ut ij q uolunt hinc trãſire
ad uos non poſſint, neq; inde huc trãſcẽdere.
12 ℂ Ait autem: Rogo ergo te pater, ut mittas
eum in domum patris mei: Habeo enim quin
que fratres, ut teſtificetur illis, ne & ipſi ue
13 niant in hunc locum cruciatus. ℂ Ait illi
Abrahàm: Habent Moſéh ac prophetas, audi-
ant illos. At ille dixit: Non pater Abrahàm:
ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœniten-
tiam agent. Ait autem illi: Si Moſéh, & pro-
phetas non audiunt, neq; ſi quis ex mortuis
reſurrexerit, credent.

Capitulum.17.

1 AIt autē ad diſcipulos:Fieri non
poteſt,quin ueniāt offendicu-
la:Væ tamen illi ,per quem ue
niunt.Expedit illi,ſi mola aſi-
naria ponatur circa collū ei',
& proiectus fuerit in mare po
tius,quàm ut offendat unū de puſillis iſtis.
2 Cauete uobis. ¶ Si peccauerit in te frater
tuus,increpa illum:& ſi pœnituerit,remitte
illi.Et ſi ſepties in die peccauerit in te,& ſe-
pties in die conuerſus fuerit ad te,dicēs:pœ
3 nitet me:remittēs illi. ¶ Et dixerunt apoſto
li domino:Adauge nobis fidem. Dixit autē
dominus:Si haberetis fidem ſicut granum
ſinapis,dixiſſetis huic arbori ſycammo',era
dicare,& tranſplantare in mare,& obediſ-
4 ſet uobis. ¶ Quis autem ueſtrum habens
ſeruum arantem aut paſcentem:qui regreſ-
ſo ab agro dicat ,ſtatim tranſi,& accumbe,
ac non potius dicit illi:parata quod cœnē',
& præcinge te,ac miniſtra mihi,donec ede-
ro,& bibero:& poſt hæc edito,& bibito tu?
Num gratiā habet ſeruo illi, quia fecit quæ
ei imperata fuerant? Non puto. Sic & uos,
cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt uo-
bis,dicite:Serui inutiles ſumus:Quod de-
5 buimus facere,fecimus. ¶ Et factum eſt dū
iret Ieruſaláim,& ipſe tranſibat per mediā
Samariáh,& Galīl.Et cū ingrederetur quen
dam uicum ,occurrerunt ei decem uiri le-
proſi ,qui ſteterunt procul ,& eleuata uo-
ce,dixerunt:Ieſúah præceptor,miſerere no
ſtri.Quos ut uidit ,dixit illis:Ite oſtendite
6 uos ſacerdotibus. ¶ Et factum eſt,ut inter
eundem mundati ſint. Vnus autem ex illis
ut uidit quod mundatus eſſet',regreſſus eſt,
cum uoce magna glorificans deum,& pro-
cidit in faciem ad pedes eius gratias agens
7 ei:& hic erat Samaritanus. ¶ Reſpondens
autem Ieſúah,dixit:Nónne decem mundati
ſunt?Nouem autem illi ubi?Non ſunt reper-
ti qui redierint,ut darent gloriam deo,niſi
hic alienigena. Et ait illi: Surge,uade,fides
tua te ſeruauit. Interrogatus autem à pha-
riſæis,quando uenturum eſſet regnum dei:
reſpondit eis,& dixit:Non ueniet regnum
dei cum obſeruatione,neque dicent,ecce
hic,aut ecce illic.Ecce enim regnum dei in-
8 tra uos eſt.Et ait ad diſcipulos. ¶ Venient
dies quando deſiderabitis uidere unum die
rum fili hominis,nec uidebitis,Et dicent uo
bis:Ecce hic,ecce illic. Nolite ire,neque ſe-
ctemini.Nam ſicut fulgur coruſcans e regio
ne quæ ſub cœlo eſt ,in alteram quæ ſub cœ
lo eſt fulget,ita erit filius hominis ī die ſuo.
Sed primū oportet illū multa pati,& repro-
9 bari à natione hac. ¶ Et ſicut fuit in diebus
Nóach,ita erit & in diebus filij hominis.Ede
bant,bibebant,uxores ducebant,& daban
tur nuptum ad eum uſque diem,quo intra-
uit Nóach ī arcā:& uenit diluuiū ,& pdidit
10 oēs. ¶ Cōſimiliter ēt ſicut fuit ī dieb' Loth:
Edebant,bibebant,emebant,uendebāt,plā-
tabant,ædificabant:cæterum quo die exijt
Loth è Sedóm,pluit igni,& ſulphure de cœ-
lo,& omnes perdidit.Secundum hæc,erit di
es,quo filius hominis reuelatur.In illo die q
fuerit in tecto,& uaſa eius in domo,ne de-
ſcendat ad tollendum illa:& qui in agro ,ſi-
militer non redeat ad relicta. Memores autē
11 eſtote uxoris Loth. ¶ Quicunque quæſierit
animam ſuam ſeruare ,perdet illam : & quí
cunque perdiderit illā,uitam illi parabit. Di-
co uobis,in illa nocte erunt duo in lecto uno:
unus aſſumetur ,& alter relinquetur. Duæ
erunt molentes ſimul una aſſumetur,& alte
12 ra relinquetur. ¶ Et reſpondentes dicunt il
li:Vbi domine?Qui dixit illis: Vbicunque fue
rit corpus,illuc congregabuntur & aqlæ.

Capitulum.18.

1 DIcebat autem & ſimilitudinē
ad illos ,in hoc quod oporte
ret ſemper orare ,nec defati
gari: dicens : Iudex quidam
erat in quadam ciuitate ,qui
deum non timebat,nec homi
nem reuerebatur.Vidua autem quædam erat
in ciuitate illa,& ueniebat ad eum dicens :
Vindica me de aduerſario meo .Et nolebat
2 aliquandiu. ¶ Poſt hæc autem dixit intra ſe:
Quanquam deum non timeo ,nec hominem
reuereor.tamen quia moleſta eſt mihi hæc uí
dua,uindicabo illam,ne tandem ueniens ſug
3 gillet me. ¶ Ait autem dominus: Audite
quid iudex iniquus dicat: Deus autem non
faciet uindictam electorum ſuorum, claman
tium ad ſe die ac nocte,etiam cum patiēs fue
rit ſuper illis? Dico uobis,quod faciet uindi
ctam illorum cito. Veruntamen filius homí
nis cum uenerit,an,reperturus eſt fidem in
4 terra? ¶ Dixit autem,& ad quoſdam,qui in
ſe confidebant quod eſſent iuſti, & aſperna-
bantur cæteros ſimilitudinem iſtam:Duo ho
mines aſcendebant in templum ut orarent:
5 unus phariſæus,& alter publicanus ¶ Pha
riſæus ſtans hæc apud ſe orabat: Deus gra-
tias ago tibi,quod non ſim ſicut cæteri ho-
mines,raptores,iniuſti,adulteri,uelut etiam
hic publicanus :

hic publicanus:ieiuno bis in ſabbato,deci-
6 mas do omnium quæ poſſideo. ¶Et publi-
canus ꝓcul ſtans,nec oculos uolebat ad cœ-
lum attollere,ſed percutiebat pectus ſuum,
dicens:Deus,propitius eſto mihi peccatori.
7 ¶Dico uobis,deſcendit hic iuſtificatus in
domum ſuam magis quàm ille. Quia omnis
qui ſe exaltat,humiliabitur:& q ſe humiliat,
8 exaltabitur. ¶Afferebant autẽ ad eum et in
fantes,ut eos tangeret.Quod cum uiderent
diſcipuli increpabant illos.Ieſúah autẽ cum
illos ad ſe uocaſſet,dixit:Sinite pueruloſ ue
nire ad me,& nolite uetare eos: Taliũ eſt enĩ
regnum dei.Amen dico uobis,quicunq; non
acceperit regnum dei ueluti puerulos, non
9 intrabit illud. ¶Et interrogauit eum qui-
dam princeps,dicens:Magiſter bone, quid
faciendo uitã æternã poſſidebo? Dixit autẽ
ei Ieſúah:Quid me dicis bonum? Nemo bo-
nus,niſi unus deus.Præcepta noſti.Non com
mittes adulterium: non occides: non facies
furtum:nõ falſum teſtimonium dices: hono-
ra patrem tuum,& matrem tuam. At ille ait:
Hæc omnia ſeruaui à iuuẽtute mea.Quo au-
dito,Ieſúah ait ei: Adhuc unũ tibi deeſt. Oĩa
quæcunq; habes uende,et diſtribue paupe-
ribus:& habebis theſaurum in cœlo, et ueni
10 ſequere me. ¶His ille auditis,mœrore affe-
ctus eſt,quia diues erat ualde.Videns autem
Ieſúah illum mœrore affectum,dixit: Quàm
difficile qui pecunias habent in regnum dei
intrabunt.Facilius eſt enim camelum per fo-
ramen acus tranſire,ꝙ diuitem intrare in re
11 gnum dei. ¶Et dixerunt qui audierant: Et
quis poteſt ſaluus fieri? At ille ait, Quæ im-
poſſibilia ſunt apud homines,poſſibilia ſunt
12 apud deum. ¶Ait autem Petrus: Ecce nos
reliquimus omnia,& ſecuti ſumus te.Qui di
xit eis:Amen dico uobis: Nemo eſt qui reli-
quit domũ,aut parẽtes,aut fratres, aut uxo
rem,aut liberos propter regnum dei, qui nõ
recepturus ſit multo plura in hoc tempore,
13 & in ſæculo uẽturo uitam æternã. ¶Aſſum
pſit autem Ieſúah duodecim,& ait illis:Ecce
aſcendimus Ieruſaláim, & conſummabũtur
oĩa quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio
hominis.Tradetur enim gentibus, & illude
tur:et contumelijs afficietur, & conſpuetur:
& poſtquam flagellauerint, occident eũ,ac
die tertia reſurget.Et ipſi nihil horum intel-
lexerunt.Et erat uerbum iſtud abſconditum
14 ab eis,nec itelligebãt quæ dicebãtur. ¶Ac-
cidit autem cum appropinquaret Ierichó,
cæcus quidam ſedebat iuxta uiam, mendi-
cans:et cũ audiret turbã prætereuntẽ,inter-
rogabat quid hoc eſſet.Dixerũt autẽ ei, ꝙ Ie
ſúah Nazarenus tranſiret:& clamauit dicẽs
Ieſúah fili Dauid,miſerere mei.Et q præibãt
increpabant eũ,ut taceret.Ipſe uero multo
magis clamabat: Fili Dauid, miſerere mei.
Stans autẽ Ieſúah,iuſſit illum adduci ad ſe.
15 ¶Et cũ appropinquaſſet, interrogauit illũ,
dicẽs:Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Do
mine,ut reſpiciã.Et Ieſúah,dixit ei: Reſpice
Fides tua te ſaluũ fecit.Et cõfeſtim reſpexit:
ac ſequebatur illũ,glorificans deum. Et om-
nis plebs ut uidit,dedit laudem deo.

Capitulum.19.

1 ETigreſſus,& perãbulabat Ie
richó,Et ecce uir noĩe q uoca
bat Zacchęus, atq; iſ prĩceps
erat publicanoꝝ:et idẽ erat di
ues,et querebat uidere Ieſúah
qs eẽt,nec poterat præ turba,
qđ ſtatura puſill⁹ eẽt.Et ꝑcurrẽs aſcẽdit ĩ ar-
borẽ ſycomorũ,ut uideret eũ:Nam illac erat
2 trãſitur⁹. ¶Et cũ ueniſſet ad locũ,ſuſpiciẽs
Ieſúah,uidit illum,dixitq; ad eum: Zacchæe
feſtinans deſcende,qa hodie domi tuæ opor
tet me manere.Et feſtinans deſcendit, & ex-
3 cæpit illũ gaudens, ¶Cumq; uiderent oẽs,
murmurabãt dicentes: quod ingreſſus eſſet
apud hominẽ peccatorẽ diuerſaturus.Stans
aũt Zacchæus dixit ad dñm: Ecce dimidium
bonorum meorum dñe do pauperibus: et ſi
quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ.
Ait Ieſúah ad eũ:Hodie ſalus domui huic fa-
cta eſt,eo quod & ipſa filia ſit Abrahæ.Ve-
nit enĩ filius hominis quærere,et ſeruare qđ
4 perierat. ¶Hæc illis audientibus,adijciens
dixit parabolã,eo qđ eẽt prope Ieruſaláim,
quodq; exiſtimarẽt fore,ut confeſtim regnũ
dei manifeſtaretur.Dixit ergo:Homo quidã
genere clarus,profectus eſt in regionem lon
ginquam,ut acciperet ſibi regnum,ac reuer
teretur.Vocatis autem decem ſeruis ſuis,de
dit eis decem minas,& ait ad illos: Negocie-
5 mini donec ueniã. ¶Ciues autem eius ode-
rant eum,miſeruntq; legationem poſt illum,
dicentes.Nolumus hunc regnare ſuper nos.
6 ¶Et factum eſt ut rediret accepto regno:
iuſſitq; uocari illos ſeruos ad ſe,quibus dede
rat pecuniã,ut ſciret quiſq; negociat⁹ eſſet.
7 ¶Venit aũt primus,dicens: Domine mina
tua decem minas acquiſiuit. Et ait illi: Euge
bone ſerue, qui in minimo fuiſti fidelis, ha-
beto poteſtatem ſuper decem ciuitates.
8 ¶Et ſecũdus uenit,dicens: Domine, mina

tua fecit quinq; minas. Et huc ait: Et tu prefe
9 fectus eſto quinq; ciuitatibus. ¶ Et alius
uenit, dicens: Domine, ecce mina tua quam
habui repoſitam in ſudario: Timui enim te,
quod hō auſterus ſis, tollis quod nō poſuiſti:
& metis qđ non ſeminaſti. Dicit ei: De ore
tuo te iudicabo ſerue male: Sciebas qđ ego
homo auſterus ſim, tollens quod non poſui,
& metens quod non ſeminaui: & quare non
dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego
ueniens, cum uſura utiq; exegiſſem illam? Et
aſtantibus dixit: Auferte ab illo minam, &
10 date illi qui decem minas habet. ¶ Et dixe-
runt ei: Domine, habet decem minas, Dico
enim uobis, quod omni habenti dabitur: ab
eo autem qui non habet etiam quod habet,
auferetur ab eo. Quin inimicos meos illos,
qui noluerunt me regnare ſuper ſe adducite
huc, & interficite ante me. Et iis dictis præce
11 debat aſcendens Ieruſaláim. ¶ Et factū eſt,
cum appropinquaſſet Bethphage & Betha
niam iuxta montem, qui uocatur oliuarum,
miſit duos diſcipulos ſuos, dicens: Ite in ca-
ſtellum quod è regione eſt. In quod introeū
tes, inuenietis pullum alligatum in quo ne-
mo unquam hominum ſedit: ſoluite illum, &
adducite. Et ſi quis uos interrogauerit, qua
re ſoluitis, ſic dicetis ei: Quia dominus eo
12 opus habet. ¶ Abierunt autem qui miſſi
erant, & inuenerūt ſicut dixerat illis. Soluē
tibus autem illis pullum, dixerunt domini
eius ad illos: Quare ſoluitis pullum? At illi
dixerunt: Quia dominus eo habet opus.
13 ¶ Et duxerunt illum ad Ieſúah. Et iniectis
ueſtimentis ſuis ſuper pullum, impoſuerunt
14 Ieſúah. ¶ Eunte autem illo, ſubſternebant
ueſtimenta ſua in uia. Et cū appropinquaret
iam ad deſcēſum montis oliuarum, cœperūt
omnis multitudo diſcipulorum gaudentes
laudare deum uoce magna ſuper omnibus
quas uiderant uirtutibus, dicentes: Benedi-
ctus qui uenit rex in nomine domini: pax in
15 cœlo, & gloria in altiſſimus. ¶ Et quidam è
phariſæis è turba dixerunt ad illum: Magi-
ſter, increpa diſcipulos tuos. Et reſpondens
dixit eis: Dico uobis, qđ ſi ii tacuerint, mox
16 lapides clamabunt. ¶ Et ut appropinqua-
uit, uidens ciuitatem, fleuit ſuper illa, dicēs:
Si cognouiſſes & tu. Et qdem in iſto die tuo,
quæ ad pacem tuam ſunt. Nūc aūt abſcōdita
ſunt ab oculis tuis. Quia uenīēt dies in te, &
circūdabunt te inimici tui uallo, & cingent
te, & coanguſtabunt te undiq;, & ſolo æqua
bunt te, & filios tuos q in te ſunt, Et non re-
linquent in te lapidem ſuper lapidem; eo qđ
non cognoueris tempus uiſitationis tuæ.
17 ¶ Et ingreſſus in templū, cœpit eiicere uē-
dentes in illo, ementes, dicens illis: Scriptū
eſt: Domus mea domus orationis eſt, uos au
tem feciſtis illam ſpeluncam latronum.
18 ¶ Et docebat quotidie in tēplo. Principes
autem ſacerdotum, & ſcribæ quærebant illū
perdere, & primores plebis: nec inueniebāt
quid facerent: Totus enim populus pēdebat
ab ore eius, cum audiret illum,

Capitulum. 20.

1 ET factum eſt in uno dierū illo
rum, docēte illo populum in
templo, & euangelizante, cō
uenerunt principes ſacerdo-
tum, & ſcribę cum ſenioribꝰ:
& aiūt illi, dicentes: Dic no-
bis qua poteſtate iſta facis? Aut quis eſt qui
dedit tibi iſtam poteſtatem? Reſpondens au
tem Ieſúah, dixit ad illos. Interrogabo uos et
ego unum uerbū: & dicite mihi: Baptiſmus
2 Ioannis è cœlo erat, an ex hominibus. ¶ At
illi cogitabant intra ſe dicentes: Si dixerimꝰ
è cœlo, dicet: Quare ergo non crediditis il-
li? Sin dixerimus: ex hominibꝰ, plebs uniuer
ſa lapidabit nos. Perſuaſum enim habet Ioan
nem prophetam eſſe. Et reſponderunt ſe ne-
ſcire unde eſſet. Et Ieſúah ait illis: Neq; ego
dico uobis, qua poteſtate hęc faciā. ¶ Cœ-
pit autem dicere ad plebem parabolam hāc.
Homo quidam plantauit uineam, & loca-
uit eam colonis, & ipſe peregre profectus
eſt multo tempore, Cumq; eſſet opportu-
num, miſit ad colonos ſeruum, ut de fructu
uineæ darent ipſi. Coloni autem cæſum emi-
4 ſerunt eum inanem. ¶ Et rurſus adhuc alte-
rum ſeruū miſit: illi uero hūc quoq; cæſum,
& contumeliis affectum, emiſerunt inanē. Et
addidit ut mitteret tertiū. At illi hunc quoq;
5 uulneribus inflictis, eiecerunt. ¶ Dixit aūt
dominus uineæ: Quid faciā? Mittam filium
meum dilectū, forſitan cum hunc uiderint re
uerebuntur. Quem cū uidiſſent coloni, cogi
tauerūt intra ſe, dicentes: Hic eſt hæres, ue-
nite occidamus illum, ut noſtra fiat hæredi-
tas. Et eiectum illum extra uineam, occide-
runt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ?
Veniet, & perdet colonos iſtos, & dabit ui-
6 neam aliis. ¶ Quod cū audiſſent, dixerūt:
Abſit. Ille uero intuitꝰ eos, ait. Quid eſt ergo
hoc quod ſcriptum eſt: Lapis quem repro-
bauerunt ædificantes, is factus eſt in caput
anguli? Omnis qui ceciderit ſuper illum la-
pidem, conquaſſabitur; ſuper quem autem

7 ceciderit, comminuet illum. ¶ Et quærebāt
principes ſacerdotum, et ſcribæ iniicere in il
lum manus eadem hora, et timuerūt. Cogno
uerūt enim quod in ipſos dixiſſet ſimilitudi
nem hanc. Et obſeruantes emiſerūt inſidiato
res, qui ſe iuſtos ſimularent, ut caperēt eum
ſermone traderentq́ illum principatui: et po
teſtati preſidis. Et interrogauerūt eū dicen
tes: Magiſter, ſcimus quod recte dicis, ac do
ces, nec reſpicis perſonam, ſed in ueritate ui
am dei doces: Licet nobis tributū dare Cæſa
8 ri, an non? ¶ Intellecta autē illorū uerſutia,
dixit ad eos: Quid me tentatis? Oſtēdite mi-
hi denarium. Cuius habet imaginē, & inſcri
ptionem? Reſpondentes aūt dixerunt: Cæſa
ris. Et ait illis. Reddite ergo quæ ſunt Cæſa-
ris, Cæſari, & quæ ſunt dei, deo. Et nō potue
runt uerbum eius repræhēdere coram popu
lo: & mirati ſuper reſponſo eius, tacuerunt.
9 ¶ Acceſſerunt autem quidam Sadducæo-
rum, qui negant eſſe reſurrectionem, & in-
terrogauerunt eum, dicētes. Magiſter: Mo-
ſéh ſcripſit nobis: ſi cui⁹ frater mortuus fue-
rit, habens uxorem, iſq́ ſine liberis mortuus
fuerit, ut accipiat frater eius uxorem, & ſu-
ſcitet ſemen fratri ſuo. Septem ergo fratres
erant, & primus accæpit uxorē, ac mortuus
eſt ſine liberis. Et accæpit ſecundus illam, &
ipſe mortuus eſt ſine liberis. Et tertius accæ-
pit illā, ſimiliter et ſeptem, nec reliquerunt
10 liberos, & mortui ſunt. ¶ Nouiſſime om-
nium mortua eſt & mulier: In reſurrectione
ergo cuius eorū erit uxor? Siquidem ſeptem
11 habuerunt eam uxorem. ¶ Et reſpondens,
ait illis Ieſúah. Filiiſ huius ſæculi ducunt uxo
res, & nuptum dant: illí uero qui digni habe
buntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mor
tuis, neq́ ducunt uxores, neq́ nuptum dant.
Neq́ enim ultra mori poſſunt. Aequales eñ
angelis ſunt, & filiī ſunt dei, cum ſint filiī re
12 ſurrectionis. ¶ Quod uero reſurgant mor-
tui, & Moſéh oſtendit iuxta rubum, cum di-
cit dominum deum Abrahám, & deū Iſcháo
& deum Iahacób. Deus autem non eſt mor-
tuorum, ſed uiuentium: Omnes enim illi ui-
uunt. Reſpōdentes autem quidam è ſcribis,
dixerunt: Magiſter, bene dixiſti. Et amplius
non audebant eum quicquam interrogare.
13 ¶ Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt
Chriſtum filiū eſſe Dauid, & ipſe Dauid di-
cit in libro pſalmorum: Dixit domin⁹ domi-
no meo, ſede à dextris meis: donec poſuero
inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorū? Da
uid ergo dominum illum uocat, & quomo-
14 do filius eius eſt? ¶ Audiente uero cuncto
populo: dixit diſcipulis ſuis: Cauete à ſcribis
qui uolunt ambulare in ſtolis, & amant ſalu
tationes in foris, ac primas cathedras in ſy-
nagogis, & primos diſcubitus in cœnis. Qui
deuorant domos uiduarum, ſimulantes lon-
gas preces, hi accipient abundantius iudi-
cium.

Capitulum.21.

1 REſpiciens autem uidit eos qui
mittebant munera ſua in gazo
phylacium diuites. Vidit au-
tem & quandam uiduam pau-
perculam, mittentem illuc æra
minuta duo, & dixit: Vere dico uobis,
quod uidua hæc pauper pluſquam omnes mi
ſit. Nā omnes hí ex eo quod ipſis exuberat,
miſerunt in munera dei: hæc autem ex penu-
ria ſua uniuerſam ſubſtātiam quam habebat
2 miſit. ¶ Et quibuſdam dicentibus de tem-
plo, quod pulchris lapidibus ac donis orna-
tum eſſet, dixit: Ex his quæ uidetis, uenient
dies in quibus nō relinquetur lapis ſuper la
3 pidem qui non diruatur. ¶ Interrogauerūt
autem illum, dicentes: Præceptor, quando
igitur hæc erunt, & quod ſignū quando iſta
futura ſint? At ille dixit: Videte ne ſeducami
ni. Multi enim uenient ſub nomine meo, dicē
tes quod ego ſim, & tempus appropinqua-
4 uit: Ne igitur ſequamini illos. ¶ Cæterū cū
audieritis bella, & ſeditiones, nolite terreri:
Oportet enim prius hæc fieri, ſed non ſtatim
finis. Tunc dicebat illis: Inſurget gens cōtra
gentem, & regnū aduerſus regnū, & terræ-
motus magni erunt per loca, & fames, ac pe
ſtilentiæ, terroreſq́, & ſigna de cœlo magna
erūt. Sed ante hæc omnia iniiciēt uobis ma-
nus ſuas, & perſequētur tradētes in ſynago
gas & carceres: trahētes ad reges, ac præſi-
des propter nomē meū. Continget autē uo-
5 bis in teſtimoniū. ¶ Ponite igitur in cordi-
bus ueſtris, nō eē præmeditādū: ut reſpōdea
tis: Nā ipſe dabo uobis os, & ſapiētiā, cui nō
poterunt contradicere, neq́ reſiſtere omnes
aduerſantes uobis. Trademini autem etiam
à parentibus, & fratrib⁹, & cognatis, & ami
cis, & morte afficient quoſdam ex uobis. Et
eritis inuiſi omnibus propter nomē meū. Et
pilus de capite ueſtro non peribit. Per patien-
6 tiā ueſtrā poſſidete animas ueſtras. ¶ Cū au
tem uideritis circūdatā ab exercitibus Ieru
ſalaim tūc ſcitote qđ appropinquauerit de-
ſolatio eius. Tunc q in Iehudæa ſunt, fugiant
ad montes, & qui in medio eius diſcedant:
& qui in regionibus, non intrent in eam:

quia dies ultionis hi ſunt, ut impleantur om
7 nia que ſcripta ſunt. ❡Væ autem prægnan
tibus, & lactantibus in illis diebus. Erit enim
afflictio magna ſuper terram, & ira in popu
lo hoc Et cadent acie gladij, & captiui ducẽ
tur in omnes gentes. Et Ieruſalaim calcabi-
tur à gentibus, donec impleantur tẽpora gẽ
8 tium. ❡Et erunt ſigna in ſole, & luna, &
ſtellis, & in terris coartatio gentium in per-
plexitate, reſonante mari, & fluctu, areſcen-
tibus hominibus præ timore, & expectatio-
ne eorum quæ ſuperuenient orbi terrarum.
Nam uirtutes cœlorum mouebuntur, & tũc
uidebunt filium hominis uenientem in nube
9 cum poteſtate, & gloria magna. ❡His au-
tem fieri incipientibus, ſuſpicite, et attollite
capita ueſtra, quoniam appropinquat redẽ-
ptio ueſtra. Et dixit illis ſimilitudinem: Vide
te ficum, & omnes arbores, cũ proruperint
iam gemmas, cernentes ex uobiſipſis ſcitis,
quod prope ſit æſtas, ita & uos cũ uideritis
hęc fieri, ſcitote quod prope ſit regnum dei.
Amen dico uobis non præteribit ætas hæc,
donec omnia facta fuerint. Cœlum, & terra
tranſibunt, uerba autem mea non tranſibũt.
10 ❡Cauete autem uobis, nequando grauen-
tur corda ueſtra crapula, & ebrietate, & cu-
ris huius uitæ, ſubitusq; uobis ingruat dies
ille: Tanquam laqueus enim ſuperueniet in
omnes qui ſedent ſuper faciem totius terræ.
Vigilate itaque omni tempore, deprecãtes,
ut liceat uobis effugere iſta omnia quæ futu
ra ſunt, & ſtare ante filium hominis. ❡Do-
cebat autem interdiu in templo, noctu ue-
ro exiens diuerſabatur in monte qui uocaba
tur oliuarum. Et omnis populus diluculo ue
niebat ad eum, ut in templo audiret eum.

Capitulum. 22.

1 APpropiquabat aũt dies feſt⁹ in
fermẽtatorũ, q dicitur péſach:
& q̃rebant principes ſacerdo-
tũ, & ſcribæ, quomodo eũ in-
terficerent: Timebant enim ple
2 bem. ❡Intrauit aũt ſathan in
Iehudam, cui cognomen erat Iſcariotes, qui
erat è numero duodecim, abijtq;: et locutus
eſt cum principibus ſacerdotum, ac magi-
ſtratibus quemadmodũ illũ traderet eis. Et
gauiſi ſunt, ac pacti ſunt pecuniã illi ſe datu-
ros. Et ſpoſpondit, quærebatq; oportunita-
3 tem, ut traderet illũ illis ſine turba. ❡Venit
aũt dies infermentatorũ: in qua neceſſe erat
immolari péſach. Et miſit Petrũ, ac Ioãnem,
dicens: Profecti parate nobis péſach, ut eda-
mus. At illi dixerũt ei: Vbi uis paremus?
4 ❡Et dixit ad eos, Ecce introeũtibus uobis
in ciuitatem occurret homo, hydriam teſta-
ceam portans, ſequimini eum in domum in
quam intrat, et dicetis patrifamilias domus:
Dicit tibi magiſter: Vbi eſt diuerſorium: ubi
péſach cum diſcipulis meis edã? Et ipſe oſten
det uobis cœnaculum magnum ſtratum, ibi
parate. Euntes autem inuenerunt ſicut dixe
rat illis, & parauerunt péſach. Et cum iam eſ
ſet hora, accubuit, ac duodecim apoſtoli cũ
5 eo. ❡Et ait illis: Deſiderio deſideraui hoc pé
ſach comedere uobiſcum antequam patiar.
Dico enim uobis, poſthac non edam ultra ex
6 eo, donec compleatur in regno dei. ❡Et ac
cæpto poculo, gratias egit, ac dixit: Accipi
te hoc: & diuidite iter uos. Dico enim uobis,
quod nõ bibam de fructu uitis, donec regnũ
7 dei ueniat. ❡Et accæpto pane, cum gratias
egiſſet, fregit, ac dedit eis, dicens: Hoc eſt
corpus meum, quod pro uobis datur: hoc fa-
cite i mei recordationẽ. Similiter & poculũ
poſtquã cœnauit, dicens: Hoc poculum, no-
uum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro
8 uobis effunditur. ❡Verũtamen ecce man⁹
prodentis me, mecum eſt in menſa. Et filius
quidem hominis ſecundum quod definitum
eſt, uadit, uerumtamen uæ homini illi perquẽ
proditur, Et ipſi cœperunt quærere inter ſe-
ſe, quisnam eſſet ex ipſis, qui hoc facturus
9 eſſet. ❡Facta eſt autem & contentio inter
eos, quis eorum uideretur eſſe maior. Dixit
autem eis: Reges gentium dominantur eis:
& qui poteſtatem habent ſuper eas, benefi-
ci uocantur. Vos autem non ſic, ſed qui ma-
ior eſt inter uos, fiat ſicut iunior, & qui dux
eſt, ſicut qui miniſtrat. Nam uter maior eſt,
qui accumbit, an qui miniſtrat? Nónne qui
accũbit? At ego in medio ueſtrum ſum ut qui
10 miniſtrat. ❡Vos autem eſtis qui permanſi-
ſtis mecũ in tẽtationib⁹ meis. Et ego diſpono
uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater me⁹ regnũ:
ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam in
regno meo, & ſedeatis ſuper thronos, iudi-
11 cantes duodecim tribus Iſraël. ❡Ait autem
dominus: Simon Simon, ecce ſathán expeti-
uit uos, ut cribraret ſicut triticũ: ſed ego ro
gaui pro te, ne deficiat fides tua: et tu aliquã
do conuerſus cõfirma fratres tuos. At ille di
xit ei: Domine, tecum paratus ſum & in car-
cerem & in mortem ire. At ille dixit, Dico ti
bi Petre, non canet hodie gallus, priusq; ter
12 abneges noſſe me. ❡Et dixit eis: Quãdo mi
ſi uos ſine ſacculo, & pera, & calciamentis,

num quid aliquid defuit uobis? At illi dixe-
runt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui ha-
bet ſacculum tollat, ſimiliter & perã, & qui
non habet, uẽdat tunicam ſuam, & emat gla
dium. Dico enim uobis: quoniam adhuc hoc
quod ſcriptum eſt, oportet perfici in me: Et
cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea quæ
ſunt de me, finem habent. At illi dixerũt: Do
mine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Sa
13 tis eſt. ¶ Et egreſſus ibat, ut erat ſolitus, in
montem oliuarum: ſecuti ſunt autem illũ &
diſcipuli. Et cum perueniſſet ad locum, dixit
14 illis: Orate, ne intretis in tẽtationem. ¶ Et
ipſe auulſus eſt ab eis fermè ad iactum lapi-
dis, poſitiſq; genibus orabat, dicens: Pater,
ſi uis transfer poculum hoc à me. Veruntã-
men non mea uoluntas, ſed tua fiat. Conſpe-
ctus eſt autem illi angelus de cœlo corrobo-
rans eum. Et factus in horrore prolixius ora-
bat. Et erat ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis
decurrentes in terram. Et cum ſurrexiſſet ab
oratione, ueniſſetq; ad diſcipulos ſuos, repe
rit eos dormientes præ mœſtitudine. Et ait il
lis. Quid dormitis? Quum ſurrexeritis ora-
15 te, ne intretis in tentationem. ¶ Adhuc au-
tem eo loquente, ecce turba, & qui uocaba-
tur Iehudáh, unus è duodecim, antecedebat
eos, & appropinquauit Ieſúah, ut oſcularetũ
eũ: Hoc enĩ ſignum dederat illis. Quemcun-
q; oſculatus fuero ipſe eſt. Ieſúah autem di-
xit illi: Iehudáh, oſculo filium hominis pro
16 dis? ¶ Videntes autem hi qui circa ipſum
erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domi
ne, percutiemus ne gladio? Et percuſſit unus
ex illis ſeruum principis ſacerdotum, & am
putauit aurem eius dexteram. Reſpondens
autem Ieſúah ait: Sinite hucuſque. Et cum te
17 tigiſſet auriculam eius, ſanauit eum. ¶ Di-
xit autem Ieſúah ad eos qui uenerant ad ſe,
principes ſacerdotum, ac magiſtratus tẽpli,
& ſeniores: Quaſi ad latronem exiſtis cũ gla
dijs, ac fuſtibus, cum quotidie uobiſcũ fue-
rim in templo, non extẽdiſtis man⁹ ĩ me: ſed
hæc eſt hora illa ueſtra, & poteſtas tenebra-
18 rum. ¶ Compræhẽſum autem eũ duxerũt,
& induxerunt in domum principis ſacerdo-
tũ. Petrus uero ſequebatur eminus. Cum au-
tem accendiſſent ignem in medio aulæ, atq;
conſediſſent illi, ſedit & Petrus inter illos.
Quem cum uidiſſet ancillula quædam ſeden
tem ad lumen, defixis in illũ oculis dixit:
Et hic cum illo erat. At ille abnegauit eũ, di-
19 cens: Mulier non noui illum. ¶ Et poſt puſil
lum alius uidens eum, dixit: Et tu de illis es.
Petrus uero ait: Homo, non ſum. Et interual
lo interiecto ferè horæ unius alius quidem af
firmabat, dicens: In ueritate, & hic cum illo
erat, nam & Galilæus eſt. Ait ꝗ Petrus: Ho-
mo, neſcio quid dicas. Et continuo adhuc il-
lo loquente cecinit gallus. Et conuerſus do-
minus, intuitus eſt Petrum. Et recordatus eſt
Petrus ſermonis domini, quomodo dixerat
ipſi: prius quàm gallus cecinerit, ter me ne-
gabis. Et egreſſus foras Petrus fleuit amare.
20 ¶ Et uiri qui tenebant Ieſúah, illudebant ei
cædentes. Et cum circumtexiſſent eum, per-
cutiebant faciem eius, & interrogabant eũ,
dicentes: Vaticinare, quis eſt ille qui te per-
cuſſit? Et alia multa blaſphemãtes dicebãt in
21 eum. ¶ Atque ut factus eſt dies: Congrega
tus eſt cœtus ſeniorũ plebis, & principes ſa-
cerdotũ, & ſcribæ, & duxerunt illum in cõci
lium ſuum, dicentes: Num tu es ille Chriſt⁹?
Dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, nõ cre
detis: Quod ſi etiam interrogauero, non re-
ſpõdebitis mihi: neq; dimittetis. Ex hoc tem
pore erit filius hoĩs ſedens à dextris uirtu-
22 tis dei. ¶ Dixerunt autem omnes: Tu ergo
es filius dei? Qui ait: Vos dicitis quod ego
ſum. At illi dixerunt: Quid adhuc opus habe
mus teſtimonio? Ipſi enim audiuimus ex ore
ipſius.

Capitulum. 23.

1 ET quum ſurrexiſſet uniuerſa
multitudo eorũ, duxit illũ ad
Pilatum. Cœperunt autẽ illũ
accuſare, dicẽtes: Hunc dep̃-
hendimus euertentẽ gentẽ ac
uetantẽ tributa dare Cæſari,
2 dicentem ſe Chriſtũ regẽ eſſe. ¶ Pilatus au
tem interrogauit eũ, dicens: Tu es ille rex Ie
hudæorum? At ille reſpõdens illi, ait: Tu di
3 cis. ¶ Ait autem Pilatus ad principes ſacer
dotum, & turbas: Nihil inuenio criminis in
hoc homine. At illi inualeſcebant, dicentes:
Commouet populũ, docens per uniuerſam
Iehudæam, exorſus à Galil uſq; ad hunc lo-
4 cũ. ¶ Pilat⁹ aũt quũ audiſſet Galil, interro-
gauit num hõ Galil eſſet. Et ut cognouit q̃d
de Herodis ditione eſſet, remiſit eũ ad Hero
dẽ, qui & ipſe Ieruſaláim erat illis diebus.
5 ¶ Herodes aũt uiſo Ieſúah, gauiſus eſt ual-
de. Volebat enĩ ex multo iã tẽpore uidere il-
lũ, eo quod audiſſet multa de eo: & ſperabat
ſe ſignũ aliquod uiſurus ab eo fieri. Interroga
bat aũt eũ multis ſermonib⁹. At ipſe nihil illi
rñdebat. Stabãt aũt principes ſacerdotũ, &
ſcribæ cõſtãter accuſãtes eũ. Quũ ſpreuiſſet

antẽ illum Herodes cum exercitibus ſuis,&
illuſiſſet indutum ueſte ſplendida,remiſit ad
Pilatum. Et facti ſunt amici inter ſeſe Pilat⁹,
& Herodes in eodem die:Nã antea extiterãt
6 inimici inter ſeſe. ¶ Pilatus autẽ cõuocatis
principibus ſacerdotum,& magiſtratibus,
ac plebe,dixit ad illos:Obtuliſtis mihi hunc
hominẽ quaſi auertentẽ populũ:& ecce ego
coram nobis quũ interrogauerim,nullũ in-
ueni⁹ in homine iſto crimen ex ijs de quibus
accuſabatis eum:ſed ne Herodes quidẽ:nam
remiſi uos ad illum,& ecce nihil dignũ mor
te actum eſt ei.Emẽdatum ergo illum dimit-
7 tam. ¶ Neceſſe aũt habebat dimittere eis
in feſto unum.Exclamauit autem ſimul uni-
uerſa turba,dicens:Tolle hũc & dimitte no-
bis Barabban: qui erat propter ſeditionem
quandam factam in ciuitate,& homicidium
8 cõiectus in carcerem. ¶ Iterũ aũt Pilatus lo
cutus eſt eos,uolens dimittere Ieſúah.At illí
clamabant,dicẽtes:Crucifige,crucifige eũ.
Ille autem tertio dixit ad illos:Quid enĩ ma-
li fecit hic?Nullum crimen morte dignũ cõ-
perio in eo,caſtigatum ergo dimittã illũ.At
illi inſtabant uocibus magnis, poſtulãtes ut
crucifigeretur,& inualeſcebant uoces eorũ
9 ac ſummorũ ſacerdotum. ¶ Et Pilatus adiu
dicauit ut fieret poſtulatio eorũ.Dimiſit aũt
illis eum,qui propter ſeditionem,& homici
dium coniectus fuerat in carcerem,quẽ po-
ſcebãt:Ieſúah uero tradidit uoluntati eorũ.
10 ¶ Et cũ abducerent eum,appræhenderunt
Simonem quendã Cyreneuſem,uenientem è
rure:& impoſuerũt illi crucem,ut portaret
11 poſt Ieſúah. ¶ Sequebatur autem illũ mul
ta turba populi,ac mulierũ,quæ plãgebãt,
& lamentabantur eum. Cõuerſus autem ad
illas Ieſúah dixit:Filiæ Ieruſalaím,nolite fle
re ſuper me,ſed ſuper nobiſipſis flete,& ſu-
per filijs ueſtris:quoniã ecce uenient dies in
in quibus dicent:Beatæ ſteriles ,& uentres
qui non genuerũt,& hubera quæ nõ lactaue
rũt.Tunc incipient dicere montibus:Cadite
ſup nos,& collibus,operite nos. Quia ſi in
humido ligno hæc faciunt,in árido qd fiet?
12 ¶ Ducebãtur autem,& alij duo facinoroſi
cũ eo,ut interficerentur. Et poſtquam uene-
runt in locum,qui uocatur Caluaria,ibi cru
cifixerunt eum,& facinoroſos:unum à dex
13 tris,alterũ à ſiniſtris. ¶ Ieſúah autem dice-
bat Pater,remitte illis:Neſciunt enim quid
14 faciant. ¶ Diuidẽtes uero ueſtimenta eius,
miſerunt ſortẽ.Et ſtabat populus ſpectãs:&
deridebant eum principes cum eis,dicẽtes:
Alios ſeruauit, ſeruet ſeipſum,ſi hic eſt ille
Chriſtus,ille dei electus. Illudebãt autem ei
& milites accedentes,& acetum offerentes
ei,dicenteſq;:Si tu es ille rex Iehudæorum,
15 ſaluum te fac. ¶ Erat aũt & inſcriptio ſcri-
pta ſuper eum literis Græcis, & Latinis,&
16 Hebraicis:Hic ẽ rex Iehudæorũ. ¶ Vn⁹ au-
tem è facinoroſis qui erãt ſuſpenſi blaſſema
bat eum,dicens:Si tu es Chriſtus,ſerua teip
ſum,& nos.Reſpondens autem alter,incre-
pabat eum,dicens:Ne times quidẽ tu deum,
quod in eadem damnatione es?Et nos quidẽ
iuſte,nam digna factis recípimus:hic uero
nihil mali geſſit.Et dicebat ad Ieſúah:Memẽ
to mei domine,cũ ueneris in regnũ tuum.Et
dixit illi Ieſúah:Amen dico tibi,hodie mecũ
17 eris in paradiſo. ¶ Erat autem ferè hora ſex
ta,& tenebræ factæ ſuper totam terram uſq;
ad horam nonam:& obſcuratus eſt ſol,& ue
lum templi ſciſſum eſt medium.Et cum cla-
maſſet uoce magna Ieſúah ait: Pater,in ma-
nus tuas commẽdabo ſpiritum meũ. Et hæc
18 cum dixiſſet,expirauit. ¶ Cum uidiſſet aũt
Centurio quod accidit, glorificauit deum,
dicens:Vere hic homo iuſtus erat. Et omnes
turbæ eorum,qui ſimul acceſſerant ad ſpe-
ctaculum iſtud,& uiderãt quæ facta fuerãt,
percutientes pectora ſua,reuertebantur.
19 ¶ Stabant autem omnes noti eius ꝓcul,&
mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galíl,hæc
20 uidẽtes. ¶ Et ecce uir noĩe Ioſéph,decurio,
qui erat uir bonus,ac iuſtus,hic non conſen
ſerat conſilio ac facto eorum:oriundus ab
Arimathæa ciuitate Iehudæorum,qui expe
ctabat & ipſe regnũ dei:hic acceſſit ad Pila-
tum,& poſtulauit corpus Ieſúah,& depoſi-
tum inuoluit ſindone,& poſuit illud in mo-
numento qđ erat in lapide exciſum,in quo
21 nõdum quiſquam poſitus fuerat. ¶ Et dies
erat paraſceue,& ſabbatũ illuceſcebat. Sub
ſecutæ aũt mulieres quæ cũ eo uenerant de
Galíl,uiderũt monumentũ,& quẽadmodũ
poſitũ erat corpus eius.Reuerſæ uero ,para
uerunt aromata,& unguẽta,ac ſabbato qui
dem quieuerunt ſecundum præceptum.

Capitulum.24.

1 VNo autem ſabbatorũ profun-
do diluculo uenerũt ad monu
mentũ,portãtes quæ paraue-
rant aromata,& nõnullæ cum
illis.Repererũt aũt lapidẽ re-
uolutum à monumento:& in-
greſſæ ,non inuenerunt corpus domini Ie-
2 ſúah. ¶ Et factum eſt,dum mẽte cõſternatæ
eẽnt de hoc,ecce duo uiri ſteterũt iuxta illas

in ueſtib' fulgurantibus. Cũ expauiſſent au-
tem, & declinarent uultum in terram, dixe-
runt ad illas: Quid quæritis uiuentem cum
mortuis? Non eſt hic, ſed ſurrexit. Recorda-
mini ut locutus fuerit uobis, cum adhuc in
Galil, eſſet, dicens: quod oporteret filium
hominis tradi in manus hominum peccato-
rum, & crucifigi, & die tertio reſurgere. Et
recordatæ ſunt uerborum eius, & egreſſæ à
monumento nunciauerunt hæc omnia illis
3 undecim, & cæteris omnibus. ¶ Erat autẽ
Miriám Magdalene, & Ioanna, & Miriám Ia
cobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dice
bãt ad apoſtolos hæc. Et uiſa ſunt apud illos
ceu deliramentum uerba illarum, neq; credi
4 derũt illis. ¶ Petrus autem ſurgens. cucur-
rit ad monumentum: & proſpicẽs, uidit lin
teamina ſola poſita, & abijt, apud ſemetipſũ
5 mirans quod factum fuerat. ¶ Et ecce duo
ex illis ibant eodem die in caſtellum, quod
aberat ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieru-
ſaláim, nomine Emmaus: & ipſi confabula-
bantur inter ſe de his omnibus quæ accide-
rant. Et factum eſt, dum confabularentur, ac
conquirerẽt, & ipſe Ieſúah quum appropin
quaſſet ibat cum illis. Cæterum oculi illorũ
tenebantur, ne eum agnoſcerent. Et ait ad il
los: Qui ſunt hi ſermones, quos cõfertis in-
6 ter uos ambulantes, & eſtis triſtes? ¶ Are
ſpondens unus, cui nomẽ Cleopas, dixit ei:
Tu ſolus peregrinus es Ieruſaláim, neque co
gnouiſti quæ facta ſunt illa his diebus? Qui-
bus ille dixit: Quæ? Et dixerũt ei: De Ieſúah
Naſareno: qui fuit uir propheta, potens ope
re, & ſermone coram deo & toto populo: &
quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdo-
tes, & principes noſtri in condemnationem
mortis, & crucifixerunt eum. Nos autẽ ſpe-
rabamus eum eſſe illũ qui redemptur' eſſet
7 Iſraél. ¶ Atqui ſuper hæc omnia terti' dies
eſt hodie, quod hæc facta ſunt. Sed & mulie
res quædam ex nobis attonitos reddidere
nos, quæ diluculo peruenerunt ad monumẽ
tum, & non inuento corpore eius uenerunt
dicentes, ſe etiam uiſionem angelorum ui-
diſſe, qui dicerent eum uiuere. Et abierunt
quidam eorum, qui erant nobiſcum ad mo-
numentum: & ita repererunt ſicut mulieres
8 dixerant: ipſum uero nõ uiderũt. ¶ Et ipſe
dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credẽ
dum in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ.
Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & intra-
re in gloriam ſuam? Et exorſus à Moſch, &
oĩbus ꝓphetis, interpretabatur illis in oĩb'
9 ſcripturis quæ de ipſo erãt. ¶ Et appropin-
quauerũt caſtello quò ibant, & ipſe finge-
bat ſe longius ire. Et coegerunt illũ, dicen-
tes: Mane nobiſcũ, quoniã uergit ad ueſpe-
ram, & inclinatus eſt dies. Et intrauit ut ma-
10 neret cũ illis. ¶ Et factum dum accumberet
cũ eis, accepit panẽ, & benedixit, ac fregit,
& porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorũ,
& agnouerũt eũ, & ipſe euanuit à cõſpectu
eorũ. Et dixerunt iter ſe: Nónne cor nr̃m arde
bat in nobis, dũ loqueretur nobis in uia, &
aperiret nobis ſcripturas? Et quũ ſurrexiſſet
eadẽ hora regreſſi ſunt Ieruſaláim, & inue-
nerũt congregatos undecim, & eos qui cũ il
lis erant, dicẽtes: Surrexit dominus uere, &
apparuit Simoni. Et illi narrabãt quæ geſta
erãt in uia: & quomodo fuiſſet agnitus ipſis
11 in fractione panis. ¶ Dum aũt hæc loquun
tur, ſtetit Ieſúah ipſe in medio eorũ, & dicit
eis: Pax uobis. Expauefacti uero, & conterri
ti, exiſtimabãt ſe ſpiritũ uidere, & dixit eis:
Quid turbati eſtis, & cogitatiões aſcendũt
in cordibus ueſtris? Videte manus meas, &
pedes meos, quia ego ipſe ſum. Contrecta-
te me, & uidete, quia ſpiritus carnem, &
oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Et
cũ hæc dixiſſet, oſtendit eis manus ac pedes.
12 ¶ Adhuc autẽ illis non credẽtibus præ gau
dio, & mirantibus, dixit eis: Habetis hic ali-
quid edulij? At illi obtulerũt ei piſcis aſſi par
tẽ, & aliquid de apiario fauo. Et quum acce-
piſſet in conſpectu illorum comedit, & dixit
ad eos: Hæc ſunt uerba quæ locutus ſum ad
uos, cũ adhuc eſſem uobiſcum: quod neceſ-
ſe foret impleri omnia quæ ſcripta ſunt in le
ge Moſch, & ꝓphetis, & pſalmis de me.
13 ¶ Tũc aperuit illorũ mentẽ, ut intelligerẽt
ſcripturas, & dixit eis: Sic ſcriptũ eſt, & ſic
oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mor
tuis tertio die, & prædicari nomine ei' pœni
tentiã, ac remiſſionem peccatorũ in omnes
gẽtes, initio facto ab Ieruſaláim. Vos autem
14 eſtis teſtes horũ. ¶ Et ecce ego mitto ꝓmiſ-
ſum patris mei ſuper uos. Vos autẽ ſedete in
ciuitate Ieruſaláim, quoadusq; induamini uir
tute ex alto. Eduxit autẽ eos foras uſq; in Be
thaniam: & ſublatis in altum manibus ſuis,
15 benedixit eis. ¶ Et factum eſt dum bene-
diceret illis, receſſit ab eis, ac ferebatur in
cœlum. Et ipſi adorato eo, regreſſi ſunt Ieru
ſaláim cũ gaudio magno: & erant ſemper in
templo, laudantes, & benedicentes deo.
Amen.

Euangelij ſecundum Lucam
FINIS.

VITA SANCTI IO
ANNIS PER DIVVM HIERONYMVM.



IOannes apoſtolus, quem Ieſúah amauit plurimũ, filius Zebadiáh, frater Iacobi apoſtoli, quem Herodes poſt paſſionem domini decollauerat, nouiſſimus omnium ſcripſit euangelium, rogatꝰ ab Aſiæ epiſcopis, aduerſus Cerinthum alioſq; hæreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerunt Chriſtũ ante Miriám non fuiſſe. Vnde & compulſus eſt diuinam eius natiuitatẽ edicere. Sed & aliam cauſam huiꝰ ſcripturæ ferunt: quod cum legiſſet Matthæi, Marci, & Lucæ uolumina; probauerit quidem textum hiſtoriæ, & uera eos dixiſſe firmauerit: ſed unius tantum anni, in quo & paſſus eſt poſt carcerem Ioãnis hiſtoriã texuiſſe. Prætermiſſo itaq; anno cuius acta à tribus expoſita fuerant, ſuperioris temporis antequam Ioannes clauderetur in carcerem, geſta narrauit: ſicut manifeſtũ eſſe poterit ijs, qui diligenter quatuor euangeliorum uolumina legerint. Quæ res etiam διαφωνίαν, quæ uidetur Ioãnis eſſe cũ cæteris, tollit. Scripſit aũt & unam epiſtolam, cius exordium eſt: Quod fuit ab initio, quod audiuimꝰ & uidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ cõtrectauerũt de uerbo uitæ: quæ ab uniuerſis eccleſiaſticis & eruditis uiris ꝓbatur. Reliquæ autem duæ, quarũ principium eſt: Senior electæ dñæ & natis eius, & ſequentis: Senior Caio chariſſimo, quem ego diligo in ueritate: Ioannis preſbyteri aſſeruntur, cuiꝰ & hodie alterum ſepulchrũ apud Epheſum oſtẽditur, & nõnulli putant duas memorias eiuſdẽ Ioannis euãgeliſtæ eſſe, ſup qua re cũ per ordinem ad Papiã auditorem eius uẽtum fuerit, differemus. Quartodecimo igitur anno, ſecũdam, poſt Neronem, ꝑſecutionẽ mouente Domitiano, in Patmos inſulam relegatꝰ ſcripſit Apocalypſim, quã ĩterpretantur Iuſtinus martyr & Hirenæus. Interfecto aũt Domitiano, & actis eiꝰ ob nimiam crudelitatẽ à ſenatu reſciſſis ſub Pertinace principe, redit Epheſum, ibiq; uſq; ad Traianũ principem perſeuerans, totas Aſiæ fundauit rexitq; eccleſias, cõfectus ſenio, ſexageſimooctauo poſt paſſionem dñi anno mortuus, iuxta eandem urbem ſepultus eſt.

ELENCHVS CAPITVM EVANGELII SECVNDVM IOANNEM.

1 Teſtimonium Ioannis baptiſtæ de Chriſto
Interrogatur ioannes num ipſe ſit Chriſtus.
De Andrea, Simone Petro, Philippo & Nethanẽl uocatis
2 De nuptijs in Cana
De eiectis è templo.
De eo ꝙ dixit: Deſtruite tẽplum hoc.
3 De Nicodemo & Ieſúah
Ieſúah, & Ioannes baptizant
Quæſtio de purificatione
4 De muliere Semaritana
De filio reguli.
5 De eo qui trigintaocto ãnos tenebatur morbo.
Iehudæi q̃runt ĩterficere Chriſtũ.
6 De quinq; panibꝰ, & duobꝰ piſcibus
Seceſſit Ieſúah à turba ne deligeretur in regem.
De ambulatione in mari
Sequitur turba Chriſtũ nauiculis
De turba quærente ſignum.
De pane cœleſti
Diſcipulorum multi deſciuerunt à Chriſto
Sententia Petri de Chriſto.
7 Ieſúah clam aſcẽdit ad diẽ feſtum.
Mirantur Iehudæi Chriſtum ſcire

literas quas non didicerant.
Diſſenſio turbæ de Ieſúah.
Contendũt principes cum miniſtris & Nicodemo.
8 De muliere adultera.
De interrogantibus Ieſúah quem ſe eſſe diceret.
Interrogãt Ieſúah de patre eius.
Promittitur à Ieſúah libertas ſe ſequentibus.
De his qui dicebant Ieſúah habere dæmonium.
Tentant Iehudæi in Chriſtum iacere lapides, eo ꝙ præfert ſe Abrahæ.
9 De cæco à natiuitate, & inter hunc & phariſæos diſceptatio.
10 De paſtore bono, & mercenario.
Ieſúah interrogatur ĩ porticu deambulans.
11 De Lazaro reſuſcitato.
Concilium pontificum, & phariſæorum de Ieſúah appræhendendo.
12 Miriám ungit pedes Ieſúah.
De aſella.
De Græcis interrogantibus Philippum.
Auditur à turba uox è cœlo.
13 Lauat Ieſúah pedes diſcipulorum.
Exit Iehudáh proditurus Chriſtum.
Inculcat Ieſúah ut inuicem ſe diligant.
Quærit Petrus Chriſtum quo uadat.
14 Thomas queritur ſe neſcire quo uadat Ieſúah.
Philippus petit oſtendi ſibí patrem.
Iehudáh Thaddæus interrogat Ieſ.
Promittit diſcipulis conſolatorem Chriſtus.
15 De uite uera, agricola, & palmitibus.
Præcepit Ieſúah mutuam dilec.
16 Prædicit Chriſt' diſcipulis quæ uentura ſunt ipſis.
Paracletus arguet mundum.
De eo ꝙ dixit: Puſillum, & uí.
Patrem daturũ eſſe quicqd petitum fuerit per nomen Ieſúah.
17 Oratio Ieſúah ad patrem pro illis quos ſibí delegit.
18 Proditur Ieſúah.
Sternuntur in terram Iehudæi uerbo Chriſti.
Amputat auriculam Petrus.
Ducitur Ieſúah ad Annã, ad Caiapham, inde ad Pilatum.
19 Damnatur morte crucis dominus.
De ſtantibus iuxta crucem.
Sepelitur corpus Ieſúah.
20 Reſurrectio domini.
Miriám magdalenæ primũ, dehinc apoſtolis congregatis poſt reſurrectionem præbet ſe uidendum Chriſtus.
Petro & alijs piſcantibus apparet Ieſúah ad mare Tiberiadis.
Dicitur Petro: paſce oues meas.

F I N I S.

¶ EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM, INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI, SACRAE THEOLOGIAE DOCTORE.

Capitulum.I.

1 IN PRINCI-
pio erat uerbũ,
& uerbum erat
apud deum, &
deꝰ erat illđ uer
bũ. Hoc erat in
principio apud
deũ. Omnia per
illud facta ſunt:
& ſine eo factũ
eſt nihil, qđ fa-
2 ctũ eſt. ¶ In ipſo uita erat, et uita erat lux ho-
minũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam
3 non appræhenderunt. ¶ Erat homo miſſus à
deo, cui nomẽ Ioannes. Hic uenit ad teſtifican
dum, ut teſtaretur de luce, ut oẽs crederẽt per
4 ipſum. ¶ Nõ erat ille lux illa, ſed ut teſtaretur
de luce. Erat lux illa, lux uera: quæ illumiat om
5 nem hominẽ uenientẽ in mundum. ¶ In mũ-
do erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mũ
dus eum nõ cognouit. In ſua uenit, & ſui eum
non recæperunt. Quotquot autẽ recæperunt
eum, dedit eis poteſtatẽ ut filij dei fierent, his
qui credũt in nomen ipſius. Qui nõ ex ſangui
nibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolun
6 tate uiri, ſed ex deo nati ſũt. ¶ Et uerbũ illud
caro factum eſt, & habitauit in nobis: & cõſpe
ximus gloriam eius, gloriã uelut unigeniti à
7 patre plenũ gratia, & ueritate. ¶ Ioãnes teſti
ficatur de ipſo, & clamat, dicens: Hic erat de
quo dicebam, qui poſt me uenit, ante me factꝰ
eſt: quia prior me erat. Et de plenitudine eius
nos omnes accæpimus, & gratiam pro gratia,
quia lex per Moſéh data eſt: gr̃a & ueritas per
8 Ieſúah Chriſtũ facta eſt. ¶ Deum nemo uidit
unquã, unigenitus filius, qui eſt in ſinu patris,
ipſe enarrauit. Et hoc eſt teſtimoniũ Ioannis,
quando miſerant Iehudæi ab Ieruſaláim ſacer
dotes, & Leuitas, ut interrogarent eũ: Tu quis
es? Et confeſſus eſt, & non negauit. Et cõfeſſus
9 eſt, non ſum ego Chriſtus. ¶ Et interrogaue-
runt eum: Quid ergo? Eliáh es tu? Et dicit: Nõ
ſum. Ille ꝓpheta es tu? Et reſpõdit: Non. Dixe-
rũt ergo ei: Quis es, ut reſpõſum demꝰ ijs qui
miſerunt nos? Quid dicis de teipſo? Ait: Ego
uox clamantis in deſerto, dirigite uiam domi-
ni: ſicut dixit Ieſahiáh propheta. Et qui miſſi
10 fuerant, erant ex phariſæis. ¶ Et interroga-
uerunt eum, ac dixerũt ei: Cur ergo baptizas,
ſi tu non es Chriſtus, neq; Eliiah, neq; ille pro
pheta? Reſpondit eis Ioannes, dicens: Ego ba
ptizo aqua, ſed in medio ueſtrum ſtat quẽ uos
neſcitis. Ipſe eſt, qui poſt me uenit, qui ante me
factus eſt, cuius ego nõ ſum dignus ut ſoluam
corrigiam calciamenti. Hæc in Bethabara fa-
cta ſunt trans Iardén ubi Ioannes baptizabat.
11 ¶ Poſtero die uidet Ioannes Ieſúah uenien-
tem ad ſe, & ait: Ecce agnus ille dei, qui tollit
peccatum mundi. Hic eſt de quo dixi: Poſt me
uenit uir, qui ante me factus eſt, quia prior me
erat, & ego neſciebam eum: ſed ut manifeſtus
fiat Iſraeli, propterea ueni ego aqua baptizãs.
12 ¶ Et teſtificatus eſt Ioannes, dicens: Vidi ſpi-
ritum deſcendẽtem ſpecie columbæ de cœlo,
& manſit ſuper eum, & ego non noueram eũ:
ſed qui miſit me ut baptizarem aqua, is mihi di
xit: Super quem uideris ſpiritum deſcenden-
tem, ac manentem ſuper eum, hic eſt qui bapti
zat ſpiritu ſancto: Et ego uidi, & teſtificatꝰ ſum
13 quod hic eſt filius dei. ¶ Poſtero die iterum
ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo: et in-
tuitus Ieſúah ambulantem, dicit: Ecce agnus
ille dei. Et audierunt eum duo diſcipuli loquen
tem, & ſecuti ſunt Ieſúah. Conuerſus autem
Ieſúah, & conſpicatus eos ſequentes ſe, dicit
eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi,
(quod dicitur interpretatum, magiſter,) ubi
habitas? Dicit eis: Venite, & uidete. Venerunt
uideruntq; ubi maneret: & apud eum manſe-
runt die illo: hora autem erat fermè decima.
14 ¶ Erat Andreas frater Simonis Petri, unꝰ ex
duobus qui audierãt à Ioanne, & ſecuti fuerãt
eum. Reperit hic prior fratrem ſuũ Simonem,
& dicit ei. Inuenimus Maſſiach: (quod eſt in-
terpretatum, unctus.) Et adduxit eum ad Ie-
ſúah. Intuitus eum Ieſúah dixit: Tu es Simon
filiꝰ Ionáh, tu uocaberis Cephas: (quod inter-
15 pretatur petra.) ¶ Poſtero die uoluit Ieſúah
exire in Galil, & reperit Philippũ, & dicit ei:
Sequere me. Erat autem Philippus à Bethſai-
da ciuitate Andreæ, & Petri. Reperit Philip-
pus Nethanél, & dicit ei: De quo ſcripſit Mo-
ſéh in lege & prophetæ, inuenimus Ieſúah fi-
lium Ioſéph Naſarenum. Et dixit ei Nethanél:
A Naſareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei
16 Philippus: Veni, & uide. ¶ Vidit Ieſúah Ne-
thanael uenientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce
uere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Ne
thanel: Vnde me noſti? Reſpondit Ieſúah, &
dixit ei: Prius quàm te Philippus uocaret, cum
eſſes ſub ficu, uidebam te. Reſpondit Netha-
nél, & ait ei: Rabbi, tu es ille filius dei: tu es
17 ille rex Iſrael. ¶ Reſpondit Ieſúah, & dixit

ei: Quia dixi tibi, uidebam te ſub ficu, credis:
maiora his uidebis. Et dicit ei: Amen amen di-
co uobis: poſthac uidebitis cœlū apertum, et
angelos dei aſcendentes, ac deſcendentes ſu
per filium hominis.

Capitulum. 2.

1 ET dic tertia nuptiæ fiebāt ī Ca
na Galil, & erat mater Ieſúah
ibi. Vocatus eſt aūt & Ieſúah,
ac diſcipuli ei’ ad nuptias. Et
ubi defeciſſet uinū, dicit mater
Ieſúah ad eum: Vinum non
habent. Dicit ei Ieſúah: Quid mihi tecum
eſt mulier? Nondum uenit hora mea. Dicit
mater eius miniſtris: Quodcunq; dixerit uo
2 bis, facite. ¶ Erant autem ibi lapideæ hy-
driæ ſex poſitæ ſecundū purificationē Iehu
dæorum, capientes ſingulæ metretas binas,
aut ternas. Dicit eis Ieſúah: Implete hydrias
aqua. Et impleuerunt eas uſq; ad ſummū. Et
dicit eis: Haurite nunc, & ferte architriclino
3 Et tulerūt. ¶ Poſtq; autē guſtaſſet architri-
clinus aquam in uinū uerſam, nec ſciret un-
de eſſet, ſed miniſtri ſciebant, qui hauſerant
aquā, uocat ſponſum, & dicit ei: Oīs homo
primū bonū uinum ponit: & cū inebriati fue
rint, tunc id quod deterius eſt. Tu ſeruaſti bo
num uinū uſq; ad hoc tempus. Hoc ædidit ini
tium ſignorū Ieſúah in Cana Galil, & mani-
feſtauit gloriam ſuā: & crediderunt in eū di-
4 ſcipuli eius. ¶ Poſt hæc deſcēdit Capernaū
ipſe, & mater eius, & fratres eius, & diſcipu
li eius, & ibi manſerunt nō multis diebus. Et
in propinquo erat péſach Iehudæorum, &
aſcendit Ieſúah Ieruſalaim, & reperit in tē-
plo eos qui uendebant boues, & oues, & co
lumbas, & nummularios ſedētes. Et cū feciſ
ſet flagellum è funiculis, omnes eiecit è tem
plo, oues ſimul, ac boues, & nummulariorū
effudit æs, menſaſq; ſubuertit. Et iis qui co-
lumbas uēdebāt, dixit: Auferte iſta hinc, nec
facite domum patris mei domum mercatus.
5 ¶ Recordati uero ſunt diſcipuli eius, quod
ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ exedit me. Re
ſponderunt ergo Iehudæi, & dixerūt ei: Qđ
ſignum oſtendis nobis, quod iſta facias? Re-
ſpondit Ieſúah, & dixit eis: Deſtruite tēplū
hoc, & ī trib’ diebus erigā illud. Dixerūt er-
go Iehudæi: Quadraginta & ſex annis extru-
ctū eſt tēplū hoc, & tu ī trib’ dieb’ eriges il-
6 lud? At ille dicebat de tēplo corpis ſui. ¶ Cū
ergo reſurrexiſſet è mortuis, recordati ſūt di
ſcipuli ei’ qđ hoc dixiſſet eis, & crediderunt
ſcripturæ, & ſermoni quē dixerat Ieſúah.
7 ¶ Cū aūt eſſet Ieruſalaim ī péſah ī die feſto
multi crediderūt in nomen eius, uidentes ſi-
gna ei’ q̄ faciebat. Ipſe aūt Ieſúah non crede
bat ſemetipſum eis, eo qđ ipſe noſſet oēs, nec
op’ haberet, ut qſquā teſtaretur de hoīe. Ipſe
enim ſciebat, quid eſſet in homine.

Capitulum. 3.

1 ERat aūt hō ex phariſæis, Nico
dem’ nomē illi, princeps Iehu-
dæorū: Hic uenit ad Ieſúah no
cte, & dixit ei: Rabbi, ſcim’ qđ
à deo ueneris magiſter. Nemo
enī pōt hæc ſigna facere q̄ tu
2 facis, niſi fuerit de’ cū eo. ¶ Rñdit Ieſúah,
& dixit ei: Amē amē dico tibi, niſi qs nat’ fue
3 rit ſupne, nō pōt uidere regnū dei. ¶ Dicit
ad eū Nicodemus: Quomō pōt hō naſci cum
ſit ſenex? Num pōt in uentrē matris ſuæ itera
4 introire, ac naſci? ¶ Rñdit Ieſúah: Amē amē
dico tibi: niſi qs nat’ fuerit ex aqua, & ſpiri-
tu, nō pōt introire in regnū dei. Quod natū
eſt ex carne, caro eſt: & quod natū eſt ex ſpi-
ritu, ſpirit’ eſt. Ne mireris, qđ dixi tibi, opor
tet uos naſci ſupne. Spirit’ ubi uult ſpirat, et
uocē eius audis, ſed neſcis un̄ ueniat, & quò
5 uadat. Sic eſt oīs q nat’ ē è ſpiritu. ¶ Reſpō
dit Nicodemus, & dixit ei: Quomō poſſunt
hæc fieri? Reſpōdit Ieſúah, & dixit ei: Tu es
ille magiſter Iſraelis, & hæc ignoras? Amen
amē dico tibi: qđ ſcim’, loqmur: & qđ uidi-
mus, teſtamur: & teſtimoniū noſtrū nō acci-
pitis. Si terrena dixi uobis, & non creditis:
6 quō ſi dixero uobis cœleſtia, credetis? ¶ Et
nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit è
cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Et ſicut
Moſeh exaltauit ſerpentē in deſerto, ita exal
tari oportet filiū hoīs: ut oīs qui credit in eū
7 nō pereat, ſed habeat uitā æternā. ¶ Sic enī
de’ dilexit mundū, ut filiū ſuū unigenitū da
ret: ut oīſq credit in eū, nō pereat, ſed habeat
uitā æternā. Nō enī miſit de’ filiū ſuū in mun
dū, ut iudicet mundū, ſed ut ſeruet mundus
per eū. Qui credit ī eū, nō iudicat: q uero nō
credit, iā iudicatus eſt, qa nō credidit in no-
8 mē unigeniti filij dei. ¶ Hoc eſt aūt iudiciū,
qđ lux uenit in mūdū, & dilexerūt hoīes ma
gis tenebras quàm lucē. Erant enī eorū mala
opera. Oīs enim qui mala agit, odit lucē, nec
uenit ad lucē, ne arguātur opera ipſius. Qui
autem operatur ueritatē, uenit ad lucē, ut ma
nifeſtentur opera ipſius, quod in deo ſint fa
9 cta. ¶ Poſt hæc uenit Ieſúah, & diſcipuli

eius in terram Iehudáh,& illic morabať cũ
eis,ac baptizabat.Baptizabat autem & Ioã
nes in Aenon iuxta Salem:quia aquæ multæ
erant illic, & ueniebant ac baptizabantur.
Nondum enim coniectus fuerat Ioannes in
10 carcerem.¶ Orta eſt autem quæſtio ex diſ
ſcipulis Ioannis cum Iehudæis de purifica
tione.Et uenerunt ad Ioannem,& dixerunt
ei:Rabbí,qui erat tecum trans Iardén,cuí
tu teſtimoniũ perhibuiſti: ecce is baptizat,
& omnes ueniunt ad eum. Reſpondit Ioan
nes,& dixit:Nõ poteſt homo accipere quic
quam,niſi fuerit ei datum è cœlo. Ipſi uos te
ſtes eſtis,quod dixerim:non ſum ego Chri
11 ſtus,ſed miſſus ſum ante illũ. ¶ Qui habet
ſponſam,ſponſus eſt: amicus autem ſponſi
qui ſtat,& audit eum,gaudio gaudet ꝑpter
uocem ſponſi.Hoc ergo gaudium meum im
pletum eſt:Illum oportet creſcere,me uero
minui.Qui è ſupernis uenit,ſupra omnes ẽ.
Qui è terra profectus eſt , terrenus eſt,& è
terra loquitur. Qui è cœlo uenit,ſupra oẽs
eſt:& quod uidit,& audiuit,hoc teſtatur:&
teſtimonium eius nemo accipit. Qui accæ
pit eius teſtimonium,is obſignauit, qđ de⁹
uerax ſit.Nam is quem miſit deus,uerba dei
loquitur.Non enim ad menſurã dat deus ſpi
ritum.Pater diligit filiũ,& omnia dedit illi
in manũ.Qui credit filio,habet uitam æter
nam:qui uero non credit filio , non uidebit
uitam,ſed ira dei manebit ſuper eum.

Capitulum.4.

1 VT ergo cognouit Ieſúah,audiſ
ſe phariſæos,qđ Ieſúah plures
diſcipulos faceret,& baptiza
ret,quàm Ioannes : quãquam
Ieſúah ipſe nõ baptizaret,ſed
diſcipuli ei⁹:reliquit Iehudæã,
2 & abijt iterũ in Galil. ¶ Oportebat aũt eũ
tranſire ꝑ Semariáh. Venit ergo in ciuitatẽ
Semariáh,quæ diciť Sechém,iuxta prædiũ,
qđ dedit Iahacób Ioſéph filio ſuo. Erat autẽ
ibi fons Iahacob.Ieſúah ergo fatigat⁹ ex iti
nere,ſedebat ſic ſup fontẽ: Hora erat fermè
ſexta:uenit mulier e Semariáh ut hauriret a
3 quã ¶ Dicit ei Ieſúah:Da mihi bibere. Nã
diſcipuli ei⁹ abierant in ciuitatem,ut cibos
emerent.Dicit ergo ei mulier illa Samarita
na:Quõ tu Iehudæus cũ ſis,bibere à me po
ſcis,quæ ſum mulier Samaritana? Nõ eñ cõ
mercium habẽt Iehudæi cum Samaritanis.
4 ¶ Reſpõdit Ieſúah,& dixit ei:Si ſcires do
nũ dei,& qs ſit q dicit tibi:Da mihi bibere,
tu petiſſes ab eo,& dediſſet tibi aquã uiuã.
5 ¶ Dicit ei mulier:Domine,neq; hauſtrũ ha
bes,& puteus profundus eſt,unde ergo ha
bes aquã illã uiuã? Num tu maior es pře no
ſtro Iahacób,qui dedit nobis puteũ , & ipſe
6 ex eo bibit,& filij eius,& pecora ei⁹? ¶ Re
ſpondit Ieſúah,& dixit ei : Oĩs qui bibit ex
aqua hac,ſitiet iterũ.Quiſquis autẽ biberit
ex aqua quã ego dabo ei,nõ ſitiet in æternũ,
ſed aqua quã ego dabo ei, fiet ĩ eo fõs aquæ
7 ſalientis in uitã æternã. ¶ Dicit illí mulier:
Domine,da mihi iſtã aquam ut non ſitiã: ne
8 que ueniam huc ad hauriendum. ¶ Dicit ei
Ieſúah:Vade,uoca uirum tuum,& ueni huc.
Reſpõdit mulier ,& dixit ei:Nõ habeo uirũ.
Dicit ei Ieſúah:Bene dixiſti,nõ habeo uirũ.
Quinque enim uiros habuiſti,& nunc quem
habes non eſt tuus uir.Hoc uere dixiſti . Di
cit ei mulier :Domine,uideo quod propheta
es tu.Patres noſtri in monte hoc adorauerũt:
& uos dicitis,quod Ieruſaláim eſt locus ubi
9 oporteat adorare. ¶ Dicit ei Ieſúah:Mulier
crede mihi:uenit hora quando neq; in mon
te hoc , neq; Ieruſaláim adorabitis patrem.
Vos adoratis quod neſcitis : nos adoramus
quod ſcimus:quia ſalus ex Iehudæis eſt. Sed
uenit hora,& nunc eſt,quando ueri adorato
res adorabunt patrem ſpiritu , ac ueritate.
Nam & pater tales quærit , qui adorent ip
ſum.Spiritus eſt deus,& eos qui adorãt eũ,
10 in ſpiritu ac ueritate oportet adorare.¶ Di
cit ei mulier:Scio quod Meſſicáh uẽtur⁹ eſt,
qui dicitur Chriſtus:Cum ergo uenerit ille,
nobis nunciabit oĩa.Dicit ei Ieſúah:Ego ſum
11 qui loquor tibi.¶ Et continuo uenerunt di
ſcipuli eius,& mirabantur quod cum mulie
re loqueretur.Nemo tamen dixit:quid quæ
ris,aut cur loqueris cum ea? Reliquit ergo
hydriam ſuam mulier,& abijt in ciuitatẽ, &
dicit illis hominibus : Venite , uidete homi
nem, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci.
Num hic eſt ille Chriſtus? Exierunt ergo è ci
12 uitate,& ueniebant ad eum.¶ Interea roga
bant eũ diſcipuli,dicentes : Rabbí,comede.
Ille aũt dixit eis:Ego cibũ habeo comedẽdũ,
quẽ uos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli in
ter ſe:Nunquis attulit ei ad comedendum?
13 ¶ Dicit eis Ieſúah:Meus cibus eſt , ut faciã
uolũtatẽ ei⁹ q miſit me,& perficiã op⁹ eius.
Nónne uos dicitis:adhuc quatuor mẽſes ſũt,
& meſſis ueniet? Ecce dico uobis , attollite
oculos ueſtros,& uidete regiones : qm̃ albæ
ſũt iã ad meſſem.Et q metit,mercedẽ accipit,
& cõgregat fructũ in uitã æternam,ut & qui
ſeminat,ſimul gaudeat,& qui metit. In hoc

enim eſt uerbum uerum,quod alius eſt qui ſe
minat,et alius eſt ꝗ metit.Ego miſi uos ad me
tendum,quod uos non laboraſtis.Alij labora
14 uerũt:et uos in labores eorũ introiſtis.❡Ex
ciuitate autem illa multi crediderũt in eũ Sa
maritanorum,propter ſermonem mulieris te
ſtificantis:quod dixiſſet ſibi omnia quæcũq;
feciſſet.Cũ ueniſſent ergo ad illum Samari-
tani,rogauerunt eum ut apud ſe maneret, &
mãſit ibi duos dies.Ac multo plures credide
runt propter ſermonẽ ipſius:& mulieri dice
bãt:Iam nõ propter tuã loquelam credimus.
Ipſi enim audiuimꝰ, & ſcimꝰ, quod hic eſt ue
15 re ſeruator mũdi Chriſtus. ❡Poſt duos au-
tem dies exijt inde,& abijt in Galil.Ipſe eñi
Ieſúah teſtatus eſt,quod propheta in ſua pa
tria honorem nõ haberet.Cum ergo ueniſſet
in Galil,exceperunt eum Galilæi,cũ omnia
uidiſſent quæ fecerat Ieruſaláim in die feſto:
& ipſi enim uenerãt ad diem feſtũ.Venit er-
go Ieſúah iterũ in Cana Galil,ubi fecerat ex
16 aqua uinum.❡Et erat quidam regulꝰ, cuiꝰ
filius infirmabatur Capernaum.Hic cum au
diſſet,qđ Ieſúah aduenieſſet à Iehudæa in Ga
lil,abijt ad eum:& rogabat eum ut deſcende
ret,ac ſanaret ipſius filiũ.Erat enim moritu-
17 rus,❡Dixit ergo ad eum:Niſi ſigna,& pro
digia uideritis,non credideritis.Dicit ad eũ
regulus Domine,deſcẽde priuſquàm moria
tur filiꝰ meus.Dicit ei Ieſúah.Vade,filiꝰ tuus
uiuit.Credidit homo ſermoni quẽ dixerat ei
Ieſúah,& ibat.Iam autẽ eo deſcendente,ſer
ui occurrerunt ei,& nunciauerunt,dicẽtes,
Filius tuus uiuit.Sciſcitatus eſt ergo horã ab
eis,in qua meliꝰ habuiſſet.Et dixerũt ei.Heri
hora ſeptima reliquit eũ febris.Cognouit er
go pater,quod illa hora erat,in qua dixiſſet
ſibi Ieſúah,filiꝰ tuꝰ uiuit,& credidit ipſe, &
domus eius tota.Hoc iterũ ſcđm ſignũ edi-
dit Ieſúah cũ ueniſſet à Iehudæa in Galil.

Capitulum.5.

1 POſt hæc erat dies feſtus Iehudæo
rum,et aſcẽdit Ieſúah Ieruſaláim.
Eſt autem Ieruſaláim ſuper pro-
baticam,piſcina, quæ dicebatur
Hebraice Betheſda,quinq; porticus habẽs.
In ijs iacebat multitudo magna languentiũ,
cæcorum,claudorum,aridorum , expectan-
2 tium aquæ motum . ❡Angelus enim deſcẽ-
debat certo tempore in piſcinam, & turba-
bat aquã.Itaq; qui primus deſcendiſſet poſt
turbationem aquæ,ſanus fiebat,à quocunq;
3 detinebatur morbo.❡Erat autem quidam
homo illic,ꝗ triginta & octo annos habebat
in infirmitate.Hũc cum uidiſſet Ieſúah decũ
bentem,& cognouiſſet quod iam multũ tem
poris haberet in infirmitate,dicit ei:Vis ſanꝰ
fieri?Reſpõdit ei languidus.Domine,homi-
nem nõ habeo,ut cum turbata fuerit aqua,
mittat me in piſcinam.Sed interim dum ego
4 uenio,iam alius ante me deſcendit.❡Dicit
ei Ieſúah.Surge,tolle grabbatũ tuũ,& am-
bula.Et ſtatim ſanus factꝰ eſt homo ille: & ſu
5 ſtulit grabbatũ ſuum,et ambulabat.❡Erat
autẽ ſabbatũ in die illo.Dicebãt ergo Iehu-
dæi ei, qui ſanatus fuerat. Sabbatum eſt,nõ
licet tibi tollere grabbatum.Reſpondit eis.
Qui me ſanum fecit,is mihi dixit:tolle grab
batum tuum,& ambula.Interrogauerũt er-
go eũ.Quis eſt ille homo,qui dixit tibi. Tol
le grabatum tuum,& ambula? Is autem qui
ſanus fuerat effectus,neſciebat quis eſſet.Ie
ſúah enim ſubduxit ſe,quũ turba eſſet eo in
6 loco.❡Poſtea reperit eũ Ieſúah in templo,
et dixit illi:Ecce ſanꝰ factꝰ es:ne poſthac pec
ces,ne quid deterius tibi cõtingat.Abijt ille
homo:et nũciauit Iehudæis:quod Ieſúah eſ-
ſet à quo ſanatꝰ fuiſſet. Ac propterea perſe-
quæbãtur Iehudæi Ieſúah,et quærebant illũ
7 occidere,quod iſta feciſſet in ſabbato.❡Ie
ſúah autem reſpondit eis.Pater meus ad hoc
uſq; temporis operatur,et ego operor.Pro-
pterea ergo magis quærebant eũ Iehudæi in
terficere,quia nõ ſolum ſoluiſſet ſabbatum,
ſed & patrẽ ſuum dixiſſet deum,æqualem ſe
8 faciens deo.❡Reſpõdit itaq; Ieſúah,& di-
xit eis.Amen amen dico uobis,nõ poteſt fi-
lius à ſe facere quicquã,niſi quid uiderit pa
trem facientẽ.Quæcunque enim ille fecerit
hæc itidẽ & filius facit.Pater enim diligit fi
liũ,& omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit,&
maiora his demõſtrabit ei opera:ut uos mire
mini.Sicut eñi pater ſuſcitat mortuos & ui-
uificat:ſic & filiꝰ quos uult,uiuificat.Neque
enim pater iudicat quẽquã, ſed omne iudi-
cium dedit filio:ut omnes honorent filiũ, ſi-
cut honorãt patrem. Qui non honorat filiũ
9 non honorat patrem qui miſit illũ.❡Amen
amen dico uobis,qui ſermonem meũ audit,
& credit ei qui miſit me,habet uitã æternã,
& in iudiciũ non uenit,ſed tranſiuit à morte
in uitã. Amen amen dico uobis, quod uenit
hora,& nunc eſt,qñ mortui audiẽt uocẽ filij
dei,& qui audierint,uiuẽt.Sicut enim pater
habet uitã in ſemetipſo,ſic dedit & filio ha-
bere uitam in ſemetipſo:& poteſtatem dedit
ei etiam iudiciũ faciẽdi : quia filius hominis
10 eſt.❡Nolite mirari hoc,quia ueniet hora, i

quã omnes q̃ in monumentis ſunt,audiẽt uo
cem eius,& prodibũt,qui bona fecerant, in
reſurrectioοem oitæ:qui uero mala egerũt ,
11 in reſorrectionem iudicij.℄ Nõ poſſum ego
ex meipſo facere qoicquã.Sicut audio,iudi
co,et iudiciũ meom iuſtum eſt,qoia oõ qoæ-
ro uoluntatem meam,ſed uoluntatẽ eios qoi
miſit me,patris.Si ego teſtimooiũ perhibe-
rem de meipſo,teſtimonium meom non eſſet
uerum.Alius eſt qui teſtimoniũ perhibet de
me,& ſcio oerũ eſſe teſtimonium qood teſti-
12 ficatur de me.℄ Vos miſiſtis ad Ioanoem:et
is teſtimoniũ reddidit oeritati.Ego aotẽ oõ
ab homioe teſtimooiũ accipio:ſed hæc dico
ut oos ſalui ſitis.Ille erat locerna ardẽs,& lo
cens:uos autẽ oolniſtis ad tempus exaltare
in luce eius.At ego teſtimoniũ habeo maios
teſtimonio Ioaonis.Opera eñ quæ dedit mi
hi pater ut perficiã ea,ipſa ioqoã opera quæ
ego facio,teſtificant̃ de me,quod pater mi-
ſerit me.Et q̃ miſit me pater,ipſe teſtificatus
eſt de me.Neq; oocem eios unquam aodiſtis,
neq; ſpeciem eius uidiſtis,& uerbũ eius non
habetis io oobis maoentem: qoia quẽ miſit
13 ille,huic uos nõ creditis. ℄ Scrotamini ſcri
pturas,quia uos uidemini oobis io ipſis oitã
æternã habere:& illæ ſuot quæ teſtificantur
de me,oec uultis oenire ad me,ut uitã habea
tis.Gloriam ab hominibus nõ accipio:ſed co
gnoui oos,qood dilectionem dei non habea
14 tis in oobis.℄ Ego ueni nomine patris mei.
nec recipitis me.Si ali⁹ uenerit nomine ſuo,
illũ recipietis.Quomodo uos poteſtis crede
re,qui gloriã à oobis inuicẽ accipitis,& glo
15 riã quæ à ſolo deo eſt,noo quæritis? ℄ Noli
te putare,quod ego accuſatur⁹ ſim uos apod
patrẽ.Eſt qui accuſat uos Moſéh,in quo uos
ſperatis.Si eñ crediditſetis Moſéh,credidiſ
ſetis oti q; mihi.De me enim ille ſcripſit. Si
aotem illius ſcriptis non creditis, quomodo
uerbis meis credetis?

Capitulum.6.

1 POſt hæc abijt Ieſúah trans ma
re Galil,qđ eſt Tiberiadis,&
ſeq̃barur eũ turba multa:quia
uidebãt ei⁹ ſigna quę faciebat
ſup his q̃ infirmabaot. Subijt
aũt in montẽ Ieſúah,& ibi ſe-
2 debat cũ diſcipulis ſuis.℄ Inſtabat aũt pé-
ſach dies feſt⁹ Iehudeorũ.Cũ ſuſtuliſſet ergo
oculos Ieſúah,& uidiſſet qđ multa turba ue
niret ad ſe,dicit ad Philippũ:Vñ emem⁹ pa-
nes ut edant iſti?Hoc autẽ dicebat tentãs eũ
3 ipſe eñ ſciebat quid eſſet factur⁹.℄ Reſpõ
dit ei Philipp⁹.Docentorũ denariorũ pane
nõ ſoſſiciũt eis,ut oooſquiſq; puſillũ q̃ppiã
4 accipiat.℄ Dicit ei unos ex diſcipolis ipſi⁹
Andreas,frater Simonis Petri: Eſt poer un⁹
q̃ habet quinq; panes ordeaceos & duos pi-
5 ſces:ſed hęc qui ſunt inter tot?℄ Dixit au-
tẽ Ieſúah:Facite ut homines diſcũbant . Erat
aotem fœnum multum in eo loco.Diſcobue-
rũt ergo oiri nomero fermè quiqoies mille.
6 ℄ Accæpit aotem paoes Ieſóah,cumq; gra
tias egiſſet,diſtribuit diſcipolis,diſcipuli oe
ro diſcũbentib⁹.Similiter & ex piſcib⁹ qoã
7 tom uolebant,℄ Vt autẽ impleti ſuot, dicit
diſcipolis ſuis:Colligite q̃ ſuperfuerũt frag-
menta,oe q̃d pereat.Collegerũt ergo & im-
pleoerũt duodecĩ cophinos fragmentorũ ex
quinq; panibus ordeaceis,que ſuperfuerãt his
qui comederaot.Illi ergo homines cũ uidiſ-
ſent qđ Ieſúah fecerat ſignũ,dicebant: Hic
eſt uere propheta ille q̃ uẽturus eſt in mõdũ.
8 ℄ Ieſúah ergo cũ cognouiſſet quod uẽturi
eſſent,ac raptori ipſum ot facerẽt ipm regẽ,
ſeceſſit iterũ in montẽ ipſe ſolus. At ubi iam
ueſpera eſſet,deſcẽderũt diſcipuli ei⁹ ad ma
re,& cõſcenſa naui,ueneruot traiecto mari
ad oppidõ Capernaũ. Iamq; tenebræ erant,
nec oenerat ad eos Ieſúah.Mare aotẽ uento
magno flẽte intomeſcebat. Cũ remigaſſent
ergo fermè ſtadia uigĩti q;,aot trigita, uidẽt
Ieſúah ambulantẽ ſuper mare,& appropin-
quantẽ oaui,ac timuerũt.Ille autẽ dicit eis :
Ego ſom,nolite timere.Voloerũt ergo reci-
pere eũ ĩ naoim,& ilico nauis appuletat ter
9 ræ ad qoam ibãt.℄ Poſtero die turba quæ
ſtabat trãs mare,ot uidit qđ oaotcola alia nõ
eſſet ibi,niſi una illa in qoã ingreſſi fuerãt di
ſcipuli ei⁹:et qood uõ ĩtroiſſet cũ diſcipulis
ſuis Ieſúah in nauiculã,ſed ſoli diſcipuli ei⁹
abiſſent,aliæ uero ſopernenerũt nauiculæ à
Tiberiade iuxta locũ ubi comederant panẽ ,
10 poſteaq; gratias egiſſet dñs. ℄ Cũ ergo ui-
diſſet turba,qđ Ieſúah nõ eſſet ibi,oeq; diſci
puli ei⁹,aſcẽderũt & ipſi ĩ nauiculas:et uene
rũt Capernaũ,qoærẽtes Ieſúah:& cũ inueniſ
ſent eũ tras mare,dixerũt ei: Rabbi,qñ huc
uenisti?Rñdit eis Ieſúah,et dixit.Amẽ amen
dico oobis,q̃ritis me,nõ q̃a uidiſtis ſigna:ſed
quia comediſtis de panibos,& ſaturati eſtis.
Operemini nõ cibũ q̃ perit,ſed q̃ permanet ĩ
uitã eternã:qoẽ fili⁹ hoĩs dabit uobis.Hũc eĩ
11 pr̃ conſignauit de⁹.℄ Dixerũt ergo ad eũ :
Quid facim⁹:ot operemur opa dei?Rñdit Ieſú
ah,& dixit eis:Hoc ẽ op⁹ dei,ut credatis ĩ eũ
quẽ miſit ille:Dixerũt ergo ei; Qđ ergo tu

ſacis ſignum, ut uideamus & credamus tibi?
Quid operaris? Patres noſtri comederūt mā
na in deſerto, ſicut ſcriptum eſt. Panem de cœ
12 lo dedit eis ad edendum. ¶ Dixit ergo eis
Ieſúah: Amen amen dico uobis: non Moſéh
dedit uobis illum panem de cœlo, ſed pater
meus dat uobis panem de cœlo, uerum. Pa-
nis enim dei eſt qui de cœlo deſcendit, & dat
13 uitā mundo. ¶ Dixerunt ergo ad eum: Do-
mine ſemper da nobis panē iſtū. Dixi autem
eis Ieſúah. Ego ſum panis uitæ. Qui uenit ad
me, non eſuriet, & qui credit in me, nō ſitiet
unquam. Sed dixi uobis, quod etiā uidiſtis
me, nec creditis. Omne quod dat mihi pater:
ad me ueniet, & eum qui uenerit ad me, non
eijcio foras. Quia deſcendi de cœlo, ut nō fa
ciā uolūtatē meā, ſed uoluntatē eiꝰ qui miſit
me. Hæc eſt autem uoluntas eiꝰ q miſit me pa
tris, ut omne quod dedit mihi non pdam, ſed
14 reſuſcitem illud in nouiſſimo die. ¶ Hęc eſt
autem uoluntas eius qui miſit me, ut oīs qui
uidet filium & credit in eum, habeat uitam
æternam, & ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo
die. Murmurabāt ergo Iehudęi de illo, qđ di
xiſſet: ego ſum panis ille, qui de cœlo deſcen
di. Et dicebant: Nónne hic eſt Ieſúah, filius
Ioſéph: cuius nos nouimus patrē, & matrē?
Quomodo ergo dicit hic, de cœlo deſcēdi?
15 ¶ Reſpondit ergo Ieſúah, & dixit eis: Noli
te murmurare inter uos. Nemo poteſt uenire
ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum: et
ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſt ſcri-
ptum in prophetis, & erunt oēs docti a deo.
Omnis ergo qui audiuit à patre & didicit,
uenit ad me, non quod patrē uiderit quiſq̄,
16 niſi is qui eſt à deo, hic uidit patrē. ¶ Amen
amen dico uobis, qui credit in me, habet ui-
tam æternā. Ego ſum panis illæ uitæ. Patres
ueſtri comederūt manna in deſerto, & mor-
tui ſunt. Hic eſt panis ille de cœlo deſcēdēs,
ut ex ipſo edat aliquis, & non moriatur.
17 ¶ Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcen
di: ſi quis ederit ex hoc pane, uiuet in æter-
num. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt,
18 quam ego dabo pro mundi uita. ¶ Decerta
bant ergo Iehudæi inter ſe dicentes: Quo-
modo poteſt hic nobis carnem illam ſuam da
re ad edendū? Dixit ergo eis Ieſúah: Amen
amen dico uobis, niſi ederitis carnem filij ho
minis, & biberitis eius ſanguinem, nō habe-
tis uitam in uobis. Qui edit meam carnem: et
bibit meum ſanguinem, habet uitā æternā:
& ego ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Caro
eñi mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere
19 eſt potꝰ. ¶ Qui edit meā carnē, & bibit me-
um ſanguinem, in me manet, & ego in illo
Sicut miſit me uiuens pater, et ego uiuo pro
pter patrem: & qui ederit me, ipſe quoq; ui-
uet propter me. Hic eſt panis ille qui de cœlo
deſcendit: non ſicut comederunt patres ue-
ſtri manna, & mortui ſunt: Qui ederit hūc pa
20 nem uiuet in æternum. ¶ Hæc dixit in ſyna
goga docens in Capernaum. Multi ergo ijs
auditis ex diſcipulis eius dixerunt: Durꝰ eſt
hic ſermo. Quis poteſt eum audire? Sciēs au
tem Ieſúah apud ſemetipſum quod murmu-
rarent de hoc diſcipuli ipſius, dixit eis: Hoc
uos offendit? Quid igitur ſi uideritis filium
hominis aſcendentem eò ubi erat priꝰ? Spiri
tus eſt qui uiuificat: caro non prodeſt quic-
quam. Verba quæ ego loquor uobis, ſpiritꝰ
21 & uita ſunt. ¶ Sed ſunt quidā ex uobis qui
non credunt. Nouerat enim ab initio Ieſúah
q eſſent non credētes, & quis proditurus eſ-
ſet ipſum. Et dicebat: Propterea dixi uobis,
quod nemo pōt uenire ad me, niſi fuerit ei da
tū à patre meo. Ex tūc multi diſcipulorū eiꝰ
abierunt eo relicto, nec amplius cum illo am-
bulabant. Dixit ergo Ieſúah ad duodecim
Num & uos uultis abire? Reſpondit ergo ei
Simon Petrus: Domine, ad quē ibimus? Ver
ba uitæ æternæ habes, et nos credimus et co
gnouimus quod tu es Chriſtꝰ filius dei uiuē
22 tis. ¶ Reſpondit eis Ieſúah: Nónne ego uos
duodecim elegi, & ex uobis unꝰ diabolus
eſt? Dicebat autem de Iehudáh Simonis Iſca
riotas. Hic enim erat proditurus eū, cū eſſet
unus ex duodecim.

Capitulum.7.

1 ET ambulabat Ieſúah poſt hæc ī
Galíl: Nō eñi uolebat in Iehu-
dæa ābulare, qa q̄rebant eū Ie
hudæi interficere: Erat aūt ī pro
pinquo dies feſtus Iehudæorū
ſcenopegia. Dixerunt igitur a
eū frēs eiꝰ: Trāſi hinc, & uade in Iehudæā, ut
& diſcipuli tui uideant opera tua quæ facis.
Nemo quippe in occulto facit aliqd, & q̄rit
ipſe in libertate eē. Si hæc facis declara teip
ſum mūdo. Nāne fratres qdē eiꝰ credebāt ī
2 eū. ¶ Dicit ergo eis Ieſúah. Tēpus meū nō-
dum adeſt, tēpus aūt ueſtrū ſemper eſt para-
tū. Nō pōt mūdꝰ odiſſe uos: me aūt odit: quia
ego teſtimoniū fero de illo, qđ opa eius mala
3 ſunt. ¶ Vos aſcēdite ad diē feſtū hunc. Ego
nondū aſcēdo ad feſtū hoc, qa meū tēpꝰ non
dum completū eſt. Hæc autē cum dixiſſet il-
4 lis, manſit in Galíl. ¶ Et autem aſcenderūt

fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad feſtum:
non manifeſte, ſed uelut in occulto. Iehudæi
ergo quærebant eum in feſto, & dicebant:
Vbi eſt ille? Et murmur multũ erat in turbis
de eo. Quidam enim dicebant, bonus eſt: alij
autem dicebant, non, ſed ſeducit turbam. Ne
mo tamen libere loquebatur de illo propter
5 metum Iehudæorum. ¶ Cum autem iam di
midiũ feſti peractum eſſet, aſcendit Ieſúah in
templũ, ac docebat. Et mirabantur Iehudęi,
dicentes. Quomodo hic literas ſcit, cum non
6 didicerit? ¶ Reſpondit eis Ieſúah, et dixit
Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit
me. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere,
cognoſcet de doctrina utrum ex deo ſit, an
ego à meipſo loquar. Qui ſemetipſo loquit̃
gloriam propriam quęrit: Qui autem quæ-
rit gloriam eius qui miſit ipſum, hic uerax
7 eſt, & iniuſtitia in illo non eſt. ¶ Nónne Mo
ſéh dedit uobis legem, & nemo ex uobis fa-
cit legem? Quid me quęritis interficere? Re
ſpondit turba, & dixit: Dæmonium habes.
8 Quis te quærit interficere? ¶ Reſpondit
Ieſúah, & dixit eis: Vnum opus feci, & om-
nes miramini. Propterea Moſéh dedit uo-
bis circuncisionem: non quod ex Moſéh ſit,
ſed ex patribus: et tamen in ſabbato circun-
ciditis hominem. Si circũciſionẽ accipit ho-
mo in ſabbato, ut non ſoluatur lex Moſéh,
mihi ſuccẽſetis, quod totum hominem ſanũ
fecerim in ſabbato? Nolite iudicare ſecundũ
9 aſpectum, ſed iuſto iudicio iudicate. ¶ Di-
cebant ergo quidã ex Ieruſaláim: Nónne hic
eſt quem quærunt interficere? Atqui ecce li-
bere loquit̃, & nihil ei dicũt: Nũ uere cogno
uerũt principes, hunc eſſe uere Chriſtũ? Sed
hunc nouimus unde ſit: Chriſtus autem cum
10 uenerit; nemo cognoſcit unde ſit. ¶ Clama
bat ergo Ieſúah in templo docens, ac dicens:
Et me noſtis, & unde ſim noſtis, & à meipſo
non ueni, ſed eſt uerax qui miſit me, quẽ uos
non nouiſtis Ego uero noui eum, quia ab ip-
ſo ſum, & ille me miſit. Quærebant ergo eũ
appræhendere, et nemo miſit in illum manꝰ,
quia nondum uenerat hora eiꝰ. De turba aũt
multi crediderunt in eum, ac dicebant Chri
ſtus cũ uenerit, num ſigna plura faciet quæ
11 hic fecit. ¶ Audierunt phariſæi turbã mur-
murantem de illo hæc, & miſerunt phariſæi,
ac principes ſacerdotũ miniſtros, ut appræ-
hẽderẽt eum. Dixit ergo eis Ieſúah: Adhuc
puſillũ temporis uobiſcum ſum, & ab eo ad
eũ q me miſit. Quæretis me, nec inuenietis.
Et ubi ego ſum, eò uos non poteſtis uenire.
12 ¶ Dixerunt ergo Iehudæi inter ſeſe; Quò
hic iturus eſt, quod nos non inueniemus eũ,
Num in diſperſionem gentium iturus eſt, &
docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quem
dixit, quæretis me, & non inuenietis, & ubi
13 ego ſum, eò uos non poteſtis uenire? ¶ In no
uiſſimo autem die magno feſti ſtabat Ieſúah:
& clamabat, dicens: Si quis ſitit, ueniat ad
me, & bibat. Qui credit ĩ me, ſicut dicit ſcri-
ptura, flumina de uentre eius fluent aquę ui
14 uæ. ¶ Hoc autem dixit de ſpiritu, quem ac-
cepturi erant credentes in ipſum. Nondum
enim erat datus ſpiritus ſanctus: quia Ieſúah
nondum erat glorificatus. Multi ergo de tur
ba cum audiſſent hunc ſermonem, dicebant:
Hic eſt uere propheta. Alij dicebant: Hic eſt
15 Chriſtus. ¶ Quidam autem dicebant: Num
à Galil uenit Chriſtꝰ? Nónne ſcriptura dicit
quod ex ſemine Dauid, & de Bethléchẽ ca-
ſtello, ubi erat Dauid, ueniet Chriſtꝰ? Diſſen
16 tio itaq; orta eſt in turba propter eũ. ¶ Qui
dam aũt ex ipſis uolebãt appræhendere eũ:
ſed nemo cõiecit in eum manus. Venerũt er-
go miniſtri ad pontifices, & phariſæos, & di
xerunt eis illi: Quare nõ adduxiſtis illũ? Re-
ſponderunt miniſtri: Nunquam ſic locutꝰ eſt
17 homo, ſicut hic homo. ¶ Reſpõderunt ergo
eis phariſæi: Num & uos ſeducti eſtis? Nunqꝫ
ex principibꝰ credidit in eum, aut ex phari-
ſæis? Sed turba hæc quæ nõ nouit legẽ, exe-
18 crabiles ſunt. ¶ Dicit Nicodemus ad eos, is
qui uenerat ad eum nocte, qui unꝰ erat de nu
mero eorũ: Num lex noſtra iudicat hominẽ,
niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit qd
fecerunt? Reſpõderunt, & dixerunt ei: Num
& tu Galilæus es? Scrutare, & uide, quod à
Galil propheta non ſurrexit. Et profectus eſt
unuſquiſq; in domum ſuam.

Capitulum. 8.

1 IEſúah autem perrexit in mon
tem oliuarum, & diluculo ite-
rum uenit in templũ, cũctuſq;
populus uenit ad eum, & quũ
ſediſſet docebat eos. Adducũt
aũt ad eum ſcribę, & phariſæi
mulierem in adulterio deprehẽſam: & cũ ſta
tuiſſent eam in medio, dicunt ei: Magiſter.
Hanc depræhendimus in ipſo facinore adul-
terium committentem. In lege autem Moſéh
præcepit nobis, ut huiuſmodi lapidarentur.
Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant ten
2 tantes eum, ut poſſent accuſare eum. ¶ Ie-
ſúah autem inclinans ſe deorſum, digito ſcri
bebat in terra. Cum ergo perſeuerarent in-

terrogantes

terrogare eum erexit ſe,& dixit eis:Qui ue
ſtrũ immunis eſt à peccato,primus in illã la-
pidẽ iaciat.Et iterũ ſe inclinans ſcribebat in
3 terra.¶Audientes autem hæc,ſingulatim
alius poſt alium exibant,initio facto à ſenio
ribus:& relictus eſt ſolus Ieſúah ac mulier in
4 medio ſtans.¶Cum autem erexiſſet ſe Ie-
ſúah,& neminem uideret præter mulierem,
dixit ei:Mulier,ubi ſunt illi tui accuſatores?
Nemo te cõdemnauit?Quæ dixit:Nemo do
mine.Dixit aũt Ieſúah:Nec ego te condẽno.
5 Vade,& poſt hac ne peccaueris. ¶Iterum
ergo Ieſúah.Locutus eſt eis,dicẽs:Ego ſum
lux mundi.Qui ſequitur me,non ambulabit
6 in tenebris,ſed habebit lumen uitæ. ¶Di-
xerunt ergo ei phariſæi:Tu de teipſo teſtifi
caris,teſtimonium tuum non eſt uerum.Re-
ſpondit Ieſúah,& dixit eis:Etſi ego teſtimo
nium perhibeam de meipſo,uerum eſt teſti-
monium meum:quia ſcio unde ueni,& quò
uado:uos autem neſcitis unde uenio,& quò
uado.Vos ſecundũ carnem iudicatis,ego nõ
iudico quẽquam.Porrò & ſi iudicem ego,iu
dicium meum uerum eſt:quia ſolus nõ ſum,
ſed ego,& qui miſit me pater.Quin & in le-
ge ueſtra ſcriptum eſt,qđ duorum hominũ
teſtimoniũ uerum eſt.Ego ſum qui teſtimo-
nium fero de meipſo,& teſtimonium fert de
7 me qui miſit me pater.¶Dicebant ergo ei:
Vbi eſt pater tuus?Reſpondit Ieſúah.Neq;
me noſtis,neq; patrem meum.Si me nouiſſe
8 tis,& patrem meum nouiſſetis. ¶Hæc uer
ba locutus eſt Ieſúah in gazophylacio,do-
cens in templo.Et nemo appræhendit eum:
9 quia nondũ uenerat hora eius.¶Dixit er-
go iterum eis Ieſúah:Ego uado,& quæretis
me,& ĩ peccato ueſtro moriemini.Quò ego
uado,uos non poteſtis uenire.Dicebant er-
go Iehudæi:Num ĩterficiet ſemetipſum,qa
dicit:quò ego uado,uos nõ poteſtis uenire?
10 ¶Et dicebat eis:Vos ab inferuis eſtis,ego
de ſupernis ſum.Vos de mũdo hoc eſtis,ego
nõ ſum de hoc mundo.Dixi ergo uobis,qđ
moriemini in peccatis ueſtris.Si enim nõ cre
dideritis quod ego ſum,moriemini in pecca
11 tis ueſtris.¶Dicebãt ergo ei:Tu quis es?Et
dicit eis Ieſúah:Principiũ(me dico)quia &
loquor uobis.Multa habeo de uobis loqui,
ac iudicare:ſed q me miſit,uerax eſt:& ego
quæ audiui ab eo,hæc dico in mũdũ.Nõ co-
gnouerunt quod de patre eis locutus eſſet.
12 ¶Dixit ergo eis Ieſúah:Cũ exaltaueritis fi
lium hoĩs,tunc cognoſcetis qđ ego ſum,&
ex meip̃o facio nihil,ſed ita ut docuit me pa
ter,hæc loquor.Et q me miſit,mecũ ẽ.Nõ re
liquit me ſolum pater:quia ego quæ placita
ſunt ei,facio ſemp.Hæc illo loquente,multi
13 crediderũt in eum. ¶Dicebat ergo Ieſúah
ad eos,qui crediderãt ipſi,Iehudæos:Si uos
mãſeritis in ſermõe meo,uere diſcipuli mei
eſtis:& cognoſcetis ueritatẽ,& ueritas libe
ros reddet uos.Reſponderũt ei:Semẽ Abra
hæ ſumus,neq; cuiquã ſeruiuimus unquam:
14 quomõ tu dicis,liberi reddemini?¶Reſpõ
dit eis Ieſúah:Amen amẽ dico uobis,& oĩs q
fac·t peccatũ,ſeruus eſt peccati.Seru⁹ autẽ
nõ manet in domo in æternũ,filius manet in
æternũ.Si ergo uos fili⁹ liberos reddiderit,
uere liberi eritis.Scio quod ſemen Abrahæ
eſtis.Sed q̃ritis me ĩterficere,qa ſermo me⁹
15 nõ habet locũ ĩ uobis. ¶Ego qđ uidi apud
patrem meum,loquor:uos igiť qđ uidiſtis
apud patrẽ ueſtrũ,facietis.Reſponderũt,&
dixerũt ei:Pater noſter Abrahám eſt.Dicit
eis Ieſúah.Si filij Abrahæ eſſetis,opa Abra-
hæ faceretis.Nũc aũt q̃ritis me interficere,
hoĩem,q ueritatẽ uobis locut⁹ ſum,quã au-
diui à deo:Hoc Abrahã nõ fecit.Vos facitis
opera patris uři.Dixerũt itaq; ei Nos ẽ for-
nicatione nõ ſumus nati.Vnũ patrẽ habem⁹
16 deũ.¶Dixit eis Ieſúah:Si de⁹ pater ueſter
eſſet,diligeretis utiq; me.Ego eñ ex deo ꝓ-
ceſſi,& ueni.Neq; eñ à meipſo ueni,ſed ille
me miſit.Quare loquelã meã nõ agnoſcitis?
qa nõ poteſtis audire ſermonẽ meũ.Vos ex
patre diabolo eſtis,& deſideria patris ueſtri
uultis facere.Ille homicida erat ab initio,&
in ueritate nõ ſtetit:quia nõ eſt ueritas in eo.
Cũ loqtur mẽdaciũ,ex ꝓprijs loquiť,qa mẽ
dax eſt,atque pater eius.Ego autem quia ue
17 ritatẽ dico,nõ creditis mihi.¶Quis ex uo-
bis arguit me de peccato?Porrò ſi ueritatẽ
dico,quare uos non creditis mihi? Qui ex
deo eſt,uerba dei audit.Propterea uos nõ au
18 ditis,quia ex deo nõ eſtis. ¶Reſponderũt
ergo Iehudæi,& dixerũt ei:Nonne bene di-
cimus nos,qđ Samaritanus es tu,& dæmo-
nium habes?Reſpondit Ieſúah:Ego dæmo-
nium nõ habeo,ſed honore afficio patrẽ me-
19 um,& uos ignominia affeciſtis me. ¶Ego
autẽ non quæro gloriã meã:eſt qui quærat,
& iudicet.Amen amẽ dico uobis,ſi quis ſer-
monem meum ſeruauerit,mortem non uide
20 bit in æternũ.¶Dixerũt ergo illi Iehudæi:
Nũc cognouimus qđ dæmoniũ habes.Abra
hám mortuus eſt,& prophetæ,& tu dicis:ſi
quis ſermonẽ meum ſeruauerit,nõ guſtabit
mortem in æternum? Nunquid tu maior es
patre noſtro Abrahám,qui mortuus eſt? Et
prophetæ mortui ſunt.Quem teipſum tu fa

21 eis? ❡Reſpondit Ieſúah: Si ego glorifico
meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meꝰ
qui glorificat me, quem nos dicitis ꝙ deus
ueſter eſt, & nō cognouiſtis eum. Ego autem
noui eum. Et ſi dixero ꝙ nō nouerim eū, ero
ſimilis ueſtri: mendax. Sed noui eum, & ſer-
monē eius ſeruo. Abrahám pater ueſter exul
tauit ut uideret diem meū, & uidit atq; gaui
22 ſus eſt. ❡Dixerunt ergo Iehudæi ad eum:
Quinquaginta ānos nōdum habes, & Abra
hám uidiſti? Dixit eis Ieſúah: Amen amen di
co uobis, antequam Abrahám naſceretur, ego
ſum. Tulerūt ergo lapides, ut iacerent in eū.
Ieſúah autē abſcondit ſe, & exiuit è templo.
Cūq; tranſiſſet per medium illorum præ-
teriit ſic.

Capitulum. 9.

1 ET præteriēs Ieſúah, uidit hominē
cæcum à natiuitate, & interroga
uerunt eū diſcipuli eius, dicētes:
Rabbi, quis peccauit, hic an parē
2 tes eiꝰ, ut cæcus naſceretur? ❡Re-
ſpondit Ieſúah: Neq; hic peccauit, neque pa
rentes eius, ſed ut manifeſtētur opera dei in
illo. Me oportet operari opera eius qui miſit
me, donec dies eſt. Venit nox, quando nemo
pōt operari. Quādiu fuero ī mūdo, lux ſum
3 mundi. ❡Hoc cū dixiſſet, expuit in terrā,
& fecit lutum ex ſputo, & inunxit lutū ſup
oculos cæci, & dixit ei: Vade, laua in piſcina
Siloách, quod interpretatur miſſus. Abiit ergo,
& lauit, & uenit uidens. Itaq; uicini, & qui ui-
derant eū prius qđ mendicus eſſet, dicebāt:
Nónne hic eſt qui ſedebat, & mendicabat?
Alii dicebāt, hic eſt: alii rurſus, ſimilis eſt ei.
4 Ille dicebat: ego ſum. ❡Dicebant ergo ei:
Quomō aperti ſūt tibi oculi? Reſpōdit ille,
& dixit: Ille homo qui dicitur Ieſúah lutum
fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi:
Vade ad piſcinā Siloách, & laua. Vt aūt abii,
ac laui, uiſum recæpi. Dixerūt ergo ei: Vbi
5 eſt ille? Ait: Neſcio. ❡Adducunt ad phari-
ſæos eum, qui dudū cæcus fuerat. Erat autē
ſabbatum, cum lutum faceret Ieſúah, & ape
riret oculos eius. Iterum ergo interrogabāt
eum & phariſæi, quomō uiſum recæpiſſet.
Ille autē dixit eis: Lutum mihi impoſuit ſup
6 oculos, & laui, & uideo. ❡Dicebant ergo
ex phariſæis quidā: Non eſt hic homo à deo,
quia ſabbatum non obſeruat. Alii autem di-
cebant: Quomō poteſt homo peccator hæc
7 ſigna facere? Et diſſenſio erat inter eos. ❡Di
cunt cæco iterū: Tu qđ dicis de illo, quia ape
ruit tibi oculos tuos? Ille autem dixit: Pro-
pheta eſt. Non crediderunt ergo Iehudæi de
illo, quod cæcus fuiſſet, & uiſum recæpiſſet
donec uocauerunt parentes eius qui uiſum
recæperat: & interrogauerunt eos, dicētes:
Hic eſt filius ueſter quem uos dicitis cæcum
natum eſſe? Quomodo ergo nunc uidet? Re
ſponderunt eis parētes eius, & dixerūt: Sci-
mus quod hic eſt filius noſter, & quod cæcꝰ
natus eſt, quomō aūt nūc uideat, neſcimus:
aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus.
Ipſe ætatem habet, ipſum interrogate, ipſe
8 de ſe loquatur. ❡Hæc dixerunt parentes
eius, quod timerent Iehudæos. Iam enim cō
ſpirauerant Iehudæi, ut ſi quis eum confite-
retur eſſe Chriſtū, è ſynagoga eiiceretur. Pro-
pterea parētes eius dixerūt, ætatem habet,
9 ipſum interrogate. ❡Vocauerunt ergo rur
ſum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt
ei: Da gloriam deo: nos ſcimus quod hic hō
peccator eſt. Reſpōdit ergo ille, & dixit: An
peccator ſit, neſcio: unum ſcio, quod cæcus
10 cum fuerim, nunc uideam. ❡Dixerūt ergo
illi iterum: Quid fecit tibi? Quomodo ape-
ruit tibi oculos? Reſpōdit eis: Dixi uobis iā,
nec audiſtis: cur iterum uultis audire? Nū &
uos uultis diſcipuli eiꝰ fieri? Conuiciati ſunt
ergo ei: & dixerunt: Tu es diſcipulus illius,
nos autem Moſéh diſcipuli ſumus. Nos ſci-
mus quod Moſéh locutus eſt deꝰ, hunc autē
11 neſcimus unde ſit. ❡Reſpondit ille homo,
& dixit eis: In hoc enim mirabile quiddam
eſt, quod uos neſciatis unde ſit, & tamē ape-
ruit meos oculos. Scimus autem quod pecca
tores deus nō audit: ſed ſi quis dei cultor eſt,
& uoluntatē ipſiꝰ fecerit, hunc audit. A ſæcu
lo non eſt auditum, qđ quis aperuit oculos
cæci nati. Niſi eſſet hic à deo, non potuiſſet fa-
12 cere quicquam. ❡Reſponderunt, & dixe-
runt ei: In peccatis tu natus es totus, & tu do
13 ces nos? Et eiecerunt eum foras. ❡Audi-
uit Ieſúah quod eieciſſent eum foras: cūq; in
ueniſſet eum, dixit ei: Tu credis in filiū dei?
14 ❡Reſpondit ille, & dixit: Quis eſt domi-
ne, ut credā in eum? Et dixit ei Ieſúah: Et uidi
ſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At il-
le ait: Credo domine, & adorauit eum.
15 ❡Et dixit ei Ieſúah. In iudiciū ego in hunc
mundum ueni, ut qui non uident, uideant: &
qui uident, cæci fiant. Et audierunt quidam
ex phariſæis hæc, qui cum ipſo erant, & di-
xerunt ei: Num & nos cæci ſumus? Dixit eis
Ieſúah: Si cæci eſſetis, non haberetis pecca-
tum. Nūc uero dicitis, uidemus, idcirco pec
catum ueſtrum manet.

Capitulum. 10.

1 AMen amen dico uobis: qui non in
trat per oſtium in ſtabulum ouiũ,
ſed aſcẽdit aliũde, ille fur eſt & la
tro. Qui autem intrat per oſtium,
paſtor eſt ouium. Huic oſtiariꝰ aperit, et oues
uocem eius audiunt, & proprias oues uocat
nominatim, & educit eas. Et cum proprias
oues emiſerit, añ eas uadit, et oues illũ ſequũ
tur, q̃a nouerũt uocẽ eiꝰ. Alienũ aũt nõ ſequẽ
tur ſed fugient ab eo: quia non nouerunt uo-
2 cem alienorum. ¶ Hoc prouerbium dixit
eis Ieſúah. Illi autem non cognouerunt quæ
eſſent quæ loqueretur eis. Dixit ergo eis ite
rum Ieſúah: Amen amẽ dico uobis quod ego
ſum oſtium ouiũ. Omnes quotquot ante me
uenerũt, fures ſunt, & latrones, ſed non au-
3 dierunt eos oues. ¶ Ego ſum oſtium: Per me
ſi quis introierit, ſeruabitur: & ingredietur,
& egredietur, & paſcuũ inueniet. Fur nõ ue
nit, niſi ut furetur, & mactet, ac perdat. Ego
ueni ut uitã habeãt, & abundantius habeãt.
4 ¶ Ego ſum paſtor ille bonus. Bonus paſtor
animam ſuam dat pro ouibus. Mercenariꝰ au
tem, & qui nõ eſt paſtor, cuius non ſunt oues
propriæ, uidet lupum uenientem, ac deſerit
oues, fugitq́, & lupꝰ rapit, ac diſpergit oues.
Mercenarius autem fugit, quia mercenariꝰ
5 eſt, & oues non ſunt illi curæ. ¶ Ego ſum pa
ſtor ille bonus, & cognoſco oues meas, & co
gnoſcor à meis. Sicut nouit me pater, ita &
ego noui patrem, & animam meam meã po-
6 no pro ouibus. ¶ Et alias oues habeo, quæ
non ſunt ex hoc ouili: illas quoq́ oportet me
adducere, & uocem meam audient, & fiet
unum ouile, unus paſtor. Propterea me pater
diligit, quia ego pono animam meam, ut ite
rum ſumam eam. Nemo tollit eam à me, ſed
ego pono eam à meipſo. Poteſtatem habeo
ponendi eam, & poteſtatem habeo rurſus ſu
mẽdi eam: Hoc mandatũ accepi à patre meo.
7 ¶ Diſſenſio igitur iterum facta eſt inter Ie-
hudæos propter ſermones hos. Dicebant au
tem multi ex ipſis: Dæmoniũ habet, & inſa-
nit: quid eum auditis? Alij dicebãt: Hæc uer
ba non ſunt dæmonium habẽtis. Num dæmo
8 nium poteſt cæcorum oculos aperire? ¶ Fa-
cta ſunt autem encænia Ieruſaláim, & hyems
erat: & ambulabat Ieſúah in templo in porti
cu Selomóh. Circũdederunt ergo eum Iehu
dæi, & dicebant ei: Quouſq́ animam noſtrã
ſuſpendis? Si tu es Chriſtus, dic nobis libere.
9 ¶ Reſpondit eis Ieſúah. Dixi uobis, nec cre
ditis. Opera quæ ego facio nomine patris
mei, hæc teſtimonium reddunt de me. Sed
uos non creditis, quia non eſtis ex ouibus
meis. Quemadmodum dicebã uobis: Oues
meæ uocem meam audiunt, & ego cognoſco
eas, & ſequuntur me, & ego uitam æternam
do eis, nec peribunt in æternum, neq́ rapiet
eas quiſquam de manu mea. Pater meus qui
dedit mihi maior omnibus eſt: & nemo po-
teſt rapere de manu patris mei. Ego & pater
10 unum ſumus. ¶ Suſtulerunt ergo rurſum la
pides Iehudæi, ut lapidarent eum. Reſpõdit
eis Ieſúah: Multa bona opera oſtendi uobis
ex patre meo, propter quod eorum operum
11 me lapidatis? ¶ Reſponderunt ei Iehudæi,
dicentes: Ob bonum opus non lapidamus te,
ſed ob blaſphemiam: & quia tu homo cũ ſis,
facis teipſum deum. Reſpondit eis Ieſúah:
Nónne ſcriptũ eſt in lege ueſtra, ego dixi, dij
eſtis? Si illos dixit deos, ad quos ſermo dei fa
ctꝰ ẽ: & nõ põt ſolui ſcriptura, de eo quem pa
ter ſanctificauit, & miſit id mundum, uos di-
citis me blaſphemare, quia dixerim, filiꝰ dei
ſum? Si non facio opera patris mei, nolite cre
dere mihi, ſin uero facio, & ſi mihi non cre-
datis, operibus credite: ut cognoſcatis, &
credatis quod pater in me eſt, & ego in eo.
12 ¶ Quærebant iterum eum appræhendere,
& exiuit de manu eorum: & abijt iterũ trans
Iardén in eum locum ubi fuerat Ioannes ba-
ptizans primum, manſitq́ illic. Et multi ue-
nerunt ad eum, ac dicebant: Ioannes quidem
ſignum fecit nullum. Omnia autem quæcun
q́ dixit Ioannes de hoc, uera erant, & credi-
derunt multi illic in eum.

Capitulum. II.

1 ÆGrotabat autem quidã noĩe
Lazarus è Bethania à caſtello
Miriám, & Marthæ huius ſoro
ris, Miriám autem erat ea quæ
unxit dominum unguento, &
extærſit pedes eiꝰ capillis ſuis,
cuius frater Lazarus ægrotabat. Miſerunt er
go ſorores eius ad eum dicentes: Domine, ec
2 ce quem amas, ægrotat. ¶ Quum audiſſet
autem Ieſúah, dixit: Infirmitas hæc non eſt
ad mortem, ſed pro gloria dei, ut glorifice-
tur filius dei per eam. Diligebat autem Ie-
ſúah Martham, & ſororem eius, & Lazarum.
Vt ergo audiuit quod ægrotaret, tum qui-
dem temporis manſit in eodem loco duo-
3 bus diebus. ¶ Deinde poſt hoc dicit di
ſcipulis: Eamus in Iehudæam iterum. Di-
cunt ei diſcipuli: Rabbi, modo quærebant te
4 Iehudæi lapidare, & iterũ uadis illuc? ¶ Re
ſpõdit Ieſúah: Nónne duodecim ſunt horæ

dici? Si quis ambulauerit in die, nõ offendit:
quia lucẽ huius mũdi uidet. Si qs aũt ambula
uerit in nocte, offendit: quia lux non eſt in eo.
5 ❡ Hæc ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus
amicus noſter dormit, ſed uado ut à ſomno
excitem eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius:
Domine, ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat au-
tem Ieſúah de morte eius: at illi putauerũt,
quod de dormitione ſomni diceret. Tunc er
go Ieſúah dixit eis libere: Lazarus mortuus
eſt, et gaudeo propter nos, ut credatis, quod
6 non fuerim ibi. Sed eamus ad eum. ❡ Dixit
ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad diſci
pulos: Eamus & nos ut moriamur cum eo.
7 ❡ Venit itaq; Ieſúah, et inuenit eũ quatuor
8 dies iam in monumento habentem. ❡ Erat
autem Bethania iuxta Ieruſaláim ferè ſtadijs
quindecim. Multiq; ex Iehudæis uenerant
ad Martham ac Miriám, ut conſolarentur eas
de fratre ſuo. Marthá ergo ut audiuit quod
Ieſúah ueniſſet, occurrit illi: Miriám uero do
9 mi deſidebat. ❡ Dixit ergo Martha ad Ie-
ſúah: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non
fuiſſet mortuus. Sed & nunc ſcio, quod quæ
cunq; popoſceris à deo, dabit tibi de⁹. Dicit
illi Ieſúah: Reſurget frater tu⁹. Dicit ei Mar-
tha: Scio quod reſurget in reſurrectione in
10 nouiſſimo die. ❡ Dicit ei Ieſúah: Ego ſum
reſurrectio, & uita: Qui credit in me, etiã ſi
mortuus fuerit, uiuet: & omnis q uiuit & cre
dit in me, non morietur in æternum. Credis
hoc? Ait illi: Etiã dñe. Ego credo, quod tu ſis
Chriſtus filius dei, qui in mundum uenis.
11 ❡ Et cum hæc dixiſſet, abijt & uocauit Mi-
riám ſororem ſuam clanculum, dicens: Magi
ſter adeſt, & uocat te. Illa ut audiuit, ſurgit
cito, & uenit ad eũ. Nondũ autem uenerat Ie
ſúah in caſtellum, ſed erat in eo loco, ubi oc-
12 curreratei Martha. ❡ Iehudæi ergo q erant
cũ ea in domo, & cõſolabantur eã, cum uidiſ
ſent Miriám, quod cito ſurrexiſſet, & exiſſet
ſecuti ſunt eã dicentes: Vadit ad monumen-
13 tum, ut ploret ibi. ❡ Miriã ergo cum ueniſ-
ſet eò ubi erat Ieſúah uidiſſetq; eũ procidit
ad pedes eius, & dicit ei: Domine, ſi fuiſſes
14 hic, non eſſet mortu⁹ frater meus. ❡ Ieſúah
ergo ut uidit eã plorantẽ, & Iehudæos q ue
nerãt cũ ea plorãtes, infremuit ſpiritu, & tur
bauit ſeipſm, & dixit: Vbi poſuiſtis eũ? Dicũt
ei: Dñe ueni, & uide. Lachrymatus eſt Ieſúah
15 ❡ Dixerũt ergo Iehudæi: Ecce quomodo
amabat eũ. Quidã aũt ex ipſis dixerũt: Non
poterat hic q aperuit oculos cæci, facere, ut
& hic non moreret? Ieſúah ergo rurſum fre-
mẽs in ſemetipſo, uenit ad monumentũ. Erat
autem ſpelũca, & lapis impoſitus erat ei. Ait
Ieſúah: Tollite lapidẽ. Dicit ei Martha, ſoror
eius qui mortuus fuerat: Domine, iam olet,
Quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſúah: Nõ-
ne dixi tibi, quod ſi credideris, uidebis glo-
riam dei? Suſtulerunt ergo lapidem à loco,
16 ubi is qui mortuus fuerat erat poſitus. ❡ Ie
ſúah autem eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pa
ter, gratias ago tibi, quoniã audiſti me. Ego
autem ſciebam, quod ſemper me audis: ſed
propter turbam, quæ circunſtat dixi, ut cre
dant quod tu me miſeris. Atque hæc cum di
xiſſet, uoce magna clamauit: Lazare, ueni fo
ras. Et prodijt qui fuerat mortuus, manus, et
pedes habens ligatus faſcijs ſepulchralibus:
& facies illius ſudario erat circũligata. Di-
cit eis Ieſúah: Soluite eum, & ſinite abire.
17 ❡ Multi ergo ex Iehudæis qui uenerant ad
Miriám, & uiderãt quæ feciſſet Ieſúah, cre-
diderũt in eũ. Quidã aũt ex ipſis abierũt ad
phariſæos, & dixerunt eis q̃ feciſſet Ieſúah.
18 ❡ Congregauerũt ergo põtifices, & phari
ſæi concilium, ac dicebãt. Quid facim⁹, quia
hic homo multa ſigna facit: Si permiſerimus
eũ ſic, omnes credent ei. Venientq; Romani,
& tollent tũ locum noſtrum, tum gentem.
19 ❡ Vnus aũt quiſpiã ex ipſis Caiaphas, cum
eſſet pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſci
tis quicquã, nec cogitatis quod expedit no-
bis ut unus homo moriatur pro populo, ac
20 non tota gens pereat. ❡ Hoc autem à ſemet
ipſo non dixit: ſed cum eſſet pontifex anni il
lius uaticinatus eſt quod Ieſúah moritur⁹ eſ
ſet pro gente: & non tantũ pro gente, ſed ut
filios dei q erant diſperſi, cõgregaret ĩ unũ.
21 ❡ Ab illo ergo die conſultabant inuicẽ, ut
interficerent eũ. Ieſúah ergo iam non libere
ambulabat inter Iehudæos, ſed abijt illinc in
regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ
dicitur Ephráim, & ibi uerſabatur cum diſci
pulis ſuis. Erat aũt proximũ péſach Iehudæo
rũ, & aſcenderunt multi Ieruſaláim è regio-
ne ante péſach, ut purificarent ſe. Quærebãt
ergo Ieſúah, & colloquebãtur inter ſe, in tẽ
plo ſtantes: Quid uidetur uobis, quod nõ ue
22 nerit ad diem feſtũ? ❡ Dederant autem põ-
tifices, & phariſæi præceptũ: ut ſi qs cogno
uiſſet ubi eẽt, indicaret, ut cõprehẽderẽt eũ.

Capitulum. 12.

1 IEſúah ergo ante ſex dies pé-
ſach uenit Bethaniam, ubi La-
zarus fuerat mortuus, quẽ ſu
ſcitauit à mortuis. Fecerũt au-
tem ei cœnam ibi, & Martha
miniſtrabat, Lazarus uero un⁹

erat è diſcumbentibus cum eo. Miriám ergo
accæpit libram unguenti nardi piſticæ, pre-
cioſæ, & unxit penes Ieſúah, & exterſit pe-
des eius capillis ſuis: domus autem impleta
2 eſt ex odore unguenti. ¶ Dicit ergo unus
ex diſcipulis eius, Iehudas Simonis Iſcario-
tes, qui erat eum proditurus: Quare hoc un-
guentum non uenijt trecentis denarijs, & da
tum eſt egenis? Dixit autem hoc, non quod
pauperes illi curæ eſſent, ſed quia fur erat, ac
marſupium habebat: & ea quæ mittebãtur,
3 portabat. ¶ Dixit ergo Ieſúah: Sine illã, in
diem ſepulturæ meæ ſeruauit illud. Paupe-
res enim ſemper habetis nobiſcum, me uero
4 non ſemper habetis. ¶ Cognouit ergo tur-
ba multa ex Iehudæis quod illic eſſet: et uene
runt non propter Ieſúah tantũ, ſed ut Lazarũ
quoque uiderẽt, quem ſuſcitauerat à mortuis.
5 ¶ Conſultabant autem principes ſacerdo-
tum, ut & Lazarum interficerent, quia multi
propter illum abibant ex Iehudæis, & crede
6 bant in Ieſúah. ¶ Poſtero die turba multa
quæ uenerat ad diem feſtum, cũ audiſſent quod
ueniret Ieſúah Ieruſaláim, accæperũt ramos
palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, & cla
mabant: Hoſihãhna, benedictus qui uenit in
nomine domini rex Iſrael. Nactus autem Ie-
ſúah aſellum, ſedit ſuper eum: ſicut ſcriptum
eſt. Noli timere filia Sijón, Ecce rex tuus ue-
7 nit ſedens ſuper pullum aſinæ. ¶ Hæc autẽ
nõ cognouerunt diſcipuli eius primum: ſed
quando glorificatus eſt Ieſúah, tunc recor-
dati ſunt, quod hæc eſſent ſcripta de eo, &
8 quod hæc feciſſent ei. ¶ Teſtificabatur igi-
tur turba, quæ erat cũ eo, quando Lazarum uocauit
de monumento, & ſuſcitauit eum è mortuis.
Propterea & obuiã uenit ei turba, quod au
dierant eum feciſſe hoc ſignum. Phariſæi er-
go dixerunt inter ſe: Videtis quod nihil pro
9 ficitis? Ecce mundus poſt eũ abijt. ¶ Erant
autẽ quidam gentiles ex ijs, qui aſcenderãt,
ut adorarent in feſto. Hi ergo acceſſerunt ad
Philippũ, qui erat à Bethſaida Galil, & roga
bant eũ dicentes: Domine, uolumus Ieſúah
10 uidere. ¶ Venit Philippus et dicit Andreæ:
Andreas rurſum, & Philippus dicũt Ieſúah.
Ieſúah autẽ reſpondit eis, dicens: Venit hora
ut glorificetur filius hominis. Amen amen di
co uobis, niſi granũ frumenti deiectum inter
ram, mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet. Si
uero mortuum fuerit, multum fructũ affert.
11 ¶ Qui amat animam ſuam, perdet eam. Et
qui odit animam ſuam in hoc mũdo, in uitam
æternã cuſtodiet eã. Si quis mihi miniſtrat,
me ſequatur. Et ubi ſum ego, illic & miniſter
meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, hono-
re afficiet eũ pater. Nunc anima mea turbata
eſt. Et quid dicam? Pater, ſeruato me ex ho-
ra hac. Sed propterea ueni in horam hãc. Pa-
12 ter glorifica nomen tuũ. ¶ Venit ergo uox
de cœlo: Et glorificaui, & rurſus glorifica-
bo. Turba ergo quæ ſtabat, & audierat, dice
bat tonitruum eſſe factum. Alij dicebant: An
13 gelus ei locutus eſt. ¶ Reſpondit Ieſúah, &
dixit: Nõ propter me hæc uox uenit, ſed pro
pter uos. Nunc iudicium eſt mũdi huius. Nũc
princeps mũdi huius eijcietur foras. Et ego
ſi exaltatus fuero à terra, omnes traham ad
meipſum. Hoc autem dicebat, ſignificans
14 qua morte eſſet moriturus. ¶ Reſpondit ei
turba: Nos audiuimus ex lege, quod Chriſtus
manet in æternũ: & quomodo tu dicis: opor
tet exaltari filium hominis? Quis eſt iſte fi-
15 lius hoĩs? ¶ Dixit ergo eis Ieſúah. Adhuc
ad breue tempus lumen uobiſcũ eſt. Ambula
te donec lucem habetis, ne uos tenebræ oc-
cupent. Et qui ambulat ĩ tenebris, ueſcit quò
uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem
16 ut filij lucis ſitis. ¶ Hæc locutus eſt Ieſúah
ac digreſſus abſcondit ſe ab eis. Cum autem
tam multa ſigna feciſſet coram eis, nõ crede-
bant in eũ: ut ſermo Ieſahiáh prophetæ imple-
retur quem dixit: Domine, quis credidit audi-
tui noſtro, & brachiũ domini cui reuelatum
eſt? Propterea nõ poterant credere: quia ite-
rũ dixit Ieſahiáh: Excæcauit oculos eorũ, &
indurauit cor eorũ, ne uideant oculis, & ne
intelligant corde, & cõuertantur, & ſanem
eos. Hæc dixit Ieſahiáh quãdo uidit gloriam
17 eius, & locutus eſt de eo. ¶ Verũtamen etiã
ex principibus multi crediderũt in eum, ſed
propter phariſæos non confitebantur, ne è
ſynagoga eijcerẽtur. Dilexerunt enim glo-
riam hominum magis quàm gloriam dei.
18 ¶ Ieſúah autẽ clamauit, & dixit: Qui credit
in me, nõ credit in me, ſed in eũ qui miſit me.
Et qui uidet me, uidet eũ qui miſit me. Ego lux
in mundũ ueni: ut oĩs qui credit in me, in te-
19 nebris non maneat. ¶ Et ſi quis audierit uer-
ba mea, & non crediderit, ego nõ iudico eũ.
Non enim ueni ut iudicem mundum, ſed ut
20 ſeruem mundum. ¶ Qui rejicit me, nec ac-
cipit uerba mea, habet qui iudicet ipſum. Ser-
mo quem locutus ſum, ille iudicabit eum in
extremo die: quia ego ex meipſo non ſum lo
cutus: ſed qui miſit me pater, Ipſe mihi man-
datum dedit, quid dicam, & quid loquar. Et
ſcio quod mandatũ eius uita æterna eſt. Quæ
ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic
loquor.

Capitulum.13.

1 ANte feſtum aūt péſach, ſciens
Ieſúah quod ueniſſet hora ipſius ut tranſiret ex hoc mūdo
ad patrem, cū dilexiſſet ſuos q
erant in mundo, uſque ad fine
2 dilexit eos. ¶ Et cœna facta, cū diabolus iā
immiſiſſet in cor Iehudæ Simonis Iſcariotæ
ut ꝓderet eū, ſciēs Ieſúah qđ oīa dediſſet ſi-
bi pater in manus, & qđ à deo exiſſet, & ad
deum iret, ſurgit à cœna, & ponit ueſtimen-
ta: & cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe.
Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit la-
uare pedes diſcipulorum, & extergere lin-
3 teo, quo erat præcinctus. ¶ Venit ergo ad
Simonem Petrū: & dicit ei Petrus: Dñe, tu
mihi lauas pedes? Reſpōdit Ieſúah, & dixit
ei: Quod ego facio, tu neſcis nūc, ſcies autē
poſtea. Dicit ei Petrus: Non lauabis meos pe
4 des in æternum. ¶ Reſpondit ei Ieſúah: Si
non lauero te, non habes partem mecū. Di-
cit ei Simon Petrus. Domine, non tātum pe-
des meos, ſed & manus, & caput. Dicit ei Ie
ſúah. Qui lotus eſt, non opus habet niſi ut pe
5 des lauet, ſed eſt mundus tot⁹. ¶ Et uos mū
di eſtis, ſed non omnes. Sciebat enim quiſnā
eſſet qui proderet ipſum. Propterea dixit,
6 non eſtis mundi omnes. ¶ Poſtquam ergo
lauiſſet pedes eorum, receptiſq́ ueſtib⁹ ſuis,
accubuiſſet, iterum dixit eis: Scitis quid fe-
cerim uobis? Vos uocatis me magiſtrū ac do
minum, & bene dicitis: Sum etenim. Si ergo
ego laui pedes ueſtros domin⁹, & magiſter,
uos quoque debetis inuicem alij aliorum la
uare pedes. Exemplum enim præbui uobis,
ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos
7 faciatis. ¶ Amen amen dico uobis, non eſt
ſeruus maior domino ſuo, neq́ legatus ma-
ior eſt eo qui legauit ipſum. Si hæc nouiſtis,
beati eſtis, ſi feceritis ea. Nō de omnibus uo
bis loquor. Ego ſcio quos elegerim. Sed ut
adimpleatur ſcriptura: Qui edit mecum pa
nē, ſuſtulit aduerſum me calcaneum ſuum.
Nunc dico uobis prius quàm fiat, ut cum fa
8 ctum fuerit, credatis quod ego ſim. ¶ Amē
amen dico uobis, q recipit quēcūq́ miſero,
me recipit. Qui aūt me recipit: recipit eū q
me miſit. Cum hæc dixiſſet Ieſúah turbatus
eſt ſpiritu, & teſtificatus eſt, dixitq́: Amen
amen dico uobis, quod unus ex uobis ꝓdet
9 me. ¶ Aſpiciebant ergo ſe inuicem diſcipu
li, hæſitantes de quo diceret. Erat autem un⁹
ex diſcipulis Ieſúah recumbēs in ſinu ipſi⁹,
nimirum is quem diligebat Ieſúah: Innuit er
go huic Simon Petrus, ut ſciſcitaretur quis
10 eſſet de quo loqueretur. ¶ Itaq́ cum recu-
buiſſet ille ſuper pectus Ieſúah, dicit ei: Do-
mine, quis eſt? Reſpondit Ieſúah: Ille eſt cui
ego intinctum panem porrexero. Et cum in-
tinxiſſet panem, dedit Iehudæ Simonis Iſca
riotæ. Et poſt offulam ingreſſus eſt in eum ſa
11 thanas. ¶ Dicit igitur ei Ieſúah. Quod fa-
cis, fac citius. Hoc autem nemo intelligebat
diſcumbentium, ad quid dixiſſet ei. Quidā
enim putabant, quia loculos habebat Iehu-
das, quod dixiſſet ei Ieſúah, eme ea quæ op⁹
ſunt nobis ad diem feſtum: aut egenis ut ali-
quid daret. Cum ergo accepiſſet ille offulā,
12 exiuit continuo. Erat autē nox. ¶ Cū ergo
exiſſet, dixit Ieſúah: Nunc glorificatus eſt fi
lius hominis, & deus glorificatus eſt per eū.
Si deus glorificatus eſt p eū, & de⁹ glorifi-
cabit eum per ſe, & cōtinuo glorificabit eū.
13 ¶ Filioli adhuc pauliſper uobiſcum ſum.
Quæretis me, & ſicut dixi Iehudæis, quò
ego uado, uos non poteſtis uenire: ita & uo
14 bis dico nunc. ¶ Præceptum nouum do uo
bis, ut diligatis uos mutuo, ſicut dilexi uos:
ut & uos diligatis uos mutuo. In hoc cogno
ſcēt oēs ꝙ diſcipuli mei ſitis, ſi charitatē ha-
15 bueritis inter uos mutuā. ¶ Dicit ei Simon
Petrus: Domine, quò uadis? Reſpondit ei Ie
ſúah: Quò ego uado non potes me nunc ſe-
16 qui, ſequeris autem poſtea. ¶ Dicit ei Pe-
trus: Domine, quare non poſſum te ſeq nūc?
Animam meam pro te ponam. Reſpondit ei
Ieſúah Animam tuam pro me pones? Amen
amē dico tibi, nō canet gallus, donec ter me
negaueris.

Capitulum.14.

1 ET ait diſcipulis ſuis: Ne turbe
tur cor ueſtrū. Creditis ī deū,
& in me credite. In domo pa-
tris mei manſiōes multæ ſunt.
Sin minus, dixiſſem uobis, ua
do ut parē uobis locum. Et ſi
abiero & parauero uobis locū: iterū ueniā,
& aſſumā uos ad meipſum, ut ubi ſum ego,
& uos ſitis: & quò ego uado, ſcitis, & uiam
2 ſcitis. ¶ Dicit ei Thomas: Domine, neſcim⁹
quò uadis: & quomodo poſſumus uiā ſcire?
3 ¶ Dicit ei Ieſúah: Ego ſum uia, & ueritas,
& uita. Nemo uenit ad patrem, niſi per me.
Si cognouiſſetis me & patrem meum, utiq́
cognouiſſetis. Et nunc cognoſcitis eum, &
4 uidiſtis eū. ¶ Dicit ei Philippus: Domine,
oſtende nobis patrē, & ſufficit nobis. Dicit
ei Ieſúah: Tanto tempore uobiſcum ſum, &
non cognouiſti me? Philippe, qui uidit me,

uidit patrem: Et quomodo tu dicis, oſtende
nobis patrem? Non credis ꝙ ego in patre, &
pater in me eſt? Verba quæ ego loquor uo-
bis, à meipſo non loquor. Pater autem in me
manens, ipſe facit opera. Credite' mihi, ꝙ
ego in patre, & pater in me eſt, alioqui pro-
5 pter ipſa opera credite mihi. ℭ Amen amē
dico uobis: qui credit in me, opera quæ ego
facio, & ipſe faciet, & maiora his faciet: qa
ego ad patrem uado. Et quicquid petieritis
nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pa
ter per filium. Si quid petieritis per nomen
6 meum, ego faciam. ℭ Si diligitis me, præce
pta mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, &
alium paraclétū dabit uobis, ut maneat uo-
biſcum in æternū, ſpiritum ueritatis: quem
mundus non poteſt accipere: quia non uidet
eum, nec nouit eum. Vos autem cognoſcitis
eum, quia apud uos manet, & in uobis erit.
Non relinquam uos orphanos, ueniam ad
7 uos. ℭ Adhuc puſillum, & mundus me iam
non uidet: uos aūt uidetis me. Quia ego ui-
uo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoſcetis
ꝙ ego ſum in patre meo, & uos i me, & ego
8 in uobis. ℭ Qui habet præcepta mea, & ſer
uat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem dili
git me, diligetur à patre meo: & ego diligā
9 eum, & manifeſtabo ei meipſum. ℭ Dicit ei
Iehudas, non ille Iſcariotes: Domine, quid
factum eſt, quod manifeſtaturus es uobis te-
10 ipſum, & non mundo? ℭ Reſpōdit Ieſúah,
& dixit ei: Si quis diligit me, ſermonē meū
ſeruabit, & pater meus diliget eum: & ad eū
ueniemus, & manſionem apud eum faciem⁹.
Qui non diligit me, ſermones meos non ſer
uat: & ſermo quem auditis, nō eſt meus, ſed
eius qui miſit me patris. Hæc locut⁹ ſum uo
11 bis apud uos manens. ℭ Paraclétus autem
ille ſpiritus ſanctus, quem mittet pater uo-
mine meo: ille uos docebit omnia, & ſugge-
12 ret uobis omnia quæcūqꝫ dixi uobis. ℭ Pa
cem relinquo uobis, pacem meam do uobis:
non quomodo mundus dat ego do uobis.
Ne turbetur' cor ueſtrum, neque formidet.
13 ℭ Audiſtis qđ ego dixi uobis, uado, & ue-
nio ad uos. Si diligeretis me gauderetis uti-
que, qđ dixerim, uado ad patrē, qa pr̃ maior
me ē. Et nūc dixi uobis pri⁹ quàm fiat: ut cū
14 factum fuerit, credatis. ℭ Poſthac non mul
ta loquar uobiſcū. Venit enim princeps mū-
di huius, & in me non habet quicquam. Sed
ut cognoſcat mundus, quod diligo patrem.
Et ſicut mandatū dedit mihi pater, ſic facio.
Surgite eamus hinc.

Capitulum. 15.

1 Ego ſum uitis uera, & pa
ter me⁹ agricola eſt. Om
nem palmitem in me non
ferentem fructum', tollit
eū, & omnē qui fert fru-
ctum, purgat eum: ut fru
ctum copioſiorē afferat.
2 ℭ Iā uos mūdi eſtis pro
pter ſermonē, quem locutus ſum uobis. Ma-
nete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non
poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi mā ſerit
in uite: ſic nec uos, niſi in me manſeritis.
3 ℭ Ego ſum uitis, uos palmites. Qui manet
in me, & ego in eo, hic fert fructū multū, qa
ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me nō
manſerit, eiect⁹ eſt foras ſicut palmes, & exa
ruit: & colligunt eos, & in ignem conijciūt,
4 & ardent. ℭ Si manſeritis in me, & uerba
mea in uobis manſerint, quicquid uolueritis
petetis, & fiet uobis. In hoc glorificatus eſt
pater meus, ut fructū copioſum afferatis, &
5 efficiamini mei diſcipuli. ℭ Sicut dilexit
me pater, ita & ego dilexi uos. Manete in di-
lectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis,
manebitis in dilectione mea: ſicut & ego pa-
tris mei præcepta ſeruaui, & maneo in ei⁹ di
6 lectione. ℭ Hæc locutus ſum uobis, ut gau-
dium meum in uobis maneat, & gaudiū ue-
7 ſtrum impleatur. ℭ Hoc eſt præceptū meū,
ut diligatis uos inuicem, ſicut dilexi uos. Ma
iorem hac dilectionem nemo habet, ut qs ani
8 mam ſuam ponat pro amicis ſuis. ℭ Vos
amici mei eſtis, ſi feceritis quæcunqꝫ ego pr̨
cipio uobis. Non poſthac uos dico ſeruos: qa
ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos
autem dixi amicos: quia omnia quæ audiui
9 à patre meo, nota feci uobis. ℭ Non uos me
elegiſtis, ſed ego elegi uos: & poſui uos, ut
eatis & fructum afferatis, & fructus ueſter
maneat: ut quicquid petieritis patrem nomi
10 ne meo, det uobis. ℭ Hæc præcipio uobis,
ut diligatis uos mutuo. Si mundus uos odit,
ſcitis quod me prius quàm uos odio habue
rit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſu-
um eſt, diligeret. Quia uero de mundo non
eſtis, ſed ego ſelegi uos de mundo, pro-
11 pterea odit uos mundus. ℭ Memento-
te ſermonis quē ego dixi uobis: Nō eſt ſeru⁹
maior dn̄o ſuo. Si me perſecuti ſunt, & uos
perſequent̃. Si ſermonē meū ſeruauerūt, &
ueſtrū ſeruabūt. Sed hæc oïa faciēt uobis p-
pter nomē meū: qa nō nouerunt eū qui miſit
12 me. ℭ Si nō ueniſſem & locut⁹ fuiſſem eis,
peccatum non haberent. Nunc autem præ-
13 textū nō habēt de pctō ſuo. ℭ Qui me odit,

is & patrem meū odit. Si opera non feciſſem
inter eos, quæ nemo alius fecit, peccatū non
haberent. Nūc autem, & uiderunt, & oderūt
non ſolū me, uerūetiam patrē meum. Sed ut
cōpleatur ſermo, qui in lege eorū ſcript' eſt:
14 Odio habuerunt me gratis. ¶ Cum aūt ue-
nerit paraclétus, quem ego mittam uobis à
patre ſpiritū ueritatis, qui à patre procedit,
ille teſtimonium perhibebit de me. Quin &
uos teſtes eſtis, quia ab initio mecum eſtis.

Capitulum. 16.

1 HAec locut' ſū uobis, ne offē-
damini. Alienos à ſynago-
gis facient uos. Sed ueniet
tēpus, ut qſquis interficiat
uos, uideat cultū præſtare
deo. Et hæc facient uobis, qa
2 non nouerūt patrē, neque me. ¶ Sed hæc lo-
cutus ſum uobis: ut cū uenerit tempus illud,
reminiſcamini eorum quod ego dixerim uo-
bis. Hæc autem uobis ab initio non dixi,
3 quia uobiſcum eram. ¶ Nunc autem ua-
do ad eum qui miſit me: & nemo ex uobis
interrogat me quò uadam. Sed quia hæc lo-
cutus ſum uobis, mœſtitudo impleuit cor ue-
ſtrū. Sed ego ueritatē dico uobis: expedit uo-
bis ut ego uadā. Si eñ non abiero, paraclét'
ille non ueniet ad uos. Si autē abiero, mit-
4 tam eum ad uos. ¶ Et cum uenerit ille, ar-
guet mundum de peccato, & de iuſtitia, &
de iudicio. De peccato qdē, quia non credūt
in me. De iuſtitia uero, quia ad patrē meum
uado, & poſthac non uidetis me. De iudicio
aūt, quia princeps huius mundi iam iudicat'
5 eſt. ¶ Ad hæc, multa habeo quæ uobis di-
cam, ſed non poteſtis portare nunc. Cū autē
uenerit ille, ſpiritus ueritatis, ducet uos in
oēm ueritatem. Nō enim loquetur à ſemetip-
ſo, ſed quæcunq; audierit, loquetur: & quæ
futura ſunt annunciabit uobis. Ille me glori-
ficabit, quia de meo accipiet, & annūciabit
uobis. Oīa quæcunq; habet pater, mea ſunt.
Propterea dixi, ꝙ de meo accipiet, & annun-
6 ciabit uobis. ¶ Puſillum, & non uidetis
me: & iterum puſillum, & uidebitis me: quia
7 ego uado ad patrem. ¶ Dixerūt ergo qui-
dam ex diſcipulis eius inter ſe: Quid eſt hoc
ꝙ dicit nobis, puſillum & non uidetis me,
& rurſus puſillū & uidebitis me, & qa ego
uado ad patrē? Dicebant ergo: Quid eſt hoc
ꝙ dicit, puſillum? Neſcimus quid loquitur.
8 ¶ Cognouit autem Ieſúah quod uellent ip-
ſum interrogare, & dixit eis: De hoc quæri-
tis inter uos qđ dixi, puſillum, & non uide-
tis me, & iterum puſillum, & uidebitis me.

9 ¶ Amen amen dico uobis, plorabitis, & la-
mentabimini uos, mundus cōtra gaudebit.
Vos autem mœrore afficiemini: ſed mœror
10 ueſter uertetur in gaudium. ¶ Mulier cum
parit, dolorem habet: quia uenit hora eius.
Cum autem pepererit puerulum iam nō me-
minit anxietatis: ꝓpter gaudiū quod natus
ſit homo in mundo. Et uos igitur nunc qui-
dem mœrorē habetis: ſed iterū uidebo uos,
& gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ue-
ſtrū nemo tollit à uobis. Et in illo die me non
11 interrogabitis quicquam. ¶ Amen amen di-
co uobis, quæcunq; petieritis patrem in no-
mine meo, dabit uobis. Haſtenus non peti-
ſtis quicquam in nomine meo. Petite, & acci-
12 pietis: ut gaudium ueſtrū ſit plenū. ¶ Hæc
per prouerbia locutus ſum uobis. Veniet tē-
pus, cum iam non per prouerbia loquar uo-
bis, ſed palàm de patre meo annunciabo uo-
13 bis: in illo die in nomine meo petetis. ¶ Et
non dico uobis, quod ego rogaturus ſim pa-
trem pro uobis. Ipſe enim pater amat uos,
quia uos me amaſtis: & credidiſtis ꝙ à deo
exiuerim. Exiui à patre, & ueni in mundum:
iterum relinquo mundum, & uado ad pa-
14 trem. ¶ Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nunc
aperte loqueris, nec prouerbiū ullū dicis. Nūc
ſcimus ꝙ ſcis omnia: nec opus ē tibi ut quis
te interroget. Per hoc credimus ꝙ à deo exi-
15 ſti. ¶ Reſpondit ei Ieſúah: Nunc creditis:
Ecce uenit tempus, & iam uenit, ut diſper-
gamini unuſquiſq; in ſua, meq; ſolum relin-
quatis: & tamen non ſum ſolus, quia pater
mecum eſt. Hæc locutus ſum uobis, ut in me
pacem habeatis: In mundo afflictionem ha-
betis, ſed confidite, ego uici mundum.

Capitulum. 17.

1 HAec locutus eſt Ieſúah, &
ſublatis oculis in cœlū, di-
xit: Pater, uenit hora, glori-
fica filiū tuū, ut & fili' tu'
glorificet te. Sicut dediſti
ei ptātē oīs carnis, ut quot-
quot dediſti ei, det eis uitā
2 æternā. ¶ Hæc ē aūt uita æterna, ut cogno-
ſcāt te ſolū deū uerum, & quē miſiſti Ieſúah
3 Chriſtum. ¶ Ego te glorificaui ſuper terrā,
opus conſummaui, quod dediſti mihi ut fa-
cerē. Et nunc glorifica me tu pater apud te-
metipſum gloria, quā habui prius ꝙ̄ hic mū-
4 dus eſſet apud te. ¶ Manifeſtaui nomē tuū
hoib', quos dediſti mihi de mūdo. Tui erāt,
& mihi eos dediſti, & ſermonē tuū ſeruaue-
rūt. Nūc cognouerūt, qđ oīa quæcunq; dediſti

mihi,abs te ſunt. Quia uerba quæ dediſti mi-
hi,dedi eis:& ipſi acceperunt,& cognouerũt
uere quod à te exiui: & crediderunt quod tu
5 me miſiſti. ¶ Ego pro eis rogo. Non pro mũ-
do rogo,ſed pro ijs quos dediſti mihi,quia tui
ſunt. Et mea omnia tua ſunt,& tua mea ſũt: &
glorificatus ſum in eis. Et iã nõ ſum in mũdo,
6 & ij in mundo ſunt,& ego ad te uenio. ¶ Pa
ter ſancte ſerua eos per nomen tuũ, quos dedi
ſti mihi:ut ſint unũ ſicut & nos. Cum eſſem cũ
eis in mundo,ego ſeruabã eos noie tuo. Quos
dediſti mihi,ego cuſtodiui,& nemo ex eis pe-
rijt,niſi fili⁹ ille perditi⁹,ut ſcriptura impleret.
7 ¶ Nunc aũt ad te uenio,& hæc loquor in mũ
do,ut habeant gaudiũ meũ impletũ in ſemet-
ipſis. Ego tradidi eis ſermonem tuũ,& mũdus
eos odio habuit:quia nõ ſunt de mũdo,ſicut et
8 ego non ſum de mũdo. ¶ Non rogo ut tollas
eos è mũdo,ſed ut ſerues eos à malo. De mun
do nõ ſunt,ſicut & ego nõ ſum de mũdo. San
9 ctifica eos per ueritatẽ tuam. ¶ Sermo tuus
ueritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundũ,ita &
ego miſi eos in mundũ,& pro eis ego ſanctifi-
co meipſum,ut ſint & ipſi ſanctificati per ueri-
10 tatẽ. ¶ Non pro eis autẽ rogo tm̃,ſed pro ijs
qui credituri ſunt per ſermonẽ eorũ in me: ut
omnes unũ ſint,ſicut tu pater in me, & ego in
te:ut & ipſi in nobis unum ſint,ut credat mun
dus quod tu me miſeris: & ego gloriam quam
dediſti mihi,dedi eis:ut ſint unum,ſicut & nos
unũ ſumus. Ego in eis,& tu in me,ut ſint con-
ſummati in unũ,& ut cognoſcat mundus ꝙ tu
me miſiſti,& dilexiſti eos,ſicut et me dilexiſti.
Pater,quos dediſti mihi,uolo ut ubi ſum ego,
& illi ſint mecũ:ut uideãt gloriam meã quam
dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conditum
mundũ. Pater iuſte,& mundus te non cogno-
gnouit:ego autem te cognoui, & ij cognoue
rũt ꝙ tu me miſeris. Et notũ feci eis nomẽ tuũ,
& notũ faciam:ut dilectio qua dilexiſti me, in
ipſis ſit,& ego in ipſis.

Capitulum.18.

1 HAec cum dixiſſet Ieſúah egreſ-
ſus eſt cum diſcipulis ſuis trans
torrẽtem Chidrón:ubi erat hor
tus in quem introiuit ipſe,& di
ſcipuli eius. Nouerat autem &
Iehudas, qui prodebat eum,lo-
cum: quia frequenter Ieſúah conuenerat illuc
2 cum diſcipulis ſuis. ¶ Iehudas ergo cum ac-
cepiſſet cohortem,& à pontificibus, ac phari-
ſæis miniſtros,uenit illuc cum laternis,ac fa-
3 cibus,& armis. ¶ Ieſúah itaq; ſciens omnia
quæ uentura erant ſuper ſe,proceſſit,ac dixit

eis:Quem quæritis? Reſponderunt ei: Ieſúah
4 Nazarenũ. Dicit eis Ieſúah:Ego ſum. ¶ Sta-
bat autem & Iehudas,qui prodebat eum,cum
ipſis. Vt ergo dixit eis,ego ſum,abierunt re-
trorſum,& ceciderunt in terram. Iterum ergo
interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem
dixerunt: Ieſúah Nazarenũ. Reſpõdit Ieſúah:
Dixi uobis quod ego ſum. Si ergo me quæri-
tis,ſinite hos abire. Vt impleret ſermo quẽ dixe
rat: Ex ijs quos dediſti mihi, non perdidi quẽq;.
5 ¶ Simon ergo Petrus cum haberet gladium
eduxit eum.& percuſſit pontificis ſeruum, &
abſcidit auriculam eius dextram. Erat autẽ no
men ſerno Malchus. Dicit ergo Ieſúah Petro:
Immitte gladium tuum in uaginam. An pocu
6 lum quod dedit mihi pater nõ bibam? ¶ Co-
hors igitur,& tribunus,ac miniſtri Iehudæo-
rum comprehenderunt Ieſúah,& ligauerunt
eum,& abduxerunt eum ad Annam primum:
Erat enim ſocer Caiaphæ,qui erat põtifex an-
7 ni illius. ¶ Erat autem Caiaphas is qui conſi-
lium dederat Iehudæis, quod expediret unũ
8 hominem mori pro populo. ¶ Sequebatur
autem Ieſúah Simon Petrus,& alius diſcipu-
lus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici,
& introiuit cum Ieſúah in atrium põtificis. Pe
trus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo
diſcipulus ille alter,qui erat notus pontifici,et
9 dixit oſtiariæ,et introduxit Petrum. ¶ Dixit
ergo Petro ancilla oſtiaria: Num & tu ex diſci
pulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum.
10 ¶ Stabãt autem ſerui,& miniſtri qui prunas
congeſſerant,quia frigus erat,& calefaciebãt
11 ſe. ¶ Erat autem cum eis & Petrus ſtans,&
calefaciẽs ſe. Põtifex ergo interrogauit Ieſúah
de diſcipulis ſuis,& de doctria ipſi⁹. Rñdit ei Ie
ſúah. Ego palàm locutus ſum mundo:ego ſem
per docui in ſynagoga,& in templo,quo om-
nes Iehudæi conueniunt,& in occulto locutus
ſum nihil: Quid me interrogas? Interroga eos
qui audierunt quid locutus ſim ipſis: Ecce hi
12 ſciunt quæ dixerim ego. ¶ Hæc autem cum
dixiſſet, unus aſſiſtens miniſtrorum dedit ala-
pam Ieſúah,dicens: Sicciné reſpondes ponti-
fici? Reſpondit ei Ieſúah: Si male locutus ſum
teſtificare de malo: ſin bene, cur me cædis?
13 ¶ Et miſit eum Annas uinctum ad Caiapham
14 pontificem. ¶ Stabat autem Simon Petrus,
& calefaciebat ſe. Dixerunt ergo ei: Num &
tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille,& dixit:
Non ſum. Dixit ei unus ex ſeruis pontificis
cognatus eius, cuius abſciderat Petrus auri-
culam: Nónne ego te uidi in horto cum illo? Ite
rum ergo negauit Petrus,& ſtatim gallus ce-
15 cinit. ¶ Ducunt ergo Ieſúah à Caipha in

prætorium.Erat autem mane,& ipſi non in-
troierūt in prætorium,ne contaminarentur,
ſed ut ederent peſach. Exiuit ergo Pilatus ad
eos foras,& dixit: Quam accuſationem affer
tis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt,
& dixerūt ei:Si nō eſſet hic malefactor,haud
16 quaquam tibi tradidiſſemus eum. ¶ Dicit er
go eis Pilatus: Accipite eum uos, & ſecūdum
17 legem ueſtram iudicate eum. ¶ Dixerūt er-
go ei Iehudæi:Nobis nō licet interficere quē-
quam.Vt ſermo Ieſúah impleretur ,quem di-
xit, ſignificans qua morte eſſet moriturus.
18 ¶ Introiuit ergo iterum in prætorium Pila-
tus,& uocauit Ieſúah,et dixit ei:Tu es ille rex
Iehudæorum?Reſpōdit Ieſúah: A temetipſo
tu hoc dicis,an alij dixerūt tibi de me?Reſpō-
dit Pilatꝰ:Num ego Iehudæus ſum?Gens tua
& pontifices tradiderunt te mihi . Quid feci-
19 ſti? ¶ Reſpondit Ieſúah: Regnum meum nō
eſt ex hoc mundo . Si ex hoc mundo eſſet re-
gnum meum, miniſtri mei utiq; decertarent,
ne traderer Iehudæis. Nunc autem regnum
20 meum non eſt hinc. ¶ Dixit itaq; ei Pilatus:
Ergo rex es tu?Reſpōdit Ieſúah:Tu dicis,qđ
rex ſum ego.Ego in hoc natus ſum,& ad hoc
ueni in mundum,ut teſtimonium feram ue-
ritati.Omnis qui eſt ex ueritate, audit uocem
meam.Dicit ei Pilatus:Quid eſt ueritas?Et cū
hoc dixiſſet,iterum prodijt ad Iehudæos, &
dicit eis:Ego nullam inuenio in eo cauſam.
21 ¶ Eſt autem conſuetudo uobis, ut unum di-
mittam uobis in peſach. Vultis ne ergo dimit
tam uobis illum regem Iehudæorū? Clamaue
runt rurſum omnes dicentes:Non hūc,ſed Ba
rabban.Erat autem Barabbas latro.

Capitulum.19.

1 TVnc ergo appræhendit Pilatus
Ieſúah,& flagellauit,& milites
plectentes coronā de ſpinis, im
poſuerunt capiti eius, & ueſte
purpurea circūdederunt eū, ac
dicebāt:Aue rex Iehudæorum.
2 Et dabant ei alapas. Exiuit iterū Pilatus foras
& dicit eis:Ecce adduco uobis eū foras, ut co
gnoſcatis quod nullam in eo cauſam inuenio.
Exiuit ergo Ieſúah foras,geſtans ſpineā coro
nam,et purpureū pallium:& dicit eis:Ecce ho
3 mo. ¶ Cū ergo uidiſſent eū pontifices,& mi
niſtri,clamaubant dicētes: Crucifige,crucifi-
ge.Dicit eis Pilatus:Accipite eū uos, & cruci
figite:Ego enim non inuenio in eo cauſam.
4 ¶ Reſponderunt ei Iehudæi:Nos legē habe
mus,& ſecūdū legē noſtram debet mori:quia
5 filium dei ſe fecit. ¶ Cum ergo audiſſet Pila
tus hunc ſermonē magis timuit. Et ingreſſus
eſt prætorium iterū,& dicit ad Ieſúah: Vnde
es tu? Ieſúah autem reſpōſum non dedit ei. Di
cit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Neſcis
quod poteſtatem habeā crucifigendi te,& po
6 teſtatē habeā abſoluendi te? ¶ Rñdit Ieſúah:
Non haberes poteſtatē aduerſum me ullā,niſi
tibi datum eſſet è ſupernis. Propterea qui me
tradidit tibi,maius pctm̄ habet. Et ex eo quæ-
7 rebat Pilatus abſoluere eum. ¶ Iehudæi autē
clamabant dicētes:Si hunc abſolueris , non es
amicus Cæſaris.Quicunq; ſe regem facit,con
8 tradicit Cæſari. ¶ Pilatus igitur cū audiſſet
hunc ſermonē,produxit foras Ieſúah,ſeditq;
pro tribunali in loco qui dicitur Lithoſtrotos,
9 Hebraice autem Gabbatha. ¶ Erat autem pa
raſceue peſach,hora fermè ſexta, & dicit Iehu
dæis:Ecce rex ueſter.Illi autem clamabāt: Tol
10 le,tolle,crucifige eum. ¶ Dicit eis Pilatus:
Regem ueſtrum crucifigā? Reſponderūt pon
tifices: Non habemus regē niſi Cæſarem. Tūc
11 ergo tradidit eū illis,ut crucifigeretur. ¶ Ac
ceperunt aūt Ieſúah, & abduxerūt, atq; is ba
iulans crucem ſuam,exiuit in eum, qui dicitur
Caluariæ locū,Hebraice autē Gulgaltha, ubi
crucifixerūt eum:& cum eo alios duos hinc et
12 inde,mediū aūt Ieſúah. ¶ Scripſit aūt & titu
lum Pilatus,& poſuit ſuper crucē.Erat autem
ſcriptū: Ieſúah Naſarenus rex Iehudæorum.
13 ¶ Hunc ergo titulum multi Iehudæorū lege-
rūt,quia propè ciuitatē erat locus, ubi crucifi-
xus eſt Ieſúah.Et erat ſcriptū Hebraice, Græ-
ce, Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices
Iehudæorū:Noli ſcribere, rex Iehudæorū,ſed
quod ille dixerit, rex ſum Iehudæorū.Reſpon
14 dit Pilatus:Quod ſcripſi,ſcripſi. ¶ Milites er
go cū crucifixiſſent Ieſúah,acceperunt ueſti-
mēta eius,& fecerūt quatuor partes, unicuiq;
15 militi partē,& tunicam. ¶ Erat autem tunica
inconſutilis,à ſummo cōtexta per totū. Dixe
runt ergo inter ſe:Ne ſcindamus eā,ſed ſortia-
mur de illa cuiꝰ ſit.Vt ſcriptura impleretur,di-
cēs: Partiti ſunt ueſtimēta mea ſibi,& in ueſtē
meā miſerūt ſortē.Et milites qdē hæc fecerūt.
16 ¶ Stabāt aūt iuxta crucē Ieſúah mater eiꝰ,et
ſoror mřis eiꝰ Miriám uxor Cleopæ,& Miriā
17 Magdalene. ¶ Cum uidiſſet ergo Ieſúah ma
trem,ac diſcipulū aſtantē, quē diligebat, dicit
matri ſuæ : Mulier ecce filꝰ tuus. Deinde dicit
diſcipulo: Ecce mř tua . Et ex illa hora accepit
18 eā diſcipulus in ꝓpria. ¶ Poſtea ſciēs Ieſúah
quod oīa iā cōſummata eſſent,ut cōſummaretꝰ
ſcriptura,dicit:Sitio. Vas igitꝰ erat poſitū ace-
to plenū.Illi uero implenerūt ſpōgiā aceto,&
hyſſopo,& impoſitā admouerūt ori eiꝰ. Cum
ergo accepiſſet Ieſúah acetū,dixit: Cōſumma

tum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritũ.
19 ¶ Iehudæi ergo quoniã paraſceue erat, ut
nõ remanerẽt ĩ cruce corpora ſabbato (erat
enim magnꝰ dies ille ſabbati) rogauerũt Pi-
tũ ut frangerent eorũ crura, ac tollerent. Ve
nerũt ergo milites, & primi quidẽ fregerũt
crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo.
Ad Ieſúah aũt cũ uẽniſſent, ut uíderũt eũ iã
mortuũ, non fregerũt eius crura: ſed unꝰ mi-
litũ lancea latus eius fodit, et cõtinuo exiuit
20 ſanguis, & aqua. ¶ Et qui uidit, teſtimoniũ
perhibuit: & uerũ eſt teſtimoniũ eius. Et ille
ſcit quod uera dicit, ut & uos credatis. Facta
ſunt enim hæc ut ſcriptura impleref: Os non
cõminueris ex eo. Et rurſus alia ſcriptura di
21 cit: Videbũt in quẽ trãſfixerũt. ¶ Poſt hæc
autẽ rogauit Pilatũ Ioſeph ex Arimathæa, q
erat diſcipulꝰ Ieſúah, ſed occultus propter
metũ Iehudæorũ, ut tolleret corpus Ieſúah
idq; permiſit Pilatus. Venit autẽ, & Nicode-
mus, qui uenerat ad Ieſúah nocte primũ, fe-
rẽs mixturam myrrhæ, & aloes ad libras fer
mè centũ. Acceperunt ergo corpus Ieſúah,
& ligauerũt illud linteis cũ aromatibus, ſi-
22 cut mos eſt Iehudæis ſepelire. ¶ Erat aũt in
eo loco ubi crucifixus eſt, hortꝰ, & in horto
monumentũ nouũ, in quo nondũ qſquã po-
ſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuem Iehu
dæorum, quod in propinquo eſſet monumẽ
tum poſuerunt Ieſúah.

Capitulum. 20.

1 PRimo uero die ſabbatorũ
Miriam Magdalene uenit
mane, cum adhuc tenebræ
eſſent, ad monumentũ, ui-
detq; lapidẽ ſublatũ à mo-
numẽto. Currit ergo, & ue
nit ad Simonẽ Petrũ, & ad alterũ illũ diſcipu
lũ, quẽ amabat Ieſúah, & dicit illis: Suſtule-
rũt dñm è monumẽto, & neſcimꝰ ubi poſue-
2 rint eũ. ¶ Exijt ergo Petrꝰ, & ille aliꝰ diſci-
pulus, & uenerunt ad monumentum. Curre
bant aũt duo ſimul, & ille aliꝰ diſcipulus p̃-
cucurrit citiꝰ Petro, uenitq; prior ad monu-
mẽtũ. Et cũ ſe inclinaſſet, uidit poſita lintea
3 mina, non tñ introiuit. ¶ Venit ergo Simon
Petrꝰ ſequens eũ, & introiuit in monumẽtũ.
Et uidet linteamina poſita, & ſudariũ quod
fuerat ſuper caput eiꝰ, non cũ linteaminibꝰ
poſitũ, ſed ſeparatim inuolutũ in unũ locũ.
4 ¶ Tunc ergo introiuit & ille aliꝰ diſcipulꝰ,
q uenenerat prior ad monumentum, uiditq; &
credidit. Nondũ eñ nouerãt ſcripturã, quod
oportuiſſet eũ à mortuis reſurgere. Abierũt
5 ergo rurſꝰ diſcipuli ad ſemetipſos. ¶ Miriã
autẽ ſtabat ad monumẽtũ foris plorãs. Dũ er
go fleret, ĩclinauit ſe in monumentũ, & ui-
det duos angelos amictos albis ſedẽtes, unũ
ad caput, & alterũ ad pedes, illic, ubi poſue
rant corpus Ieſúah. Dicunt ei illi: Mulier qd
ploras? Dicit eis: Suſtulerunt dominũ meũ,
nec ſcio ubi poſuerũt eum. Hæc cũ dixiſſet,
conuerſa eſt retrorſum, & uidet Ieſúah ſtatẽ
6 nec ſciebat qđ Ieſúah eẽt. ¶ Dicit ei Ieſúah
Mulier quid ploras? Quẽ quæris? Illa exiſti-
mãs quod hortulanꝰ eſſet, dicit ei: Domine ſi
tu aſportaſti eũ, dicito mihi ubi poſueris eũ
& ego eũ tollã. Dicit ei Ieſúah Miriã. Cõuer
ſa illa, dicit ei: Rabboni, qđ dicit magiſter.
Dicit ei Ieſúah: Noli me tãgere. Nondũ enim
aſcẽdi ad patrẽ meũ. Sed uade ad frẽs meos,
& dic eis: Aſcẽdo ad patrẽ meũ, & patrẽ ue-
7 ſtrũ, & deũ meũ, & deũ ueſtrũ. ¶ Venit Mi-
riã Magdalene, annuncians diſcipulis, qđ ui-
8 diſſet dñm, & ea dixiſſet ſibi. ¶ Cũ ergo ue
ſpera eſſet die illo qui erat unꝰ ſabbatorũ, &
fores eſſent clauſæ, ubi erãt diſcipuli cõgre-
gati p̃pter metũ Iehudæorũ, uenit Ieſúah, ſte
titq; in medio, & dicit eis: Pax uobis. Et cum
hæc dixiſſet, oſtẽdit eis manꝰ ac latꝰ ſuũ. Ga-
9 uiſi ſunt ergo diſcipuli uiſo dño. ¶ Dixit er
go eis iterũ. Pax uobis. Sicut miſit me pater,
10 ita & ego mitto uos. ¶ Et cum dixiſſet inſuf
flauit, & dicit eis. Accipite ſpiritũ ſanctum.
Quorũcunq; remiſeritis peccata, remittẽtur
eis: quorũcunq; retinueritis, retẽta ſunt. Tho
mas aũt unꝰ ex duodecim, qui dicit Didymꝰ,
non erat cum eis qñ uenit Ieſúah: Dicebãt er
go ei alij diſcipuli: Vidimus dñm. Ille aũt di-
xit eis. Niſi uidero in manibꝰ eiꝰ figurã clauo
rum, & mittã digitũ meũ in figurã clauorũ:
& mittã manum meã in latus eius, nõ credã.
11 ¶ Et poſt dies octo iterum erãt diſcipuli eiꝰ
intꝰ, & Thomas cum eis, uenit Ieſúah ianuis
clauſis, & ſtetit ĩ medio, & dixit. Pax uobis.
12 ¶ Deinde dicit Thomæ: Infer digitũ tuum
huc, et uide manus meas, & admoue manum
tuã, & immitte in latus meũ, & noli eſſe infi-
delis ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & dixit
ei: Dominus meꝰ, & deꝰ meꝰ. Dicit ei Ieſúah:
Quia uidiſti me, credidiſti: beati qui nõ uide
13 rũt, & crediderũt. ¶ Multa quidẽ & alia ſi
gna fecit Ieſúah in conſpectu diſcipulorum
ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc:
Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis quod Ie
ſúah eſt Chriſtus ille filius dei, & ut creden-
tes uitam habeatis per nomen eius.

Capitulum. 21.

1 POſtea manifeſtauit ſe iterum
Ieſúah ad mare Tiberiadis, ma
nifeſtauit autem ſic: Erant ſi-
mul Simō Petrus, & Thomas,
qui dicitur didymus: & Netha
nel, qui erat à Cana Galil, & fi
lij Zebadiáh, alijq́ ex diſcipulis eiꝰ duo. Di-
cit eis Simon Petrus: Vado piſcatum. Dicũt
ei: Venimus & nos tecum. Exierunt & aſcen
derunt in nauim ſtatim, & illa nocte nihil cæ
2 perunt. ¶ Mane autem iam facto, ſtetit Ie-
ſúah in littore: non tamen cognouerũt diſci-
puli q́ Ieſúah eſſet. Dicit eis Ieſúah. Pueri,
num quid pulmētarij habetis? Reſponderũt
3 ei: Non. ¶ At ille dicit eis: Mittite in dexte-
ram nauigij partē ræte, & inuenietis. Miſe-
runt ergo, & iam non ualebant illud trahere
4 præ multitudine piſcium. ¶ Dicit ergo di-
ſcipulus ille quem diligebat Ieſúah Petro:
Dominus eſt. Simon ergo Petrus cũ audiſ-
ſet q́ dominꝰ eſſet, tunica ſuccinxit ſe (erat
enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij antē di-
ſcipuli nauicula uenerunt. Non enim longe
aberant à terra, ſed circiter cubitis ducētis
5 trahentes rete piſcium. ¶ Vt ergo deſcen-
derunt in terram, uiderunt prunas poſitas,
& piſcem ſuperpoſitum, & panē. Dicit eis Ie
ſúah: Afferte de piſcibꝰ quos prēdidiſtis nũc.
Aſcendit Simon Petrus, & traxit ræte in ter
ram, plenum magnis piſcibus centum quin-
quagintatribus. Et cum tot eſſent, non eſt
6 ſciſſum ræte. ¶ Dicit eis Ieſúah. Venite prā
dete. Et nemo diſcipulorum audebat inter-
rogare eum, tu quis es, cum ſcirēt quod do
7 minus eſſet. ¶ Venit itaque Ieſúah, & acci-
pit panem, & dat eis, & piſcē ſimiliter. Hac
iam tertia uice manifeſtatus eſt Ieſúah diſci-
8 pulis ſuis, cũ reſurrexiſſet à mortuis. ¶ Cũ
ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſúah
Simon Ionáh diligis me pluſq̃ hi: Dicit ei:
Etiā domine: tu ſcis quod amem te. Dicit ei:
Paſce agnos meos. Dicit ei rurſus ſecũdo Si
mon Ionáh diligis me? Ait illi: Etiā domine,
tu ſcis quod amem te. Dicit ei: Paſce oues
meas. Dicit ei tertio: Simon Ionáh amas me?
Indoluit Petrus qđ dixiſſet ſibi tertio, amas
me, dixitq́ ei: Dn̄e, tu oĩa noſti, tu ſcis quod
amem te. Dicit ei Ieſúah. Paſce oues meas.
9 ¶ Amē amen dico tibi, cum eſſes iunior, cin
gebas te, & ambulabas quo uolebas: cũ autē
ſenueris, extendes manus tuas, & aliꝰ te cin
10 get, & ducet quò nō uis. ¶ Hoc autē dixit,
ſignificās qua morte glorificaturus eſſet de
11 um. ¶ Et cum hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere
me. Conuerſus Petrus, uidet illum diſcipulũ
quē diligebat Ieſúah, ſequentem: qui & recu
buit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Do-
mine, quis eſt ille qui tradit te? Hunc ergo
cũ uidiſſet Petrus, dicit Ieſúah: Dn̄e hic autē
12 quid? ¶ Dicit ei Ieſúah: Si eũ uelim mane
re, donec ueniam, quid ad te? Tu me ſequere.
13 ¶ Exijt ergo ſermo iſte inter fratres quod
diſcipulus ille nō moreretur. Et non dixerat
ei Ieſúah, nō moritur: ſed ſi eum uelim mane-
14 re donec ueniam, quid ad te? ¶ Hic eſt diſci
pulus ille qui teſtimoniũ perhibet de his, &
ſcripſit hæc. Et ſcimus quod uerũ eſt teſtimo
niũ eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit
Ieſúah, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ip
ſe, opinor, mundus caperet eos qui ſcriberē
tur libros.

¶ Euangelij ſecundũ Ioānem.
FINIS.

¶ EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS, INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEOLO. PROFES.

Capitulum. I.

1 PAVLVS SER-
uus Ieſúah Chri
ſti, uocatus apo-
ſtolus, ſegrega-
tus in euangeliũ
dei, qđ ante pro
miſerat per pro
phetas ſuos i ſcri
pturis ſanctis de
filio ſuo, qui fa-
ctus ẽ ex ſemine
Dauid ſecũdum carnem, qui deſiuit' eſt filius
dei per potentiam per ſpiritum ſanctificantem
ex reſurrectione à mortuis Ieſúah Chriſti do-
mini noſtri, per quẽ accæpim' gratiam & apo
ſtolatum ad obedientiam fidei inter omnes gẽ
tes propter nomẽ eius inter quas eſtis & uos,
uocati Ieſúah Chriſti. Omnis qui Romæ eſtis
dilectis dei, uocatis ſãctis, gratia uobis, & pax
à deo patre noſtro, & domino Ieſúah Chriſto.
2 ¶ Primum quidem gratias ago deo meo per
Ieſúah Chriſtum, pro omnibus uobis, ꝙ fides
ueſtra annũciatur in toto mundo. Teſtis enim
mihi eſt deus, quem colo ſpiritu meo, in euan
gelio filij ipſius, ꝙ indeſinenter mentionẽ ue-
ſtri faciam, ſemper in orationibus meis orans,
ſi quo modo iam aliquando proſperer per uo
lũtatem dei, ut ueniam ad uos. Deſidero enim
uidere uos, ut aliquod impertiar donum uo-
bis ſpirituale ad confirmandum uos, hoc eſt, ut
ſimul capiam conſolationem in uobis, per mu
3 tuam fidem ueſtram, ſimul, & meam. ¶ Nolo
autem uos ignorare fratres, quod ſæpe propo
ſuerim uenire ad uos, licet præpeditus fuerim
ad hunc uſꝫ diem, ut fructum aliquem habe-
rem etiam inter uos, quemadmodum & inter
4 reliquas gentes. ¶ Græciſꝫ, ac Barbaris, ſa-
pientibuſꝫ ac rudibus, debitor ſum: ita quan-
tum in me eſt, parat' ſum uobis quoꝗ qui Ro
mæ eſtis, euangelizare. Non enĩ me pudet euã
gelij Chriſti. Potentia ſiquidem eſt dei, ad ſa-
lutẽ omni credẽti, Iehudæoꝗ primum et Græ
co. Iuſtitia enim dei per illud reuelatur ex fide
in fidem. Sicuti ſcriptũ eſt: Iuſtus autem ex fi-
5 de uiuet. ¶ Reuelatur enim ira dei de cœlo,
aduerſus omnem impietatem, & iniuſtitiã ho-
minũ, qui ueritatem in iniuſtitia detinent: pro
pterea quod id quod cognoſcibile eſt dei, ma-
nifeſtum eſt inter illos. Deus enim illis manife
6 ſtauit. ¶ Siquidem quæ ſunt inuiſibilia illius,
ex creatione mundi, dum per opera intelligun
tur, peruidentur, ipſaꝗ æterna eius potẽtia, ac
diuinitas, in hoc, ut ſint inexcuſabiles: ꝑptere a
quod cum deum cognouerint, non ut deũ glo
rificauerũt, aut gratias egerunt, ſed uani facti
ſunt in cogitationibus ſuis, & obtenebratum
eſt inſipiens cor eorum. Qui quũ putarent ſe
eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt, mutauerũtꝗ glo
riã incorruptibilis dei, in ſilitudine imaginis cor
ruptibilis hoĩs, & uolatiliũ, & quadrupedũ,
7 & reptiliũ. ¶ Quapropter tradidit illos deus
in concupiſcentijs cordium ſuorum, in immun
ditiam, ut ignominia afficiãt corpora ſua inter
ſeſe, qui cõmutarunt ueritatem dei in menda-
cio: & ueuerati ſunt, coluerunt ꝗ creaturam,
ſupra eum qui condidit, qui eſt benedict' in ſæ
8 cula, amen. ¶ Quãobrem tradidit eos deus
in affectus ignominioſos. Nam & fœminæ illo
rum mutauerunt naturalem uſum, in eum qui
eſt præter naturam. Similiterꝗ & maſculi, re-
licto naturali uſu fœminæ, exarſerunt per ap-
petentiam ſui, alius in alium, maſculi in maſcu
los fœditatem perpetrantes, & præmium (qđ
9 oportuit) erroris ſui in ſeſe recipientes. ¶ Et
quẽadmodum non probauerunt deum habe-
re in agnitione: ita tradidit eos deus in repro-
bam mentem, ut facerent quæ non conuenie-
bant, repletos omni iniuſtitia, fornicatiõe, pra
uitate, auaritia, malitia, plenos inuidia, cæde,
cõtẽtiõe, dolo, malis motib', ſuſurrones, obtre
ctatores, dei oſores, cõtumelioſos, elatos, glo
rioſos, adinuentores malorũ, parentib' inobe
dientes, expertes intelligentiæ, pactorũ haud
quaquam tenaces, alienos à charitatis affectu,
fœdifragos, immiſericordes. Qui cum dei iu-
ſtitiam nouerint, (quod ij qui talia faciunt, di
gni ſunt morte) nõ ſolum ea faciunt, uerũetiã
aſſentiuntur ijs, qui faciunt.

Capitulum. 2.

1 QVapropter inexcuſabilis es
o homo quiſqs es q iudicas.
Nã hoc ipſo quo iudicas alte
rũ, teipſum condẽnas. Eadẽ
enĩ facis tu, qui iudicas. Sci-
mus aũt, quod iudicium dei
eſt ſecũdum ueritatem, aduerſus eos qui talia
2 agunt. ¶ Cogitas autem hoc o homo, qui iu
dicas eos qui talia faciunt, & facis eadẽ, quod
tu effugies iudiciũ dei? Aut diuitias benignitas
illius ac tolerãtiæ, lõganimitatiſꝗ contemnis,
ignorans quod benignitas dei ad pœnitẽtiã te
ducit? Sed iuxta duritiã tuã, & cor ipœnitibi
le, recõdis tibi ipſi irã in die iræ et reuelationis,
& iuſti iudicij dei, q reddet unicuiꝗ iuxta ope
ra ſua: his quidem qui ſecundũ perſeuerãtiam

boni opis, in gloriã, & honorẽ, et incorruptio
nem quærũt, uitam æternam, ijs uero qui ſunt
contentioſi, & qui ueritati quidem nõ obtẽpe
rant, ſed obtemperant iniuſtitiæ, erit furor, et
ira, afflictio, & anxietas, aduerſus omnem ani
mã hominis perpetrantis malũ, Iehudæiq́ pri
3 mum, & Græci. ¶ Gloria uero, & honor &
pax omni operanti bonum, Iehudæoq́ primũ
& Græco. Non enim eſt perſonarum acceptio
4 apud deum. ¶ Quicũq́ enim ſine lege pecca
uerũt, ſine lege & peribunt: & quicunq́ in le
ge peccauerunt, per legem iudicabũtur. Non
enim qui audiũt legem, iuſti ſunt apud deum:
ſed factores legis, iuſtificabuntur. Nam cũ gẽ
tes quæ legem non habent, natura quæ legis
ſunt, fecerint: eæ legem non habẽtes, ſibijpſis
ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in
cordib⁹ ſuis, ſimul atteſtãte illorũ cõſcientia, et
cogitatiõib⁹ inter ſe accuſantib⁹, aut etiã excu
ſantib⁹, in eo die, cũ iudicabit dñs occulta ho
minũ, iuxta euangelium meũ per Ieſúah Chri
ſtum. Ecce tu Iehudæus cognominatis, & re-
quieſcis in lege, & gloriaris in deo, et noſti uo
luntatem, ac cõprobas eximia, inſtitutus ex le
ge: confidisq́ teipſum ducem eſſe cæcorum, lu
men in tenebris uerſantium, eruditorẽ inſipen
tium, doctorem imperitorum, habentem for-
5 mam cognitiõis, ac ueritatis per legẽ. ¶ Qui
igitur doces alium, teipſum nõ doces: qui præ
dicas non furandum, furaris: qui dicis nõ adul
terãdum, adulterium cõmittis: qui execraris ſi
mulacra, ſacrilegium admittis: qui in lege glo
riaris, per legis transgreſſionem deum deho-
neſtas. Nam nomen dei propter uos blaſphe-
mijs afficitur inter gentes: quẽadmodum ſcri-
6 ptum eſt. ¶ Nam circumciſio quidem prodeſt
ſi legem ſeruaris. Quod ſi tranſgreſſor legis
fueris, circumciſio tua in præputium uerſa eſt.
Ergo ſi præputium iuſtificationes legis ſerua-
uerit, nónne præputium illius pro circumciſio-
ne imputabitur? & iudicabit quod eſt ex natu
ra præputium, ſi legem ſeruauerit, te qui ꝑ lite
ram, & circumciſionem tranſgreſſor es legis?
7 ¶ Nõ enim is qui in manifeſto Iehudæus eſt,
Iehudæus eſt: nec ea quæ in manifeſto eſt ĩ car
ne circumciſio, circumciſio eſt, ſed qui in occul
to Iehudæus fuerit, is Iehudæus eſt: & circun-
ciſio cordis circumciſio eſt, quæ ſpiritu cõſtat,
nõ litera: cui⁹ laus nõ ex hoĩbus eſt, ſed ex deo.

Capitulum. 3.

1 QVæ igitur excellentia Iehudæi,
aut quæ utilitas circumciſionis?
Multũ per omnem modũ. Nam
primum quidem illud, quod illis cõmiſſa ſunt
oracula dei. Quid enim, ſi quidam fuerunt in-
creduli? Num incredulitas illorũ, fidem dei fa-
ciet irritam? Abſit. Sit autem deus uerax, om-
nis autem homo mendax. Quẽadmodum ſcri
ptum eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, &
2 uincas cum iudicaris. ¶ Quod ſi iniuſtitia no
ſtra dei iuſtitiam commendat, quid dicemus?
Num iniuſtus deus, qui inducit iram? (Secun-
dum hominem dico) abſit. Nam quomodo iu-
dicabit deus mundũ? Etenim ſi ueritas dei, per
meum mendacium excelluit in gloriam ipſius,
quid poſthac & ego ueluti peccator iudicor?
Ac non potius (quemadmodum conuiciamur,
& ſicut quidam aiunt nos dicere) faciamus ma
la, ut ueniãt bona: quorum damnatio iuſta eſt.
3 ¶ Quid igitur? Præcellimus? Nullo modo.
Nam ante cauſam reddidimus, & Iehudæos et
Græcos oĩes ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptum
eſt: Non eſt iuſtus, ne unus quidem: nõ eſt qui
intelligat, non eſt qui exquirat deum: oĩes de
clinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui
faciat bonitatem, non eſt uſq́ ad unum. Sepul
chrum apertum guttur eorum, linguis ſuis do
loſe agebant, uenenum aſpidum ſub labijs eo-
rum. Quorum os execratione, & amaritudine
plenum eſt, ueloces pedes illorum ad effundẽ-
dum ſanguinem. Contritio, & miſeria in uijs
eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Non
4 eſt timor dei coram oculis eorũ. ¶ Scimus au
tem quod quæcunq́ lex dicit, his qui in lege
ſunt, loquatur ut omne os obturetur, & obno
xius fiat totus mũdus deo: propterea quod ex
operibus legis nõ iuſtificabitur omnis caro in
5 conſpectu eius. ¶ Per legẽ enim agnitio pec
cati. Nunc uero abſq́ lege iuſtitia dei manife-
ſtata eſt, dum comprobatur teſtimonio legis,
ac prophetarum. Iuſtitia uero dei per fidẽ Ie-
ſúah Chriſti in omnes, & ſuper omnes eos qui
6 credũt. ¶ Non eñ eſt diſtinctio. Oĩes enim
peccauerunt, ac egent gloria dei. Iuſtificantur
autem gratis per illius gratiã, per redemptio-
nẽ quæ eſt in Chriſto Ieſúah, quẽ ꝓpoſuit de⁹
propitiatorium, per fidẽ in ſanguine ipſius, ad
oſtenſionẽ iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem
præteritorũ peccatorũ, quæ deus tolerauit, ad
oſtendendã iuſtitiã ſuã, in ꝓſenti tpe: in hoc, ut
ipſe ſit iuſtus, & iuſtificãs eum qui eſt ex fide
Ieſúah. Vbi igitur gloriatio? Excluſa eſt. Per
quã legem? Operũ? Non, imò per legem fidei.
7 ¶ Arbitramur igitur fide iuſtificari hominem
abſq́ operibus legis. An Iehudæorũ deus tm̃?
An non & gentiũ? Certe, & gentiũ. Quando-
quidem unus deus, qui iuſtificabit circũciſio-
nem ex fide, & præputium per fidem. Legem

igitur irritam facimus per fidem? Abſit, imò
legem ſtabilimus.

Capitulum. 4.

1 QVid igitur dicemus inueniſſe
Abrahám patrē noſtrū ſcd'm
carnē? Nā ſi Abrahám ex ope
ribus iuſtificat' fuit, habet qd'
glorietur, at non apud deum.
Quid em̄ ſcriptura dicit? Cre
didit aūt Abrahám deo, & imputatum eſt ei
2 ad iuſtitiā. ¶ Ei uero q operat, merces non
imputatur ſcd'm gratiā, ſed ſcd'm debitum.
Porrò ei q nō operatur, ſed credit in eū, qui
iuſtificat impiū, imputatur fides ſua ad iuſti
tiam. Quemadmodū & Dauid dicit beatifi
cationem hoīs, cui deus īputat iuſtitiā abſq;
operibus: Beati quorū remiſſæ ſunt iniquita
tes, & quorū obtecta ſunt pc̄tā. Beat' uir cui
3 nō imputabit dn̄s peccatū. ¶ Beatificatio
igitur hæc, in circūciſionē, an & in præpu
tiū deuenit? Dicim' em̄ qd' imputata fuerit
Abrahæ fides ad iuſtitiam. Quō ergo impu
tata eſt? Quum eſſet in circū ciſione, an cum
eſſet in præputio? Nō in circūciſione, ſed in
4 præputio. ¶ Et ſignum accæpit circūciſio
nis ſignaculū iuſtitiæ fidei, quæ fuerat ī præ
putio, ut eſſet pater oīm credētium p præpu
tium, ut imputaret, & illis iuſtitia, & pater
circūciſionis, ijs qui nō ſolū ſunt ex circūci
ſione, uerūetiam ijs q incedunt p ueſtigia fi
dei, quæ fuit in præputio patris noſtri Abra
hæ. Nō em̄ p legem promiſſio fuit Abrahæ,
aut ſemini eius, illū hæredem fore mūdi, ſed
5 per iuſtitiā fidei. ¶ Etenim ſi ij qui ex lege
ſunt, hæredes ſunt, inanis facta eſt fides, &
irrita facta eſt p̄miſſio. Nam lex iram opera
tur. Siquidē ubi nō eſt lex, ibi nec tranſgreſ
ſio eſt. Idcirco ex fide eſt, ut ſcd'm gratiā, ut
firma ſit promiſſo uniuerſo ſemini: nō ei: qd'
eſt ex lege tantū, uerūetiam ei, qd' eſt ex fide
Abrahæ, qui eſt pater omniū noſtrum. Sicut
ſcriptum eſt: Patrem multarū gentiū poſui
te coram deo cui credidit, qui uiuere facit
mortuos, ac uocat ea quæ nō ſunt tanquam
ſint, qui præter ſpem in ſpe credidit ſe fore
patrem multarum gentium, iuxta id qd' di
6 ctum eſt: Sic erit ſemen tuum. ¶ Ac nonin
firmatus fide, haud cōſiderauit ſuū ipſi' cor
pus iā emortuū, cū centū ferè natus eſſet an
nos, nec emortuā uuluā Saræ: uerū ad pro
miſſionē dei nō hæſitauit incredulitate, ſed
robuſtus factus eſt fide quū tribuiſſet gloriā
deo: & certior effectus, quod id quod pro

7 miſſum eſt potens ſit, & facere. ¶ Quapro
pter etiam imputatum eſt illi ad iuſtitiā. Nō
ſcriptum eſt autem propter illum tantum, im
putatum fuiſſe illi, ſed etiam propter nos,
quibus imputabitur, credentibus in eum,
qui ſuſcitauit Ieſúah dominum noſtrū à mor
tuis: qui traditus fuit propter peccata no
ſtra, & ſuſcitatus eſt propter iuſtificationem
noſtri.

Capitulum. 5.

1 IVſtificati igitur ex fide, pa
cem habemus erga deum,
per dominum noſtrum Ie
ſúah Chriſtum, per quē &
acceſſum habuimus fide in
gratiam hanc, in qua ſteti
2 mus, & gloriamur in ſpe gloriæ dei. ¶ Nec
id ſolum, uerumetiam gloriamur in afflictio
nibus, ſcientes, quod afflictio patientiā ope
ratur, patiētia uero probationem; probatio
autem ſpem. Porrò ſpes non pudefacit, q di
lectio dei effuſa ſit in cordib' noſtris per ſpi
ritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Chriſtus
enim, cum adhuc eſſemus infirmi iuxta tem
pus, pro impijs mortuus eſt. Nam uix pro iu
ſto quiſquam morietur. Si quidem pro bono
3 forſitan aliquis etiam mori audet. ¶ Com
mendat autem ſuam charitatem erga nos de
us, quod cū adhuc eſſemus peccatores, Chri
ſtus pro nobis mortu' fuit. Multo igitur ma
gis iuſtificati nunc ſanguine eius, ſeruabi
mur per eum ab ira. Nam ſi cum inimici eſſe
mus, reconciliati fuimus deo per mortem fi
lij eius, multo magis reconciliati ſeruabimur
per uitam ipſius. Non ſolum autem hoc, ue
rumetiam gloriantes in deo per dominū no
ſtrum Ieſúah Chriſtum, per quem nunc recō
4 ciliationē aſſecuti ſum'. ¶ Propterea quē
admodū p̄pter unū hoīem peccatū in mūdū
ītroijt, ac p peccatū mors, & ſic in oēs hoīes
5 mors pertrāſijt ī quo oēs peccauerūt. ¶ Vſ
q; ad legē em̄ peccatū erat in mundo, porrò
pctm̄ nō imputat, cū nō eſt lex. Imò regnauit
mors ab Adā uſq; ad Moſéh, ī eos quoq; q nō
peccauerāt ad ſimilitudinē trāſgreſſiōis Adā
6 q eſt figura illi' futuri. ¶ At nō ut peccatū,
ita & donū. Nā ſi unius delecto multi mortui
ſunt, multomagis gr̄a dei, & donū p gratiā
q̄ fuit uni' hoīs Ieſúah Chriſti, in multos exu
berauit. Et nō ſicut per unū qui peccauit ita
fuit donum. Nam cōdemnatio quidē ex uno
delicto ad condemnationē, donū aūt ex mul
7 tis delictis ad iuſtificationē. ¶ Etem̄ ſi per
uni' delictū mors regnauit per unum: multo

magis ii,qui exhnberantiam gratiæ,& do-
ni iuſtitiæ accipiunt,per uitam regnabuut ꝑ
unū Ieſúah Chriſtū.Itaq; ſicut per unius de-
lictum in oēs hoīes ad condēnationē,ita & ꝑ
unius iuſtificationem in oēs hoīes ad iuſtifi
8 cationē uitæ. ¶Quemadmodū eñ per in-
obedientiam unius hoīs ,peccatores conſti
tuti ſunt multi:ita per obedientiam unius,iu
ſti conſtituent multi.Cæterū lex obiter ſub-
intrauit,ut abundaret delictū.Vbi uero abū
dauit peccatum,admodū ſupabūdauit gra-
tia:ut quemadmodū regnauit peccatum in
mortem,ſic & gratia regnaret per iuſtitiam
ad uitam æternam,per Ieſúah Chriſtum do-
minum noſtrum.

Capítulum.6.

1 QVid igitur dicemus? Manebi-
mus in peccato ut gratia abū-
det? Abſit.Qui mortui ſumus
peccato,quō poſthac uiuemus
in eodem? An ignoratis,ꝙ qui
cūq; baptizati ſumus in Chri-
ſtū Ieſúah,in mortem eius baptizati ſumus?
2 ¶Sepulti igiť ſumus unà cum illo per ba-
ptiſmū in mortē,ut quēadmodum ſurrexit
Chriſtus ex mortuis per gloriā patris,ita &
nos in nouitate uitæ ambulemus.Nam ſi cō-
plantati facti ſumus ſimilitudini mortis eiꝰ,
nimirū & reſurrectionis erimus,illud ſciē-
tes,ꝙ uetus ille noſter homo ſimul crucifixꝰ
eſt,ut aboleretur corpus peccati,ut poſthac
non ſeruiamus peccato.Etenim qui mortuꝰ
eſt,iuſtificatꝰ eſt à peccato. Quod ſi mortui
ſumus cum Chriſto,credimus qđ & uiuemꝰ
3 cum illo.¶Scientes qđ Chriſtus excitatꝰ à
mortuis,non amplius moritur,mors illi non
amplius dominatur.Nā quod mortuus fuit,
peccato mortuus fuit ſemel:quod autem ui-
uit,uiuit deo.Ita & uos exiſtimate uoſipſos
mortuos quidem eſſe peccato,uiuētes autē
deo per Chriſtum Ieſúah dominū noſtrum.
4 ¶Ne regnet igitur peccatum in mortali ue
ſtro corpore,ut obediatis illi per cupidita-
tes eius.Neq; exhibete mēbra ueſtra , arma
iuſtitiæ peccato:ſed exhibete uoſmetipſos
deo,uelut ex mortuis uiuentes,& membra
ueſtra,arma iuſtitiæ deo.Peccatum eñ uo-
bis non dominabitur.Non enim eſtis ſub le-
5 ge,ſed ſub gratia. ¶Quid igitur? Peccabi
mus,quod non ſimus ſub lege ,ſed ſub gra-
tia? Abſit. An neſcitis, quod cui exhibetis
uoſipſos ſeruos ad obediendum ,eius ſerui
eſtis cui obeditis,ſiue peccati ad mortē,ſiue
obedientiæ ad iuſtitiam? Gratia autem deo
quod fuiſtis quidem ſerui peccati,ſed obed
ſtis ex corde,in eam in quā traducti eſtis for
6 mam doctrinæ. ¶Cæterū liberi facti à pec-
cato,ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Humanū quid-
dam dico,propter infirmitatē carnis ueſtræ.
Quemadmodum enim exhibuiſtis membra
ueſtra ſerua ipſi immunditiæ, & iniquitati ,
ad iniquitatem:ſic & nunc exhibete mēbra
ueſtra ſerua ipſi iuſtitiæ,ad ſanctificationem.
Cū eñ ſerui eſſetis peccati , liberi eratis ipſi
7 iuſtitiæ.¶Quem igitur fructum habebatis
tunc in his,de quibus nunc erubeſcitis? Nam
finis illorum mors . Nunc uero liberi facti à
peccato,ſerui autem facti deo , habetis fru-
ctum ueſtrum in ſanctificationem, finem autē
uitam æternam. Etenim ſtipendia peccati
mors:donum autē dei,uita æterna,per Chri
ſtum Ieſúah dominum noſtrum.

Capitulum.7.

1 AN ignoratis ffes (ſciētibꝰ eñ
legē loquor)qđ lex dominetť
homini,quoad uixerit? Nā ui-
ro obnoxia mulier,uiuēti uiro
alligata eſt per legē . Quod ſi
mortuus fuerit uir,liberata eſt
2 à lege uiri. ¶Proinde uiuente uiuente uiro,
adultera iudicabitur,ſi ſe iunxerit alteri ui-
ro.Sin autem mortuus fuerit uir,libera eſt à
iure uiri,ut non ſit adultera,ſi iuncta fuerit al
3 teri uiro. ¶Itaq; fratres mei,uos quoq; mor
tificati eſtis legi per corpus Chriſti, ut eſſe-
tis alteri,nimirum ei qui ex mortuis ſurre-
4 xit,ut fructificemus deo. ¶Cum enim eſſe
mus in carne,affectus peccatorum, qui ſunt
per legem,uigebant in membris noſtris ad
fructificandum morti . Nunc autem liberati
ſumus à lege,mortui ei in qua detinebamur,
ut ſeruiamus per nouitatem ſpiritus,& non
5 per uetuſtatē literæ. ¶Quid ergo dicemꝰ?
Lex peccatum eſt? Abſit.Sed peccatū nō co
gnoui,niſi per legē.Nam & concupiſcētiam
non nouiſſem,niſi lex dixiſſet:non concupi-
ſces.Sed occaſione accepta,peccatū per ꝓce
ptum genuit in me omnem concupiſcētiam.
6 ¶Siquidē abſq; lege , peccatum erat mor-
tuum.Ego autem uiuebam ſine lege quon-
dam.Porrò quum ueniſſet mandatum,pecca
7 tum reuixit,ego uero mortuus ſum: ¶Et
repertum eſt mandatum quod inſtitutum
erat ad uitam,mihi cedere ad mortem. Nam
peccatum occaſione accepta per præceptū
decepit me:& per illud occidit . Itaque lex
ipſa quidem

ipſa quidem ſancta, & præceptū ſanctum, ac
8 iuſtum, & bonum. ¶ Ergo quod bonū erat,
mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatū, ut
appareret peccatum, per bonum mihi ope-
ratur mortem, ut fieret maiorem in modum
ſceleſtius peccatum per præceptū. Scimus
enim qđ lex ſpūalis eſt. At ego carnalis ſum,
uenditus ſub peccatum. Quod eñi ago, non
cognoſco. Non enim qđ uolo, hoc facio: ſed
9 quod odi, hoc ago. ¶ Si uero quod non uo-
lo, hoc facio, conſentio legi, quod bona ſit.
Nunc autem nō iam ego perpetro illud, ſed
inhabitans in me peccatū. Noui enim, quod
non habitet in me, hoc eſt, in carne mea bo-
num. Nam uelle adeſt mihi, at ut faciam bo-
num, non reperio. Non eñi quod uolo, facio
bonum: ſed quod non uolo malum, hoc ago.
Si uero quod non uolo ego, hoc facio: nō iā
ego perpetro illud, ſed inhabitans in me pec
catum. Reperio igitur per legem uolenti mi
hi facere bonum, quod mihi malum adiacet.
Delectat enim me lex dei ſecundum internū
10 hominem. ¶ Sed uideo aliam legem in mē-
bris meis, rebellantem legi mētis meæ, & ca
ptiuum reddentem me legi peccati, quæ eſt
in membris meis. Miſer ego homo, quis me
eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Gra
tias ago deo per Ieſúah Chriſtum dominum
noſtrum. Itaq; idem ego mente quidem ſer-
uio legi dei, carne uero legi peccati.

Capitulum. 8.

1 NVlla igitur nūc eſt condēnatio his,
q ſunt in Chriſto Ieſúah: q nō iuxta
carnem ambulant, ſed iuxta ſpiri-
tum. Nam lex ſpiritus uitæ p Chri
ſtum Ieſúah, liberum me reddidit à lege pec
cati & mortis. Etenim quod impoſſibile erat
legi in eo in quo imbecillis erat per carnem,
deus proprio filio, miſſo in ſimilitudine car-
nis peccato obnoxiæ, de peccato condēna-
uit peccatum per carnem, ut iuſtificatio le-
gis impleretur in nobis, qui non ſecundum
2 carnem ambulam᷒, ſed ſecđm ſpiritū. ¶ Nā
qui carnales ſunt, quæ carnis ſunt ſentiunt:
at q ſpūales, quæ ſpūs ſunt. Nā affect᷒ carnis
mors ē. Affect᷒ uero ſpūs, uita & pax. Propter
ea qđ affectus carnis, inimicitia eſt aduerſus
deū: nā legi dei nō ſubditur, ſiquidē ne pōt
3 quidem. ¶ Qui uero in carne ſunt, deo pla-
cere non poſſunt. Vos autem non eſtis in car
ne, ſed in ſpiritu: Siquidem ſpiritus dei ha-
bitat in nobis. Quod ſiquis ſpiritum Chriſti
4 non habet, hic non eſt eius. ¶ Cæterum ſi
Chriſtus in nobis eſt, corpus quidē mortuū
eſt ppter peccatū, ſpūs autē uita eſt propter
iuſtificationem. Quod ſi ſpiritus eius qui
excitauit Ieſúah à mortuis, habitat ī nobis,
is qui excitauit Chriſtum ex mortuis, uiuifi
cabit & mortalia corpora ueſtra ppter ipſi᷒
5 ſpiritū inhabitantē in nobis. ¶ Proinde fra
tres, debitores ſumus, non carni, ut ſecundū
carnem uiuamus: Nam ſi ſecđm carnem uixe
ritis, moriemini. Quod ſi ſpiritu facta corpo
6 ris mortificetis, uiuetis. ¶ Etenim quicun-
que ſpiritu dei ducūtur, hi ſunt filij dei. Non
enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterū ad
timorem, ſed accæpiſtis ſpiritum adoptiōis:
per quē clamamus, abba pater. Idem ſpūs te
ſtatur unà cū ſpiritu noſtro, quod ſimus filij
dei. Quod ſi filij, igiť & hæredes. Hæredes
quidem dei, cohæredes autē Chriſti. Siqui-
dē ſimul cū eo patimur, ut & una cū illo glo
7 rificemur. ¶ Nam reputo non eſſe dignas
afflictiones præſentis temporis ad gloriam,
quæ reuelabitur erga nos. Etenim anxia ex-
pectatio creaturæ reuelationem filiorū deī
expectat. Quippe uanitati creatura ſubie-
cta ē, nō nolēs, ſed propter eum qui ſubiecit
illam in ſpe, quoniam & ipſa creatura libe-
rabitur à ſeruitute corruptionis, in liberta-
8 tem gloriæ filiorū dei. ¶ Scimus enim, qđ
omnis creatura congemiſcit, ſimulq; nobiſ-
cum parturit uſque ad hoc tempus. Non ſolū
autē illa, ſed & nos ipſi qui primitias ſpirit᷒
habemus, & nosipſi in nobiſipſis gemimus,
adoptionē expectantes, redemptionem cor
9 poris noſtri. ¶ Siquidem ſpe ſeruati ſum᷒:
porrò ſpes quæ uidetur, non eſt ſpes. Quod
enim quis cernit, quid etiam ſperat? Si uero
quod non uidemus, ſperamus, id per patien
tiam expectamus. Similiter autem & ſpirit᷒
unà auxiliatur infirmitatibus noſtris. Siqui
dem hoc ipſum, quid oraturi ſimus, ut opor
tet, non nouimus: uerum ipſe ſpiritus inter-
cedit pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.
At ille q ſcrutatur corda, nouit quis ſit affe-
ctus ſpūs: qm̄ ſecđm deum intercedit pro ſan
10 ctis. ¶ Scimus autem, quod his qui diligūt
deum, omnia ſimul operantur in bonum (ui-
delicet) his qui ſecundū propoſitum, uocati
ſunt, quoniam quos præſciuit, eoſdē & præ-
definiuit, cōformes imaginis filij ſui, ut ipſe
ſit primogenitus īter multos fratres. Porrò
quos pdefiniuit, eoſdem & uocauit. Et quos
uocauit, eos & iuſtificauit. Quos autem iu-
11 ſtificauit, hos & glorificauit. ¶ Quid igiť
dicemus ad hæc? Si deus p nobis, quis con-
tra nos? Qui proprio filio non pepercit, ſed

pro nobis omnibus tradidit illum. Quo pa-
cto nõ etiã cũ eodẽ oĩa nobis donabit? Quis
accuſabit aduerſus electos dei? Deus eſt qui
iuſtificat. Quis ille qui cõdemnet? Chriſtus
eſt q mortuus eſt, imò qui & ſuſcitatus ẽ, qui
etiã eſt ad dexterã dei, qui & intercedit pro
12 nobis. ¶ Quis nos ſeparabit à dilectione
dei? Num afflictio? num anguſtia? num pſecu
tio? num fames? num nuditas? nũ periculũ?
num gladius? Quemadmodũ ſcriptum eſt:
Propter te morti tradimur tota die, reputa-
ti ſumus uelut oues mactandæ. Verum in his
oibus ſuperuincimus per eũ q dilexit nos.
Nam confido, quod neque mors, neque ui-
ta, neque angeli, neque principatus, neque
poteſtates, neque inſtantia, neque futura, ne
que altitudo, neq; pfũditas, neque ulla crea
tura alia poterit nos ſeparare à dilectiõe dei,
quæ eſt in Chriſto Ieſúah domino noſtro.

Capitulum. 9.

1 VEritatem dico in Chriſto, non
mentior, atteſtãte mihi ſimul
cõſciẽtia mea, per ſpiritũ ſan-
ctum, qđ triſtitia mihi ſit, ma-
gna, & aſſiduus dolor cordi
meo. Optaui em̃ ego ipſe ana-
thema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, co-
gnatis meis ſecđm carnẽ, qui ſunt Iſraelitæ:
quorum eſt adoptio, & gloria, & teſtamẽta,
& legis conſtitutio, & cultus, & promiſſio-
nes, quorum ſunt patres & ij ex quibus eſt
Chriſtus, ſecđm carnem, qui eſt in omnibus
2 deus benedictus in ſæcula. Amen. ¶ Nõ aũt
uelut exciderit ſermo dei. Non em̃ omnes q
ſunt ex Iſraél, ſunt Iſraél: neque quia ſunt ſe
men Abrahæ, omnes ſunt filij, ſed per Iſchác
uocabitur tibi ſemen: hoc eſt, nõ qui filij car
nis, ij filij dei: ſed qui ſunt filij promiſſionis,
reputantur in ſemen. Promiſſionis enim ſer-
mo hic eſt: In tempore hoc ueniã, & erit Sa-
3 ráh filius. ¶ Non ſolum autem, ſed & Rib-
cáh ex uno, contubernium quum habuiſſet
Iſchác, patre noſtro: nondum enim natis,
cum neque boni quippiam feciſſent neque
mali, ut ſecđm electionẽ propoſitum dei ma-
neret: non ex operibus, ſed ex uocãte dictũ
eſt illi: ꝙ maior ſeruitur⁹ eſſet minori. Sicut
ſcriptum eſt Iahacób dilexi, Eſáu uero odio
4 habui. ¶ Quid igitur dicemus? Num inin-
ſtitia eſt apud deum? Abſit. Nam ipſi Moſeh,
dicit: Miſerebor, cuiuſcunque miſereor: &
miſerabor. quẽcunq; miſeror. Itaq; non uo-
lentis eſt, neq; currentis, ſed miſerentis dei.
Dicit enim ſcriptura Parhoni: in hoc ipſum
excitaui te, ut oſtendam in te potẽtiã meã,
& ut annuncietur nomen meum in tota ter-
ra. Itaque cui uult miſeretur: quẽ aũt uult, in
5 durat. ¶ Dices ergo mihi: Quid adhuc con
queritur? Nam uoluntati illius quis reſtitit?
Vere ò homo, tu quis es qui ex aduerſo re-
ſpondes deo? Num dicet figmentum ei q fin
xit: cur me finxiſti hoc pacto? An non habet
poteſtatem figulus luti, ut ex eadẽ maſſa fa-
ciat aliud quidem uas in honorem, aliud ue-
6 ro in ignominiam? ¶ Quod ſi deus uolens
oſtendere iram, & notam facere potentiam
ſuam, tulit multa longanimitate uaſa iræ, ap
parata ĩ interitũ, & ut notas faceret diuitias
gloriæ ſuæ erga uaſa miſericordiæ, quæ præ
parauit in gloriam. Quos & uocauit, nimi-
rum nos, non ſolum ex Iehudæis, uerũetiam
7 ex gentibus. ¶ Queadmodũ & in Hoſéah
dicit: Vocabo populum qui meus non erat,
populum meum: & eam quæ dilecta nõ erat,
dilectam. Et erit in loco, ubi dictũ fuerat eis:
Nõ populus meus uos, ibi uocabunt fili dei
uiuẽtis. Ieſahiáh autem clamat ſuper Iſraél:
Si fuerit numerus filiorũ Iſraél, ut arena ma
ris, reliquiæ ſaluæ erunt. Sermonẽ em̃ perfi
ciens, & abbreuians cum iuſtitia, quoniã ſer
monem abbreuiatum faciet domin⁹ in terra.
8 ¶ Et queadmodum prædixit Ieſahiáh. Niſi
dñs Sebaóth reliquiſſet nobis ſemen, ut Se-
dóm facti fuiſſemus, & Hamoráh aſſimilati
fuiſſemus. Quid igitur dicemus? Quod gen
tes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprahẽ
derunt iuſtitiam, iuſtitiam autem eam quæ
eſt ex fide. At Iſraél, qui ſectabatur legem iu
ſtitiæ. ad legem iuſtitiæ non puenit. Propter
quid? Quia non ex fide, ſed tanquam ex ope
ribus legis. Offenderũt em̃ in lapidẽ offendi
culi. Quemadmodũ ſcriptũ eſt: Ecce ego po
no in Siión lapidẽ offendiculi, & petrã offen
ſionis, & omnis qui credit in eo, non pudo-
re afficietur.

Capitulum. 10.

1 FRatres bona quidem uolũtas cor
dis mei, & deprecatio quæ fit ad
deum, pro Iſraél eſt ad ſalutem.
Teſtimoniũ em̃ illis perhibeo, qđ
æmulationem dei habent, ſed nõ
ſecđm cognitionẽ. Nã ignorãtes dei iuſtitiã,
& ppriã iuſtitiã quærẽtes cõſtituere, iuſti-
tiæ dei non fuerunt ſubditi. Nam finis legis
Chriſtus, ad iuſtitiã omni credẽti Moſeh em̃
ſcribit iuſtitiã quæ ẽ ex lege, quod q fecerit
2 ea homo, uiuet per illa. ¶ Cæterũ quæ ex
fide eſt iuſtitia, ea ſic dicit: Ne dixeris in cor

de tuo: Quis aſcẽdet in cœlum? Hoc eſt, Chri
ſtum deducere. Aut qs deſcẽdet in abyſſum?
Hoc eſt Chriſtum ex mortuis reducere.
3 ¶ Sed quid dicit? Propè te uerbũ eſt in ore
tuo, & in corde tuo. Hoc eſt, uerbum fidei,
quod prædicamus: Nempe ſi confeſſus fue-
ris ore tuo dominum Ieſúah, & credideris in
corde tuo, quod deus illum ſuſcitauit à mor-
tuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iuſti
tiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.
4 ¶ Dicit enim ſcriptura: Omnis qui credit i
eo, non pudefiet. Non ẽm eſt diſtinctio Iehu-
dæiꝗ & Græci. Nam idem dominus omnium
in diuitijs affluens omnes inuocãtes ſe. Quiſ
quis enim inuocauerit nomen domini, ſalu?
5 erit. ¶ Quomodo igitur inuocabunt eum,
in quem non crediderunt? Quomodo autem
credent ei quem non audierunt? Quomodo
autem audient abſꝗ prædicante? Quomodo
autem prædicabunt, niſi miſſi fuerint? Sicut
ſcriptum eſt: Quàm ſpecioſi pedes annunciã
6 tium pacem, annunciantium bona. ¶ At nõ
omnes obedierunt euangelio Ieſahiáh enim
dicit: Domine, quis credidit auditui noſtro?
Ergo fides ex auditu eſt: auditus autem per
uerbum dei. Sed dico, an non audierunt? At-
qui in omnem terram exiuit ſonus eorum, et
in fines orbis terrarum uerba illorum. Sed
7 dico: Nunquid non cognouit Iſraël? ¶ Pri-
mus Moſch dicit: Ego ad æmulationem pro-
uocabo uos in non gente, in gente inſipiente
ad iram commouebo uos. Ieſahiáh autem au
det, ac dicit: Inuentus fui his, qui me nõ quæ
rebant: manifeſtus factus ſum his, qui de me
non interrogabant. Aduerſus Iſraël autẽ di-
cit: Totum diem expandi manus meas ad po
pulum non credentem, & contradicentem.

Capitulum. II.

1 DIco igitur: Num repulit deus
populum ſuũ? Abſit. Nam &
ego Iſraelita ſum, ex ſemine
Abrahæ, tribus Biniamin. Nõ
repulit deus populũ ſuũ, quẽ
2 ante agnouerat. ¶ An neſci-
tis de Elijáh quid dicat ſcriptura? Quomo-
do interpellat apud deum aduerſus Iſraël, di
cens: Domine, prophetas tuos occiderunt,
& altaria tua ſubuerterunt, & ego relict⁹ fui
ſolus, & quærunt animã meam. Sed quid di-
cit ei oraculum? Reliqui mihi ipſi ſeptem mi
lia uirorum, qui non curuauerunt genu ipſi
3 Bahál. ¶ Sic igitur & in hoc tempore, reli-
quiæ ſecũdum electionem gratiæ factæ ſunt.
Quod ſi gratia, non iam ex operibus. Quã-
doquidem gratia, iam non eſt gratia. Sin ex
operibus, non iam eſt gratia. Quandoquidẽ
opus, iam non eſt opus. Quid igitur? Quod
inquirit Iſraël, hoc non aſſecutus eſt, ſed ele
ctio cõſecuta eſt: reliqui uero excæcati ſunt.
4 ¶ Quemadmodum ſcriptũ eſt: Dedit eis de
us ſpiritum cõpunctionis: oculos, ut non ui-
deant: & aures, ut non audiant, uſque ad ho-
diernum diem. Et Dauid dicit: fiat menſa il-
lorum in laqueum, & in captionem, & in of-
fendiculum, & in retributionem ipſis. Obte
nebrentur oculi eorum, ut non uideant, &
5 tergum illorum ſemper incurua. ¶ Dico igi
tur. Nam impegerũt, ut caderent? Abſit. Sed
per lapſum illorum ſalus contigit gentibus,
ut ad æmulandum prouocaret eos. Quod ſi
lapſus illorum, diuitiæ ſunt mundi: & dimi
nutio illorum diuitiæ gentium: quando ma-
6 gis plenitudo illorum? ¶ Vobis enim dico
gentibus, quatenus ego quidem ſum apoſto
lus gentium: miniſterium meum glorifico, ſi
quo modo ad æmulandum prouocem, carnẽ
meam, & ſaluos reddam nonnullos ex illis.
Nam ſi reiectio illorum, eſt reconciliatio mũ
di: quæ erit aſſumptio, niſi uita ex mortuis?
7 ¶ Quod ſi primitiæ ſanctæ, ſancta eſt et cõ-
ſperſio. Et ſi radix ſancta, ſancti erunt & ra-
mi. Quod ſi nonnulli rami defracti ſunt, tu
uero cum eſſes oleaſter, inſitus fuiſti illis, &
conſors radicis, & pinguetudinis oleæ fact⁹
es, ne glorieris aduerſus ramos: quod ſi glo-
riaris, non tu radicem portas, ſed radix te.
8 ¶ Dices igitur: defracti ſunt rami, ut ego in
ſererer. Bene propter incredulitatem defra
cti ſunt, tu uero fide ſtetiſti. Ne altũ ſentias,
ſed time. Nam ſi deus naturalibus ramis non
pepercit, ne quomõ, ut nec tibi parcat. Vide
igitur bonitatem ac ſeueritatem dei: in eos
quidem qui ceciderunt, ſeueritatem: in te ue
ro bonitatem, ſi permanſeris in bonitate.
Quoniam et tu excideris: et illi rurſum, ſi nõ
permanſerint in incredulitate, inſerentur.
Potens enim eſt deus denuo inſerere illos.
9 ¶ Etenim ſi tu ex naturali exciſus es olea-
ſtro, & præter naturam inſitus es in bonam
oleam: quanto magis hi, qui ſecundũ naturã
ſunt, inſerentur propriæ oleæ? Non enim uo
lo uos ignorare fratres myſterium hoc, ut ne
ſitis apud uoſmetipſos ſuperbi, quod excæ-
catio ex parte Iſraëli accidit, donec plenitu-
do gentium intrauerit, & ſic totus Iſraël ſal
10 uus erit. ¶ Sicut ſcriptum eſt: Veniet ex
Sijón ille qui liberat, & auertet impietates à
Iahacób. Et hoc illis à me teſtamentum cum
abſtulero peccata ipſorum. Secundum euã-

gelium quidem, inimici propter nos: ſecun-
dum electionem autem, dilecti propter pa-
tres. Nā non pœnitenda ſunt dona, & uoca-
11 tio dei. ¶ Quemadmodum enim & uos ali-
quādo increduli fuiſtis deo, nunc autē miſe-
ricordiā eſtis conſecuti per illorum incredu
litatē, ſic & iſti nūc icreduli facti ſunt per ue
ſtri miſericordiā, ut & ipſi miſericordiā cōſe
quant. Concluſit enī deus omnes in incredu
12 litatem, ut omniū miſereret. ¶ O profundi
tatem diuitiarū & ſapientiæ & cognitionis
dei quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, &
imperueſtigabiles uiæ eius. Quis enī cogno
uit mentem domini? Aut quis cōſiliarius illi
fuit? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei?
Quoniam ex illo, & per illum, & in illū om-
nia, ipſi gloria in ſæcula. Amen.

Capitulum. 12.

1 OBſecro igitur uos fratres per
miſerationes dei, ut exhibea-
tis corpora ueſtra hoſtiam ui-
uentem, ſanctam, acceptā deo,
rationalē cultum ueſtrum. Et
ne configuretis uos ad figurā
ſæculi huius, ſed transformemini per renoua
tionem mentis ueſtræ, ut probetis quæ ſit uo
luntas dei, quod bonū eſt, acceptūqꝫ, & per
2 fectum. ¶ Dico enim per gratiā, quæ data
eſt mihi, cuilibet exiſtenti inter uos, ne quis
altius de ſe ſentiat, quàm oportet de ſe ſenti
re: ſed ut ſentiat ad modeſtiam, ut cuiqꝫ de-
3 us partitus eſt menſuram fidei. ¶ Quemad
modū enim in uno corpore mēbra multa ha-
bemus, membra uero omnia non eundē ha-
bent actum: ſic multi unum corpus ſumus in
Chriſto, ſinguli autem alij aliorum membra,
ſed tamen habentes dona iuxta gratiam da-
tam nobis diuerſa, ſiue prophetiā iuxta pro
portionē fidei, ſiue miniſteriū in adminiſtra
tione, ſiue qui docet in doctrina, ſiue qui ex-
hortatur in exhortatiōe, qui impartit in ſim
plicitate, qui præeſt in diligentia, qui miſe
4 retur in hilaritate. ¶ Dilectio ſit non ſimula
ta, ſitis odio habentes quod malum eſt, ad-
hærentes ei quod bonum eſt Fraterna chari-
tate, ad mutuo uos diligendum propenſi, ho
nore alius alium præcedentes, ſtudio non pi
gri, ſpiritu feruentes domino ſeruiētes, ſpe
gaudentes, in afflictione patientes, orationi
inſtantes, neceſſitatibus ſanctorum commu
nicantes, hoſpitalitatem ſectantes. Benedici
te ijs qui uos inſectantur: benedicite, & ne
maledicatis. Gaudete cum gaudentibus,

& flete cum flentibus: idem alij in alios ſen-
tientes, non alta ſentientes, ſed humilibus
5 nos accommodantes. ¶ Ne ſitis ſuper-
bi apud uoſmetipſos, neqꝫ cuiqꝫ malum pro
malo reddatis. Prouidentes honeſta in con-
ſpectu omnium hominū: ſi fieri poteſt, quan
tum in nobis eſt, cū omnibus hominibus in
pace uiuentes: non uoſmetipſos ulciſcentes
dilecti, quin potius date locum iræ. Scriptū
eſt enim: Mihi ultio, ego rependam, dicit do
6 minus. ¶ Si igitur eſurit inimicus tuus, pa-
ſce illum: ſi ſitit, da illi potum. Hoc enim ſi fe
ceris, carbones ignis coaceruabis in caput il
lius. Ne uincaris à malo, imò uince bono ma
lum.

Capitulum. 13.

1 OMnis anima poteſtatibus præcellē
tibus ſubdita ſit. Non enim eſt po-
teſtas, niſi à deo: quæ uero ſunt po
teſt tes, à deo ordinatæ ſunt. Itaqꝫ
quiſquis reſiſtit poteſtati, dei ordinationi re
ſiſtit. Qui aūt reſtiterint, ſibiipſis iudiciū ac-
cipient. Nam principes non ſunt timor bono
2 rum operum, ſed malorum. ¶ Vis autem nō
timere poteſtatem? Quod bonū eſt, facito: et
habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt
tibi in bonū. Quod ſi feceris id quod malum
eſt, time. Non enī fruſtra gladiū geſtat. Nam
dei miniſter eſt, ultor ad irā, ei qui quod ma-
3 lū eſt fecerit, ¶ Quapropter neceſſe eſt ut
ſubijciamini non ſolū propter iram: uerum
etiam propter conſcientiā. Propter hoc enī
& tributa ſoluitis. Siquidē miniſtri dei ſunt,
4 in hoc ipſum inſeruientes. ¶ Reddite igitꝫ
omnibus debita, cui tributū: tributū cui ue-
ctigal, uectigal: cui timorē, timorem: cui ho
norem, honorē. Nemini quicquā debeatis: ni
ſi hoc ut inuicē diligatis. Nam qui diligit al-
terum, legem implenit, Siquidem illud. Non
adulteriū cōmittes, non occides, nō furabe-
tis, nō falſum teſtimoniū dices, nō concupi-
ſces, & ſi quod aliud præceptū in hoc uerbo
recapitulatur: uidelicet diliges proximū tuū
5 ſicut teipſum. ¶ Dilectio proximo malum
non operatur, plenitudo itaqꝫ legis, eſt dile-
ctio, Et hoc cum ſciamus tempus, quod ho-
ra ſit: uos iam à ſomno expergiſci. Nūc enī ma
tis prope nos eſt ſalus, quàm tū, cū credeba
mus. Nox proceſſit, dies aūt appropinqua
6 uit. ¶ Abijciamus igitꝫ opera tenebrarum,
& induamur arma lucis: tanquam in die ho-
neſte ambulemus, nō comeſſationibus, & e-
brietatibus, non cubilibus ac laſciuijs, nō cō
tentione & æmulatione, ſed induamini do

minum Ieſúah Chriſtum. Et carnis curã ne
faciatis ad concupiſcentias.

Capitulũ. 14.

1 CVm aũt qui infirmatur fi
de, aſſumite, non ad diju
dicatiões diſceptationũ.
Alius quidẽ credit eden
da eſſe quæuis. Alius au-
tem qui infirmus eſt, ho-
lera edit. Qui edit non
edentem ne deſpiciat. Et
qui non edit, edentẽ ne iudicet. Deus enim il
2 lum aſſumpſit. ¶ Tu quis es, qui iudicas alie
nũ famulũ? Proprio domino ſtat, aut cadit,
ſtabilietur aũt. Potens enim eſt deus ad ſtabiliẽ
dum eũ. Hic quidẽ iudicat, diẽ iuxta diẽ. Ille
autem idem iudicat omnem diem. Vnuſquiſ
ꝗ propriæ menti ſatiſfaciat. Qui ſapit diem,
domino ſapit. Et qui non ſapit diem, domino
3 nõ ſapit. ¶ Qui ueſcitur, domino ueſcitur,
gratias enim agit deo: & qui nõ ueſcitur, do
mino non ueſcitur, & gratias agit deo. Null⁹
enim noſtrum ſibijpſi uiuit, & nullus ſibijpſi
moriť. Nã ſiue uiuimus, dño uiuimus: ſiue mo
4 rimur, dño morimur. ¶ Siue igiť uiuam⁹, ſi
ue moriamur, dñi ſum⁹. In hoc eñ Chriſt⁹ &
mortu⁹ eſt, & reſurrexit, & reuixit, ut mor-
tuis ac uiuẽtibus dominetť. Tu uero cur iudi-
5 cas fratrẽ tuũ? ¶ Aut etiã tu cur deſpicis fra
trẽ tuum? Oẽs eñ ſtatuemur apud tribunal
Chriſti. Scriptũ eſt enim: Viuo ego dicit dñs:
Mihi ſeſe flectet omne genu, & om̃is lingua
confitebitur deo. Igitur unuſqſꝗ noſtrũ de
6 ſeipſo rationẽ reddet deo. ¶ Ne poſthac igi
tur alius alium iudicemus: uerum illud iudi-
cate magis, ne ponatur offenſio fratri, aut of
fendiculum. Scio quidem, & perſuaſum ha-
beo per dominum Ieſúah, nihil eſſe commu-
ne per ſe, niſi ei qui exiſtimat aliquid eſſe cõ-
7 mune, illi cõmune eſt. ¶ Verum ſi propter
cibũ frater tuus contriſtatur, non iã ſecũdũ
charitatem ambulas. Ne cibo tuo illũ ꝑdas,
ꝓ quo Chriſtus mortuus eſt. Ne igitur blaſ-
phemijs afficiatur ueſtrũ bonũ. Nõ eñ eſt re-
gnum dei cibus ac potus, ſed iuſtitia, & pax,
& gaudium in ſpũ ſancto. Etenĩ qui in his ſer
uit Chriſto, accept⁹ eſt deo, & ꝓbat⁹ hoĩb⁹.
Itaꝗ q̃ pacis ſunt, ſectemur: & q̃ ædificatio-
nis, ali⁹, erga aliũ. Ne cibi cauſa deſtruas op⁹
8 dei. ¶ Oĩa qdẽ pura, ſed malũ eſt homini q
ꝑ offendiculũ ueſcitť. Bonũ eſt non edere car
nes, neꝗ bibere uinũ, neꝗ qcquã, per qđ fra
ter tu⁹ ĩpingit, aut offendiť, aut infirmať. Tu
fidẽ habes? Apud temetipſũ habe corã deo.
9 ¶ Beat⁹ q nõ iudicat ſeipſũ ĩ eo qđ ꝓbat. At
q dijudicat, ſi ederit, condẽnatus eſt, quoniã
non edit ex fide. Porrò quicquid ex fide nõ
eſt, peccatum eſt.

Capitulum. 15.

1 DEbemus aũt nos qui potentes
ſum⁹, ĩfirmitates impotentiũ
portare, ac nõ nobiſipſis pla-
cere. Nã unuſquiſꝗ nr̃m pro-
ximo placeat in bonũ ad ædi-
ficationẽ. Etenim Chriſt⁹ non
placuit ſibijpſi, ſed quemadmodũ ſcriptũ eſt
probra probris afficiẽtiũ te, inciderũt in me.
2 ¶ Nam quæcunꝗ præſcripta ſunt: in no-
ſtram doctrinã præſcripta ſunt: ut per patiẽ-
tiã, & conſolationẽ ſcripturarũ ſpem habea
mus. Deus aũt patiẽtiæ, & cõſolationis det
uobis idẽ mutuo inter nos ſentire ſecũdũ Ie-
ſúah Chriſtũ, ut unanimiter uno ore glorifi-
cetis deũ, ac patrem dñi noſtri Ieſúah Chri-
3 ſti. ¶ Quapropter aſſumite uos inuicẽ, quẽ
admodũ, & Chriſt⁹ aſſumpſit nos in gloriam
dei. Dico aũt Ieſúah Chriſtũ miniſtrũ fuiſſe
circũciſionis pro ueritate dei, ad cõfirman-
4 das ꝓmiſſiones patrũ. ¶ Cæterũ, ut gentes
ꝓ miſericordia glorificẽt deũ. Sicut ſcriptũ
eſt. Propter hoc cõfitebor tibi in gentib⁹, &
nomini tuo canam: Et rurſum dicit: Gaudete
gẽtes cũ populo ei⁹. Et rurſum: Laudate dñm
5 oẽs gẽtes, & collaudate eũ oẽs populi. ¶ Et
rurſum Ieſahiáh dicit: Erit radix Iſãi, & qui
exurget ad imperandũ gentib⁹, in eo gentes
ſperabũt. Deus aũt ſpei impleat uos oĩ gau-
dio, & pace, in credẽdo, in hoc, ut exubere-
6 tis in ſpe per potentiã ſpiritus ſancti. ¶ Per
ſuaſus autem ſum fratres mei, & ipſe ego de
uobis, quod & ipſi pleni eſtis bonitate, im-
pleti omni ſcientia, ualentes etiam inuicem
alius alium admonere. Verum audaci⁹ ſcripſi
uobis fratres ex parte, ueluti cõmonẽfaciẽs
uos, propter gratiam quæ data eſt mihi à
deo, in hoc ut ſim miniſter Ieſúah Chriſti in
gentes, adminiſtrans euangelium dei, ut fiat
oblatio gẽtium acceptabilis, ſanctificata per
7 ſpiritũ ſanctum. ¶ Habeo igitur gloriatio-
nẽ per Chriſtũ Ieſúah, in ijs quæ ad deũ ſunt.
Non eñ auſim loqui quicquam eoꝝ, quæ nõ
effecit Chriſtus per me, in obedientiam gen-
tiũ, uerbo, & facto per potentiã ſignorũ, ac
prodigioꝝ, per potentiã ſpũs dei, ut ab Ieru
ſaláim, & in circũiacentib⁹ regionib⁹ uſꝗ ad
Illyricũ ĩpleuerim euãgeliũ Chriſti: ita por-
rò annitẽs annũciare euãgeliũ, nõ ubi nomi-

natus erat Chriſtus,ut ne ſuper alienum fun
damentū ædificarem,ſed quēadmodū ſcri-
ptum eſt:Quibus non eſt annūciatū de eo,ui
debūt:& q non audierāt,intelligēt. ¶Qua
propter etiam impędiebar ſæpe,quo minus
uenirē ad uos.Nunc uero cū non amplius ha
beam locum in regionibus his ,deſideriū au
tem habeā ueniendi ad uos multis iam ānis,
ut ſi ꝓficiſcar in Hiſpaniam,ueniam ad uos.
Spero eñ fore,ut iſtac iter faciēs uideā uos,
& à uobis deducar illuc,ſi tñ ueſtra conſue-
9 tudine prius ex parte fuero explet᷒. ¶Nūc
aūt ꝓficiſcor Ieruſaláim miniſtrans ſanctis.
Viſum eſt enim Macedoniæ ,& Achaiæ com
municationē aliquā facere in pauperes ſan-
ctos,qui ſunt Ieruſaláim.Nā placuit ipſis,&
debitores illorum ſunt.Etenim ſi ſpūalia ſua
cōmunicauerunt gentibus,debent & hæ in
10 carnalibus miniſtrare illis. ¶Hoc igit.ubi
perfecero,& obſignauero illis fructum hūc,
reuertar per uos in Hiſpaniam. Scio nāq; ꝙ
ubi uenero ad uos,cū plenitudine benedictio-
11 nis euangelij Chriſti uenturus ſim. ¶Obſe
cro autem uos fratres per dñm noſtrum Ie-
ſúah Chriſtum,& per dilectionē ſpūs,ut me
laborantem adiuuetis orationibus ꝓ me ad
deum,ut liberet ab incredulis in Iehudæa,
ut q; miniſterium hoc meum Ieruſaláim,ac-
ceptum ſit ſanctis:ut cum gaudio ueniam ad
uos,per uoluntatē dei,unaq; uobiſcum re-
focillet.Deus autem pacis ſit cum omnibus
uobis,Amen.

Capitulum.16.

1 COmmēdo aūt uobis Phœben,
ſororē noſtrā,quæ ē miniſtra
eccleſiæ Cenchreenſis,ut illā
ſuſcipiatis ī Chriſto,ita ut de-
cet ſanctos:& adſitis ei,ī quo
cunq; uobis eguerit negocio.
Nam hæc cum multis ad fuit,tum mihi etiā
ipſi.Salutate Priſcam,& Aquillā,adiutores
meos in Chriſto Ieſúah,qui pro anima mea
ſuā ipſorū ceruicem ſuppoſuerūt.Quib᷒ nō
ego ſolus gratias ago,ſed & oēs eccleſiæ gē
tiū:Item quæ in domo illorū eſt,cōgregatio
2 nem. ¶Salutate Epænetum dilectū meū,q
eſt primitiæ Achaiæ in Chriſto.Salutate Mi
riam,quæ multū laborauit erga uos.Saluta
te Andronicū & Iuniam,cognatos meos &
cōcaptiuos meos,qui ſunt inſignes inter apo

ſtolos,qui etiā ante me fuerunt in Chriſto.
Salutate Ampliam dilectū meum ī domino.
3 ¶Salutate Vrbanū,adiutorē noſtrū ī Chri
ſto,& Stachyn dilectum meū,Salutate Apel
lem,probatū in Chriſto. Salutate eos q ſunt
ex Ariſtobuli familiaribus. Salutate Hero-
dionem cognatū meū.Salutate eos qui ſunt
ex Narciſſi familiaribus,hos qui ſunt in do-
4 mino. ¶Salutate Triphænā & Triphoſam,
quæ laborant in dño.Salutate Perſidē dile-
ctā,quæ multū laborauit ī dño.Salutate Ru
fum,electum in dño,& matrē illius ac meā.
Salutate Aſyncritū,Phlegōtem, Hermā,Pa
trobam,Mercuriū,& q cū his ſunt fratres.
Salutate Philologū & Iuliam,Nereum & ſo
rem eius,& Olympam:& qui cum his ſunt,
oēs ſanctos.Salutate uos inuicem cū oſculo
5 ſancto. ¶Salutant uos eccleſiæ Chriſti. Ob
ſecro autem uos fratres,ut conſideretis eos
qui diſſidia & offendicula contra doctrinā,
quam uos didiciſtis,faciūt:& declinetis ab
illis.Nam q eiuſmodi ſunt.dño Ieſúah Chri-
ſto non ſeruiunt,ſed ſuo uentri:& ꝑ blandi-
loquētiam & aſſentationē decipiunt corda
ſimpliciū.Nā ueſtra obediētia ad oēs perma
6 nauit. ¶Gaudeo igit ſanè de uobis.Sed uo
lo uos ſapientes quidē eſſe ad bonum,ſynce
ros autē ad malum.Deus aūt pacis conteret
ſathanā ſub pedes ueſtros breui. Gratia dñi
noſtri Ieſúah Chriſti ſit uobiſcum. Salutant
7 uos Timotheus cooperarius meus,& Luci᷒
& Iaſon & Soſipater cognati mei. ¶Salu
to uos ego Tertius,qui ſcripſi epiſtolam in
dño.Salutat uos Gaius hoſpes me᷒ & eccle
ſiæ totius.Salutat uos Eraſtus,quæſtor æra-
rius ciuitatis,& Quartus frater. Gratia do-
mini noſtri Ieſúah Chriſti ſit cum omnib᷒ uo
8 bis,Amen. ¶Ei autem qui potēs eſt uos cō
firmare ſcd'm euāgeliū meum, & præconiū
Ieſúah Chriſti,iuxta reuelationē myſterij,tē
porib᷒ æternis taciti,manifeſtati uero nūc,
& ꝑ ſcripturas propheticas iuxta delegatio
nem æterni dei in obediētiā fidei,in oēs gen
tes patefacti, ſoli ſapienti deo, per Ieſúah
Chriſtum,cui gloria in ſæcula,Amen.

AD ROMANOS.

¶Miſſa fuit à Corintho per Phœben mini-
ſtram Cenchreenſis eccleſiæ.

¶EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS PRIMA INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACR. THEOLOGIAE DOCTORE.

Capitulum.I.

1 PAulus uocatus
apoſtol' Ieſúah
Chriſti, ꝑ uolũ-
tatẽ dei, & Soſt
henes frater, ec
cleſiæ dei quæ
eſt Corithi, ſan
ctificatis ꝑ Chri
ſtũ Ieſúah, uo-
catis ſactis, unà
cũ oĩbus qui in
nocãt nomen dñi noſtri Ieſúah Chriſti, i quo
uis loco, ſuoq; & nr̃o. Gratia uobis, & pax à
deo patre noſtro, & dño Ieſúah Chriſto.
2 ¶Gratias ago deo meo ſemp pro uobis de
gratia dei, quæ data eſt uobis ꝑ Chriſtum Ie
ſúah, ꝙ in omni re ditati eſtis ꝑ ipſum, in oĩ
ſermone, & omni cognitione, (quẽadmodũ
teſtimoniũ Chriſti confirmatũ fuit in uobis)
adeo, ut nõ deſtituamini in ullo dono, expe-
ctantes reuelationẽ dñi noſtri Ieſúah Chri-
ſti, q & cõfirmabit uos uſq; ad finẽ, inculpa-
3 tos in die dñi noſtri Ieſúah Chriſti. ¶Fide-
lis deus per quem uocati eſtis in conſortium
filij ipſius Ieſúah Chriſti dñi noſtri. Obſecro
aũt uos fratres, ꝑ nomen dñi nr̃i Ieſúah Chri
ſti, ut idẽ dicatis oẽs, & nõ ſint iter uos diſſi
dia, ſed ſitis integrũ corpus, eadẽ mente, &
4 eadem ſententia. ¶Significatũ eſt eñi mihi
de uobis fratres mei, à familiarib' Chloe, ꝙ
cõtentiones ſint inter uos. Dico aũt illud, ꝙ
unuſquiſq; ueſtrũ dicit: Ego quidẽ ſum Pau
li, & ego uero Apollo, ego uero Cephæ, ego
uero Chriſti. Num diuiſus eſt Chriſtus? Num
Paulus crucifixus eſt ꝑ uobis? aut in nomine
5 Pauli baptizati fuiſtis? ¶Gratias ago deo,
ꝙ neminẽ ueſtrũ baptizauerim, niſi Criſpũ,
& Gaium: ne quis dicat, ꝙ in meo noie ba-
ptizauerim. Baptizaui aũt, & Stephanæ fa-
miliam. Cæterũ haud ſcio, ſi quem alium ba-
ptizarim. Non enim miſit me Chriſtus, ut ba
ptizarem, ſed ut euãgelizarẽ nõ in ſapientia
6 ſermonis, ne inanis fiat crux Chriſti. ¶Nã
ſermo crucis, ijs q pereũt, ſtultitia eſt: at no-
bis q ſalutẽ cõſequimur, potẽtia dei ẽ. Scri-
ptum eſt eñi: Perdã ſapiẽtiã ſapientiũ, & intel
ligentiã intelligentiũ reijciam. Vbi ſapiens?
ubi ſcriba? ubi diſputator ſæculi hui'? Nõne
infatuauit deus ſapientiam mundi huius?
7 ¶Nam poſtq̃ in ſapientia dei, non cogno-
uit mũdus per ſapientiã deũ, uiſum eſt deo,
per ſtultitiam ꝓdicationis ſaluos facere cre-
dentes. Quandoquidẽ & Iehudæi ſignũ po
8 ſtulant, et Græci ſapientiã quærunt. ¶Nos
aũt prædicamus Chriſtũ crucifixum, Iehu-
dæis quidẽ offendiculũ, Græcis uero ſtulti-
tiam, ſed ijſdẽ uocatis Iehudeiſq; & Græcis
Chriſtũ dei potentiã, ac dei ſapientiã. Quo-
niã ſtultitia dei ſapientior eſt q̃ hoies, & im
9 becillitas dei robuſtior eſt q̃ homines. ¶Vi
detis enim uocationẽ ueſtrã fr̃es, qđ nõ mul
ti ſapiẽtes ſecundũ carnẽ, nõ multi potẽtes,
nõ multi claro gñe nati, uerũ q̃ ſtulta erãt mũ
di delegit de', ut pudore ſuffundat ſapiẽtes
& ĩbecillia mũdi, delegit de', ut pudore ſuf
fũdat ea q̃ ſũt robuſta: & q̃ ignobilia erãt mũ
di, contẽptaq;, delegit deus: & ea quæ non
erãt, ut ea quæ ſunt obliteraret, ut ne gloria
10 retur ulla caro coram ipſo. ¶Ex eodem aũt
uos eſtis in Chriſto Ieſúah, qui factus fuit no
bis ſapiẽtia à deo, iuſtitiaq;, & ſãctificatio,
& redẽptio. Vt quẽadmodũ ſcriptũ eſt: Qui
gloriatur, in dño glorietur.

Capitulum.2.

1 ET ego cũ uenirẽ ad uos fr̃es,
ueniebam nõ iuxta eminen-
tiã ſermonis, aut ſapiẽtiæ, an
nũciãs uobis teſtimoniũ dei.
Nõ eñ me iudicaui qcq̃ ſcire
ĩter uos, niſi Ieſúah Chriſtũ,
2 & hũc crucifixũ. ¶Et ego in infirmitate,
& i timore, ac i tremore multo fui apud uos
& ſermo meus, & prædicatio mea nõ erat ĩ
perſuaſorijs humanæ ſapiẽtiæ uerbis, ſed in
oſtẽſione ſpũs, ac potẽtiæ, ut fides ueſtra nõ
3 ſit in ſapiẽtia hoim, ſed ĩ potẽtia dei. ¶Por
rò ſapiẽtiã loqmur iter ꝑfectos, ſapiẽtiã aũt
nõ ſæculi hui', neq; pricipũ ſæculi hui' q abo
lent, ſed loqmur ſapiẽtiã dei ĩ myſterio q̃ eſt
recõdita, quã ꝓfinierat de' an ſæcula in glo-
riã nr̃am, quã nemo pricipũ ſæculi huius co
gnouit. Nã ſi cognouiſſent, haudquaq̃ dñm
gloriæ crucifixiſſent. Sed quẽadmodũ ſcri-
ptũ eſt. Quæ oculus non uidit, & auris non
audiuit, & in cor hois nõ aſcẽderũt, q̃ ꝓpara
4 uit deus diligẽtibus ſe. ¶Nobis aũt de' re-
uelauit per ſpiritũ ſuum. Spiritus enim oĩa
ſcrutatur, etiã profunditates dei. Quis enim
hominũ nouit ea quæ ſunt hominis, niſi ſpi-
rit' hominis, qui eſt in eo? Sic & ea quæ ſunt
5 dei, nemo nouit, niſi ſpiritus dei. ¶Nos ue
ro nõ ſpũm mũdi accæpim', ſed ſpiritũ q eſt
ex deo, ut ſciam' quæ à Chriſto donata ſint

nobis,quæ & loquimur non indoctis huma-
næ ſapiẽtiæ uerbis ſed in doctis ſpiritus ſan-
cti,ſpiritualibus ſpiritualia cõparantes. Ani-
malis autem homo non accipit ea quæ ſunt
ſpũs dei,ſtultitia ſiquidem illi ſunt:nec põt
cognoſcere ꝙ ſpũaliter diiudicantur. At ſpi
ritualis diiudicat quidem omnia,ipſe uero à
nemine diiudicatur. Quis eñ cognouit men
tem domini, qui conſilium daturus ſit illi?
Nos autẽ mentem Chriſti tenemus.

Capitulum.3.

1 ETego fratres,nõ potui loqui no-
bis,ut ſpũalibus: ſed loquẽdum
fuit ut carnalibus,ut infantibus
in Chriſto. Lactis potu uos alui,
& nõ cibo. Nondũ eñ poteratis,
imò ne nunc quidem adhuc poteſtis:nam ad
2 huc carnales eſtis. ¶ Siquidẽ cũ in uobis ſit
æmulatio,& cõtentio,& factiões ,nónne car
nales eſtis & ſecũdum hominem ambulatis? Et-
enim cum dicat aliquis:ego quidẽ ſum Pau-
li:alter uero,ego Apollo:nõne carnales eſtis?
3 ¶ Quis igitur eſt Paul⁹,qs aũt Apollo? niſi
miniſtri ,ꝑ quos credidiſtis ,& ut cuiq; dñs
dedit. Ego plantaui,Apollo rigauit,ſed de⁹
dedit incrementũ. Itaq; neq; qui plantat eſt
aliquid,neq; qui rigat,ſed qui dat incremen
tum deus. Cæterum is qui plantat,& is q ri-
gat,unũ ſunt. Vnuſquiſq; tñ ſuam mercedẽ
accipiet iuxta ſuũ laborẽ. Etenim dei ſumus
cooperarij : dei agricolatio , dei ædificatio
eſtis,iuxta gratiam dei quæ data eſt mihi. Vt
ſapiens architectus fundamentũ poſui,ali⁹
4 aũt ſuper illud ædificat. ¶ Porrò quiſq; ui-
deat quõ ſuperſtruat. Nam fundamẽtũ aliud
nemo poteſt ponere,præter hoc qd' poſitũ
eſt,qd' ẽ Ieſúah Chriſt⁹. Quod ſiquis ſuper-
ſtruit ſup fundamentũ hoc,aurum,argentũ,
lapides præcioſos,ligna,fœnũ,ſtipulam,cu
iuſq; opus manifeſtum fiet. Dies eñ declara
bit,qd' in igne reuelabit: & cuiuſq; opus quale
ſit,ignis ꝓbabit. Si cuius opus manſerit qd'
ſupſtruxit,mercedem accipiet:ſi cuius opus
exuſtum fuerit,dãnum patiet:ipſe uero ſal-
5 uus fiet,ſed ſic tanq̃ per ignem. ¶ An neſci
tis ꝙ templum dei eſtis & ſpũs dei habitat
in uobis? Si qs tẽplũ dei corrũpit ,hũc ꝑdet
de⁹. Nam templũ dei ſanctũ eſt,qd' eſtis uos.
Ne quis ſeipſum fallat. Si quis ſibi uidet ſa-
piens eſſe inter uos,in ſæculo hoc ſtult⁹ fiat,
ut fiat ſapiens. Etenim ſapientia mũdi hui⁹,
ſtultia eſt apud deum Scriptum eſt eñ:Qui
cõprehẽdit ſapiẽtes in aſtutia ipſorũ. Et rur

ſum:Dñs nouit cogitatiões ſapientiũ ꝙ ſint
6 uanæ. Itaq; ne quis glorief in hoib⁹. ¶ Oia
naq; ueſtra ſunt,ſiue Paulus,ſiue Apollos,ſi
ue Cephas,ſiue mũdus,ſiue uita,ſiue mors,
ſiue præſentia,ſiue futura:oia inquã ũra ſũt,
uos autem Chriſti,Chriſtus uero dei.

Capitulum.4.

1 SIc nos æſtimet homo,ut mini-
ſtros Chriſti,& diſpenſatores
myſteriorũ dei. Quod ſupeſt
aũt,illud requirit inter diſpẽ
ſatores,ut fidelis aliquis re-
2 periat. ¶ Mihi uero ꝓ mini-
mo eſt,ut à uobis diiudicer,aut ab humano
die,imò nec meipſũ diiudico. Nullius eñ rei
mihi cõſcius ſum,ſed non ꝑ hoc iuſtificatus
ſum. Cæterũ q me iudicat,dñs ẽ. Proinde ne
ante tẽpus quicq̃ iudicetis ,donec uenerit do
minus,q & illuſtrabit occulta tenebrarũ,&
pateſaciet conſilia cordum,ac tunc laus erit
3 unicuiq; à deo. ¶ Hæc aũt fratres trãſfigura
ui ĩ meipſũ & in Appollo,ꝓpter uos:ut ĩ uo-
bis diſceretis,ne qd ſupra id qd ſcriptũ ẽ ſen
tiretis:ut ne:un⁹ aduerſus alterũ uiciſſim in
flemini, Quis eñ te diiudicat? Quid autẽ ha
bes:quod non accepiſti? Quod ſi etiam acce
ſti,quid gloriaris quaſi non acceperis? Iã ſa
turati eſtis,iã ditati eſtis,abſq; nobis regnũ
adepti eſtis:atq; utinã adepti ſitis ,ut & uos
4 ſimul uobiſcũ regnem⁹. ¶ Arbitror enim ꝙ
deus nos,q ſumus apl'i poſtremi, oſtenderit
tanq̃ morti addictos,qm̃ ſpectaculũ facti ſu
mus mundo,& angelis,& hoĩbus. Nos ſtulti
propter Chriſtũ,uos aũt prudẽtes ꝑ Chriſtũ
nos imbecilles,uos aũt ualidi:uos clari:nos
contẽpti. Ad hoc uſq; tẽpus & eſurimus & ſi
timus,& nudi ſumus,& colaphis cædimur,
& certas non habemus ſedes,& laboramus
operãtes ꝓprijs manibus:dũ cõuicijs affici-
mur,bñdicimus,dũ ꝑſecutionẽ patimur,ſu
ſtinemus:dũ blaſphemamur,obſecram⁹:uel-
uti excremẽta mũdi facti ſumus,omniũ ſter
5 quiliniũ ad hũc uſq; diẽ. ¶ Nõ ut uos pudo
re afficiã hæc ſcribo,ſed ut filios meos dile-
ctos,admoneo. Nã etiã ſi innumeros pædago
gos habeatis in Chriſto,non multos tñ habe
tis patres. Siquidem in Chriſto Ieſúah,per
6 euãgeliũ ego uos genui. ¶ Adhortor itaq;
uos,ut imitatores mei ſitis. Hac de cauſa mi
ſi uobis Timotheũ,q ẽ fili⁹ me⁹ dilect⁹,& fi
delis in dño:q uobis ĩ memoriã reducet uias
meas,q̃ ſũt ĩ Chriſto,quẽadmodũ ubiq; ĩ oĩ
7 eccl'ia doceo. ¶ Perinde quaſi nõ ſim uętur⁹
ad uos,inflati ſũt qdã. Sed ueniã breui ad uos,

ſi dominus uoluerit: & cognoſcam nō ſermo-
nem iſtorū qui inflati ſunt, ſed uirtutem. Non
enim in ſermone regnū eſt dei, ſed in uirtute.
Quid uultis? Cum uirga ueniam ad uos, an cū
charitate, & ſpiritu lenitatis?

Capitulum.5.

1 OMnino auditur inter uos forni-
catio, & hmōi fornicatio quæ
nec inter gentes nominatur, ut
aliquis uxorē patris habeat. Et
uos inflati eſtis, ac nō potius lu-
xiſtis, ut tolleretur de medio ueſtrū qui opus
hoc feciſſet. Nam ego quidem, ut abſens cor-
pore, pſens autē ſpiritu, iam decreui tanꝗ præ-
ſens, ut is qui ſic hoc patrauit, in nomine domi-
ni noſtri Ieſúah Chriſti, congregatis uobis, &
meo ſpiritu, una cū poteſtate dn̄i noſtri Ieſúah
Chriſti, tradatur ſathanæ ad interitum carnis,
quo ſpūs ſaluus ſit in die dn̄i Ieſúah. Nō eſt bo-
2 na gloriatio ueſtra. ¶ An neſcitis, ꝙ paululū
fermenti totā conſperſionē fermentat? Expur-
gate itaqꝫ uetus fermentū, ut ſitis noua cōſper-
ſio, ſicut eſtis infermētati. Nam péſach noſtrū
3 pro nobis immolatus eſt Chriſtus. ¶ Itaqꝫ fe-
ſtū celebremus non in fermento ueteri, nec in
fermento malitiæ, & uerſutiæ, ſed in panib⁹ in-
fermentatis: hoc eſt, ſynceritate, & ueritate.
4 ¶ Scripſi uobis per epiſtolā. Ne cōmiſceremi-
ni fornicarijs, ac non omnino fornicarijs mun-
di huius, aut auaris, aut rapacibus, aut ſimula-
crorū cultorib⁹, qñquidē debetis ex hoc mun-
5 do exire. ¶ Nunc autē ſcripſi uobis, ne cōmi-
ſceamini. Si quis cum frater appelletur, fuerit
aut fornicator, aut auarus, aut ſimulacrorū cul-
tor, aut cōuiciator, aut ebrioſus, aut rapax, cū
eiuſmodi ne cibum quidem capiatis. Quid enī
ad me attinet etiam de his qui foris ſunt iudica-
re? Nonne de his qui intus ſunt iudicatis? Eos
uero qui foris ſunt, deus iudicat. Etiam auferte
iſtum qui malus eſt, ex uobiſipſis.

Capitulum.6.

1 AVdet aliquis ueſtrū, negocium
habens cum altero iudicari ſub
iniuſtis, & non magis ſub ſan-
ctis? An neſcitis qđ ſancti mun-
dū iudicabunt? Et ſi per uos iu-
dicaṫ mundus, indigni eſtis mi-
2 nimis iudicijs? An neſcitis ꝙ angelos iudicabi-
mus, non tm̄ quæ ad uitæ uſum pertinēt? Pro-
inde iudicia ſiquidē habueritis de ijs, quæ ad
uitæ uſum attinēt, qui contempti ſunt in eccle-
3 ſia, eos conſtituite. ¶ Ad erubeſcentiā ueſtrā
dico. Adeo non eſt inter uos ſapiens, ne unus
quidem, qui poſſit diiudicare inter fratrē ſuū
& fratrē? Sed frater cū fratre litigat. Idqꝫ ſub
infidelibus? Itaqꝫ iam quidē omnino delictū
in uobis eſt, quod lites habetis inter uos inui-
cem. Cur non potius iniuriā patimini? cur non
potius damnū accipitis? imò uos iniuriā facitis
4 & damno afficitis, idqꝫ fratres? ¶ An neſcitis
ꝙ iniuſti, regnū dei hæreditate non cōſequen-
tur? Ne erretis. Neqꝫ fornicarij, neqꝫ cultores
ſimulacrorum, neqꝫ adulteri, neqꝫ molles, neqꝫ
qui concūbunt cum maſculis, neqꝫ fures, neqꝫ
auari, neqꝫ ebrioſi, neqꝫ conuiciatores, neqꝫ ra-
5 paces, regnū dei hæreditate accipiēt. ¶ Atqꝫ
hæc eratis quidam, ſed abluti eſtis, ſed ſanctifi-
cati eſtis, ſed iuſtificati eſtis, per nomen domi-
ni Ieſúah, & per ſpiritū dei noſtri. Omnia mihi
licent, at non omnia conducunt. Omniū mihi
poteſtas eſt, at ego nō redigar ſub ullius pote-
ſtatem. Eſcæ uentri ſunt, & uenter eſcis: deus
autem & hunc & illas abolebit. Corpus uero
non fornicationi, ſed domino, & dn̄s corpori.
6 ¶ Deus autē & dn̄m ſuſcitauit, & nos ſuſcita-
bit per potentiā ſuam. An neſcitis ꝙ corpora
ueſtra mēbra ſunt Chriſti? Num igitur quū tu-
lerim mēbra Chriſti, faciā meretricis mēbra?
7 Abſit. ¶ An neſcitis ꝙ qui adglutinaṫ mere-
trici, unū corpus eſt? Erunt enim, inquit, duo
in carne una. At qui adglutinatur dn̄o, un⁹ ſpi-
ritus eſt. Fugite fornicationē. Omne peccatū,
quodcūqꝫ fecerit homo, extra corpus eſt. Sed
8 qui fornicatur, in propriū corp⁹ peccat. ¶ An
neſcitis, ꝙ corpus ueſtrum templū eſt habitan-
tis in uobis ſpirit⁹ ſancti, quē habetis à deo, &
non eſtis ueſtri ipſius? Nam empti eſtis precio.
Glorificate iam deum in corpore ueſtro, & in
ſpiritu ueſtro, quæ ſunt dei.

Capitulum.7.

1 CAeterū de quibus ſcripſiſtis mihi.
Bonum eſt homini, uxorem nō tã-
gere. Attamen propter fornicatio-
nes ſuam quiſqꝫ uxorem habeat: &
2 ſuum quæqꝫ uirum habeat. ¶ Vxori uir debi-
tam beneuolentiam reddat: ſimiliter autem &
uxor uiro. Vxor proprij corporis poteſtatē nō
habet, ſed maritus. Similiter & maritus ꝓprij
corporis poteſtatem non habet, ſed uxor. Ne
fraudetis uos inuicem, niſi ſi quid ex conſen-
ſu, pro tempore, ut uacetis ieiunio, & oratio-
ni: & rurſum in unum cōuentatis, ne tētet uos
ſathanas propter intemperantiam ueſtram.
3 ¶ Hoc autem dico iuxta indulgentiam, non
iuxta præceptum. Nam uelim omnes homines
eſſe, ut & ipſe ſum. Sed unuſquiſqꝫ proprium
donum habet ex deo, alius quidem ſic, ali⁹ au-
4 tem ſic. ¶ Dico autē inconiugatis, & uiduis,

bonum eis eſt,ſi mãſerint, ut & ego. Quod ſi
ſe non continent,contrahant matrimoniũ. Nã
5 ſatius eſt matrimoniũ cõtrahere,q̃ uri. ℂ At
coniugatis præcipio,non ego,imò dñs: Vxor
à uiro ne ſeparet: q ſi ſeparata fuerit, maneat
innupta, aut marito reconcilietur: & maritus
6 uxorem ne dimittat. ℂ Reliquis aũt ego di-
co,non dominus: Siquis frater uxorem habet
infidelem,& hæc aſſentitur ut habitet cũ illo,
ne dimittat eam: & mulier quæ habet maritũ
infidelem,et is aſſentitur ut habitet cum ea,ne
dimittat illum. Sanctificatus eſt enim maritus
incredulus per uxorem: & ſanctificata ẽ uxor
incredula per maritum. Alioqui filij ueſtri im-
7 mundi eſſent,nunc autẽ ſancti ſunt. ℂ Quod
ſi incredulus diſcedit, diſcedat. Non eſt ſerui-
tuti ſubiectus frater, aut ſoror in huiuſmodi,
ſed in pace uocauit nos deus. Quid namq; ſcis
mulier,an maritum ſeruabis? Aut quid ſis uir,
an uxorẽ ſeruabis? niſi unuſquiſq; ut ipſi par-
titus eſt deus, unuſquiſq; ut illum uocauit do-
minus,ita ambulet: & ſic in eccleſijs omnibus
8 ordino. ℂ Circuncifus aliquis uocatus eſt? ne
accerſat præputium. In præputio aliquis uoca
tus eſt,ne circũcidatur. Circũciſio nihil eſt, &
præputium nihil eſt,ſed obſeruatio mandato-
9 rum dei. ℂ Vnuſquiſq; in ea uocatiõe, in qua
uocatus fuit,maneat. Seruus uocatus es,ne ſit
tibi curæ: quinetiam ſi potes liber fieri,potius
utere. Etenim qui in domino uocatus eſt ſer-
uus,libertus domini eſt. Similiter & qui liber
uocatus fuit, ſeruus eſt Chriſti. Precio empti
fuiſtis: nolite fieri ſerui hominum. Vnuſquiſq;
in eo,in quo uocat⁹ fuit,fratres, maneat apud
10 deum. ℂ De uirginibus autem præceptũ do
mini non habeo: conſilium tñ do,tanq̃ miſeri-
cordiam conſecutus à domino,in hoc ut ſim fi
delis. Arbitror igitur hoc bonum eſſe propter
præſentem neceſſitatem. Nam bonum eſt ho-
mini ſic eſſe. Alligat⁹ es uxori,ne quære diuor
tium. Solutus es ab uxore, ne quæras uxorẽ.
Quod ſi duxeris uxorẽ,non peccaſti. Et ſi nu-
pſerit uirgo,non peccauit. Attamen afflictio-
nem in carne habituri ſunt huiuſmodi. Ego ue
11 ro uobis parco. ℂ Cæterũ illud dico fratres,
tempus breuiatum eſt: ſupereſt, ut qui habent
uxores,ſint tanq̃ qui non habent: & qui plo-
rant,tanq̃ qui non plorant: & qui gaudẽt tan
q̃ qui non gaudent: & qui emunt, tanquã qui
non poſſident: & qui utuntur mundo hoc,tan
q̃ q non utunt. Præterit enim figura hui⁹ mũ
di. Velim autem uos abſq; ſollicitudine eſſe.
12 ℂ Qui cœlebs eſt,curat ea quæ ſunt domini,
quomodo placiturus ſit domino. At qui duxit
uxorem,ſollicitus eſt de his quæ ſunt mundi,
quomodo placiturus ſit uxori. Diuiſa eſt mu-
lier,& uirgo. Innupta curat ea quæ ſunt domi
ni,ut ſit ſancta cum corpore tum ſpiritu. Con-
tra quæ nupta eſt, curat ea quæ ſunt mundi,
13 quomodo placitura ſit marito. ℂ Hoc autem
ad id quod uobis conducibile eſt,dico: non ut
laqueum uobis iniiciam, ſed ut quod honeſtũ
ac decorum eſt,ſequamini, & adhæreatis do-
14 mino abſq; ulla diſtractione. ℂ Quod ſiquis
indecorum uirgini ſuæ putat, ſi prætereat flo
rendi tempus,et ſic oportet fieri: quod uult fa
15 ciat,non peccat,iungat matrimonio. ℂ Cæ-
terum qui ſtat firmus in corde, non habẽs ne-
ceſſitatem, ſed poteſtatem habet propriæ uo-
luntatis,et hoc decreuit in corde ſuo,ut ſeruet
ſuam uirginem,bene facit. Itaq; qui dat nu-
ptui bene facit. Attamen qui non dat nuptui
16 melius facit. ℂ Vxor alligata eſt legi quãdiu
uiuit maritus eius. Quod ſi dormierit maritus
illius,libera eſt ad cui uelit nubendum, modo
in domino. Attamen beatior eſt, ſi ſic maneat,
iuxta meam ſententiam. Opinor autem q &
ipſe ſpiritum dei habeam.

Capitulum. 8.

1 CAeterum de his quæ ſimulacris im
molantur, ſcimus q omnes ſcien-
tiam habemus. Scientia inflat, cha
ritas uero ædificat. Quod ſiqs ſibi
uidetur aliqd ſcire, nondũ quicq̃
nouit quemadmodũ oporteat ſcire. At ſiquis
2 diligit deum,hic cognitus eſt ab illo. ℂ De
eſu igitur eorum quæ ſimulacris immolantur,
ſcimus q nullum eſt ſimulacrum in mundo: &
q nullus ſit deus alius,niſi unus. Nam etiam ſi
ſunt qui dicantur dij,ſiue in cœlo,ſiue in terra:
quẽadmodum ſunt dij multi, & domini mul-
ti: nobis tamen unus eſt deus,qui eſt pater ille,
ex quo omnia,& nos in illum: & unus domi-
nus Ieſuah Chriſtus, per quem omnia, & nos
3 per illum,ſed nõ in oĩbus eſt ſcientia. ℂ Nõ-
nulli uero cum cõſciẽtia ſimulacri uſq; ad hoc
tempus tanq̃ ſimulacris immolatum edunt: &
conſcientia illorum infirma cum ſit,polluitur.
Atqui eſca nos non cõmendat deo, neq; ſi co-
medamus, aliquid nobis ſupereſt: neq; ſi non
4 comedamus,quicq̃ nobis deeſt. ℂ Sed uide-
te,ne quo modo poteſtas iſta ueſtra offendicu
lo ſit ijs qui infirmi ſunt. Etenim ſiquis conſpe-
xerit te,qui habes ſcientiam, in epulo ſimula-
crorum accumbentem: nonne conſciẽtia eius
qui infirmus eſt,ædificabitur ad edendum ea
quæ ſunt ſimulacris immolata? Et peribit fra-
ter qui infirmus eſt in tua ſciẽtia, propter quẽ

Chriſtus fuit mortuus. Sic autem peccantes
in fratres, & uulnerantes illorum conſcien-
5 tiam infirmam in Chriſtū peccatis. ¶ Qua-
propter ſi eſca offendit fratrem meum, haud
quaquam ueſcat carnibus in æternū, ne fra-
tri meo ſim offendiculo.

Capitulum. 9.

1 AN nō ſum apoſtol⁹? An nō ſum
liber? An nō Ieſúah Chriſtū do
minū nr̄m uidi? an nō op⁹ meū
uos eſtis in dn̄o? Si cæteris nō
ſum apoſtol⁹, at ſanè uobis ſū.
Siquidē ſigillū apoſtolat⁹ mei,
uos eſtis in domino. Mea reſponſio apud eos
2 qui me interrogant, hæc eſt. ¶ An non habe
mus poteſtatē edendi, ac bibendi. An non ha
bemus poteſtatē, ſororem mulierē circūdu-
cendi, quēadmodū & cæteri apoſtoli, & fra
tres dn̄i, & Cephas? Aut ſolus ego & Barna
bas non habemus poteſtatem hoc faciendi?
3 ¶ Quis militat ſuis ſtipendijs unquā? Quis
plantat uineam & de fructu ei⁹ nō edit? Aut
quis paſcit gregem, & de lacte gregis non
edit? Num ſecundum hominem hæc dico? An
non & lex eadem dicit? Etenim in Moſch le-
ge ſcriptum eſt: Non obligabis os boui tritu
ranti. Num boues curæ ſunt deo? An hoc pro
4 pter nos omnino dicit? ¶ Propter nos enim
hoc ſcriptū eſt: ꝙ ſub ſpe debeat is qui arat
arare: & qui triturat ſub ſpe, ſpei ſuæ parti-
ceps eſſe debeat. Si nos uobis ſpiritualia ſe-
minauimus magnū eſt, ſi nos ueſtra carnalia
meſſuerimus? Si cæteris poteſtatis erga uos
participes ſunt, cur non potius nos? Atqui
non uſi fuimus poteſtate iſta, ſed omnia ſuſſe
rimus, ne quod offendiculum demus euange
5 lio Chriſti. ¶ An neſcitis ꝙ ij qui ſacra ope-
rantur, ex ſacro edunt? Qui altari aſſident,
unà cum altari partem accipiunt? Sic & do-
minus ordinauit, ut qui euangelium annun-
ciant, ex euangelio uiuant. Ego tamen nullo
6 horum uſus fui. ¶ Quanꝗ non ſcripſi hæc,
ut ita fiat in me. Nam bonū eſt mihi mori po
tius, ꝗ̃ ut gloriationem meā aliquis inanem
reddat. Etenim ſi euangelizem, non eſt quod
7 glorier. Neceſſitas enim mihi incūbit. ¶ Væ
aūt mihi eſt, niſi euāgelizem. Nā ſi uolēs hoc
faciā, præmiū habeo: ſin inuitus, diſpenſatio
cōmiſſa eſt mihi. Quæ igitur mihi eſt merces?
Vt euangeliū annūcians, gratuitum efficiam
euangeliū Chriſti, i. hoc, ne abutar ptāte mea
8 in euāgelio. ¶ Etenī cū liber ſim ab oib⁹, oī
bus meipm ſeruum feci, quo pluies lucrifa-
ciā: & fact⁹ ſū Iehudæis quaſi Iehudæ⁹, ut Ie
hudæos lucrifaciā: ijs q ſub lege ſūt quaſi ſim
ſub lege, ut eos qui ſub lege ſunt lucrifaciā:
his qui ſine lege ſunt tanꝗ ſim ſine lege: cū
nō ſim ſine lege deo, ſed obnoxius legi Chri
ſti, ut lucrifaciā eos q ſunt ſine lege. Fact⁹ ſū
infirmis quaſi infirm⁹, ut īfirmos lucrifaciā.
Oībus factus ſum omnia, ut omnino aliquos
9 ſeruem. ¶ Hoc aūt facio propter euāgeliū,
ut particeps illi⁹ fiam. An neſcitis ꝙ q in ſta-
dio currūt, oēs quidē currūt, ſed unus acci-
pit præmiū: Sic currite, ut cōprehēdatis. Oīs
aūt qui certet, oīa ſuſtinet: illi quidē igit̄ ut
corruptibilē coronā accipiāt, nos autem in-
10 corruptibilē. ¶ Ego itaꝗ ſic curro ut nō in
incertū: ſic pugillū certamē exerceo, nō ue-
lut aerē feriens: uerū ſubijcio corp⁹ meū, &
in ſeruitutē redigo, ne quomō cū alijs prædi
carim, ipſe reprobus efficiar.

Capitulum. 10.

1 NOlim aūt uos ignorare fra
tres, ꝙ patres nr̄i oēs ſub
nube erāt, & oēs per mare
trāſierūt, & oēs in Moſch
baptizati ſunt in nube, &
in mari, & oēs eandē eſcā
ſpūalem comedebant: et oēs eundem potum
ſpiritualē bibebant. Bibebāt eīm de ſpiritua
li, ſequente illos petra: Petra uero fuit Chri-
ſtus. Sed pluresillorum non approbauit de-
2 us: proſtrati ſunt enim in deſerto. ¶ Hæc au
tem figuræ noſtri fuerunt, ne nos ſimus cōcu
piſcētes rerū malarū, quēadmodū & illi cō-
cupierūt. Neꝗ ſimulacrorū ſitis cultores, ſi
cuti quidā illorū, quēadmodū ſcriptū eſt: Se
dit populus ut ederet ac biberet, & ſurrexe
rūt ad ludēdū. Neꝗ fornicemur, ſicuti quidā
illorū fornicati ſunt, & ceciderunt uno die
3 uiginti tria milia. ¶ Neꝗ tentemus Chri-
ſtū, ſicut & quidā illorū tentauerūt, & à ſer-
pentibus perierūt. Neꝗ murmuretis quēad
modū, et qdā illorū murmurauerūt, & perie
rūt ab exterminatore. Hæc aūt oīa figuræ cō
tigerūt illis. Scripta uero ſunt ad admonitio
nē nr̄i, in quos termini ſæculorū inciderūt.
4 ¶ Proinde q ſibi uidetur ſtare, uideat ne ca
dat. Tētatio uos nō apphēdit niſi humana.
Sed fidelis eſt deus, q non ſinet uos tentari
ſupra id quod poteſtis: imò faciet unà cum
tentatione euentum, quo poſſitis ſufferre.
5 ¶ Quapropter dilecti mei, fugite ab ſimula
crorū cultu. Vt prudentib⁹ loquor, iudicate
uos qd dico. Poculū benedictionis, cui bn̄di
cim⁹, nōne cōmunicatio ſāguinis Chriſti eſt?
Panis quem frangimus, nonne cōmunicatio

Capitulum.12.

1 Porrò de ſpiritualib⁹ fratres,no
lo uos ignorare. Scitis q̧ gētes
fuiſtis,& ad ſimulacra muta ut
cūq̧ ducebamini abducti.Qua
propter notum uobis facio, q̧
nullus per ſpiritum dei loquens
dicit anathema Ieſúah:& nemo pōt dicere do
2 minū Ieſúah niſi per ſpiritū ſanctum. ¶ Diui
ſiones autem donorum ſunt, ſed idem ſpirit⁹:
& diuiſiones miniſteriorum ſunt, ſed idem do
minus:& diuiſiões operationū ſunt, ſed idem
3 eſt deus,efficiens omnia in omnibus. ¶ Vni
cuiq̧ uero datur manifeſtatio ſpirit⁹ ad id qđ
expedit. Nam huic quidē per ſpiritū datur ſer
mo ſapientiæ: alij uero ſermo ſcientiæ ſecūdū
eundem ſpiritum: alij uero fides per eundē ſpi
ritum:alij uero dona ſanationum per eundem
ſpiritum:alij uero efficaciæ potētiarum:alij ua
ro prophetia,alij uero diſcretiones ſpirituum,
alij uero genera linguarū,alij uero interp̃tatio
linguarum : ſed omnia hæc efficit unus ille &
idem ſpiritus, diuidens particulatim unicuiq̧
4 ſicuti uult. ¶ Quēadmodū enim corpus unū
eſt,& membra habet multa:omnia uero mem
bra corporis unius,multa cum ſint,unum ſunt
corpus,ſic & Chriſtus. Etenim per unum ſpiri
tum nos omnes in unum corpus baptizati ſu
mus,ſiue Iehudæi,ſiue Græci,ſiue ſerui,ſiue li
beri, & omnes uno ſpiritu propinati ſumus.
5 ¶ Etenim corpus non eſt unum membrū,ſed
multa. Si dicat pes, non ſum manus, non ſum
de corpore,num idcirco nō eſt de corpore? Et
ſi dicat auris,non ſum oculus,non ſum de cor
pore,num ideo non eſt de corpore? Si totum
corpus oculus,ubi auditus? Si totum auditus,
6 ubi olfactus? ¶ Nunc autem deus poſuit mē
bra,uniquodq̧ ſingulatim in corpore,quem
admodum uoluit. Quod ſi eſſent omnia unum
membrum,ubi corpus? Nunc autē multa qui
dem membra,unū uero corpus. At non poteſt
oculus dicere manui, nō eſt mihi opus te: aut
rurſum caput pedibus,nō eſt mihi opus uobis
imò multo potius,quæ uidentur membra cor
poris imbecilliora eſſe,neceſſaria ſunt:& quæ
putamus minus honeſta eſſe corporis,his ho
norem uberiorē apponimus : & indecora no
7 ſtri,copioſiorem decorē habent. ¶ Cæterū
quæ decora ſunt noſtri, non opus habent: ſed
deus ſimul temperauit corpus:ei cui deerat,co
pioſiorem addens honorē, ne ſit diſſidium in
corpore, ſed inuicē alia pro alijs eandē ſollici
tudinē gerant mēbra. Et ſiue patitur unū mē
brum,ſimul patiūtur omnia mēbra:ſiue glori
ficatur unū mēbrum,ſimul gaudēt oīa mēbra.
Vos autem eſtis corpus Chriſti, & mēbra ex
8 parte. ¶ Et alios quidē poſuit deus in eccl'ia:
primū apoſtolos,deinde prophetas, tertio do
ctores,deinde poteſtates,deinde dona ſanatio
num,ſubſidia,gubernationes, genera lingua
rum. Num oēs apoſtoli? num oēs p̃phetæ? num
oēs doctores? num oēs poteſtates? num oēs do
na habent ſanationū? num oēs linguis loquun
tur? num oēs interpretanť? Sectemini uero do
na potiora. Et adhuc his excellentiorem uiam
uobis oſtendo.

Capitulum.13.

1 Si linguis hominū loquar,et ange
lorum,charitatē autē non habeam,
factus ſum æs reſonans, aut cym
2 balū tinniens. ¶ Et ſi habeā pro
phetiam,& nouerim myſteria omnia, omnēq̧
ſcientiā:& ſi habeam oēm fidem,adeo ut mon
tes loco dimoueā, charitatem autē non habeā,
3 nihil ſum. ¶ Et ſi conſumā in alimoniā oēs
facultates meas,& ſi tradam corpus meū ut cō
burar:charitatem autē non habeā, nihil utilita
4 tis capio. ¶ Charitas lōganimis eſt, benigna
eſt,charitas non inuidet, charitas nō eſt p̃cax,
non inflatur,non agit inhoneſte, non quærit
quæ ſua ſunt,non irritatur, non cogitat malū,
non gaudet ſuper iniuſtitia,ſed cōgaudet ueri
tati: omnia ſuffert,omnia credit, oīa ſperat,
omnia ſuſtinet. Charitas nunq̄ excidit:ſiue p̃
phetiæ abolebūtur,ſiue linguæ ceſſabūt, ſiue
5 ſciētia abolebiť. ¶ Ex parte eñ cognoſcim⁹,
& ex parte p̃phetamus. Aſt ubi uenerit quod
perfectū eſt,tūc quod ex parte eſt abolebitur.
6 ¶ Cū eſſem puer,ut puer loquebar,ut puer
ſentiebā,ut puer cogitabam: At ubi fact⁹ ſum
uir,aboleui puerilia. Videmus eñ nūc per ſpe
culum in ænigmate,tunc autē facie ad faciem:
nunc cognoſco ex parte, tūc uero cognoſcam
quēadmodum & cognitus ſum. Nunc aūt ma
net fides,ſpes,charitas:tria hæc,ſed maior his
charitas.

Caplm.14.

1 Sectemini charitatem,æmulemini ſpi
ritualia,magis tñ ut p̃pheteris. Nā
qui loqtur lingua,non hoīb⁹ loquiť,
ſed deo: null⁹ eñ audit:ſpiritu uero
2 loquitur myſteria. ¶ Cæterū qui prophetat,
hominibus loquiť ædificationē,& exhortatio
nem,& conſolationem. Qui loquitur lingua,
ſeipſum ædificat:at qui prophetat,congrega
3 tionē ædificat. ¶ Volo autem oēs uos loqui
linguis,magis tñ ut prophetetis. Maior enim
qui p̃phetat,q̄ qui loquitur linguis:niſi inter
pretetur, ut eccleſia ædificationem accipiat.
4 ¶ Nunc autem fratres ſi uenā ad uos linguis
loquēs,quid uobis p̃dero? niſi uobis loquar,

aut per reuelationē, aut per ſcientiā, aut ꝑ pro
phetiā, aut per doctrinā? Quin et in anima, uo
cem reddētia, ſiue tibia, ſiue cithara, niſi diſtin
ctionē ſonis dederint: quomodo cognoſcet̃ ꝙ
tibia canitur, aut cithara? Etenī ſi incertam uo
cem tuba dederit, quis apparabitur ad bellū?
Sic & nos per linguā niſi ſignificantē ſermo-
nem dederitis, quomodo intelliget̃ qđ dicit̃?
5 eritis enī in aerem loquētes. ¶ Tā multa (uer
bi grā) genera uocū ſunt in mūdo, & nihil ho
rum mutum. Itaq; ſi neſciero uim uocis, ero ei
qui loquit̃ barbarus: & qui loquitur apud me
barbar⁹. Itaq; & nos qn̄quidē ſectatores eſtis
ſpirituum, ad ædificationē eccleſiæ q̄rite ut ex
6 cellatis. ¶ Quapropter qui loquitur lingua,
oret ut interpretet̃. Nam ſi orem lingua, ſpūs
meus orat, at mens mea infructuoſa eſt. Quid
igitur eſt? Orabo ſpiritu, ſed orabo & mente.
Canam ſpū, ſed canā & mente. Alioqui ſi bñ-
dixeris ſpū, is qui ſupplet locum indocti: quo-
modo dicturus eſt. Amē, ſup tuam gratiarum
actionē? qn̄ quidē quid dicas neſcit. Nā tu qdē
bene gratias agis, uerū alius non ædificatur.
7 ¶ Gratias ago deo meo, ꝙ magis q̄ oēs uos
linguis loquor. Sed in eccleſia uolo quinq; uer-
ba mente mea loqui, ut & alios inſtituā potius
q̄ decem milia uerbor̃ lingua. Fratres, ne ſitis
pueri ſenſib⁹, ſed malitia pueri ſitis: ſenſib⁹ ue
ro perfecti ſitis. In lege ſcriptum eſt: Varijs lin
guis & labijs uarijs loquar populo huic, & ne
ſic quidē audient me, dicit dn̄s. Itaq; linguæ ſi
gni uice ſunt, non ijs qui credunt, ſed incredu
lis, contra ꝓphetia, non incredulis, ſed credē-
8 tibus. ¶ Ergo ſi cōuenerit eccleſia tota ſimul,
& oēs linguis loquātur: ingrediātur aūt indo
cti, aut increduli, nónne dicent uos inſanire?
Quod ſi oēs ꝓphetetis, ingrediat̃ aūt incredu
lus, aut indoctus, coarguitur ab oībus, diiudi-
catur ab oībus, & ſic occulta cordis eius mani
feſta fiunt, atq; ita procidens in faciem, adora
bit eum renūcians quod deus reuera in uobis
9 ſit. ¶ Quid igitur eſt fratres? Quoties conue
nitis, unuſquiſq; ueſtrum canticum habet, do
ctrinam habet, linguam habet, reuelationem
habet, interpretationē habet: oīa ad ædifica
tionē fiant. Siue lingua quis loquit̃, fiat per bi
nos aut ad ſummū ternos, idq; uiciſſim, & un⁹
interpretetur. Qđ ſi nō ſit interpres, taceat in
10 eccleſia, cæterū ſibijpſi loquat̃ & deo. ¶ Pro
phetæ uero duo aut tres loquant̃, et cæteri di-
iudicent. Porrò ſi alij fuerit reuelatum aſſiden
ti, prior taceat. Poteſtis enim ſingulatim om-
nes prophetare ut omnes diſcant, & oēs con-
ſolationem accipiant, et ſpiritus prophetarum
prophetis ſubijciuntur. Non enim eſt cōfuſio-

nis auctor deus, ſed pacis, ut in omnibus con-
11 gregatiōibus ſanctorum. ¶ Mulieres ueſtræ
in eccleſijs ſileant: nec enim permiſſum eſt illis
ut loquantur, ſed ut ſubditæ ſint: quēadmodū
& lex dicit: Quod ſi quid diſcere uolunt, do-
12 mi ſuos uiros interrogent. ¶ Nam turpe eſt
mulieribus in cœtum loqui. An à uobis ſermo
dei profectus eſt? An in uos ſolos incidit? Siqs
uidetur propheta eſſe, aut ſpiritualis: agnoſcat
quæ ſcribo uobis, quod domini ſint præcepta:
cæterum ſi quis ignorat, ignoret. Proinde fra
tres, æmulamini ut prophetetis, & loqui lin-
guis ne uetueritis. Omnia decenter, & ſecun-
dum ordinem fiant.

Capitulum. 15.

1 NOtum autē uobis facio fra-
tres euangelium quod euā-
gelizaui uobis, qđ & acce
piſtis, in quo & ſtatis, ꝑ qđ
& ſeruamini, qua ratioe an
nunciarim uobis ſi tenetis,
2 niſi fruſtra credidiſtis. ¶ Tradidi enī uobis in
primis, quod et accæpi: ꝙ Chriſt⁹ mortuus fue
rit ꝓ pctīs nr̄is, ſcđm ſcripturas, et ꝙ ſepultus
ſit, & ꝙ reſurrexit tertio die ſcđm ſcripturas,
& qđ uiſus ſit Cephæ, deinde duodecim illis:
poſtea uiſus eſt plus q̄ quingentis fratribus ſi
mul, ex quibus plures manent ad hūc uſq; diē:
quidam autem & obdormierunt. Deinde ui-
3 ſus ē Iacobo, poſt apoſtolis omnib⁹. ¶ Poſtre
mo uero omniū, uelut abortiuo uiſus eſt & mi
hi. Ego enim ſum minimus apoſtolorum, qui
non ſum idoneus ut dicar apoſtolus: ꝓpterea
ꝙ perſecutus ſim eccleſiam dei: ſed gratia dei
ſum id quod ſum. Et gratia eius quæ profecta
eſt in me, non fuit inanis, ſed copioſi⁹ q̄ illi om
nes laboraui: nō ego tamen, ſed gratia dei quæ
mihi adeſt. Siue igitur ego, ſiue illi, ſic ꝑdica-
4 mus, & ſic credidiſtis. ¶ Quod ſi Chriſt⁹ præ
dicatur à mortuis reſurrexiſſe, quomodo di-
cunt quidam inter uos, non eſſe reſurrectio-
nem mortuorum? Porrò ſi reſurrectio mortuo
rum non eſt, ne Chriſtus quidem reſurrexit.
5 ¶ Quod ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis
uidelicet eſt prædicatio noſtra, inanis autem
eſt & fides ueſtra. Reperimur autē & falſi te-
ſtes dei, quoniam teſtificati ſumus de deo, qđ
ſuſcitauerit Chriſtum: quem non ſuſcitauit, ſi
uidelicet mortui non reſurgunt. Etenim ſi
mortui non reſurgunt, ne Chriſtus quidem
6 reſurrexit. ¶ Quod ſi Chriſtus non reſurre-
xit, ſupervacanea ē fides ueſtra, adhuc eſtis in
peccatis ueſtris. Igitur & qui obdormierunt

7 in Chriſto, perierunt. ¶ Si in uita hac ſpem
in Chriſto tantum habemus, maxime miſe-
rabiles omnium hominum ſumus. Nunc au-
tem Chriſtus ſurrexit ex mortuis, primitiæ
eorum qui dormierant, fuit. Poſtq̄ enim per
hominem mors, etiã per hoiem reſurrectio
8 mortuorũ. ¶ Quemadmodũ em̃ per Adam
oẽs moriuntur, ita & per Chriſtum oẽs uiui
ficabũtur: unuſquiſq; aũt in ꝓprio ordine: pri
mitiæ Chriſtus, deinde ij qui ſunt Chriſti in
aduentu ipſius: mox finis, cum tradiderit re
gnum deo, & patri, cum aboleuerit omnem
principatũ & omnẽ poteſtatem, ac uirtutẽ.
Nam oportet eum regnare, donec poſuerit
omnes inimicos ſub pedes ſuos. Nouiſſimus
hoſtis deſtruitur mors. Nam omnia ſubie-
etiam mediator dei & hoīm, homo Chriſtus
Ieſúah q dedit ſemetipſum preciū redēptio
nis pro oībus, ut eſſet teſtimoniū temporib᾽
ſuis: in qđ poſit᾽ ſum ego preco, & aplus, ue
ritatem dico in Chriſto, nō mentior, doctor
5 gētium cū fide, & ueritate. ℂ Volo igit̄ ora
re uiros in oī loco, ſuſtollentes puras man᾽
abſq͡ ira, & diſceptatiōe. Cōſimiliter, & mu
lieres in amictu modeſto, cum uerecūdia, &
caſtitate ornare ſemetipſas, nō tortis crini-
b᾽, aut auro, aut margaritis, aut ueſtitu ſūm
ptuoſo: ſed quod decet mulieres, ꝓfitentes
pietatem ꝑ opera bona. Mulier in ſilentio di-
4 ſcat cū oī ſubiectione. ℂ Cæterū mulieri do
cere nō ꝑmitto, neq͡ auctoritatē uſupare in
uiros, ſed eſſe in ſilentio. Adā enim prior for
matus eſt, deinde Chauuáh, & Adam nō fuit
deceptus, ſed mulier ſeducta, obnoxia facta
eſt tranſgreſſioni: ſalua tn̄ fiet ꝑ generationē
liberorū, ſi manſerint in fide, ac dilectione,
& ſanctificatione cum caſtitate.

Capitulum. 3.

1 FIdelis ſermo. Si quis epiſcopa
tum appetit, honeſtū op᾽ deſi
derat. Oportet igit̄ epiſcopū
irrēprehenſibilē eſſe, uni᾽ uxo
ris maritū, uigilātē, ſobrium,
modeſtū, hoſpitalē, aptū ad do
cendū, nō uinolētū, nō ꝑcuſſorem, nō turpí
ter lucri cupidū: ſed æquū, alienū à pugna,
alienū ab auaritia: q ſuæ domui bene præſit:
qui liberos habeat in ſubiectione cum oī re-
2 uerentia. ℂ Qđ ſi qs ꝓpriæ domui præeſſe
nō nouit, quō eccleſiā dei curabit? Nō noui-
tiū, ne inflatus in condēnationē incidat calū
niatoris. Oportet aūt illū & bonū habere te
ſtimoniū ab extraneis, ne in probrū incidat,
3 & laqueū diaboli. ℂ Miniſtros itidē cōpoſi
tos, nō bilingues, nō multo uino deditos, nō
turpiter lucri auidos, tenētes myſteriū fidei
cū pura cōſcientia: atq͡ hi ꝓbent̄ prius, dein
de miniſtrēt ſic, ut nemo poſſit illos crimina
4 ri. ℂ Vxores ſimiliter modeſtias, nō calum
nioſas, ſobrias, fidas in oībus. Diaconi ſint
uni᾽ uxoris mariti, qui liberis recte præſint,
& ꝓpriis familis. Nā q bene miniſtrauerint,
gradū ſibi bonū acquirunt: & multā liberta
5 tem in fide, quæ eſt ī Chriſto Ieſúah. ℂ Hæc
tibi ſcribo, ſperans fore, ut ueniā ad te cito:
qđ ſi tardius uenero, ut noueris quō opor-
teat in domo dei uerſari: quæ eſt eccleſia dei
uiuentis, colūna &, ſtabilamentū ueritatis.
6 ℂ Et citra controuerſiam magnū eſt pieta-
tis myſteriū. Deus manifeſtatus eſt in carne,
iuſtificatus ē in ſpiritu, uiſus eſt angelis, præ
dicatus eſt gentibus: fides illi habita eſt in
mundo, receptus eſt in gloria.

Capitulum. 4.

1 SPiritus autem certo loquí-
tur, ꝙ in poſterioribus tem-
poribus deficient quidam à
fide, attendentes ſpiritibus,
ſeductoribus, ac doctrinis dæ
moniorū, ꝑ ſimulationē falſi-
loquorum, cauterio notatam habentium ꝓ-
priam conſcientiā, ꝓhibentiū cōtrahere ma-
trimoniū, iubentium abſtinere à cibis, quos
deus creauit ad ſumendū cū gratiarū actiōe
fidelibus, & his q cognouerunt ueritatē: ꝙ
quicquid creauit deus, bonū ſit, & nihil reij
ciendum, ſi cū grāꝛ actione ſumat̄. Sanctifi
2 cat̄ eīm ꝑ ſermonē dei, ac precationē. ℂ De
his, ſi cōmonefeceris fratres, bon᾽ eris mini
ſter Ieſúah Chriſti, enutritus in ſermonibus
fidei, bonæq͡ doctrinæ, quam aſſecutus es.
3 ℂ Cæterū ꝓfanas, & aniles fabulas reijce,
quin potius exerce temetipſum ad pietatē.
Nā corporalis exercitatio paululū habet uti
litatis: at pietas ad oīa utilis eſt, ut quæ pro-
miſſiones habeat uitæ præſentis ac futuræ.
Fidelis ſermo, & omni approbatione dign᾽.
Nā in hoc & laboramus, & ꝓbris afficimur,
ꝙ ſpem fixā habemus in deo uiuente, qui eſt
ſeruator omniū hominum, maxime fideliū.
4 ℂ Præcipe hæc, & doce. Nemo tuam iuuen
tutem deſpiciat, ſed eſto forma fidelium in
ſermone, in conuerſatione, in dilectione, in

5 ſpiritu,in fide,in puritate. ¶Donec uene-
ro,attende lectioni,exhortationi,doctrinæ.
Ne neglexeris quod in te eſt donum,qđ da-
tum eſt tibi per ꝓphetiam cum impoſitione
manuũ præſbyterij.Hæc exerce,in his eſto,
ut tuus profectus manifeſtus ſit in omnibus.
Attende tibiipſi & doctrinæ:perſiſte in his.
Nam id ſi feceris, teipſum ſeruabis, & eos
qui te audierint.

Capitulum.5.

1 SEniorem ne ſæuius ob-
iurges, ſed adhortare
ut patrẽ,iunioresut fra
tres,mulieres natu grã
diores ut matres,iunio
res ut ſorores cũ oĩ ca-
2 ſtitate. ¶Viduas ho-
nora, quæ uere uiduæ
ſũt. Quod ſi qua uidua liberos,aut nepotes
habet,diſcant primũ ꝓpriã domũ pie tracta
re,& uicem repẽdere maioribus.Hoc eñi eſt
honeſtum, & acceptum coram deo. Porrò
quæ uere uidua eſt,ac deſolata, ſperauit in
deo,& perſeuerauit in obſecrationibus,ac
precationibus noctu dieq;. Porrò quæ in de
3 licijs uerſatur, ea uiuens mortua eſt. ¶Et
hæc præcipe,ut irreprehẽſibiles ſint. Quod
ſi qua ſuis,& maxime familiaribus non ꝓui
det,fidem abnegauit,& ẽ infideli deterior.
4 ¶Vidua deligatur non minor annis ſexa-
ginta,quæ *fuerit* unius uiri uxor,in operibꝰ
bonis hominũ teſtimonio comprobata,ſi fi-
lios educa*uit*,*ſi* fuit *ho*ſpitalis,ſi ſanctorum
pedes lauit,*ſi* afflictis ſubminiſtrauit,ſi in oĩ
5 opere bono fuit aſſidua. ¶Porrò iuniores
uiduas reijce: cum enim laſciuire cœperint
aduerſus Chriſtum,nubere uolunt,habẽtes
condemnationem,quod primã fidem reiece
rint,ſimul autem & ocioſæ diſcũt circumire
domos.Imò non ſolũ ocioſæ,uerũetiam gar
rulæ,& curioſæ,loquẽtes quæ non oportet.
6 ¶Volo igit̃ iuniores nubere,liberos gigne
re,domum adminiſtrare,nullam occaſionẽ
dare aduerſario,ut habeat maledicẽdi cãm.
Iam eñi *nonnullæ* defluxerunt,ſecutæ ſatha
nam, Quod *ſi qs* fidelis,aut ſi qua fidelis ha
bet *uiduas*:ſuppeditet illis,& nõ oneret ec-
cleſia:ut *his* quæ uere uiduæ ſunt,ſuppetat.
7 ¶Qui bene præſunt preſbyteri,duplici ho
nore digni habeant̃:maxime hi,qui laborãt
in ſermone,& doctrina. Dicit eñi ſcriptura
Boui trituranti nõ obligabis os,& Dignꝰ ẽ
operariꝰ mercede ſua. Aduerſus præſbyterũ
accuſationẽ ne admiſeris,niſi ſub duobus,
8 aut tribus teſtibus. ¶Eos q peccãt,coram
omnibus argue:ut & cæteri timorẽ habeãt.
Obteſtor in cõſpectu dei,& dñi Ieſúah Chri
ſti,& electorũ angelorũ,ut hæc ſerues ſine
præcipitatione iudicij,nihil faciens iuxta ꝓ
9 penſionem animi. ¶Manus cito ne cui im-
ponas,neq; cõmunices peccatis alienis. Te-
metipſum purum ſerua. Ne poſthac bibas
aquam,ſed uino paululo utere propter ſto-
machum tuum,& crebras tuas ĩfirmitates.
10 ¶Quorũdam hominũ peccata ante mani-
feſta ſunt,præcedentia ad iudiciũ,quoſdam
uero & ſubſequuntur.Conſimiliter & bona
opera ante manifeſta ſunt: & ea quæ ſecus
habent,occultari non poſſunt.

Capitulum.6.

1 OVícunq; ſub iugo ſunt ſerui,
ſuos dños oĩ honore dignos
ducant,ne nomen dei,& do-
ctrina blaſphemijs afficiatur.
Qui uero fideles habent do-
minos,ne contẽnant qđ fra-
tres ſint,ſed magis inſeruiãt,ꝙ fideles ſint,
ac dilecti,qui beneficentiæ participes ſunt.
2 Hæc doce,& exhortare. ¶Siquis diuerſã
ſequitur doctrinam,& nõ accedit ſanis ſer-
monibus domini noſtri Ieſúah Chriſti,& ei
quæ ſecundũ pietatem eſt doctrinæ,is inſla-
tus eſt,nihil ſciens,ſed inſaniens circa quæ-
ſtiones,ac diſputationũ pugnas,ex quibus
naſcitur inuidia,contentio, blaſphemiæ,ſu
ſpiciones malæ,ſuperuacaneæ conflictatio-
nes hominũ mente corruptorum, & quibus
adempta eſt ueritas,qui exiſtimãt quæſtum
eſſe pietatẽ. Seiungere ab his qui eiuſmodi
3 ſunt. ¶Eſt aũt quæſtus magnus,pietas cũ
ſufficiẽtia. Nihil eñi intulimus in mundũ,ui-
delicet nec efferre quicquã poſſumus:ſed ha
bentes alimenta,& qbus tegamur,his con-
4 tenti erimus. ¶Cæterum qui uolunt dite-
ſcere,incidũt in tentationem,& laqueũ,&
cupiditates multas,ſtultas,ac noxias, quæ
demergunt homines in exitium,& interitũ.
5 ¶Siquidem radix omniũ malorũ eſt auari
tia,quam quidam dum appetunt,aberraue-
runt à fide,& ſeipſos implicuerũt doloribꝰ.
multis: Tu uero homo dei, iſta fuge:ſectare
aũt iuſtitiã,pietatem,fidem,charitatem,pa-
tientiã,manſuetudinem:certa bonum certa
men fidei,appræhende uitã æternã,ad quã
& uocatꝰ es,& cõfeſſꝰ es bonã cõfeſſione co
6 rã multis teſtibꝰ. ¶Præcipio tibi in cõſpe
ctu dei,qui uiuificat omnia,&, Ieſúah Chri-
ſti,qui teſtatam fecit ſub Põtio Pilato bonã

confeſſionem, ut ſerues præceptũ, immacu-
latus, irreprehenſibilis uſq; ad apparitionẽ
domini noſtri Ieſúah Chriſti: quã temporib⁹
ſuis oſtenſurus eſt ille beatus, & ſolus prin-
ceps, rex regnantiũ, & dñs dñantiũ: q ſolus
habet imortalitatẽ, lucẽ habitãs inacceſſam,
quẽ uidit nemo hominũ, neq; uidere poteſt:
cui honor, & imperium ſempiternũ, Amen.
7 ¶ His qui diuites ſunt in præſenti ſæculo
præcipe, ne elato ſint animo, neq; ſpem po-
nant in diuitijs incertis, ſed in deo uiuente,
qui præbet nobis omnia affatim ad fruẽdũ,
ut bñ faciant, ut diuites ſint operibus bonis,
ut faciles ſint ad impartiendũ: libenter com
municantes, recondentes ſibipſis fundamen
tum bonum in poſterum, ut apprehendant
8 æternã uitã. ¶ O Timothee, depoſitum ſer
ua, deuitans profanas uocũ inanitates, & op
poſitiones falſo noĩatæ ſcientiæ, quam nõ-
nulli profitentes, circa fidem aberrauerunt,
Gratia ſit tecum, Amen.

Miſſa fuit ex Laodicea, quæ eſt Metro
polis Phrygiæ Pacatianæ.

¶ PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEOLOGIAE DOCTO. EPISTOLA. II.

Capitulum. I.

1 PAulus apoſtolus
Ieſúah Chriſti,
per uoluntatem
dei, ſecũdm pro
miſſionem uitæ,
quæ eſt in Chri-
ſto Ieſúah, Ti-
motheo dilecto fi
lio: Gratia, miſe
ricordia, pax à
deo prẽ & Chri-
2 ſto Ieſúah dño nr̃o. ¶ Gratiam habeo deo,
cui ſeruio à maioribus cũ pura cõſciẽtia, qđ
citra ullam intermiſſionẽ faciã de te mentio
nẽ in præcatiõibus meis noctu dieq;, deſide
rans te uidere, memor tuarũ lachrymarũ, ut
gaudio replear, ubi cõmonefact⁹ fuero ei⁹, q̃
eſt in te nõ ſimulatæ fidei, quæ habitauit pri
mũ in auia tua Loide, & matre tua Eunica:
3 certũ aũt ſcio, qđ i te quoq;. ¶ Quã ob cãm
cõmonefacio te, ut ſuſcites donũ dei qđ ẽ ĩ te
ꝑ ĩpoſitionẽ manuũ mearũ. Nõ eñ dedit no-
bis de⁹ ſpũm timiditatis, ſed potẽtiæ ac dile
4 ctionis, & ſobrietatis. ¶ Ne igit̃ te pudeat
teſtimonij dñi nr̃i, neq; te pudeat mei, q ſum
uinctus illius: ſed eſto particeps afflictionum
euãgelij iuxta potentiam dei, q ſaluos fecit
nos, & uocauit uocatiõe ſancta: nõ ſecđm ope
ra nr̃a, ſed ſecđm ſuũ propoſitũ, & gratiã, q̃
data qdẽ ẽ nobis ꝑ Chriſtũ Ieſúah ante tẽpo
pora æterna, ſed palàm facta ẽ nũc ꝑ appari-
tionẽ ſeruatoris nr̃i Ieſúah Chriſti, q mortẽ
qdẽ aboleuit, uitã aũt in lucẽ ꝓduxit, ac im-
mortalitatẽ ꝑ euãgeliũ, i qđ poſit⁹ ſum ego
præco, & apoſtolus, ac doctor gentiũ, quam
ob cãm & hæc patior, attamen nõ erubeſco.
Noui eñ, certuſq; ſum qđ is cui credidi, po-
tẽs ſit depoſitum meũ cuſtodire in illũ diẽ.
5 ¶ Formã habeto ſanarũ ſermonum, quos à
me audiſti cum fide, & charitate, quæ eſt in
Chriſto Ieſúah. Bonũ depoſitũ ſeruato per
ſpiritũ ſanctũ, qui inhabitat in nobis. Noſti
hoc ꝙ aſpernati fuerint me oẽs q ſunt ĩ Aſia:
6 quorũ eſt Phygel⁹, & Hermogenes. ¶ Det
miſericordiã dñs Oneſiphori familiæ, qm̃ ſæ
pe me refocillauit, & catenã meam non eru-
buit: ſed cũ eſſet Romæ, ſtudioſius quæſiuit
me, & inuenit, Det ei dñs, ut inueniat miſeri
cordiam apud dñm in die illo. Et quæcunq;
Epheſi miniſtrauerit, melius tu noſti.

Capitulum. 2.

1 TV igit̃ fili mi, fortis eſto
in gr̃a, quæ eſt ꝑ Chri-
ſtũ Ieſúah: & ĩ his, quæ
audiſti à me ꝑ multos te
ſtes. Hæc cõmenda fide
libus hoĩbus, qui erunt
idonei ut alios quoq; do
2 ceant. ¶ Tu igit̃ feras
afflictionẽ ut bonus miles Ieſúah Chriſti. Ne
mo qui militat, implicatur uitæ negocijs, ut
ei q ſe in militiam delegit, placeat Quod ſi
certet etiam aliquis, nõ coronatur niſi legiti
me certauerit. Laborantem agricolam opor
tet primũ de fructibus ꝑcipere. Cogita quæ
dico. Det enim tibi dominus in omnibus in-
3 tellectum. ¶ Memento Ieſúah Chriſtum re
ſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid, ſecũ
dum euangelium meum, in quo malis affli-
gor, quaſi facinoroſus uſq; ad uincula. At ſer
4 mo dei nõ fuit uinctus. ¶ Propterea omnia
ſuffero propter electos, ut & ipſi ſalutem
conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſúah,
cum gloria æterna. Fidelis ſermo. Nam ſi cõ
mortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſufferimus,
& conregnabimus: ſi negamus, & ille ne-
gabit nos: ſi increduli ſum⁹, ille fidelis manet,

5 negare ſeipſum non poteſt. ¶ Hæc admone,
conteſtans coram domino, ne uerborum pu-
gnas ſequantur, ad nullam utilitatem, ad ſub-
uerſionem audientium. Stude teipſum proba
tum exhibere deo, operarium non erubeſcen
6 dum, recte ſecantem ſermonẽ ueritatis. ¶ Cæ-
terum profanas uocum inanitates prætermit-
tito: ad maiorem enim proficient impietatem:
& ſermo illorum ut cancer morbus, paſtionẽ
habebit: quorum de numero eſt Hymenæus et
Philetus, qui circa ueritatem aberrarunt dicẽ-
tes, reſurrectionem iam eſſe factam, & ſubuer
7 tunt quorundam fidem. ¶ Solidum tamen
fundamentum dei ſtat, habẽs ſignaculum hoc:
Nouit dominus qui ſunt ſui, & diſcedat ab ini-
quitate omnis qui nominat nomẽ Chriſti. Cæ
terum in magna domo non tantum ſunt uaſa
aurea & argentea, uerumetiam lignea, ac te-
ſtacea, & alia quidem in honorem, alia uero in
8 contumeliam. ¶ Siquis igitur expurgarit ſe-
ipſum ab his, erit uas in honorem ſanctifica-
tum, accommodum uſibus domini, ad omne
opus bonum præparatum. Iuueniles autem cõ
cupiſcẽtias fuge: ſectare uero iuſtitiam, fidem,
charitatem, pacem, cum his qui inuocant do-
minum ex puro corde. Stultas autem, & ineru
ditas quæſtiones reſpue, ſciens, eas parere pu-
gnas. Porrò ſeruum domini non oportet pu-
gnare, ſed placidum eſſe erga omnes, propen
ſum ad docendum, tolerantem malos cũ man
ſuetudine, erudientem eos qui obſiſtunt, ſi quã
det illis deus pœnitentiam ad agnoſcendũ ue-
ritatem, & reſipiſcât è diaboli laqueo, capti ab
eo ad ipſius uoluntatem.

Capitulum. 3.

1 ILlud autẽ ſcito quod in ex-
tremis diebus inſtabũt tem
pora periculoſa. Erũt enim
homines ſui amantes, aua-
ri, faſtuoſi, ſuperbi, blaſphe
mi, parentibus inobedien-
tes, ingrati, impij, carentes affectu, neſcij fœde
ris, calumniatores, intẽperantes, immites, ne-
gligentes bonorũ, proditores, præcipites, in-
flati, uoluptatum amantes potius quàm aman
tes dei: habentes formam pietatis, ſed qui uim
2 eius abnegarint. ¶ Et iſtos auerſare: ex his
enim ſunt qui ſubeunt in familias, & captiuas
ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ du
cuntur concupiſcentijs uarijs, ſemper diſcen-
tes, nequãq̃ ad cognitionem ueritatis uenire
3 ualentes. ¶ Quemadmodum autem Iannes
& Iambres reſtiterunt Moſéh, ita & hi reſiſtũt
ueritati, homines mente corrupti, reprobi cir-
ca fidem, ſed non proficient amplius. Siquidẽ
amentia iſtorum euidens erit omnibus, quẽad
4 modum & illorum fuit. ¶ Tu uero aſſectatus
es doctrinam meam, inſtitutionem, propoſi-
tum, fidem, longanimitatem, charitatem, pa-
tientiam, perſecutiones, afflictiones: quæ mihi
acciderũt Antiochiæ, Iconij, Lyſtris, quas per
ſecutiones ſuſtinuerim. Et ex omnibus eripuit
me dominus: ſed & omnes, qui uolunt pie ui-
uere in Chriſto Ieſúah, perſecutionem patien
5 tur. ¶ Porrò mali hoĩes, & impoſtores profi
cient in peius, dum & in errorem adducũt, &
errant ipſi. At tu perſiſtito in his quæ didiciſti,
& quæ tibi concredita ſunt: ſciens à quo didi
ceris, & quod à puero ſacras literas noueris,
quæ te poſſunt eruditum reddere ad ſalutem
per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſúah. Omnis
ſcriptura diuinitus inſpirata, et utilis ad doctri
nam, ad redargutionem, ad correctionem, ad
inſtitutionem, quæ eſt in iuſtitia: ut integer ſit
dei homo, ad omne opus bonũ apparatus.

Capitulum. 4.

1 OBteſtor igitur ego coram deo,
& domino Ieſúah Chriſto, qui
iudicaturus eſt uiuos, & mor-
tuos in apparitione ſua, & in re
gno ſuo. Prædica ſermonẽ, in-
ſta tempeſtiue, intempeſtiue: argue, increpa,
exhortare cum omni longanimitate & doctri
2 na. ¶ Nam erit tempus, cum ſanam doctrinã
non ſuſtinebunt: ſed iuxta concupiſcẽtias ſuas
coaceruabunt ſibi doctores, hi quibus pruriũt
aures, & à ueritate quidem auditum auertent,
ad fabulas uero conuertentur. At tu uigila in
omnibus, feras afflictiones, opus fac euange-
liſtæ, miniſterium tuum plenum reddito. Nam
ipſe iam immolor, & tempus meæ reſolutio-
3 nis inſtat. ¶ Certamen bonum decertaui,
curſum conſummaui, fidem ſeruaui: Quod ſu
pereſt, repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona quam
reddet mihi dominus in illo die, qui eſt iuſtus
iudex, non ſolum autem mihi, ſed & omnibus
qui diligunt aduentum ipſius. Da operam ut
uenias ad me cito. Nam Demas me reliquit,
quum dilexerit præſens ſæculum, & profectꝰ
eſt Theſſalonicam, Creſcens in Galatiam, Ti-
tus in Dalmatiam. Lucas mecum eſt ſolus. Mar
cum aſſumptum adducito unà tecum, eſt enim
mihi perutilis ad miniſterium. Porrò Tychicũ
miſi Epheſum. Penulam quam reliqui Troade
apud Carpum, cum uenies, apporta, & libros,
4 maxime autem membranas. ¶ Alexãder fa-

ber ærarius multis malis me affecit, reddat illi
dominus iuxta facta ipſius: quem & tu caue.
Vehemēter enim reſtitit ſermonibus noſtris.
In prima mea defenſiōe nemo mihi adfuit, ſed
omnes me deſeruerūt, ne illis imputetur, ſed
dominus mihi adfuit, & corroborauit me: ut
per me præconium expleretur, & audirēt om
nes gentes: & ereptus fui ex ore leonis, & eri
piet me dominus ab omni facto malo, ſeruabit
q; in regnum ſuum cœleſte: cui gloria in ſæcu-
5 la ſæculorum. Amen. ❡ Saluta Priſcam et Aqui
lam, & Oneſiphori familiam. Eraſtus manſit
Corinthi, Trophimum autem reliqui in Mile-
to languentem. Da operā ut uenias ante hye-
mem. Salutat te Eubulus, & Pudēs, & Lynus,
& Claudia, & fratres omnes. Domin' Ieſúah
Chriſtus cum ſpū tuo. Gratia nobiſcū. Amen.

❡ Scripta ē Roma ad Timotheū ſecūda, cum
Paulus iterum ſiſteretur Cæſari Neroni.

❡ EPISTOLA PAVLI AD TITVM, INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI ORDINIS PREDICATORVM, SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORE.

Capitulum. I.

1 PAVLVS SER-
uus dei, apoſto-
lus autē Ieſúah
Chriſti iuxta fi-
dem electorum
dei, & agnitio-
nem ueritatis, q̄
eſt ſecundū pie-
tatem in ſpe ui-
tæ æternæ, quā
promiſit is, qui
mentiri neſcit deus ante tempora æterna. Ma-
nifeſtauit autem temporibus ſuis ſermonem
ſuum per prædicationē cui præfectus ſum ego
ſecundum iniunctionem ſeruatoris noſtri dei.
Tito uero filio iuxta communem fidem. Gra-
tia, miſericordia, pax à deo patre, & domino
2 Ieſúah Chriſto ſeruatore noſtro. ❡ Huius rei
gratia reliqui te in Creta: ut quæ deſunt ſuper
corrigas, & conſtituas per ciuitates preſbyte
ros, ſicut ego tibi ordinaram. Siquis eſt incul-
patus unius uxoris uir, liberos habēs fideles,
non in accuſatione luxus, aut proteruum.
3 ❡ Oportet enim epiſcopum inculpatum eſſe
tanquam dei diſpenſatorem: non proteruum
non iracundum, non uinoſum, non percuſſo-
rem, non turpiter lucro deditum: ſed hoſpita-
lem, amantem bonos, ſobrium, iuſtum, pium,
temperantem, tenacem eius qui ſecundum do
ctrinam eſt, fidelis ſermonis: ut potens ſit etiā
exhortari per doctrinam ſanam, & contradi-
4 centes conuincere. ❡ Sunt enim multi incō-
poſiti, & uaniloqui, & mētium ſeductores, ma
xime hi qui ſunt ex circunciſione, quib' opor
tet obturare os, qui totas domos ſubuertunt,
docentes quæ non oportet, turpis lucri gra-
5 tia. ❡ Dixit quidam ex iſtis proprius ipſorum
propheta: Cretenſes ſemper mendaces, malæ
beſtiæ, uentres pigri: teſtimonium hoc eſt ue-
rum. Quam ob cauſam redarguito illos ſæue-
riter, ut ſani ſint in fide: non attēdentes Iehu-
daicis fabulis, & præceptis hominum, auerſan
6 tium ueritatem. ❡ Omnia quidem pura pu-
ris. Porro pollutis, & infidelibus nihil eſt pu-
rum, ſed polluta eſt illorū & mens, & conſcien
tia. Deum profitentur ſe ſcire, cæterum factis
negant: cum ſint abominabiles, & inobedien
tes, & ad omne opus bonum reprobi.

Capitulum. 2.

1 TV uero loquere quæ decent, ſa
nam doctrinam. Senes, ut ſobrij
ſint, graues, modeſti, ſani fide,
2 charitate, patientia. ❡ Anus
itidem, ut in habitu ſint qui re-
ligionem deceat: non calumnia
trices, non uino multo ſeruientes: ut honeſta
doceant, quo poſſint modeſtas reddere adole
ſcentulas: ut maritos ſuos diligant, ut liberos
ament, ut ſobriæ ſint, puræ, domus cuſtodes,
bonæ, ſubditæ ſuis uiris, ne ſermo dei blaſphe
3 mijs afficiatur. ❡ Adoleſcentes conſimiliter
adhortare, ut ſobrij ſint, per omnia teipſ-
ſum præbēs formam bonorum operum in do
ctrina, integritatem, grauitatem, ſermonem
ſanum, irreprehenſibilem: ut is qui repugnat,
rubore ſuffundatur, nihil habens quod de no
4 bis dicat mali. ❡ Seruos hortare, ut ſuis do-
minis pareant, in omnibus illis placeant: non
contradicentes, non ſuffurātes, ſed fidem om
nem oſtendentes bonam, ut doctrinam ſerua-
5 toris noſtri dei ornent in omnibus. ❡ Appa-
ruit enim gratia dei, ſalutifera omibus homi-
nibus, erudiens nos, ut abnegatis impietate,
& mundanis concupiſcentijs, ſobrie, & iuſte,
& pie uiuamus in præſenti ſæculo, expectan-
tes beatam illam ſpem, & apparitionem glo-
riæ magni dei, & ſeruatoris nr̄i Ieſúah Chri-
ſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut redime
ret nos ab omni iniquitate, & purificaret ſi-

bijpſi populum peculiarem æmulatorem bo
norum operum. Hæc loquere, & hortare, &
argue cũ omni imperio. Nemo te deſpiciat.

Capitulum.3.

1 ADmoneto illos, ut principati-
bus, ac poteſtatibus, ſubditi
ſint, ut magiſtratibus pareãt,
ut ad omne opus bonum ſint
parati, ne de quoquam male
dicant, ne ſint pugnaces, ſed humani, omnẽ
exhibentes mãſuetudinẽ erga omnes homi
nes. Nam eramus quondam, & nos ſtulti, mo
bedientes, errantes, ſeruientes deſiderijs, ac
uoluptatibus uarijs, in malitia, & inuidia de
gentes, odioſi, inuicem odio proſequentes.
2 ¶ At poſtquam bonitas, & erga homines
amor apparuit ſeruatoris noſtri dei, non ex
operibus quæ ſunt in iuſtitia, quæ faciebã-
mus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam
ſaluos nos fecit per lauacrũ regenerationis,
ac renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit
in nos opulente, per Ieſúah Chriſtum ſerua-
torem noſtrum, ut iuſtificati illius gratia, hæ
redes efficeremur iuxta ſpẽ uitæ æternæ. Fi-
3 delis ſermo. ¶ De his uolo ut cõfirmes, quo
ſolliciti ſint, ut bonis operibus præſint qui
crediderunt deo. Hæc enim ſunt honeſta, &
utilia hominibus; Stultas autẽ quæſtiones,
& genealogias, & contentiones, ac pugnas
legales omitte: ſunt enim inutiles, & ſuper-
uacaneæ. Hæreticum hominem poſt unã, &
alteram admonitionem deuita: ſciens ꝙ euer
ſus ſit, qui eiuſmodi eſt, & peccet per ſe dam
4 natꝰ. ¶ Cum autem miſero Arteman ad te,
aut Tychicum, da operã ut uenias ad me Ni-
copolim: nam illic decreui hybernare. Zenam
legiſperitum, & Apollo ſtudioſe deducito,
ne quid illis deſit. Diſcant autem & noſtri bo
nis operibus præeſſe, ad neceſſarios uſus, ut
non ſint infrugiferi. Salutant te, qui mecum
ſunt omnes. Saluta eos qui diligũt nos in fi-
de. Gratia cum omnibus uobis, Amén.

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

¶ AD PHILEMONEM EPISTOLA PAV
LI INTERPRETE EODEM SANCTE PA
GNINO LVCENSI SACRAE THEO LO
GIAE DOCTO.

Capitulum.I.

1 PAVLVS uinctus
Chriſti Ieſúah, &
Timotheꝰ fr. Phile-
moni dilecto, et col
legæ noſtro, & Ap
phiæ dilectæ, & Ar
chippo cõmilitoni
noſtro, & quæ do-
mi tuæ eſt cõgrega
tiõi: Gratia uobis,
& pax à deo patre noſtro, & domino Ieſúah
2 Chriſto. ¶ Gratias ago deo meo, ſemper mẽ
tionẽ tui faciẽs in orationibꝰ meis, cum au-
diam tuam charitatem, ac fidem, quam ha-
bes erga dñm Ieſúah, & erga omnes ſanctos:
ut cõmunicatio fidei tuæ efficax fiat in agni
tiõe omnis boni, quod eſt in uobis erga Chri
ſtum Ieſúah. Gaudium enĩ habemus multũ,
& conſolationem in dilectione tua, ꝙ uiſcera
3 ſanctorũ refocillata ſunt ꝑ te frater. ¶ Qua
propter quãuis multã in Chriſto fiduciã ha-
beã iniũgendi tibi, id quod officij tui erat: ta
men propter charitatẽ potius rogo, cũ talis
ſim, nẽpe Paulus ſenex, nũc aũt etiã uinctꝰ Ie
4 ſúah Chri. ¶ Rogo te ꝓ filio meo, quẽ ge-
nui ĩ uinculis meis Oneſimo quõdã tibi inu
tili, nũc uero tibi, & mihi perutili quẽ remi-
ſi. Tu autẽ eum, hoc eſt, uiſcera mea ſuſcipe,
quẽ ego cupiebã apud me retinere, ut pro te
miniſtraret mihi in uĩculis euãgelij, ſed abſq;
tua ſentẽtia nihil uolui facere, ne uelut ex ne
ceſſitate bonũ tuũ eſſet, ſed ſpontaneũ. Nam
propterea forſitan ſeceſſit ad tẽpus, ut æter
nũ eum reciperes. non iam ut ſeruũ, ſed ſu-
pra ſeruũ, nẽpe fratrẽ dilectũ, maxime mihi:
quãto aũt magis tibi, & in carne, & in dño?
Si igitur me habes conſortẽ, ſuſcipe illũ tan
ꝙ me. Quod ſi qd læſit te, aut debet, hoc mi
5 hi imputato. ¶ Ego Paulus ſcripſi mea ma-
nu. Ego rependã, ut ne dicã tibi, quod etiam
teipſum mihi inſuꝑ debes. Etiam frater. Ego te
fruar in dño. Refocilla mea uiſcera in domi-
no. Confiſus de obediẽtia tua ſcripſi tibi,
ſciẽs, quod etiam ultra quã dico, facturꝰ ſis.
Simul aũt etiã præpara mihi hoſpitiũ, Spero.
enim, quod auxilio orationũ ueſtrarũ dona-
bor uobis. Salutant te Epaphras cõcaptiuus
meꝰ in Chriſto Ieſúah, Marcus, Ariſtarchus,

Demas, Lucas, adiutores mei. Gratia dñi no
ſtri Ieſuah ſit cum ſpiritu ueſtro, Amen.

Miſſa fuit è Roma per Oneſimum ſeruum.

ℭ BEATI PAVLI APOSTOLI EPISTOLA AD HEBRAEOS INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEOLOGIAE DOCTO.

Capitulum. I.

1 MVltifariã, mul-
tiſq; modis olĩ
deus locut' pa-
trib' p pphetas
extremis dieb'
hiſce locut' eſt
nobis p filium,
quem cõſtituit
hæredẽ omniũ:
p quẽ etiã ſæcu
la fecit, qui cũ
ſit ſplendor glo
riæ, & ĩpreſſa imago ſubſtãtiæ illius, ferẽſq;
oĩa uerbo potẽtiæ ſuæ, p ſemetipſum purga
tione facta peccatorũ nrorũ, cõſedit in dex-
tra maieſtatis in excelſis: tanto præſtãtior fa
ctus angelis, quãto excellẽtius præ illis hæ-
2 reditate ſortitus eſt nomen. ℭ Nã cui dixit
unquã angelorũ: Filius me' es tu, ego hodie
genui te? Ac rurſum: Ego ero ei in patrẽ, &
ipſe erit mihi in filiũ. Rurſum aũt cũ inducit
primogenitũ in orbẽ terrarũ, dicit: Et adorẽt
3 eum oẽs angeli dei. ℭ Et ad angelos quidẽ
dicit: Qui facit angelos ſuos ſpũs, & mini-
ſtros ſuos ignis flammam. Ad filium autem:
Thronus tuus deus in ſæculum ſæculi, uir-
ga rectitudinis, uirga regni tui. Dilexiſti iu
ſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea un-
xit te deus, deus tuus, oleo exultationis ul-
4 tra conſortes tuos. ℭ Et tu in initio domine
terram fundaſti, & opera manuum tuarum
ſunt cœli: ipſi peribunt, tu autem permanes,
& omnes ut ueſtimentum ueteraſcent, ac ue
lut amictum circũuolues eos, & mutabun-
tur: tu autem idem es, & anni tui non defi-
5 cient. ℭ Ad quem autem angelorum dixit
unquam: Sede à dextris meis, donec poſue-
ro inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?
Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus,
qui in miniſterium emittuntur propter eos,
qui hæredes erũt ſalutis?

Capitulum. 2.

1 PRopterea oportet nos ue-
hementius attendere his q̃
dicta ſunt nobis, ne qñ per
fluamus. Etenĩ ſi is q per an
gelos dictus fuerat ſermo,
fuit firmus, & omnis tranſ-
greſſio, & inobediẽtia iuſtã
præmij repẽſationẽ accæpit, quõ nos effugie
mus, ſi tantam neglexerimus ſalutẽ: quæ cũ
primũ enarrari cœperit per ipſum dñm, ab
his qui audierant, in nos confirmata fuit, at-
teſtante deo, & ſignis, & pdigijs ſimul, ua-
rijſq; uirtutibus, & ſpũs ſancti diſtributioni
bus, iuxta ipſius uoluntatẽ. Non enĩ angelis
ſubiecit orbẽ terræ futurũ, de quo loquimur
2 ℭ Teſtat' eſt aũt alicubi quidã, dicẽs. Quid
eſt hõ quod memor es ei': aut filius hominis,
quod uiſitas illũ? Minuiſti eũ puſillũ qd infra
angelos, gloria, & honore coronaſti eum, et
conſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ. Om
nia ſubiecisti ſub pedibus eius. In hoc enĩ qđ
ei ſubiecit omnia, nihil omiſit illi non ſubie-
ctum. At nondũ uidem' illi oĩa eſſe ſubiecta.
3 ℭ Eũ uero qui puſillũ quid ĩfra angelos di-
minutus, cernimus Ieſuah propter cruciatũ
mortis, gloria, & honore coronatũ, ut p gra
tiam dei, pro omni guſtaret mortẽ. Decebat
enĩ eũ, propter quẽ ſunt oĩa, & per quẽ ſunt
oĩa, ut multis filijs in gloriã adductis, princi
pẽ ſalutis illorũ per afflictiones perfectũ red
deret, q̃nquidẽ & qui ſanctificat, & qui ſan-
4 ctificant, ex uno ſunt oẽs. ℭ Quã ob cauſã
nõ erubeſcit frẽs illos uocare, dicẽs: Annũcia
bo nomẽ tuũ fratrib' meis, in medio eccleſiæ
laudabo te. Et rurſum: Ego ero fidens in illo.
Et iterũ: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit
de'. Poſteaquã igitur pueri cõmerciũ habẽt
cũ carne, & ſanguine, & ipſe ſimiliter parti-
ceps factus eſt eorundẽ, ut per mortẽ abole-
ret eũ qui mortis habebat ĩperiũ: hoc eſt, dia
bolũ, & liberos redderet eos, quicunq; metu
mortis per oẽm uitã obnoxij erãt ſeruituti.
5 ℭ Nõ enĩ uidelicet ãgelos aſſumit, ſed ſemẽ
Abrahæ aſſumit. Vnde debuit per oĩa fratri
bus aſſimilari, ut miſericors eſſet, & fidelis
pontifex, in his quæ ad deum forent, ad ex-
piandum peccata populi. Nam in quo paſſus
eſt ipſe tentatus, poteſt & ijs qui tentantur
auxiliari.

Capitulum. 3.

1 VNde fratres ſancti,uocatiōis cœ-
leſtis participes,conſiderate apo
ſtolum, & principem ſacerdotū
confeſſionis noſtræ Chriſtum Ie
ſúah,quod fidelis ſit ei qui ip̄m
conſtituit,quēadmodum & Moſch in tota do-
mo ipſius. Tanto namq; maiore gloria, quàm
Moſch hic dignus eſt habitus, quanto maiorē
habet honorem is qui cōſtruxit domū, quàm
ipſa domus. Omnis enim domus cōſtruitur ab
aliquo. Porrò qui condidit omnia, deus eſt.
2 ❡Et Moſch quidem fidelis fuit in tota domo
illius,uelut miniſter, in teſtimonium eorum,
quæ poſt dicenda erant. At Chriſtus tanquā fi
lius fuit in domo ipſius cuiꝰ domus ſumꝰ nos,
ſi audaciam,& gloriationem ſpei, ad finē uſq;
3 firmam tenuerimus. ❡Quapropter ſicut di
cit ſpiritus ille ſanctus. (Hodie ſi uocem eiꝰ au
dieritis,ne obduretis corda ueſtra,ſicut in exa
cerbatione, in die tentationis in deſerto, ubi
tentauerunt me patres ueſtri,probauerūt me,
& uiderunt opera mea quadraginta annis.
Quapropter infenſus fui generationi illi,et di
xi: Semper errant corde,ipſi uero non cogno
uerunt uias meas,ſicut iuraui in ira mea,ſi in-
4 greſſuri ſunt in requiem meā.) ❡Videte fra
tres,ne quādo ſit in ullo ueſtrum cor prauum,
incredulitate, ut deſiſcat à deo uiuente, ſed
exhortemini uos inuicē quotidie, quoad dies
hodiernus uocatur, ne quis ex uobis indure-
tur ſeductione peccati. Participes enim facti
ſumus Chriſti,ſi tamē initium ſubſtantiæ, uſq;
5 ad finem firmum tenuerimus. ❡In hoc quod
dicitur: hodie ſi uocem eiꝰ audieritis, ne obdu
retis corda ueſtra,ſicut in exacerbatiōe. Nam
quidam cum audiſſent,exacerbauerunt:at nō
omnes qui profecti fuerant ex Aegypto per
6 Moſch. ❡Quibus autem infenſus fuit qua-
draginta annis,nonne ijs,qui peccauerāt,quo
rum membra conciderunt in deſerto? Quibus
autē iurauit,nō ingreſſuros in requiē ſuā, niſi
ijs qui non obedierāt? Et uidemus, ꝙ non po-
tuerint ingredi propter incredulitatem.

Capitulum. 4.

1 MEtuamus igitur,ne quando dere
licta promiſſione introeūdi in re
quiem eius, uideatur aliquis ex
uobis fuiſſe fruſtratus. Etenī no
bis annunciatum eſt, quēadmo-
2 dum & illis. ❡At non profuit illis ſermo au-
ditionis,ꝙ is non eſſet cum fide cōmixtus, ijs
qui audierant. Introimus enī in requiem, nos
qui credidimus,quēadmodū dixit: Sicut iura-
ui in ira mea,ſi ingreſſuri ſint in requiē meā,
ſcilicet operibus à conſtitutione mundi factis.
3 ❡Dixit enim quodam in loco de ſeptimo die
ſic: Et requieuit deus die ſeptimo ab omnibus
operibus ſuis. Et in hoc rurſum: Si introibunt
4 in requiem meam. ❡Poſteaq; igitur illud re-
liquū eſt,aliquos introire in eā, & quibꝰ prius
annunciatum fuit, non introierunt ꝓpter in-
credulitatem, rurſum quēdam præfinit diem,
hodie,in Dauid dicens,poſt tantum temporis
quēadmodum dictum eſt: Hodie ſi uocem eius
audieritis,ne obduretis corda ueſtra. Nā ſi eis
Ieſúah requiem præſtitiſſet, nequaq; de alio
poſt hæc die locutus fuiſſet. Itaq; relinquit ſab
batiſmus populo dei. Nam qui ingreſſus eſt in
requiem illius, & ipſe requieuit ab operibus
5 ſuis,quēadmodum à ſuis deus. ❡Studeamꝰ
igitur ingredi in illam requiem, ne quis eodē
concidat incredulitatis exemplo. Viuus eſt enī
ſermo dei,& efficax,& penetrantior quouis
gladio bicipiti, ac pertingens uſq; ad diuiſio-
nem animæ,ſimul ac ſpiritus,compagumq;,et
medullarum,& diſcretor cogitationum, & in
tentionum cordis: nec eſt ulla creatura, q̄ non
manifeſta ſit in conſpectu illius. Sed omnia nu
da,& reſupinata oculis eiꝰ,ad quem nobis eſt
6 ſermo. ❡Habētes igitur pontificē magnum
qui penetrauit cœlos, Ieſúah filium dei,tenea
mus confeſſionem. Non enim habemus ponti
ficem,qui non poſſit cōpati infirmitatibus no-
ſtris,ſed tentatum per omnia, iuxta ſimilitudi
nem abſq; peccato. Accedamus igitur cum fi-
ducia ad thronum gratiæ,ut conſequamur mi
ſericordiam, & gratiam inueniamus ad oppor
tunum auxilium.

Capitulum. 5.

1 NAm omnis princeps ſacerdotū qui
ex hominibus aſſumitur, pro homi
nibus conſtituitur, in his q̄ ad deum
ſunt, ut offerat donaria & uictimas
pro peccatis, moderate ferre ualens ignorātes
& errantes, quandoquidem & ipſe circūdatus
eſt infirmitate. Et propter hanc debet,quēad-
modum pro populo,ita & pro ſeipſo immola
2 re pro petis. ❡Nemo ſibijpſi uſurpat hono-
rem,ſed qui uocat̃ à deo, quemadmodum, &
Aharon. Ita & Chriſtus non ſemetipſum glo-
rificauit,ut fieret princeps ſacerdotum, ſed is
qui dixerat illi: Filius meus es tu, ego hodie ge
nui te. Sicut & alibi dicit: Tu es ſacerdos ī æter
3 num ſecūdum ordinem Malchiſédec. ❡Qui
in diebus carnis ſuæ,cum & precatiōes & ſup
plicationes apud illum, qui poterat ipſum à
morte ſeruare,cum clamore ualido & lachry-

mis obtuliſſet, & exauditꝰ eēt à pietate, tãetſi
filius erat, tamen didicit ex his quæ paſſus eſt
obedientiam, ac perfectus redditus, oĩbus qui
ſibi obedierunt, fuit cauſa ſalutis æternæ, co-
gnominatus à deo princeps ſacerdotũ ſecũdũ
ordinem Malchiſédec, de quo multꝰ nobis ſer
mo, & interpretatu difficilis ad dicendũ, quã-
4 doquidem ſegnes facti eſtis auditiõibꝰ. ¶ Et
enim cum debeatis propter tempus doctores
eſſe, rurſum opus habeatis, ut doceamus uos
quæ ſint elemẽta initij eloquiorum dei: factiq;
eſtis ij, quibus lacte ſit opus, & non ſolido ci-
bo. Nã quiſquis lactis eſt particeps, is inexper
tus eſt ſermonis iuſtitiæ, infans enim eſt. Por-
rò perfectorum eſt ſolidus cibus, nempe horũ,
qui propter aſſuetudinem, ſenſus habent exer
citatos ad diſcretionem boniq; ac mali.

Capitulum. 6.

1 Quapropter omiſſo, exordij chri
ſti, ſermone, ad perfectionẽ fe-
ramur, non rurſum fundamen-
tũ iacientes pœnitentiæ ab ope
ribus mortuis, & fidei in deum,
baptiſmatum, doctrinæ, ac ma-
nuum impoſitionis, & reſurrectionis mortuo-
rum, & iudicij æterni. Atq; id faciemus, ſiqui-
2 dam permiſerit deus. ¶ Nam fieri nõ poteſt,
ut qui ſemel fuerint illuminati, guſtauerintq;
donum cœleſte, & participes facti fuerint ſpi-
ritus ſancti, guſtauerintq; bonum dei uerbum
ac potentias futuri ſæculi, ſi prolabant, denuo
renouentur per pœnitentiam, recrucifigentes
ſibimetipſis filium dei, & diffamantes. Siqui-
dem terra, quæ biberit imbrem ſæpius in ſe ue
nientem, & progenuerit hærbam accomodã
eis, per quos & colitur, recipit benedictionem
3 à deo. ¶ At quæ produxerit ſpinas, & tribu
los, reproba eſt, & maledictioni confinis, cu-
4 ius finis eſt in combuſtionem. ¶ Cæterũ per-
ſuaſimus nobis de uobis dilecti, quæ his ſint
meliora, et adhærentia ſaluti, tametſi ita loqua
mur. Non enim iniuſtus eſt deus, ut obliuiſca-
tur operis ueſtri, & laboris ex charitate ſuſce-
pti, quam exhibuiſtis erga nomẽ illius, qui mi-
5 niſtraſtis ſanctis, & miniſtratis. ¶ Cupimus
autem, ut unuſquiſq; ueſtrũ idem præſtet ſtu-
dium ad plenam ſpei certitudinem uſq; ad per
fectionem, ne ſitis imbecilles, ſed imitatores eo
rum qui per fidem, ac longanimitatem hæredi
tate accipiunt promiſſiones. Deus enim polli-
citus Abrahæ, cum non poſſet per quemq; ma
iorem iurare, iurauit per ſeipſum, dicens: Niſi
benedicens benedixero tibi, & multiplicans

multiplicauero te. Atq; ita cum longanimiter
expectaſſet, conſecutus eſt promiſſum. Nam
homines quidem per eum iurant, qui ſit maior
atq; iiſdem omnis controuerſiæ finis in confir
6 mationem eſt, iuſiurãdum. ¶ Qua in re exhu
berantius uolens deus oſtẽdere hæredibus pro-
miſſionis firmitatem cõſilij ſui, interpoſuit iuſ
iurandum, ut per duas res immutabiles, in qui
bus impoſſibile eſt mentiri deum, ualidam cõ
ſolationem haberemus, qui confugimus, ut te
neremus propoſitam ſpem, quam uelut ancho
ram tenemus animæ cum tutam, tum firmam,
& introeuntem uſq; ad ea, quæ ſunt intra ue-
lum, ubi præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Ie-
ſúah iuxta ordinem Malchiſédec princeps ſa-
cerdotum factus in æternum.

Capitulum. 7.

1 Nam hic erat Malchiſédec rex Sa-
lém, pontifex dei altiſſimi, qui
occurrit Abrahæ, reuertenti à
cæde regum, & benedixit illi,
cui & decimas ex omnibus im-
partitus eſt Abrahám, qui pri-
mum quidem interpretatur rex iuſtitiæ, dein-
de uero etiam rex Salém, quod eſt rex pacis,
ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, nec ini
tium dierum, neq; uitæ finem habens, ſed aſſi
milatus filio dei, manet ſacerdos in perpetuũ.
2 ¶ Speculamini uero, quãtꝰ hic fuerit, cui etiã
decimas dederit Abrahám patriarcha de pri-
mitijs frugum. Atq; ij quidem, qui quod ſint
de numero filiorum Leui, ſacerdotij functionẽ
ſumunt, præceptum habent, ut decimas acci-
piant à populo iuxta legem, hoc eſt, à fratribꝰ
3 ſuis, licet egreſſis ex lumbis Abrahæ. ¶ At is
cuius genus non recenſet ex illis, decimas ac-
cepit ab Abrahám: & habẽti promiſſiones be
nedixit. Porrò ſine omni controuerſia qđ mi-
nus eſt, ab eo quod magis eſt, benedicit. Atq;
hic quidem homines, qui moriuntur, decimas
accipiunt. Illic autem is de quo teſtatum eſt,
quod uiuat: & ut ita dixerim, in Abrahám etiã
ipſe Leui, qui decimas accipit decimatus eſt.
Nam is adhuc in lumbis patris erat, cum occur
4 reret Abrahæ Malchiſédec. ¶ Proinde ſi con
ſummatio per Leuiticum ſacerdotium erat, ſi
quidẽ per hoc populus legem acceperat, quid
præterea fuit opus alium exoriri ſacerdotem,
qui ſecundum ordinationem Malchiſédec, &
non ſecundum ordinem Aharón diceretur?
5 ¶ Quandoquidem tranſlato ſacerdotio, ne-
ceſſe eſt, ut legis quoq; tranſlatio fiat. Nam is
de quo dicuntur hæc, ad aliam tribum perti-

net,de qua nullus altari aſtitit. Palàm eſt em̃,
quod è tribu Iehudah exort' ſit dñs noſter.
6 ❡ At nihil locut' eſt de ſacerdotio Moſeh,
qđ ad hanc tribum ptineat. Idq; magis etiã
liquet,ſiquidem ad ſimilitudinẽ Malchiſé-
dec exoritur ſacerdos alius,qui nõ iuxta le-
gem mandari carnalis factus ſit,ſed iuxta po
tentiã uitæ indiſſolubilis. Teſtificatur enim:
quod tu es ſacerdos in æternũ ſcđm ordinẽ
Malchiſédec. Abrogatio ſiquidẽ fit præcedẽ
tis præcepti propter eius imbecillitatem,&
7 inutilitatem. ❡ Nam nihil ad pſectionẽ ad-
duxit lex:introductio aũt erat melioris ſpei
per quã appropinquamus deo ,atq; hoc ſne
q̃ſtum non abſq; iureiurando fuit. Nam illi
quidẽ citra iuſiurandũ ſacerdotes facti ſunt:
hi uero cum iureiurando,p eum qui dixit ad
illũ: Iurauit dñs,& non pœnitebit eũ,tu ſa-
cerdos in æternũ ſcđm ordinationẽ Malchi
ſéhec. Tanto potioris teſtamẽti ſponſor fa-
ctus eſt Ieſúah,& illi quidẽ plures facti fue-
runt ſacerdotes,propterea qđ per mortẽ nõ
8 ſinerentur permanere. ❡ At hic qđ idẽ ma-
neat in æternũ,ꝑpetuum habet ſacerdotiũ,
unde & ſaluos facere ad plenũ põt,q per ip-
ſum adeũt deũ,ſemper uiuens,ad hoc ut in-
terpellet ꝓ illis. Talis enim decebat ut eſſet
nobis princeps ſacerdotũ pius,innocẽs,im
pollutus,ſegregatus à peccatoribus,& ſu-
blimior cœlis factus:cui nõ ſit quotidie ne-
ceſſe,quẽadmodũ illis principib' ſacerdoti
bus,prius ꝓ ꝓprijs peccatis uictimas offer-
re,deinde ꝓ pctis populi. Nã id fecit ſemel,
9 cũ ſemetipſum obtulit. ❡ Siqdẽ lex hoĩes
cõſtituit principes ſacerdotũ,habentes infir
mitatem. Porrò ſermo iuriſiurandi,q poſt le
gem fuit,filium conſtituit in æternum con-
ſummatum.

Capitulum.8.

1 SVmma uero in his quæ di-
cũtur hæc eſt. Talem habe
mus principẽ ſacerdotum
q cõſedit ad dexterã thro-
ni maieſtatis,ĩ cœlis ſancto
rum adminiſtrator,ac ueri
tabernaculi,qđ fixit dñs,& nõ hõ. Oĩs enim
princeps ſacerdotũ ad offerendũ donariaq;
& uictimas cõſtituiť,unde neceſſe eſt,ut hic
2 etiã habeat aliqd qđ offerat. ❡ Nã ſi eſſet in
terra,ne ſacerdos quidẽ eſſet,ubi ſunt ſacer
dotes qui offerunt iuxta legem donaria,qui
quidem exemplari,& umbræ deſeruiũt cœ
leſtium, quemadmodũ oraculo rèſponſum
eſt ipſi Moſéh cum eſſet abſoluturus taber-
naculum;nã,uide enim (ĩquit),ut facias om
nia ſecundũ exemplar, quod oſtẽſum eſt ti-
bi in monte,nunc uero hoc excellẽtius ſorti
tus eſt ſacerdotiũ,quod p̃ſtantioris eſt teſta-
mẽti mediator,qđ in præſtãtioribus ꝓmiſ-
3 ſis ſancitũ eſt. ❡ Etenĩ ſi pri' illud fuiſſet,ir-
reprænenſibile haudquaq; fuiſſet alterius
quæſitus locus. Nam incuſans eos loquituri-
lis: Ecce dies uenient,dicit dominus,& con-
ſummabo ſuper domum Iſrael,& ſuper do-
mum Iehudah,teſtamentũ nouũ,non iuxta
teſtamentum quod feci patribus illorum, in
die cum apprænenderem manum illorum,ut
educerẽ eos ex Aegypto, quoniam ipſi non
perſtiterunt in teſtamento meo,& ego negle
4 xi eos,dicit dominus. ❡ Nam hoc eſt teſta-
mẽtũ,qđ diſponã domui Iſrael poſt dies il-
los,dicit dñs: dans leges meas in mentẽ illo-
rum,& in corde illorũ inſcribam illas,& ero
illis in deũ,& ipſi erũt mihi in populum. Et
non docebũt quiſq; proximũ ſuũ,& uniſqſ
q; fratrem ſuũ,dicentes. Cognoſce dominũ,
quod oẽs cognituri ſint me,ab eo qui puſil-
lus fuerit inter eos,uſq; ad eũ qui magn' eſt
inter illos,quoniam placatus ero ſuper iniu-
ſtitijs illorum,& peccatis eorũ,& iniquitatũ
illorũ nõ recordabor ampli'. Per hoc qđ di-
cit nouũ,antiquauit pri'. Porrò qđ antiqua
tur,ac ſeneſcit,in propiquo eſt ut euaneſcat.

Capitulum.9.

1 IGitur habebat qdẽ etiã pri' il-
lud,iuſtificationes,cult' ac ſan
ctum mundanũ. Siquidẽ taber
naculũ factũ fuit primũ,in quo
erãt lucernæ,& menſa,& ꝓpo
2 ſitio panum,quæ dicitur ſancta. ❡ Poſt ſecũ
dũ aũt uelum erat tabernaculũ,quod dicitur
ſancta ſanctorũ,aureũ habẽs thuribulũ,& ar
cam teſtamẽti,undiq; circumtectam auro, in
qua urna aurea habens manna,& uirga Aha
rón,quæ germinauerat,& tabulæ teſtamen
ti. Supra hanc autem cherubim gloriæ,obũ-
brantia propitiatoriũ,de quibus nõ eſt nunc
3 dicendum ſingulatim. ❡ His autem ad hũc
ordinatis modum,in prius quidem taberna
culum ſemper ingrediuntur ſacerdotes, qui
ſacrorũ rit' peragãt:in ſecũdũ aũt ſemel quo
tãnis ſolus princeps ſacerdotũ,nõ ſine ſágui
ne,quem offert pro ſeipſo,& pro ppli igno-
rantijs. Illud ſignificante ſpiritu ſancto,non
dum manifeſtatum eſſe ſanctorum uiam,ad-
huc priore tabernaculo cõſiſtente,quæ erat
ſimilitudo pro tempore,tũ præſente,in quo

dona,ſacrificiaq́ offerunt,quæ non poſſint
iuxta conſcientiā pfectū reddere cultorem,
in cibis dūtaxat,& potionibus,& diuerſis
ablutionibus,ac iuſtificationibꝰ carnis,uſq́
4 ad tempus correctiōis impoſita. ¶ At Chri
ſtus accedens princeps ſacerdotū futurorū
bonorum,per maius,& perfectius taberna-
culum,non manu factum,hoc eſt,non huius
ſtructuræ,neq́ per ſanguinem hircorū,ac ui
tulorū,ſed per proprium ſanguinem ingreſ
ſus eſt ſemel in ſancta,æterna redemptiōe re
5 perta. ¶ Nam ſi ſanguis taurorū,& hirco-
rū,& cinis iuuencæ,aſpergens inquinatos,
ſanctificat ad carnis purificationem,quāto
magis ſanguis Chriſti,qui per ſpiritū æter-
num ſeipſum obtulit immaculatū deo,pur-
gabit conſcientiam ueſtram à mortuis ope-
6 ribus,ad ſeruiendum deo uiuenti? ¶ Et ob
id noui teſtamēti mediator eſt,ut morte in-
tercedente,ad redemptionem earum præua
ricationū,quæ fuerāt ſub priori teſtamento,
ij qui uocati ſunt,promiſſionē accipiāt æter
næ hæreditatis.Siquidem ubi teſtamentum
eſt,mors intercedat neceſſe eſt teſtatoris.Nā
teſtamentum in mortuis ratum eſt,qñquidē
7 nōdum ualet cum uiuit teſtator. ¶ Vnde ne
prius quidem illud abſq́ ſanguine dedicatū
fuit.Cum eñ Moſéh,omne præceptū iuxta
legem expoſuiſſet omni populo,ſumpto ſan
guine uitulorum,& hircorum,cum aqua,&
lana coccina,& hyſſopo,ſimul,& ipſum li-
brum,& totum populū aſperſit,dicens:Hic
eſt ſanguis teſtamenti,quod mādauit nobis
deus.Inſuper autē & tabernaculum,& oīa
uaſa miniſterij,ſanguine conſimiliter aſper
8 ſit. ¶ Et omnia ferè ſecūdum legem ſangui
ne purificantur,& abſq́ ſanguinis effuſione
non fit remiſſio.Itaq́ neceſſe eſt,ut exempla
ria quidem eorum quæ ſunt ĩ cœlis,hiſce re
9 bus purificentur. ¶ Cæterum ipſa cœleſtia
potioribus quàm hæ ſint,uictimis munden-
tur.Non enim in manu facta ſancta ingreſſus
eſt Chriſtus,exemplaria uerorum,ſed in ip-
ſum cœlum,ut appareat nunc in conſpectu
dei pro nobis,non ut ſæpius offerat ſemetip
ſum,quemadmodum ſummus pontifex in-
greditur in ſancta ſingulis annis per ſangui
nem alienum.Alioqui oportuiſſet illum ſæ-
pius paſſum fuiſſe à conſtitutione mundi.
10 ¶ Nunc autem ſemel,ſub conſummationē
ſæculorum,ad pfligationem peccati,p ĩmo
lationem ſuipſius apparuit.Et quatenꝰ illud
manet omnes homines,ut ſemel moriātur,
poſt hoc autem iudicium,ita & Chriſtus ſe-
mel oblatus,ut multorum peccata tolleret,
rurſus abſq́ peccato conſpicietur,ijs qui il-
lum expectant in ſalutem.

Capitulum.10.

1 NAm lex umbram obtinens
futurorum bonorum,non
ipſam imaginem rerū,his
hoſtijs,quas ſingulis ānis
eaſdem continentur offe-
runt,nunq́ poteſt acceden
tès perfectos reddere.Alioqui nónne deſijſ-
ſent offerri?Propterea quod nullam iam ha-
buiſſent conſcientiam peccatorum qui ſacri
2 ficaſſent,ac ſemel purgati eſſent. ¶ Atqui ĩ
iſtis commemoratio fit peccatorum quotan
nis.Non enim poteſt ſanguis taurorum,&
hircorum auferre peccata.Quapropter cum
ingreſſurus eſt mundum,dicit:Sacrificium,
& oblationem noluiſti,corpus autem apta-
ſti mihi,holocautomata & pro peccato non
cōprobaſti:Tunc dixi:Ecce adſum(in capite
libri ſcriptum eſt de me)ut faciam deus uo-
luntatem tuam.Superius cum dicit,ſacrifi-
cium,& oblationem,& holocautomata,&
pro peccato noluiſti,neq́ cōprobaſti,q̄ iux-
ta legem offeruntur,tunc dixit:Ecce adſum,
ut faciam deus uoluntatem tuam:tollit prius
ut poſterius ſtatuat:per quam uoluntatē ſan
ctificati ſumus per oblationem corporis Ie-
3 ſúah Chriſti ſemel peractam. ¶ Et omnis q̄-
dem ſacerdos aſſiſtit quotidie,ſacra pera-
gens,& eaſdem ſæpius offerens hoſtias,quæ
nunq́ poſſint auferre peccata.Hic uero,una
pro peccatis oblata uictima,perpetuo ſedet
ad dexteram dei,id quod supereſt expectās,
donec ponantur inimici ipſius,ſcabellum pe
dum eius.Vnica enim oblatione perfectos ef
fecit in perpetuum,eos qui ſanctificantur.
4 ¶ Teſtificatur autem nobis & ipſe ſpiritus
ſanctus,nimirum cum prædixerit,hoc eſt te
ſtamentum,quod cōdam erga illos poſt dies
illos,dicit dominus dans leges meas in cor-
de illorum & in mentibus illorum inſcribam
eas,& peccatorum atq́ iniquitatum illorum
non recordabor amplius.Porrò ubi horū eſt
remiſſio,non eſt amplius oblatio pro pecca-
5 to. ¶ Cum igitur fratres,habeamus liberta
tem adeundi in ſancta,per ſanguinem Ieſú-
ah,ea uia quam dedicauit nobis recentem,
ac uiuentem,per uelamētum,hoc eſt per car
nem ſuam,cumq́ habeamus ſacerdotem ma
gnum præfectum domui dei,accedamꝰ cum
uero corde,in certitudine fidei,aſperſi cor-
dibus,ac depulſa conſcientia mala,& abluti
corpore,

corpore,aqua pura,teneamus confeſſionem
ſpei,non uacillantē(fidelis eſt̄ qui ꝓmiſit)
& cōſideremus nos inuicē,in hoc,ut prouo-
cemus ad charitatē & bona opera,non deſe
rentes aggregationem noſtri mutuā,ſicuti
mos eſt nōnullis,ſed adhortātes inuicē,idꝗ
hoc magis,qd́ uidetis appropinquantē diē.
6 ℂNā ſi uolentes peccauerimus poſt acce-
ptam cognitionē ueritatis,non ultra ꝓ pec-
catis reliqua ē hoſtia,ſed formidabilis quæ
dam expectatio iudicij,& ignis uehemētia,
7 q deuoratur⁹ eſt aduerſarios. ℂQui aſper-
natus fuerit Moſch legem,abſꝗ miſericor-
dia ſub duobus,aut tribus teſtibus moritur.
Quanto putatis peiorib⁹ afficiet̃ ſupplicijs,
qui filium dei conculcarit,& ſanguinē teſta
mēti profanū duxerit,per quē fuerat ſancti
ficatus,& ſpiritum gratiæ cōtumelia affece
rit Nouim⁹ eīm eum qui dixit:Mihi uindicta
ego retribuā,dicit dn̄s.Et rurſum: Dn̄s iudi
8 cabit populū ſuum. ℂHorrendū eſt incide
re in manus dei uiuentis.Redeant aūt uobis
in memoriam ſupiores dies,in quibus illu-
minati,ingens certamē ſuſtinuiſtis afflictio
num:partim quidē,dum & probris & preſ-
ſuris affecti,ſpectaculo fuiſtis omnibus:par
tim dū conſortes ita conuerſantiū facti eſtis.
Siqdē & afflictionū,q̄ ex uinculis meis cōti
gerūt pticipes fuiſtis,& direptionē faculta
tū ueſtrarū cū gaudio accepiſtis,ſciētes uos,
hr̄e i uobis potiorē ſubſtātiā i cœlis,ac manē
9 tem. ℂNe abieceritis igit̃ fiduciā ueſtram,
quæ magnā habet præmij retributionē. Nā
patiētia uobis eſt opus,ut ubi uoluntatē dei
peregeritis,reportetis promiſſionē. Adhuc
enim perpuſillū temporis,& qui uenturus
eſt ueniet,& nō tardabit. Iuſtus aūt ex fide
uiuet,& ſi ſe ſubduxerit,non cōplacebit aīa
mea in illo.At nos non ſumus ſeductionis in
perditionem,ſed fidei in acquiſitione aīæ.

Capitulum.II.

1 EſT aūt fides earū rerū quæ ſpe
rantur ſubſtantia, argumentū
eorū quæ non uident̃. Per hāc
eīm teſtimoniū meruerūt ſenio
2 res. ℂPer fidē intelligim⁹ pfe
cta fuiſſe ſæcula uerbo dei,ut
ex his quæ non apparebant,ea quæ uidētur,
3 fierēt. ℂPer fidem uberiorē hoſtiā Hebel
obtulit deo,q̄ Cáin,per quā teſtimoniū me
ruit ꝙ eſſet iuſtus, teſtimonium perhibente
de donarijs illius deo,& per hanc,mortuus
4 adhuc loquitur. ℂPer fidem Chanóch fuit
tranſlatus ne uideret mortē,nec fuit inuen-
tus, propterea qd́ tranſtulerat illum deus:
Nā ante trāſlationem eius teſtimonio com-
probatus eſt placuiſſe deo. At ſine fide im-
poſſibile eſt illi placere. Credere eīm opor-
tet illum qui accedit ad deū ꝙ deus ſit,&
ꝙ ijs q exquirūt eū,mercedis retributor ſit.
5 ℂPer fidē admōit⁹ oraculo Nóach,ea quæ
nondū uidebātur,ueritus ,apparauit arcam
ad ſalutem domus ſuæ,per quā arcam condē
nauit mundū,& eius quæ ſcd̄m fidem eſt,iu
6 ſtitiæ factus eſt hæres. ℂPer fidem,appella
tus Abrahám,obedijt,ut exiret in locū quē
accepturus erat in hæreditatē,& exiuit,ne
7 ſciens quò eſſet uenturus. ℂPer fidem cō-
migrauit in terrā ꝓmiſſionis ueluti peregri-
nam,cū in tabernaculis habitaſſet cū Iſchác
& Iahacób,cohæredibus eiuſdē ꝓmiſſiōis.
Expectabat eīm habentē fundamenta ciuita
8 tem,cuius opifex,& cōditor eſt de⁹. ℂPer
fidem & ipſa Saráh uim ad cōcipiēdū,ac re-
tinendū ſemen accæpit,ac præter ætatis ra-
tionem peperit,ꝙ fidelē iudicaret eū q pro
miſerat.Quapropter & ex uno nati ſunt,& id
iam fermè emortuo ſicut ſunt ſtellæ cœli in
multitudine,& uelut arena quæ ē iuxta litt⁹
maris innumerabilis.Iuxta fidē mortui ſunt
hi oēs,cū nō accæpiſſent ꝓmiſſiones,ſed ꝓ-
cul eas uidiſſent,& credidiſſent,ſalutaſſent
ꝗ,& confeſſi fuiſſent,ſe hoſpites,atꝗ adue
nas eſſe in terra.Nam hæc qui dicunt,decla
rāt ſe patriā inquirere.Etſi illius quidē me-
mores fuiſſent,unde fuerant pfecti,habebāt
9 opportunitatē reuertēdi. ℂNunc aūt me-
liorē expetūt,hoc eſt,cœleſtē. Quapropter
non erubeſcit ipſe deus uocari deus illorū,
parauerat eīm illis ciuitatē. Per fidem obtu-
lit Abrahám Iſchác,cū tentaret̃,& unigeni-
tum obtulit,in quo ꝓmiſſiones accæpit,ad
quē dictū fuit:in Iſchác uocabit̃ tibi ſemen,
cum ꝑpēdiſſet,ꝙ & à mortuis ſuſcitare poſ-
ſet deus,unde ipm in ſimilitudine accæpit.
10 ℂPer fidē de futuris benedixit Iſchác ipſi
Iahacob & Heſáu.Per fidē, Iahacób mori-
ens,ſingulis filijs Ioſeph benedixit,& ado-
11 rauit faſtigium uirgæ illius. ℂPer fidē,Io-
ſéph moriens,de egreſſione filiorum Iſraēl
12 meminit,deꝗ oſſibus ſuis mādauit. ℂPer
fidē,cū natus eſſet Moſch occultatus ē men
ſes treis à parētibus ſuis propterea quod ui
derent elegantem puellum,nec ueriti ſunt
edictum regis.Per fidem, Moſch,iam gran-
dis,renuit uocari filius filiæ Parhonis, po-
tius eligens ſimul malis affici cum populo
dei,quàm temporariū habere peccati frui-

tionē, maiores arbitratus diuitias probrum
Chriſti, quàm Aegyptiorum theſauros. Re-
ſpiciebat enī in mercedis remunerationem.
Per fidem reliquit Aegyptum, haud ueritus
furorem regis. Eum qui inuiſibilis eſt perin-
13 de ac ſi uideret, tolerauit. ¶ Per fidem fecit
péſach, & effuſionē ſanguinis: ne is qui peri-
mebat primogenita, tangeret ipſos. Per fidē
tranſierunt rubrum mare, ueluti ꝑ ſiccā ter-
ram, quod cū tentaſſent Aegyptij, abſorpti
14 ſunt. ¶ Per fidē mœnia Iericho ceciderūt,
circūdata ad dies ſeptē. Per fidē Racháb me
retrix nō periit unà cū ijs qui nō obedierāt,
cum excepiſſet hoſpitio exploratores pacifi
15 ce. ¶ Et quid præterea loquor? Deficiet enī
me tēpus cōmemorantē de Ghidhón, de Ba
rác, & Simſón, & Iphtách, necnō Dauíd &
Semuele, ac ꝓphetis, qui per fidē expugna
uerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, aſſecu-
ti ſunt promiſſiones, occluſerunt ora leonū,
extinxerunt uim ignis, fugerunt acies gla-
dij, potētes facti ſunt ex imbecillitate, effecti
ſunt robuſti in bello, caſtra inclinarunt exte
rorum. Acceperūt mulieres ex reſurrectiōe
mortuos ſuos. Alij uero diſtenti ſunt, quum
non ſuſcepiſſent redēptionē, ut potiorē aſ-
ſequerentur reſurrectionē. Alij uero ludibrijs,
& flagris experimentū acceperūt, īſuper &
uinculis, & carcere, lapidati ſūt, diſſecti ſūt,
tentati ſunt, occiſione gladij occubuerunt,
oberrarūt in pellibus ouillis, & caprinis pel
libus, deſtituti: preſſi, afflicti, quib' indign'
erat mundus, in deſertis errantes, & monti-
bus, ac ſpelūcis, & cauernis terræ. Atq; oēs
hi teſtimonio comprobati ꝑ fidē, nō accepe
runt promiſſionē, qđ deus de nobis melius
qddā ꝓuiderat, ne ſine nobis cōſummarent.

Capitulum. 12.

1 PRoinde & nos tantam ha-
bētes circūpoſitā nubē te-
ſtiū, depoſito onere oī, &
facile circūſtante peccato,
per tolerantiam curramus
in ꝓpoſito nobis certami-
ne, reſpiciētes ad fidei pri
cipem, & cōſummatorē Ieſúah, qui pro ꝓ-
poſito ſibi gaudio, ꝑtulit crucem pudore cō
2 tēpto, & ad dexterā throni dei ſedit. ¶ Re-
putate enī qđ is talem ſuſtinuerit à peccato
ribus aduerſus ſe contradictionem, ne defa-
tigaremini animis ueſtris deficientes. Non-
dū uſq; ad ſanguinē reſtitiſtis, aduerſus pec-
catū repugnātes, & obliti eſtis cōſolatiōis,

quæ nobis tanq̃ filijs loquitur: Fili mi, ne ne-
glexeris correptionē dn̄i, neq̃ deficias, cum
3 ab eo argueris. ¶ Quē enī diligit dn̄s, cor-
ripit: flagellat aūt oēm filiū, quem recipit.
Si caſtigationē ſuſtinetis, ueluti filijs uobis
offert ſe deus. Quis enī eſt filius, quē non ca
4 ſtigat pater? ¶ Quod ſi alieni eſtis à caſtiga
tione, cuius participes facti ſunt oēs igitur
ſpurij eſtis, non filii. Itaq; cū carnis nr̄æ pa-
tres habuerimus caſtigatores, & ueneriti ſi-
mus illos, an non multo magis ſubijciemur
5 patri ſpirituum, & uiuemus? ¶ Atque illi
quidē ad paucos dies, ꝓ arbitratu ſuos nos
erudiebant, hic autem ad cōmodum ut parti
cipes nos efficeret ſanctimoniæ ſuæ. Oīs aūt
caſtigatio in præſens quidem, non uidetur
eſſe gaudij, ſed mœroris. At poſtea fructum
pacatum iuſtitiæ reddit ijs, qui per illam fue
6 rint exercitati. ¶ Quapropter man' remiſ-
ſas, & genua ſoluta ſurrigite, & greſſus re-
ctos facite pedibus ueſtris, ne id qđ claudū
eſt aberret, imò ſanetur potius. Pacē ſectemi
ni cū omnibus, & ſanctimoniā, ſine qua ne-
mo uidebit dn̄m, cōſiderātes, ne quis ſit qui
deficiat à gratia dei, ne qua radix amarulen
tiæ, ſuppullulans obturbet, & ꝑ hanc inqui
nentur multi: ne quis fornicator aut profa-
nus, uelut Heſáu, qui unico edulio permuta
7 uit ius primogeniti. ¶ Scitis enī ꝙ & poſt-
ea cum uellet hæreditario iure benedictionē
aſſequi, reprobatus ſit. Nō enī reperit pœni
tentiæ locum, tametſi cum lachrymis quæſi-
8 uiſſet eam. ¶ Non enim acceſſiſtis ad con-
tactum montem, & incenſum ignem, ac tur-
binem, & caliginem & procellā, tubæq; ſo-
nitum, & uocem uerborū, quam qui audie-
rant, deprecati ſūt, ne ſibi adderetur ſermo.
Non enim ferebant qđ iubebatur: Si beſtia
tetigerit montem, lapidabitur, aut iaculo cō
figetur, & adeo terribile erat uiſum quod
apparebat. Moſéh dixit: Expauefactus ſum,
ac tremebundus, ſed acceſſiſtis ad montem
Siiōn, & ad ciuitatem dei uiuentis, Ieruſa-
láim cœleſtem, & ad innumerabilium ange-
lorū cœtum, & ad concionem primogenito
rum, qui conſcripti ſunt in cœlis, & ad iudi-
cem uniuerſorū deū, & ad ſpūs iuſtorū pfe-
ctorum, & ad noui teſtamenti mediatorem
Ieſúah, & ad ſanguinē aſperſionis, meliora
9 loquentem quàm Hebel. ¶ Videte ne aſper
nemini eum qui loquitur, nam ſi illi nō effu-
gerunt, qui auerſabātur eum qui oracula lo-
quebatur in terra, multo magis nos, ſi eum q
de cœlis eſt, auerſemur: cuius uox tū cōcuſſit
terram, at nūc denunciauit, dicēs: Adhuc ſe-

mel ego concutio,non modo terrã, uerũetiã
10 cœlũ. ¶ Porrò illud,adhuc ſemel,ſignificat
corum quæ concutiuntur tranſlationẽ ut po
te quæ facta ſint,ut maneant ea quæ non con
cutiantur.Quapropter regnum aſſumentes
ꝙ concuti non poſſit,habeamus gratiã, per
quam ita colamus deum,ut illi placeam⁹ cũ
reuerentia,& religione.

Capitulum.13.

1 ETenim deus noſter ignis con
ſumens eſt. Fraterna charitas
maneat. Hoſpitalitatis ne ſi-
tis immemores. Per hanc eñ
latuerũt quidã hoſpitio exci
2 piẽtes angelos. ¶ Memores
eſtote uinctorum,tanq̃ unà cũ illis uincti,eo
rum qui affligũtur,tãq̃ & ipſi ſitis in corpo
3 ¶ Honorabile eſt inter omnes coniugium,
& cubile ĩpollutũ.Fornicatores aũt & adul
4 teros iudicabit de⁹. ¶ Sint mores alieni ab
auaritia,contenti ijs quæ adſunt. Siquidẽ ip
ſe dixit:Non te deſero,neq̃ derelinquo,ut fi
dentes dicamus:domin⁹ mihi auxiliator,nec
5 timebo quid faciat mihi homo. ¶ Memores
eſtote eorũ qui præſunt uobis,qui locuti ſunt
uobis ſermonem dei,quorum imitemini fi-
dem conſiderantes qui fuerit exitus conuer
ſationis illorum,Ieſúah Chriſtus heri, & ho
6 die,ipſe in ſæcula. ¶ Doctrinis uarijs, ac pe
regrinis ne circũferamini.Bonum eſt eñ grã
ſtabiliri cor,nõ eſcis q̃ nõ ꝓfuerunt ijs q uer
ſati ſunt in illis. ¶ Habemus altare,de quo
non eſt fas edere ijs qui tabernaculo deſerui
unt.Animalium enim quorum ſanguis infer
tur pro peccato,in ſancta per ſummũ pontifi
cẽ,horum corpora cremãtur extra caſtra,Qua
propter & Ieſúah ut ſanctificaret ꝑ propriũ
ſanguinẽ populũ,extra portã paſſus eſt.
8 ¶ Exeamus igit̃ ad eũ extra caſtra, oppro-
briũ ei⁹ portantes.Nõ eñ habem⁹ hic manen
tẽ ciuitatẽ,ſed futurã inquirim⁹.Per ipm igi
tur offeram⁹ hoſtiã laudis ſemp deo,hoc eſt,
9 fructũ labiorũ,cõfitentiũ nomini ei⁹. ¶ Cæ-
terũ beneficẽtiæ,& cõmunicationis ne obli
uiſcamini.Talibus eñ uictimis cõciliat̃. Pa-
rete ijs qui præſunt uobis, & ſubditi eſtote,
ſiquidem illi uigilant pro animabus ueſtris,
tanquam rationem reddituri, ut cũ gaudio
hoc faciant,& non gementes,nam id eſt inu-
10 tile uobis. ¶ Orate pro nobis: confidimus
enim,quod bonam habemus cõſcientiam in
ter oẽs cupientes honeſte cõuerſari. Magis
aũt obſecro uos,ut id faciatis,quo celeri⁹ re-
11 ſtituar uobis. ¶ Deus autẽ pacis, qui redu-
xit à mortuis paſtorẽ ouiũ illũ magnũ ꝑ ſan
guinẽ teſtamẽti æterni,dñm nrm Ieſúah ꝑfi-
ciat uos in oĩ opere bono,ad faciendũ uolun
tatẽ ipſius,efficiẽs,ut qđ agitis, acceptũ ſit
ĩ cõſpectu ſuo per Ieſúah Chriſtũ,cui gloria
12 in ſæcula ſæculorũ.Amẽ. ¶ Obſecro uos fra
tres,ſufferte ſermonẽ exhortatiõis. Etenim
paucis ſcripſi uobis.Scitis frẽm nrm Timo-
theũ ſolutũ eſſe,cũ quo,ſi celeri⁹ uenerit, ui
13 ſam uos. ¶ Salutate omnes qui præſunt uo
bis,& oẽs ſanctos.Salutãt uos Itali. Gratia
cum omnibus uobis. Amen.

Miſſa ab Italia per Timotheum.

ACTA APOSTOLORVM INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEOLO.PROFES.

Capitulum. I.

1 PRimum
quidẽ ſer-
monẽ fe
ci Theo
phile:de
oĩbus q̃
cœpit Ie
ſúah, &
facere,
& doce-
re,ad eũ
uſq̃ diẽ,
quo (cũ
mãdaſſet apoſtolis ꝑ ſpiritũ ſanctũ,quos ele
gerat) ſurſum aſſumpt⁹ eſt,qbus etiã ſeipm
exhibuerat uiuẽtẽ(poſteaquã paſſus fuiſſet)
cõpluribus argumẽtis,dũ per dies quadragi
ta cõſpicitur illis,ac loquit̃ eis de regno dei,
et cõgregãs illos,ꝑcepit eis ne diſcederẽt Ie
ruſalaim,ſed ut expectarent ꝓmiſſiõem pa-
tris, quã audiſtis ex me: qm̃ Ioãnes baptiza-
uit quidẽ aqua,nos aũt baptizabimini ſpiri-
2 tu ſãcto poſt dies hoſce nõ multos. ¶ Illi igi
tur ubi conueniſſent,percontabant̃ illũ,dicẽ
tes: Domine,num in tẽpore hoc reſtituis re-
gnum Iſraeli? Dixit autẽ ad illos: Nõ eſt ue-
ſtrũ noſſe tẽpora,& opportunitates tẽporũ,
quos pater in propria conſtituit poteſtate:
ſed accipietis fortitudinem poſteaq̃ ſpirit⁹
ſanctus aduenerit ſuper uos,& eritis mihi te
ſtes,non ſolum Ieruſaláim, uerũetiã in uni-
uerſa Iehudæa,Semariáh, deniq̃ uſq̃ ad ex
3 trema terræ. ¶ Atq̃ hæc locut⁹,uidentib⁹ ipſi
dẽ,ĩ altũ ſublat⁹ eſt:& nubes ſubduxit illum
ab oculis eorũ.Cumq̃ eſſent defixis in cœ-

lum oculis,eunte illo,ecce uiri duo aſtiterũt
illis amicti ueſtibus albis,qui et dixerũt:Vi-
ri Galil quid ſtatis intuentes ĩ cœlum?Hic Ie
ſúah qui aſſumptus eſt à nobis in cœlum ,ſic
ueniet quemadmodum uidiſtis eũ euntem in
4 cœlum. ¶Tũc reuerſi ſunt Ieruſaláim à mõ
te,qui uocatur Oliueti: qui abeſt ab Ieruſa-
láim iter ſabbati.Et cũ ĩtroiſſent, aſcẽderũt
ĩ cœnaculũ ubi manebant,& Petrus,& Iaco
bus,& Ioãnes,& Andreas, Philipp⁹,& Tho
mas,Bartholomæus,& Matthæus, Iacobus
Alphæi,& Simon Zelotes,& Iehudáh Iaco-
bi frater:Hi omnes perſeuerabant unanimi-
ter in oratione,& obſecratione cum mulieri
bus,& Miriã matre Ieſúah,cumq́ fratrib⁹il
5 lius. ¶Et in diebus his exurgens Petrus in
medio diſcipulorũ,dixit(erat q́ turba nomi
num ſimul ferè cẽtum uiginti):Viri fratres,
oportebat impleri ſcripturam hanc,quã præ
dixit ſpũs ſanct⁹ per os Dauid de Iehudáh q
fuit dux itineris ijs qui compræhenderũt Ie
ſúah quia annumerat⁹erat,& ſortit⁹erat par
6 tem miniſterij huius. ¶Et is quidẽ poſſedit
agrũ ex mercede iniquitatis , ſuſpẽſuſq́ cre
puit medius,et effuſa ſunt omnia uiſcera ei⁹.
Et innotuit omnibus habitantibus Ieruſalá-
ím,ita ut appellaretur ager ille lingua illis
uernacula ,chacaldema hoc eſt, ager ſangui
nis.Scriptũ eſt enĩ in libro pſalmorũ: Fiat cõ
moratio ei⁹deſerta, & non ſit qui inhabitet
in ea:& epiſcopatum eius accipiat alter.
7 ¶Oportet igitur ut ex ijs uiris ,q nobiſcũ
uerſati ſunt toto tẽpore,quo ingreſſus fuit,
& egreſſus fuit inter nos dñs Ieſúah , exor-
ſus à baptiſmo Ioannis,ad eum uſq́ diẽ quo
receptus eſt à nobis,unus quiſpiã conſtitua
tur,qui ſit unà nobiſcũ teſtis reſurrectionis
8 eius. ¶Et ſtatuerunt duos,Ioſéph qui uoca
tur Barſabas,qui cognominatus eſt Iuſt⁹ ,et
Matthaniah. Et quum oraſſent ,dixerũt : Tu
domine cognitor cordiũ omniũ,oſtẽde utrũ
elegeris ex ijs duobus,ut accipiat ſortem mi
niſterij hui⁹,& apoſtolatus , unde præuarica
tus excidit Iehudáh,ut abiret in locũ ſuũ.Et
dederunt ſortes eorum,& cecidit ſors ſuper
Matthaniáh,& ſuffragijs addit⁹ eſt undecim
apoſtolis.

Capitulum.2.

1 ET cum compleretur dies pente
coſtẽs,erãt omnes unanimiter
in eodem loco: & factus eſt re-
pẽte de cœlo ſonitus,tamq̃ im
petu ueniẽtis flat⁹ uehemẽtis,
et repleuit totã domũ,ubi erãt
ſedẽtes.Et cõſpectæ ſunt illis diuiſæ linguæ
uelut igneæ,ſeditq́ ſuper ſingulos eorũ , ac
repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, cœperunt
q́ loqui alijs liguis,prout ſpũs ille dabat elo
2 qui illis. ¶Erant autẽ Ieruſaláim habitãtes
Iehudæi,uiri religioſi ex omni natiõe carũ,
quæ ſub cœlo ſunt.Facta uero uoce hac, con
uenit multitudo & confuſa eſt , quod audi-
ret unuſquiſq́ lingua ſua illos loquentes.
3 ¶Stupebant autem omnes,ac mirabãtur,
dicẽtes inter ſeſe:Nónne ecce omnes iſti qui
loquuntur,Gelilæi ſunt?Et quomõ nos audi
mus eos ꝓpria quiſq́ lingua in qua nati ſu-
mus?Parthi,& Medi,& Elamitæ,& habita-
tores Meſopotamiæ,Iehudææq́ , & Cappa-
dociæ,Ponti,& Aſiæ,Phrygiæ,& Pamphy-
liæ,Aegypti,& partium Lybiæ eius quæ eſt
finitima Cyrenæ,& illic uerſantes Romani,
Iehudæiq́,& Proſelyti,Cretes , & Arabes ,
audimus eos loquẽtes noſtris linguis magni
fica dei.Stupebant autẽ omnes,ac miraban-
tur alius ad aliũ dicentes:Quidnã uult hoc eſ
ſe?Alij autem irridentes,dicebãt:Muſto ĩple
4 ti ſunt iſti. ¶Stans autem Petrus cum unde
cim,extulit uocem ſuam,ac locutus eſt eis:
Viri Iehudæi,& qui habitatis Ieruſaláim uni
uerſi,hoc uobis notum ſit,& auribus perci-
pite uerba mea.Nõ enim ſicut uos exiſtima-
tis,hi ebrij ſunt,cum ſit hora diei tertia: Sed
hoc eſt,quod dictũ eſt per prophetã Ioél : Et
erit in nouiſſimis diebus,dicit deus,effundã
de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnẽ . Et prophe
tabũt filij ueſtri,& filiæ ueſtræ : iuuenes ue-
ſtri uiſiones uidebũt,& ſeniores ueſtri ſõnia
5 ſomniabũt. ¶Et quidẽ ſuper ſeruos meos,
& ſuper ancillas meas in dieb⁹illis effundam
de ſpiritu meo, & prophetabunt:& dabo ꝓ-
digia in cœlo ſupernẽ, & ſigna in terra infer
nẽ,ſanguinem,& ignem & uaporẽ fumi.Sol
cõuertetur in tenebras,& luna in ſanguinẽ ,
antequam ueniat dies ille domini magn⁹,at-
q́ manifeſtus.Et erit omnis quicunq́ inuoca
6 uerit nomen domini , ſeruabitur . ¶Viri
Iſraelitæ,audite uerba hæc: Ieſúah Naſare-
num,uirum deſignatũ à deo erga uos potẽ-
tijs,& prodigijs,& ſignis,quæ fecit per il-
lum deus in medio ueſtri,ſicut & ipſi ſcitis ,
hunc definito conſilio,& præſcientia dei tra
ditum,cum accepiſſetis per manus iniquo-
rum,crucifixum interemiſtis,quem deus ſu
ſcitauit ſolutis doloribus mortis , quatenus
7 impoſſibile erat teneri illum ab ea. ¶Da-
uíd enim dicit de eo:Prouidebam dominum
coram me ſemper:quoniam à dextris eſt mi-
hi,ne commouear. Propter hoc lætatum eſt

cor meum, & exultauit lingua mea: inſuper
& caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam nō
derelinques animam meam in inferno, nec ſi
nes ut ſanctus tuus uideat corruptionē. No-
tas mihi feciſti uias uitæ; replebis me iucūdi
8 tate cū facie tua. ¶ Viri fratres, quū liceat
dicere cū loquēdi fiducia apd' uos de patriar
cha Dauíd, quod & defunctus eſt, & ſepult'
eſt: & ſepulchrum eius eſt apud nos uſq; in
hodiernum diem. Propheta igitur cum eſſet
& ſciret, quod iureiurando iuraſſet ſibi de',
futurū ut de fructu lūbi ipſius, quātū ad car-
nem, Chriſtus exoriretur, ac ſederet ſuper ſe
dem eius, præſcius locut' eſt de reſurrectio
ne Chriſti, ꝙ nō derelicta ſit in īferno anima
eius, neq; caro eius uiderit corruptionē. Hūc
Ieſúah ſuſcitauit deus, cuius omnes nos ſu-
9 mus teſtes. ¶ Dextera igitur dei exaltatus,
& promiſſione ſpirit' ſancti accæpta à patre,
effudit hoc quod nunc uos uidetis, & audi-
tis. Non enim Dauíd aſcendit in cœlos, ſed
dicit ipſe: Dixit dominus domino meo, ſede
à dextris meis, donec ponam inimicos tuos
10 ſcabellum pedum tuorum. ¶ Certo ſciat er
go tota domus Iſraël, quod dominū & Chri
ſtum fecerit deus, hunc Ieſúah quē uos cruci
fixiſtis. His autem auditis cōpuncti ſunt cor
de, & dixerunt ad Petrū, ac reliquos apoſto
los: Quid faciemus uiri fratres? Petr' ait ad
ad illos: Pœnitentiam agite, & baptizetur
unuſquiſq; ueſtrum in nomine Ieſúah Chri-
ſti in remiſſionem peccatorum, & accipietis
donum ſpiritus ſancti. Vobis enim facta eſt re
promiſſio, & filijs ueſtris, & omnibus qui lō
ge ſunt, quoſcunq; aduocauerit dominus de
11 us noſter. ¶ Alijſq; uerbis plurimis teſtifi-
catus eſt, & exhortat' eos, dicens: Seruemi-
ni à generatione iſta praua. Qui ergo liben-
ter accæperunt ſermonē eius, baptizati ſunt
& acceſſerunt in die illo animæ circiter ter
12 mille. ¶ Erant autem perſeuerantes in do-
ctrina apoſtolorum, & communicatione, &
fractione panis, & orationibus. Factus eſt au
tem omni animæ timor, multaq; prodigia, et
ſigna per apoſtolos edebantur. Omnes autē
qui credebant, erant coniuncti, & habebant
omnia communia. Poſſeſſioneſq;, & ſubſtan
tias uendebant, ac diuidebant illa omnibus,
13 prout cuiq; opus erat. ¶ Et quotidie perdu
rantes unanimiter in templo, & frangentes
per ſingulas domos panem: inuicem ſume-
bant cibum, cum exultatione, & ſimplicita-
te cordis laudātes deum, & habentes gratiā
apud omnem plebem. Domin' aūt addebat,
qui ſalui fierent, quotidie congregationi.

Capitulum. 3.

1 SImul autem Petr' et Io-
annes aſcendebant in tē
plū ad horā oratiōis no
nā. Et qdam uir qui erat
claud' ex utero matris
ſuæ, baiulabatur: quem
ponebant quotidie ad
portam tēpli, quæ dicit
ſpecioſa, ut peteret eleemoſynā ab introeū-
tibus in templum. Is cū uidiſſet Petrū ac Io-
annē ingreſſuros in templū, rogabat ut elee-
moſynam acciperet. Defixis aūt in eū oculis
Petrus cum Ioanne dixit: Aſpice in nos. At il
le intendebat in eos, ſperās ſe aliqd accæptu
2 rum ab eis. ¶ Petrus aūt dixit: Argentum,
& aurū non eſt mihi, quod aūt habeo, hoc ti
bi do. In nomine Ieſúah Chriſti. Naſareni ſur
ge, & ambula. Et appræhenſa manu eius dex
tra, erexit eum. Protinus autem conſolida-
tæ ſunt plātæ illius, ac tali. Et exiliens ſtetit,
& ambulabat, intrauitq; cum illis in templū
3 inambulans, & ſaliens, ac laudans deū. ¶ Et
uidit eum totus populus ambulantē, ac lau-
dantem deum. Agnouerūtq; illū, quod ipſe
eſſet is, qui ad eleemoſynam ſedebat ad ſpe-
cioſam portam templi: Et impleti ſunt admi
ratione, & ſtupore ſuper eo quod cōtigerat
illi. Cū teneret autē qui ſanatus fuerat clau-
dus, Petrū & Ioannē, cucurrit totus popul'
ad eos in porticu, quæ appellatur Selomo-
4 nis, ſtupefactus. ¶ Quo uiſo, Petrus reſpō-
dit ad populū: Viri Iſraelitæ, quid miramini
ſuper hoc, aut nos quid intuemini: quaſi pro
pria potētia aut religione effecerimus ut hic
ambularet? Deus Abrahám, & Iſchác, & Ia-
hacób, deus patrum noſtrorum glorificauit
filiū ſuū Ieſúah, quē uos tradidiſtis, ac nega
ſtis in cōſpectu Pilati, cū ille iudicaſſet eē ab
ſoluendū. Vos aūt ſanctū, & iuſtū negaſtis,
& poſtulaſtis ut uirū homicidam donaret uo
bis, auctorē uero uitæ interfeciſtis, quē de'
ſuſcitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus:
& per fidē nominis eius hunc quem uidetis,
ac noſtis, conſolidauit nomē ipſius: & fides
q̄ per eū eſt, dedit ei integritatē iſtā, in cōſpe
5 ctu oīm ueſtrū. ¶ Et nūc fratres ſcio qd' per
ignorantiā feciſtis, ſicut & principes ueſtri.
De' aūt q̄ prænūciauerat per os oīm prophe
tarū ſuorū, Chriſtū paſſurū, impleuit ſic. Pœ
nitētiā igitur agite, & cōuertimini ut deleā-
tur peccata ueſtra, ut cum uenerint tempora
refrigeratiōis à conſpectu domini, & miſerit
eū qui ante prædicat' eſt uobis Ieſúah Chri-

ſtum:quem oportet quidem cœlum accipe-
re,uſque in tempora reſtitutióis omniũ quæ
locutus eſt deus per os omniũ ſanctorũ ſuorũ
à ſæculo prophetarum Moſéh quidem ad pa
tres dixit: Prophetam ſuſcitabit uobis dñs
deus ueſter de fratribus ueſtris,mei ſimilẽ:
6 ¶ Audietis eum iuxta omnia quæcũque lo
cutus fuerit uobis.Erit autem omnis anima
quæ non audierit prophetam illum,extermi
nabitur è populo. Quin & omnes pro-
phetæ à Semuéle , ac deinceps quotquot
locuti ſunt ,etiam annunciauerũt dies iſtos.
7 ¶ Vos eſtis filij prophetarum,ac teſtamen-
ti, quod teſtatus eſt deus erga patres no-
ſtros,dicens ad Abrahám:Et in ſemine tuo
benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis
primum deus,cum ſuſcitaſſet filium ſuũ Ie-
ſúah,miſit eum benedicentem uobis:ut cõ-
uerteremini unuſquiſq; ueſtrum à malicijs
ueſtris.

Capitulum.4.

1 LOquentibus autem illis ad po
pulum, ſuperuenerũt illis ſa-
cerdotes,ac dux tẽpli,& Sad
ducæi,moleſte ferentes qđ do
cerent populum,& annũciarẽt
in noĩe Ieſúah reſurrectionem
ex mortuis:& iniecerũt eis man⁹,poſuerũt-
q; eos in cuſtodiam in poſterum diem.Nam
erat iã ueſpera Multi uero eorũ qui audierãt
ſermonem,crediderunt & factus eſt nume-
2 rus uirorum circiter quinque milia. ¶ Fa-
ctũ eſt autem poſtero die,ut congregarẽtur
principes eorum,& ſeniores,& ſcribæ Ieru
ſaláim, & Annas princeps ſacerdotum , &
Caiaphas,& Ioannes, & Alexãder,& quot
quot erant de genere pontificio.Et cum ſta-
tuiſſent eos in medio,interrogabant: Qua
potẽtia aut quo noĩe feciſtis hoc uos? Tunc
Petrus repletus ſpiritu ſancto,dixit ad eos.
Principes populi,& ſeniores Iſraél,ſi nos
hodie examinamur,de eo qđ bene fecerim⁹
hoĩ infirmo,qua rõne iſte ſaluus factus ſit,no
tum ſit oĩb⁹ uobis,& toti plebi Iſraél ,qđ p
nomen Ieſúah Chriſti Naſaræi,quẽ uos cru
cifixiſtis,quẽ de⁹ ſuſcitauit à mortuis,p hũc
iſte aſtat coram uobis ſanus.Hic ẽ lapis ille q
reiectus eſt à uobis ædificantibus,qui fact⁹
eſt caput anguli:nec eſt in alio quoquã ſal⁹.
Nec eñ aliud nomen eſt ſub cœlo datũ inter
3 hoĩes,ĩ quo oporteat nos ſaluos fieri. ¶ Vi
dentes autem Petri in dicendo audaciam,ac
Ioannis,compertoq; quod homines eſſent il
literati,& idiotæ,admirabãtur,& agnoſce-
bant eos quod cũ Ieſúah fuiſſent:hominem
autem uidentes ſtantem cum eis qui ſanatus
fuerat,nihil poterant contradicere:iuſſis au
tem illis è concilio ſecedere ,conferebant in
ter ſeſe,dicentes: Quid faciemus hominib⁹
iſtis?Nam conſpicuum ſignum editum eſſe
per eos , omnibus habitantibus Ieruſaláim
manifeſtum eſt,nec poſſumus inficiari. Sed
ne amplius diuulgetur in populũ,minaciter
interminemur eis,ne poſthac loquantur in
4 nomine hoc ulli hominum. ¶ Et accerſitis il
lis præceperunt:ne omnino loquerenť,neq;
docerẽt in nomine Ieſúah.At Petrus, & Ioã
nes reſpondentes,dixerunt ad eos:An iuſtũ
ſit in conſpectu dei nos potius audire quàm
deum,iudicate.Non enim poſſumus quæ ui-
dimus,& audiuimus non loqui.At illi addi-
tis minis,dimiſerũt eos,nihil inueniẽtes qua
ratione punirẽt eos propter populum:quia
omnes glorificabant deum ſuper eo qđ acci
derat.Annorum enim erat amplius quadra-
ginta homo , in quo editum fuerat ſignum
5 iſtud ſanationis. ¶ Dimiſſi autem uenerunt
ad ſuos , & annunciauerunt quæcũque ſibi
principes ſacerdotum,& ſeniores dixerant.
Qui cum audiſſent,unanimiter attollebant
uocem ad deum,dixeruntq;: Domine,tu es
deus qui feciſti cœlum,ac terrã,mare,& oĩa
quæ in eis ſunt:qui per os Daníd pueri tui
dixiſti:Quare fremuerunt gẽtes,& populi
meditati ſunt inania?Aſtiterũt reges terræ,
& principes conuenerũt in unum,aduerſus
6 dominum,& aduerſus Chriſtũ eius. ¶ Cõ-
uenerunt enim uere aduerſus ſanctum filiũ
tuum Ieſúah,quem unxeras.Herodes ſimul,
& Pontius Pilatus cũ gentibus,& populis
Iſraél,ad faciendum quæcũque manus tua,
& conſilium tuum prius decreuerat,ut fie-
rent.Et nũc domine aſpice in minas eorum,
& da ſeruis tuis,ut cum omni audacia loquã
tur ſermonem tuum:manum tuam porrigen
do in hoc,ut ſanatio,& ſigna,& pdigia edã
7 tur per nomen ſancti filij tui Ieſúah. ¶ Et cũ
oraſſent illi,motus eſt locus in quo erant cõ-
gregati,& repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto,&
loquebanť ſermonẽ dei cũ audacia. Multitu
dinis autem credentiũ erat cor unum,& aĩa
una nec quiſquã aliquid eorũ quæ poſſide-
bat,ſuum eſſe dicebat:ſed erant illis oĩa cõ
munia.Et potẽtia magna reddebant apoſto
li teſtimonium reſurrectiõis domini Ieſúah:
& gratia magna erat ſuper oẽs illos. Neq;
enim quiſquam egens erat inter illos. Quot
quot enim poſſeſſores agrorum,aut ædium
erant , uendentes afferebant prætia eorum

quæ uendita fuerant,& ponebant ad pedes
8 apoſtolorum. ¶ Diſtribuebatur autem ſin
gulis prout cuique opus erat. Ioſes uero qui
cognominatus eſt Barnabas ab apoſtolis,
quod eſt filius cõſolationis, leuites Cypri⁹
genere, cum haberet agrum uendidit eum,
& attulit precium,& poſuit ad pedes apo-
ſtolorum.

Capitulum.5.

1 VIr autem quidam nomine Ana
nias cum Saphira uxore ſua uẽ
diderat poſſeſſionem,& frau-
dauerat de precio, cõſcia etiã
uxore ſua,& allatam partem
aliquam ad pedes apoſtolorũ
poſuit. Dixit autem Petrus: Anania, cur im-
pleuit ſathanas cor tuum, ut mentireris ſpi-
ritui ſancto,& fraudares de ꝑcio agri? Non-
ne prorſus tibi manebat,& uenundatus in
tua erat poteſtate? Quare poſuiſti, in corde
tuo rem iſtam? Non es mentitus hominibus,
2 ſed deo. ¶ Audiens autem Ananias hæc uer
ba, collapſus expirauit. Et ortus ẽ timor ma
gnus ſuper omnes qui audierunt hæc. Sur-
gentes autem iuuenes amouerunt eum, ela-
3 tumq́ꝫ ſepelierunt. ¶ Interceſſit autem fer
me horarum trium interuallum, uxor quo-
que ipſius neſciens quod factum fuerat, in-
troiuit. Reſpõdit autem ei Petrus: Dic mihi,
Num tanti agrum uendidiſtis? At illa dixit:
Etiam, tanti. Petrus autem ait ad eam: Cur
conſpiraſtis inter uos, ut tentaretis ſpiritum
domini? Ecce pedes eorum, qui ſepelierunt
uirum tuum, ad oſtium adſunt,& efferẽt te.
4 ¶ Confeſtim autem concidit ad pedes ei⁹,
& expirauit. Ingreſſi autem iuuenes, repe-
rerunt illam mortuam,& extulerunt ac ſe-
pelierunt iuxta uirum ſuum. Et factus eſt ti-
mor magnus ſuper uniuerſam congregatio
nem:& ſuper omnes qui audiebant hæc.
5 ¶ Per manus autem apoſtolorum edeban-
tur ſigna, ac prodigia multa in populo. Et
erant unanimiter omnes in porticu Salomo
nis. Cæterorum autem nemo audebat ſe con
iũgere illis, ſed magnificabat eos populus.
Magis autem accreſcebat credentium domi
no multitudo uirorum ſimul, ac mulierum,
ita ut in plateas exportarent infirmos,& po
nerent in lectulis, ac grabbatis, ut uenientis
Petri uel umbra obumbraret aliquem illo-
6 rum. ¶ Conueniebat autem & multitudo
uicinarũ ciuitatũ Ieruſalám afferẽs ægros,
ac uexatos à ſpiritibus immundis, qui ſana-
bantur omnes. Exurgens autem princeps
ſacerdotũ,& omnes qui cum illo erant, quæ
eſt ſecta Sadducæorum, repleti ſunt æmula-
tione,& iniecerunt manus in apoſtolos,&
poſuerunt eos in cuſtodia publica. Sed ange-
lus domini per noctem aperuit ianuas carce-
ris, eductiſq́ꝫ illis, dixit: Ite,& ſtantes loqui
mini in templo populo omnia uerba uitæ hu
7 ius. ¶ Illi uero cum hæc audiſſent, intraue-
runt diluculo in templum, ac docebant. Ad-
ueniens autem princeps ſacerdotum,& qui
cum eo erant, conuocauerunt concilium,&
uniuerſum ſeniorum ordinem filiorum Iſra
él, miſeruntq́ꝫ ad carcerem ut adducerentur.
Cũ autem ueniſſent miniſtri, nec reperiſſent
illos in carcere, reuerſi nunciauerunt, dicen-
tes: Carcerem quidem inuenimus clauſum
cum omni diligentia,& cuſtodes foris ſtan-
tes ante ianuas. Cum aperuiſſemus autẽ, ne
8 minẽ intus reperim⁹. ¶ Vt aũt audierũt hos
ſermones,& ſumm⁹ ſacerdos,& dux tẽpli,
principeſq́ꝫ ſacerdotum ambigebant de illis
quidnam hoc futurum eſſet. Adueniens au-
tem quidam nũciauit eis. Ecce uiri quos po-
ſueratis in carcere, ſunt in templo ſtantes, ac
9 docentes populũ. ¶ Tunc abijt dux cum mi
niſtris,& adduxit illos ſine ui. Timebant enĩ
populum, ne lapidarentur. Et cum adduxiſ-
ſent illos, ſtatuerunt in concilio. Et interro-
gauit eos princeps ſacerdotum, dicens: Non
ne præcepto præcepimus uobis, ne docere-
tis in nomine iſto? Et ecce repleſtis Ieruſalá-
im doctrina ueſtra,& uultis inducere ſuper
10 nos ſanguinem hominis iſtius. ¶ Reſpon-
dens autem Petr⁹,& apoſtoli, dixerũt: Obe-
dire oportet deo magis quàm hominibus.
Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſúah,
quem uos interemiſtis, ſuſpẽdentes in ligno.
Hunc principem,& ſeruatorem deus exalta-
uit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſ-
raeli, remiſſionemq́ꝫ peccatorum: ac nos ſu-
mus ei teſtes horum quæ dicimus: inſuper au
tem & ſpiritus ſanctus, quẽ dedit deus obe-
dientibus ipſi. Hæc autem cum audiſſent,
diſſecabantur:& conſultabant ut interfice-
11 rent illos. ¶ Surgens autem quidam in con
cilio phariſæus, nomine Gamliel, legis do-
ctor, in ꝑcio habitus apud totũ populũ, iuſ-
ſit ut pauliſper ſecederẽt foras apoſtoli. Di-
xitq́ꝫ ad illos: Viri Iſraelitæ, attendite uobis
ſuper hominibus iſtis quid acturi ſitis. Ante
hos enim dies extitit Theudas, dicẽs ſe eẽ ali
quem, cui adhæſit numer⁹ uirorum circiter
quadringentorum qui occiſus eſt:& omnes
q credebãt ei, diſſipati ſunt,& redacti ad ni-

12 hilum. ¶ Poſt hunc extit Iehudas Galilæus
in diebus deſcriptionis, & auertit populum
multũ poſt ſe, & ipſe periȷt, & oẽs quotquot
parnerant ei, diſperſi ſunt. Et nunc dico abſ-
ſtinete ab hoĩbus iſtis, & ſinite illos. Qm̃ ſi
eſt ex hoĩb' conſilium, aut opus hoc, diſſol-
uetur: Sin ex deo eſt, nõ poteſtis diſſoluere,
ne qñ & deo repugnare reperiamini. Parue
runt autẽ ei: & cum aduocaſſent apoſtolos,
cæſis præceperunt ne loquerentur in nomi
ne Ieſúah, & dimiſerunt eos. Et illi quidem
ibant gaudentes à conſpectu concilij, quod
digni habiti eſſent ut pro uoĩe eius cõtume
melia afficerentur. Et quotidie in templo, &
in ſingulis domibus non ceſſabant docere,
& annunciare Ieſúah Chriſtum,

Capitulum. 6.

1 IN diebus autem illis, quũ plu
res fierent diſcipuli ortum eſt
murmur Græciſtarũ aduerſus
Hebræos, eo qđ deſpicerent
in miniſterio quotidiano ui-
duæ ipſorũ. Cæterũ duodecim
illi, cum aduocaſſent multitudinẽ diſcipulo
rũ, dixerunt: Non eſt placitum, ut uos dereli
cto ſermone dei miniſtremus menſis. Circũ-
ſpicite ergo fratres, uiros ex uobis teſtimo-
nio comprobatos ſeptẽ, plenos ſpiritu ſan-
cto, & ſapientia, quos cõſtituamus ſup hac
neceſſitate. Nos uero orationi, & adminiſtra
2 tioni ſermoni incumbem'. ¶ Et placuit hic
ſermo coram tota multitudine. Et elegerũt
Stephanum uirum plenum fide, ac ſpũ ſan-
cto, & Philippum, & Prochorum, & Nica-
norem, & Timotem, & Parmenã, & Nico-
laum pſelytũ Antiochenũ. Hos ſtatuerũt in
conſpectu apoſtolorum, & cum oraſſent, im
poſuerũt eis manus. Et ſermo dei creſcebat,
ac multiplicabatur numerus diſcipulorum
Ieruſaláim ualde, multaq́ turba ſacerdotũ
3 obediebat fidei. ¶ Porrò Stephanus plen'
gratia, ac fortitudine edebat pdigia, & ſi-
gna magna in populo. Exorti ſunt aũt qdam
e ſynagoga, quæ appellatur Libertinorum,
& Cyrenenſiũ, & Alexandrinorũ, & eorum
qui erãt à Cilicia, & Aſia, diſputantes cum
Stephano, nec poterãt reſiſtere ſapiẽtiæ, &
4 ſpũi qui loquebatur. ¶ Tũc clã accæperũt
uiros, qui dicerẽt: Audiuim' eũ dicẽtẽ uerba
blaſphema in Moſéh ac deũ. Cõmouerunt q́
plebẽ, & ſeniores, & ſcribas, atque inuadẽ-
tes corripuerunt eum, & adduxerunt in cõ-
cilium, ſtatuerũtq́ falſos teſtes, qui dicerẽt:

Homo iſte non ceſſat loq uerba blaſphema
aduerſus locũ ſanctũ hunc & legẽ. Audiui-
mus em̃ eum dicẽtem: Ieſúah Naſarenus, iſte
demolietur locũ hunc, & mutabit cõſuetu-
5 dines quas tradidit nobis Moſéh. ¶ Et in-
tuentes eũ oẽs qui ſedebant in cõcilio, uide
runt faciẽ eius tanquam faciem angeli.

Capitulum. 7.

1 DIxit autẽ princeps ſacerdotũ:
Num hæc ita ſe habent? At ille
ait: Viri fratres, & patres, au-
dite: Deus gloriæ cõſpectus ẽ
patri noſtro Abrahæ, cũ eſſet
in Meſopotamia, prius quàm
moraretur in Charam, & dixit ad illum: Exi
de terra tua, & de cognatione tua, & ueni in
2 terram quãcũq́ mouſtrauero tibi. ¶ Tunc
exijt è terra Chaldæorũ, & habitauit in Cha
ram. Et inde poſtquam mortu' eſt pater ei',
tranſtulit illũ in terram hanc, in qua nũc uos
habitatis. Et non dedit illi hæreditatem i ea,
ne ueſtigium quidem pedis: & repromiſit il
li eam ſe daturum poſſidẽdam, & ſemini ei'
3 poſt ipſum, cum non haberet filium. ¶ Lo-
cutus eſt autem deus ſic, qđ futurũ eſſet ſe-
men eius inquilinum in terra aliena: quodq́
ſeruituti illud ſubiecturi eſſent, & male tra-
ctaturi annis quadringentis. Et gentem, cui
cunq́ ſeruierint, iudicabo ego, dixit deus.
Et poſt hæc exibunt, & ſeruient mihi in loco
hoc. Et dedit illi teſtamentum circũciſionis.
4 ¶ Atque hic genuit Iſcháe, & circuncidit
eum in die octauo, & Iſcháe genuit Iahacób,
& Iahacób genuit duodecim patriarchas: &
patriarchæ inuidia moti, Ioſéph uẽdiderũt
in Aegyptum. Et erat de' cum eo, & eripuit
eum ex omnibus afflictiõibus eius, & dedit
ei gratiam, & ſapientiam coram Parhone re
ge Aegypti. Et conſtituit eum præfectum ſu
per Aegyptum, & ſuper totam domũ ſuam.
5 ¶ Venit autem fames in uniuerſam terram
Aegypti, & Chenáhan, & afflictio magna.
nec inueniebãt cibos pĩes nĩi. Cũ audiſſet aũt
Iahacób eſſe frumẽtũ i Aegypto, miſit pĩes
nĩos primũ: & cum iterum miſiſſet eos, agni
tus eſt Ioſéph à fratribus ſuis, & innotuit Pa
rhoni genuit Ioſéph. Quũ uero miſiſſet Io-
ſéph, accerſiuit Iahacób patrẽ ſuũ, omneq́
cognationem ſuam in animabus ſeptuagin-
6 taquinque. ¶ Et deſcẽdit Iahacób in Aegy
ptum, defunctuſq́ eſt ipſe, & patres noſtri,
& tranſlati ſunt in Sechẽ: & poſiti ſũt i ſepul
chro, qđ emit Abrahám præcio argẽti à filijs

Chamór filij Sechén. Cum autem appropin-
quaret tempus promiſſionis, de qua iurauerat
deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicat⁹
eſt in Aegypto, donec exort⁹ eſt alius rex, qui
7 non nouerat Ioſéph. ❡Hic circũueniens ge
nus noſtrum, afflixit patres noſtros, ut expo-
nerent infantes ſuos, ne uiuificarẽtur. Eodem
tempore natus eſt Moſéh, & fuit gratus deo,
qui nutritus eſt tribus menſibus in domo pa-
tris. Expoſitum autem illũ ſuſtulit filia Parho-
nis, & nutriuit eum ſibi uice filij. Et erudit⁹ eſt
Moſéh omni ſapientia Aegyptiorum: & erat
8 potẽs, cũ dictis, tum factis. ❡Vt uero exple
tum eſt ei quadraginta annorum tẽpus, ſubijt
in cor eius, ut inuiſeret fratres ſuos filios Iſrl.
Et cum uidiſſet quendam iniuria affici, defen-
dit eum, & ultus eſt uicem eius qui affligeba-
9 tur, percuſſo Aegyptio. ❡Exiſtimabat autẽ
intelligere fratres ſuos, quod deus per manũ
ipſius daret ſalutem illis. At illi non intellexe-
runt. Et ſequenti die conſpectus eſt illis litigan
tibus, & redegit eos in concordiam, dicẽs: Vi
ri, fratres eſtis, cur nos inuicem læditis? Cæte-
rum is qui iniuriam faciebat proximo, repulit
eum, dicens: Quis te cõſtituit principem, ac iu
dicem ſup nos? Nunquid interficere me tu uis,
quemadmodum interfeciſti heri Aegyptium?
10 ❡Fugit autem Moſéh ad dictum hoc, & fa-
ctus eſt aduena in terra Midián, ubi generauit
filios duos. Et expletis annis quadraginta ap-
paruit illi in deſerto montis Sinái, angelus do
mini in flãma ignis rubi. Moſéh autem ut con-
11 ſpexit, admiratus eſt uiſum. ❡Porrò cũ acce
deret ut attẽderet, facta eſt ad eum uox domi-
ni: Ego ſum deus patrum tuorum, deus Abra-
hám, deus Iſchác, deus Iahacóh. Tremefactus
autem Moſéh non audebat attẽdere. Dixit au
tem illi dominus: Solue calciamentum pedum
tuorum. Locus enim in quo ſtas, terra ſancta
eſt. Vidẽs, uidi afflictionem populi mei qui eſt
in Aegypto, & gemitum eorum audiui, & de
ſcendi, ut eruam eos. Nunc ueni, & mittam
12 te in Aegyptum. ❡Hunc Moſéh quẽ negaue
runt, dicentes: quis te conſtituit principem &
iudicem? hũc inquam deus principem & redẽ
ptorem miſerat per manũ angeli, qui conſpe
ctus fuerat illi in rubo. Hic eduxit illos, quum
ædidiſſet prodigia, & ſigna in Aegypto, & in
rubro mari, & in deſerto annis quadragin-
13 ta. ❡Hic eſt Moſéh qui dixit filijs Iſrael. Pro
phetam ſuſcitabit uobis deus ueſter è fratri-
bus ueſtris, ſimilem mei, illum audietis. Hic eſt
qui fuit in congregatione, in ſolitudine cum
angelo qui loquebatur ei in monte Sinái, &
cum patrib⁹ noſtris, qui accæpit eloquia uiua,
ut daret nobis: cui noluerunt obedire patres
noſtri, ſed repulerunt, & auerſi ſunt corde ſuo
in Aegyptum, dicentes ad Aharón: Fac nobis
deos qui præcedãt nos, Moſéh enim huic qui
eduxit nos è terra Aegypti neſcimus quid acci
derit. Et uitulum fecerũt in diebus illis, & ob-
tulerunt hoſtiam ſimulacro, & lætabantur ſu
14 per operibus manuum ſuarum. ❡Conuertit
ſe autem deus, & tradidit eos, ut colerent mi-
litiam cœli: ſicut ſcriptum eſt in libro prophe-
tarũ: Num uictimas, & hoſtias obtuliſtis mihi
annis quadraginta in deſerto, domus Iſraél?
Et ſuſcæpiſtis tabernaculum Mólech, & ſidus
dei ueſtri Rempham, figuras quas feciſtis ad
adorãdum eas. Et transferam uos ultra Babél.
15 ❡Tabernaculum teſtimonij fuit patrib⁹ no
ſtris in deſerto, ſicut ordinauerat illis, loquẽs
ad Moſéh ut faceret illud ſecundum formam
quam uiderat. Quod & induxerunt, qui ſuc-
ceſſerunt, patres noſtri cum Ieſúah in poſſeſ-
ſionem gentium, quas expulit deus à facie pa
trum noſtrorum uſq; ad dies Dauíd, qui inue
nit gratiam coram deo, & petijt ut inueniret
tabernaculum deo Iahacób. Selomóh autem
ædificauit illi domum: ſed excelſiſſimus ille,
non in manu factis templis habitat: ſicut pro-
pheta dicit: Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem
ſcabellum pedum meorum. Quam domũ ædi
ficabitis mihi, dicit dominus, aut quis locus re
quietionis meæ eſt? Nonne manus mea fecit
16 hæc omnia? ❡Duri ceruice, & incircunciſi
corde, & auribus, uos ſemper ſpiritui ſancto
reſiſtitis: ſicut patres ueſtri, ita & uos. Quem
prophetarum non ſunt perſecuti patres ue-
ſtri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de
aduentu iuſti illius, cuius uos nunc proditores
& occiſores fuiſtis: qui accæpiſtis legem per di
17 ſpoſitiones angelorum, nec ſeruaſtis. ❡Au
dientes autẽ hæc diſſecabantur cordibus ſuis,
& ſtridebant dentibus ſuis in eum. Cum au-
tem eſſet plenus ſpiritu ſancto, intentis in cœ-
lum oculis, uidit gloriam dei, & Ieſúah ſtan-
tem à dextris dei. Et ait: Ecce uideo cœlos a-
pertos, & filium hominis ſtantem à dextris
dei. Exclamantes autem uoce magna, contu-
nuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt una-
18 nimiter in eum. ❡Et quum eieciſſent eum è
ciuitate lapidabant, ac teſtes depoſuerunt ue-
ſtimenta ad pedes adoleſcentis, qui uocabatur
Saulus. Et lapidabant Stephanũ inuocantem,
ac dicẽtem: Dñe Ieſúah ſuſcipe ſpiritum meũ.
Poſitis autem genibus, clamauit uoce magna:
Domine, ne ſtatuas illis peccatum hoc. Et cum
hoc dixiſſet, obdormiuit.

Capitulum 8.

1 SAulus autem cōſenſerat in necē
eius. Facta eſt autem in illo die
perſecutio magna aduerſus ec-
cleſiam, quæ erat Ieruſaláim, et
omnes diſperſi ſunt per regiões
Iehudææ, & Semariáh præter apoſtolos. Cu
rauerūt autem unà Stephanum uiri religioſi,
feceruntq; planctum magnū ſuper eum. Sau-
lus uero deuaſtabat eccleſiam, per ſingulas do
mos intrans, trahensq; uiros, ac mulieres tra-
2 debat in cuſtodiam. ¶ Illi igitur diſperſi pera
grabant, euangelizantes ſermonē Philippus
autem peruenit in ciuitatem Semariáh, ac p̄di
cabat illis Chriſtum. Intendebant autem tur-
bæ ijs, quæ à Philippo dicebantur, unanimi-
ter audientes, & uidentes ſigna quæ ædebat.
Spiritus enim immūdi è multis qui illos habe
bant, clamantes uoce magna exibant. Multi
autem paralytici, & claudi ſanati ſunt. Et factū
3 eſt gaudium magnū in illa ciuitate. ¶ Vir au
tem quidam nomine Simon, qui ante in ea ci-
uitate artem exercuerat magicam, ac gentem
dementauerat Semariáh, dicens ſe eſſe quem-
piam magnum: cui auſcultabāt à minimo uſq;
ad maximum, dicentes: Iſte eſt potētia dei ma-
gna. Auſcultabant autem ei, propterea quod
multo tempore magicis artibus dementaſſet
4 eos. ¶ Cum uero credidiſſent Philippo euā
gelizanti de regno dei, deq; nomine Ieſúah
Chriſti, baptizabantur uiri ſimul, ac mulieres.
Tunc Simon, & ipſe credidit, & cum baptiza
tus eſſet, adhærebat Philippo. Videnſq; ſigna
5 & potentias fieri, ſtupens ammirabaẗ. ¶ Cū
autem audiſſent apoſtoli qui erant Ieruſaláim
quod recæpiſſet Semariáh ſermonem dei, mi
ſerunt ad eos Petrum, ac Ioannem. Qui cum
deſcendiſſent, orauerunt pro ipſis, ut accipe-
rent ſpiritum ſanctum. Nondum enim in quē-
quam illorum illapſus fuerat, ſed baptizati tā-
tum erant in nomine Chriſti Ieſúah. Tunc im-
ponebant manus ſuper illos, accipiebantq; ſpi
6 ritum ſanctum. ¶ Cum uidiſſet autē Simon,
quod per impoſitionem manuum apoſtolorū
daretur ſpiritus ſanctus, obtulit eis pecunias,
dicens: Date & mihi poteſtatem iſtam, ut cui-
cunq; impoſuero manus, accipiat ſpiritum ſan
ctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua
tecum ſit in perditionem, quoniam donum dei
exiſtimaſti pecunijs poſſideri. Nō eſt tibi pars,
neq; ſors in ratione hac: cor enim tuum nō eſt
rectum coram deo. Pœnitētiam igitur age de
malicia tua, & roga deum ſi forte remittatur ti
bi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritu-
dinis, & colligatione iniquitatis uideo te eſſe.
7 ¶ Reſpondens autem Simon, dixit: Precemi
ni uos pro me apud dominū, ne quid eueniat
in me horum quæ dixiſtis. Et illi quidem teſti-
ficati, & locuti ſermonem dei, reuerſi ſunt Ie-
ruſaláim, & multis uicis Semaritanorum euā
8 gelizabant. ¶ Angelus autem domini locu
tus eſt ad Philippum, dicens: Surge, & uade
meridiem uerſus, ad uiam, quæ deſcendit ab
Ieruſaláim ad Hazzam, hæc eſt deſerta. Et ſur
gens abijt, et ecce uir Aethiops, eunuchus præ
fectus Candaces reginæ Aethiopum, quem
præfecerat uniuerſæ Hezzæ ſuæ, uenerat ado
raturus Ieruſaláim: & reuertebatur ſedens ſu
per currum ſuum, legebatq; Ieſahiáh prophe
9 tam. ¶ Dixit autem ſpiritus Philippo: Acce-
de, & adiunge te ad currum iſtum. Accurrens
autem Philippus, audiuit eum legentem Ieſa-
hiáh prophetam, & dixit: Intelligis ne quæ le
gis? At ille ait: Quomodo enim poſſim, niſi ali
quis dux uiæ mihi fuerit? Rogauitq; Philip-
pum, ut aſcenderet, ſederetq; ſecum. Cōtinen
tia autem ſcripturæ quam legebat, erat hæc.
Tanq; ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut
agnus coram tondente ſe mutus, ſic non ape-
ruit os ſuum. In humilitate ipſius, iudiciū eius
ſublatum eſt. Generationem autem eius quis
enarrabit? Quoniam tollitur de terra uita eiꝰ.
10 ¶ Reſpondens autem eunuchus Philippo, di
xit: Obſecro te, de quo propheta dicit hoc: de
ſe, an de alio quopiam? Aperiens autem Phi-
lippus os ſuum, & exorſus à ſcriptura iſta, euā
gelizauit illi Ieſúah. Et dum irent per uiam, ue
nerunt ad quandam aquam. Et ait eunuchus:
Ecce aqua. Quid uetat ne baptizer? Dixit au-
tem Philippus: Si credis ex corde, licet. Et re-
ſpondēs ait: Credo filium dei eſſe Ieſúah Chri
ſtum, Et iuſſit ſiſti currum, ac deſcenderūt am
bo in aquam, Philippus ſimul, & eunuchus: et
11 baptizauit eum. ¶ Cum autem aſcendiſſent
ex aqua, ſpiritꝰ domini rapuit Philippum, nec
amplius uidit eum eunuchus. Ibat enim per
uiam ſuam gaudens. Philippus autem reper-
tus eſt Aſdód, & ptranſiēs euangelizabat ciui
tatibus cunctis, donec ueniret Cæſaream.

Capitulum. 9.

1 SAulus autem adhuc ſpirans
minas, ac cædem aduerſus
diſcipulos domini, acceſſit
ad principem ſacerdotum,
& petijt ab eo epiſtolas, in
Dammeſec ad ſynagogas:
ut ſi quos inueniſſet eiꝰ uiæ,
ſeu uiros, ſeu mulieres, uinctos duceret Ieru-
2 ſaláim. ¶ Et cum iter faceret, contigit ap-

propinquaret Dammeſec. Et ſubito circum-
fulgurauit eum lux de coelo, collapſuſꝗ in
terram, audiuit uocem, dicentem ſibi: Saúl
Saúl, quid me perſequeris? Dixit aũt. Quis
es domine? Dominus autem dixit: Ego ſum
Ieſúah, quem tu perſequeris, Durum eſt tibi
3 contra ſtimulos calcitrare. ¶ Is tremens, ac
ſtupens dixit: Domine, quid me uis facere?
Et dominus ad eum: Surge, & ingredere ci-
uitatem, & dicetur tibi quid te oporteat fa-
4 cere. ¶ Viri autem illi qui erant ei comites
itineris, ſtabant attoniti: audientes quidem
uocem, neminem tamen uidentes. Surrexit
autẽ Saulus è terra, apertiſꝗ oculis neminẽ
uidebat. Sed manu ducentes illum, introdu-
xerunt Dammeſec. Et erat tribus diebus nõ
5 uidens, ac non comedit, neꝗ bibit. ¶ Erat
autem quidam diſcipulus Dammeſec, nomi
no Chananiáh, & dixit ad illũ per uiſum do-
minus: Chananiáh. Et ille ait: Ecce ego domi
ne. Dominus uero ad eum: Quum ſurrexeris
uade in uicum qui uocatur rectus, & quære
ĩ domo Iehudæ Saulum nomine Tharſenſem:
Ecce enim orat. Et uidit per uiſum uirũ Cha-
naniáh nomine introeuntem, & imponẽtem
6 ſibi manum, ut uiſum reciperet. ¶ Reſpon
dit autẽ Chananiáh: Domine, audiui ex mul
tis de uiro hoc, quanta mala fecerit ſanctis
tuis Ieruſaláim. Et hoc loco habet poteſtatẽ
à principibus ſacerdotum, uinciendi omnes
7 qui inuocant nomen tuũ. ¶ Dixit autem ad
eum dominus: Vade, quoniam uas electũ eſt
mihi iſte, ut portet nomen meum coram gen
tibus, & regibus, ac filijs Iſraël. Ego eñi oſtẽ
dam illi quanta oporteat eum pro nomine
meo pati Et abijt Chananiáh, & introiuit in
domum, & imponens ei manus, dixit: Saúl
frater, domin⁹ miſit me, qui apparuit tibi in
uia qua ueniebas, ut uiſum recipias, & ĩplea
ris ſpiritu ſancto. Et cõfeſtim deciderunt ab
oculis eius tanquam ſquamæ, & uiſum rece
pit, & quum ſurrexiſſet baptizatus eſt. Cũ-
8 ꝗ cœpiſſet cibum, corroboratus eſt. ¶ Fuit
autem Saulus cum diſcipulis qui erant Dã-
meſec per dies aliquot. Et continuo in ſyna-
gogis prædicabat Chriſtum, quod is eſſet fi
lius dei. Stupebant autem omnes qui eum au
diebant, ac dicebant: Nónne hic eſt qui expu
gnabat Ieruſaláim eos, qui inuocabant no-
mẽ iſtd? Et huc ad hoc uenit, ut uinctos illos
9 duceret ad principes ſacerdotum. ¶ Saul⁹
autem multo magis conualeſcebat, & con-
fundebat Iehudæos, qui habitabant Dammé
10 ſec, affirmãs quod is eſſet Chriſt⁹. ¶ Exple-
tis autem diebus compluribus, inierũt inter

ſe Iehudæi conſilium, ut illum occiderent.
Sed intellectæ ſunt Saulo inſidiæ eorum. Aſ-
ſeruabantꝗ portas die, ac nocte, ut eum in-
terficerent. Accipientes autem eũ diſcipuli
nocte, per murum demiſerũt, ſummittentes
11 in ſporta. ¶ Cum autẽ Saulus ueniſſet Ieru
ſaláim, tentabat ſe iungere diſcipulis: & om
nes timebant eum, non credentes quod eſſet
diſcipulus. Barnabas autem appræhenſum il
lum duxit ad apoſtolos, ac narrauit illis quo
modo in uia uidiſſet dominum, & quod locu
tus eſſet ei, & quomodo in Dammeſec forti
ter egiſſet in nomine Ieſúah. Et erat cum il-
lis uerſans Ieruſaláim, cum fiducia loquẽs in
noíe dñi Ieſúah. Loq̃baturꝗ, & diſputabat
aduerſus Græciſtas: illi uero quærebant oc-
cidere eum. Quod cũ cognouiſſent fratres,
deduxerunt eum Cæſaream, & emiſerunt
12 eum Tarſum. ¶ Igitur eccleſiæ quidem per
totam Iehudæam, & Galilæã, & Semariáh
habebant pacem, & ædificabantur uerſan-
tes in timore domini, & conſolatione ſancti
13 ſpiritus multiplicabantur. ¶ Factum eſt au
tem, ut Petrus, dum peragraret per omnes,
deueniret etiam ad ſanctos qui habitabant
Lyddæ. Reperit autem ibi hominem quen-
dam nomine Aeneam, annis iam octo decum
bentem in grabbato, qui erat paralyticus.
Et ait illi Petrus: Aenea, ſanet te dominus Ie
ſúah Chriſtus: Surge, & ſterne tibi ipſi. Et cõ
tinuo ſurrexit, & uiderunt eum omnes qui
habitabant Lyddæ, & Aſſarone, qui conuer-
14 ſi ſunt ad dominum. ¶ Ioppæ autem fuit
quædam diſcipula nomine Tabitha, quæ in-
terpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena
operibus bonis, & eleemoſynis quas præſta
bat. Factum eſt autem in diebus illis, ut infir-
mata moreretur. Quam cũ lauiſſent, poſue-
runt in cœnaculo. Cũ autem uicina eſſet Lyd
da Ioppæ, ac diſcipuli audiſſent quod Pe-
trus eſſet in ea, miſerunt ad eum, rogantes,
15 ne grauaretur uenire uſꝗ ad ſe. ¶ Exur-
gens autem Petrus, uenit cum illis. Et cum
aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum,
& circumſteterunt illum omnes uiduæ flen-
tes, & oſtendentes tunicas, ueſteſꝗ, quas fa-
ciebat cum eſſet cum ipſis Dorcas. Eiectis
autem omnibus foras, Petrus poſitis genu-
bus orauit, & conuerſus ad corpus, dixit:
Tabitha, ſurge. At illa aperuit oculos ſuos,
uiſoꝗ Petro, reſedit. Data autem illi ma-
nu, erexit eam, & cum uocaſſet ſanctos,
ac uiduas, exhibuit eam uiuam. Id autem in-
notuit per totã Ioppen, & crediderunt mul-

16 ti in dñm. ¶ Factum eſt aũt, ut dies multos
maneret Ioppæ apud Simonem quendã co-
riarium.

Capitulum. 10.

1 VIr autem quidã erat Cæſareæ,
noĩe Cornelius, Centurio ex
cohorte quæ dicitur Italica, re
ligioſus ac timens deum cũ to
ta domo ſua, præſtans eleemo
ſynas multas plebi, deprecãſ-
q; deum ſemper: Is uidit p uiſum manifeſte
fermè hora diei nona angelum dei introeun
tem ad ſe, dicentemq; ſibi: Corneli. At ille in
tuens eũ, ac timore correptus, dixit: Quid
eſt dñe? Dixit autem illi: Orationes tuæ, &
eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam
coram deo. Et nũc mitte uiros Ioppen, & ac-
cerſe Simonem qui cognominat Petr⁹. Hic
diuerſatur apud Simonẽ quẽdam coriariũ,
cui eſt domus iuxta mare: hic dicet tibi quid
2 te oporteat facere. ¶ Et cum diſceſſiſſet an
gelus qui loquebatur illi, uocauit duos fa-
mulos ſuos, & militem religioſum ex his q
ſibi adhærebant. Quibus cum narraſſet oĩa,
3 miſit illos Ioppen. ¶ Poſtridie uero facien
tibus illis iter, & appropinquantibus ciuita
ti, aſcendit Petrus ĩ ſuperiora domus ut ora
ret, circa horam ſextam. Et cum eſuriret uo
luit guſtare cibum. Parantibus autem illis,
irruit ſuper eum mẽtis exceſſus. Et uidet cœ
lum apertum, ac deſcendens ad ſe uas quod
dam uelut linteum magnum, quatuor initijs
alligatum, ſummitti è cœlo in terram, in quo
erant omnia quadrupedia terræ, beſtiæq; &
4 reptilia, & uolatilia cœli. ¶ Et facta eſt uox
ad eum: Surge Petre, macta, & ueſcere. Ait
autem Petrus: Nequaquam dñe, quia nunq̃
edi quicquam commune, & immundum. Et
uox rurſus iterũ ad eum: Quæ deus purifica
uit, tu cõmunia ne dixeris. Hoc aũt factũ eſt
tertio. Et rurſum receptum eſt uas in cœlũ.
Et dum apud ſeſe hæſitaret Petrus, quænã
eſſet uiſio quã uidiſſet, ecce uiri q miſſi erãt
à Cornelio, percontati de domo Simõis, aſti
terunt ad ianuam. Et euocato quopiam, iter
rogabant, an Simon qui cognominaret Pe-
trus, illic haberet hoſpitiũ. Petro uero cogi-
tante de uiſione, dixit ſpũs ei: Ecce uiri quæ
runt te. Surge itaq; & deſcẽde, & uade cum
eis, nihil hæſitãs, pptérea qđ ego miſi illos.
5 ¶ Deſcẽdens aũt Petrus ad uiros, qui miſſi
erant à Cornelio ad ipſum, dixit: Ecce ego
ſum ille quem quæritis. Quæ cauſa eſt pro-
pter quam ueniſtis? Qui dixerunt: Corne
lius centurio, uir iuſtus, ac timens deũ, & te
ſtimonium habens ab uniuerſa gente Iehu
dæorum, oraculo admonitus eſt ab angel
ſancto, ut accerſeret te in domũ ſuam, & au
diret uerba abs te. Intrò uocatos igitur co
6 recæpit hoſpitio. ¶ Sequẽti uero die Petr
profectus eſt cum illis, & quidam ex fratri
bus qui erãt ab Ioppe comitati ſunt eum. P
ſtridie uero introierunt Cæſareã. Porrò Co
nelius expectabat illos, conuocatis cognati
7 ſuis, ac neceſſarijs amicis. ¶ Ut autem fa
ctũ eſt ut introiret Petr⁹, obuiam progreſſu
ei Cornelius, ac procidens ad pedes, adora
uit eum. Petrus uero erexit eum, dicens: Su
ge, & ego ipſe homo ſum. Et colloquẽs cum
illo, intrauit, et offendit multos qui conuen
rant, dixitq; ad illos: Vos ſcitis, non eſſe fa
uiro Iehudæo coniungi, aut accedere ad ali
nigenã. Sed mihi oſtendit deus, ne quem c
munem, aut immundum dicerem hominem
quapropter & incunctanter ueni accerſitus
Interrogo ergo, quam ob cauſam accerſiſtis
8 me? ¶ Et Cornelius ait: Die abhinc quarto
uſque ad hanc horam ſedebam ieiunus: &
hora nona orabam in domo mea, & ecce uir
ſtetit ante me in ueſte ſplendida, & ait: Corne
li exaudita eſt oro tua, & eleemoſynæ tuæ in
memoria habitæ ſunt corã deo. Mitte ergo,
in Ioppen, & accerſe Simonem qui cogno-
minatur Petrus, hic diuerſatur in domo Si-
monis coriarij iuxta mare, qui ubi aduene-
rit loquetur tibi. Confeſtim ergo miſi ad te,
& tu bene feciſti qui adueneris. Nunc ergo
omnes nos, teſte deo, adſumus, ut audiamus
omnia quecunq; tibi præcepta ſunt à deo.
9 ¶ Aperiens autem Petrus os, dixit: Vere
uinxiſſet eum.Poſtero autem die uolens ſci-
re certũ,qua ex cauſa accuſaret̃ à Iehudæis,
ſoluit eũ à uinculis, & iuſſit principes ſacer-
dotum conuenire,totumq; conciliũ,ac dedu
ctum Paulum ſiſtebat corã illis.

Capitulum.23.

1 INtentis aũt oculis in cõcliũ.
Paul⁹ait:Viri fr̃es,ego oĩ con-
ſciẽtia bona cõuerſat⁹ ſũ corã
deo uſq; ĩ hodiernũ diẽ. Prin-
ceps aũt ſacerdotũ Chananiáh
ꝑcepit aſtãtibus ſibi,ut ꝑcute
2 rẽt os eius.¶ Tũc Paul⁹ dixit ad eũ : Percuſ
ſurus eſt te deus,paries dealbate.Et tu ſedes
iudicãs me ſecundũ legẽ,& contra legẽ iu-
bes me percuti?Et qui aſtabant,dixerũt:Sũ-
3 mo ſacerdoti dei maledicis ? ¶ Dixit autẽ
Paulus:Neſciebã fratres,quod ſũmus ponti
fex eſſet.Scriptũ eſt eñ:Principi populi tui
4 nõ maledices.¶ Sciens autẽ Paul⁹, qđ una
pars eſſet Sadducæorũ,& altera phariſeoꝝ,
exclamauit in cõcilio:Viri fratres,ego Pha-

riſæus ſum, filius phariſæi: de ſpe & reſurre
5 ctione mortuorum ego iudicor. ¶ Et cum
hoc dixiſſet, facta eſt diſſentio inter phari-
ſæos, ac Sadducæos, & diſſecta eſt multitu-
do. Nā Sadducæi quidē dicūt, nō eſſe reſurre-
ctionem, neq; angelum, neq; ſpm̄: Phariſæi
6 aūt utraq; confitent. ¶ Fact' eſt aūt clamor
magnus, & cum ſurrexiſſent ſcribæ de ſecta
phariſæorū, depugnabant, dicentes: Nihil
mali inuenimus in hoīe iſto. Quod ſi ſpūs
locutus eſt ei, aut angelus, ne repugnemus
deo Et cum magna ſeditio coorta eſſet, ueri
tus tribunus ne diſcerperet Paulus ab ipſis,
iuſſit milites deſcendere, & rapere eum de
medio eorū, ac deducere eū in caſtra: Sequē
ti autē nocte aſſiſtēs ei dn̄s, ait: Bono animo
eſto Paule. Vt enim teſtificatus es de me Ie-
ruſalaim, ſic te oportet & Romæ teſtificari.
7 ¶ Facto aūt die, collegerūt ſe quidā ex Ie-
hudæis, & deuouerūt ſe, dicētes neq; eſuros
ſe, neq; bibituros, donec occiderent Paulū.
8 ¶ Erant aūt plures q̄ quadraginta uiri qui
hanc coniurationē fecerant. Qui acceſſerūt
ad principes ſacerdotū ac ſeniores, & dixe-
runt ei. Deuotione deuouimus nosipſos, ni-
hil guſtaturos, donec occidam' Paulū. Nūc
ergo uos ſignificate tribuno, & concilio, ut
cras producat illū ad nos, tanq̄ aliquid cer
tius cognituros de eo. Nos uero priuſquam
appropinquet, parati ſumus īterficere illū.
9 ¶ Cum aūt audiſſet filius ſororis Pauli inſi
dias, uenit & intrauit in caſtra, nunciauitq;
Paulo. Acceſſito aūt Paulus ad ſe uno ex cē
turionibus, ait: Adoleſcentulū hūc adhuc ab
duc ad tribunū. Habet eſt quod renūciet illi.
Et ille quidem aſſumens eū, duxit ad tribu-
nū, & ait: Vinctus Paulus acceſſitū me roga
uit, ut hunc adoleſcentulū perducerē ad te,
10 habētē aliquid qd' loquatur tibi. ¶ Appræ
henſa autem tribunus manu illi', ſeceſſit cū
eo ſeorſum, & percontatus eſt illum: Quid
eſt quod habes ſignificandum mihi? Ille aūt
dixit: Iehudæi conſpirarunt ut rogarent te,
uti craſtino die educeres Paulū in conciliū,
quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo:
tu uero ne morem geſſeris illis: Inſidiantur
enim ei ex eis uiri plures quadraginta, qui
ſeipſos deuouerunt, ne uel edant uel bibāt,
donec interficiant eum: & nunc parati ſunt
11 expectantes, ut promittas. ¶ Tribunus igi
tur dimiſit adoleſcentulū, præcepit que ei,
ne cui eloqueret inquiens, quod hæc indica
ueris mihi. Et acceſſitis duobus quibuſdam
centurionibus, dixit: Parate milites ducen-
tos, ut eant Cæſaream, & equites ſeptuagin
ta, & lancearios ducentos, à tertia hora no-
ctis: & iumenta præbete, ut impoſitum Pau
lum, ſaluum perducant ad Felicē præſidem,
12 ſcriptis literis in hanc formam. ¶ Claudius
Lyſias potentiſſimo præſidi Felici ſalutem.
Virum hunc cōpræhenſum à Iehudæis, cum
iam eſſet interficiendus ab eis, ſuperueniens
cum exercitu, eripui, cognito quod Roma-
nus eſſet: uolenſq; ſcire cauſam ob quam ac-
cuſarent illum, deduxi eum in conciliū eorū.
Quem comperi accuſari de quæſtionib' le-
gis ipſorum, nullum dignum morte, aut uin
culis habētem crimen. Et cum indicatū eſſet
mihi de inſidijs, quas parauerant illi Iehu-
dæi, protinus miſi eum ad te, præcepto dato
etiam accuſatoribus, ut quæ habent aduer-
13 ſus eum, dicant apud te. Vale. ¶ Milites ue
ro, iuxta qd' ſibi iniunctum erat, recæptum
Paulum duxerūt per noctem Antipatridem.
Poſtero autem die dimiſſis equitibus ut cū
eo irent, reuerſi ſunt in caſtra. Qui cū ueniſ
ſent Cæſaream, ac tradidiſſent epiſtolā præ
ſidi, ſtatuerunt coram eo & Paulum. Cum
legiſſet autē præſes, & interrogaſſet ex qua
prouincia eſſet, & cognouiſſet quod ex Cili
cia: Audiam te, inquit, cū accuſatores quoq;
tui aduenerint. Iuſſitq; in prætorio Herodis
cuſtodiri eum.

Capitulum. 24.

1 POſt quinque autem dies deſcē-
dit princeps ſacerdotum Cha-
naniah, cū ſenioribus & Tertul
lo quodā oratore, qui adierunt
præſidem contra Paulum. Et ci
tato Paulo, cœpit accuſare Tertullus dicēs:
Cum in multa pace agamus per te, & multa
recte gerantur in populo hoc per tuam pui
dētiam, & ſemper, & ubiq; comprobamus,
præſtantiſſime Felix, cum omni gratiarum
actione. Sed ne diutius te detineam, oro te
ut audias nos paucis, pro tua humanitate.
Nacti enim ſumus uirum hunc peſtiferū, &
concitātem ſeditionem omnibus Iehudæis
in uniuerſo orbe, & auctorem ſectæ Naſare-
norum, qui etiam templum profanare cona
tus eſt, quem & appræhenſum uoluimus ſe-
cundū legē nr̄am iudicare: Sed ſuperueniēs
tribun' Lyſias, cū magna ui eripuit eū è ma-
nibus nr̄is, iubēs accuſatores ei' ad te ueni-
re: ex quo poteris ipſe inquiſitiōe facta de oī
bus iſtis cognoſcere, de qbus nos accuſam'
eū? Adiecerūt aūt & Iehudæi, dicentes hæc

2 ita ſe habere. ¶ Reſpondit autē Paulus, cum
annuiſſet ipſe præſes, ut diceret: Aequiore ani-
mo pro meipſo cauſam dico, cū ſciam te mul-
tis iam annis iudicem fuiſſe genti huic, qui poſ-
ſis cognoſcere, quod nō plures ſunt mihi dies
quàm duodecim, ex quo aſcendi adoraturus
Ieruſaláim: & neq; in templo compererūt me
cum aliquo diſputantē, aut concui ſum facien-
tem turbæ, neq; in ſynagogis, neq; in ciuitate:
neq; probare poſſunt ea de quibus me accu-
3 ſant. ¶ Cōfiteor autem hoc tibi, quod iuxta
uiam, quam uocant ſectam, ſic colo patrem
deum, credens omnibus quæ in lege, & pro-
phetis ſcripta ſunt: ſpem habēs in deum fore,
quam & hi ipſi expectāt, reſurrectionem mor-
tuorum iuſtorum ſimul, & iniuſtorum. Quin
in hoc & ipſe ſtudeo, ſine offendiculo cōſcien-
tiam habere erga deum, & erga homines ſem-
4 per ¶ Poſt annos autem plures acceſſi, elee-
moſynas exhibiturus in gentem meā, & obla-
tiones: in quibus compererunt me purifica-
tum in templo, haud cum turba, neq; cum tu-
multu. Quidam autem ex Aſia Iehudæi, quos
oportebat apud te præſto eſſe, & accuſare, ſi
quid haberent aduerſum me: aut hi ipſi dicāt,
ſi quid deprehenderūt in me iniquitatis, cum
ſtem in concilio: niſi de una hac uoce, qua cla-
mavi inter eos ſtans, de reſurrectione mortuo-
5 rum ego iudicor hodie à uobis. ¶ Auditis au-
tem his. Felix diſtulit illos, certo ſciens quæ ad
eam uiam attinebāt, dicens: Cum tribunus Ly-
ſias deſcenderit, pernoſcam cauſam ueſtram.
Iuſſitq; cēturioni, ut cuſtodiret Paulum, ſine-
retq; eum relaxari, & ne quem ex illius fami-
liaribus uetaret ſubminiſtrare ei, aut adire eū.
6 ¶ Poſt aliquot autem dies cum aduenīſſet Fe-
lix cum Druſilla uxore ſua, quæ erat Iehudæa
acceerſiuit Paulum, & audiuit ab eo fidē, quæ
eſt in Chriſtum. Diſputante autem illo de iuſti-
tia & temperantia, & de iudicio futuro, treme-
factus Felix reſpondit: In præſentia abi, cæte-
rum opportunitatem nactus acceerſam te, ſimul
& illud ſperans fore ut pecunia ſibi daretur à
Paulo ut ſolueret ipſum, propter quod & fre-
quenter acceerſens eum, loquebatur cum eo.
Biennio autem expleto, accæpit ſucceſſorem
Felix Portium Feſtum. Volens autem gratiam
præſtare Iehudæis Felix, reliquit Paulū uin-
ctum.

Capitulum. 25.

1 FEſtus ergo ſuſcepta prouincia,
poſt triduum aſcendit Ieruſa-
láim ab urbe Cæſarea. Signifi-
caruntq; illi princeps ſacerdotum, ac primores
Iehudæorum de Paulo: & rogabant eum po-
ſtulantes fauorem aduerſus eum, ut acceerſeret
eum Ieruſaláim, inſidias tendentes, ut interfi-
2 cerent eum in uia. ¶ Feſtus autem reſpondit,
ut ſeruaretur quidem Paulus Cæſareæ, ſe ue-
ro breui illò profecturū. Qui ergo inter uos,
inquit, potentes ſunt, unà nobiſcum deſcen-
dant: & ſi quod eſt in hoc uiro crimen, accu-
ſent eum. Demoràtus autem inter eos diebus
amplius quàm octo, deſcendit Cæſaream: &
poſtero die ſedit pro tribunali, iuſſitq; Paulum
adduci. Qui cum perductus eſſet circunſtete-
runt eū qui ab Ieruſaláim deſcenderant Iehu-
dæi, multa & grauia crimina intendentes ad-
uerſus Paulum, quæ non poterant probare.
3 ¶ Paulo pro ſe reſpondente, quod neq; in le-
gem Iehudæorū, neq; in templum, neq; in Cæ-
ſarem quicquā peccaſſet. Feſtus autem uolens
gratificari Iehudæis, reſpondens Paulo dixit:
Vis Ieruſaláim aſcendere, & ibi de his iudica-
ri apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribunal
Cæſaris ſto, ubi me oportet iudicari. Iehudæis
nullam iniuriam feci, ſicut & tu melius noſti.
Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci,
non recuſo mori. Si uero nihil eſt eorum, de
quib⁹ hi accuſant me, nemo poteſt me illis do-
4 nare: Cæſarem appello. ¶ Tunc Feſtus cum
concilio collocutus reſpondit: Cæſarem appel-
laſti? ad Cæſarem ibis. Et cū dies aliquot trāſ-
acti eſſent, Agrippa rex, & Bernice deſcēde-
runt Cæſaream ſalutaturi Feſtum. Et cum dies
complures ibi commorarentur, Feſtus regi
retulit cauſam Pauli, dicens: Vir quidam eſt re-
lictus à Felice uinctus, de quo cum ueniſſem
Ieruſaláim ſignificarunt mihi principes ſacer-
dotum, & ſeniores Iehudæorum, poſtulan-
5 tes aduerſus illum ſententiam. ¶ Quibus re-
ſpondi: Non eſt Romanis conſuetudo ob gra-
tiam donare aliquem hominē ut pereat, priuſ-
quam is qui accuſatur præſentes habeat accu-
ſatores, locumq; defendendi accipiat de crimi-
ne. Cum ergo huc conueniſſent, ſine ulla dila-
tione, ſequenti die ſedens pro tribunali, iuſſi
adduci uirum. De quo cum ſtetiſſent accuſa-
tores nullum crimen intendebant ſuper hiſce
rebus, de quibus ego ſuſpicabar: ſed quæſtio-
nes quaſdam de ſua ſuperſtitione habebāt ad-
uerſus eum, & de quodam Ieſúah defuncto,
6 quem affirmabat Paulus uiuere. ¶ Hæſitans
autem ego de huiuſmodi quæſtione, dicebam,
num uellet ire Ieruſalaim, & ibi iudicari ſuper
iſtis. Paulus autem cum appellaſſet ut ſeruare-
tur Auguſti cognitioni, iuſſi ſeruari eum, do-
nec mitterem eum ad Cæſarem. Agrippa au-

tem dixit ad Feſtum: Volebam & ipſe homi-
7 nem audire. Cras, inquit, audies eum. ¶ Po
ſtero autem die cum ueniſſet Agrippa, & Ber
nice cum multo apparatu, & introiſſent in au-
ditorium cum tribunis, & uiris principalibus
ciuitatis, iubente Feſto, adductus eſt Paulus.
Et dicit Feſtus: Agrippa rex, & om̃e qui ſimul
adeſtis nobiſcum uiri, uidetis hunc hominem,
de quo omnis multitudo Iehudæorum inter-
pellauit me, & Ieruſaláim & hic, acclamantes
non oportere eum uiuere amplius. Ego uero
comperi nihil dignum morte eum admiſiſſe.
8 ¶ Cæterum cum is ipſe appellaſſet Auguſtũ,
ſtatui mittere eum. De quo quid certum ſcri-
bam domino, non habeo. Quapropter produ
xi eum ad uos, & maxime ad te rex Agrippa,
ut examinatione facta, habeam quod ſcribã.
Iniquum enim mihi uidetur mittere uinctum,
& crimina de quibus accuſatur, non ſignifi-
care.

Capitulum, 26.

1 AGrippa uero ad Paulum ait: Per
mittitur tibi loq pro temetipſo.
Tunc Paulus extenta manu pro
ſe dicebat: Sup oĩbus de quibus
accuſor à Iehudæis rex Agrip-
pa, exiſtimo me beatum, qui cauſam dicturus
ſim apud te hodie: cum tu maxime ſis guarus
earum quæ apud Iehudęos ſunt, & conſuetu-
dinum, & quæſtionum. Quapropter obſecro,
ut patienter me audias. Itaq uitam quidem
meam, quam egi ab adoleſcentia, quæ ab ini-
tio fuit in gente mea Ieruſaláim nouerunt oẽs
Iehudæi: qui prius nouerant me ab initio, ſi ue
lint teſtimonium ferre, q ſecundum exquiſi-
tiſſimam ſectã noſtræ religionis uixerim pha
2 riſæus. ¶ Et nunc fretus ſpe repromiſſionis,
quæ ad patres noſtros facta eſt à deo, ſto iudi-
cio ſubiectus, ad quã duodecim tribus noſtræ
inſtanter nocte, & die colentes deum, ſperant
ſe puenturas. De qua ſpe accuſor, rex Agrip-
pa, à Iehudæis. Cur incredibile iudicat apud
uos, ſi deus mortuos ſuſcitat. Et ego quidem
exiſtimabam me aduerſus nomen Ieſuah Na-
ſareni multa repugnando facturum, quod &
3 feci Ieruſaláim. ¶ Et multos ſanctorum ego
carceribus incluſi à principibus ſacerdotum
poteſtate accepta: & cum occiderentur, detuli
ſententiam, Et per omnes ſynagogas frequen
ter puniens eos, compellebam blaſphemare,
& amplius inſaniẽs in eos, perſequebar etiam
in exteras uſq ciuitates. Quarum rerum ſtu-
dio cum irem Dammèſec cum auctoritate, &
permiſſu principum ſacerdotum, die medio,
rex, in uia uidi è cœlo ſupra ſplendorem ſolis
circũfulſiſſe me lumen, & eos qui mecum fa-
4 ciebant iter. ¶ Cum autem omnes nos deci-
diſſemus in terram, audiui uocem loquentem
ad me, ac dicentẽ Hebraica lingua: Saul Saul,
quid me perſequeris. Durum eſt tibi contra ſti
mulos calcitrare. Ego autem dixi: Quis es do-
mine: At ille dixit: Ego ſum Ieſuah, quem tu
perſequeris. Sed exurge & ſta ſuper pedes
tuos. Ad hoc enim apparui tibi, ut conſtituam
te miniſtrum, ac teſtem, & eorum quæ uidiſti,
& eorum in quibus apparebo tibi, eripiens te
à populo, & gentibus in quas nunc te mitto:
ut aperias oculos eorum, ut conuertantur à te
nebris ad lucẽ, & a poteſtate ſathanæ ad deũ:
ut accipiant remiſſionem peccatorum, & ſor-
tem inter eos, qui ſanctificati ſunt per fidem
5 quæ eſt erga me. ¶ Vnde rex Agrippa, non
fui inobediens cœleſti uiſioni: ſed his qui ſunt
Dãmèſec primum & Ieruſaláim, & per omnẽ
regionem Iehudææ, deinde & gentibus annũ
ciabam ut pœnitentiam agerent, & conuerte
rentur ad deum, opera facientes digna his qui
pœnitentiam egiſſent. Hac ex cauſa Iehudæi
me in templo comprehenſum tentauerunt in-
6 terficere. ¶ Auxilium igitur nactus dei, uſq
in hodiernum diem ſto, teſtificans tum paruo,
tum magno: nihil aliud dicens, quàm ea quæ
prophetæ prædixerant futura eſſe, & Moſéh:
an paſſurus fuerit Chriſtus, an primus ex re-
ſurrectione mortuorum lumen annunciatu-
7 rus ſit populo, & gentibus. ¶ Hæc autẽ cum
pro ſe diceret, Feſtus magna uoce ait: Inſanis
Paule. Multæ te literæ ad inſaniam conuertũt.
Et Paulus, non inſanio inquit, optime Feſte:
ſed ueritatis, & ſobrietatis uerba eloquor. Scit
enim de his rex apud quem, & libere loquor:
Latere enim eum nihil horum arbitror. Neq
8 enim hoc in angulo geſtum eſt. ¶ Credis rex
Agrippa, pphetis? Scio quod credis. Agrippa
autem ad Paulum ait: Modica ex parte perſua
des mihi, ut fiam Chriſtianus. Et Paulus ait:
Optarim à deo, non ſolum modica ex parte,
uerumetiam magna, non te modo, ſed omnes
etiam, qui me audiunt hodie, eſſe tales, qualis
9 ego ſum, exceptis uinculis his. ¶ Et hæc eo lo
cuto, ſurrexit rex, ac præſes, & Bernice, & q
aſſidebant eis. Et cum ſeceſſiſſent, loqueban-
tur inter ſe, dicentes: Nihil morte, aut uinculis
dignum facit homo iſte. Agrippa autem Feſto
dixit: Dimitti poterat homo hic, ſi non appel-
laſſet Cæſarem.

Capitulum. 27.

POſtquam autẽ decretum eſt, ut
1 nos nauigaremus in Italiam, tra
diderũt & Paulum & quoſdam
alios uinctos centurioni, nomine

Iulio,cohortis Auguſtæ. Cōſcenſa aūt naue
Adramyttina, nauigaturi iuxta loca Aſiæ,
ſoluimus.perſeuerāte nobiſcum Ariſtarcho
2 Macedone Theſſalonicēſi. ℂ Seq̄nti aūt die
appulim' Sidonē.Et Iulius humaniter tracta
to Paulo,pmiſit ut ad amicos pfectus,ab illis
curaretur.Et indecū ſoluiſſemus, ſubnauiga
uimus iuxta Cyprū,propterea qđ eſſent uē-
ti contrarij.Et pelag' quod eſt cōtra Ciliciā,
& Pamphyliam emenſi,peruenimus Myram
quæ eſt Lyciæ,& ibi nactus centurio nauem
Alexandrinam nauigantem in Italiam,impo
3 ſuit nos in eā. ℂ Et cum multis diebus tarde
nauigaremus,uixꝗ deueniſſem' contra Gni
dum,prohibente nos uento,adnauigauimus
Cretæ iuxta Salmonem. Et uix prætérlegen
tes illam,peruenimus in locum quendā, qui
uocatur pulchri portus,cui uicina erat ciui-
4 tas Laſæa. ℂ Multo autem tempore peracto
& cum eſſet iam periculoſa nauigatio, ob id
quoꝗ ꝙ iam ultra tempus ſuſtinuiſſent ine-
diam,admonebat eos Paulus,dicēs eis: Viri,
uideo quod cū iniuria multoꝗ damno,nō ſo
lum oneris & nauis,ſed etiā animarū noſtra
5 rum futura ſit nauigatio. ℂ Centurio autem
gubernatori, & nauclero magis credebat,
quā his quæ à Paulo dicebant.Et cū apt' por
tus nō eſſet ad hybernandū,cōplures cœpe-
rūt conſiliū ſoluēdi illinc, ſi quomodo poſ-
ſent peruecti Phœnicē illic hybernare.Is eſt
portus Cretæ ſpectās ad Africū,& ad Cho-
6 rū. ℂ Aſpirāte aūt Auſtro,rati ſe ppoſiti cō
potes,cum ſoluiſſent Aſſon, præterlegebāt
Cretā.Verū haud multo poſt coortus eſt cō-
tra ipſam uent' Typhonicus,q uocatur Euro
aquilo.Cūꝗ correpta eſſet nauis,nec poſſet
obniti uēto,data naue flatib',ferebamur. In
inſulam autē quandam deuecti, quæ uocat
Clauda,uix potuim' obtinere ſcaphā. Qua
ſublata adiutorijs utebantur, ſubcingentes
nauem,timentes ne in Syrtim inciderent, de
7 miſſo naſe,ſic ferebantur. ℂ Cum aūt uehe
menti tēpeſtate iactaremur, ſequenti die ia-
ctum fecerūt,ac tertio die noſtris manib' ar-
mamenta nauis proiecimus.Porrò neꝗ ſole,
neꝗ ſiderib' apparētibus ad cōplures dies,
& tempeſtate non exigua imminēte, iā abla
8 ta erat ſpes omnis ſalutis noſtræ. ℂ Cū autē
multa iam eſſet inedia,tūc ſtās Paulus in me
dio eorū,dixit.Oportebat quidē ò uiri audi
to me non ſoluere à Creta,nec accerſere no-
bis iniuriā hāc & iacturam.Et nūc hortor, ut
bono animo ſitis. Iactura enim animæ nulla
erit ex uobis,ſed tantū nauis.Aſtitit eñ mi-
hi hac nocte angel' dei,cuius ſum ego,quem
& colo,dicens: Ne timeas Paule, Cæſari te
oportet ſiſti.Et ecce donauit tibi deus om-
nes qui nauigant tecum.Propter quod bono
animo eſtote uiri. Credo enim deo ,quod ſic
erit,quemadmodum dictum' eſt mihi.In inſu
9 lam autē quandam oporter uos eijci. ℂ Sed
poſteaquam quartadecima nox ſuperuenit:
nauigantibus nobis in Adria circa mediū no
ctis ,ſuſpicabantur nautæ apparere ſibi ali-
quam regionem.Qui & demiſſa bolide, re-
pererunt paſſus uiginti : ac puſillum inde
digreſſi,rurſum que demiſſa bolide, repere
runt paſſus quindecim. Timentes que ne in
aſpera loca inciderent,de puppi iactis anco-
10 ris quatuor,optabant diem oriri. ℂ Nautis
uero quærentibus fugere è naui,cum demi-
ſiſſent ſcapham in mare,ſub prætextu uelut
è prora ancoras extenſuri,dixit Paulus cen-
turioni & militibus:Niſi hi in naui māſerint,
uos ſalui fieri non poteſtis. Tunc abſciderūt
milites funes ſcaphæ,& paſſi ſunt eam exci
dere.Et cum dies inciperet apparere, horta
batur Paul' omnes ſumere cibū,dicēs.Dies
hic decimuſquartus eſt, ꝙ expectantes ieiu-
ni permanetis,nihil accipientes:propter qđ
hortor uos,ut ſumatis cibum : hoc enim ad
ſalutem ueſtram pertinet,quia nulli' ueſtrū
capillus de capite cadet. Et cum hæc dixiſ-
ſet,ſumpto pane gratias egit deo in conſpe-
ctu omnium:& cum fregiſſet,cœpit edere.
11 ℂ Porrò animis iam recreatis omniū, ſum-
pſerunt & ipſi cibū. Eramus uero uniuerſæ
animæ in naui ducentæ ſeptuaginta ſex.Et ſa
tiati cibo,alleuiabant nauē, eijcientes triti-
12 cū in mare. ℂ Dum aūt dies eſſet,terrā non
agnoſcebant:ſinum uero quendam animad
uerterunt,habentē litt',in quod cogitabāt,
ſi poſſent,impingere nauem.Et cum ancoras
ſuſtuliſſent,committebant ſe mari,ſimul la-
xatis iuncturis gubernaculorū,& ſublato ar
temone ad auræ flatū,tendebant ad littus.
13 ℂ Et cum incidiſſent in locū bimarē, īpege
runt nauē.Ac prora quidē infixa manebat ī-
mobilis:puppis uero ſoluebatur à ui undaꝝ.
Militum autem conſilium erat, ut uinctos oc
14 ciderent,ne qs cū enataſſet effugeret. ℂ At
cēturio uolens ſeruare Paulum, compeſcuit
eos à conſilio:iuſſitꝗ,ut qui poſſent natare,
abijcerent ſe primos,& in terram euaderēt,
cæteriꝗ partim in tabulis, partim in quibuſ
dam nauis fragmentis. Et ſic factum eſt, ut
omnes incolumes euaderent in terram.

Capitulum.28.

1 ET cum euaſiſſent tunc cogno-
uerunt quod Melite inſula uo
caretur. Barbari uero præſta-
bant non uulgarem humanita
tem nobis. Accẽſa enim pyra,
recipiebant nos omnes ꝓpter
imbrem qui imminebat, & propter frigus.
Cum congregaſſet autem Paulus ſarmento
rum multitudinem, & impoſuiſſet in ignem,
uipera è calore prorepens, inuaſit manum
2 eius. ℂ Vt uero uiderunt Barbari penden-
tem beſtiam de manu eius, inter ſeſe dice-
bant: Omnino homicida eſt homo hic, quem
ſeruatum è mari ultio non ſinit uiuere. Et ille
quidem excuſſa uipera in ignem, mali nihil
paſſus eſt. At illi exiſtimabant futurum ut in
cenderetur, aut concideret repente mortuꝰ.
3 ℂ Diu autem illis expectantibus, & intuen-
tibus nihil mali illi accidere, mutata mente,
dicebant eum eſſe deum. In locis autem illis
erant prædia primati iſulæ, nomine Publio,
qui nos exceptos, triduoq; benigne tractauit
4 hoſpitio. ℂ Contigit autem patrem Publij
febribus, ac dyſenteria uexatum decumbe-
re. Ad quem Paulus intrauit: & cum oraſſet,
impoſuiſſetq; ei manus, ſanauit eũ. Hoc igi-
tur facto, cæteri quoq; qui habebant infir-
mitates in inſula, accedebant & ſanabantur:
qui etiam multis honoribus nos honoraue-
runt, & ſoluentibus impoſuerunt, quæ ne-
5 ceſſaria erant. ℂ Poſt menſes autem tres na
uigauimus in naui Alexandrina, quæ in inſu
la hyemauerat, cui erat iſigne Caſtor & Pol
lux. Et cum ueniſſemus Syracuſas, manſimꝰ
triduo. Inde circũlegentes deuenimus Rhe-
gium: & poſt unum diem afflante Auſtro, po
ſtridie uenimus Puteolos: ubi repertis fratri
bus, rogati ſumus manere apud eos dies ſe-
ptem, & ſic uenimus Romam. Et inde cũ au
diſſent fratres de nobis, prodierũt in occur-
ſum nobis uſq; ad Appij forum, ac tres taber-
nas. Quos cum uidiſſet Paulus, gratijs actis
6 deo, ſumpſit fiduciam. ℂ Cum autem ueniſ
ſemus Romã, cẽturio tradidit uinctos prin-
cipi exercitus. Permiſſum eſt autem Pau-
lo, ut maneret ſolus cum cuſtodiẽte ſe mili-
te. Poſt tertium autem diem cõuocauit Pau-
lus Iehudæorũ primores. Cũq; ueniſſent, di
7 cebat eis. ℂ Ego uiri fratres cum nihil fece
rim aduerſus plebem, aut inſtituta maiorũ,
uinctus ab Ieruſaláim traditus ſum in manꝰ
Romanorum, qui cum examinaſſent, uolue
runt me dimittere, eo q nulla eſſet cauſa mor
tis in me. Sed contradicẽtibus Iehudæis, coa
ctus ſum appellare Cæſarem, non quaſi habe
am de quo gentem meam accuſem. Propter
hanc igitur cauſam aduocaui uos, ut uiderẽ,
& alloquerer, propter ſpem enim Iſraelis ca
8 tena hac circundatus ſum. ℂ At illi dixerũt
ad eũ: Nos neq; literas accæpimus de te à Ie
hudæa, neq; adueniens aliquis fratrum nun-
ciauit, aut locutus eſt aliquid de te mali. Vo-
lumus autem ex te audire quæ ſentias. Nam
de ſecta iſta notum eſt nobis, quod ubiq; ei
9 contradicitur. ℂ Cum conſtituiſſent autem
illi diem, uenerunt ad eum in hoſpitium com
plures, quibus exponebat teſtificans regnũ
dei, ſuadenſq; eis de Ieſúah ex lege Moſeh,
& prophetis, à mane uſque ad ueſperam. Et
qdam credebant his quæ dicebãtur, quidam
uero non credebant. Cumq; inter ſe nõ eſſent
concordes, diſcedebant ubi dixiſſet Paulus
unum uerbum: Bene ſpiritus ſanctus locutus
eſt per Ieſahiáh prophetã ad patres noſtros,
dicens: Vade ad populum iſtum, & dic: Auri
bus audietis, & non intelligetis: & uidẽtes
uidebitis, & non perſpicietis. Incraſſatum
eſt enim cor populi eius, & auribus grauı-
ter audierunt, et oculos ſuos compreſſerunt:
neq̃ uideant oculis, & auribus audiant, &
corde intelligãt, & conuertantur, et ſanẽ eo.
10 ℂ Notum ergo ſit uobis, quod gentibꝰ miſ
ſum eſt hoc ſalutare dei, & ipſi audient. Et
cum hæc dixiſſet, exierunt ab eo Iehudæi,
multam habentes inter ſe diſceptationem.
Manſit autem Paulus biennio toto in ſuo cõ-
ducto: & ſuſcipiebat omnes qui ingrediebam
tur ad ipſum, prædicans regnum dei, ac do-
cens quæ ſunt de domino Ieſúah cum omni
fiducia, nemine prohibente.

FINIS.

¶EPISTOLA BEATI IACOBI, INTERPRETE SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEO. PROFES.

Capitulum. I.

1 IAcobꝰ dei ac do
mini Ieſúah xp̃i
ſeruus, duode
cim tribubus, q̃
ſunt in diſperſio
ne, ſalutem. Om
ne gaudium exi
ſtimate frẽs mei
quum in tẽtatio
nes icideritis ua
rias, ſcientes ꝙ
probatio fidei ueſtræ operatur patientiam. Pa
tientia uero opus perfectũ habeat, ut ſitis per
2 fecti & integri, nullaq; re deficientes. ¶Qđ
ſi qs ueſtrũ deficit ſapiẽtia, poſtulet ab eo qui
dat uidelicet deo, omnibꝰ ſimpliciter, nec ex
probrat, & dabitur ei. Sed poſtulet cum fide,
nihil diiudicans. Nã qui diiudicat ſimilis eſt flu
ctui maris, qui uentis agitatur & iactat̃. Neq;
eñ exiſtimet homo ille, quod accipiet quicq;
à domino. Vir animo duplex inconſtans eſt in
3 omnibus uijs ſuis. ¶Glorietur autem frater
humilis, in altitudine ſua, diues uero in humi
liatione ſui: quoniã uelut flos hærbæ præteri
bit. Exortus eſt enim ſol cum æſtu, & exaruit
hærba, & flos illius decidit, & decor aſpectus
illius perijt. Sic & diues in itineribus ſuis mar
ceſcet. Beatus uir qui ſuffert tentationem: quo
niam cũ probatus erit, accipiet coronam uitæ:
quam promiſit dominus his, qui diligũt eum.
4 ¶Ne quis cum tentatur, dicat à deo tentor.
Nam deus tentari non poteſt malis, tentat au
tem ipſe neminem. Vnuſquiſq; uero tentatur,
à propria concupiſcentia dum abſtrahitur, &
meſcatur. Deinde concupiſcentia poſteaq; cõ
cæpit, parit peccatũ: peccatum uero perfectũ
5 progignit mortem. ¶Ne erretis fratres mei
dilecti. Omnis donatio bona, & omne donum
perfectum, è ſupernis eſt, deſcendens à patre
luminum: apud quem non eſt trãſmutatio, aut
conuerſionis obumbratio. Quũ uoluiſſet pro
genuit nos uerbo ueritatis, ut eſſemus primi
tiæ quædam ſuarũ creaturarum. Itaq; fratres
mei dilecti ſit oĩs homo uelox ad audiendũ,
tardus ad loquẽdum, tardus ad iram. Nam ira
uiri iuſtitiam dei non operatur. Quapropter
depoſita omni immunditia, et exhuberantia
malitiæ, cũ manſuetudine recipite inſitum uer
6 bum qđ poteſt ſeruare animas ueſtras. ¶Si
tis autem effectores uerbi, & non auditores tã
tum, fallentes uoſmetipſos. Quoniam ſi quis
auditor uerbi eſt, & non factor, hic ſimilis eſt
uiro conſideranti faciem natiuitatis ſuæ in ſpe
culo. Conſiderauit enim ſeipſum, & abijt, &
continuo oblitus eſt qualis eſſet. At qui proſpe
xerit in legem perfectam, quæ eſt libertatis, et
permanſerit: hic cũ ſit non auditor obliuioſus,
7 ſed effector operis, beatꝰ facto ſuo erit. ¶Si
quis uidetur religioſus eſſe inter uos, qui non
frenat linguam ſuam, ſed ſeducit cor ſuũ, hu
ius uana eſt religio. Religio pura, & immacu
lata apud deum & patrem hæc eſt, uiſere or
phanos, & uiduas in afflictione ſua, immacula
tum ſeipſum ſeruare à mũdo.

Capitulum. 2.

1 FRatres mei, ne cũ acceptione per
ſonarũ habeatis fidem domini no
ſtri noſtri Ieſúah Chriſti glorioſi.
Nam ſi ingrediatur in cœtum ue
ſtrum uir aureũ geſtans anulum in
ueſte ſplendida: ingrediatur autem, & pauper
in ſordida ueſte, & reſpexeritis ad illũ qui ue
ſtem geſtat ſplendidam, & dixeritis illi: Tu ſe
de hic bene, & pauperi dicatis, tu ſta illic, aut
ſede hic ſubter ſcabellum meum: & non diiu
dicati eſtis in uobiſipſis, et facti eſtis iudices co
2 gitationũ malarum? ¶Audite fratres mei di
lecti, nónne deus elegit pauperes mũdi huius,
diuites in fide, & hæredes regni, quod promi
ſit his qui diligunt eum. Vos autem ignominia
affeciſtis pauperem. Nónne diuites opprimũt
uos, & ijdem trahunt uos ad tribunalia? Nón
ne ipſi blaſphemant bonũ nomẽ, quod inuoca
tum eſt ſuper uos? Si legem quidem regiã per
ficitis iuxta ſcripturam: Diliges proximũ tuũ
ſicut teipſum, bene facitis: ſin uero perſonam
accipitis, peccatũ operamini, & redarguimini
3 à lege uelut transgreſſores. ¶Quiſquis eñ
totam legem ſeruauerit, offenderit autem in
uno, factus eſt omniũ reus. Nam qui dixit. Ne
adulteriũ commiſeris, dixit etiam: nõ occides.
Qđ ſi nõ commiſeris adulteriũ, occideris aũt,
factus es tranſgreſſor legis. Ita loquimini, &
ita facite uelut per legem libertatis iudicãdi.
Siquidem iudicium abſq; miſericordia erit ei,
qui non fecerit miſericordiam. Gloriatur miſe
4 ricordia aduerſus iudiciũ. ¶Quæ utilitas fra
tres mei, ſi fidem dicat aliquis ſe habere, facta
uero non habeat? Num poteſt fides ſeruare il
lum? Quod ſi frater aut ſoror nudi fuerint, &
deficiant quotidiano uictu: dicat autem ali
quis ex uobis illis: abite cum pace, calefiatis,
& ſaturamini: non tamen dederitis illis quæ
ſunt neceſſaria corpori, quæ erit utilitas? Si

& fides, ſi facta non habuerit, mortua eſt p ſe.
5 ℂ Sed dicet aliq̃s: tu fidẽ habes, et ego facta
habeo. Oſtẽde mihi faciẽ tuã ex factis tuis, &
ego oſtẽdã tibi ex factis meis fidẽ meã. Tu cre
dis ꝙ deus unus eſt? bene facis: Et dæmonia
6 credũt, & contremiſcunt. ℂ Vis uero ſcire ò
homo inanis, ꝙ fides abſq; factis mortua ſit?
Abrahám pater noſter, nónne ex factis iuſtifi
catus eſt, cum obtuliſſet Iſchác filium ſuũ ſu-
per altare? Vides ꝙ fides cooperata fuerit fa-
ctis illius, & ex factis fides perfecta fuerit? Et
impleta eſt ſcriptura quæ dicit: Credidit Abra
hám deo, & imputatũ eſt illi ad iuſtitiam, &
amicus dei uocatus eſt. Videtis igitur ꝙ ex fa
ctis iuſtificetur homo, & non ex fide tantum?
Similiter autem & Rachab meretrix, an non
ex factis iuſtificata eſt, cũ excepiſſet nũcios, &
alia uia emiſiſſet? Nam quẽadmodum corpus
abſq; ſpiritu mortuum eſt, ita & fides abſq; fa
ctis mortua eſt.

Capitulum. 3.

1 NOlite plures magiſtri fieri fra-
tres mei, ſcientes ꝙ maius iudi
ciũ accipiemus. In multis enim
labimur om̃es. Si quis in ſermo
ne nõ labitur, hic perfect⁹ ẽ uir,
qui poſſit fræno moderari totũ
etiam corpus. Ecce equis fræna in ora immitti
mus, ut obediant nobis, & totum corpus illo-
2 rum circũagimus. ℂ Ecce naues quoq; cum
tantæ ſint, & à duris uentis uehantur, circum-
aguntur à minimo gubernaculo, quocũq; im-
petus dirigentis uoluerit. Ita & lingua puſillũ
membrum eſt, & magna iactat. Ecce exiguus
3 ignis quantam materiam incendit. ℂ Et lin-
gua ignis eſt, mundus iniuſtitiæ: ſic lingua cõ
ſtituit̃ in mẽbris nr̃is, quæ maculat totum cor-
pus, & inflammat rotam natiuitatis, & inflam
matur à Gehinnóm. Omnis enim natura, & fe
rarum, & uolucrum, ſerpentiumq;, & marino
rũ domat̃, & domita eſt à natura humana. Lin
guam autem nullus hoĩm domare poteſt, in co
hercibile malum, plena ueneno mortifero. Per
ipſam benedicimus deo, & patri, & per ipſam
maledicimus hominibus, qui ad ſimilitudi-
nem dei cõditi ſunt. Ex eodem ore procedit be
4 nedictio, & maledictio. ℂ Nõ oportet fratres
mei hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodem fo-
ramine ſcatebra emittit dulcẽ, & amarã aquã?
Nunquid poteſt fratres mei ficus oleas gigne
re, aut uitis ficus? Sic nullus fons ſalſam ac dul
cem poteſt facere aquam. Quis ſapiẽs, & ſciẽs
inter uos? Oſtendat ex bona conuerſatiõe ope
5 ra ſua cum manſuetudine ſapiẽtiæ. ℂ Quod
ſi æmulationem amaram habetis, & cõtentio
nem in corde ueſtro, nolite gloriari & menda
ces eſſe aduerſus ueritatem. Non eſt enim iſta
ſapientia è ſupernis deſcendẽs, ſed terrena, ani
malis, dæmoniaca. Vbi em̃ æmulatio, et conten
tio, ibi inconſtãtia & omne opus prauũ. Quæ
autem è ſupernis eſt ſapiẽtia, primum quidem
caſta eſt, deinde pacifica, modeſta, morigera,
plena miſericordia, & fructibus bonis nihil di-
iudicans, nihil ſimulãs. Fructus autem iuſtitiæ
in pace ſeminatur, facientibus pacem.

Capitulum. 4.

1 VNde bella, & pugnæ in nobis?
Nónne hinc? nimirum ex uolu-
ptatibus ueſtris, quæ militant in
membris ueſtris? Concupiſcitis
& nõ habetis, inuidetis, & æmu
lamini, & nõ poteſtis adipiſci: pugnatis, & bel
latis, non habetis propterea quod nõ poſtula-
tis. Petitis, & non accipitis, eo ꝙ male peta-
tis, ut in uoluptatibus ueſtris conſummatis.
2 ℂ Adulteri, & adulteræ neſcitis, quod amici-
tia mũdi, inimicitia dei eſt? Quicunq; ergo uo
luerit amicus eſſe mundi, inimicus dei conſti-
tuitur. An putatis quod inaniter ſcriptura di-
cat: Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus qui habi-
tauit in nobis? Maiorem autem dat gratiam.
3 ℂ Subditi ergo eſtote deo, reſiſtite autẽ dia
bolo, & fugiet à uobis. Appropinquate deo,
& appropinquabit uobis. Emundate manus
peccatores, & purificate corda duplices ani-
mo. Affligite uos, & lugete, & plorate. Riſus
ueſter in luctum conuertatur, & gaudium in
mœrorem. Humiles uos reddite in conſpectu
4 domini, & exaltabit uos. ℂ Nolite detrahere
uobis inuicẽ fratres. Qui detrahit fratri, qui-
q; iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudi-
cat legem. Quod ſi iudicas legem, non es effe
ctor legis, ſed iudex. Vnus eſt legiſlator, qui
poteſt ſeruare, & perdere. Tu quis es qui iudi-
5 cas alium? ℂ Age nunc qui dicitis: Hodie &
cras eamus in hanc ciuitatem, & faciamus ibi
annum unum, & mercemur, & lucrum facia-
mus: qui ignoratis quid futurum ſit poſtero
die. Quæ eſt enim uita ueſtra? Vapor enim eſt
ad exiguum tempus apparens, & deinde eua-
neſcens pro eo quod dicere debuiſtis: ſi domi-
nus uoluerit, & ſi uixerimus, faciamus hoc,
aut illud. Nunc autem gloriamini in ſuperbijs
ueſtris. Omnis gloriatio talis mala eſt. Igitur
qui ſcit benefacere, nec facit, peccatũ illi eſt.

Capitulum.5.

1 AGite nūc diuites, plorate, ulu
lātes ſup miſerijs ueſtris quæ
aduenient uobis. Diuitiæ uſ̄æ
putrefactæ ſunt, ueſtimēta ue
ſtra tinearum cibi facta ſunt,
aurum & argētū ueſtrū ærugine uitiatū eſt,
& ærugo corū in teſtimoniū uobis erit, & co
medit carnes ueſtras ſicut ignis. Theſaurum
2 recōdidiſtis in extremis dieb⁹. ¶ Ecce mer
ces operariorū qui meſſuerūt regiōes uſ̄as,
quæ ablata eſt à uobis, clamat, & clamores
eorum qui meſſuerant, in aures dn̄i ſebaoth
introierūt. In delicijs uixiſtis ſup terram, &
laſciuiſtis, enutrijſtis corda ueſtra, ut in die
mactationis. Condēnaſtis, & occidiſtis iuſtū
3 & non reſiſtit uobis. ¶ Longanimes igitur
eſtote fratres uſq; ad aduentū dn̄i. Ecce agri
cola expectat precioſum fructum terræ lon-
ganimiter expectans illum, donec accipiat
pluuiam tempeſtiuā, & ſerotinā. Lōganimes
igitur eſtote & uos, & cōfirmate corda uſ̄a,
quoniā aduētus dn̄i appropinquauit. Nolite
ingemiſcere alius aduerſus alium fratres, ut
4 ne iudicemini. ¶ Ecce iudex ante ianuam
aſtitit. Exemplū accipite fratres mei afflictio
nis, ac longanimitatis prophetas, qui locuti
ſunt in nomine dn̄i. Ecce beatos iudicamus
eos qui ſuſtinēt. Patiētiā Iiob audiſtis, & fi-
nem dn̄i uidiſtis, ꝙ ualde miſericors ſit dn̄s,
5 ac miſerator. ¶ Ante oīa aūt fratres mei, no
lite iurare, neq; p cœlum, neq; p terram, neq;
aliud quodcūq; iuſiurandū. Sit aūt ueſtrum
etiā, etiam, non, non: ut ne in ſimulationē īci
datis. Affligitur aliqs inter uos? oret. Aequo
animo eſt aliquis? pſallat. Infirmat̄ quis inter
uos? accerſat preſbyteros eccleſiæ, & orent
ſuper eum, ungentes eū oleo in nomine dn̄i.
Et oratio fidei ſeruabit laborātem, & eriget
eum dominus: & ſi pctā fuerit operatus, re-
6 mittentur ei. ¶ Confitemini inuicem alius
alij delicta, & orate p uobis inuicem, ut ſane-
mini. Multum enim ualet deprecatio iuſti in
tenta. Eliiáh homo erat ſimiliter malis obno
xius, ut nos: & oratione orauit ne plueret, &
non pluit ſuper terram annos tres, & mēſes
ſex. Et rurſum orauit, & cœlū dedit pluuiā,
7 & terra produxit fructum ſuūm. ¶ Fratres,
ſi quis inter uos errauerit à ueritate, & con
uerterit quis eum, ſciat ꝙ qui conuerti fece
rit peccatorem ab errore uiæ ſuæ, ſeruabit
animam à morte, & operiet multitudinem
peccatorum.

Beati Iacobi epiſtolæ finis.

¶ EPISTOLA BEATI PETRI APOSTO
LI INTERPRETE EODEM SANCTE PA
GNINO LVCENSI SACRAE THEOLO
GIAE PROFESSORE.

Capitulum.1.

1 PETRVS APO-
ſtol⁹ Ieſúah Chri
ſti, electis adue-
nis diſperſis Pō-
ti. Galatiæ, Cap-
padociæ, Aſiæ,
& Bithyniæ iux-
ta præſcientiā dei
patris, per ſancti
ficationē ſpirit⁹ī
obedientiam, &
aſperſionē ſanguinis Ieſúah Chriſti. Gratia
2 uobis, & pax multiplicetur. ¶ Benedictus
deus, & pater domini noſtri Ieſúah Chriſti:
qui iuxta copioſam ſuam miſericordiam re-
genuit nos in ſpē uiuā, per reſurrectionē Ie-
ſúah Chriſtus ex mortuis, in hæreditatē īcor
ruptibilē, & incontaminabilem, atq; immar
ceſſibilem, conſeruatam in cœlis erga uos: q
uirtute dei cuſtodimini per fidē ad ſalutem:
quæ in hoc parata eſt, ut reueletur in tempo
re nouiſſimo, in quo exultatis, nūc ad breue
tēpus afflicti uarijs tentationib⁹, ſi opus ſit,
ut pbatio fidei ueſtræ multo præcioſior au-
ro, quod perderetur, & tamē per ignē probat̄,
reperiat̄ in laudem, & gloriā, & honorē, tūq; p
reuelationē Ieſúah Chriſti, quem cum nō ui-
deatis, diligitis: in quē nunc cum non uideri
tis, crēdentes tamē, exultatis gaudio ineffa-
bili, & glorificato, reportantes finē fidei ue
ſtræ, ſalutē animarū: de qua ſalute exquiſie-
runt, & ſcrutati ſunt prophetæ, qui de uētu-
rai uos grā uaticinati ſunt, ſcrutātes ad quā
aut cuiuſmodi tēporis opportunitatē ſigni-
ficaret, q in illis erat ſpiritus Chriſti: qui præ
teſtabatur uenturas in Chriſtū afflictiones,
& quæ poſt has forent glorias: quibus reue-
latum eſt quod non ſibijpſis, imò uobis mini
ſtrarent hæc quæ nunc annunciata ſunt uo-
bis, per eos qui uobis euāgelizauerunt, per
ſpiritum ſanctum emiſſum è cœlo, in quæ de
3 ſiderant angeli proſpicere. ¶ Quapropter
ſuccincti lumbis mentis uſ̄æ, ſobrij, perfecte
ſperate in eam quæ ad uos defertur gratiā,
p reuelationē Ieſúah Chriſti, tāq; filij obe-
dientes, nō accōmodātes uos: his qb⁹ primū i
gnorātia uſ̄a eratis cōcupiſcētijs: ſed quēad
modū is q uos uocauit, ſctūs ē, ita ipſi quoq;

ſancti in omni conuerſatione ſitis ,ꝓpterea
quod ſcriptū eſt:Sancti eſtote,nā ego ſanct⁹
4 ſum. ¶ Et ſi patrem cognominatis citra pſo
narū acceptionē iudicantem iuxta cuiuſq;
opus:cū timore,incolatus ueſtri tēpore con
uerſamini ſcientes quod non corruptibilib⁹
argēto & auro redēpti eſtis à uana ueſtra cō
uerſatione à patribus tradita , ſed precioſo
ſanguine,uelut agni immaculati,& incōta-
minati Chriſti: q præcognitus quidem fue-
rat,ante cōſtitutionē mundi ſed manifeſtat⁹
fuit extremis tēporibus propter uos q per il
lum creditis in deū,qui illū ſuſcitauit è mor
tuis,& gloriam ei dedit:ut fides uſa,ac ſpes
eſſet in deū qui animas ueſtras purificaſtis p
obedientiā ueritatis,per ſpiritū cum chari-
tate:ſfraterna nō ſimulata:ex puro corde uos
inuicem diligite impēſe,renati non ex ſemi
ne corruptibili,ſed icorruptibili per uerbū
uiuentis dei,& manentis in æternū.Propter
ea quod oīs caro hærba ſit,& oīs gloria ho
minis tanq; flos hærbæ.Exaruit hærba , &
flos decidit:Sed uerbū dñi manet in æternū.
Hoc aūt eſt uerbū,quod euangelizatum eſt
apud nos.

Capitulum.2.

1 PRoinde depoſita omni ma
litia,& omni dolo,& ſimu
lationibus,& inuidentijs,
& oībus obtrectationib⁹,
ut modo nati īfantes,ratio
nale,doli expers lac,appe
tite,ut per illud creſcatis.
Siquidem guſtaſtis,quod benignus ſit dñs:
ad quem accedentes nimirū lapidē uiuentē,
ab hominibus quidem reprobatū,apud deū
uero electū,ac precioſum:ipſi quoque uelu
ti uiuentes lapides ædificemini ,domus ſpi
ritualis,ſacerdotium ſanctum,ad offerendū
ſpirituales hoſtias,acceptabiles deo per Ie
2 ſuah Chriſtum. ¶ Quapropter & continet
ſcriptura:Ecce pono in Sijon lapidem,ſum-
ma angularē ,electum,precioſum.Et qui cre
diderit in illo,non pudore afficietur. Vobis
igitur honor eſt, qui creditis. Cæterum ijs
qui non credunt lapis quem reprobauerunt
ædificantes,hic factus caput anguli:& lapis
offenſionis,& petra obſtāculi nempe his qui
impingunt in uerbum,neq; credunt in id ad
3 quod inſtituti fuerant, ¶ Vos autem genus
electum , regale ſacerdotium, gens ſancta,
populus acquiſit⁹, ut uirtutes annuncietis
illius,qui è tenebris uos uocauit in admira-
bilem ſuam lucem. Qui quōdam eratis non
populus,nunc populus dei: qui quōdam n
conſecuti miſericordiam , nunc eſtis miſeri
4 cordiam conſecuti. ¶ Dilecti, obſecro ut t
quam aduenæ,ac peregrini,abſtineatis à ca
nalibus concupiſcentijs,quæ militant adue
ſus animam conuerſationem ueſtram habe
tes honeſtam inter gentes:ut in hoc quod d
trahūt uobis quaſi maleficis,ex bonis ope
bus æſtimantes uos,glorificent deū in dieu
5 ſitationis. ¶ Proinde ſubditi eſtote cuiui
humanæ creaturæ propter dominū: ſiue re
gi tanq; præcellenti, ſiue præſidibus : tanq
per eum miſſis ad uindictam quidē nocēti
laudē uero benefacientiū,quoniā ſic eſt uo
luntas dei,ut benefaciētes faciatis frænō oc
cludere os hōibus ſtultis,& ignorantibus
tanq; liberi, & non ueluti prætextum habe
tes malitiæ libertatem,ſed tanquā ſerui dei
6 ¶ Omnes honorate,fraternitatem diligite
deum timete,regem honorate.Famuli ſubd
ti ſitis cum timore dominis ,nō ſolum bonis
ac humanis,uerū etiam peruerſis.Nā hæc e
gratia,ſiquis propter conſcientiam dei ſuf
fert mœrores malos perpeſſus iniuſtæ. Qua
eſt enim laus,ſi cum peccātes alapis cædim
7 ui,ſuffereтis? ¶ At ſi cum benefacitis, & ta
men malis afficimini , ſuffertis.Hæc enim e
gratia apud deū.Siquidē in hoc uocati eſtis
qm̄ & Chriſt⁹ malis affect⁹ eſt ꝓ nobis reli
quēs uobis exēplū,ut īſeq̄remini ueſtigia ip
ſius,qui peccatum nō fecit,nec inuentus eſt
dolus in ore illius,qui cū conuicijs afficeret,
nō uiciſſim cōuiciabat ,cū malis afficeretur,
nō minabatur.Sed tradebat uindictā ei qu
iudicat iuſte:qui peccata noſtra ipſe pertuli
in corpore ſuo ſuper lignū,ut peccatis mor-
tui,iuſtitiæ uiueremus.Cui⁹ liuore ſanati fu
ſtis.Nam eratis uelut oues errantes,ſed con-
uerſi eſtis nunc ad paſtorē, & epiſcopum an
marū ueſtrarum.

Capitulū.3.

1 SImiliter uxores ſubdi
te ſitis ꝓprijs uiris , u
etiā q nō obtēperāt ſe
moni,per uxorū cōuer-
ſationem abſq; ſermone
lucrifiāt,dū cōſiderant
cū reuerentia caſtā co
uerſationē ueſtrā : qua
rū ornatus ſit,nō externa criſpatura capillo
rum,& circūpoſitio auri,aut amict⁹ pallio
Sed occultus,cordis hō incorruptibili para
te manſueti,& quieti ſpiritus qui eſt corā deo
2 ſūptuoſus. ¶ Nā ſic olim & ſanctæ illæ mu-
lieres

lieres ſperantes in deo, ornabāt ſeſe, & ſub-
ditæ erāt ſuis niris: quemadmodum Saráh
obediuit Abrahæ, dn̄m illum appellans: cui⁹
factæ eſtis filiæ, dū bn̄facitis, & nō terremi-
3 ni ullo pauore. ¶ Viri ſimiliter cohabitēt
ſcd'm ſciētiam, uelut infirmiori uaſi mulie-
bri impartiētes honorem, tanquam etiā co-
hæredes gratiæ uitæ, ne interrumpanť ora-
tiōes ueſtræ. Demū fratrū amatores, oēs ſi-
tis unanimes ijdē afflictionibus affecti, miſe
ricordes, affabiles, nō reddētes malū malo.
aut conuiciū conuicio: ſed cōtra, benedicen
tes, ſciētes uos in hoc uocatos eſſe, ut bene-
dictionē hæreditate poſſideatis. Nam q uult
uitam diligere, & uidere dies bonos, coher
ceat linguam ſuam à malo, & labia ſua ne lo
quantur dolum. Declinet à malo, & faciat
bonum: quærat pacem, & perſequatur eam,
quoniā oculi dn̄i ſuper iuſtos, & aures eius
ad deprecationem illorū. Aſpectus dn̄i ſup
4 eos qui faciunt mala. ¶ Et quis ē qui ſit af-
flicturus uos, ſi bonarū rerū æmulatores fue
ritis? Sed ſi qd perpeſſi fueritis mali ꝑpter
iuſtitiā, beati eritis. Cæterū terrore illorum
ne terreamini, neq; turbemini: ſed dn̄m deū
5 ſanctificate in cordibus ueſtris. ¶ Sitis aūt
parati ſemper ad reſponſionem cuilibet pe
tenti, ut loquamini de ea quæ ī uobis ē ſpe,
cū manſuetudine, & reuerentia, conſcientiā
habentes bonā: ut in hoc quod uobis detra-
hunt, tanquam maleſactoribus, pudefiant hi
qui calūniantur ueſtram bonā in Chriſto cō
uerſationem. Melius enim, ut bene agentes,
ſi uelit dei uolūtas, malis afficiamini, quàm
male faciētes. Quandoquidem & Chriſtus
ſemel pro peccatis paſſus fuit, iuſtus pro in-
iuſtis, ut nos adduceret deo, mortificat⁹ qui
dem carne, ſed uiuificat⁹ ſpiritu: in quo etiā
ſpiritibus qui erāt in carcere profectus præ
dicauit, qui inobedientes fuerant quondā.
Cum ſemel expectabatur dei longanimitas
in diebus Nóach, cum apparabatur arca,
ī qua paucæ, hoc eſt, octo animæ ſeruatæ fue
runt per aquam: cuius figuræ nunc reſpon-
dens baptiſmus, nos quoque ſaluos reddit:
quo non carnis ſordes abijciuntur, ſed quo
fit, ut bona cōſcientia bene reſpōdeat apud
deum, per reſurrectionē Ieſúah Chriſti, qui
eſt ad dexteram dei profectus in cœlum, ſub
iectis ſibi angelis, & poteſtatibus, ac uirtu-
tibus.

Capitulum. 4.

1 CVm igitur Chriſtus paſſus ſit
pro nobis carne, uos quoque
iuxta eandem cogitationē ar-
menini: qd' qui patiebatur in
carne, deſtitit à peccato: ī hoc
ut iam non concupiſcentijs ho
minum, ſed uoluntati dei, quod ſupereſt in
carne temp⁹ uiuat. Sat enim eſt nobis quod
anteacto uitæ tempore uoluntatem gentiū
patrauerimus, quum uerſati fuiſſemus in la
ſciuijs, concupiſcentijs, uinolentijs, comeſſa
tionibus, compotationibus, & nefarijs ſimu
2 lacrorum cultibus. ¶ Atq; id abſurdū illis
uidetur, quod non accurratis unà cum ipſis
in eandem luxus refuſionē blaſphemijs affi-
cientes. Qui reddituri ſunt rationem ei, qui
paratus eſt ad iudicandū uiuos, & mortuos.
Nam in hoc mortuis quoq; prædicatum eſt
euangelium, ut iudicarentur quidem ſcd'm
homines carne: uiuant autem iuxta deū ſpū.
3 ¶ Porrò rerum omniū finis appropinqua-
uit. Sitis igitur ſobrij, & uigilantes ad oran
dum. Ante omnia uero charitatem inter uos
uehementem habentes. Nā charitas operiet
multitudinem peccatorum. Hoſpitales eſto
te erga uos inuicem, ſine murmurationibus:
ut quiſq; accæpit donū, ita alius in aliū illud
miniſtrantes, ut boni diſpēſatores uariæ gra
tiæ dei. Si quis loquitur, loquatur ut eloquia
dei: ſi quis miniſtrat, miniſtret tanq; ex uirtu
te, quam ſuppeditat deus, ut in omnibus glo
ficetur deus ꝑ Ieſúah Chriſtum, cui eſt glo-
ria, & imperium in ſæcula ſæculorū. Amén.
4 ¶ Dilecti, ne miremini de ur̄a per ignē ex-
aminatione: quæ ad experimētum ueſtri fit,
perinde quaſi nouū aliquid uobis cōtingat:
Sed in hoc, quod cōſortes eſtis afflictionum
Chriſti gaudete: ut in reuelatione quoq; glo
5 riæ eiuſdem gaudeatis exultantes. ¶ Si ꝓ-
bris afficimini in noie Chriſti beati eſtis, qm̄
gloria, & ſpūs dei ſuper uos requieſcit. Per
ipſos quidem blaſphemijs afficitur, per uos
autem glorificatur. Ne quis em̄ ueſtrū malis
afficiatur, ut homicida, aut fur, aut maleſic⁹,
6 aut uelut inſpector alienarū rerū. ¶ Porrò
ſi ut Chriſtianus affligitur ne pudefiat, imò
glorificet deum in parte hac. Quādoquidē
& tēpus eſt, ut incipiat iudiciū à domo dei.
Quod ſi primum incipit à nobis, quis erit fi
nis eorum qui non credunt dei euangelio?
7 ¶ Et ſi iuſtus uix ſaluus efficitur, impius, &
peccator ubi cōparebit? Proinde qui mala
perpetiūtur ſecundū uoluntatem dei, tanq;
apud fidelem conditorem deponant animas
ſuas in beneficentia.

Capitulum.5.

1 PResbyteros qui inter nos
ſunt obſecro, unà & ipſe
presbyter, ac teſtis afflictio
nũ Chriſti, & gloriæ reue-
lādæ conſors paſcite quā
tũ in uobis eſt gregē Chri
ſti, curā illius agētes nō co
actè, ſed ſpōte: non turpiter affectātes lucrũ,
ſed promptè, neq; ceu dñium exercētes ad-
uerſus cleros, ſed ut ſitis exēplaria gregis.
Et cũ apparuerit ille paſtorũ princeps, repor
2 tabitis immarceſſibilē gloriæ coronā. ¶ Si
militer iuniores ſubditi eſtote ſeniorib⁹, ſic
ut oēs alius alij uiciſſim ſubijciamini. Humi-
litatē animi uobis illigatā habete: ꝓpterea
qđ deus ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat
gratiam. Humiliemini igiť ſub potēti ꝓmanu
dei, ut uos exaltet, in tempore opportuno,
omnē curā ueſtrā quũ inieceritis in illũ. Nā
3 illi cura eſt de uobis. ¶ Sobrij eſtote, uigila
te: qm̃ aduerſarius ueſter diabolus tanq̃ leo
rugiens undiq; ambulat, quærens quē deuo
ret. Cui reſiſtite ſolidi fide: ſciētes eaſdem af
flictiones, ueſtræ, quæ in mundo eſt, fraterni
tati perfici. Sed de⁹ oīs gratiæ, qui uocauit
nos ad æternam ſuā gloriā ꝑ Chriſtũ Ieſúah,
parũper afflictos: idē ꝑficiat uos, fulciat, ro-
boret, ſtabiliat. Ipſi glĩa, & imperiũ in ſæcu-
4 la ſæculorũ, Amen. ¶ Per Syluanum uobis
fidelem fratrem, ut arbitror, paucis ſcripſi
adhortans, ac teſtificans hanc eſſe uerā gra-
tiam dei in qua ſtatis. Salutat uos æa, quæ eſt
in Babél, ueſtræ conſors electionis eccleſia,
& Marcus filius meus. Salutate uos mutuo
charitatis oſculo. Pax uobis omnibus, qui
eſtis in Chriſto Ieſúah, Amen.

¶ PETRI APOSTOLI EPISTOLA SE
CVNDA INTERPRETE EODEM SAN
CTE PAGNINO LVCENSI SACRAE
THEOLOGIAE PROFESSO.

Capitulum.1.

1 SImon petr⁹ ſer-
uus, & apſus Ie
ſúah Chriſti, his
q æque ꝑcioſā
nobiſcũ ſortiti
ſunt fidē, ꝑ iu-
ſtitiā dei nr̃i, &
ſeruatoris Ie-
ſúah Chr̃i. Gr̃a
uobis & pax
multiplicetur ꝑ
agnitionē dei, & Ieſúah dñi nr̃i: ſic ut ei⁹ di-
uina uirtus oīa nobis largita ē, quæ ad uitā,
ac pietatē ꝑtinent, per agnitionē eius qui uo
cauit nos ꝑ gloriā, & uirtutē, ꝑ quæ precio-
ſa nobis, ac maxima ꝓmiſſa donata ſunt, ut
ꝑ hæc efficeremini diuinæ cōſortes naturæ,
ſi refugeritis à corruptione quæ eſt in mun-
2 do ꝑ cōcupiſcentiā. ¶ Sed & in hoc ipſum
ſtudiũ oē cōferētes ſubminiſtrate in fide ur̃a
uirtutē, in uirtute uero ſciam, in ſcia uero tē
perantiā in tēperantia uero patiētiā: rurſus
in patiētia pietatē, in pietate autem fraternā
charitatem, in fraterna uero charitate dile-
ctionē. Hæc em̃ cũ uobis adſint, & exuberēt,
haud ocioſos, nec in fructuoſos efficiunt ad
3 dñi nr̃i Ieſúah Chriſti cognitionē. ¶ Nā cui
nō adſunt hæc, is cæc⁹ ē, & manu uiā tentās,
oblitus ſeſe à ueteribus peccatis ſuis fuiſſe
purgatũ. Quapropter fratres potius operā
date, ut uocationē, & electionē ueſtrā firmā
4 efficiatis. ¶ Hæc em̃ ſi feceritis, nō labemi
ni unq̃. Siqdē ad hũc modũ, abũde ſubmini
ſtrabiť uobis introitus in æternũ regnũ dñi
nr̃i, & ſeruatoris Ieſúah Chriſti. Quapro-
pter haud negligam uos ſemꝑ cōmonere de
his, tametſi ſciatis, & cōfirmati ſitis in p̃nti
ueritate. Attamē iuſtũ arbitror, q̃diu ſum in
hoc tabernaculo, excitare uos ꝑ cōmonitio-
nē: cum ſciuerim uelocem eſſe depoſitionem
tabernaculi mei, quemadmodum & dñs no
ſter Ieſúah Chriſtus ſignificauit mihi. Quin
& dabo ſemꝑ operā, ut uos poſt exitũ meũ,
5 horũ mētionē facere poſſitis. ¶ Nō em̃ falla
ces fabulas ſecuti, notā uobis fecim⁹ dñi nr̃i
Ieſúah Chriſti potētiā, & aduentũ: ſed q ocu
lis noſtris aſpexim⁹ illius maieſtatē. Acce-
perat em̃ à deo patre honorē, & gloriā, uoce
ad illum delata huiuſmodi à magnifica glĩa:
Hic eſt ille fili⁹ me⁹ dilect⁹, in quo cōplacui.
Et hanc uocem nos audiuim⁹ è cœlo delatā,
6 cũ eſſem⁹ unà cum illo in mōte ſancto. ¶ Et
habemus firmiorē ſermonē ꝓpheticum: cui
dum attēditis, ceu lucernæ apparēti ĩ obſcu
ro loco, recte facitis, donec dies illuceſcat,
& Lucifer exoriatur in cordib⁹ ueſtris. Hoc
prius ſcientes, qđ oīs ꝓphetia ſcripturæ ꝓ-
pria interpretatione nō fit, Nō em̃ uoluntate
hoīs allata eſt olim ꝓphetia: ſed à ſpũ ſancto
impulſi, locuti ſunt ſancti dei homines.

Capitulum.2.

1 FVerunt autē & pſeudoꝓphetæ
in populo, quēadmodũ & inter
uos erunt falſi doctores, qui clam
inducent ſectas pernicioſas, etiā
dominum qui illos mercatus eſt,

abnegantes: accerſentes ſibiipſis celerē inte
ritū: & plæriqꝫ ſequentur illorum exitia, per
quos uia ueritatis blaſphemiis afficiet, & ꝑ
auaritiã factitiis ſermonibus de uobis nego-
ciabūtur: quibus iudiciū iã olim nõ tardat,
2 & perditio illorū nõ dormitat. ¶ Nã ſi deus
angelis qui peccauerãt, nõ pepercit, ſed cate
nis caliginis in Tartarū præcipitatos, tradi-
dit ſeruatos in iudiciū: & priſco mundo non
pepercit, ſed octauū iuſtitiæ præconē Nóach
ſeruauit, diluuio in mundū impiorū inducto:
& ciuitates Sedóm, & Hamoráh, in cinerem
redactas, ſubuerſione condemnauit, eoſqꝫ fe
3 cit exēplū his ꝗ impie forēt acturi. ¶ Et iu-
ſtū Loth, qui opprimebat à nefariis per libi-
dinoſam cõuerſationē, eripuit. Aſpectu enim
& auditu iuſtꝰ inhabitãs inter illos, quotidie
animã iuſtã iniquis illorū operibus excrucia
4 bat. ¶ Nouit dñs pios è tentatione eripere,
iniuſtos aūt in diē iudicii puniēdos ſeruare:
maxime uero illos qui carnē ſequentes in cõ
cupiſcentia pollutiõis ambulãt, ac domina-
tionē cõtemnūt, audaces, cõtumaces, ꝗ glo-
ria præcellentes nõ uerent blaſphemiis affi-
5 cere. ¶ Cū ipſi angeli qui ſūt robore, ac po
tētia maiores, nõ ferunt aduerſus ſeſe apud
dominū, blaſphemū iudiciū. At iſti uelut bru
ta animantia, natura genita in capturã, & in
perniciē, in his quæ nõ intelligūt blaſphemã
tes, in pernicie ſua peribūt, reportantes mer
cedē iniuſtitiæ uoluptatē putantes, eas quæ
in diem ſunt delicias, labes, ac maculæ: ꝗ cõ-
uiuantes in erroribus ſuis, inſultant uobis,
oculos habentes plenos adulteræ, & qui non
ceſſãt à peccato, ineſcãtes animas inſtabiles,
cor habentes exercitatū rapinis, execrabi-
les filii, qui relicta recta uia, aberrauerunt, ſe
cuti uiam Bilhám, filii Behór, qui mercedem
iniquitatis dilexit, ſed redargutꝰ fuit de ſua
iniquitate. Animal ſubiugale mutū humana
uoce loquēs, prohibuit prophetæ demētiã.
6 ¶ Iſti ſunt fontes aqua carētes, nebulæ quę
à procella agitant, quibus caligo tenebrarū
in æternum ſeruata eſt. Superba enim uerba
uanitatis quū locuti fuerīt, ineſcãt homines
per cõcupiſcētias carnis uoluptatibus, eos ꝗ
puſillū aufugerãt, eos ꝗ in errore cõuerſant,
dū illis libertatē pollicent, cū ipſi ſerui ſint
7 corruptiõis. ¶ Siqdē à quo qs ſuperatꝰ eſt,
huic etiã ſeruꝰ effectꝰ eſt. Nã ſi poſteaqꝫ refu-
gerūt ab inquinamētis mūdi, ꝑ agnitionē dñi,
& ſeruatoris Ieſúah Chriſti: tū his rurſum in
uoluti ſuperant: facta ſunt illis poſtrema ꝑe-
iora primis. Melius enim fuiſſet illis, non co-
gnouiſſe uiam iuſtitiæ, quàm ubi cognoue-
runt, conuerti ab eo, quod illis traditū fuit,
8 ſancto præcepto. ¶ Verū accidit illis id qđ
uero prouerbio dici ſolet: Canis reuerſus ad
ſuum ipſius uomitum: & ſus lota, reuerſa ad
uolutabrum cœni.

Capitulum. 3.

1 HAnc iã dilecti alterã uo-
bis ſcribo epiſtolã, in
quibus extimulo ueſtrã
per cõmonitionē ſynce
rã mentē: ut memores ſi
tis uerborū, quæ prædi
cta ſunt à ſanctis ꝓphe-
tis, & mandati noſtri ꝗ
ſumus apoſtoli dñi: & ſeruatoris: illud primū
ſciētes, uēturos in extremis diebꝰ illuſores,
ꝗ iuxta ꝓprias cõcupiſcentias ambulent, &
dicant: Vbi eſt pollicitatio aduētꝰ eiꝰ? Siqdē
ex quo die patres dormierūt, ſic oĩa ꝑmaa-
2 nent ab initio creatiõis. ¶ Nã illud uolentes
neſciūt, qđ cœli iã olim fuerint, ac terra, ex
aqua, & per aquã cõſiſtentes dei ſermone, ꝑ
quæ is qui tum erat mundus aqua inūdatus
3 periit. ¶ At qui nūc ſunt cœli ac terra, eiuſ
dem ſermone repoſiti ſunt, & ſeruant igni, ĩ
diē iudicii, & ꝑditionis impiorū hominum.
4 ¶ Vnū autē hoc ne lateat uos dilecti, quod
unꝰ dies apud dñm perĩde ē, ut mille anni, &
mille ãni ut dies unꝰ. Haud tardat dñs ꝗ ꝓmi
ſit, quēadmodū nõnulli tarditatē exiſtimant.
Verū lõganimis ē erga nos, dū nõ uult ullos
5 perire, ſed oēs ad pñiam recipere. ¶ Veniet
aūt dies dñi ſicut fur ĩ nocte, quo cœli cū ma
gno ĩpetu trãſibūt: elemēta uero æſtuãtia ſol
uent, terraqꝫ & ꝗ in ea ſunt opera exurētur.
6 ¶ Cū igit hæc oĩa ſoluãtur, quales oportet
eſſe uos in ſanctis cõuerſationibꝰ, ac pietati-
bus: expectãtes: & accelerãtes aduentū diei
dei: per quē cœli incēſi ſoluētur, & elemēta
æſtuãtia liqſcent. Sed cœlos nouos, ac terrã
nouã iuxta ꝓmiſſum illiꝰ, expectamꝰ, in qui
7 bus iuſtitia inhabitat. ¶ Quapropter dile-
cti, hæc expectãtes, date operã, ut imacula-
ti, & incõtaminati ab illo reperiamini ĩ pace:
dominiqꝫ noſtri longanimitatem, ſalutem ar
bitremini: quemadmodum & dilectus frater
noſter Paulus, iuxta ſibi datam ſapientiam
ſcripſit uobis: etiam in omnibꝰ ferè epiſtolis
loquens de his, inter quæ ſunt nonnulla dif-
ficilia intellectu, quæ indocti, parumqꝫ firmi
detorquent, ſicut & cæteras ſcripturas ad
8 ſuam ipſorum perniciem. ¶ Vos igitur dile
cti, poſteaquã præmoniti eſtis, cauete, ne ſi-

mul cum aliȷs nefariorũ errore abducti, exci
datis à propria ſtabilitate: ſed creſcite in gra
tia, & cognitione domini noſtri, & ſeruato-
ris Ieſúah Chriſti Ipſi gloria, & nunc, & in
diem æternitatis. Amen.

ℂIOANNIS APOSTOLI EPISSOLA. I. INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORE.

Capitulum. I.

1 Vod fuit ab ini-
tio, quod audi-
uimus, qđ uidi-
mus oculis no-
ſtris, qđ perſpe
ximus, & manꝰ
noſtræ cõtrecta
uerũt de uerbo
uitæ, & uita ma
nifeſtata eſt, &
uidimus: etiã te
ſtamur, & annũciamus uobis uitã æternam,
quæ erat apud patrẽ, & manifeſtata eſt no-
2 bis ℂQuod uidimus, & audiuimus, annũ-
ciamus uobis: ut & uos ſocietatem habeatis
nobiſcũ, & ſocietas noſtra ſit cũ patre, & fi-
lio eius Ieſúah Chriſto. Et hæc ſcribimus uo
3 bis ut gaudiũ ueſtrũ ſit plenũ. ℂEt hæc eſt
annũciatio quã audiuimus ex ipſo, & annun
ciamus uobis, ꝙ deus lux eſt, & tenebræ ĩ eo
4 non ſunt ullæ. ℂSi dixerimus, quod ſocieta
tem habemus cum eo, & in tenebris ambula
mus, mẽtimur, & ueritatẽ nõ facimꝰ. Qđ ſi ĩ
luce ambulamꝰ, ſicut ipſe eſt in luce, ſocieta
tẽ habemꝰ inter nos mutuã, & ſanguis Ieſú-
ah Chriſti filij eiꝰ emũdat nos ab oĩ peccato.
5 ℂSi dixerimꝰ, peccatũ nõ habemꝰ: nosipſos
fallimꝰ, & ueritas ĩ nobis nõ eſt. Si confitea-
mur pctã nr̃a, fidelis eſt & iuſtꝰ: ut remittat
nobis peccata nr̃a, & emũdet nos ab oĩ iniq-
tate. Si dixerimꝰ, non peccauimus: mendacẽ
facimus eũ & uerbũ eius non eſt in nobis.

Capitulum. 2.

1 Ilioli mei. hæc ſcribo uobis, ne
peccetis: & ſi quis peccauerit ad-
uocatũ habemꝰ apud patrẽ, Ieſú
ah Chriſtũ iuſtũ. Et ipſe eſt propi
tiatio ꝓ peccatis noſtris: nõ prõ nr̃is aũt tm̃,
2 ſed etiã ꝓ totiꝰ mũdi. ℂEt per hoc ſcimꝰ ꝙ
cognouimꝰ eũ, ſi mãdata illius obſeruamus.
Qui dicit noui eũ, & præcepta eius non ſer-
uat, mendax eſt, & in eo ueritas non eſt. Qui
aũt ſeruat ſermonẽ eiꝰ, uere in hoc charitas
3 dei pfecta eſt. ℂPer hoc ſcimus, ꝙ in ipſo ſu
mus. Qui dicit ſe in eo manere, debet ſicut il
4 le ambulauit, & ipſe ãbulare. ℂFratres, nõ
præceptũ nouũ ſcribo uobis, ſed præceptũ
uetus, quod habuiſtis ab initio. Præceptũ ue
tus eſt ſermo quẽ audiſtis ab initio. Rurſum
præceptũ nouũ ſcribo uobis, quod uerũ eſt
in ipſo, idẽ uerũ eſt & in uobis: quia tenebræ
prætereunt, & uerũ lumen iã lucet. Qui dicit
ſe in luce eſſe, & fratrẽ ſuum odit, ĩ tenebris
5 eſt uſq; adhuc. ℂQui diligit fratrem ſuum,
in lumine manet, & offendiculum in eo non
eſt. Qui aũt odit fratrẽ ſuum, in tenebris eſt,
& in tenebris ambulat: & neſcit quò eat, qa
6 tenebræ obcæcauerũt oculos eius. ℂScri-
bo uobis filioli, qđ remittunť uobis peccata
ꝓpter nomen eiꝰ. Scribo uobis patres. qm̃ co
gnouiſtis eũ q ab initio eſt. Scribo uobis ado
leſcẽtes, qm̃ uiciſtis illũ malũ. Scribo uobis
filioli, quoniã cognouiſtis prẽm. Scripſi uo-
bis prẽs, qm̃ cognouiſtis eũ qui ab initio eſt.
7 ℂScripſi uobis adoleſcẽtes, quoniã fortes
eſtis, & uerbũ dei manet in uobis, & uiciſtis
illũ malum. Ne diligatis mundũ, neq; ea quæ
in mũdo ſunt. Si qs diligit mundũ nõ eſt cha
ritas prĩs ĩ eo. Qm̃ oẽ qđ ẽ ĩ mũdo uidelicet
cõcupiſcẽtia carnis, cõcupiſcẽtia oculorũ, &
ſupbia uitæ, nõ eſt ex prẽ, ſed ex mũdo eſt. Et
mũdus trãſit, & cõcupiſcentia eiꝰ. Qui aũt fa
8 cit uolũtatẽ dei, manet ĩ æternũ. ℂFilioli, no
uiſſimũ tẽpus eſt: & ſicut audiſtis, ꝙ antichri
ſtus uenit: etiã nũc antichriſti multi facti ſunt
Vñ ſcimꝰ nouiſſimũ tẽpus eẽ. Et è nobis ꝓfe-
cti ſunt, ſed nõ erãt ex nobis. Nã ſi fuiſſent ex
nobis, pmãſiſſent utiq; nobiſcũ. Sed ut mani
feſti fierent, qđ nõ ſint oẽs ex nobis. Sed uos
unctionẽ habetis à ſancto illo, & noſtis oĩa.
9 ℂNõ ſcripſi uobis, quaſi ignorãtibus ueri-
tatẽ, ſed tãq; ſciẽtibus eã. Et qm̃ oẽ mẽdaciũ
ex ueritate nõ ẽ. Quis ẽ mẽdax, niſi is qui ne
gat Ieſúah eẽ Chriſtũ: Hic eſt antichriſtꝰ, q
negat patrẽ, & filiũ. Quiſquis negat filiũ, is
10 ne patrẽ quidẽ habet. ℂVos igiť qđ audi-
ſtis ab initio, ĩ uobis pmaneat. Si in uobis p-
manſerit quod audiſtis ab initio, & uos in fi
lio, & prẽ manebitis. Et hæc eſt repromiſſio,
quam ipſe pollicitus eſt nobis, uitã æternam.
11 ℂHæc ſcripſi uobis de his qui ſeducũt uos:
& unctio quã uos accæpiſtis ab eo, manet in
uobis. Et non neceſſe habetis, ut quiſquã do
ceat uos, ſed ſicut ipſa unctio docet uos de
omnibus, & uerax eſt, & non eſt mendaciũ.

12 Et ſicut docuit nos, manete in ea. ¶ Et nunc
filioli manete in eo: ut cũ apparuerit, habea-
mus fiduciã, et non pudefiamus ab eo in ad-
uẽtu eius. Si ſcitis ꝙ iuſtus eſt, ſcitote ꝙ om
nis qui facit iuſtitiã, ex ipſo natus eſt.

Capitulum. 3.

1 Videte qualẽ charitatẽ dedit no
bis pater, ut filij dei uocemur.
Propter hoc mundꝰ non nouit
nos, quia non nouit eũ. Dilecti
nũc filij dei ſumus, & nondum
apparuit qđ futuri ſumus. Sci
mus autẽ qm̃ ſi apparuerit, ſimiles ei erimꝰ:
2 quoniã uidebimus eũ ſicuti eſt. ¶ Et omnis
qui habet hãc ſpẽ in eo, purificat ſe, ſicut &
ille purus eſt. Omnis qui facit peccatũ, idem
& iniquitatem facit: & peccatũ eſt iniqtas.
Et ſcitis quod ille apparuit, ut peccata no-
ſtra tolleret, & peccatũ in eo eſt. Omnis qui
in eo manet, non peccat. omnis qui peccat,
3 non uidit eum, nec cognouit eũ. ¶ Filioli,
nemo nos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus
eſt, ſicut & ille iuſtꝰ eſt. Qui facit peccatum,
ex diabolo eſt: quoniã ab initio diabolꝰ pec-
cat. Ad hoc apparuit filius dei, ut diſſoluat
4 opera diaboli. ¶ Omnis qui natꝰ eſt ex deo,
peccatũ non facit: quoniã ſemẽ ipſius in eo
manet & nõ poteſt peccare, quod ex deo na
tus ſit. In hoc manifeſti ſunt filij dei, & filij
diaboli. Omnis qui non facit iuſtitiam, nõ eſt
ex deo, & qui nõ diligit fratrem ſuum. Quo
niam hæc eſt annũciatio, quã audiſtis ab ini-
tio, ut diligatis uos inuicẽ. Non ſicut Caín ex
illo malo erat, & occidit fratrẽ ſuum. Et pro
pter quid occidit eũ? Quia opera eius mala
5 erat, fratris autẽ eius iuſta. ¶ Ne miremini
fratres mei, ſi odit nos mundus. Nos ſcimꝰ ꝙ
tranſlati ſumus de morte ad uitam, quia dili
gimus fratres. Qui non diligit fratrẽ, manet
in morte. Omnis qui odit fratrem ſuũ, homi-
cida eſt, & ſcitis quod omnis homicida nõ ha
6 bet uitam æternã in ſe manentẽ. ¶ Per hoc
cognouimus charitatẽ dei, qm̃ ille animã ſu-
am pro nobis poſuit: & nos debemꝰ pro fra-
tribꝰ animas ponere. Qui uero habuerit ſub
ſtantiam mundi, & uiderit fratrem ſuũ egen
tẽ, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomõ cha
ritas dei manet in eo? Filioli mei, ne diligamꝰ
uerbo: neq; lingua, ſed opere, & ueritate.
7 ¶ Per hoc cognoſcimꝰ ꝙ ex ueritate ſumꝰ,
& in cõſpectu eiꝰ ſuadebimꝰ cordibꝰ noſtris.
Quoniã ſi condẽnet nos cor noſtrum, maior
8 eſt deus corde noſtro, & nouit oĩa. ¶ Dile-
cti, ſi cor noſtrum non condemnet nos, fi-
duciam habemus erga deum: & quicquid pe
tierimus, accipimus ab eo: quoniam præce-
pta eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita
corã eo, facimus. Et hoc ẽ præceptum eiꝰ, ut
credamus nomini filij eius Ieſúah Chriſti, et
diligamus nos mutuo, ſicut dedit præceptũ.
Et qui ſeruat præcepta eius, in illo manet, &
ipſe in eo. Et per hoc ſcimus, ꝙ manet ĩ nobis
ẽ ſpiritu, quem nobis dedit.

Capitulum. 4.

1 Dilecti, nec cuiuis ſpiritui cre-
datis, ſed ꝓbate ſpiritꝰ an ex
deo ſint: qm̃ mlti pſeudopro
phetæ exierũt in mundũ. Per
hoc cognoſcite ſpũm dei. Om
nis ſpiritꝰ q cõfitetur Ieſúah
Chriſtũ in carne ueniſſe, ex deo eſt. Et omnis
ſpiritꝰ, qui nõ cõfitetur Ieſúah Chriſtũ in car
ne ueniſſe, ex deo nõ eſt. Et hic eſt ille ſpiritꝰ
antichriſti, de quo audiſtis, ꝙ ueniat, & nũc
2 iã in mũdo eſt. ¶ Vos ex deo eſtis filioli, &
uiciſtis eos: quoniã maior eſt qui in nobis eſt:
quàm q in mũdo. Ipſi ẽ mũdo ſunt, ideo ẽ mũ
do loquũtur, & mũdus eos audit. Nos ex deo
ſumus. Qui nouit deũ, audit nos: q nõ eſt ex
3 deo, nõ audit nos. ¶ Per hoc cognoſcimus
ſpiritũ ueritatis, & ſpiritũ erroris. Dilecti,
diligamꝰ nos inuicẽ, quia charitas ex deo eſt.
Et oĩs q diligit ex deo natꝰ eſt, & cognoſcit
deũ. Qui non diligit, nõ nouit deũ: qm̃ deus
4 charitas eſt. ¶ In hoc apparuit charitas dei
in nobis, qđ filiũ ſuũ unigenitũ miſit deus in
mundũ, ut uiuamꝰ p eũ. In hoc ẽ charitas, non
qđ nos dilexerimus deũ, ſed qđ ipẽ dilexerit
nos: & miſit filiũ ſuũ ꝓpitiatione ꝑ pctĩs no
5 ſtris. ¶ Dilecti ſi ſic deꝰ dilexit nos, & nos
debemꝰ nos mutuo diligere. Deũ nemo uidit
unquã. Si diligamꝰ nos inuicẽ, deꝰ ĩ nobis ma
6 net, & charitas eiꝰ eſt pfecta in nobis. ¶ Ex
hoc cognoſcimus, qđ in eo manemꝰ, & ipẽ
ĩ nobis, qm̃ de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos
uidimꝰ, & teſtamur, qđ pr̃ miſit filiũ ſeruato
rẽ mũdi. Quiſqs cõfeſſus fuerit, ꝙ Ieſúah ẽ fi
liꝰ dei, deꝰ ĩ eo manet, & ipẽ in deo. Et nos co
gnouimꝰ, & credidimꝰ charitatẽ quã habet
7 deꝰ ĩ nobis. ¶ Deꝰ charitas ẽ, et q manet in
charitate, ĩ deo manet, & deꝰ ĩ eo. In hoc pfe-
cta ẽ charitas nobiſcũ, ut fiduciã habeamꝰ in
die iudicij, qđ ſicut ille ẽ, et nos ſumꝰ ĩ mũdo
8 hoc. ¶ Timor nõ ẽ ĩ charitate, ſed pfecta cha
ritas foras eijcit timorẽ, qm̃ timor cruciatũ
habet. Qui aũt timet, nõ ẽ pfectꝰ ĩ charitate.
Nos diligimus eũ, qm̃ ipẽ prior dilexit nos.
9 ¶ Si quis dixerit, diligo deum, & fratrem
ſuũ oderit, mendax eſt. Qui enim non dili-
git fratrẽ ſuum quẽ uidit, deũ quẽ nõ uidit,

quō pōt diligere? Et hoc præceptū habemus
ab eo: qui diligit deum, diligat & fratrē ſuū.

Capitulum. 5.

1 Mnis qui credit ꝙ Ieſúah ē Chri-
ſtꝰ ex deo natus eſt. Et oīs q dili-
git eum q genuit, diligit & eū q
natus eſt ex eo. In hoc cognoſci-
mus qđ diligamus filios dei, cū deum diligi
2 mus, & præcepta eius ſeruamus. ¶ Hæc eſt
enim charitas dei, ut pcepta eius ſeruemus,
& præcepta eius grauia non ſunt. Quoniam
omne qđ natum eſt ex deo, uincit mundum:
Et hæc eſt uictoria quæ uincit mundū, fides
nr̄a. Quis eſt qui uincit mūdum, niſi qui cre
dit qđ Ieſúah eſt filius dei? Hic eſt q uenit p
aquā, & ſanguinē Ieſúah Chriſtus, non per
3 aquā ſolum, ſed p aquā, & ſanguinē. ¶ Et
ſpiritus eſt qui teſtificatur, qm̄ ſpūs eſt ueri
tas. Qm̄ tres ſunt, q teſtimoniū dāt in cœlo,
pater, uerbū, & ſpūs ſanctus: & hi tres unū
ſunt: & tres ſunt q teſtimoniū dant in terra,
ſpūs, & aqua, & ſanguis: & hi tres unū ſunt.
Si teſtimoniū hoīm accipimus, teſtimoniū
dei maius eſt: qm̄ hoc ē teſtimoniū dei, quo
teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit i filiū
dei, habet teſtimoniū in ſeipſo. Qui non cre
dit deo: mendacē fecit eū: quia non credit in
teſtimonium, qđ teſtificatus ē deus de filio
4 ſuo ¶ Et hoc ē teſtimoniū, qđ uitā æternā
dedit nobis deus, & hæc uita ī filio eius eſt.
Qui habet filiū, habet uitā: q nō habet filiū
5 dei, uitā nō habet ¶ Hæc ſcripſi uobis, qui
creditis in noīe filij dei, ut ſciatis, qđ uitā ha
betis æternam, & ut credatis in nomine filij
dei. Et hæc ē fiducia quā habemus apud eū,
qđ ſi quid petierimus ſcđm uoluntatē eius,
audit nos. Et ſi ſcimꝰ ꝙ audit nos quicqd pe
tierimus, ſcimus ꝙ habemꝰ petitiones quas
poſtulauimus ab eo. Si quis uiderit fratrem
ſuum peccare peccatū non ad mortē, petet
& dabit ei uitā, peccantibus non ad mortē.
6 ¶ Eſt peccatum ad mortē, nō pro illo dico
ut roges. Omnis iniquitas peccatū eſt. Et eſt
peccatū nō ad mortē. Scimus ꝙ omnis q na
tus ē ex deo, nō peccat, ſed q genitus eſt ex
deo, ſeruat ſeipſum, & malus ille non tangit
7 eū. ¶ Scimus ꝙ ex deo ſumus, & mūdus to
tus in malo cōſtitutus ē. Scimus aūt ꝙ filius
dei uenit, & dedit nobis mentē ut cognoſca
mus illū uerū deum & ſimus in uero, in filio
eiꝰ Ieſúah Chriſto. Hic ē uerꝰ deꝰ, & uita æter
na. Filioli cauete uobis à ſimulacris, Amen.

¶ BEATI IOANNIS PRESBYTERI EPISTOLA SECVNDA INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEOLOGIAE PROFES.

1 Enior electæ do
minæ, & filijs
eiꝰ, quos ego di
ligo ī ueritate,
& nō ego ſolꝰ,
ſed & oēs q co-
gnouerūt ueri-
tatē, ppter ueri
tatē, quæ pma-
net in nobis, &
nobiſcū erit in
æternū. Erit nobiſcū grā, miſericordia, pax
à deo patre, & à dn̄o Ieſúah Chriſto filio pa-
2 tris in ueritate, & charitate. ¶ Gauiſus ſum
ualde, ꝙ inueni de filijs tuis ambulātes ī ue-
ritate, ſicut præceptū accepimus à patre. Et
nūc rogo te dn̄a: non tanq̄ mandatū nouum
ſcribo tibi, ſed ꝙ habuimus ab initio, ut dili
gamus nos mutuo. Et hæc ē charitas, ut am-
3 bulemꝰ ſcđm præceptū eius. ¶ Hoc ē præ-
ceptū, quēadmodū audiſtis ab initio, ut ī eo
ambuletis: qm̄ multi ſeductores igreſſi ſunt
in mundū, q nō cōfitent̄ Ieſúah Chriſtū uētu
rū ī carne. Hic ē ſeductor, & āntichriſtꝰ. Intue
mini uoſipſos, ne pdamꝰ q̄ opati ſumꝰ. ſed ut
4 mercedē plenā recipiamꝰ. ¶ Oīs q trāſgre-
dit̄, & nō manet ī doctrina Chr̄i, deū nō ha-
bet. Qui manet ī doctrina Chr̄i, hic & pr̄em,
5 & filiū habet. ¶ Si qs uenit ad uos, & hanc
doctrinā nō affert, ne recipiatis eū in domū,
nec aue ei dixeritis. Qui em̄ dicit illi aue, cō-
municat operibꝰ eiꝰ malis. Cū multa haberē
uobis ſcribēda, nolui p chartā: & atramētū.
Sed ſpero me uēturū ad uos, & ore ad os lo
cuturū, ut gaudiū noſtrū ſit cōpletū. Salutāt
te filij ſororis tuæ electæ, Amē.

¶ BEATI IOANNIS THEOLOGI CATHOLICA EPISTOLA TERTIA INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEO. PROFES.

1 Enior Gaio dilecto, quē
ego diligo ī ueritate di
lecte, de oībꝰ opto, ut p
ſpere agant, & recte ua
leāt, ſicut pſpe agit aīa
tua. Gauiſus ſū em̄ ual-
de uenientibꝰ fratribꝰ,
& teſtimoniū reddēti-
bus ueritati tuæ, ſicut tu in ueritate ābulas.
Maiꝰ his nō habeo gaudiū, q̄ ut audiā filios

2 meos in ueritate ambulare. ¶ Dilecte fide-
liter facis quicquid operaris in fratres, & in
hoſpites, qui teſtimoniũ reddiderũt charita
ti tuæ in cõſpectu eccleſiæ: quos benefacies,
ſi deduxeris digne deo. Pro noĩe em̃ ei⁹ pfe-
cti ſunt, nihil accipiẽtes à gentib⁹. Nos ergo
debemus recipere hmõi, ut cooperatores ſi
3 mus ueritati. ¶ Scripſi eccleſiæ: ſed is qui
amat primatũ gerere in eis Diotrephes nõ re
cipit nos. Propter hoc ſi uenero, ĩdicabo fa-
cta illius q̃ facit, uerbis malicioſis garriẽs in
nos, et nec his cõtentus, non ſolũ non recipit
frẽs, uerũ etiã nolẽtes recipere ꝓhibet, & è
4 cõgregatione eiicit ¶ Dilecte, ne imiteris
qđ malũ eſt, ſed qđ bonũ eſt. Qui benefacit,
ex deo eſt: q aũt male facit, nõ uidit deũ. De-
metrio teſtimoniũ redditũ eſt ab oĩbus. & ab
ipſa ueritate, ſed & nos teſtimoniũ ꝑhibem⁹
& noſtis qđ teſtimoniũ noſtrũ uerũ eſt. Mul-
ta habebã q̃ ſcriberẽ, ſed nolo per atramẽtũ,
& calamũ ſcribere tibi. Spero aũt ꝓtin⁹ me
uiſurũ te, & ore ad os loq̃mur. Pax tibi Salu
tant te amici. Saluta amicos nominatim.

FINIS.

BEATI IEHVDAE APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCEN. SACRAE THEOLO. PROFESSO.

1 IEhudas Ieſúah
Chriſti ſeruus,
& Iacobi his q
in deo pr̃e ſancti-
ficati ſũt, q̃ꝗ Ie
ſúah Chriſto ſer
uati ſunt, uoca-
tis. Miſericor-
dia nobis, &
pax, & charitas
multiplicet. Di
lecti, tm̃ mihi ſtudiũ fuit ſcribendi ad uos de
cõi ſalute, ut nõ potuerim nõ ſcribere uobis:
obſecrãs, ut nr̃is laborib⁹ adiumento ſitis fi-
2 dei, q̃ ſemel data ẽ ſanctis. ¶ Obiter em̃ ſubie
rũt qdã hoĩes ĩpij, q pri⁹ deſcripti fuerãt ĩ hoc
iudiciũ: q dei nr̃i grãm trãſferũt ad laſciuiã:
ac deũ, q ſol⁹ ẽ dñs, ac dñm nr̃m Ieſúah Chri-
3 ſtũ negãt. ¶ Volo aũt uos cõmonefacere, cũ
ſciatis ſemel illud qđ dñs poſteaꝗ pplm ex
Aegypto ſaluũ eduxerat, rurſ⁹ eos q nõ cre-
debãt, ꝑdidit: quodq; ãgelos q nõ ſeruauerãt
ſuã originẽ, ſed reliq̃rãt ſuũ domiciliũ ad iu-
diciũ magni illi⁹ diei, uinculis æternis ſub cali
4 gine ſeruauit. ¶ Sicut Sedóm, & Hamoráh
et his finitimæ ciuitates, q̃ ad cõſimilẽ modũ
cũ illis fornicatæ fuerãt, ac ſecutæ fuerãt car
nẽ alienã, ꝓpoſitæ ſunt exẽplo, ignis æterni
5 pœnã ſuſtinẽtes. ¶ Similiter ſane & hi delu
ſi ĩ ſõnijs, carnẽ qdẽ polluũt, dños uero ſper
6 nũt glĩa ꝓditos blaſphemijs afficiunt. ¶ At
Michael archãgel⁹, cũ aduerſus diabolũ cer
tãs diſceptaret de corpe Moſéh, nõ auſus eſt
illi iudiciũ ĩpigere blaſphemiæ, ſed dixit: In
crepet te dñs. At iſti q non nouerũt, ea blaſ-
phemijs afficiũt: q̃ uero natura ceu animãtia
7 rõnis expertia ſciũt, ĩ his corrũpunt. ¶ Væ
illis, qm̃ uiã Cáin ĩgreſſi ſunt: & deceptione
mercedis, qua decept⁹ fuit Bilhám eff. ſi ſũt,
8 & cõtradictiõe Córach perierũt. ¶ Hi ſunt
iter charitates ueſtras maculę inter ſe conui
uãtes, abſq; ulli⁹ timore, ſuopte ductu, arbi-
trioq; uiuentes: nubes aquã nõ habẽtes, q̃ à
uẽtis circũagunt: arbores autũno marceſcẽ
tes: infrugiferæ, bis emortuæ, & eradicatæ:
undę feræ maris, diſpumãtes ſua ĩporũ dede
cora: ſtellæ erraticæ, qbus caligo tenebrarũ ĩ
æternũ ſeruata eſt. Prius aũt his uaticinatus
9 ẽ ſeptim⁹ ab Adám Chanóch, dicẽs. ¶ Ecce
uenit dñs in ſctis milib⁹ ſuis, ut faciat iudiciũ
aduerſus omneis, & redarguat oẽs ex eis q
ſunt impij, de factis omnib⁹ quæ impie patra
runt, deq; omnib⁹ duris, q̃ locuti ſunt aduer
10 ſus eũ peccatores impij. ¶ Hi ſunt murmu-
ratores, queruli, iuxta concupiſcentias ſuas
ambulãtes, & os illorũ loquitur tumida, ad-
mirantes perſonas, utilitatis grã. Vos aũt di
lecti, memores eſtis uerborũ q̃ antehac dicta
fuerũt ab apoſtolis dñi nr̃i Ieſúah Chriſti: qđ
dixerũt nobis in extremo tp̃e futuros illuſo
res, q iuxta ſuas ĩpias cupiditates ãbularent.
11 ¶ Hi ſunt q ſegregant animales, ſpiritũ nõ
habentes. Vos aũt dilecti, ſanctiſſimæ ueſtræ
fidei ſuperſtruentes uoſipſos, per ſpiritũ ſan
ctum orãtes, uos inuicẽ in charitate dei ſerua
te, expectantes miſericordiã dñi noſtri Ieſú-
12 ah Chriſti in uitam æternam. ¶ Et hos qui-
dẽ cõmiſeremini, dũ diiudicamini: illos autẽ
per timorẽ faluos facite, ex incẽdio rapiẽtes,
odio proſequentes, & eam quæ ex carne eſt
maculatã tunicam. Ei uero qui poteſt illos ſer
uare à peccato immunes, & ſtatuere in cõſpe
ctu gloriæ ſuæ incontaminatos cum exulta-
tione: ſoli ſapienti deo ſeruatori noſtro, glo-
ria, & magnificentia, & imperium, & potes-
tas, nunc & in omnia ſæcula. Amén.

FINIS.

¶ APOCALYPSIS BEATI IOANNIS THEOLOGI INTERPRETE EODEM SANCTE PAGNINO LVCENSI SACRAE THEOLOGIAE PROFESSO.

Capitulum.I.

1 REuelatio Ieſúah
Chriſti quã de-
dit illi deus, ut
oſtenderet ſer-
uis ſuis q̃ opor-
teat fieri cito,
& ſignificauit,
cũ miſiſſet ſer-
uo ſuo Ioanni,
qui teſtificatus
eſt uerbũ dei, &
teſtimonium Ieſúah Chriſti, & quæcũq; ui-
2 dit. ¶ Beatus qui legerit, & qui audierint
uerba pphetiæ, & ſeruauerint ea quæ in eo
ſcripta ſunt. Tẽpus enĩ propè eſt Ioannes ſe-
ptem eccleſijs, quæ ſunt in Aſia. Gratia uo-
bis, & pax ab eo qui, & q erat, & qui uẽturꝰ
eſt & à ſeptem ſpiritibus, q in cõſpectu thro
ni eiꝰ ſunt, & à Ieſúah Chriſto, qui eſt teſtis
fidelis, primogenitꝰ mortuoꝝ, & princeps
regum terræ, ei qui dilexit nos: & lauit nos
à peccatis noſtris per ſanguinẽ ipſius: & fe-
cit nos reges, & ſacerdotes deo, & prĩ ſuo:
ipſi glĩa, & ĩperiũ, in ſæcula ſæculoꝝ, Amẽ.
3 ¶ Ecce uenit cũ nubibꝰ & uidebit eũ oĩs ocu-
lus, & q eũ cõpũxerũt. Et plãgẽt ſe oẽs tribꝰ
terræ etiã, Amẽ. Ego ſum alpha, & Ω, (o me-
ga) principiũ, & finis, dicit dñs: qui eſt, & q
4 erat, & q uẽturꝰ eſt oĩpotens. ¶ Ego Ioãnes
frater ueſter, & particeps in afflictione, & re-
gno, & patiẽtia in Chriſto Ieſúah, fui in inſu-
la, quæ appellat̃ Patmos, ꝑpter ſermonem
dei, & teſtimoniũ Ieſúah Chriſti. Fui in ſpũ
in dñico die, & audiui poſt me uocẽ magnã
tanquã tubæ, dicentis: Ego ſum alpha, & Ω,
(o mega) primus, & nouiſſimꝰ. Quod uides
ſcribe in libro: & mitte ſeptẽ eccleſijs, quæ
ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ Pergamo,
& Thyatiræ & Sardis, & Philadelphiæ, &
5 Laodiceæ. ¶ Et cõuerſus ſum, ut uiderẽ uo-
cem quæ loquebatur mecũ: Et cõuerſus, ui-
di ſeptẽ cãdelabra aurea, & in medio cande-
labrorũ aureorum ſimilẽ filio hoĩs, ueſtitum
ueſte ad pedes uſq; demiſſa, & præcinctũ ad
mamillas zona aurea. Caput aũt eius, & ca-
pilli erant cãdidi, uelut lana alba, & tanquã
nix. Et oculi eius tanq̃ flãma ignis: & pedes
eius ſimiles chalcolibano, uelut ĩ camino ar-
dentes, & uox illius tanq̃ uox aquarũ mul-
tarũ: & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptẽ.
Et de ore eius gladius utraq; parte acutus
exibat, & facies eius ſicut ſol lucet in poten-
6 tia ſua. ¶ Et cũ uidiſſem eũ, cecidi ad pedes
eius tanq̃ mortuus. Et poſuit dexteram ſuã
ſuper me, dicens mihi: Noli timere. Ego ſum
primus, & nouiſſimus, & uiuus, & fui mor-
tuus, & ecce ſum uiuens in ſæcula ſæculoꝝ:
7 & habeo claues mortis, & iferni. ¶ Scribe
ergo q̃ uidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet
fieri poſt hæc: Sacramentũ ſeptẽ ſtellarum,
quas uidiſti in dextera mea, & ſeptẽ cande-
labra aurea. Septẽ ſtellæ angeli ſunt ſeptem
eccleſiarum, & candelabra ſeptem quæ uidi-
ſti, ſeptem eccleſiæ ſunt.

Capitulum.2.

1 ANgelo Epheſinæ eccleſiæ ſcri-
be: Hæc dicit, qui tenet ſeptẽ
ſtellas in dextera ſua: qui ãbu-
lat in medio ſeptẽ candelabro-
rũ: aureorũ Scio opera tua, &
laborẽ, & patientiã tuã, & qđ
nõ potes ſuſtinere malos: & tentaſti eos q ſe
dicũt apoſtolos eſſe, & non ſunt: & inueniſti
eos mendaces, & tuliſti. Et patientiã habes,
& ſuſtinuiſti ꝑpter nomẽ meũ, & nõ defeci-
2 ſti. ¶ Sed habeo aduerſum te, qđ charitatẽ
tuã primã reliquiſti. Memor eſto itaq; unde
excideris, & age pœnitẽtiam, & prima ope-
ra fac. Sin minus, ueniam tibi cito, & moue-
bo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœ-
nitentiam egeris, ſed hoc habes, quia odio
habes facta Nicolaitarum, quæ & ego odio
habeo. Qui habet aurem audiat, quid ſpi-
3 ritus dicat eccleſijs. ¶ Vincenti dabo ede-
re de ligno uitæ, quod eſt in medio paradi-
4 ſi dei mei. ¶ Et angelo Smyrnæorum ec-
cleſiæ ſcribe: Hæc dicit primꝰ, & nouiſſimꝰ,
qui fuit mortuus, & uixit: Scio opera tua, &
afflictionem, & paupertatẽ, ſed diues es: &
blaſphemiam eoꝝ q ſe dicũt Iehudæos eſſe
& non ſunt, ſed ſunt ſynagoga Sathanæ. Ni-
hil horum timeas quæ paſſurus es. Ecce miſ-
ſurus eſt diabolus aliquos ex uobis in carce-
rẽ ut tẽtemini, & habebitis afflictionẽ dierũ
decẽ. Eſto fidelis uſq; ad mortẽ, & dabo tibi
coronã uitæ. Qui habet aurẽ audiat, qd ſpũs
dicat eccleſijs: Qui uicerit, nõ lędetur à mor-
5 te ſcđa. ¶ Et ãgelo Pergamẽſis ecclĩæ ſcri-
be: Hæc dicit, q habet gladiũ utraque parte
acutũ. Scio opera tua, & ubi habitas, ubi ſe-
des eſt ſathanæ: & tenes nomẽ meũ, & nõ ne-
6 gaſti fidẽ meã. ¶ Et in diebus meis Antipas
teſtis meus fidelis, qui occiſus eſt apud uos,

ubi ſathanas habitat. Sed habeo aduerſus te
pauca, quia habes illic tenentes doctrinam
Balhám, q docebat Balác, ut meteret offendi
culũ corá filijs Iſrael, ut ęderẽt ex his q̃ ſimu
lacris immolabãtur, & fornicarentur, ita ha
bes, & tu tenẽtes doctrinã Nicolaitarũ, qđ
odi. Similiter pœnitẽtiã age, alioqui ueniã
tibi cito, & pugnabo cum illis gladio oris
mei. Qui habet aurẽ audiat, quid ſpũs dicat
eccleſijs. Vincenti dabo ædere ex mãna ab-
ſcondito, & dabo illi calculũ candidũ, & in
calculo nomen nouum ſcriptum, quod ne-
7 mo ſcit, niſi qui accipit. ❡ Et angelo Thya-
tirenſis eccleſiæ ſcribæ: Hæc dicit filius dei,
qui habet oculos tanq̃ flammã ignis, & pe-
des ei⁹ ſimiles chalcolibano. Noui opa tua,
& charitatem, & miniſteriũ, & fidẽ, & patiẽ
tiam tuam, & opera tua; & nouiſſima plura
prioribus. Sed habeo aduerſus te pauca: qa
pmittis mulierem Zebel, quæ ſe dicit ꝓphe
tas docere, & ſeducere ſeruos meos, forni-
cari, & edere ex his quæ ſimulacris immolã
tur. Et dedi illi tẽpus, ut pœnitẽtiã ageret à
fornicatione ſua, nec pœnitentiã egit. Ecce
ego mitto eã in lectũ, & qui adulteriũ cõmit
tunt cum ea, in afflictionẽ maximã, niſi pœni
tentiã egerint ab operibus ſuis, & filios ei⁹
interficiam morte, & ſcient oẽs eccleſiæ, qđ
ego ſum ille ſcrutans renes, & corda, & da-
8 bo unicuiq; ueſtrum ſcđm opera ſua. ❡ Vo
bis autem dico, & cæteris q Thyatiræ eſtis,
quicũq; non habẽt doctrinã hanc, & q nõ co
gnouerũt profunditates ſathanæ, quẽadmo
dum dicunt: non mittam ſup uos aliud pon-
dus, tamen id qđ habetis, tenete, donec ue-
niam. Et q uicerit, & cuſtodierit uſq; in finẽ
opera mea, dabo illi poteſtatẽ ſuper gẽtes,
& reget eas uirga ferrea, & tanquã uaſa fi-
gulina confringentur: ſicut & ego accæpi à
patre meo, & dabo illi ſtellã matutinã. Qui
habet aurem audiat, qd ſpũs dicat eccl'ijs.

Capitulum. 3.

1 ET angelo eccleſiæ, quæ eſt Sar-
dis ſcribæ: Hæc dicit q habet
ſeptẽ ſpũs dei, & ſeptẽ ſtellas.
Scio opera tua: quia nomẽ ha
bes, qđ uiuas, & mortuus es.
Eſto uigilans, & cõfirma cæte
ra quæ moritura erãt. Nõ em̃ inueni opa tua
plena coram deo meo. In mente ergo habe,
qualiter accæperis, & audieris, & ſerua, &
2 pœnitẽtiam age. ❡ Si ergo nõ uigilaueris,
ueniã ad te tanq̃ fur, & neſcies qua hora ue-
niã ad te. Habes pauca noĩa q Sardis, nõ inq
nauerũt ueſtimenta ſua, & ambulabunt me-
cũ ĩ albis, quia digni ſunt. Qui uicerit, ſic ue
ſtiet ueſtimẽtis albis, & nõ delebo nomẽ ei⁹
de libro uitæ, & cõfitebor nomẽ ei⁹ corã pa-
tre meo, & corã angelis eius. Qui habet au-
3 rẽ audiat, qd ſpũs dicat eccleſijs. ❡ Et ange
lo Philadelphiẽſis eccleſiæ ſcribæ: Hæc di-
cit ſanctus, & uerax, q habet clauẽ Dauid, q
aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo ape
rit. Scio opa tua. Ecce dedi corã te oſtiũ aper
tũ qđ nemo põt claudere, quia exiguã habes
potentiã. Et ſeruaſti ſermonẽ meũ, & nõ ne-
gaſti nomẽ meũ. Ecce do de ſynagoga ſatha-
næ, q dicunt ſe Iehudæos eſſe, & nõ ſunt, ſed
4 mentiunt. ❡ Ecce faciã illos, ut ueniant, &
adorẽt ante pedes tuos, et ſciãt ꝙ ego dilexi
te, qm̃ ſeruaſti ſermonem patientiæ meæ, &
ego ſeruabo te ab hora tentatiõis q̃ uentura
eſt in orbẽ uniuerſum, ut tẽtet habitãtes ĩ ter
ra. Ecce uenio cito, tene qđ habes, ut nemo
5 accipiat coronã tuam. ❡ Qui uicerit, faciã
illũ columnam in tẽplo dei mei, & foras non
egrediet ampli⁹. Et ſcribã ſup eũ nomẽ dei
mei, & nomẽ ciuitatis dei mei nouæ Ieruſalá
im, q̃ deſcẽdit de cœlo à deo meo, & nomen
meũ nouũ. Qui habet aurẽ audiat, qd ſpirit⁹
6 dicat eccleſijs. ❡ Et angelo Laodiceuſiũ ec
cleſiæ ſcribæ: Hæc dicit, Amẽ teſtis fidelis, et
uer⁹, principiũ creaturæ dei: Scio opera tua:
quia neq; frigidus es, neq; feruidus, utinã fri
gid⁹ eſſes, aut feruidus, itaq; qm̃ tepidus es,
& nec frigid⁹, nec feruid⁹, incipiã te euome-
re ex ore meo, quia dicis, diues ſum, & dita-
tus ſum, & nulli⁹ egeo, & neſcis ꝙ tu es mi-
ſer, & miſerabilis, et pauper, & cæcus, ac nu
7 dus. ❡ Suadeo tibi emere à me aurũ ignitũ
ex igni, ut locuples fias, & ueſtimentis albis
induaris, ut non appareat dedecus nuditatis
tuæ, et collyrio inũge oculos tuos, ut uideas,
Ego quoſcũq; amo, arguo, & caſtigo. Aemu
lare ergo ac pœnitẽtiã age, ecce ſto ad oſtiũ
& pulſo. Si qs audierit uocẽ meã, & aperue-
rit ianuã, ĩtrabo ad illũ, & cœnabo cũ illo, &
ipſe mecũ. Qui uicerit, dabo ei ſedere mecũ ĩ
throno meo: ſicut & ego uici, & cõſedi cũ pa
tre meo ĩ throno ei⁹. Qui habet aurẽ audiat,
quid ſpirit⁹ dicat eccleſijs.

Capitulum. 4

1 POſt hæc uidi, & ecce oſtiũ apertũ ĩ
cœlo, et uox prima quã audiui tãq̃
tubæ loquẽtis mecũ, dicẽs Aſcẽde
huc, & oſtẽdã tibi quæ oportet fie-
2 ri poſt hæc. Et ſtati fui ĩ ſpũ. ❡ Et ecce ſedẽs
poſita erat in cœlo, & ſupra ſedẽ ſedẽs. Et q
ſedebat, ſimilis erat aſpectu lapidi iaſpidi &

Sardio, & iris erat in circuitu ſedis ſimilis
aſpectu Smaragdino. Et in circuitu ſedis ſe-
dilia uiginti quatuor, & ſup thronos uiginti
quatuor ſeniores ſedẽtes, circũamicti ſtolis
albis, & habebãt in capitib' ſuis coronas au
3 reas. ¶ Et de throno ꝓcedebãt fulgura, &
tonitrua, & uoces, & ſeptẽ lãpades ignis ar-
dẽtes ãñ thronũ, q̃ ſunt ſeptẽ ſpũs dei. Et i cõ
ſpectu ſedis tãq̃ mare uitreũ ſiſe cryſtallo, et
ĩ medio ſedis, & ĩ circuitu ſedis quatuor aĩa-
4 lia, plena oculis ãñ, & retro. ¶ Et aĩal primũ
ſiſe leoni, & ſcd'm aĩal ſimile uitulo, & tertiũ
animal habẽs faciẽ uelut hõ, & quartũ aĩal ſi
mile aquilæ uolãti. Et quatuor aĩalia ſingula
eorũ habebant alas ſenes in circuitu, & int'
plena erãt oculis. Et requiẽ nõ habent die ac
nocte, dicentia: Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs
deus omnipotẽs, qui erat, & qui eſt, & qui
uenturus eſt. Et cum darent illa animalia glo
riam, & honorem, & benedictionem ſedenti
ſuper thronũ, uiuẽti in ſæcula ſæculorũ, pro-
cidũt uigintiquatuor ſeniores, ante ſedẽtem
in throno, & adorant uiuentem in ſæcula ſæ
culorum, & abijciũt coronas ſuas ante thro-
nũ, dicentes: Dignus es dñe deus noſter acci
pere gloriam, & honorem, & potentiã: quia
tu creaſti omnia, & ꝓpter uolũtatẽ tuã ſunt,
& creata ſunt.

Capitulum. 5.

1 ET uidi in dextera ſedẽtis ſup
thronũ librũ ſcriptũ itus & i
tergo, ſignatũ ſigillis ſeptẽ.
Et uidi angelũ fortẽ, prædicã
tem uoce magna: Quis eſt di
gnus aperire librũ, & ſolue-
re ſignacula eius? Et nemo poterat, neq̃ i cœ
lo, neq̃ in terra, neq̃ ſubter terrã aperire li-
2 brum, neq̃ aſpicere illum. ¶ Et ego flebam
multũ, q̃ nemo dignus inuẽtus eſſet aperire,
& legere librũ, nec uidere eũ. Et un' de ſenio
ribus dicit mihi: Ne fleueris. Ecce uicit leo de
tribu Iehudah radix Dauid, ut aperiat librũ,
3 & ſoluat ſeptẽ ſignacula ei'. ¶ Et uidi: & ec
ce ĩ medio throni, & quatuor animaliũ, & in
medio ſeniorũ agn' ſtans tãq̃ occiſus, habẽs
cornua ſeptẽ, & oculos ſeptẽ: q ſunt ſeptẽ ſpi
rit' dei, miſſi in oẽm terrã. Et uenit, et accæ-
4 pit de dextera ſedẽtis in throno librũ. ¶ Et
cũ accæpiſſet librũ, quatuor aĩalia, & uigiti
quatuor ſeniores ceciderũt corã agno, habẽ
tes ſinguli citharas, & phialas aureas, plenas
odoramentorũ, q̃ ſunt oratiões ſanctorũ, &
canũt canticũ nouũ, dicẽtes: Dign' es accipe
re librũ, & aperire ſignacula eius, qm̃ occi-
ſus es, & redemiſti nos per ſanguinem tuũ,
ex omni tribu, & lingua, & populo, & natio
ne, & feciſti nos deo noſtro reges, & ſacer-
5 dotes, & regnabimus ſuper terram. ¶ Et ui
di, & audiui uocem angelorũ multorũ in cir
cuitu throni, & aĩaliũ, & ſeniorũ, & erat nu
mer' eorũ milia miliũ, dicẽtia uoce magna:
Dignus eſt agn' qui occiſus eſt, accipere po
tẽtiã, & diuitias, & ſapiẽtiã, & fortitudinẽ,
6 & honorẽ, & gloriã, & bñdictionẽ. ¶ Et om
nẽ creaturã, quæ in cœlo eſt, & q̃ ſuper terrã,
& ſub terra, & in mari, & q̃ in eis ſunt oĩa: au
diui dicentes, ſedẽti in throno, & agno, bene
dictio, & honor, & gloria, & impiũ in ſæcu-
la ſæculorum. Et quatuor animalia dicebant:
Amẽ. Et uigintiquatuor ſeniores ceciderũt
in facies ſuas, & adorauerũt uiuentem in ſæ
cula ſæculorum.

Capitulum. 6.

1 ET uidi, cũ aperuiſſet agn' unũ
de ſeptẽ ſigillis, & audiui unũ
de quatuor animalib', dicens
tanq̃ uocẽ tonitrui: Veni, &
uide. Et uidi. Et ecce equus al-
bus, & q ſedebat ſuper eũ ha-
bebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit
2 uincẽs, & ut uinceret. ¶ Et cũ aperuiſſet ſigil
lũ ſcd'm, audiui ſcd'm aĩal, dicens: Veni, et ui
de. Et exiuit alius equus rufus, & qui ſede-
bat ſuper illũ, datum eſt ei, ut tolleret pacem
de terra, & ut inuicem ſe interficiant, & da-
3 tus eſt ei gladius magnus. ¶ Et cũ aperuiſ-
ſet ſigillũ tertium, audiui tertium animal, di
cens: Veni, & uide. Et uidi, & ecce equus ni
ger, & qui ſedebat ſuper illũ habebat ſtate-
rã in manu ſua, & audiui uocẽ in medio qua-
tuor animalium dicentem. Chœnix tritici de
nario, & tres chœnices hordei denario, & ui
4 nũ, & oleũ ne læſeris. ¶ Et cũ aperuiſſet ſi-
gillũ quartũ, audiui uocẽ quarti aĩalis, dicẽ-
tẽ: Veni, & uide. Et uidi, & ecce equ' pallid',
& q ſedebat ſup eũ, nomẽ illi Mors, & ifern'
ſequit eũ, & data eſt illi ptãs iterficiẽdi ſup
quartã ptẽ terræ, gladio, & fame, & morte,
5 & à beſtijs terræ. ¶ Et cũ aperuiſſet ſigillũ
qntũ, uidi ſubter altare aĩas iterfectorũ pro
pter uerbũ dei, & ꝓpter teſtimoniũ qd' habe
bãt. Et clamabãt uoce magna dicẽtes: Vſq̃-
quo dñe, q es ſanct', & uerax, nõ iudicas, ac
uindicas ſanguinẽ nr̃m de his, q habitant in
terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ,
& dictum eſt illis, ut requieſcerent adhuc tẽ
pus exiguum, donec complerentur cõſerui-

coꝝ,& fratres eoꝝ,qui interficiẽdi eſſent,
6 ſicut & illi. ¶ Et uidi,cũ aperuiſſet ſigillũ
ſextũ,& ecce terræmotus magnꝰ factus eſt.
Et ſol factus eſt niger tanq̃ ſaccus cilicinus,
& luna tota facta eſt ſicut ſanguis,& ſtellæ
de cœlo ceciderũt ſup terrã,ſicut ficus abij
cit groſſos ſuos,cum à uento magno mouet.
7 ¶ Et cœlũ receſſit ſicut liber q circũuoluit,
& oĩs mons,& ĩſulæ de locis ſuis motæ ſunt,
& reges terræ,& principes , & diuites , &
tribuni,& fortes, & omnis ſeruus,& liber
abſcõderunt ſe in ſpeluncis,& in petris mõ
tium.Et dicunt montibus,& petris: Cadite
ſuper nos,& abſcõdite nos à facie ſedentis
ſup thronum ,& ab ira agni,quoniam uenit
dies magnus iræ illius.Et quis poteſt ſtare?

Capitulum.7.

1 POſt hæc uidi quatuor ãge
los ſtantes ſup quatuor an
gulos terræ ,tenentes qua
tuor uẽtos terræ ,ne flaret
uẽtus ſup terrã ,neq; ſuper
mare,neq; in ullã arborem.
2 ¶ Et uidi alterũ angelum
aſcendentẽ ab ortu ſolis,habentẽ ſigillũ dei
uiuẽtis,& clamauit uoce magna quatuor an
gelis,qbꝰ datũ eſt nocere terræ,& mari,di
cẽs:Nolite nocere terræ,neq; mari,neq; ar
borībꝰ,quoadusq; ſignemꝰ ſeruos dei nr̃i in
3 frontibus ſuis. ¶ Et audiui numerũ ſignato
rum,centũ quadragintaquatuor milia ſigna
ti ex oĩ tribu filioꝝ Iſraël.Ex tribu Iehudáh,
duodecim milia ſignati. Ex tribu Reubén,
duodecim milia ſignati.Ex tribu Gad,duo
deci milia ſignati. Ex tribu Aſér,duodecim
milia ſignati. Ex tribu Nahptalí,duodecim
milia ſignati.Ex tribu Manaſſéh,duodecim
milia ſignati. Ex tribu Simhón , duodecim
milia ſignati.Ex tribu Leui,duodecim milia
ſignati.Ex tribu Iſaſchár , duodeci milia ſi
gnati.Ex tribu Zebulũ,duodeci milia ſigna
ti.Ex tribu Ioſéph,duodecim milia ſignati.
Ex tribu Biniamin,duodecim milia ſignati.
4 ¶ Poſt hæc uidi,& ecce turba multa,quam
dinumerare nemo poterat,ex oĩbꝰ gẽtibꝰ,&
tribubus,& pplís,& linguis,ſtãtes añ thro
nũ,& ĩ cõſpectu agni,amicti ſtolis albis,&
palmæ in manibꝰ eoꝝ,& clamabãt uoce ma
gna,dicẽtes:Salutatio ei q ſedet ſup thronũ
5 dei nr̃i,& agno. ¶ Et oẽs angeli ſtabãt ĩ cir
cuitu throni:& ſenioꝝ,& quatuor aĩaliũ,&
pſtrauerũt ſe in cõſpectu throni ĩ facies ſu
as,& adorauerũt deũ,dicẽtes:Amén. Bene
dictio,& gloria,& ſapia,& grãꝝ actio,ho
nor,& potẽtia,& fortitudo deo nr̃o ĩ ſæcu
6 la ſæculoꝝ,Amén. ¶ Et reſpondit unꝰ de ſe
niorībꝰ,& dixit mihi:Hi q amicti ſunt ſtolis
albis,q ſunt,& ũn uenerũt?Et dixi illi: Dñe,
7 mi,tu ſcis.Et dixit mihi. ¶ Hi ſunt q uene
runt ex afflictione magna,& lauerunt ſtolas
ſuas,& dealbauerunt eas in ſanguine agni.
Ideo ſunt añ thronũ dei,& ſeruiunt ei die,ac
nocte in tẽplo eius,& q ſedet ĩ throno habi
tabit ſup illos.Nõ eſuriẽt,neq; ſitient amplíꝰ
nec cadet ſup illos ſol,neq; ullus æſtus, q̃ñ
agnus qui in medio throni eſt,reget illos,&
deducet eos ad uiuos fontes aquarum,& ab
ſterget deus oẽm lachrymam ab oculis eoꝝ.

Capitulum.8.

1 ET cum aperuiſſet ſigillũ ſepti
mũ,factũ ẽ ſilentiũ in cœlo
media ferme hora. Et uidi ãge
los ſtãtes in cõſpectu dei,& da
tæ ſunt illis ſeptẽ tubæ, Et alíꝰ
angelus uenit, & ſtetit ante al
tare,habẽs thuribulũ aureũ,& data ſunt illí
ſuffimẽta multa,ut daret de orationibus ſan
ctoꝝ oĩm ſuper altare aureũ,qd̕ eſt añ thro
num.At aſcẽdit fumus ſuffimẽtoꝝ de oratiõí
2 bus ſanctorũ ẽ manu angeli corã deo. ¶ Et
accepit angelus thuribulũ,& impleuit illud
de igne altaris,& miſit in terrã,& facta ſunt
tonitrua,& uoces,& fulgura,& terræmo
tus,& ſeptem angeli,qui habebãt ſeptẽ tu
bas,præparauerunt ſe ut tuba canerent. Et
primus ãgelus tuba cecinit,& facta eſt gran
do,& ignis mixta ſanguine,& miſſa ſunt in
terrã,& tertia pars arborũ concremata eſt,
3 & omnis hærba uiridis cõbuſta eſt. ¶ Et,ſe
cundus angelus tuba cecinit,& tanq̃ mons
magnus igne ardens pictus eſt in mare. Et
facta ẽ tertia pars maris ſanguis,& mortua
eſt tertia pars creaturaꝝ.quæ erãt in mari,q̃
habebant aĩas,& tertia pars nauium iterijt.
4 ¶ Et tertiꝰ angelus tuba cecinit,& cecidit,
ẽ cœlo ſtella magna ardẽs tanq̃ facula,& ce
cidit ĩ tertiã partẽ fluminũ,& ĩ fontes aqua
rũ,& nomẽ ſtellæ dicit abſinthiũ. Et uerſa ẽ
tertia pars in abſinthiũ,& multi hoĩes mor
5 tui ſũt ex aqs:qa amaræ factæ ſũt. ¶ Et quar
tus ãgelꝰ tuba cecinit,& pcuſſa eſt tertia ps
ſolis,& tertia ps lunæ,& tertia ps ſtellaꝝ:ita
ut obſcuraret tertia pars eoꝝ,& diei non lu
ceret ps tertia,& noctis ſilr.Et uidi,& audi
ui unũ angelũ uolantẽ p mediũ cœli,dicentẽ
uoce magna:Væ,uæ,uæ,habitantibꝰ ĩ terra,
ẽ cæteris uocibus tubæ trium angelorũ,qui
erant tuba canturi.

Capitulum.9.

1 ET quintus angelus tuba cecinit, &
uidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in ter
ram, & data eſt ei clauis putei uora
ginis. Et aperuit puteū uoraginis,
& aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis
magnæ: & obſcuratus eſt ſol, et aer à fumo pu
tei. Et de fumo exierunt locuſtæ in terram, &
data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem
2 ſcorpiones terræ. ¶ Et præceptum eſt illis ne
læderent fœnum terræ, neq̃ omne uiride, neq̃
omnem arborē: niſi tm̃ homines, qui nō habēt
ſignum in frontibus ſuis. Et datum eſt illis, ne
occiderent eos, ſed ut cruciarentur menſibus
quinq̃. Et cruciatus eorum, ut cruciatꝰ ſcorpij
3 cum percuſſerit hominē. ¶ Et in diebus illis
quærent homines mortem, & non inuenient
eam, & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab
eis. Et ſimilitudines locuſtarū ſimiles equis pa-
ratis in prælium, & ſuper capita earum tanq̃
coronæ, ſimiles auro, & facies earum tanquā
facies hominum. Et habebant capillos ſicut ca
pillos mulierum, & dentes earum quaſi leonū
erant. Et habebāt loricas ſicut loricas ferreas,
& ſonitus alarum earum ſicut ſonitus curruū
4 equis multis currentibus ad bellum ¶ Et ha-
bent caudas ſimiles ſcorpionū, & aculei erant
in caudis earum: & poteſtas earum nocere ho
minibus menſibus quinq̃. Et habent ſuper ſe
regem angelū uoraginis, cui nomē Hebraicæ
abadón, Græce autē apollyon, (id eſt perdēs)
Væ unum abijt, & ecce ueniūt adhuc duo uæ
5 poſt hæc. ¶ Et ſextus angelus tuba cecinit,
& audiui uocem unam ex quatuor cornibꝰ al
taris aurei, quod eſt ante oculos dei, dicentem
ſexto angelo qui habebat tubam: Solue qua-
tuor angelos, qui alligati ſunt in flumine ma-
gno Euphrate. Et ſoluti ſunt quatuor angeli,
qui parati erant in horam, & diem, & mēſem,
& annum, ut occiderent tertiam partem ho-
minum. Et numerus equeſtris exercitus, uicies
milies decem milia. Et audiui numerum eorū.
6 ¶ Et ita uidi equos in uiſione: & qui ſedebāt
ſuper eos, habebant thoraces igneas, & hya-
cinthinas, & ſulphureas. Et capita equorum
erant tanq̃ capita leonum, & de ore ipſorum
7 procedebat ignis, & fumus, et ſulphur. ¶ Ab
his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominū,
de igne, & de fumo, & ſulphure, quæ proce-
debant ex ore ipſorum. Poteſtas enim equo-
rum in ore eorum eſt, & in caudis eorū. Nam
caudæ eorum ſimiles ſerpentibus habentes ca
pita, & per hæc nocent. Et cæteri homines qui
nō ſunt occiſi his plagis, neq̃ pœnitentiā ege-
runt ab operibus manuum ſuarum, ut nō ado-
rarent dæmonia, & ſimulacra aurea, & argen
tea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neq̃ ui
dere poſſunt, neq̃ audire, neq̃ ambulare: &
non egerunt pœnitētiam ab homicidijs ſuis,
neq̃ à ueneficijs ſuis, neq̃ à fornicatione ſua,
neq̃ à furtis ſuis.

Capitulum.10.

1 ET uidi alium angelum fortem deſcē-
dentem de cœlo amictum nube, &
iris in capite eius: & facies eiꝰ erat ut
ſol, & pedes eiꝰ tanq̃ columnæ ignis.
Et habebat in manu ſua libellum apertum: &
poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſini-
ſtrum autem ſuper terrā. Et clamauit uoce ma
2 gna, quēadmodum cum leo rugit. ¶ Et cum
clamaſſet, loquuta ſunt ſeptem tonitrua uoces
ſuas. Et cum loquuta fuiſſent ſeptem tonitrua
uoces ſuas, ego ſcripturus eram. Et audiui uo
cem de cœlo, dicentem mihi: Obſigna quæ lo-
quuta ſunt ſeptem tonitrua, & ne eas ſcribas.
3 ¶ Et angelus quem uidi ſtantem ſuper mare,
& ſuper terrā, leuauit manū ſuā dextram ad
cœlum, & iurauit per uiuentem in ſæcula ſæcu
lorum, qui creauit cœlū, & ea quæ in illo ſunt,
& terram, & ea quæ in ea ſunt, & mare, & ea
quæ in eo ſunt: tempus nō fore amplius: ſed in
diebus uocis ſeptimi angeli, cum cœperit tuba
canere, conſummandum eſſe myſterium dei, ſi
cut euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas.
4 ¶ Et uox quam audiui de cœlo iterum loque
batur ad me, & dicebat. Vade, & accipe libel-
lum apertum in manu angeli, ſtantis ſuper ma
re & ſup terrā. Et abij ad angelum, dicēs ei, ut
daret mihi libellum. Et dixit mihi: Accipe libel
lum, & deuora illū, & faciet amaricari uētrem
tuum: ſed in ore tuo erit dulcis tanq̃ mel. Et ac
cepi libellum de manu angeli, & deuoraui il-
lum, & erat in ore meo tanq̃ mel dulcis. Et cū
deuoraſſem eum, amaricatus eſt uenter meus.
Et dicit mihi: Oportet te iterum prophetare in
gentibus, & linguis, & populis, & regibus
multis.

Capitulum.11.

1 ET datus eſt mihi calamus ſimilis uir-
gæ, & dictū eſt mihi: Surge, & me-
tire templum dei, & altare, & ado-
rātes in eo. Et atrium quod intra tē
plū eſt, eijce foras, & ne metiaris illud, qm̃ da
tum eſt gentibus, & ciuitatē ſanctā calcabunt
menſibus quadraginta duobus: & dabo duobꝰ
teſtibus meis, & ꝓphetabūt diebus mille du-

2 centis ſexaginta amicti ſaccis. ¶ Hi ſunt duæ
oliuæ, & duo candelabra in conſpectu dei ter
ræ ſtantia. Et ſi quis uoluerit eis nocere, ignis
exit de ore eorũ, & deuorat inimicos eorum.
Et ſi quis uoluerit eos lædere, ſic oportet eum
3 occidi. ¶ Hi habẽt poteſtatem claudẽdi cœlũ
ne pluat diebus prophetiæ ipſorũ: & poteſtatẽ
hñt ſuper aquas conuertẽdi eas in ſanguinẽ,
& percutiendi terrã omni plaga, quotieſcũq;
4 uoluerint. ¶ Et cum finierint teſtimoniũ ſuũ,
beſtia quæ aſcendit de uoragine, faciet aduer
ſus eos bellum, & uincet illos, & occidet eos.
Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis
magnæ, quæ uocatur ſpiritualiter Sodóm &
Aegyptus, ubi & dñs noſter crucifixus eſt. Et
uidebunt de tribubus, & populis, & linguis,
& gentibus corpora eorum per tres dies & di
midiũ, & corpa eorũ non ſinẽt poni i monumẽ
tis. Et inhabitantes terram, gaudebunt ſuper
illis et lætabũtur, & munera mittent inuicem:
quoniã hi duo prophetæ cruciauerũt eos qui
5 habitant ſuper terrã. ¶ Et poſt dies tres, et di
midiũ, ſpũs uitæ à deo intrauit in eos. Et ſtete
runt ſuper pedes ſuos: & timor magn⁹ cecidit
ſuper eos qui uiderũt eos. Et audierũt uocem
magnã de cœlo, dicentẽ ipſis: Aſcendite huc.
Et aſcenderũt in cœlum in nube, & uiderunt
6 illos inimici eorum. ¶ Et in illa hora fact⁹ eſt
terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis
cecidit: & occiſa ſunt in terræmotu nomina
hominũ ſeptem milia: & reliqui territi ſunt, &
dederunt gloriã deo cœli. Væ ſecundũ abijt,
7 & ecce uæ tertium ueniet cito. ¶ Et ſeptimus
angel⁹ tuba cecinit, & factę ſunt uoces magnæ
in cœlo dicentes: Factum eſt regnũ huius mun
di dñi noſtri, & Chriſti eius, & regnabit in ſæ
cula ſæculorũ, Amẽ. Et uigintiquatuor ſeniores
qui in cõſpectu dei ſedent in ſedibus ſuis, ceci
derunt in facies ſuas, & adorauerunt deũ dicẽ
tes. Gratias agimus tibi dñe deus oĩpotẽs, qui
es, & qui eras, & qui uẽturus es: quia accepi
ſti potentiam tuã magnã, & regnaſti. Et iratæ
ſunt gentes, & aduenit ira tua, & tẽps mortuo
rũ ut iudicẽtur: & reddas mercedẽ ſeruis tuis
prophetis, & ſanctis, & timentibus nomẽ tuũ
puſillis & magnis, & perdas eos qui perdũt
8 terrã. ¶ Et apertũ eſt tẽplum dei in cœlo, &
uiſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius: &
facta ſunt fulgura, & uoces, & tonitrua, & ter
ræmotus, & grando magna.

Capitulum. 12.

1 ET ſignum magnũ apparuit in cœlo:
Mulier amicta ſole, & luna ſub pedi
bus eius, & in capite ei⁹ corona ſtel
larum duodecim. Et in utero habẽs,
clamat parturiens, & cruciatur ut pariat. Et ui
ſum eſt aliud ſignũ in cœlo: & ecce draco ma
gnus rufus habens capita ſeptẽ, & cornua de
cem, & in capitibus ſuis diademata ſeptem: et
cauda eius trahit tertiam partẽ ſtellarum cœli,
& miſit eas in terrã: & draco ſtetit ante mulie
rem q̃ erat paritura: ut cũ peperiſſet filium ei⁹,
deuoraret. Et peperit filiũ maſculũ qui rectu
rus erat omnes gẽtes in uirga ferrea: & rapt⁹
eſt filius eius ad deũ, & ad thronum ei⁹: & mu
lier fugit in ſolitudinem, ubi habet locũ para
tum à deo, ut ibi paſcant eã diebus mille ducẽ
2 tis ſexaginta. ¶ Et factũ eſt prælium magnũ
in cœlo, Michael, & angeli eius p̃liabãtur cum
dracone, & draco pugnabat, & angeli ei⁹, &
nõ ualuerũt, neq; locus inuẽtus eſt eorum am
plius in cœlo. Et proiectus eſt draco ille magn⁹
ſerpens antiquus, qui uocatur diabolus & ſa
thanas, qui ſeducit totũ terrarum orbẽ: & pro
iectus eſt in terrã, & angeli eius cum illo proie
3 cti ſunt. ¶ Et audiui uocẽ magnam dicẽtem:
In cœlo nunc facta eſt ſalus, & potentia, & re
gnũ dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia p
iectus eſt accuſator fratrũ noſtrorum qui accu
ſabat illos ante cõſpectum dei noſtri die, ac no
cte: & ipſi uicerunt eum propter ſanguinem
agni, & propter ſermonẽ teſtimonij ſui, & nõ
dilexerũt animã ſuã uſq; ad mortẽ. Propterea
lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ habi
tatoribus terræ, & maris, quia deſcẽdit diabo
lus ad uos habens iram magnam, ſciens quod
4 exiguũ tempus habet. ¶ Et poſtq̃ uidit dra
co, quod proiect⁹ eſt in terram, perſecutus eſt
mulierẽ quæ peperit maſculũ. Et datæ ſunt mu
lieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uolaret i deſer
tum, in locum ſuũ ubi alitur tẽpus, & tẽpora,
5 & dimidiũ temporis à facie ſerpẽtis. ¶ Et eie
cit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierẽ aquã tanq̃
flumen, ut eam faceret rapi à flumine. Et adiu
uit terra mulierem, & aperuit terra os ſuũ, &
abſorbuit flumen quod eiecerat draco ex ore
6 ſuo. ¶ Et iratus eſt draco aduerſus mulierem:
& abijt ut faceret prælium cum reliquis de ſe
mine eius, qui cuſtodiunt mandata dei, & ha
bent teſtimoniũ Ieſuah Chriſti. Et ſtetit ſuper
arenam maris.

Capitulum. 13.

1 ET uidi de mari beſtiam aſcendẽtem,
habentem capita ſeptem, & cornua
decem, & ſuper cornua ei⁹ decẽ dia
demata, & ſup capita ei⁹ nomẽ blaſ
phemiæ. Et beſtia quã uidi, ſimilis erat pardo,
& pedes ei⁹ ſicut pedes urſi, & os eius ſicut os

leonis. Et dedit illi draco potentiam ſuam, &
2 ſedē ſuam & poteſtatem magnam. ¶ Et uidi
unū de capitibus eius quaſi occiſum in mortē,
et plaga mortis ei' curata eſt. Et admiratio fuit
in uniuerſa terra poſt beſtiā. Et adorauerunt
draconem qui dedit poteſtatem beſtiæ. Et ado
rauerunt beſtiā, dicentes: Quis ſimilis beſtiæ,
& quis poterit pugnare cum ea? Et datum eſt
ei os loquens magna, & blaſphemias, & data
eſt ei poteſtas ut faceret bellum menſes qua-
3 draginta duos. ¶ Et aperuit os ſuum in blaſ-
phemiam contra deū, ut blaſphemaret no-
mē eius, & tabernaculum eius, & eos qui cœlo
habitant. Et eſt datum illi bellum facere cū ſan
ctis, & uincere eos. Et data eſt illi poteſtas in
omnem tribū, & linguam, & gentē, & adora
bunt eam oēs qui inhabitant terram: quorum
non ſunt ſcripta nomīa in libro uitæ agni, qui
occiſus eſt ab origine mundi. Si quis habet au
rem audiat. Si quis captiuitatē contraxerit, in
captiuitatē uadit. Si qs gladio occiderit, opor
4 tet eū gladio occidi. ¶ Hic eſt patientia, & fi
des ſanctorū. Et uidi aliam beſtiā aſcendentem
ē terra, & habebat cornua duo ſimilia agni, &
loquebat̃ ſicut draco. Et poteſtatē prioris be-
ſtiæ omnē facit in conſpectu eius, & facit ter-
ram, & inhabitantes in ea, adorare beſtiam pri
mā, cuius curata ē plaga mortis. Et facit ſigna
magna, ut etiā ignem faceret de cœlo deſcēde
re in terrā in conſpectu hominū. Et ſeducit ha
bitantes in terra propter ſigna quæ data ſunt
illi, ut faceret in conſpectu beſtiæ, dicens habi
tantibus in terra, ut faciant imaginem beſtiæ,
5 quæ habet plagam gladij, & uixit. ¶ Et datū
eſt illi, ut daret ſpiritū imagini beſtiæ, & ut lo-
quatur imago beſtiæ, & faciet ut quicū̃q; non
adorauerint imaginem beſtiæ, occidant̃. Et fa-
cit oēs puſillos, & magnos, & diuites, & pau-
peres, & liberos, & ſeruos accipe characterē
in manu ſua dextera, aut in frontib' ſuis. Et ne
quis poſſet emere aut uēdere, niſi qui habeat
characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum
6 nominis eius. ¶ Hic ſapientia eſt. Qui habet
intellectum cōputet numerum beſtiæ. Nume-
rus enim hominis eſt, & numerus eius ſexcē
ti ſexagintaſex.

Capitulum. 14.

1 ET uidi, & ecce agnus ſtans ſup mon
tem Sion, & cū eo centum quadra
gintaquatuor milia habentia nomē
eius, & nomen patris eius ſcriptū in
frontibus ſuis. Et audiui uocem de cœlo, tanq̃
uocem aquarū multarum, & tanq̃ uocē toni-
trui magni, & uocem audiui citharœdorum ci
tharizantium citharis ſuis. Et cantabāt quaſi can
ticum nouum ante ſedem, & ante quatuor ani
malia, & ſeniores: & nemo poterat diſcere cā-
ticum, niſi illa cētum quadragintaquatuor mi
2 lia, qui empti ſunt de terra. ¶ Hi ſūt qui cum
mulieribus non ſunt coinquinati, uirgines eñ
ſunt. Hi ſequūtur agnum quocū̃q; ierit. Hi em
pti ſunt ex hominib' primitiæ deo & agno, &
in ore eorum nō eſt inuentus dolus. Sine macu
3 la eñ ſunt ante thronū dei. ¶ Et uidi alterū
angelum uolantem per medium cœli, habentē
euangelium æternū, ut euangelizaret habitan
tibus ſuper terram, & omni genti & tribui, &
linguæ, & populo, dicentem magna uoce: Ti-
mete deum, & date illi honorē, quia uenit ho-
ra iudicij eius: & adorate eum, qui fecit cœlum
4 & terram, mare, & fontes aquarū. ¶ Et alius
angelus ſecutus eſt, dicens: Cecidit cecidit Ba
bel ciuitas illa magna, quia de uino iræ fornica
tionis ſuæ ꝓpinauit oib' gētib'. Et terti' ange
lus ſecut' eſt illos, dicens uoce magna: Si quis
adorauerit beſtiam & imaginē eius, et accepe
rit characterē in fronte ſua, aut in manu ſua, &
hic bibet de uino iræ dei, quod mixtū eſt mero
in calice iræ ipſius. Et cruciabit̃ igne, & ſulphu
re in conſpectu angelorū ſanctorū, & ante con
ſpectū agni. Et fumus tormētorū eorū aſcendit in
ſecula ſeculorū. Nec habēt requiē die ac nocte
qui adorant beſtiā, & imaginem ei', & ſi quis
5 acceperit characterē nominis eius. ¶ Hic pa-
tientia ſanctorū eſt. Hic qui cuſtodiūt mādata
& fidem Ieſuah. Et audiui uocē de cœlo dicen
tem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in dño mo
riūtur. Amodo: etiā dicit ſpiritus, ut requieſcāt
à laboribus ſuis, ſed opera illorum ſequuntur
6 illos. ¶ Et uidi, & ecce nubem candidam, &
ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis,
habentem in capite ſuo coronam auream, et in
7 manu ſua falcem acutam. ¶ Et alius angelus
exiuit de templo, clamans uoce magna ad ſe-
dentem ſuper nubem. Mitte falcem tuam &
mete: quia uenit tibi hora ut metas, quoniam
aruit meſſis terræ. Et miſit qui ſedebat ſuper
nubem, falcē ſuam i terram, & demeſſa eſt ter
8 ra. ¶ Et alius angelus exiuit de templo, quod
9 eſt in cœlo, habens & ipſe falcem acutā. ¶ Et
alius angelus exiuit de altari, qui habebat po-
teſtatem ſupra ignē, & clamauit uoce magna
ad eum qui habebat falcem acutam, dicēs: Mit
te falcem tuam acutam, & uindemia botros ter
ræ, quoniam maturę ſunt uuę eius, & miſit an
gelus falcem ſuam acutam in terram, & uinde
miauit uineam terræ: & miſit in lacum irę dei
magnum, & calcatus eſt lacus extra ciuitatē,
& exiuit ſanguis de lacu, uſq; ad frenos equo
rum per ſtadia mille ſexcenta.

Capitulum.15.

1 ET uidi aliud ſignũ in cœlo ma
gnum, & mirabile angelos ſe
ptem, habẽtes plagas ſeptem
nouiſſimas, qm̃ in illis cõſum
mata eſt ira dei. Et uidi tãquã
mare uitreũ mixtum igni, &
eos qui uictoriam reportarãt de beſtia, & de
imagine eius, & de numero nõis ei’, ſtãtes
ſup mare uitreũ, habẽtes citharas dei, & cã
tãt canticũ Moſeh ſerui dei, & canticũ agni,
2 dicẽtes. ¶ Magna & mirabilia ſunt opa tua
dñe deus omnipotẽs, iuſtæ & ueræ ſunt uiæ
tuæ rex ſanctorũ. Quis nõ timebit te dñe, &
magnificabit nomẽ tuũ? Quia ſolus pius es,
qm̃ oẽs gentes uenient & adorabũt in cõſpe
ctu tuo, quoniã iudicia tua manifeſtata ſunt.
3 ¶ Et poſt hæc uidi, & ecce apertũ eſt tem
plũ tabernaculi teſtimonij i cœlo, & exierũt
ſeptem angeli, habẽtes ſeptẽ plagas, de tẽ
plo, ueſtiti lino mũdo & candido, & pcincti
circa pectora zonis aureis. Et unum ex qua
tuor animalibus dedit ſeptẽ angelis ſeptem
phialas aureas, plenas iracũdiæ dei uiuẽtis
4 in ſæcula ſæculorũ. ¶ Et impletũ ẽ tẽplũ fu
mo à maieſtate dei. & de potentia eius, & ne
mo poterat introire in tẽplum donec cõſum
marẽtur ſeptem plagæ ſeptem angelorum.

Capitulum.16.

1 ET audiui uocem magnã de templo:
dicẽtem ſeptẽ angelis: Ite effundi
te ſeptẽ phialas iræ dei in terrã. Et
abijt prim’ angelus & effudit phia
lam ſuã in terrã. & factũ eſt ulcus malũ, ac no
xium in hoĩes, q habebãt characterẽ beſtiæ,
2 & in eos qui adorabant imaginẽ eius. ¶ Et
ſcd’us angelus effudit phialam ſuam i mare,
& factus eſt ſanguis tanq̃ mortui, & oĩs aní
ma uiuens mortua eſt in mari. Et terti’ ange
lus effudit phialã ſuã in flumina, & in fontes
3 aquarũ, & factæ ſunt ſanguis. ¶ Et audiui
angelũ dicentẽ: Iuſtus es dñe, qui es, & qui
eras, & ſanctus, quia hæc iudicaſti, quia ſan
guinẽ ſanctorum, & prophetarũ effuderũt,
& ſanguinẽ eis dediſti bibere: Digni eñ ſũt.
Et audiui alterũ dicentẽ: Etiam dñe deus oĩ
4 potens, uera, & iuſta iudicia tua. ¶ Et quar
tus angelus effudit phialã ſuam in ſolem, &
datum eſt illi æſtu affligere homines p ignẽ:
Et æſtuauerũt homines æſtu magno, & blaſ
phemauerunt nomen dei habentis poteſta
tem ſuper has plagas, neq; egerunt pœniten
5 tiam, ut darent illi gloriam. ¶ Et quint’ an
gelus effudit phialam ſuã ſuper ſedẽ beſtiæ,
& factum eſt regnũ eius tenebroſum, & mã
ducauerũt linguas ſuas præ dolore, & blaſ
phemijs affecerunt deũ cœli præ doloribus
ſuis, & ulceribus ſuis, nec pœnitentiam ege
6 runt de operibus ſuis. ¶ Et ſextus angel’ ef
fudit phialã ſuam in flumen illud magnũ Eu
phraten, & ſiccata eſt aqua, ut præpararetur
uia regũ ab ortu ſolis. Et uidi ex ore draco
nis, & ex ore beſtiæ, & ex ore pſeudopro
phetæ exire, ſpũs tres imũdos i modũ rana
rũ. Sunt eñ ſpirit’ demoniorũ faciẽtes ſigna,
ut pcedãt ad reges toti’ terræ ad congregã
dũ illos in præliũ diei illius magni dei omni
7 potẽtis. ¶ Ecce uenio ſicut fur. Beatus q ui
gilat, & cuſtodit ueſtimenta ſua, ne nudus
ambulet, & uideant turpitudinem ei’. Et cõ
gregauit illos in locũ qui uocatur Hebraice
Armageddõ, & ſeptim’ ãgel’ effudit phialã
ſuã i aerem. Et exiuit uox magna de cœlo à
throno, dicẽs: Factũ eſt. Et facta ſunt fulgu
ra, & uoces, & tonitrua, & terræmot’ fact’
eſt magnus, qualis nunq̃ fuit, ex quo hoĩes
fuerũt ſuper terrã, talis terræmot’ adeo ma
8 gn’. ¶ Et facta eſt ciuitas magna in tres par
tes, & ciuitates gentiũ ceciderũt. Et Babel
magna uenit in memoriã ante deũ, ut daret
illi calicẽ uini indignatiõis iræ ſuæ. Omnis ĩ
ſula fugit, & mõtes nõ ſunt inuẽti. Et grãdo
magna ſicut talentũ deſcẽdit de cœlo in ho
mines, & blaſphemauerũt deũ hoĩes ppter
plagã grandinis, quoniã magna plaga ei’ ue
hementer.

Capitulum.17.

1 ET uenit unus de ſeptẽ angelis qui
habebant ſeptẽ phialas, & locutus
eſt mecũ, dicẽs mihi: Veni, oſtendã
tibi dãnationẽ meretricis magnæ,
quæ ſedet ſuper aquas multas, cũ qua forni
cati ſũt reges terræ, & inebriati ſunt qui in
habitant terrã de uino fornicationis eius.
2 ¶ Et abſtulit me ſpiritu in deſertũ. Et uidi
mulierẽ ſedẽtẽ ſuper beſtiã coccinã plenam
nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſe
ptem, & cornua decem. Et mulier erat cir
cundata purpura, & coccino, & inaurata
auro, & lapide præcioſo, & margaritis,
habens poculum aureum in manu ſua, ple
num abominationibus, & immunditia for
nicationis ſuæ. Et in fronte eius nomen ſcri
ptũ myſteriũ, Babel magna mr̃ fornicatio
3 nũ, & abominationũ terræ. ¶ Et uidi mu

lierē ebriā de ſanguine ſanctorum,& de ſan
guine martyrū Ieſúah:& miratus ſum cū ui
derē illā,admiratiōe magna.Et dixit mihi an
gelus:Quare mirat⁹ es.Ego dicā tibi myſte-
riū mulieris,& beſtiæ quæ habet capita ſe-
4 ptē,& cornua decem.¶ Beſtia quā uidiſti,
fuit,& nō eſt,& aſcenſura eſt de uoragine,
& in interitū uadit,& mirabuntur inhabitā
tes terrā:quorū nomina ſcripta nō ſunt in li-
bro uitæ,à cōſtitutione mundi, uidentes be
ſtiam,quæ erat,& nō ē.Et hic eſt mens,quæ
habet ſapiam.Septē capita,ſeptem montes
ſunt,ſuper quos mulier ſedet,& reges ſeptē
ſunt.Quinq; ceciderunt,un⁹ eſt,& alius nō-
dū uenit.Et cū uenerit, oportet illū exiguū
tēpus manere.Et beſtia quæ erat,& non eſt,
& ipſe octauus eſt,& de ſeptē eſt,& in inte-
5 ritū uadit.¶ Et decē cornua quæ uidiſti,de
cem reges ſunt,qui regnū nōdū acceperūt,
ſed poteſtatē tanq; reges una hora accipient
cū beſtia.Hi unū conſiliū habēt,& potentiā
& poteſtatē ſuam beſtiæ tradēt.Hi cū agno
pugnabūt,& agn⁹ uincet illos,qm dñs dño
rū eſt,& rex regū:& qui cū illo ſunt uoca-
ti,& electi,& fideles.Et dicit mihi: Aquæ
quas uidiſti,ubi meretrix ſedet,populi ſūt,
6 & gentes,& linguæ.¶ Et decē cornua quæ
uidiſti in beſtia,hi odio proſequentur mere
tricē,& deſolatam facient illam & nudā,&
carnes eius comedēt,& ipſam igne concre-
mabūt.Deus eīm dedit in corda eorum,ut fa
ciant uoluntatē eius,ut unā faciant uolunta
tem,ut dent regnū ſuū beſtiæ,donec conſū
menť uerba dei.Et mulier quam uidiſti,eſt ci
uitás magna,quæ habet regnum ſuper re-
ges terræ.

Capitulum.18.

1 ET poſt hæc uidi alium angelū
deſcendentē è cœlo,habentē
poteſtatē magnā,& terra illu
minata eſt à gloria eius.Et ex-
clamauit in fortitudine uoce
magna,dicens:Cecidit Babel
magna,& facta eſt habitatio dæmoniorū,&
cuſtodia omnis ſpūs immundi,& cuſtodia
omnis uolucris immundæ & inuiſæ:qa de ui
no iræ fornicationis e⁹ biberunt omnes gē-
tes.Et reges terræ cum illa fornicati ſunt,&
mercatores terræ de potentia deliciarų eius
2 diuites facti ſunt.¶ Et audiui aliam uocē è
cœlo dicentē:Exite de illa populus meus,ne
participes ſitis peccatorum eius,de plagis
eius ne accipiatis. Quoniam peruenerunt
peccata eius uſq; ad cœlum⁹ & recordatus
eſt deus iniuſtitiarum eius. Reddite illi ſi-
cut & ipſa reddidit nobis,& duplicate ei
duplicia ſecūdū opera ei⁹.In poculo quo mi
3 ſcuit,miſcete illi duplū.¶ Quantū glorifi-
cauit ſe & in delicijs fuit,tm̄ date illi tormen
tū & luctū,quia in corde ſuo dicit.Sedeo re
gina & uidua non ſum,& luctū non uidebo.
Ideo in una die uenient plagæ eius,mors &
luctus & fames,& igne cōburetur:quia for-
tis eſt dominus deus qui iudicat illam.Et fle
bunt illā,& plangēt ſe ſup illa reges terræ,
qui cum illa fornicati ſunt,& in delicijs fue-
runt,cū uiderint fumum incendij eius,longe
quū ſteterint ꝓpter timorē tormēti ei⁹,dicē
4 tes:¶ Væ uæ ciuitas illa magna Babél,ciui
tas illa fortis:quoniā in una hora uenit iudi-
cium tuum.Et negotiatores terræ flet,& lu-
gent ſuper illa:qm merces eorū nemo emit
ãpli⁹,merces auri & argēti & lapidis ꝓtioſi,
neq; margaritæ,& byſſi,& purpuræ,et coc-
ci,& omne lignū thynū,& oē uas eburneū,
& omne uas de ligno ꝓcioſiſſimo,& ære,&
ferro,& cinamomum,& odoramentum,&
unguentum,& thus,& uinum,& oleum,&
ſimilam,& triticum.& iumenta,& oues,&
equorū,& rhedarum,& mancipiorū,& ani
mas hominum.Et poma deſiderij animæ tuæ
diſceſſerūt à te,& omnia pinguia,& præcla
ra receſſerūt à te,& amplius illa iā non inue
nies.Mercatores horū q diuites facti ſūt,ab
ea lōge ſtabūt ꝓpter timorē tormenti eius,
5 flentes ac lugentes,& dicentes.¶ Væ uæ ci
uitas illa magna,quæ amicta erat byſſo,&
purpura,& cocco,& deaurata erat auro,&
lapide precioſo & margaritis:quoniam una
hora deſolatæ ſunt tātæ diuitiæ,& omnis gu
bernator,& oīs in nauibus turba,& nautæ,
& qui in mari operanť,longe ſteterūt:& cla
mauerūt,uidentes fumū incendij eius,dicē
6 tes.¶ Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ? Et
miſerūt puluerē ſuper capita ſua.& clamaue
rūt flentes,& lugentes,dicentes:Væ uæ ciui
tas illa magna in qua diuites facti ſunt om-
nes qui habebāt naues in mari de præcijs ei⁹,
qm una hora deſolata eſt.Exulta ſuper eam
cœlum,& ſancti apoſtoli,& prophetæ,qm
iudicauit deus iudicium ueſtrum de illa.
7 ¶ Et ſuſtulit unus angelus fortis lapidem
quaſi molarem magnum,& miſit in mare,di
cens:Sic impetu mittetur Babel ciuitas illa
magna,& ultra iā nō inuenieť.Et uox citha-
rœdorū,& muſicorū,& tibia canētiū & tuba
nō audieť in te amplius,& oīs artifex,cuiuſ
cūq; artis nō inuenieť ī te ampli⁹.Et ſonit⁹ mo
læ nō audieť ī te ãpli⁹,et lux lucernæ,nō luce
bit ī te ãpli⁹,& uox ſpōſi & ſpōſę nō audieť

poſthac in te: quia mercatores tui erant princi
pes terræ: quia in ueneficijs tuis errauerũt om
nes gentes: & in ea ſanguis prophetarũ, & ſan
ctorum inuentus eſt, & omnium qui interfecti
ſunt in terra.

Capitulum. 19.

1 ET poſt hæc audiui quaſi uocẽ
magnam turbæ multæ i cœlo
dicentis, alleluia. Salus & ho-
nor, & gloria, & potentia do-
mino deo noſtro eſt, quia ue-
ra & iuſta iudicia eius, quia iu
dicabit de meretrice magna, quæ corrupit ter
ram fornicatione ſui, & uindicauit ſanguinem
ſeruorum ſuorum de eius manu. Et iterum di-
xerunt, alleluia. Et fumus aſcendit in ſæculá ſæ
culorum. Et ceciderunt uigintiquatuor ſenio-
res, & quatuor animalia: & adorauerũt deum
ſedentem ſuper thronũ, dicentes: Amen alle-
2 luia. ¶ Et uox è throno exiuit dicẽs: Laudem
dicite deo noſtro omnes ſerui eius, & q time-
tis eũ, & puſilli, & magni. Et audiui uocẽ tur-
bæ multæ, & ſicut ſonitum aquarum multarũ,
& ſicut ſonitum tonitruorum fortium, dicen-
tium, alleluia: quoniam regnauit domin⁹ deus
noſter omnipotens. Gaudeam⁹ & exultemus
& dem⁹ gloriam ei: quia uenerũt nuptiæ agni
& uxor eius ꝑparauit ſe. Et datum eſt illi ut co
operiat ſe byſſino puro & ſplendido. Byſſinũ
3 enim iuſtificationes ſunt ſanctorum. ¶ Et di
cit mihi: Scribe. Beati qui ad cœnam nuptiarũ
agni uocati ſunt. Et dicit mihi: Hæc uerba dei
uera ſunt. Et cecidi ante pedes eius, ut adorarẽ
eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris. Conſeruus
tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſti-
moniũ Ieſúah. Deum adora. Teſtimoniũ enim
4 Ieſúah, eſt ſpiritus prophetiæ. ¶ Et uidi cœlũ
apertum, & ecce equus albus: & qui ſedebat
ſuper eũ uocabatur fidelis & uerax, & in iuſti
tia iudicat & pugnat. Oculi autem ei⁹ ſicut flã
ma ignis: & in capite eius diademata multa: ha
bens nomen ſcriptum, qđ nemo nouit niſi ipſe.
Et ueſtitus erat ueſte tincta ſanguine: & uoca-
tur nomen eius uerbũ dei: & exercit⁹ qui ſunt
in cœlo, ſequebantur eum in equis albis, ueſti-
ti byſſino albo & mundo: & ex ore eius proce
dit gladius ex utraq; parte acutus, ut eo percu
tiat gẽtes. Et ipſe reget eas uirga ferrea, & ipſe
calcat torcular uini furoris & iræ dei omnipo-
tentis. Et habet in ueſtimẽto & in femore ſuo
nomen ſcriptum: Rex regum, & dominus do
5 minantium. ¶ Et uidi unum angelũ ſtantem
in ſole, & clamauit uoce magna, dicens omni-
bus auibus quæ uolabant per mediũ cœli: Ve-
nite & cõgregamini ad cœnam magni dei, ut
edatis carnes regum, & carnes tribunorũ, &
carnes fortium, & carnes equorum, & ſeden-
tium in ipſis, & carnes omniũ liberorum ac ſer
6 uorum, & puſillorum ac magnorum. ¶ Et ui
di beſtiam & reges terræ, & exercitus eorum
congregatos ad faciendũ prælium cũ illo, qui
ſedebat in equo, & cum exercitu ei⁹. Et appre
henſa eſt beſtia & cũ illa pſeudopropheta, qui
fecit ſigna coram ipſo, in quibus ſeduxit eos
qui accæperunt characterem beſtiæ, et qui ado
rauerunt imaginem eius. Viui coniecti ſunt hi
duo in ſtagnũ ignis ardentis ſulphure: & cæte
ri occiſi ſunt gladio ſedentis ſuper equum qui
procedit ex ore ipſius, & omnes aues ſaturatæ
ſunt carnibus eorum.

Capitulum. 20.

1 ET uidi angelum deſcẽdentẽ è cœlo
habentem clauem abyſſi, & catenã
magnam in manu ſua. Et apprehen
dit draconem ſerpẽtem antiquum
qui eſt diabolus & ſathanas, & ligauit eũ per
annos mille: & miſit eum in uoragmẽ, & clau-
ſit eum: & ſignauit ſuper illum, ut non ſeducat
amplius gentes, donec conſummentur mille
2 anni. ¶ Et poſt hoc oportet illũ ſolui exiguo
tempore. Et uidi ſedes, & ſederunt ſuper eas,
& iudicium datum eſt illis: & animas decolla
torum propter teſtimonium Ieſúah, & ꝑpter
uerbũ dei: & qui nõ adorauerũt beſtiam neq;
imaginem eius, nec accæperunt characterem
eius in frontibus ſuis, aut in manibus ſuis: & ui
xerunt, & regnauerunt cum Chriſto mille an
3 nis. ¶ Cæteri uero mortuorũ non reuixerũt
donec conſummentur mille anni. Hæc eſt re-
ſurrectio prima. Beatus & ſanctus qui habet
partem in reſurrectione prima. In his ſecunda
mors non habet poteſtatem, ſed erunt ſacerdo
tes dei & Chriſti, & regnabunt cum illo mille
4 annis. ¶ Et cum conſummati fuerint mille an
ni, ſoluetur ſathanas de carcere ſuo, & exibit
ut ſeducat gẽtes q̃ ſunt ſup q̃tuor angulos ter
ræ, Gog & Magog, ut congreget eos in præ-
lium, quorum numerus eſt ſicut arena maris:
& aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & cir
cuiuerunt caſtra ſanctorum & ciuitatem dile
ctam. Et deſcendit ignis à deo è cœlo, & deuo-
rauit eos: & diabolus qui ſeducebat eos miſ-
ſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris: ubi & be
ſtia & pſeudopropheta cruciabuntur die ac
5 nocte in ſęcula ſęculorum. ¶ Et uidi thronũ
magnum candidum & ſedentem ſuper eum: à
cuius cõſpectu fugit terra & cœlum, & locus

nō eſt inuētus eis. Et uidi mortuos magnos, et
puſillos ſtantes in conſpectu dei: & libri aper
ti ſunt, & alius liber apertus eſt qui eſt uitæ, &
iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant
in libris ſecūdum opera ipſorum: & dedit ma
re mortuos, qui in eo erant, & mors & infer-
nus dederunt eos, qui in ipſis erant mortuos:
& iudicati ſunt unuſquiſq; ſecundum opera ip
ſorum. Et infernus, & mors coniecti ſunt in ſta
gnum ignis. Hæc eſt mors ſecūda. Et qui non
inuentus eſt in libro uitæ ſcriptꝰ, coniectus eſt
in ſtagnum ignis.

Capitulum.21.

1 ET uidi cœlum nouū, & terram no-
uam. Primū enim cœlum, & prima
terra abijt, & mare iam non eſt. Et
ego Ioannes uidi ſanctam ciuitatē
Ieruſalaim nouam deſcēdentem è cœlo à deo
2 paratam, ſicut ſponſam ornatā uiro ſuo. ¶ Et
audiui uocem magnam è throno dicentē: Ecce
tabernaculum dei cū hominibus, & habitabit
cum eis. Et ipſi populi eius erūt, & ipſe deus cū
eis erit eorum deus. Et abſterget deus omnem
lachrymam ab oculis eorum. Et mors ultra nō
erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit
ultra quia prima abierunt. Et dixit qui ſedebat
3 in throno: Ecce noua facio omnia. ¶ Et dicit
mihi: Scribe, quia hæc uerba fidelia ſunt & ue
ra. Et dixit mihi. Factū eſt: Ego ſum alpha & Ω
initium & finis. Ego ſitiēti dabo è fonte aquæ
uiuæ gratis. Qui uicerit hæreditate accipiet
omnia, & ero illi deus, & ipſe erit mihi filius.
Timidis aūt & incredulis, & execratis et homi
cidis, & fornicatoribus, & ueneficis, & idolo-
latris, & omnibus mendacibus, pars illorū erit
in ſtagno ardēti igne & ſulphure, qđ eſt mors
4 ſecunda. ¶ Et uenit ad me unus è ſeptem an-
gelis habentibus ſeptem phialas plenas ſeptē
plagis nouiſſimis: & locutus eſt mecū, dicens:
Veni, & oſtendam tibi ſponſam uxorem agni.
5 ¶ Et ſuſtulit me ſpiritu in montem magnū et
altum, & oſtendit mihi ciuitatem magnā ſan-
ctam Ieruſaláim, deſcendentem è cœlo à deo,
habentem gloriam dei. Et lumen eius ſimile la
pidi ꝑcioſiſſimo tanquā lapidi iaſpidi Cryſtal-
lizanti: & habebat murum magnum et altum,
habentem portas duodecim, & in portis ange
los duodecim: & nomina inſcripta, quæ ſunt
nomina duodecim tribuū filiorum Iſraël. Ab
oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab
auſtro portæ tres, ab occaſu portæ tres: & mu
rus ciuitatis habens fundamēta duodecim, &
in ipſis duodecim nomina duodecim apoſtolo
rum agni, & qui loquebatur mecum habeba
menſuram arūdineam auream, ut metiret ciui
6 tatem, & portas eius, & murū eius. ¶ Et ciui
tas in quadro poſita eſt, & longitudo eius tā-
ta eſt, quanta & latitudo: & menſus eſt ciuita-
tem arūdine aurea, per ſtadia duodecim milia:
& longitudo, & altitudo, & latitudo eiꝰ equa
lia ſunt. Et menſus eſt murū eius centum qua-
dragintaquatuor cubitorū, menſura hominis
7 quæ eſt angeli. ¶ Et erat ſtructura muri eius
Iaſpis. Ipſa uero ciuitas aurum mundum, ſimi
lis uitro mūdo, & fundamenta muri ciuitatis
omni lapide ꝑcioſo ornata. Fundamentum pri
mū, iaſpis: ſecūdum, ſapphirus: tertium, calce
donius: quartū, ſmaragdus: quintū, ſardonyx:
ſextum, ſardius: ſeptimum, chryſolitus: octauū
berillus: nonum, topazius: decimū, chryſopra
ſus: undecimū, hyacinthus: duodecimū, ame-
8 tyſtus. ¶ Et duodecim portæ: duodecim mar
garitæ ſūt, per ſingulas, & ſingulæ portæ ſin
gulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mū
dum, tanq; uitrū perlucidum. Et templū non
uidi in ea. Dominꝰ enim deus omnipotēs tem
plū illius eſt, & agnus. Et ciuitas non eget ſo-
le, neq; luna ut luceant in ea. Nam gloria dei il
luminauit eam, & lucerna eiꝰ eſt agnus. Et am
bulabūt gentes quæ ſeruatę fuerūt in lumine
eiꝰ, & reges terrę afferent gloriam ſuā in illā.
Et portę eius non claudentur per diem. Nox
enī nō erit illic. Nō intrabit in eā aliquid, quod
inquinat, aut abominationem facit, & menda
ciū, niſi qui ſcripti ſunt in libro uitę agni.

Capitulum.22.

1 ET oſtendit mihi purū flu-
uiū aquę uiuę, ſplendidū
tanq; cryſtallū egredien-
tem è ſede dei & agni. In
medio plateę eiꝰ, & utra
q; parte fluminis lignū ui
tę afferens fructus duode
cim, per menſes ſingulos
reddens fructū ſuū, & folia ligni ad ſanitatem
2 gentiū. ¶ Et omne maledictū non erit ampliꝰ:
& ſedes dei, & agni in illa erit, & ſerui eius ſer
uient illi. Et uidebunt faciem eius, & nomen
3 eius in frontibus ſuis. ¶ Et nox ultra nō erit,
& non egent lumine lucernę, neq; lumine ſo-
lis. quoniam dominus deus illuminat illos, &
regnabunt in ſęcula ſęculorum. Et dixit mihi:
Hęc uerba fidelia ſunt, & uera. Et dominꝰ deꝰ
ſanctorū ꝓphetarū miſit āgelū ſuū ut oſtēde
4 ret ſeruis ſuis, q̄ oportet fieri cito. ¶ Et ecce
uenio uelociter. Beatꝰ qui cuſtodit uerba pro-

phetiæ libri hui⁹.Er ego Ioãnes q audiui,&
5 uidi hęc. ❡Et poſtq̃ audiſſem,& uidiſſē ce
cidi,ut adorarē añ pedes angeli,q mihi hæc
oſtendebat.Et dicit mihi:Vide ne feceris,cō
ſeruus enim tuus ſum,& fratrum tuorum ꝓ
phetarum,& eorum qui ſeruant uerba pro-
phetiæ libri huius.Deum adora. Et dicit mi
hi: Ne obſignaueris uerba prophetiæ libri
huius. Tempus enim prope eſt. Qui iniuria
afficit iniuria afficiat: & qui ſordidus eſt,
ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtice-
tur adhuc:& ſanctus ſanctificetur adhuc,&
ecce uenio cito, & merces mea mecum eſt,
6 ut reddam unicuiq; ut opus illi⁹ erit.❡Ego
ſum alpha & Ω, primus & nouiſſimus,prin
cipium & finis.Beati qui ſeruant mandata
illius,ut ſit poteſtas eorum in ligno uitæ,&
per portas intrent in ciuitatem.Foris autem
canes & uenefici,& impudici,&homicidæ,
& idolis ſeruientes,& oīs qui amat & facit
7 mendacium. ❡Ego Ieſúah miſi angelum
meum,ut teſtificaretur uobis hæc in eccle-
ſijs. Ego ſum radix,& genus Dauíd, ſtella
ſplendida,& matutina. Et ſpiritus & ſponſa
dicunt ueni. Et qui audit, dicat, ueni. Et
qui ſitit,ueniat:& qui uult,accipiat aquam
8 uitæ gratis. ❡Conteſtor enim omni au-
dienti uerba prophetiæ libri huius. Si quis
appoſuerit ad hæc,apponet de⁹ ſuper illum
plagas ſcriptas in libro iſto .Et ſi qs diminue
rit de uerbis libri prophetiæ hui⁹,auferet de
us partē ei⁹ è libro uitæ,& à ciuitate ſancta,
& ex his quæ ſcripta ſunt in libro iſto. Dicit
qui teſtimonium perhibet iſtorū:Etiam, ue-
nio cito,Amén. Etiam:ueni domine Ieſúah.
Gratia domini noſtri Ieſúah Chriſti cum om
nibus uobis. Amén.

FINIS.

❡Veteris ac noui inſtrumēti noua tranſla-
tio per Reuerendū ſacræ Theolo.docto. San
ctem Pagninū Lucen.nuper ædita,explicit.
Impreſſa eſt autem Lugduni per Antonium
du Ry.calcographum diligentiſſimū impen
ſis Franciſci Turchi, & Dominici Bertici-
nium Lucēſium,& Iacobi de Giuntis biblio
polæ ciuis Florētini.Anno dñi.1.5.2.7.Die
uero.xxix.Ianuarij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

SANCTES PAGNINVS LVCENSIS PRAEDICATORII ORDINIS SACRAE THEOLOGIAE MINIMVS DOCTOR. THOMAE SARTINO FLORENTINO SALVTEM PLVRIMAM DICIT.

QVamq̃ familiaribus, mūdaniſq́ negocijs, quæ ſæpius mentem non modo diſtrahunt, ſed & inſtar ſpinarū lacerant, ſuffocantq́ dei uerbū, impeditus ac implicatus es mi Thoma, ut non eatenus diuinis poſſis eloquijs ſtudium, curamq́ īpendere, quatenus geſtit, auet, tanſq́ peroptat animus, attamen ſummopere gaudeo ꝙ ita reddis quæ ſunt Cæſaris Cæſari, ut quæ ſunt Dei Deo haudquaq̃ obliuiſcaris, & quod tibi datur ocij inter tot negocia, arcanis illud libenter impendis literis, quæ ſolæ ut diuinus ait apoſtolus te poſſunt inſtruere ad ſalutē. Siquidem omnis ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, ut perfectus ſit hō dei, ad omne opus bonum inſtructus. Nam ſuppeditant germanum illum paracletum ſpiritū, cuius unctio docet omnia, quæ ad ueram conducunt fœlicitatem, quicquid ad bene beateq́ uiuendum ſpectat. Non enim uolūtate humanana, arcanæ æditæ ſunt literæ, ſed ſpiritu ſancto inſpirante, qui docet nos utilia, non pœtarum fabulas, non ſyllogiſmos contorquære, aut conſequentias ſtruere, non diuerſa rerū principia. Sed alpha & o mega qui eſt omnium rerum principium & finis, per quem omnia, ex quo omnia, in quo omnia, non materiam primam, priuationē, naturam, motum, uacuum, ac infinitum, & id genus, quæ nec cognita fœlicem, nec ignorata reddunt infœlicem, quæ tamen modo plæriq́ ediſcunt, inbibunt, amplectuntur, circunferunt, memoriter tenent, ſacras, arcanáſq́ literas floccipendentes, contēnenteſq́, ut ne legere quidem eas dignentur, quæ tamen deum habent authorem, ac doctorem, quæ langueſcēti animo, uiuos, ac efficaces ſuppeditant igniculos. Ignitum inquit eloquium tuum uehementer, & ſeruus tuus dilexit illud. Et nonne uerba mea ſunt ueluti ignis, & tanq̃ malleus conterens petras, quæ aduerſus animi morbos omnes ſaluberrima exhibent pharmaca, ac remedia. Quæ affectu terrenas, perituras, caducáſq́ docēt aſpernari diuitias. Beati inquiunt pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Quæ non ut noſtras retaliemus iniurias, nec ut illarum recordemur. Sed ut noſtra potius aliorumq́ defleamus peccata, ſuadet, quæ non ut ducamus in bonis dies noſtros, ut epulemur quotidie ſplendide, ut epotandis calicibus ſtudium, curám ue impendamus: Sed ut iuſtitiam eſuriamus, ſitiamúſq́, iubent, quæ ut in pauperes ſimus miſericordes, ut deo pura exhibeamus corda, uiſuri eum ſicuti eſt, atq́ cum omnibus hominibus pacē habeamus, præcipiunt. Hæc mi Thoma haudquaq̃ ignotas. Idcirco diuinas literas (ut par eſt) pia curioſitate diſquiris, diſcutis, rimaris, & uiuā, ſpirantemq́ diuinam imaginem in ijs ueneraris, & ut quæ in illis ſunt abdita, ac retruſa peruestigare ualeas, poſt latinas literas, hebræas non ſolum amore, uerum etiam quoad uales omni ſtudio proſequeris, nō illarum obliuioſus effectus auditor. Quamobrem non modo ob tuum in me ſyncerum amorem, ob tua in me merita, uerum etiam ut incitamentum hoc habeas ad perdiſcendas literas hebræas, libuit mihi hunc tibi dedicare librum de interpretatione hebraicorum nominum, in quo omnia germanæ compe-

n

ries reſtituta ſcriptioni,proprios habere accētus per impoſitas uirgulas, ſingulorum fermè citatis locis,& unde ducantur,quid ne ſignificent citatis ſactarum literarum locis comprobantur,& ut omnibus inſeruiant nō hebraicis:Sed latinis caracteribus hebræa ipa excudi fecimus. Verum nō omnes quæ hebraicum ſequuntur dictiones,interprætationi reſpondent: Sed hæ dūtaxat,quæ hebraicam mox ſequuntur dictionē,cæteris de textu exiſtentibu s explicandi loci gratia,quum plures ſub ſequuntur dictiones. Vt in noīe Abadón quā dicit infernus& Abadón,ideſt pditio corā eo, pditio reſpōdet hebræo Abadón,& non coram eo qd t̄n eſt de textu. Illud etiam animaduerte non modo diui Hieronymi authoritate,uerum etiam, & libro hoc liquido declarante,omnia fermè huiuſcemodi nomina perperam in latinis codicibus ſcribi,nonnullis etiam prorſus corruptis,aut immutatis. Quippe collatis duodecim exemplaribus latinis,multas rep peri uarietates. Quāobrem ut illas annotaremus,ſæpius comperies alias,alias. Eo quoq; digeſta ſunt ordine,ut non modo noſtræ,uerumetiam & communi deſeruiant tranſlationi,quæ diui fertur eſſe Hieronymi. Habe itaq; mi Thoma monumentum mei in te amoris has meas lucubrationes,multis laboribus æditas ad dei noſtri cultum,ſalutemq; fidelium animarum,& eas ſæpius legito,in quibus omnes fermè dictiones hebraicæ,quæ arcanis cōperiuntur in literis,explicantur,& exponuntur,ut earum tibi cōmonſtrabit elenchus,& index. Vale.

¶ INCIPIT LIBER INTERPRETATIONUM Hebraicorum, Græcorumq́ nominum, quæ arcanis, ſacriſq́ in literis inueniunt, æditus à Reuerẽdo ſacræ Theolo. Profeſſore. Sancte Pagnino Lucenſi prædica. ordinis, & apoſtolico concionatore ordine alphabetico, ut inuentu cuncta ſint perfacilia.

¶ De incipientibus à litera A.

Arón, quære in Aharón.
¶ Aaſbái, in Achaſbái.
¶ Aaſtarí, in Achaſtarí.
¶ Abbá ſyrũ eſt nomen hoc eſt pater ut habes. Gene. 19. & .24. in Targhúm. Hebraícæ dicitur ab, ideſt pater ut habes in Abdeel, & Abiáh.
¶ Abbacúc, in Cabbacúc.
¶ Abbadia, ſiue Abadia, in Hobadiáh.
¶ Abadón Apocalyp. 9. C. eſt perditio ab Abád quod eſt perire, perdere. Ieſahiáh. 57. Iuſtus abád, ideſt perijt, pſalmo. 88. Et ueritatem tuam in Abadón, ideſt perditionem, & Prouerbiorum. 25. infernus, & Abadón, ideſt perditio coram eo.
¶ Abala legendum eſt Bahala ut eſt in Bahaláh.
¶ Abaría legendum eſt Amanáh ut eſt in Amanáh.
¶ Abarím, in Habarím.
¶ Abarón primi Maccabæo. 2. A ſi deducatur ab Habár cum Háin litera quod eſt trãſire, Geneſis. 32. poſtq̃ Habár, ideſt tranſiuit interpraetari poteſt tranſitus tranſgreſſio uel iracundia ab eodem uerbo ſignificante iraſci, unde & Hebráh ira Prouerbiorum. 11. Expectatio impiorum hebráh, ideſt ira. Si uero prima ſcribatur per áleph poteſt interpraetari Robur, fortitudo ab Abár quod eſt roborare unde Abbír fortis, potens Geneſis. 49. per manum Abbír, ideſt potentis Iahacób. ¶ Abdá, in Hábdá.
¶ Abdái, in Habdí.
¶ Abdán, ſiue Abdám, in Chemdán.
¶ Abdehél, ſiue Abdeél, in Habdeél.
¶ Abdehél legendum Adbeél, in Adbeél.
¶ Abdemélech, in Hebedmélech.
¶ Abdenago, in Habedneghó.
¶ Abdi, in Habdí.
¶ Abdia, Abdias, in Hobadiáh.
¶ Abdiel, in Habdiél.
¶ Abdon, in Chemdán.
¶ Abdón, in Habdón.
¶ Abel, in Hébel.
¶ Abél prima cum áleph Iudicum. ij. F. & .3. Reg. 15. D. poteſt interpretari. Luctus, uallis, planicies, deſolatus, Abál enĩ eſt lugere Hoſeáh. 7. Quia abál, ideſt luxit ſuper eum, Et ébel luctus Eccleſiaſti. 7. Melius eſt ire ad domũ ébel. i. luctus, & deſolare, corrũpere, perdere Ieſahaiáh. 24. Abál. i. deſolatũ eſt uinũ Et Abél planicies, uallis. Iudicũ. 7. Ad Abél. i. planiciẽ, uel uallẽ Mecholáh, & . ij. Ad abél. i. uallem uinearum.
¶ Abeláh. 2. Reg. 20. E. Idẽ quod Abél uel poti⁹ ad luctũ, ad uallẽ, ad planiciẽ propter accentũ longũ, & He finalem literã quæ facit ad in principio.
¶ Abelmáim. 2. paralipo. 16. B. ideſt luctus aquarum, uallis, aut planicies aquarum. Eſt enim compoſitum nomen ex abél de quo dictum in Abél, et máim quod eſt aquæ ut pſal. primo. Quæ plãtata eſt ſecus riuos máim, id eſt aquarum.
¶ Abelmecholáh legendum q̃q̃ latina exemplaria habent uel Abelmeola, uel Abelmeula Iudicum. 7. G. & .3. Regum. 4. B. et interpretatur luctus chori, ſiue ducẽtis chorũ, luctus infirmitatis. Vallis, aut planicies chori, aut infirmitatis Eſt enim compoſitũ nomẽ ex Abél de quo dictũ eſt, & Mecholáh à chilel à quo participiũ fœmineũ Mecholáh, Mecholeloth. i. chorũ ducens, chorũ ducẽtes, aut tripudiãs, tripudiantes. Iudicũ. 21. De ijs quæ mecholeloth. i. choros ducebãt, aut tripudiabãt. Et Mecholáh etiã ẽ chor⁹, & plurale Mecholóth. Iudi. 21. Ad tripudiãdũ ĩ Mecholóth i. ĩ choris. Si uero deducat̃ à chaláh quod eſt ægrotare, ĩfirmari, unde, & Machaláh ĩfirmitas ut dictũ eſt ĩ Machalah, tunc alias p̃dictas põt hr̃e interp̃tatiões, Sed prior eſt melior.
¶ Abelhaſſitthím. Nũe. 33. F. legẽdũ q̃q̃ latia exẽplaria uariãt. Nã q̃dã hñt Abelſathím: nõnulla Abethſatĩ, alia Belſathĩ Nũeri. 33. & ĩterp̃tari põt luct⁹ ſpinarũ, luct⁹ declinationũ, aut p̃uaricationũ, Vel uallis, aut planicies cedrorũ ĩputribiliũ. Eſt. n. nomẽ cõpoſitũ ex abél de quo dictũ ẽ, & Sitthím, de quo ĩ dictione Sitthím. ¶ Abenboẽ ĩ Ebenbohã. ¶ Aber in chébe. ¶ Abes cũ áleph Ieho. 19. B. ĩterp̃tari põt ſtãnũ. Nã p ſtãno Targhũ nũeri. 31. habet Abſá. Vel ſcrutiniũ, ĩueſtigatio à Beſé quod eſt ſcrutari, ĩueſtigare p̃uer. 20. & .25. in Targhúm. Vel ſcaturigo à Biſbás quod

eſt ſcaturire, ut habes in Semóth rabbáh capite primo. Quædam corrupta latina exemplaria habent Haemés.

¶ Abeſſán, in Ebſán.

¶ Abgathá Eſtér. 1. A. poteſt īterpretari. Patea torcularis compoſitum nomen ex Ab q̃d ē pater ut habes in Abbá, & Abijáh, et ghath quod eſt torcular, ut habes in Gath, uel pater uiriū, aut uiolentiæ, & ſupbiæ ex Ab, et Ghitta, quod eſt uis, uiolentia, ſuperbia, ut habes in Harích Cháldæo dictionario.

¶ Abi legendum eſt Hattái ut in Hattái q̃q̃ nōnulla latina exēplaria habent Ethei.

¶ Abiaiel lege Abicháil. ¶ Abiaſáb lege Abiaſáph. ¶ Abicháil nūeri. 3. E. & pri. para. 2. D. & 15. B. & 2. parali. 2. C. Eſtér. 2. C. i. pater exercitus, pater diuitiarū, pater fortitudinis, pater antemuralis. Eſt enim cōpoſitum ex abi ut in Abijáh, & chail exercitus. 3. Reg. 8. diuitiæ. Nūeri. 31. fortitudo pſal. 17. antemurale. Iſa. 26.

¶ Abijáh triſſyllabū cum duplici ij q̃q̃ latina habēt cū unico pri. para. 2. & 6. & 24, & Iah eſt ultima ſyllaba. i. pater dñi, aut pr̄ me⁹ dominus. Nā Abí eſt pater in regimine geniti ui. Gene. 4. Ipſe eſt abí. i. pater inhabitātis tentoriū. Iod etiā eſt pronomen primæ perſonæ. i. pater meus. Gene. 31. Deus Abí. i. pr̄is mei Iáh uero eſt dñs. pſal. 117. Exaudiuit me ī latitudine Iáh. i. dominus. Et rurſus inuocaui Iah. i. dñm. Vel paternitas: ut Abijáh ſit inſtar Neſijáh quod eſt obliuio, & Auijáh quod eſt luct⁹, & Tuſijáh eſſentia, ſapiētia, lex. Poteſt etiā interpretari pater eius, ut tamen pronomen eius, genus referat fœmineū, ut Deute. 31. flebit Abijáh. i. patrem ſuum.

¶ Abijám triſſyllabum, ultima ſyllaba exiſtente iam. 3. Regum. 15. A. q̃q̃ latini codices habent Abiá, aut Abias. Et interpretatur pater maris, pater meus mare, pater occidētis, pater meus occidens. Eſt enim compoſitum ex abí de quo dictum eſt in Abijáh, & Iam quod eſt mare, & occidens ideſt pars occidētalis, ut eſt in dictione Mirıám.

¶ Abiaiel, pro Abicháil in Abicháil.

¶ Abihalbón. 2. Regum. 23. B. q̃q̃ pleraq̃ latina exemplaria corrupte habent Albialpón. Poteſt interpretari pater ſuper intelligētis, pater ſuper ædificātis, pr̄ me⁹ ſuper intelligēs, pater meus ſuperædificans, ex abí de quo dictum eſt in Abijah, & hal quod eſt ſuper pſalm̄. 2. Hal. i. ſuper Sijón montem &c. & bau quod eſt intelligere, ut eſt in dictione Achbán, uel banáh quod eſt ædificare, ut in dictione Benaiáh.

¶ Abiaſáph Exodi. 6. D. q̃q̃ nonnulla latina exemplaria habent Abiaſab, & quædam Abiazab, & poteſt interpræ tari pater meus congregauit, pater meus abſtulit, pater meus conſumpſit. Eſt enim compoſitum ex Abí de quo dictum eſt in Abijáh, & Aſáph, ut in dictione Aſáph.

¶ Abiathár, in Ebiathár.

¶ Abidáh. Gene. 25. A. q̃q̃ pleraq̃ exemplaria habent Abida, aut Abidahe ideſt pater ſcientiæ, pater meus ſcit, pater mi ſcito. Eſt enim compoſitum ex Abí de quo dictum eſt in Abijáh, & dáh defectiuum à Iadáh q̃d eſt ſcire, cognoſcere, ut habes ī dictiōe Iadáh, & dah ſcito. Geneſis. 20. dah. i. ſcito q̃ moriendo morieris, & Dehah ſciētia. Ierme. 3. Paſcent nos deháh ſcientia.

¶ Abidán Numeri primo A, ideſt pater meus iudicauit, pater mi iudica, pater iudicantis, pater meus iudicans, aut iudicat. Eſt enim compoſitum ex Abí, de quo dictum eſt in Abijáh, & Dán à dun quod eſt iudicare Geneſis. 15. Gentes quibus ſeruient Dán, ideſt iudicans ſum, ſiue iudico, & Ierme. 5. Non dánu, ideſt iudicauerunt.

¶ Abiél primi Reg. 9. A, ideſt pater Dei, pater meus Deus, pater fortis, pater meus fortis. Eſt enim compoſitum ex Abí ut in Abiiáh, & el, Deus, fortis pſalmo. 49. El. 1. Deus Deorum. Et. 21. Elí elí, ideſt Deus meus, deus, ut quid dereliquiſti me. Exodi. 20. Ego ſum dominus Deus tuus el, ideſt fortis, Ieſahaiá. 61. Vocabuntur in ea elé, ideſt fortes iuſtitiæ. ¶ Abiézer in Abihézer, & Achihézer. ¶ Abigabaon legendum Abighibhón.

¶ Abigáil in Abigháil.

¶ Abigháil primi Regum. 25. A interpretatur patris exultatio, uel patris mei exultatio, aut pater exultationis. Eſt enim compoſitum ex abí de quo dictum eſt in Abijáh, & ghál là ghúl, quod eſt exultare ut pſalmo. 9. aghílah, ideſt exultabo in ſalute tua, & nomen ghil exultatio. Ieſahiáh. 16. Sed. 2. Regum. 17. legitur Abighál, & eandem interpretationem habet, propria tamen interpretatio eſt pater meus exultauit. Nam ghal eſt tertia perſona præteriti à ghul prædicto. Poteſt etiā interpretari pater cumuli ſiue acerui. Nam ghal ſignificat etiam aceruum, ut habes in Galaad. Et ſi deducatur à ghaláh, quod eſt reuelare, diſcooperire, manifeſtare, interpretari poteſt pater meus reuelauit, ſiue diſcooperuit, aut manifeſtauit.

¶ Abighibhón primo paralipo. 8. C. quamq̃ noſtra exemplaria communiter habēt abí

gabaon,& interpræatur pater collis, com‑
poſitum nomen ex abí paulo ſuperius dicto,
& ghibhón à ghibháh, ſiue ghébah, quod eſt
collis ut habes in Gabaa,& Gabaath, uel pa
ter cyathí, aut crateræ. Nam ghabíah eſt cya
thus, cratera, ut habes Geneſis. 44. & Exo‑
25. in hebræo. Sed prior eſt melior.

¶ Abihaíl lege Abicháil.

¶ Abihézer al's Abiezér. Sed prius eſt rectũ
Ieho. 17. A. Iudicum. 6. D. & pri. paralipo.
27. B. ideſt pater auxilij, aut pater meus auxí
lium. Eſt enim compoſitum ex abí, de quo dí
ctum eſt in Abijáh, & hézer, quod eſt auxili‑
um. Gene. pri. Faciamus ei hézer, ideſt adiu‑
torium, & aduerte quod Numeri. primo. A.
& .2. & .7. & .10. & primi paralipome. 12. A. le
gendum eſt Achihézer, & non Abiezer, ut
cõmuniter latina habẽt exemplaria cuius in
terpræetationem ſuo habes in loco.

¶ Abiu ſcribe Abihú. Exodi. 6. D. & .24. A.
hoc ẽ pater ipſi⁹, aut pater meus ipſe. Eſt ẽm
compoſitum ex abí, de quo dictũ eſt in Abi‑
iáh, & Hu, quod eſt ipſe. pſalmo. 99. Domi‑
nus Hu. ideſt ipſe eſt deus. ¶ Abiud ſcribe
Abihúd Nũeri. 34 D. primi paralipoli. 8. A.
ideſt pater decoris, aut pater decor⁹, ſiue glo
rioſus, uel pater me⁹ decor, aut gloria, ſeu po
tẽtia, aut fortitudo. Eſt ẽm compoſitũ ex abí
ſæpius memorato, & Hud, quod eſt decor,
potentia, fortitudo, ſiue decorus, potẽs, for
tis. Nam eſt idẽ quod hod. pſal. 20. Hod. i. po
tentiam, ſiue decorem &c.

¶ Abila lege Achila. ¶ Abilã lege Helám.

¶ Abilinam, ſiue Abiline Græce ẽm Lucæ.
3. A ſcribitur abiline, & deductũ putãt à uer
bo hebræo abal, quod eſt lugere, deſolare,
ut dictũ eſt in Abél, & ſic interpræetari põt lu
ctus, aut deſolatio. Si uero cõponatur ex abí:
& lam, qđ eſt pernoctare, manere, ut in Etha
lón, poteſt interpræetari pater pernoctatiõis,
aut manſionis.

¶ Abimáel. Geneſis. 10. D. hoc eſt pater me
us à deo. Eſt enim compoſitũ ex abí, de quo
dictum eſt in Abijáh, & maél pro meél, quod
eſt à deo, me enim eſt à, uel ab, & el quod eſt
deus, uel fortis, ut habes in Abiel.

¶ Abimélech. Exo. 20. A. pſal. 33. hoc eſt pa
ter regis, aut pater meus rex. Eſt enim com‑
poſitum ex abí, de quo iam dictum eſt, & mé
lech, quod eſt rex. pſalm̃. 23. Quis eſt iſte mé‑
lech a. rex gloriæ. Et aduerte quod pri. para.
24. & pſal. 51. pro Achimelech codices lati‑
ni cõmuniter habẽt Abimelech.

¶ Abinadáb primi Reg. 7. A. & 16. B. ideſt
pater ſpontanei, uel principis, aut liberalis,
aut pater meus ſpõtaneus, ſeu princeps. Eſt
ẽm compoſitũ ex abí, & nadáb, quod eſt ſpõ
taneus, uolũtarius, liberalis, & à liberalitate
hoc nomine appellatur princeps, ut habes in
Nadáb. Eſt autem hoc in loco aduertendum
quod in pleriſq; codicibus latinis. 3. Reg. 4.
pro Achinadáb corrupte legitur Abinadáb.

¶ Abinér. in Abner.

¶ Abinóham pro quo codices latini cõmu‑
niter habent Abinoem. Iudi. 4. A. et interpræ
tatur pater decoris, ſeu pulchritudinis, uel
pater meus decor, aut pulchritudo, & pater
delectationis, ſeu iocũditatis, aut pater me⁹
delectatio, ſeu iocũditas. Eſt ẽm cõpoſitũ ex
abí, de quo dictum eſt in Abijáh, & Nóham,
quod eſt decor, pulchritudo, delectatio, io‑
cunditas. pſal. 26. ut uideam benóhã. i. in pul
chritudine, ſeu delectatione pro pulchritudi
nẽ, ſeu delectationẽ, & pſal. 89. & ſit Nóhã,
ideſt decor dñi dei noſtri ſup nos, & Zechari.
11. unam nocaui Nóham. i. decorem.

¶ Abirám. Nũeri. 16. A. & .3. Reg. 16. G. q̃‑
q̃ noſtri codices habẽt Abirón, & interpræ‑
tantur pater excelſi, uel pater me⁹ excelſus,
ſiue pater me⁹ exaltauit. Eſt enim cõpoſitum
ex abí, de quo dictũ eſt Abijáh, & ram, quod
eſt excelſus Ieſaiáh. 6. Sedentẽ ſuper ſoliũ
rã. i. excelſum, põt eſſe, & tertia perſona præ
teriti à rum, qđ eſt exaltare, & eleuare. Deu
tero. 2, Veram. i. & eleuet ſe cor tuũ. Nã uau
cõiunctio præteritũ uertit in futurũ. ¶ Abi
róm in Abiram. ¶ Abiſa corrupte legitur in
pleriſq; codicibus pro Abijáh.

¶ Abiſái, ſiue Abſái. Vtroq; enim modo le‑
gitur. 2. Reg. 11. C. & .26. A. & interpræetatur
Abiſái pater muneris, ſiue pater meus mun⁹
Eſt ẽm compoſitũ ex abi, de quo dictũ eſt in
Abijáh, & ſái, quod eſt mun⁹. Ieſaiáh. 18. De
feretur ſái. i. munus, & aduerte, quod primi
parali. 12. corrupte legitur Abiſái pro Hama
ſái quod ſuo habes in loco. ¶ Abiſáb, in
Abiaſáph. ¶ Abiſacin abiſágh.

¶ Abiſágh. 3. Reg. 1. A. quod in pleriſq; co‑
dicibus mẽdoſe legiẽ Abiſac, & interp̃tatur
pater ignorantiæ, ſiue erroris, ſiue pater me⁹
ignorãtia, uel error. Eſt ẽm cõpoſitũ ex abí,
de quo dictũ eſt in Abijáh, & ſagh à ſagha,
uel ſaghág, quod eſt ignorare, ſiue errare. Le
uiti. 5. propter ignorantiã ei⁹ qua ſaghágh. i.
ignorauit. ¶ Abiſáph in Abiaſáph.

¶ Abiſúah q̃q; nr̃i latini codices habẽt Abí
ſue pri. para. 6. et. 8. A. & interp̃tatur pr̃ diui
tiarũ, aut pr̃ me⁹ diuitiæ uel pr̃ diuitis: aut pr̃
meus diues, uel pr̃, clamoris, aut ſalutis, ſiue
pater meus ſalus. Eſt ẽm compoſitum ex abí

de quo dictum eſt in Abiiáh, & Siíah quod
eſt diuitiæ, clamor, ſiue diues, & ſal⁹ & in hac
ultima ſignificatione dicit̃ à iaſáh quod eſt
ſaluũ facere Iiób.36. In contritione eius eis
ſúah.i.clamor, uel ſal⁹, & Ieſahiáh.32.& aua
ro nõ dicit̃ Sóah.i.diues, ſiue honorat⁹, aut
glorioſus, ut alij interpretantur hebræi, &
Iechc.z.36. Nunqd exiſtimabit Suhachá.id
eſt opes tuas.

¶ Abiſúr.2.parali.2.D.hoc eſt pr̃ muri, aut
pater meus murus, uel pater contemplandi,
uel pater mi contẽplare, aut intuere, uel ca
ne. Eſt eñ̃ compoſitũ ex abi de quo dictũ in
Abiiáh, & Sur quod ẽ mur⁹ pſal.17. Trãſgre
diar Súr.i.murũ. Sur etiã eſt intueri, uidere,
contẽplari, canere, & põt eſſe tam infinitiui
q̃ imperatiui modi. Iiob.35. Sur.i.cõtempla
re, ſiue intuere æthera, & pſal.7. Sar.i.ceci
nit dño &c. cuius præteriti infinitiuus, & im
peratiuus mod⁹ eſt Sur.i.canere, & cane.

¶ Abithál.2.Reg.3.A.& pri.parali.3.A.q̃
q̃ nõnulli codices corrupte habẽt Abichál id
eſt pater roris, uel pater meus ros. Eſt enim
compoſitũ ex abi de quo dictũ eſt in Abiiáh,
& thal quod eſt ros Gene.27.D. Det tibi de⁹
de thal.i.rore cœli, uel pater meus obtexit, ſi
ue obũbrauit, & ſic dicit̃ à thalál quod eſt te
gere, obumbrare, ut habes Nechemiáh.3. Ae
dificauit uu halelénnu.id eſt, & texit eum, &
Thargũ pſel.i.umbra fere ſp trãſfert thelál.

¶ Abiu, & Abiud quære in Abihu, & Abi
hud. ¶ Abiud pri.par.8.legẽdũ Achichúd.

¶ Abnér, ſiue Abinér, Vtroq; eñ̃ modo ſcri
bitur pri.Reg.14.G. et interpretatur Abnér
pater lucernæ, & Abinér pater lucernæ, ſiue
pater meus lucerna. Eſt enim compoſitum ex
ab, uel abí de quo dictũ eſt in Abiiáh, & ner
lucerna. Exo.27. ut ardeat ner.i.lucerna.

¶ Abobus, ſiue Abobi ut alij habẽt codices
pri.Macha.16.B. Sed neutrũ ẽ rectũ, Græce
enim ſcribitur Abubou Abúbi à nominati
uo Abubos; Abubus, & interpretari poteſt
ſecundũ deriuationẽ hæbraicam pater pyto
nis, ſiue incãtatoris, & ſic eſt compoſitũ ex
ab quod eſt pater, & ob quod eſt pyto, ut ha
bes in Obóth, ſecundũ uero græcam deriua
tionem interpretatur non mutus, ex à priua
tiua particula, & bubós qđ ẽ mut⁹. ¶ Abór
q̃re in Chabor. ¶ Abra. Iudith.10.D. ſcribi
tur græce. Hábra, ſed Hebraice ſcribitur
Habráh, & græce qdẽ interp̃tat̃ ancilla ut ha
bes Gene.24. i græco ubi ſcribit̃, & Abrai
auris.i.& ancillæ eius, ſed in uero Hebraicã ſi
pria lr̃a ſcribat̃ Haſn iterp̃tat̃ trãſiuit Nachũ
3. ſup quẽ nõ Habráh.i.tranſiuit malicia tua.

¶ Abrahám Gene.17.A.i.pater multarũ gẽ
tiũ, & hæc interpretatio habetur Gene.17.
ubi dicitur. Non ultra uocabitur nomẽ tuum
Abrám, ſed Abrahám, quia ab hamón ghoim
id eſt patrẽ multitudinis gentiũ cõſtitui te, et
ſic eſt cõpoſitũ ex ab quod eſt pater, & duo
bus corruptis, ra uidelicet pro rab.i.mult⁹,
& ham p hamón quod ẽ ppl'ſ, & multitudo.

¶ Abram Gene.12.A.i.pater excelſus. Eſt
enim cõpoſitũ ex ab quod eſt pater, & ram
quod eſt excelſus, ut dictũ eſt in Abirám.

¶ Abſái q̃re in Abiſái. ¶ Abſalóm.2.Re.3.
A.i.pr̃ pacis, ſiue pr̃ pacificus. Eſt eñ̃ cõpoſi
tũ ex ab qđ eſt pater. & ſalóm qđ eſt pax. pſo.
121. Loq̃bar Salóm.i.pacẽ de te. Semuel.25.
Tu eris Salóm.i.pacificus. ¶ Abſanias alias
Abſania legendũ eſt Chabaſauiáh. ¶ Abſa
lomi pri.Maccabæorũ.13.B. interpretari po
teſt pr̃ pacis meæ. Eſt enim compoſitũ ex ab
quod eſt pr̃, & ſalomi, uel potius ſelomi qđ
eſt pax mea, ut habes in Selomí.

¶ Acháb.3.Reg.18.A.i. Frater p̃ris. Eſt enim
compoſitũ ex ach quod eſt frater Iimeiáh.9.
Oĩs ach.i.frater ſupplantãs ſupplantauit, &
ab quod eſt pater ut habes ĩ Abiiáh, uel arula
patris Ach. eñ̃ ſignificat etiã arulã Ierne.36.
Ignis qui eſt in Ach.i.arula, ſignificat etiã eu
ge. Iechez.25. Dixiſtis heach.i.euge, & ſic in
terpretari poteſt euge pater.

¶ Accád Gene.10.B. quãq; nõnulli codices
habẽt Achathi hydria, & ſic aleph redundat
Nam cad eſt hydria Iudi.7. Confregerũt cad
dím.i.hydrias, & aduerte q̃ Geñ.50. legitur
corrupte Acád p Athád. ¶ Achaia. Roma.
15.F. Prouincia græciæ interpretari põt tri
ſtis, aut triſtitia ab áchos quod græcẽ eſt tri
ſtitia, dolor. ¶ Achalái pri.para.2.& .ij. cor
rupte legit̃ Oholai, alias Ooli.i.utinã, uel de
præcationes meæ pſal.118. Achalái.i.utinã di
rigãtur &c. ¶ Acháim quære in Haccaim.

¶ Achamoni in Chachmoní. ¶ Achán q̃re ĩ
Hachan. ¶ Achár in Hécher, & in Háchar.

¶ Accaron, ul' Acharón ĩ Hecrón.

¶ Achar ĩ Accád. ¶ Acház.4.Reg.16.A.i.
appræhendit, ſiue tenuit. Exodi.15. Dolor
acház.i.tenuit, ſiue appræhendit habitatores
peliſtím, põt etiam ĩterp̃tari uidebo achazáh
qđ ẽ uidere quaſi echzeh ſed prior ĩterp̃tatio
ẽ melior. ¶ Achaziáh 3.reg.22.G. et.4.reg.
8.G. q̃q; latini codices corrupte hñt Ochozi
as hoc ẽ apph̃ẽdit, ſiue tenuit dñm. Eſt.n. cõ
poſitũ ex acház de quo dcm̃ ẽ ĩ Acház, & iah
qđ ẽ dñs ut dictũ ẽ ĩ Abiiáh. ¶ Achazíb q̃re
ĩ Achzíb. ¶ Achbán.1.para.2.D. noſtri codi
ces habent Ahobbon, & interpretatur fra

ter intellexit. Eſt enī compoſitū ex ach qd' ē frater eſt in Achàb, & ban quod eſt ītellexit pſal. 138. Bánta.i.intellexiſti, & cætera.

¶ Acharah pri.para 8.A. Quāq; ibi ſcribitᵣ Ahara.i.altera, uel nouiſſima. Nam achéret eſt alter, & achéreth altera, uel diſtulit, ſeu tar dauit ab echár Gen̄.34. Non echár.i.diſtulit, ſiue tardauit adoleſcens, & achará pōt eſſe tertia perſona præteriti fœminea propter he quod eſt ſignum fœmineum.

¶ Acharchél, & non Abarel legēdum pri. paraly,4.A.i.poſt exercitum, poſt diuitias, poſt fortitudinem, poſt antemurale. Eſt enī compoſitum ex achár quod eſt poſt Gen̄.9. Achár.i.poſt diluuium, & chél à cháilquod eſt exercitus, diuitiæ, fortitudo, antemura-læ, ut diffuſe habes in noſtro Hebraico dictio nario, & in Abicháil. Poteſt etiam interpræ tari frater, uel arula ouis ex ach de quo di-ctum in Achàb, & rechel pro rachel quod eſt ouis ut habes in Rachél, uel poſtq; incœpit, uel prophanauit, aut polluit ex achár quod eſt poſtq; & chel à chillel quod eſt polluit, ꝓ phanauit. ¶ Achaſtari pri.para.4.A. quāq; Latini codices habent, aaſtari, aut Aſtari, & poteſt interpræ tari magnus inquiſitor, aut magnus explorator, & ſic ē compoſitum ex achás quod ē magnus, ut habes in Achaſue-rós, & tarí à tur quod eſt inquirere, explora re, unde & tarím dicūtur exploratores, & ī quiſitores, & negociatores ut hés.3.Reg.10. in Hebræo, poteſt etiam interpræ tari feſtin' inquiſitor, aut feſtiuus explorator, & ſic de ducitur à chás quod eſt feſtinare, & tarí præ dicto, aut frater latibuli mei, uel abſconſiōis meæ, & ſic deducitur ab ach quod eſt frater ut dictum ē in Achàb, & Sathár cū puncto in ſiniſtro cornu quod eſt abſcōdere, unde ſe-thari pro ſithri à ſéter quod cū pro nomine facit ſithri. ¶ Achaſbái.2.Reg.23. Quamq; latini codices habent Aaſbái, aut Abaſbái, & poteſt interpræ tari fidam mihi, uel tegā in me, & ſic deducitur à chaſáh cum ſámech quod ē fidere, tegere, cooperire, & bai pro-bi quod eſt in me.

¶ Achaſueros Hez.4. A. & Eſtér primo. A. Quāuis noſtri codices habeant Aſſuer' hoc eſt magnum caput, ſiue magnus princeps ab achás.i.magnus, & res caput.

¶ Achér, & non Ahér pri.para.7.C.i. alter uel alius Gen̄.4. Poſuit mihi ſemen Achér.i. aliud. ¶ Acces in Hiecbes. ¶ Achelái, ſiue Achelaia in Chachaliáh.

¶ Acheldemách, ſiue Acheldemá ī Chacal-demá. ¶ Achí pri.para.7.G.i. frater me' ab ach qd' ē frater, ut habes in Achàb in uriſ cō. codicibus ē Ahi. ¶ Achia al's Ahia legendū ē Aiah, ut ſuo habes in loco. ¶ Achiah pri. Re.14.A.&.3.Re.4.A.&.11.E.&.15.F.&.1. para.11.G. Hoc ē frater dn̄i, uel frater meus dn̄s. Eſt enī cōpoſitum ex Ach quod ē frater ut eſt in Achàb, & Iah dn̄s, ut ē in Abiáh.

¶ Achiám pri.para.11.G.&.2.Reg.23.D.i. frater matris, aut gentis. Eſt enī cōpoſitū ex achí qd' ē frater meus, & am qd' ē gens, uel am ꝓ em qd' ē mater, codices uero latini hn̄t Ahiám nōnulli haiam, aut Ahién, aut Ahaiam

¶ Achicái, al's Ahicá, al's Aicá Sed primū ē rectū.4.Re.22.C.&.25.F.i. frater ſurgētis aut frater meus ſurrexit. Eſt enī cōpoſitū ex achí de quo paulo ſuperius dictū eſt, & cam qd' pōt eſſe participiū, & tertia pſona præte riti à cum quod eſt ſurgere, & ſtare pſal.1. Non iacúmu, id eſt ſurgent, uel ſtabunt impij in iudicio, & pſal.3. Multi camím.i. ſurgen-tes, ſiue ſurgunt aduerſum me. ¶ Achihé-zer Nume.1.& pri.para.12. Quamq; multis in codicib' corrupte legitur Abiezer, & in-terpræ tatur frater auxilij, ſiue frater me' au xilium. Eſt enī compoſitū ex achí quod ē fra ter meus, & hézer qd' ē adiutoriū, ut habes Abihézer. ¶ Achila al's Helchia legendum eſt Chabiláh. ¶ Achichúd pri.para.8. quā-uis corrupte legatur Abiud, & interpræ ta-tur frater mi ænigmatice loquere. Eſt enim cōpoſitum ex achí de quo dictū ē in Achijáh, & Chud quod poteſt eſſe, & infinitiuum, & imperatiuum Iechez.17. Chud.i. ænigma tice loquere ænigma. ¶ Achil legendū eſt Chachil. ¶ Achilúd.2.Re 8.B.&.2.Re.20. G.&.3.Reg.4 B. Quāq; nōnulli codices la-tini habent Ahiluth, & nonnulli Ahiloch, & pōt interpræ tari frater nati, aut geniti, uel frater meus natus, aut genit'. Eſt enī cōpoſi-tum ex achí qd' eſt frater meus, & lúd natus uel genitus à ialád ut habes in ludim, & ſi de ducatur à chéled quod ē tēpus pōt interpræ tari tēporalitas, aut tēporaneus. ¶ Achim Matth.1.D. ſi ſcribatᵣ cū cheth interpræ tatᵣ fratres pſal.132. Habitare achím.i. fratres in unum. Si uero ſcribatur cum caph, & nun in fine.i. achin interpræ tari pōt parabo, firma-bo à chum qd' ē præparare, firmare pſal.88. Achin.i.ꝓparabo, uel firmabo ſemē tuū, & ſi ſcribatᵣ cū coph, et mē ī fine īterꝓtari pt ſtabi liā, ſtatuā cōfirmabo à cum. ¶ Achimáhas. 1.Re.14.D.i. frater cōſiliarij aut frater meus cōſiliari', ſiue frate rcōſilij, aut frater me' de cōſilio, aut frater ligne', ſeu ex ligno. Eſt eſt cōpoſitū nomē ex achí de quo dictū eſt in

Achijah,& máhas quod pōt deduci à iahás quod eſt cōſulere,ut habes in hus, uel deducitur abhes quod eſt lignū,arbor, ut ſit máhas quaſi mehes,ideſt ex ligno.

❡Achimán Nume.13.C.& pri.pa.9.C.i.frater doni,aut donationis,aut frater meus donauit,uel præparauit.Eſt enī compoſitum ex achí,de quo dictū eſt in Achijah,& man qđ eſt donum ut habes in man,& pōt deduci à manáh quod eſt donare,pręparare,unde pōt interpręatari frater donátis,aut præparâtis, uel frater mi dona,aut præpara.

❡Achimélech pri.Reg.21. A.& pri.para.24.D.& pſal'.51.quāq̄ in plæriſq̄ codicib' corrupte legitur Abimélech,& interprætari pōt frater regis,aut frater meus rex.Eſt enim cōpoſitū ex achí de quo dictum eſt in Achijáh,& melech.i.rex ut habes in Abimélech.❡Achimóueth pri.para.6.B.& non Achimoth.i.frater mortis;uel frater meus mors.Eſt enī compoſitum ex achí de quo dictum eſt in Achijáh,& móueth,ſiue máueth quod eſt mors pſal'.77.Non pepercit à máueth,ideſt morte.❡Achinóham,al's Achinoē,al's Achinaam:Sed primum eſt rectū pri.Reg.14 G.ideſt frater iucunditatis,ſiue pulchritudinis;aut frater meus decor,ſiue iucūditas.Eſt compoſitū ex achí de quo dictū in Achijáh,& nóham de quo dictum ē in Abinóham.❡Achio in Haio.❡Achior Iudith 5.A.Communiter interpræatatur frater luminis,ſiue lucis,aut frater meus lumē,ſiue lux Eſt enī cōpoſitū ex achí de quo dictū ē in Achijáh,& or qđ ē lux Ge.1.Et fuit or.i.lux.

❡Achiráh Nume.1.B. Hoc eſt frater mali, ſiue frater meus malus. Eſt enim cōpoſitum ex achí de quo dictum eſt in Achijah,& rah malus Gen̄.2.Arbor ſciæ boni,& rah.i.mali.

❡Achirám Nume.26 E.ideſt frater excelſi,aut frater meus excelſus.Eſt enī compoſitum ex achí de quo dictū in Achijáh,& ram de quo dictum eſt in Abirám.

❡Achís pri.Reg.21 C.ideſt utiq̄,ſiue profecto eſt ac ſi ſcriberetur achies Nam ac cū caph in fine eſt utiq̄,ſiue profecto uerūtamē & ies eſt pſal'.13.Vt uideat an ies.i.ſit,poteſt etiā exponi opertā,& ſic dicit à caſah cū puncto i ſiniſtro cornu qđ ē operire,uel æthiopē faciā,ut uerbū formetur à eus qđ ē æthiops.

❡Achiſáchar.1.para.7.ideſt frater auroræ, uel frater me' mane quæſiuit.Eſt enī cōpoſitum ex achí de quo dictum eſt in Achijah,& Sáchar quod eſt aurora,uel Sachár quod eſt mane quęrere,ut hēs in Aſchur.

❡Achiſamách Exo.3.B.i.frater me' cōiūxit, aut ſuſtētauit.Eſt enī cōpoſitū ex achi de quo dictū ē in Achijah,& Samách qđ ē cōiungere,ſuſtētare,ſtabilire, Exo.29.ueſamách.i. & coniūget Aharón,& filij eius manus ſuas ſup caput uituli,& pſal'.3.quia domin' iſmechéni.i.ſuſtentabit,aut ſtabiliet me.

❡Achiſár.3. Regum.4. A. Hoc eſt frater meus cecinit.Eſt enī cōpoſitū ex achi de quo paulo ſuperius dictū eſt,& ſar à ſur qđ ē canere,ut habes in Abiſúr,& cū puncto in ſiniſtro cornu ſin pōt interpræatari frater principis,aut frater me' pinceps.❡Achithób,al's Ahitub,al's Ahithub:Sed primū ē rectū.1.para.6.A.&.1.Re.14.A.&.2.Re.8.D.Quāq̄ cū legit Achithúb,Hoc ē frater boni,uel frater meus bonus,& ſi legatur Achithub ſignificat frater bonitatis,aut frater meus bonitas q̄q̄,& thob,& thub inueniūtur,& ſubſtātiua,& adiectiua noīa Gen̄.1.Vidit lucē quod eſſet thob bona &.45.Dabo uobis thub.i. bonū,aut bonitatem terræ Aegypti.

❡Achithóphel.2.Reg.15.B.Hoc eſt frater rei īſulſæ,aut frater meus res inſulſa. Eſt enī cōpoſitum ex achi de quo dictū ē in Achijah, & thophel à taphel qđ ē res inſulſa Thre.2. Prophetę tui uiderūt tibi falſa,& thaphel.i. inſulſū,& ſi deducat à naphál qđ ē ruere,cadere,pōt interpræatari frater ruinæ,aut frater me' ruina.❡Achláb Iudi.1.F.qđ corrupte legit Alab hoc ē lactabo,aut adipe īpinguabo à chabál qđ eſt lac,uel chéleb qđ eſt adeps,ut hēs Gen̄.18.& pſal'.62.❡Achmethá in Egbatbanis.❡Acho in Hacho.

❡Achos in Hacos.❡Achóhach.1.pa.8.A. q̄q̄ noſtri codices hn̄t Ahoe,uel Ahoi hoc ē ſpina à chóach quod eſt ſpina Prouer.26.C. Chóach.i.ſpina aſcendit,& ſic Achochí.2. Reg.23.B.Achochites ſpina mea,uel ſpinoſ'.❡Achbór,al's Achobor,al's Achabor,al's Ahebor in Hachbor.❡Achſáh in Hachſáh.

❡Achſáph Iehoſu.11. A.i.auſpicabor, aut auſpiſpiciū,ſiue maleficijs afficiā à chaſáph, qđ ē auſpiciū,ul'maleficiū,ut habes Miche. 5.Auferam cheſaphím.i. maleficia,uel auſpicia,ut alij exponunt.❡Achúb,al's Accúb, quære in Hacúb.❡Achumai.1.para.4.A. Hoc eſt pratum aquarū mearū,& ſic ē cōpoſitū ex achu qđ eſt pratū,& mai à màim qđ eſt aquæ Iiób.8.Aut creſcere poterit achu.i. pratum abſq̄ máin,ideſt aquis.❡Achuphá in Chacuphá.❡Acús al's Accús in Hachós.

❡Achzib Iudi.1.F.& Iehoſu.15.E.hoc ē mēdaciū Miche.1.Domos Achzib.i.mendaciū & dicitur à cazáb quod eſt mentiri.

❡Achuzám pri.para.4.A q̄q̄ nr̄i codices

habeāt Ozām,hoc eſt appræhēſio,ſiue poſſeſſio eorū:dicitur eīm ab Acház de quo dictū eſt in Acház. ❡ Achuzáth.Ge.26.F.Latina exēplaria habēt,Ochozáth.i.appræhēſio,ſiue poſſeſſio.Gē.47 Et dedit eis Achuzáth.i.poſſeſſionem,&.23 Date mihi Achuzáth, ideſt poſſeſſionem ſepulchri.

❡ Adá in Hadáh. ❡ Adádi Hadád. ❡ Adád in Chadád. ❡ Adadá in Hadhadáh. ❡ Adadézer in Hadarhézer. ❡ Adaiá,ſiue Adaías i Hadaiáh. ❡ Adaiá lege Iedaiáh.Neehen.12.

❡ Adalia.Eſter.9.B.i.hauriā dñm,ſiue exaltabo dñm,& ſic deducit' à daláh qđ eſt haurire, & exaltare,& iah quod eſt dominus;uel paupertas,& ſic dicitur à dalál.

❡ Adám.i.homo, Gē.1.C.Faciam' Adám.i. hoīem,Poteſt etiam ſignificare terrenum,aut rubeum,ut in ſequentibus dictionibus.

❡ Adamáh,ſiue Admah. Gene.10.C. &.14. & Hoſe.11.C.hoc eſt terra.Gene.1.Oē reptile Adamáh.i.terræ. ❡ Adamí.Ieh.19.C.hoc eſt terra mea,aut terren',ſiue rubeus ab adamáh de quo dictū eſt, uel ab Edem de quo ſuo i loco. ❡ Addám lege Adár. ❡ Adán legēdū eſt Adín. ❡ Adán in Dom.

❡ Adár, Nūe.34.A.& Ieho.15.A. & pri.Para 8.A.quāq̃ latini codices uariāt: quidā eīm habēt Addár,alij Addám,nōnulli Addoár,aut Adoár,aliqui Doran,et hoc etiā noīe appellat' mēſis Februari' interpretatio eſt magn',fortis,aut pallium,quāq̃ magnus, ſiue fortis proprie dicitur Addír,& pallium addéreth.

❡ Adarmélech, al's Adramélech. Sed pri' eſt tectum. 1.Reg.19.G & Ieſa.37.q̃uis latini codices habeāt. Adramélech,.i. magn',ſiue fortis rex,aut pallium,ſeu ueſtimentum regis.Eſt eīm compoſitum ex adár, de quo dictum eſt in Adár,& mélech de quo dictū ē in Abimélech.

❡ Adaría,pri.Macca.7 E.nōnulli interpretātur teſtificans ſolem,& ſic deducitur ab had, uel hed quod eſt teſtimoniū,aut teſtis & chéres,ſiue charſáh quod eſt ſol, & ſcribitur cum ſámech ac ſi diceret Adcharſáh, alij uero teſtimonium ſurdi,ſiue ſurdum, aut artantis interpretantur,& ſic deducitur à charás cum ſin, unde fit chéres quod eſt ſurdus, & charás qđ eſt artifex,& arans. ❡ Adaſá lege Chadaſá.

❡ Adázer quære in Hadarhézer. ❡ Adeodatus latinum eſt,ſed hebraicę dicitur Elchanán ut ſuo in loco.

❡ Adbeél,Gene.25.B.& pri.Para.1.ideſt nubes,uel uapor cū deo.Eſt eīm compoſitū ex ad qđ eſt uapor,uel nubes,q̃ ſi pprie dicitur ed, Gē.2.Ed,id eſt uapor aſcédēbat è terra:ſignificat etiā cōtritionē,& perditionē,& afflictionē,& ſic pōtalīā habere interpretationē uide licet cōtritio,aut pditio cū deo, & be eſt in,& cū,& el deus,unde beel in deo, ſiue cum deo.

❡ Adiada,pri.Macca.12.E.cōiter interptat' teſtimonii man',aut præda manus,aut teſtimonii teſtimonij,& ſic dicit' Abhadáh qđ ē teſtimoniū,& præda,& iad qđ' eſt mau'.Ego iter prætarer uſq; ad teſtimoniū,uel fundamētū teſtimonij.Nā Hadi eſt uſq; ad,pſal.103.Hadi.i. uſq; ad ueſperā,& etiā ornamentum,ut habes in Hadiél. ❡ Adi,Lucę.3.F.cōiter exponitur teſtimoniū meū,aut ornamentū meū, & ſic legendū eſt Hadi,de quo habes in Hadiel.

❡ Adihel lege Hadiel. ❡ Adin, ſiue Addin, al's Addan lege Hadín. ❡ Adina lege Hadina.

❡ Adithaim,ſcribe Hadithāim. ❡ Adli,ſiue Adlai lege Hadlái. ❡ Adma,in Adamáh.

❡ Admátha,Eſter.1.C.i.uapor mortis,ul' terreſtris,aut rubra, pōt eīm eſſe cōpoſitū ex ad, qđ eſt uapor,ut dictū eſt in Adbeel, & mátha mors:uel dicit' ab adamáh qđ eſt terra, & rubra,ut eſt in Adamáh. ❡ Ado ſcribe Hido.

❡ Addoar,ſcribe Adar. ❡ Adolā als Adollā, al's Odollam quære in Hadulā, & Adolamites in Hadulami,& Adomim in Hadumim.

❡ Adonibézec.Iudi.1.A.hoc eſt dñs fulguris aut dñs me' fulgur.Eſt eīm cōpoſitū ex adoni ab adón quod eſt dñs,pſal.11.Quis adón,ideſt dñs,& Exo.21.Diligo adoni.i.dñm meum,et bézec qđ' eſt fulgur,ut habes in Bézec.

❡ Adonicā,Hezræ.2.A.hoc eſt dñs me' ſurrexit,aut dñi mei hoſtis.Eſt eīm cōpoſitū ex adoni, de quo dictū ē in Adonibézec.et cham qđ' eſt ſurrexit,aut ſurgēs, & iſurgēs.i.hoſtis,et inimicus,ut habes in Achicám.

❡ Adonides.Eze.8.E.hebraice dicit' Tamúz de quo ſuo uide in loco. ❡ Adonirám.3.Reg. 4.A.hoc eſt dñs me' excelſus, aut exaltat, uel dñs me' exaltauit.Eſt eīm cōpoſitum ex adoni, qđ habes in Adonibezec,& ram,de quo dictū eſt in Abirā. ❡ Adoniáh,ſiue adoniahu. 2. Reg.3.A.hoc eſt dñs dñi,aut dñs me',dñs,aut dominatio. Eſt eīm cōpoſitū ex adoní, & iah, de quib' habes in Adonibézec, & Abiáh.

❡ Adoniſédec, Ieho.10.A.i. dñs iuſtitiæ, aut dñs meus iuſtitia.Eſt eīm cōpoſitū ex adoni,ut in Adonibezec,& ſédec iuſtitia. pſal.84.Sédec,ideſt iuſtitia,& pax oſculatæ ſunt.

❡ Ador,pri.Macca.13.C.ab aliqb' interpretatur generatio,aut habitatio,et ſic dicit' à dor qđ' eſt generatio.pſal.9. Nō mouebor,ledór, uador.i.in generationē, & generationē,uel à dur qđ' ē habitare. Significat etiā dur ſtruem, ſiue pyrā Iechez.24.etiā dur.i.ſtrue oſſiū &c. q̃q̃ pprie imperādi eſt modus.Nonnulli uero

teſtimoniũ lucis, aut ignis interpraetant̃, & ſic dicit̃ ab Hadáh, & or qđ eſt lux, & ignis, ſiue focus, ut habes in ur: graece ſcribit̃ ádora hoc eſt ſine muneribus, ex à priuatiua particula, et dóra dona. ¶ Adrách quaere in Chadrác.

¶ Adramélech lege Adarmélech. ¶ Adulã q̃re in Hadulam, & ſic Adulamſocóh in Hadulamſoco. ¶ Adorám. 2 Reg. 20. G. et. 3. Reg. 12. hoc eſt fortitudo eorũ, aut palliũ, ſiue ueſtimentũ eorũ, & ſic dicitur à dar, de quo habes in Adar, uel uapor excelſus, aut eleuat⁹, & ſic dicit̃ ab ed, de quo dictũ eſt in Adbeél, et ram, de quo dictum eſt in Abirám.

¶ Adumin, Ieho. 15. B. tametſi noſtri codices habẽt Adomin: hoc eſt ruſi, ſeu rubei, aut terreni effecti. Zecha. 1. Equi adomin. i. ruſi.

¶ Aduram quaere in Hadorã, aut Haduram.

¶ Aen lego Háin. ¶ Agáb, quaere in Chagháb. ¶ Agabus, Acta. 11. D. Si deducatur à Chaghâb, iterp̃tari poteſt locuſta, ut habes in Chagháb, ſi uero deducat̃ ab hagháb, põt interpraetari organiſta ab Hugháb qđ eſt organũ. Gene. 4. Vel inſanus, aut amator. Exo. 33. Tanq̃ carmen Haghabim, id eſt amatorum.

¶ Aghcharath. 19. hoc eſt tectum perfodiẽs ex agh, ut in Aghah, & charath, ut i Chareth.

¶ Aghágh. Nume. 24. B. hoc eſt tectum, uel ſolariũ à ghág. Iudi. 9. Aſcenderunt in ghágh tectum ſiue ſolarium, partẽ uidelicet domus ſuperiorem, & aghaghi, ſiue aghaghites, tectũ meum, ſiue ſolarium meum. Eſter 3. A.

¶ Agar, & Agarenus, quaere in Haghár.

¶ Aghé. 2. Reg. 23. ubi tamen pleriq; habẽt Aggé uel Age, & poteſt interpraetari ſupbia, arrogãtia, ſiue eleuatio à ghaáh. Prouer. 8. Timor domini odit malũ ghéah: ucgahón: id eſt arrogantiam, & ſuperbiam.

¶ Ageba lege Ghabáh. ¶ Aggeus, & Aggi & Aggia, & Agith, quaere in Chaggſh, & Chaggíah Chaghith.

¶ Agrippa latinum eſt, & dictũ putant quaſi aegre pedibus natus, hi enim proprie dicũtur Agrippę quorum in naſcendo non caput, ſed pedes primi exiterunt qui partus difficillim⁹ aegerrimuſq; habetur, aliqui tamen ab aegro partu dictos agrippas uolũt cuius periculi depraecandi gratia arae ſtatutae ſunt romae duabus carmentibus, quarum prima Verra nominata eſt. Proſa altera ab aegri peruerſiq; partus poteſtate, & nomine.

¶ Ahia quaere in Aiáh. ¶ Ahiath q̃re in Hauah. ¶ Ahamoni, quaere in Chachmoni.

¶ Ahará, quaere in Acharáh. ¶ Aharél quaere in Acharchel.

¶ Aharón, Exo. 4. hoc eſt montanus ab har quod eſt mons. pſal. 2. Super Siión har. i. montem ſanctũ eius radix, tamẽ eſt Harár, alij deducũt ab haráh qđ eſt cõcipere, & interpraetãtur conciptẽs, aut cõceptus, nõnulli uero à iaráh, qđ eſt docere, iacere, & interpraetãtur docens, aut iaciens, ſunt & qui interp̃tãtur mons fortitudinis, aut mons fortis, & ſic eſt ex har, & on deficiẽte áleph qđ eſt fortitudo, ut habes in On. ¶ Ahauá, pri. Hezrae. 8. id eſt ero, aut eſſentia ab haua, de quo habes in Hoham.

¶ Ahaz, quaere in Hachaz. ¶ Ahebarim q̃re i Hebarim. ¶ Aheurenmon, quaere in Hairimmón. ¶ Aher quaere in acher. ¶ Ahi quaere in Achi. ¶ Ahia quaere i Aia. ¶ Ahia quaere in Achiiah. ¶ Ahialon quaere in Aialõ & i Elon. ¶ Ahiam, ſiue Ahian q̃re in Achiã.

¶ Ahicam, quaere in Achicam. ¶ Ahias q̃re in Achiiáh. ¶ Ahias, pri. Para. 15. lege Iechia.

¶ Ahiel lege Chiel. ¶ Ahiel lege Iehiel.

¶ Ahilam quaere in Helam. ¶ Ahilath, al's Ahiloth, quaere in Elóth. ¶ Ahialón quaere in Elom. ¶ Ahiluth, al's Ahilud, q̃re in Achilúd. ¶ Ahim quaere in Haim. ¶ Ahiman quaere in Achimán. ¶ Ahimélech quaere in Achimélech. ¶ Ahin, quaere in Achain. ¶ Ahión quaere in Hiion. ¶ Ahira quaere in Achiráh.

¶ Ahiſár quaere i Achiſár. ¶ Ahihúb quaere in Achithob. ¶ Ahiúd, quaere in Ahihúd.

¶ Ahiud, quaere in Achichud. ¶ Ahobbán, quaere in Achbán. ¶ Ahod, quaere in Ohad, & in Eud. ¶ Ahoe, ſiue Ahoi, quaere in Achóach. ¶ Ahoites, quaere in Achòach.

¶ Ahoth, quaere in Eud.

¶ Aholah. Iechez. 23. A. Quãuis noſtri codices habeant Oolla, aut Oola: hoc eſt tabernaculum, aut habes in Ohel.

¶ Aholiab. Exo. 31. B. hoc eſt tabernaculũ patris, ſiue tabernaculum meũ pater. Eſt eñ compoſitum ex aholi ab óhel, de quo dictum eſt in Aholáh, & ab de quo habes in Abrám.

¶ Aholibah. Iechez. 23. A. hoc ẽ tabernaculũ meũ in ea. Eſt eñ cõpoſitũ ex aholi, & bah qđ eſt in ea. ¶ Aholibamáh. Gene. 36. A. hoc eſt tabernaculũ excelſi, ſiue tabernaculum meum excelſum. Eſt enim compoſitũ ex aholí, & bamáh, de quib⁹ habes in Aholiab, & bamáh.

¶ Ahumai, quaere in Achumai. ¶ Ahur quaere in Hur.

¶ Aiáh. Gene. 36. C. et. 2. Reg. 2. B. i. uultur. Leui. 11. Miluũ, & Aiah. i. uultur ẽ. ¶ Aialón Ieho. 19. C. et pri. Para. 8. B. hoc ẽ querc⁹, ſiue fortitudo, aut ceruinus. Põt eñ deduci ab aiál qđ eſt ceru⁹, ut hẽs pſal. 41. Sicut aiál. i. ceruus &c. uel ab eiál, quod eſt fortitudo, potentia. pſal. 87. Sicut uir cui nõ eſt eial, uel deducitur

ab elón, quod eſt quercꝰ, ut habes in Elón.

¶ Ailán quære in Elán. ¶ Aim, ſiue Ain q̄re in Háin. ¶ Aión quære in Haión. ¶ Aioth q̄re in Ehúd. ¶ Aiud quære in Achichúd.

¶ Alaa al's Ala quære in Chelàh. ¶ Alab q̄re in Aclab. ¶ Alamath, quære ī Halémeth ¶ Albialbón quære in Abihalbón. ¶ Alcáth, q̄re in Cheleáth. ¶ Alchimus, uel potiꝰ Alcimus ſcribitur em̄ pri. Macca. 7. A. Alcimós, & pōt interp̄tari fortis, ſiue robuſtꝰ ab Alcé quod eſt robur, fortitudo, ut habes ī noſtris Iſagogis græcis.

¶ Ale quære in Chelách. ¶ Alleluia q̄re in Halleluiáh. ¶ Aleph interp̄tatur mille, doctrina, bos. Nume. 31. Sexdecim. Aleph, ideſt milia. pſa 8. Oues, & alaphím .i. boues Aláph etiā eſt docere Prouer. 15. Iealléph .i. docebit.

¶ Alexāder pri. Macca. 1. A. ſcribitur Alexādros, & poteſt interp̄tari auxiliās hoībꝰ, aut curās hoīes ab alégo .i. auxilior, curo cuiꝰ futurū eſt aléxo, & anær anéros, chi andrós .id eſt uir uiri, & Alexandrinꝰ, & Alexādria eādē poſſunt habere interpretationē quaꝗ̄ ꝓ Alexādria Iremiáh. 46. habetur No cuius interpretationem habes in No. ¶ Aliam, & Alian quære in Helan, & Haliáh.

¶ Alicarnaſſus pri. Macca. 15. D. græce ſcribitur Alicarnaſſos poteſt dici quaſi marina, aut maritima cariæ inſula ab halios marinus, & carii caria, & niſós inſula.

¶ Alimis pri. Maccabæo. 5. C. ſūt q interp̄tantur ueſtibulū, ſeu porticū, & ſic dicit ab alám, unde fit ulám quod eſt ueſtibulum: ſiue porticꝰ, ut habes in Vlam. Sūt qui fortitudinem interp̄tantur, poteſt & alamim deduci quod nōnulli teſtudines interp̄tatur, alij uero frontiſpicia nōnulli ueſtibula, & ſi græca ſit dictio, ut pleriꝗ̄ arbitrant poteſt interp̄tari maritimꝰ ab halios de quo dictū eſt in Alicarnaſſus. ¶ Almatan quære in Halémeth.

¶ Almodad Geñ. 10. hoc eſt nō menſurās ab al quod eſt nō, & madád qđ eſt menſurare q̄ Ieſah. 40. Quis madád .i. mēſus eſt pugillo &c. uel dicit quaſi Almondád .i. ſterilis ubere.

¶ Almon, & Almoth quęre in Halmón, & Halémeth.

¶ Aloes quęre in Haloches.

¶ Alón pri. para. 4 .i. quercus Geñ. 35. Subter alón .i. quercum.

¶ Alphæus Mathæí. 10. poteſt interpretari milleſimus, doctus, bouinus ab áleph de quo dictum eſt in Aléph, quamquam ſunt qui interpretatur alphęus tanꝗ̄ Halpéus, ideſt ſuper os ab hal quod eſt ſuper, & peh quod eſt os oris ſecundum gręcam etymologiā poſſet interprętari inuentor, aut inquiſitor ab alpháo, ſiue alpho quod eſt inuenio, uel alphéo quod eſt inquiro. ¶ Alua quære in Haluáh. ¶ Aluba q̄re ſimiliter ī Halua. ¶ Aluham quęre in Haluan. ¶ Alúl quęre in Chalchúl.

¶ Alus. Nume. 33. hoc eſt cōmiſcebo, aut cōmiſtio à lus quod eſt miſcere. Gene. 18. Luſí. .i. miſce, & fac ſubcinericios panes. ¶ Ama, ſiue Amma quęre in Humma.

¶ Amma lege Chelbáh Iudicū. pri. &c.

¶ Amaad quęre in Hamhad. ¶ Amad, ſiue Ammad quęre in Chamáth. ¶ Amadathí quęre in Hamdátha. ¶ Amal quęre in Hamál. ¶ Amalech quęre in Hamaléc. ¶ Amalech quęre in Hammélech. ¶ Aman quęre ī Hamán. ¶ Amam Ieho. 15. hoc eſt mater eorū, aut populꝰ eorꝶ ab em quod eſt mater, uel am qđ eſt gens, ut dictum eſt in Achiam.

¶ Amanah Cāti. 4. C. & 4. Reg. 4. D. hoc ē fides, ueritas, ſtabilitas, firmitas Neche. 9. Percuſſimꝰ amanáh .i. fidē, ſeu firmitatē. Neche. 11. Et amanáh .i. firmitas ī cātoribꝰ. ¶ Ammanite lege Hamonite, & Ammanitis lege Hamanitis.

¶ Amariáh pri. pa. 6. A et. 24. C. hoc ē dixit dn̄s, aut ſermo dn̄i, aut dictio, uel loquacitas Eſt enim cōpoſitū ex amár .i. dixit Gene. 18. Dn̄s amár .i. dixit, & iah de quo dictū ī Abiiah. ¶ Amaſá, & Amaſái, & Amaſeſái, & Amaſia q̄re in Hamaſa, Hamaſai, & Hamaſeſai, & Hamaſiah. ¶ Amaſai in Amſí.

¶ Amaſiáhu, ſiue Amaſiáh cū litera ſadi. 4. Reg. 12. A. & 1. para 4. F. & 6. D. & 2. para. 25. A. hoc eſt robuſtus, ſiue fortis dn̄i, aut fortis dn̄s, uel roborauit, aut fortificauit dn̄s, uł fortificatio. Eſt em̄ cōpoſitū ex amás quod ē roborare, fortificare Deut. 31. Cōfortare, & emás .i. eſto robuſtꝰ. & p̄o. 17. amſú .i. roborati ſūt ſup me, et iah, ſiue iáhu de quo dcm̄ ē in Abijah. ¶ Amathē, ſiue Amathi, aut Amathęus q̄re in Chamachí. ¶ Amithái al's Amathí, ſed priꝰ ē rectū. 4. Re. 14. F. et Ionáh. 1. hoc ē ueritates meę ab eméth qđ iūctū cū ꝓnoīe facit amitho .i. ueritas eiꝰ &c, et ī plī cū ꝓnoīe primæ pſonę amithai Geñ. 24. Nō abſtulit miam ſuam, et amitho .i. ueritatē ſuā. ¶ Amdan lege Chēdā. ¶ Amē Deute. 27. Sermo ē nūc iurātis mō affirmātis iterdū ꝗppiā ꝓmittētis. p̄o. 88. Bndictꝰ deꝰ ī ęternū amen et amē ꝓ quo lxx. trāſtulerūt fiat, fiat. ¶ Amethi lege Chamathí. ¶ Ami Hez. 2. C. hoc eſt mī me .i., aut gēs mea ab am, ut ī Achiā. ¶ Amidá lege Chēdá. ¶ Amiel, ſiue Ammiel: et Aminadab q̄re ī Hamiel: et Hāminadáb. Aminithes

ſiue Amminitis.2.Macca.4.D.Hoc eſt ueri-
tas, aut uerax ut in Amithái, & ſic prima ſcri
bitur cū áleph, alij uero interpr æt ãtur popu
larij, aut populus meus, & ſic prima ſcribit̄
cū háin ab ham qđ eſt populus.
¶ Ammiſaddái, & Amithal, & Ammiud, ſi
ue Ammiúth, & Ammizadab, & Ammón, &
Ammoni, & Amóch quære ī Hammiſaddái,
& Chamuthál, & Hāmihud, & Hammiza-
dab, & Hammón, & Hammóni, & Hamóch.
¶ Amnón.2.Reg.3.A.& pri.para.4.D.Hoc
ē fidelis, uerax, ſtabilis firmus, pedagog⁹ ab
amán, ut in Amanáh, & Amón. ¶ Amon.3.
Reg.21.D.&.4.Reg.21.& pri.para.3.&.2.
pa.18.&.33.& Nechen.7.& Irme.1.&.25.&
Sephan.1.i.fidelis, uerax, artifex, nutrici⁹,
& pedagog⁹ & ſic dicit̄ ab amán qđ oīa p̄di
cta ſignificat Prouer.8.Erã apđ eū amón.i.
artifex, uel nutricius, &c. aut magn⁹, ut alij
interpr ætantur Canti.7.Fabricatæ ſunt ma
nu amán, artificis, ſignificat etiam populū,
aut multitudinē Irme.52.De reſiduo amón.i.
populi, aut multitudinis, & Nachum.3.Ale-
xandria amón.i. populorū. ¶ Amon Icho.
19.pri.para.6.lege Chamón. ¶ Amoná quę
re in Hamonáh. ¶ Amorrcus, ſiue Amorri
quære in Emori. ¶ Amós prima cū áleph,
& ultima cum ſádi.4.Reg.19.A.& Ieſahiah
primo.A.i.fortis, aut robuſtus, ſiue robara,
aut roborare infinitiui modi ab amás, de quo
dictum eſt in Amaſiáh. ¶ Amos quære in
Hamós. ¶ Amoſa, & Amothdor quære in
Hamoſáh, & Chamóthdor. ¶ Amphar in
Hamithár. ¶ Amphipolis Actu.17.Hoc eſt
utrinq̃, ſiue circū ciuitas ex amphí circum,
& pólis ciuitas. ¶ Ampliatus, ſiue Amplias
Græce amplias. Roma.16.ab amplitudine
fortaſſe dictum nomen, uel quaſi amplíon,
id eſt uas ad recipiendum ſanguinem.
¶ Amram, & Amramites in Hamrám, &
Hamramites. ¶ Amraphél Gen̄.14.A. Hoc
eſt Dixit ruinam. Eſt em̄ compoſitū ex amár
ut in Amariáh, & phel à naphál ut ī Achithó-
phel. ¶ Amrri, ut in Hamrri, & Homrri.
¶ Amſi al's Amaſai al's Amaſi pri.para.6.
D.Hoc eſt robur meū, ſiue fortitudo mea,
aut robora imperãdi modo ab amas de quo
dictum eſt in Amaſiáh.
¶ Amuél lege Chamuél. ¶ Amul in Cha-
múl. ¶ Amuthál lege Amithál. ¶ Aná, &
Anáb quære in Haná, & Hená, & Hanáb.
¶ Anamél quære in Chanamél.
¶ Anaméleech, & Anamím, & Anán quære
Hanaméleech, & Hanamim, & Hanamí.
¶ Anàn, & Ananél, ſiue Ananeél, & Ananí,
& Anania, & Anath, & Anathóth, & Anatho
thia, & Anathothites quære in Chanán, &
Chananél, & Chananí, & Chananiáh, & Ha
náth, & Hanathóth, & Hanthothiáh, & Han
thothithes. ¶ Andreas Matth.4.C. Hoc eſt
uirilis, fortis ſecūdum græcā etymologiam
ò anír, éros, chái ādròs eſt uir, & andreia ui
rilitas, fortitudo.
¶ Andronicus.2.Macca.4.E.Hoc ē uir uin-
cens, aut uictorioſus ab anír anéros, & an-
dròs, ut ī ādreas, & nichí uictoria. ¶ Anem,
& Anen, & Aner, & Aues, & Ani, & Ania,
quære in Haném, & Hanér, & Chanés, &
Huní, & Hanaiáh. ¶ Anihiám pri.para.7.D.
Hoc eſt ego populus. Eſt em̄ compoſitum ex
ex anì quod eſt ego pſal.2.Ani.i.ego autem
conſtitui, &c. & Ham quod ē popul⁹, Exo.1.
Ecce Ham.i.populus filiorum Iſraél.
¶ Aniel, ſiue Anihel, & Anim, & Anna, &
Anúb, ſiue Anob, & Anon, & Anothiar quæ
re in Chaniél, & Haním, & Channáh, & Ha-
nnb, & Chanū, & Chanothiair. ¶ Antio-
chia.2.Macca.2.C.Hoc eſt uindicatrix, aut
uīdicata, aut acq̃ſitio apotou ātecheſthai.i.
à uindicando, ſiue acquirendo, q̃q̃ ſunt qui
interpr ætantur pro curru, ſiue cōtra currū,
aut contra currum ex anti hoc eſt pro, con-
tra ut in Antipas, & ochéo ueho, unde óchea
ma, & óchos uehiculum.
¶ Antiochus.1.Macca.6.A. Hoc ē uindex,
aut acquiſitor, & idē antiochen⁹ Actu 6.B.
¶ Antipas Apoca.2.D. Hoc eſt pro oibus,
uel cōtra omnes, ut nonnulli interpr ætãtur,
& ſic eſt compoſitum ex anti quod eſt pro,
& contra, & pas pandós quod eſt oīs, uel cō
tradictor apotou ātiphainai.i.à cōtradicēdo.
¶ Antipater Græce antipatros quaſi loco
patris, ſiue pro patre, aut uicē patris gerēs
uel cōtra patrem cōpoſitū nomē ex anti.i.p̄,
& cōtra, & patír patéros, cai patrós.i.pater
patris. ¶ Apámia, ſiue Apamea ſunt q̃ inter
prætãtur quaſi apaſamia.i.tota una. Alij ue-
ro apameia interpr ætantur expellēs, aut abi
gens ab apamuio quod ē expello, arceo Iu-
dith.3. D. ¶ Apeduó lege Aphadnó Dan̄.
11.G.i.ædem aut palatium ei⁹ ſecundū Rab
Dauid à padán.
¶ Apelles Roma.16.B. Græce apellés, hoc
eſt apotis pellís: id eſt, à mulctra, & à priua-
tiua particula quaſi ſine mulctra, quãq̃ ſunt
qui interpr ætãtur expellens, abigens.
¶ Apia, ſiue Appia ad Phile.A. Græcè ſcri-
bitur apphia Apphia quaſi paternitas ſi de-
ducatur ab aphis aphios qđ ē pater q̃q̃ ſūt
q̃ iterp̄tant̄ p̄ducēs, aut pullulãs deducētes

ἀφύω quod eſt germino, pullulo, ſum.

¶ Appáim, al'as Aphaím, al'as Apphaím. Sed primũ ẽ rectũ .1. Paral'.2.D. ideſt facies, aut furores, ſiue duæ facies, aut duo furores. Habet em̃ formam nominũ dualium ab aph quod eſt facies, furor. Geñ. 19. Adorauitq; appáim: id eſt in facies pro in faciem.

¶ Apharſathcá Hezre.4.B. Hoc eſt diuiſiões ſiue fiſſiones, ſiue diuidentes, aut ſindentes: & ſic dicitur à parás quod eſt diuidere, ſiue ſindere. Vnde parſáh.i. ungula diuiſa ſiue fiſſa, et eodem modo interpræari poſt Apharſacaia, ſiue Aparſachæi Hezre.5. et.6.

¶ Aphéc, al's Aphęg: ſed prius eſt rectũ Ieho. 12.D. et.19.B.& pri.Reg.4.A. hoc eſt continẽtia: robur ab aphác quod eſt cõtinere, roborare. Geñ.43. Egreſſus eſt. Vaithaphác.i. et cõtinuit ſe. Vel proferam, educã: aut protulit à Napháe quod eſt educere, ꝓferre chaldaice. Vnde Gene.24. ubi dicitur. Et protulit ſeru⁹ &c. Targhum habet aphéc, uel torrẽs ut ſit Aphéc idẽ qđ aphíc. Iiob.6. Sicut aphíc torrens &c. Aut fortis: ut Iiób.12. Ligamia aphichím.i. fortiũ. ¶ Aphíc. Iudicũ.1.F. idẽ quod Aphec. Et ſic Aphecáh, Ieho.13.A. ¶ Aphecca lege Pethachiáh. ¶ Aphiach, pri.Reg.9.A. hoc ẽ ſufflabo, aut loquar, inflãbo. Iechez.21. In ignẽ furoris mei aphíach.i. ſufflabo in te, Prouer.6. Iaphíach: ideſt loquetur mendacia. ¶ Aphonites lege Siphmi. ¶ Aphra lege Happarah.

¶ Aphráim lege Chapharáim.

¶ Aphrica. Nachũ.3. In hebræo ẽ Pul, Puth: ut ſuis in locis inuenies: græcum autem nomẽ ἄφριχα Aphrica poteſt interpræari ſine horrore aut frigore ab a priuatiua particula, & phrica horror, & frigus. ¶ Aphſés, & Aphonites, & Aphiſiba q̃re in Haphiſés, & Siphmí, & Chephſibáh. ¶ Aphupha lege Chaluphá.

¶ Aphus al's Apphus. pri.Macca.2.A. Quãq; nõnulli codices græci habẽt σαπφὸισ & communiter interpræatẽ indignatio, aut furor cõſilij, & ſic dicitẽ ab aph qđ eſt furor, & hus qđ eſt conſilium, nõnulli uero interp̃tantur nolans conſiliũ: & ſic dicitur ab haph quod ẽ nolare, & hus ꝑdicto. ¶ Aphuteus q̃re in Haphothi. Apollos cui⁹ genitiuus eſt apollo, græce enim ſcribitẽ ἀπολλῶσ pri.ad Corin.1.B. et.3.C. & põt interpræari uibrãs radios, aut ſolitari⁹ ab à priuatiua particula, & polli multi. Sũt qui interpræantẽ ꝑdẽs, aut deſtruens ab Apóllo qđ græce eſt ꝑdo, deſtruo, & ſic apollonia. Actu. 17.A. Põt interpræari ꝑditio, ſiue deſtructio, & apolloni⁹ perdẽs, ſiue deſtruẽs. Sed & apollyon. Apoca.9.C. eandẽ habet interp̃tatioñẽ.

¶ Apoſtolus dicitẽ miſſus græce ab apoſtéllo qđ eſt, mitto. ¶ Aphſés, ſiue apſés q̃re in Haphſés. ¶ Aputæus, ſiue Aputhæus q̃re in Haphoti. ¶ Aquila lege Acylas græce em̃ ſcribitur ἀχυλασ & põt interpræari glans iligna. Nam ἀχύλοσ eſt glans ilicis, ſiue iligna.

¶ Ar, & Ará, quære in Har, & Hara ¶ Ara prima cum áleph. pri.Para.7.G. Si deducatẽ ab aráh mutato ultimo áleph in he, ſcd'm morẽ linguæ hebraicę interpraтатẽ collegit, ſiue cõgregauit. Vnde arithi.i. collegi myrrhã meã. Si uero deducatẽ ab arar poteſt interp̃tari maledictio aut maledicã, deductũ uero à raáh quod eſt uidere, poteſt interpræari uiſio, aut uidens.

¶ Arab Ieho.15.F. Hoc eſt inſidiat⁹ ẽ. Deute. 19.& aráb: ideſt inſidiatus fuerit ei.

¶ Arabá. pri.Macca.15.D. ſecũdũ græcos codices legendum eſt Arathes. Scribitẽ enim ἀράθη ideſt arathe cui⁹ noiatiu⁹ eſt arathes ut dictum eſt, & ſi græcã habeat interpræationẽ poteſt dici aptus, ſiue cõpoſitus ab aráo qđ eſt apio, cõpono. ¶ Araba, ſiue Arrabba, ſiue Arrebba quære i Harabbah. ¶ Arabathites quære in Harbathi. ¶ Arabs, Arabes, Arabia, quære in Haráb, & Harabí, & Harbin. ¶ Arabath, & Arách, & Arache⁹ q̃re in Arbóth, & Erech, & Harchí. ¶ Arách Hezræ.2. Hoc ẽ ãbulauit aut uiator. Iiob.34. Et arách.i. ambulauit cum operãribus iniquitatẽ. ¶ Arachités, & Arád, & Arada, & Aradi⁹, quære in Archi, & Harád & Charód, & Charadah, & Aruád, & Aruadí.

¶ Aradus. pri.Macca.15.D. græce ſcribitẽ árados. Si nomẽ ſit Hebraicũ interpræari põt, ut aruád. ¶ Araph al's Arpháth quære i Arpád. Arata quære in Harhatah.

¶ Arám. Geñ.10.& pri.Para.2.C. et.7.G. et pſal.59. ꝓ quo cõiter habetur Syria interp̃tari põt celſitudo, ſiue excelſa à ram de quo dictũ eſt in Abirám. Arem quoq; chaldaice ẽ eleuauit, exaltauit, qđã deducũt ab arár qđ ẽ maledicere, & interpræantẽ maledictio eorũ, & ſi deducatẽ ab aráh collectio eorum, ſiue collegit eos nõ abſurde interp̃tari põt, ut habes ĩ Ara.

¶ Arám, ſiue Aráu q̃re in Haran, & Oren.

¶ Arán Gene.36.D.& pri.Para.1. et.2. Prima litera ſcribitẽ cũ áleph, & interp̃tari põt collectio, aut maledictio earũ ab arah, uel arár, de quibus dictum eſt in Ara, & Arám, & ſi nun litera ponatur uice mẽn interp̃tatur ut Arám.

¶ Arám, Ruth ultimo lege Ram. ¶ Aram, ſiue Aran lege Charam. Geñ.11.D.& 28.B.& pri.Para.23. ¶ Arám q̃re in Charim. ¶ Arama quære i Haramah. ¶ Araorites q̃re in Haroherites. ¶ Araráth. Irme.51.C. eſt Armenia et interpræari poteſt maledictio, aut collectio tremẽtus, ſiue maledicit, aut collegit tremẽtẽ.

ab arár,uel aráh,de quibus dictũ eſt in Ara,&
Ratháth qđ eſt tremere.Ireme.49. & rétheth
ideſt tremor appręhendit eam.

¶ Arari.2.Regũ.23. Hoc eſt maledictio mea
ab arár ut Tara. ¶ Arari,& Ararithes,&Cha
rodi,& Aras,& Aráth q̃re in Hararí,& Char
chás,& Chaſrah,& Harád, ¶ Araunáh.2.
Reg.24.Hoc eſt collectio uel maledictio,aut
arca ab aráh,uel arár,aut aron.

¶ Arbáh.Gen̄.23.A Hoc eſt quatuor quãq̃
noſtri codices habent Arbee. ¶ Arbathítes q̃
re in Harbathithes. ¶ Arbáth quære in Ar‑
bóth. ¶ Arbi.2 Reg.23.D. Hoc ẽ inſidiator
meus,aut inſidię meę ab aráb de quo dictũ eſt
in Arábona quęre in Charbona.Archanaie in
Herchuci. ¶ Archelaus Math.2.D.Hoc eſt
princeps populi,ab archós quod eſt princeps,
& laós quod eſt populus. ¶ Archíhatharóth
Ieho.16.A. Hoc eſt lõgitudo coronarũ,aut lõ
gitudo mea coronæ.Eſt em̃ compoſitum ex ar
chíab órech quod eſt lõgitudo, & hatharóth
coronæ, ut habes in Hatharóth.

¶ Archippus ad Colo.4.D Hoc eſt prĩceps,
uel magr̃ equitũ ab archós, & hippós equus.

¶ Arde Gen̄.46.C. & Nume.26 E. Quãq̃
Latina exẽplaria habent Ared,aut Heréd hoc
eſt deſcendam,aut deſcenſio,ſiue dominabor,
aut dominiũ.Poteſt em̃ deduci à iarád qđ eſt
deſcendere,ut habes in Iered,uel à radah,aut
rad,uel rod quod eſt dñari,ut hẽs in Ardón.

¶ Ardón, pri.Paral.2.C. Hoc eſt deſcenſus,
aut dominiũ,aut deſcendam,aut dominabor,
ut in Arde,Gene.1.& redú.i. dominemini pi‑
ſcibus maris. ¶ Area quęre in Arách. ¶ Are
ba,ſiue Arebbá quære in Harabbáh. ¶ Are‑
bia lege Serebiáh. ¶ Arechón,& Ared quæ
re in Haracon,& Arde. ¶ Areách idẽ quod
Arach q̃uis latini codices habent Arce.

¶ Areli,Gen̄.46 B. quãq̃ in noſtris codici‑
bus ſcribitur Arihel Ariheli, hoc eſt angelus,
aut magnus,& reputatus,ut cõmuniter expo
nunt Hebræi:ut habes Ieſa.33.in noſtris anno
tationibus ubi dicitur. Ecce angeli eorum cla‑
mauerunt &c.Vbi ponitur arelám.Poteſt etiã
interpretari collectio dei mei,aut maledictio
dei mei,ab aráh,uel arár,de quibus dictum eſt
in Ara,& eli ab el quod eſt deus. ¶ Arem q̃re
in Charém,ſiue Charin. ¶ Areph al's Ariph
quære I Charéph,ſeu Chariph. ¶ Areth q̃re
in Cháreth,& in Cháriph. ¶ Arétas põt itet
pretari uirtuoſus ſi græcũ ſit nomen ἀπὸ τῆς
ἀρετῆς.ideſt à uirtute,pri.Macca.5.B.

¶ Argób,Deu.3.A.Hoc eſt collectio,uel ma
ledictio locuſtæ.Poteſt em̃ deduci ab aráh,uel
arár,de qb' dictũ eſt in ara & gob locuſta, ut
in Gob,uel gleba,aut glarea iuxta paludem,
aut lutum à régháb quod prædicta ſignificat,
ut habes Iiób.21.

¶ Ari corrupte legiť Suri.3.Reg.4.B.i.leo.
Nume.24.Dormiuit ut ari.i.leo. ¶ Arib ſcri
be Iarib. ¶ Aridái,Eſtér.9.B.i.leo ſufficiẽs,
aut leonis ſufficientia ex ari ut in Ari, & dai.
Exo.36.Eo q̃ oblata daiám.i.ſufficerẽt.Vel cõ
dolebo,aut plãgã à rad,uel radáh, pſalm̃.54.
Arid.i cõdolebo,(uel plangã) in ſermõe meo.

¶ Aridátha,Eſter,9.B.ideſt leo legis ex ari,
ut in Ari,& dátha à dath quod eſt lex. Hezræ
7.Scribe dathá.i.legis uel collectio,aut male
dictio legis ab aráh,uel arár ut in Ara.

¶ Ariel,pri.Para.11.E.Hezr.8.C.Ieſah.29.
A.Iechez.43 E ideſt leo deus,aut leo dei, uel
leo fortis,aut leonis fortitudo,& homo fortis
ut leo,ex ari,& el,ut in Ari,& Abiél.

¶ Ariéh biſſyllabũ,al's Ariph,Sed pri' eſt re‑
ctum,ideſt leo.pſal.7.Ne forte rapiat ut ariéh,
ideſt leo animã meam. ¶ Arim,al's Aram,al's
Erem,ſcribe Charím ut in Charím.

¶ Arimathia,al's Armathia.'Matth.27.D.id
eſt deponens,ut diuus interpretatur Hierony
mus,Vel leo mortuus domino ex ari,& meth,
& iah ut in Ari,& chaſarmáueth, & Abiiáh,
Vel lux mortis domini,ab or,ut in Achior &c.
Vel ſuſcitans donum domini, aut domino. ab
hur,ut in Hiram.2.& matthán,& iah.

¶ Arióch,al's Arioth, al's Erioth, al's Erioch,
Sed primũ eſt rectum:Gene.14.A.Iudicum.1.
C.Daniel'.2 B.Et interpretari poteſt longus,
aut procerus, aut longitudo ſiue proceritas.
Et ſic deducitur ab arách quod eſt elõgare,ut
in Arách,Vel leoninus ab ari ut in Ari.

¶ Ariopagita ſcribe Areopagita, & ſic Areo
pagus. Actuũ.17.E. Areopagita interpretari
poteſt de uico Martis, & Areopagus Martis
uilla. Arios enim græcis eſt Mars, & págos uil
la, & tumulus. Et erat locus Athenis ubi fiebat
iudicium ſanguinis dicatus Marti,qui putaba‑
tur præeſſe ſanguini fundendo.

¶ Ariph in Ariéh, & Chariph.

¶ Ariſái, Hezræ.9.B. ideſt ſpõſi mei ab arás
quod eſt deſpõſare, Deute.20. Quis eſt homo
qui arás, ideſt deſpõſauit mulierẽ. Chaldaice
aras eſt uenenum,& hortulanus.

¶ Ariſtarcus,ſcribe Ariſtarchus. Ad colloſ.
4.B.ideſt optimus princeps. Ariſtos em̃ græ‑
cis eſt optimus,& archós princeps.

¶ Ariſtobolus ſcribe Ariſtobulus. 2. Macca.
1.B.ideſt optimus conſultor,aut optimum con
ſilium quaſi áriſta ſymbulćuom.

¶ Arma in Horma,aut Chorma.

¶ Armenia, hebraice Araráth ut in Araráth.

Armenia uero græcis eſt congruitas, & Armenós congruus, ſed in aliquibus codicibus græcis eſt cū daſia.i.aſpiratiōis nota. ¶ Harmon in Harmónah, & Charmon. ¶ Armoni 2. Regum.21.B.i.palatium meum ab armón Iſa.12. Armón.i.palatiū dimiſſum eſt. ¶ Arnán pri.parali.3.D.ideſt clamabo, prædicabo, exultabo à ranán ut in óren, Vel dicit̄ quaſi aronán.i.arca corū ab arón ut in órem, Vel collectio, aut maledictio filij, aut poſteritatis, ab Aráh, uel Arár, ut in Ara, & Nun.

¶ Arnapheth in Carnépher. ¶ Arnon Numeri.22.F.interpretatur ut Arnán. ¶ Arnō Numeri.21.D.ſcribe Har utē Hár. ¶ Aród, al's Arád ſcribe Charód. ¶ Aród pri.parali. 8.B.ſcribe Harád. ¶ Aród Numeri. 26.B. interp̄tatur ut Arde. ¶ Arodi al's Aridi.2.Regū.23.D.in Charodi. ¶ Arodi Gen̄.46.B.interp̄tat̄ ut Arde. ¶ Harodites in Harodi.

¶ Aroer in Harohér.

¶ Areoreita, al's Areoreithes ī Haroeri.

¶ Aromath in Charumath.

¶ Arori Arorites in Arari, & Ararithes.

¶ Aroſeth in Caróſeth.

¶ Arorithes ſcribe Arari, aut Ararites.

¶ Arphád, al's Arphath. Sed prius eſt rectū. 4.Reg.18.G.Ieſah.10.B.i.fulciam à raphád Cāti.2.Raphdūni.i.fulcite me. Vel lux redēptiōis ab or, & padáh, ut in Achior, & pedaia. ¶ Arphaxath, alias Arfaxar, alias Arphaxad ſcribe Arpachſád. Geneſis.10.C.ideſt ſanatio ſicut uberis, ſiue mammillæ à raphâh ut in Raphael, & che ſicut, & ſad uber, mammilla Theno.4. Nudauerunt ſad, id eſt mammam. Vel ſanans, aut leniens ſeu debilitans quaſi depopulationē à rapha memorato, uel raphâh ut in Haraphâh, & ſad à Sadád unde ſod prædatio, depopulatio.

¶ Arſáh.3.Regum.16.C.ideſt in terrā, uel ad terram ab eres, Geneſis.18. Et proſtrauit ſe arſáh, ideſt in terram, & mutato áleph in he placebo à raſáh ut in Raſſa, aut complacebo, aut complacentia, ſi uero deducatur ab arár quod eſt maledicere, uel aráh qđ eſt colligere, & ſa à iaſá quod eſt exire, poteſt interpretari maledictio, uel collectio exiens.

¶ Arſá Hez.2.C.& Neche.7.E.&.12. lege Charſá.

¶ Arſaces primo Maccabæo.14.A.&.15.D. & Actuum.15. à plæriſq; interpretatur eleuans ſcutum, aut eleuatio ſcuti ab alijs ſolis nomitus græce ſcribitur arſaces, & prior interpretatio eſt ſecundum grecam etymologiam. Nam árſis græcis eſt eleuatio, & ſácos ſcutum, altera uero ab hebræo ſumitur. Nam chéres, & charſa hebræis eſt ſol, ut habes in chéres, et chaáh eſt uomere ut habes in Cheuá. ¶ Artabe. Dani.14.A. artabé græce mēſura eſt perſica, ut eſt in Etymologico quę græce dicitur médimnos.i.modius.

¶ Artaxérxes, ſiue ut ſcribitur Hez.4. Artachſaſtá à plæriſq; interpretatur feruor lętitiæ, ſiue gaudij, & ſic deducitur à ratháe quod eſt feruere, bullire ut habes Iiób.30. Interiora mea rutecchú.i. efferbuerunt, & ſas quod eſt gaudere Deutero.28. Sas.i.gauiſus eſt dominus &c. Alij interpratātur lumen feſtinās ponere, & ſic deducitur ab or quod eſt lumen, & chas qđ eſt feſtinare, & ſath quod eſt ponere.

¶ Artemás ad Titum.3.D. græce artemas ſunt qui interpretantur, integer, aut incolumis, uel uenuſt⁹. Nam artemis:eos græcis eſt integer, incolumis, uenuſtus, fidus, alij uero Dianam, ſiue lunam interpratātur quod artemis.idos græcis ſit Diana.

¶ Aruaphed, al's Arnaphet pri.para.7.G.lege Charnépher.

¶ Arim, & Arus quære i Harim, & Char⁹.

¶ Aſá pri.paralip.7.E.lege Haiáh.

¶ Aſa.3.Reg.15.B.&.2.parali.14.A. Si deducatur ab aſón quod eſt mors. Exodi.21. Et nō fuerit ſubſecuta aſón, ideſt mors poteſt interpretari mortale ſyriace interpretatur medicus.

¶ Aſabá lege Chaſabáh.

¶ Aſabia, ſiue Aſabias quære in Chaſabiáh.

¶ Aſach lege Chucóc.

¶ Aſadí, ſiue Aſadías quære in Chaſadiáh.

¶ Aſael quære in Haſael, & in Chazaél.

¶ Aſaia quære in Haſaía.

¶ Aſalephum quære in Haſſalephoni.

¶ Aſaiáhu.4. Regum. 22. A. Quamquam latini codices narient, quidam enim habent Aſia, uel Aſias, alij Aſſias, nonnulli Ezelia, & interpretari poteſt apud dominum ab éſel quod eſt apud, & iah quod eſt dominus, uel reſeruauit. aut abſtulit, aut magnificauit dominus ab aſál de quo dictum eſt Aſel.

¶ Aſama, quære in Aſima, & Aſna.

¶ Aſan in Haſán.

¶ Aſana in Haſſenuah.

¶ Aſáph primi paralipome.6.C. hoc eſt congregauit, collegit, addidit, defecit. Geneſis. 30. Aſáph.ideſt collegit, ideſt abſtulit opprobrium meum.

¶ Aſaradón, ſiue Aſaradā aut Aſarchadō in

Eſarchadón. ℭ Aſarél,pri.para.4. hoc eſt
beatus de⁹,aut beatitudo dei ab Aſér, & El
de quibus habes in Aſér,& Abiél.

ℭ Aſareláh pri parap.25. A. Hoc eſt beata
quercus,aut direxit quercũ. Eſt enim com-
poſitum ex Aſér quod eſt beatus, aut bea-
titudo, & Eláh quod eſt quercus ut habes
in Eláh. ℭ Aſarmath,ſiue Aſarmóth quære
in Chaſarmáueth. ℭ Aſaróth iudicũ.3.hoc
eſt nemora,btitudines:Greſſus uide in Aſér.
Codices latini mendoſe hñt Aſtaróth.

ℭ Aſarſuál, & Aſarſuſim, & Aſaſonthá-
már,& Aſbál quære in Chaſarſuhál,& Cha-
ſarſuſim,& Chaſeſouthamár,& Aſbél.

ℭ Aſbain quære in Haſſebaim.

ℭ Aſbél Geñ.46.C.& pri.para.8.A,&Nu
me.26.E.q̃uis latini codices multũ uarient.
Quidam enĩ habent Aſbál al's Azbél nõnulli
Azhél,hoc ſemitã tenebo,aut colligã ſpicas
quaſi Aſbſl à Sebſl qd' eſt ſemita, aut Sibo-
leth qd' eſt ſpica,ut ſuo hés in loco,uel ignis
conſumens,aut confundens, & ſic deducit
ab es qd' eſt ignis,& baláh qd' eſt ueteraſce-
re,conſumere,uel balál qd' eſt confundere.

ℭ Aſchelón Iudi.14.D.Hoc eſt appenſio,ſi
ne ponderatio,ſiue ignis ignominiæ.Poteſt
enim deduci à ſachál qd' eſt appendere,ſiue
põderare ut habes in Séchel,uel ab es quod
eſt ignis,& chalón ignominia. Prouerb.11.
Vbi fuerit ſupbia ibi erit chalón,ideſt igno-
minia,& ſic Aſchelõi,ſiue Aſchelonita Icho.
13.A.interpræratur appenſio mea uel ponde
ratio mea,aut ignis ignominiæ meæ.

ℭ Aſchenáz Geñ.10.A.Irme.9.C. Hoc eſt
Ignis quaſi ſparſus,ſiue aſperſus ab es:ideſt
ignis,& che quaſi,ſicut,& naz à nazáh qd' ẽ
aſpergere.Latini codices habẽt Aſcenez al's
Aſſenes. ℭ Aſchúr,pri.pa.2.D.&.4.Tãetſi
noſtri mendoſi codices habent Aſſúr.Hoc ẽ
denigrabo à Sachár,uel noĩaliter denigra-
tio. Aut ignis nobilis ab es ignis, & chur
nobilis. ℭ Aſdód Icho.11.Quãq̃ noſtri codi
ces latini habent Azotus hoc eſt prædabor,
uaſtabo,aut prædatio, uaſtitas à Sadád uel
ignis dilecti,aut patrui ab es quod eſt ignis,
& dod dilectus,patruus.

ℭ Aſebaim, & Aſebia, & Aſebona, ſiue
Aſebna,& Aſecha,& Aſſedin quære in Ha-
ſebaim,& Chaſabiáh,& Haſiddim.

ℭ Aſedóth Icho.10.&.12.&.13. Hoc eſt effu
ſiones,decliuia,aut campeſtria,ab aſá quod
eſt effundere.

ℭ Aſél pri.par. 5.D.Hoc eſt apud,ſiue iux
ta ab éſel quod eſt apud,uel reſeruatio,abla
tio,magnitudo ab aſál Geñ.27.Nonne aſal-
ta,ideſt reſeruaſti mihi benedictionem, &
Nume.21.Ve aſalti,ideſt & auferam de ſpiri
tu tuo Aſil quoq; dicitur magnus Exo.24.
& aſilé,ideſt magnates,ſiue maiores filio-
rum Iſraél. ℭ Aſem,ſiue Aſen, & Aſemaa,
& Aſemona,& Aſemoth,& Aſen,& Aſena,
ſiue Aſenaa,& Aſennaphar,& Aſenes,ſiue
Aſſenez,aut Aſeneth q̃re ĩ Haſem.&.Haſém
& Haſna,& Haſmonáh,& Cheſmòn,& Haſ-
ná,& Haſſennáh,& Haſnaphár,& Haſnath.

ℭ Aſér Geñ.30.B.i.beatus, aut beatitudo
unde noĩs rationẽ expoſuit ei⁹ mater Leáh,
dicens eodem capite pro oſri,ideſt beatitu-
dine mea,uel potius beatificandum me quia
iſrũni.i.beatã me dicent Filiæ,& uocauit no
men eius Aſér. ℭ Aſer pri.para.7.Legendũ
eſt Iéſer. ℭ Aſer Exo.6.ſcribendũ ẽ Aſír,

ℭ Aſerim,& Aſermoth,& Aſeroth,& Aſer
ſual,& Aſeroth, & Aſergadda,& Aſerſua,
q̃re in Chaſerim,& Chaſarmáueth,& Cha-
ſeróth,& Chaſár Chaſarſuhál,& Aſedoth,
& Chaſargadda,& Chaſarſuſa.

ℭ Aſia.Actu.16.A.Græcis ẽ ſimiliter aſia,
& poteſt interprærari cœnoſa,ſiue limoſa
ut nonnulli ſunt interpræratiab áſi quod eſt
ſordes. ℭ Aſia,ſiue Aſias,aut Aſſia lege Aſa
liáhu ut ſuo in loco. ℭ Aſidæi pri.Macca.7.
B.&.2.Macca.14.A.Hoc eſt ciconiæ,uel ut
alij interpræcantur milui,aut Herodij,& ſic
deducitur à chaſidáh Leui.11.Et caſidáh.i.
Ciconiam,uel herodionem,ut tranſtulit Hie
rony.q̃q̃ Irme.8.& Zechar 5.tranſtulit mil
uũ. Ego potius interpræcarer miſericordes
ſi prima litera ſcribatur cum cherh à chaſíd
quod eſt miſericors Prouer.11.Retribuit ani
mæ ſuæ uir chaſíd,ideſt miſericors Alij in-
terpræcantur uenantes, & ſic deducitur à
ſad,ſiue ſod prima litera exiſtente Sadi.

ℭ Aſiel in Haſiel. ℭ Aſim lege Chuſim.

ℭ Aſimá,q̃uis codices latini habeant Aſu-
ná,uel Aſuma,aut Aſama hoc eſt delictum
ab aſám quod eſt delinquere Nume.5. Da-
bit ei in quem aſám,ideſt deliquit.

ℭ Aſineus,& Aſiongaberin Haſini,& He-
ſiongáber.

ℭ Aſir al's Aſer.53.Primum eſt rectum Exo.
6.D.& pri.paralyp.6.C.interpræratur uin-
ctus ab aſár quod eſt uincire,ligare pſalmo.
78.Intret in cõſpectu tuo gemitus aſír,ideſt
uincti Syriace uero interpræratur prohibi-
tus ut habes Nume.11.in Targhum.

ℭ Aſſra lege Aſaliáhu.

ℭ Aſmáueth lege Hazmáueth.

ℭ Aſmodeus Tho.3.B.Iuuenio interpræta-
tum facturæ iudicium,uel plaſmatio iudicã-

tis,& ſic dicitur ab Haſáh qđ ē facere,ut ha
bes in Haſael,& dan qđ ē iudicare ut habes
in Dan,& ſic deberet ſcribi Haſmodeus ſũt
q deſtructorē,diſſipatorem ue interpretãtur
& ſic deducitur à ſamád cũ ſin qđ eſt diſſipa
re,diſperdere ut habes in Sámed Aliĳ uero
delicti mēſurã,& ſic deducitur ab aſám qđ ē
delinquere,ut habes in Aſima,& madád qđ
eſt menſurare ut habes in Hamdátha,ſunt &
qui ignem menſurans interpraetantur,& ſic
dicitur ab es qđ ē ignis,& madád praedicto.
¶ Aſmoth lege Hazmáueth. ¶ Aſnaa quae
re in Haſnaáh. ¶ Aſnah Icho.15.Hoc ē muta
bo,ſiue mutare faciam,& ſic deducitur à ſa-
nah pſal'.88.Nõ aſannch.i.mutabo. ¶ Aſob
lege chaſub. ¶ Aſom lege Chaſúm. ¶ A-
ſom lege Heſem. ¶ Aſom , al's Aſon lege
óſem. ¶ Aſom,uel potius Aſſon Actu.20.C.
&.27.C.ſcribitur Aſſon,& poteſt interprae-
tari ppe,aut cito. ¶ Aſóph,& Aſor quaere
in Haſuáth,& Chaſór.

¶ Aſor.1.Macca.lege Naſór graece enĩ ſcri-
bitur naſór,& ſi deducatur à naſár cum ſadi
põt interpraetari cuſtodire,aut cuſtodi.Si ue
ro ſcribatur cum ſin à neſer quod eſt aquila,
põt interpraetari aquilin'. ¶ Aſoradán quae
re in Eſarchadón. ¶ Aſornoba q̃re in Cha-
ſorchada tháh. ¶ Aſpenaz.Dani pri.A.q̃q̃
nõnulli codices latini habent Aſcenéx,& po
teſt interpraetari ſtercus aſperſum ab aſpoth
quod eſt ſtercus pri.Reg.2.De aſpóth.i.ſter
core eleuat pauperē,& naz à nazáh quod eſt
ſpargere,uel pharetra ſparſa ab aſpáh qđ ē
pharetra Iiób.39.Super ipm ſonabit aſpáh:
ideſt pharetra,& naz praedicto.

¶ Aſpátha hoc eſt congregatio,ſiue ad con
gregationem ab aſápb quod eſt congregare
ut habes in Aſaph,uel conſumptio,aut ad cõ
ſumptionem ab eodem uerbo,quamq̃ latini
codices hñt Eſphatha. ¶ Aſra.2.pa.34.lege
Chaſra. ¶ Aſraél al's Aſerchel lege Aſarel

¶ Aſarel pri.para.22.lege Hazarél.

¶ Aſriel Nume.26. D,& pri.para.7.C. &
Icho.17.A.Quamq̃ nonnulli codices habēt
Eſriel,aut Heſriel,hoc ē beatitudo mea de',
aut intuitus meus deus,aut dirigens me de'
Dicitur enim ab aſer,& el de quibus dictum
eſt in Aſér,& Abiel.

¶ Aſtari lege Achaſtari. ¶ Aſtaróth,&
Aſtaroites al's Aſtarotites quaere in Haſta-
roth,& Haſteratites.

¶ Aſtaróth Iudicum.3.lege Aſaróth.

¶ Aſtaróth Nume.32.& Icho.16.&.18.le-
ge Hatharóth. ¶ Aſtarten , al's Aſtherthen,
al's Aſtarchen al's Aſtorchen lege Haſtóreth.

¶ Aſtyages graece áſtyages poteſt interpre
tari ciuitatis ductor,uel dux Nam áſty grae-
cis eſt urbs,ſiue ciuitas,& ágo duco.

¶ Aſub al's Aſſub al's Aſeb lege Chaſúb.

¶ Aſſuerus quaere in Achaſuerós.

¶ Aſuna , al's Aſuma al's Aſama lege Aſimá.

¶ Aſúm quaere in Chaſúm. ¶ Aſupha quae
re in Chaſupha.

¶ Aſur,ſiue Aſſur Gen.10.B.Hoc eſt graſſa
tor,aut conſpector,director, beatus ab aſár.
quod habes in Aſér , & ſic Aſurím Gen.25.
A.Numero multitudinis graſſatores,& cae-
tera.Noſtri codices cõiter habent pro Aſſur
Aſſyriã,uel Aſſyrium,& numero multitudi-
nis Aſſyriĳ.

¶ Aſſur pri.pa.2.&.4.legendũ eſt Aſchúr

¶ Arhach quaere in Hathach. ¶ Athád Ge
ne.50.B.i.ramnus,ſiue cardu' Iudi.9.Dixe-
runtq̃ omnia ligna ad athád.i.ramnũ.

¶ Athaia,ſiue Athaias,& Athalai,& Atha-
lia quaere in Hathaiáh,& Hathlái,& Hatha-
láh. ¶ Attalia Actu.14.Graece ſcribitur átta
leia ſi graeca ſit uox poteſt interpraetari aug
gmentum,nutrimentum.Nam atállo graecis
eſt augeo,adoleſco,nutrio cum cura.

¶ Attalus graecis eſt áttalos,hoc eſt auctus,
aut nutritus à praedicto uerbo atállo.

¶ Athana in Ethni. ¶ Athar,& Athará,&
Atharóth,& Atháth quaere in Héther,& Ha
tharáh,& Hatharóth,& Chetharh. ¶ Athe
nae Actu.17.D.Graece ſcribitur áthenai qua
ſi mineruales à minerua quae graece dicitur
athenái a apo tou athréin tón noin.i.à uiden-
do,uel ſpeculando intellectu,ut pleriq; aſſe
runt ſic appellata.

¶ Athenobius pri.Macca.15.E.Graece athe
nóbios,& poteſt interpraetari mineruae ar-
cus,aut uita,ſeu uictus. Eſt enim compoſitũ
ex athenae quod eſt minerua,& Biós quod ē
arcus,uel Bíos quod eſt uita,uictus.

¶ Ather Hez.2.A.& Neeh.7.C.Hoc ē clau
ſit,aut claudens pſal'.51.Ne reathá,ideſt clau
dat ſuper me puteus os ſuum Itthér quoq;
ab eodem uerbo appellatur qui manu ſini-
ſtra utitur qui materna lingua dicitur man-
cino,ut habes Iudi.3. ¶ Athérſatha quaere
in Thirſátha. ¶ Athil,& Athipha,al's Athu
pha,& Athitha,& Amátha,& Athipha al's
Athupha,& Athús quaere i Chathil,& Cha
thítha,& Chumthá,& Chathiphá, & Cha-
thús. ¶ Athús al's Acchus al's Accos lege
Hacós. ¶ Aua,& Auim,Auith,& Anothiar
quaere in Hannáh,& Hiuuáh,& Hiuuím,&
Hauíth,& Channothiaír.

¶ Aura,ſiue Auram,& Auſitis,& Axa,&

Aſab, & Aza, & Azaba, & Azabeth, & Azael, & Azamáueth, & Azan, & Azarel, & Azaria, & Azaz, & Azaricá, & Azbe, & Azbel, & Azbi, & Azboth, & Azech, ſiue Azecha, Azel in Ezel, & Azem, & Azer, & Azad, & Azi, & Azia, & Aziel, & Azir, & Aziud, & Aziza, & Azmath, ſiue Azmoth, & Azone, & Azor, & Azotus, & Azricam, & Azuba, & Azur quære in Choram, & Hus, & Hazza, & Hacſa, & Acſaph, & Chaſaba, & Huzza, & Chagabáh, & Chazael, & Hazmáueth, & Chazó, & Hazariáhu, & Azaniáh, & Hazarel, & Hazatiáh, & Hazáz, & Aſbel, & Ezbái, & Hazibúc, & Hazecáh, & Hezer, & Hazgád, & Hacazí, & Huzzí, & Chazaiáh, & Huzzía, & Iachaziel, & Chazír, & Macazióth, & Hazizá, & Hazmáueth & Zanóach, & Hazúr, & Aſdód, & Hazricam, & Hazubá, & Charchúr. & Hazúr.

De incipientibus à litera. B.

BAal, lege Báhal Nume. 22. G, & Iudic. 3. A. Hoc eſt dominus maritus, habens, ſiue poſſidens Exodi. 21. & Báhal, id eſt dominus, ſiue patronus bonis innocens erit, & rurſus quantum impoſuerit ei Báhal, id eſt maritus mulieris Leuiti. 21. Non contaminabitur in báhal, id eſt principe, ſiue domino populi ſui, & Numeri primo. Et báhal, id eſt habens furorem.

Baala, ſcribe Bahaláh Iehoſ. 15. E. Quãuis nonnulli codices habeant. Abala aut Bala hoc eſt dominata eſt, uel domina, aut maritata. Nam propter he finale formam habet fœmineam à báhal prædicto.

Baala Ieho. 19. Legendum eſt Baláh.

Baalaanan al's Baalanan lege Báhalchanán Gene. 36. D. & pri. para. 27. D. Hoc eſt dominus, ſiue princeps, aut maritus donauit, aut miſertus eſt, aut gratificauit. Eſt eni compoſitum ex báhal, & chanán quod eſt donare, miſereri, gratificare ut hẽs in Chánnah, & Chanám.

Baalaſor al's Balaſor lege Báhalchaſór. 2. Regum. 13. E. Hoc eſt dominus, ſeu princeps, aut poſſeſſor atrij. Eſt enim compoſitũ ex báhal prædicto, & Chaſór ut in Chaſór.

Baalath al's Baalad al's Balaath lege Bahaláth Ieho. 19. A. & 3. Regum. 9. C. & 2. paraly. 8. A. Hoc eſt domina, aut maritata, ſiue poſſeſſa, ut in Baala.

Baalberith lege Báhalberíth Iudic. 9. A. Hoc eſt dominus, ſiue uir, aut maritus pacti, aut fœderis, aut habens pactum. Eſt enim cõpoſitum ex báhal, & beríth quæ ſuis habes in locis.

Baalgath al's Baalgad ſcribe Báhalghád Ieho. 11. C. & 13. A. Hoc eſt domin⁹, ſiue princeps, aut uir fœlicitatis, aut habẽs ſiue poſſidens fœlicitatem. Eſt enim compoſitum ex báhal, & ghad quæ ſuis habes in locis.

Baalia ſcribe Behaliáh, pri. paraly. 12. A. Hoc ẽ uir, aut princeps domini, uel poſſeſſor domini, aut habens dominũ. Deducitur enĩ à báhal, & íah ut in Baal, & Abijáh.

Baalim ſcribe Behalim pri. Re. 7. A. Hoc ẽ domini, principes, mariti, habentes, poſſidẽtes. Eſt enim plurale à báhal de quo dictũ ẽ.

Baalmeon al's Beelmon ſcribe Báhalmehón Nume. 32. G. Ieho. 13. C. Hoc eſt domin⁹, aut princeps, aut poſſeſſor habitaculi, aut habens habitaculum. Eſt enim compoſitum ex báhal, & mehón quæ habes in Báhal, & maón.

Baaloth, al's Baloth ſcribe Behalóth Ieho. 15. D. Hoc eſt dominæ, aut maritatæ, aut poſſeſſæ. Eſt enim plurale à beháláh quod habes in Baala. Poſſet etiã interpretari in aſcẽdendo, aut in fœtis, & ſic eſt compoſitum ex be quod eſt in, & cum, & halóth ab haláh qđ eſt aſcendere Exo. 13. Canete halóth .i. aſcendere in mõtem. Halóth quoq; ab eodem uerbo dicuntur fœtæ pri. Reg. 6. & duas uaccas halóth, id eſt fœtas.

Baalpharaſim lege Báhalperaſím. 2. Regum. 5. C. Hoc eſt domin⁹, aut princeps, aut uir diuiſionum, aut latronum, aut habens, ſiue poſſidẽs latrones. Eſt enim compoſitũ ex báhal ſæpius memorato, & peraſím quod eſt plurale à péres quod eſt diuiſio ut habes in Phares, Paríſ quoq; dicitur effrator, & latro quod domos effodiat pſal. 16. Cuſtodiuit ſemitas paríſ .i. latronis.

Baalpheor al's Beelphegor lege Báhalpehór Nume. 25. A. & Deut. 4. A. Hoc ẽ princeps, ſiue dñs, aut uir aperiens. Eſt enim cõpoſitũ ex báhal, & pehór quæ habes ĩ Baal, & phegor.

Baalſaliſa al's Balſaliſa al's Balſalis lege Báhalſaliſáh. 4. Reg. 4. G. Hoc eſt princeps, aut dominus, ſeu poſſeſſor trium, uel habẽs principatum, aut ducatum. Eſt enim compoſitum ex báhal, & ſaliſah quæ ſuis habes in locis. Baalſephon in Beelſephon.

¶ Baalthamar, ſcribe Báhaltamár. Iud. 20. E. hoc eſt dominus, aut poſſeſſor palmæ. Eſt enim cõpoſitum ex Báhal, & tamár quæ ſuis habes in locis.

¶ Baana alias Bana lege Bahanáh. 2. Regũ. 4. & 23. D. & 24. hoc eſt in reſponſioné, uel afflictione, aut humilitate, uel ieiunio, & ſic eſt compoſitum ex ba præpoſitione, id eſt in, & hanáh quod habes in Hana.

¶ Baana 3. Regum. 4. B. lege Bahaná, & in hebræo habet áleph in fine quod ſæpe in lingua hebræa ponitur uice he, & eandem habet interpretationem cum ſuperioris Baana.

¶ Baana pri. paralipome. 8. D. & 9. G. lege Banha q̃uq̃ nonnulli codices impræſſi habẽt Binhá, & interpretatur in motu, ſiue in mouendo, & ita etiam capi. 8. Eſt enim compoſitum ex Ba, uel bi quod eſt in, & ncha à núah quod eſt mouere, ut in Henáh.

¶ Baani, al's Beni, al's Benni al's Boni, al's Bõni pri. paralipo. 9. A. & Hez. 2. A. & 10. D. Nehe. 11. C. & 2. Regum. 23. D. legendũ eſt Baní, & poteſt interpretari filius me' quaſi bení à ben quod eſt filius, uel ædificatio mea à banáh quod eſt ædificare ut habes in Banai, uel intelligẽtia mea à bin quod eſt ĩtelligere.

¶ Baau quære in Beon.

¶ Baaſa lege Bahaſá. 3. Reg. 16. A. & 2. paralipo. 16. A. hoc eſt in fractura, aut in faciendo, aut in tinea. Eſt enim compoſitum ex Ba quod eſt in, & haſáh quod eſt facere ut habes in Eſau, uel ex has quod eſt tinea Ieſahi. 50. Has, id eſt tinea comedet eos.

¶ Babél Geneſis. 10. B. & 11. B. hoc eſt confuſio, aut mixtio, aut in confuſione, aut mixtione, & dicitur à Balál quod eſt cõfundere. Vnde Geneſis. 11. ratio aſſignatur nominis uocatũ eſt in quit nomẽ loci illius Babel, qa ibi Balál. i. cõfudit dominus labiũ, ſiue linguam uniuerſæ terræ. A græcis, et latinis communiter appellatur Babylon, aut Babylonia.

¶ Bacbuciáh quære in Bechehias. ¶ Bacbúc quære in Bechue.

¶ Bachachár pri. para. 6. C. lege Bacbacár hoc eſt euacuatio bouis, aut uaccæ, & ſic eſt compoſitũ ex bác à Bacác quod eſt euacuare Ieſah. 24. Dñs Bochéc. i. euacuat terrã, & bachár quod eſt bos, uel uacca, & armentũ Geneſis. 18. Tulit filium Bacar, id eſt bouis, aut uaccæ, uel inanis, aut uacua uiſitatio, aut inquiſitio à uerbo bacár quod eſt uiſitare, quærere, aut inquirere Leuiti. 13. Non Iebaccer. i. quæret ſacerdos.

¶ Baccananaí pri. paralipo. 12. B. lege Macnanai, aut Machbanái. Si legatur Machnanai põt interpretari humilitas filiorũ meorum à mach quod eſt humiliare, & depauperari Leuiti. 25. & mach. i. depauperatus fuerit frater tuus, & Eccleſiaſtis. 10. Immách. id eſt humiliabitur contignatio, uel percuſſio, aut plaga filiorum meorum, & ſic dicitur à macchah quod ẽ percuſſio, ſiue plaga à uerbo nachah quod eſt percutere ut habes in Nechó, & naní à nin quod eſt filius, ut habes in Nun. Si uero ſcribatur Machbanai interpretari poteſt paupertas, aut humilitas filiorum meorum, aut ædificiorum meorũ, aut intelligentiarum mearũ, & ſic eſt cõpoſitum ex mach prædicto, & banai ut in Baani.

¶ Bacchides pri. Maccabæo. 7. B. græce ſcribitur Bacchides hoc eſt furens, aut uociferans à bázo quod eſt uocifero fit báchos, & Bacchos Ebrij enim furioſo clamore utunẽ.

¶ Badachar, alias Badacher lege Bidcár. 4. Re. 9. F. i. cũ configeret, aut perfoderet, uel in confixione, aut cõfoſſione, & eſt compoſitũ ex bi quod eſt dum, & in, & dacár quod ẽ cõfigere, confodere. Nume. 25. Vaidcór. i. & perfodit ambos, uel uectis frigida, & ſic deducitur à bad quod habes in Badaias, & car quod eſt frigidum. Prouerb. 25. Aquæ carím id eſt frigide Radix uerbi eſt carár.

¶ Badad alias Badadi lege Bedád. gẽn. 36. D. hoc eſt ſolus, ſolitarius, ſingularis. à Badád Threnorũ 1. Sedit Badád. i. ſolitaria, & Deuteř. 32. Dñs badád, id eſt ſolus ducit eũ, uel in mamilla, aut ubere, uel ĩ dilectiõe, aut amore. Et ſic eſt compoſitum ex be quod eſt in, & dad quod ẽ uber, ſiue mamilla, & amor ſiue dilectio ut habes in Bildád.

¶ Badaiás Hezræ. 10. D. lege Bidiáh biſyllabũ hoc eſt ſolus dñs, aut uectis, uel fortis, aut amor domini. Eſt enim compoſitum ex bid à bad quod eſt uectis, & fortis, aut fortitudo. Exodi. 27. Facieſq; badím. id eſt uectes Iiob. 41. Non racebo Baddáu, id eſt fortitudines eius, uel linum domini Leuiti. 16. Tunica bad id eſt lini, ſiue linea. Iah uero eſt dominus ut habes in Abijáh.

¶ Badan alias Bedan, & hoc eſt rectũ pri. Regum. 12. C. & pri. paralipo. 7. D. hoc eſt uectis, aut fortis, aut fortitudo, uel linum carũ, uel eorum ſinuu capiatur pro mem, & ſic deducitur à bad quod habes in Badaias, uel in indicando, et ſic eſt compoſitum ex be quod eſt in, & dum, & dan, ut habes in Dan, & Abidán.

¶ Bagathá lege Bigtá Eſter prio. B. hoc eſt in torculari. Eſt enim compoſitum ex bi quod eſt in, & Ghath quod eſt torcular, ut

habes in Geth, uel portio, aut pars thalami, & ſic deducitur à bag quod eſt portio. Dañ. primo. Ne pollueretur in buccela bag.i. portiõis, & ta qđ eſt, thalam⁹ ut habes in Thará.
¶Bagathan lege Bigtán. Eſter. 2. D. hoc eſt ĩ torculari car⁊, uel corũ, ſiue portio carum, uel corũ ut in Bagathá ¶Báhal, & Bahalá, & Bahalchanán, & Báhalchaſór, & Bahaláth, & Báhalberíth, & Báhalgad, & Báhalmehón, & Bahalperaſím, & Báhalpehór, & Báhalſaliſáh. & Báhaltamár, & Bahaná, & Bahaſá q̃re in Baal, & ſic cætera. ſub duplicia. ¶Báhalſephón ĩ Beelſephón. ¶Báhalzebúb in Beelzebúb.
¶Bahurim al's Baurim lege Bachurím 2. Reg. 3. C. hoc eſt electi, aut iuuenes à bachár quod ẽ eligere. Exo. 15. De bechuraráu.i. electis eius. Iudic. 15. Sic enim conſueuerunt facere Bechurím.i. iuuenes.
¶Bahuranites lege Bacharumi, ſiue Bacharumites pri. parali. 11. G. hoc eſt elegerũt quẽpiã, aut electio alicuius à bachár qđ eſt eligere, & mi quod eſt quis, & aliquis, & quiſpiã Gñ. 6. Ex omnib⁹ quas bacháru.i. elegerũt, & pſal. 18. Delicta mi.i. quis intelliget.
¶Bala ut in Baala ¶Bala alias Baala lege Balah Iebo. 19. A.i. inueterauit pſal. 31. Quoniam tacui balú.i. inueterauerunt oſſa mea.
¶Bala al's Ballaa Gñ. 29. & 30. A. & pri. para. 4. E. lege Bilháh hoc eſt, inueterauit, ueteraſcere fecit, & ſic dicitur à Baláh. Threno. 30. Billáh.i. uetuſtam fecit, ſiue ueteraſcere fecit carnem meã, uel turbatio, aut ſtupor, uel terror Ieſa. 17. Ecce Balaháh.i. turbatio, uel ſtupor, uel terror.
¶Balá, al's Balc, al's Bela, alias Balac lege Bélah hũt cũ lrãm háin in fine. Gene. 14. A. & 36. D. & 46. C. & Nume. 26. E. & pri. para. 5. A. hoc eſt abſortio, perditio Exodi. 7. Vaibláah.i. et abſorbuit uirga Aharón. Ieſah. 3. Viam greſſuum tuorum billehu.i. perdiderunt.
¶Balaad lege Bahaláth.
¶Balaam lege Bilhám Numeri. 22. A. et primi parali. 6. F. hoc eſt deuorauit, ſiue abſorbuit, aut perdidit eos, ſiue abſorptio. aut perditio eorum à Baláah ut habes in præcedenti immediate Bala, & mem eſt ſignum pronominis eos, uel eorum, uel inueterauit populum aut uetus populus, uel inueteratio populi, & ſic eſt cõpoſitum ex bil à baláh quod habes in Bala ſecundo, & ham quod eſt populus, uel abſq; populo ut exponitur ĩ Haruch q non fuerit pars cum Iſrael, aut quod egreſſus è populo ſuo ad alienũ ierit populum,

& ſic dicitur à Bal uel Beli quod eſt non, & abſq;.
¶Balaan, al's Balaman. Gene. 36. C. et Nume. 22. A. & pri. paralipome. 1. C. ſcribe Billahán, aut Bilahán, hoc eſt uetuſtas, aut ſtupor, ſeu terror earum, uel eorum à Baláh quod habes in Bala ſecundo, & tertio.
¶Balaana lege Bahalchanán quod habes in Baalaanan.
¶Balach Gene. 36. D. lege Bélah ut in Bala quarto.
¶Balách, uel Balác, cũ coph in fine Nume. 22. A. hoc eſt nudauit, aut dilacerauit, aut nudatio, uel dilaceratio, & eſt radicalis dictio Ieſahiáh. 24. Dominus diſſipabit terram, & bolcháh, id eſt nudabit eam uel in lambendo, aut lingendo, aut percutiendo, aut cædẽdo, & ſic eſt compoſitum ex ba quod eſt in, & lac quod eſt lingere à lacác ut habes in Amalec, & chaldaice ſignificat cædere, & percutere. ¶Balam lege Bilhan ut in Balaam ſecundo. ¶Balanan lege Báhalchanán quod habes in Bahalaanan. ¶Baladam al's Baladan, al's Baldan lege Baladán. 4. Reg. 20. C. & Ieſah. 39. hoc eſt abſq; dominio, uel iudicio, & ſic eſt cõpoſitum ex Bal quod eſt non, ne, abſq;, & adán dominiũ unde, & adán dominus, ut habes in Adonia, uel à dan quod eſt iudicare, ut habes in Dan, uel uetuſtũ dominiũ, aut iudicium à baláh quod habes in Bala ſecundo. Adán etiã eſt Baſis ut in Don.
¶Balaſor al's Balaaſor ut habes ĩ Baalaſor.
¶Baldad al's Baldath, al's Bildád & hoc eſt rectum Iiób. 2. D. hoc eſt princeps, dominus, dominator ut exponitur ĩ Harúch, uel ut alij interpretantur uetus uber, uel mamilla, aut amor, & ſic deducitur à Baláh quod eſt ueteraſcere ut habes Bala ſecundo, & dad quod habes in Badád. ¶Baldan quære in Baladam. ¶Balc Numeri. 26. E. lege Bélah cum hain in fine de quo dictum in Bala quarto.
¶Baliada pri. paralipo. 14. B. lege Beheliadáh hoc eſt dominus, aut princeps, aut poſſeſſor cognouit. Eſt enim cõpoſitum ex Behél à Báhal ut in Baal, & iadáh quod eſt cognouit, ſciuit ut habes in Iada.
¶Baloth in Baalath, & Baaloth.
¶Balſaliſa in Baalſaliſa.
¶Balthaſar Danielis pri. lege Beltheſaſár hoc eſt in acumine theſauri, uel theſaurus, acumine theſaurizauit, & ſic deducitur à Be quod eſt in, & lathás acuere pri. Regum. 13. ut lethós, id eſt acueret unuſquiſq; uomerem ſuum, & aſár theſaurizare, ſiue recondere Ieſahiáh. 39. Aſrũ, id eſt theſaurizauerunt pa-

tres tui. Alij interpretantur abſcondite, ſiue occulte ferens anguſtiã, & ſic deducitur à be qđ eſt in, & lath abſconditũ, ſiue occultum ut hẽs in Loth, & ſa à Naſá qđ eſt ferre, portare. & ſar quod eſt anguſtia.

¶ Balthaſar. Danielis. 5. 7. & 8. lege Belſaſár quod eſt non ferens anguſtiam, & ſic eſt compoſitũ ex bal, ſiue beli, & ſa, & A ſar de de quibus dictum eſt, in præcedenti nomine, uel confuſio ferentis anguſtiam, & ſic dicitur à balál quod habes in Babel, & ſa, & ſar prædictis, uel ſcrutator theſauri, & ſic eſt cõpoſitum ex chaldæo, & hebræo. Nã chaldaice belás eſt ſcrutari, inueſtigare ut habes Iiób 30. & pſal. 63. in Targhum, & aſár de quo dictũ eſt in præcedenti nomine.

¶ Bamoth. Numeri. 22. E. hoc eſt excelſa. 3. Reg. 15. Sed bamóth, id eſt excelſa non remouerũt. Poſſet etiam interpretari in moriẽdo, ſiue in morte ex ba quod eſt in, et moth quod eſt mors, ſiue moriendo. Sed prior interpretatio eſt melior.

¶ Bamothbaál ſcribe Bamothbáhal Iehoſ. 13. C. hoc eſt excelſa báhal ex Bamoth, & báhal de quibus dictum eſt.

¶ Bana lege Bahaná ut in Baana.

¶ Banai al's Banias al's Banaiam, al's Bananias al's Banea al's Baneas lege Benaiáh. 2. Regum. 8. D. & 20. G. & 23. D. & pri. paralipo. 15. B. & Hezræ. 10. C. hoc eſt filius, aut intelligẽtia, uel ædificatio domini. Poteſt enim deduci à ben quod eſt filius, uel à ban quod eſt intelligere, uel à banáh quod eſt ædificare, & iah quod eſt dominus ut habes ĩ Abijáh Poteſt etiã ſimpliciter interpretari filiatio, aut intelligentia, uel ædificatio. Nam iah eſt conſtitutiuum interdũ nominis ſubſtantiui, ut habes in Abijáh.

¶ Bane lege Bené Iehoſu. 19. C. hoc eſt filij Geneſis. 23. Locut⁹ eſt ad bené. i. filios cheth, uel intelligentes à ban quod eſt intelligere.

¶ Baneican Nume. 33. D. lege Beneiahacán hoc eſt filij anguſtiæ, aut afflictiõis, aut intelligẽtes anguſtiam, ſeu afflictionem. Eſt enim compoſitum ex bené de quo dictum eſt in præcedenti dictione, & Iahacán quod habes in Iachán.

¶ Bani, alias Beni, alias Baani, alias Benni, alias Boni, alias Bonni. Sed primum eſt rectum hoc eſt filius meus, acſi diceret Beni, uel ædificatio, aut intelligẽtia mea à banáh, uel ban ut in Banái, & habetur nomen pri. paralipo. 9. A. & 2. Regum. 23. D. & Hezræ. 2. A. et. 10. D. & Neche. 11. C.

¶ Bania Hezræ. 10. lege Zaniáh hoc eſt arma domini, ſiue armatio, aut eſca domini: aut ſpecies domini, uel ſpecialitas, & ſic eſt compoſitum ex Zan de quo ſcripſimus abundanter in annotatiõibus pſal. 143. chaldaice quoque Zén ſignificat arma ut habes Gene. 27. in Targhum.

¶ Bania lege Benaiah ut in Banai.

¶ Baniel alias Banihel alias Aniel Numeri. 34. & pri. parali. 7. lege Chaniel ut ſuo habes in loco. ¶ Baninu lege Beninu quaſi Benénu hoc eſt filij noſtri. Exodi. 10. cũ Banénu id eſt filijs noſtris, uel intelligẽtes nos, aut ædificantes nos à banáh, uel ban de quibus dictum in Banai.

¶ Bara lege Bahara pri. paralipo. 8. A. hoc eſt ſuccenſa eſt, uel arſit, aut remouit, aut belua effecta eſt. Dicitur enim à bahár quod eſt ſuccendere, & ardere, & remouere, & inſipiens eſſe, aut beſtialis, ſeu beluinus Numeri. 11. quod baharáh, id eſt accenſus fuiſſet in eis ignis. Deute. 13. Vbiharta. i. & remouebis malũ Prouerbio. 12. Qui aũt audit increpatiões báhár, id eſt inſipiens, aut beluinus eſt.

¶ Bara lege Beraháh pri. parali. 8. b. hoc eſt in malo, uel malicia ex be quod eſt in, & ráháh quod eſt malum, uel malicia. Eccleſiaſtis 6. Eſt raháh. i. malũ quod uidi ſub ſole.

¶ Barraba s alias Barabbas, & ſic habent græci codices Matthæi. 27. B. & cõmuniter interpretatur filius patris, aut magiſtri, & ſic deducitur à bar quod eſt filius ut habes in Bariona, & abbás ab abba quod eſt pater ut habes in Abba.

¶ Barach, ſiue Barác cum coph ĩ ſiue Ieho. 19. C. & Iudic. 4. A. hoc eſt fulgur, aut fulgurans Deuter. 32. Si acuero ut barác. i. fulgur, &c. Iechez. 21. limati lebarác. i. ad fulgurandum, uel fulgendum. Alij interpretantur in uanũ, ſiue inuacuum ex ba quod eſt in, & rac quod eſt uanum, uel uacuum ut habes in Racha. Sed prior interpretatio eſt melior.

¶ Baracha pri. parali. 12. A. lege Beracháh hoc eſt benedictio Gẽ. 27. An non reſeruaſti mihi beracháh. i. benedictionem.

¶ Barachel lege Berachél Iiób. 32. A. i. benedic deum, aut benedixit deũ, uel benedictio dei. Eſt enim compoſitum ex beráoh. Gene. 24. Dominus berách. id eſt benedixit Abrahám, & el deus ut habes in Abiel, uel piſcina dei, ut in Barachia.

¶ Barachia lege Berechiáh Ieſahiáh. 8. A. et Iechezehél pri. A. hoc eſt benedictio, aut piſcina domini, uel benedixit, aut benedic domino. Eſt enim compoſitum ex berách, et iah de quibus dictum in Barachél, & Abijáh, &

2.Reg.2.Iuxta berecháh.i.piſcinam.

¶ Barad al's Bareth, lege Béred, ſiue Bárad Gen̄.16.D.& pri.para.7.D.Hoc eſt grando quaſi barád pſal.17.Barád.i.grando, & carbones ignis, uel in deſcenſu, aut in dominio, & ſic eſt cōpoſitum ex be, uel ba quod ē in, & red à iarád qđ eſt deſcendere, uel à rad uel radáh quod eſt dominari.

¶ Baraia lege Beraiáh hoc eſt crea domine, uel creauit dn̄s, aut creatura domini à ba rá quod eſt creare, ut habes in Berhrai, & iah ut in Abijáh. Poteſt etiam impliciter interpretari creatio.

¶ Baraſa pri.Macca.5.C.Hoc eſt filij factura, aut filius fecit, & ſic eſt cōpoſitū ex bar quod eſt filius ut habes in Bariona, & Haſah quod eſt facere prima cū hain, & ultima cū he. Alij interpretātur ī egeſtate, ſiue paupertate ex ba quod eſt in, & raſáh à res quod eſt egeſtas, ſiue paupertas ut habes in res. Sunt qui interpretātur in curſu, aut in currēdo à ba, & ras cū ſadí quod eſt currere. Alij interpretātur, cū uolueris, ſeu cū placuerit à ba, & raſáh cum ſadí, & he in fine quod ē uelle, & cōplacere, ut habes in Raſin. ¶ Bared, ſiue Bareth lege Béred ut in Barád.

¶ Barcom in Berchos. ¶ Barchumi in Beromi. ¶ Baria lege Bariach pri.paraly.3.D. Hoc eſt uectis, uel fugitiuus, uel tranſiens ut uectis à latere in latus Exo.26.& berſach.i. uectis, &c. Iiób.26. Coluber Barſach.i.tranſiens ut uectis, & Ieſah.43.Et deſcendere faciam barichím.i.fugitiuos, uel ligatos uectibus. Alij īterpretanť Barſach quaſi batéac, ideſt in odore ex ba quod eſt in, & réach qđ eſt odor ut habes in Iata ſecundo. ¶ Baria, al's Bara, alias Berie, al's Brie lege Berihāh Gen̄.46.B.& Nume.26.E.Et pri.para.7.E. & F.& octauo.B.& 23.B. Hoc eſt in malo, uel propter malum. Vnde pri.para.7.reddiť ratio nominis, & uocauit inquit nomen eius berîhāh, berahâh ideſt propter malum quod fuerat in domo eius.

¶ Barien al's Barieu Actu.13.B.Grece legiť βαριησοῦς quod qdā ſonare dicunt filiū Ieſum. Alij uero quaſi grauis.i.inimicus Ieſu, compoſitum putantes nomen ex barís quod eſt grauis, & Ieſus. Alij nequitia, ſeu malicia ex ba quod eſt in, & rihāh, ſiue rahāh quod ē malum ut dictum eſt in Baria ſecūdo. Sed in textu eſt interpretatum elymas quod ſuo habes in loco. Sunt etiam qui maleficum, aut magū interpretantur quod græce non quadrat ſcriptioni.

¶ Bariona Mathei.16.C.Scribe Barionāh triſyllabum Hoc eſt filius, uel frumentum columbæ. Eſt em̄ compoſitū ex bar.qđ eſt filiꝰ frumentū, & mundus, ſiue purus He2.5.Zecharſahbar.i.filius addo Gen̄.41.Ad emendum bar.i.frumentum Iiób.11. bar.i.mūdus ſum in conſpectu tuo. Ionah uero eſt columba ut habes in Ioná.

¶ Barnabas Actu.4.G.eſt interpretatum filius conſolationis. Alij interpretātur quaſi barnabí, ideſt filius prophetæ, nonnulli uero filius eructantis, ſiue loquentis à bar, & naba cum hain fine quod eſt eructare. loquí Prouerbio.18.& torrens nobéah, ideſt eructans.

¶ Barſabas Actu.1.D.& 5.G.Hoc eſt filius reuerſionis, aut conuerſionis, aut iuramenti. Poteſt enim deduci à bar quod eſt filius, & ſab quod eſt reuerti, & conuerti ut habes in Iaſúb, uel à ſabáh cum hain in fine quod eſt iurare, ut habes in Berſabee.

¶ Bartimeꝰ Marci.10.G.ſcribiť βαρτιμαῖος & interpretatur filius cæcus aut cæcitatis teſte Diuo Hierony.ſuper Marcum, & dicit nomen eſſe corruptum, & debere ſcribi Bar ſemia, aut Barſameus, & eſſe nomen ſyrum, bar enim eſt filius ut dictum eſt in Bariona, & Semaiah cæcitas. Alij uero interpretātur filium honoris, & ſic eſt compoſitum ex hebræo, uel ſyro, ideſt bar, & timi græco quod eſt honor. Sunt qui interpretantur filium admirantis, aut frumentum admirabile, uel puritas admirabilis, ex bar ut in Bariona. & tamáh quod eſt admirari ut habes ī Iethmath.

¶ Bartholomeus Mathei.10.A.ideſt filius ſuſpendentis aquas, ut Diuus interpretatur Hierony.& ſic deducitur à bar de quo dictum eſt, & thalah quod eſt ſuſpendere ut habes in Iethala, & máim quod eſt aqua, ut habes in Abelmáim.

¶ Barſaith in Barzaith.

¶ Barúch Irme.36.Hoc eſt benedictꝰ pſal.30.Barúc.i.benedictus dominus.

¶ Barzaith al's Barſaith lege Bitzáuith pri. parali.7.F.&.G.Hoc eſt filius, aut frumentum, uel puritas anguli, ex bar ut ī Bariona, & Záuith quod eſt angulus pſal.143. Filij eorum ſicut Zauijóth, ideſt anguli cuius ſingulare eſt Zauith.

¶ Barzilai in Berzilai.

¶ Baſa lege Bahaſá ut in Baaſa.

¶ Baſa Gen̄,14.A.lege Beráh hoc eſt in malo, ſiue in malefaciendo ex be quod eſt in, & rah quod eſt malum, ut habes in Achirah.

¶ Baſaia pri.parali.6.C.ſcribe Bahaſaiah, hoc eſt dum faceret dominus, aut in factura

domini, aut opera domini ex be quod eſt in, & haſáh quod eſt facere, & iah quod eſt dñs ut habes in Baaſa, & Abijáh.

¶ Baſamáth in Baſemáth.

¶ Baſán Deutero.3.A.i.pinguis pſalm̃.77. Mõs dei mõs Baſán.i.pinguis. Alij iterp̃tant quaſi Baſén.i.in ebóre uel dente ex ba qđ eſt in, & ſen quod eſt ebur, & dens ut habes in ſen, uel in mutatione ex ba, & ſanah quod eſt mutare ut habes in ſunan, uel in dormitatione, uel potius ſomno à iaſán quod eſt dormire, unde & ſená ſomnus ut habes in Bethſán.

¶ Baſcamá pri.Macc.13.D.græce ſcribitur βασκαμά, idest.baſcama, & interpretatur à plæriſq; confuſio, aut pudor, aut erubeſcentia iræ, uel caloris, & ſic dicitur à bas quod ẽ cõfundere, & pudore affici pſal.21. Non boſti, ideſt fuit confuſi, aut pudore affecti, & chemá qđ eſt ira à iachán Ieſahiáh.27.Chemath.ideſt ira non eſt mihi, uel à chamám qđ eſt caleſcere, unde & ſol à calore appellatur chammáh Ieſa.24.Confundetur Chammáh, ideſt ſol.

¶ Baſcháth alias Beſchath ſcribe Boſcáth Iehoſu.15.E.&.4.Regum.22.A.ideſt paſta à baſéc quod eſt paſta Exo.12.& coxerunt Baſéc.ideſt paſtam, uel cõſumptio à baſácquod eſt conſumere Deuteroñ.8.& pes tuus non baſécah.i.fuit cõnſumptus, uel in anguſtia, aut afflictione à bo pro bi quod eſt in, & ſacháth quod eſt afflictio, ſeu anguſtia.

¶ Baſémath, alias Baſamáth al's Beſamáth Gene.26.G.&.36.A.ſcribe Boſmáth hoc eſt aromatizatio à béſem quod eſt aroma, ut habes Deute.30.uel cõfuſio mortis à bas ut in Baſcamá, & math mori, uel in poſitione quaſi biſmáth à bi quod eſt in, & ſam quod eſt ponere, uel in deſolatione à ſamám quod eſt deſolare.

¶ Baſlith in Beſluth.

¶ Baſlóth in Beſlúth.

¶ Bathanim in Bethaním. ¶ Bath in Bathus. ¶ Bathér Cãti.2.corrupte legitur Bethel ut habes in Bethel.

¶ Bathúel Geneſis.22.D.& pri.paralí.4 E. lege Bethuél hoc eſt deſolatio dei à Batháh quod eſt deſolare Ieſa.5.Ponam eam batháh ideſt deſolatã, uel à ba quod eſt manere chaldaice.Gene.24.& bethú.i.mãſerunt.&.28. ſimiliter in Targhum, & bath.i.manſit, & ſic poteſt interprætari manſio dei, uel à bath qđ eſt filia Exodi.2.Accæpit bath.i. filiam leui, & ſic interqrętari poteſt filia dei, uel bathus dei à bath, ut in Bathus.

¶ Bathus Iez.45.D.hebræis eſt Bath quod eſt genus menſuræ liquidorum quam diuus Hierony.nunc batũ, nunc laguunculam interprætatur.

¶ Bauranires in Bacharuni.

¶ Baurím alias Bahurím in Bachurím Bazatha Eſter.1.ſcribe Bizta hoc eſt cõtempt' thalami, & ſic dicitur a bazáh, uel buz quod eſt contemnere Nume.15.Verbũ dñi bazáh, ideſt contẽpſit, & ta thalamus ut in Thara, uel direptio thalami à baziz qđ eſt diripere.

¶ Baziothia Iehoſu.15.E.lege Beziotheiáh uel potius Biziotheiáh hoc eſt deſpectiones, aut cõtemptus, uel deſpectiones domini, aut direptiones Poteſt enim deduci à bazáh, aut Baziz quæ habes in Bazathá.

¶ Bean lege Behán hoc eſt in humilitate, uel afflictione, aut ieiunio, aut reſpõſione ex be quod eſt in, & hanáh de quo habes ĩ Ana.

¶ Bebái Hezræ.2.A. hoc eſt pupillæ meæ à babáth quod eſt pupilla Zecha.2.Tanget babáth.i.pupillam oculi mei.

¶ Bebemini in Ebenini. ¶ Bechechia, al's Becheia al's Becheias lege Bacbuciáh Nech.11.C.hoc eſt gutturnũ teſtaceũ, aut metreta ſiue œnophorũ domini a bacbúc quod prædicta ſignificat Ierme.19.Poſſide bacbúc qđ Diuus Hierony.lagunculam tranſtulit, uel euacuatio domini à bacác quod eſt euacuare ut habes in Bachachár.

¶ Bécher alias Bechór alias Bochór ſed primũ eſt rectũ Gene.46.C.Numeri.26.D.pri.parali.7.D.hoc eſt primogenitura, ſiue præcocus fructus, aut dromedarius.poteſt enim deduci à bechór quod eſt primogenit'.Sed proprie bécher eſt dromedarius cuius plurale eſt bichrím, et in regimine genitiui bichré Ieſah.60.Bichré.i.dromedarij Midián, & fœmineum Irmeiáh.2.Bichráh, ideſt dromedaria leuis. ¶ Bechór in Bécher.

¶ Bechór alias Bochoráth.1.Reg.9.A.ſcribe Bechoráth hoc eſt primogenitura a bechoráh Geñ.25.Quid mihi proderit bechoráh.i.primogenitura Item Bechorathi.i. primogenituram meam tulit.

¶ Bechu c al's Bechúch ſcribe Bacbúc Hez.2.C.& Neche.7.E.expoſitũ eſt in Becheias.

¶ Bechim, al's Bechni lege Bannái Nech.3. E.hoc eſt in capitibus meis ex ba quod eſt in & nan caput Exodi.39.Fecit naním.i.capita columnis.

¶ Bedáu in Badáu. ¶ Bedeliũ al's Bdéliũ al's Bedolá lege bedólach geñ.2.B.gen' ẽ lapidis p̃cioſi qđ qdã ſmaragdũ alij carbũculũ, nõnulli unionẽ, ſeu margaritã nocãt. ¶ Beheſteráh ĩ Boſrã. ¶ Belmeõ

& Belphegór, quære in Baalmeon, & Balphcór.

¶ Belſephon Exodi.14.A. Lege Báhalſephón hoc eſt princeps aquilonis, aut poſſidens aquilonē ex báhal ut in Baal, & ſephón à ſaphón quod eſt aquilo pſal.88. Saphón.i. aquilonem, & mare tu creaſti, uel uir, aut dominꝰ, aut poſſeſſor ſpeculationis, uel occulti ex báhal, & ſephón à ſapháh qđ ē ſpeculari, & expectare, uel à ſapháu quod eſt occultare ut habes in Sophonias.

¶ Beeltheem alˢ Bethleem lege Behelthehém Hezræ.4 B. Hoc eſt princeps, aut dominus, uel poſſeſſor decreti, conſilij, guſtus, uel eloquij, aut rationis. Eſt enim compoſitū ex báhal ut in Baal, & thehém à tháham quod ē guſtus, ſiue ſapor Nume.11. Eratq; thahamo: ideſt ſapor eius ſicut tháham.i. ſapor panis oleati, pri.Reg.25. Benedictū thahaméch.i. eloquium tuum Hez,7.à me poſitum ē thehém, ideſt decretum, aut edictum, & cap.5. Quis dedit nobis thehém.i. conſilium.

¶ Beelzebúb lege Báhalzebúb.4. Regū. pri.A. Hoc eſt dn̄s, aut poſſeſſor muſcæ, ꝑ muſc rum. Eſt enim compoſitum ex báhal, & zebúb quod eſt muſca Ieſah.7. Sibilauit dominus lazbúb.i. muſcæ.

¶ Beemóth lege Behemóth Iiób.4.B. Hoc eſt animalia, beſtiæ, iumenta à Behemáh Geneſis.1. Behemáh.i. iumentum, uel animal, & reptile Deut.32. Dentes Behemóth.i. beſtiarum immittam &c.

¶ Beerá, alˢ Berá, lege Beérah pri.para.5. A.& Iiób.9.C. Hoc eſt puteus uel ad puteū à beér Gen̄.16, Beér.i. puteū uiuētis, & Nume.21. In beérah.i. puteum, uel explanauit, declarauit, expoſuit Deute.1. Beér.i. explanauit, uel expoſuit legem.

¶ Beeramóth in Beramóth.

¶ Beerí Gen̄.26, G.i. puteus meus, uel declaratio mea à beér, ut in Beerá, uel in leone à be qđ eſt in, & erí pro arí qđ eſt leo. Sed priores interpretationes ſunt meliores.

¶ Beeróth hoc eſt putei, explanationes, declarationes ut in Beerá.

¶ Beſlúth, alˢ Baſluth lege Baſlith Neche. 7.E. Hoc eſt confectū è cepis à béſel quod eſt cepa Nume.11. Porri, & beſelím.i. cepæ, uel in umbra, aut in aſſatione à ba quod eſt in, & ſel umbra, uel ſaláh quod eſt aſſare ut habes in Salathí.

¶ Beguaí alˢ Begguí alˢ Biguai lege Bighui Hez.2.A.& 8.B.& Neche.7.B. Hoc ē in corporibus, uel uaginis meis à bi quod eſt in, & ghen, ſiue ghenáh quod eſt corpus, & uagina Ieſah.50. Gheui.i. corpus meū dedi percutientibus. Iiób.20. Egrediens è ghenáh.i, è uagina ſua.

¶ Behelthehém i Beelthecm.

¶ Behemóth in Beemóth.

¶ Bel Ieſah.46.A.& Irme.50.A. Hoc eſt uetuſtus, aut uetuſtas, uel confuſio, aut mixtio Poteſt enim deduci à Baláh quod eſt ueteraſcere, ut habes in Bala ſecūdo, uel à balál qđ eſt cōfundere ut habes in Babél.

¶ Bela in Bala.4.

¶ Beláh alias Belach, alias. Beléch lege Chéleph Icho.19.C. Hoc eſt tranſitus, mutatio, uice, aut pro, á chaláph quod eſt trāſire mutare Cantico.2. imber chaláph tranſiuit Chabb.i. Chaláph.i. mutauit ſe ſpiritus, uel mutauit ſpiritum Nume.8. Chéleph.i. ꝑ miniſterio eorum.

¶ Belgá pri.para.24.B. lege Bilgháh hoc ē ſolamen, fortitudo, robur à balágh quod eſt roborare, & confortare pſal.38 Veabligah, ideſt & confortabo, ſiue roborabo me. Vel ī ſextario à bi quod eſt in, & log ſextarium ut in Sicelech.

¶ Belgá, alˢ Belgaí, alˢ Belguai lege Bilghái Neche.10.A. Hoc ē confortationes meæ aut fortitudines meæ, ut in Belga priori.

¶ Belial lege Belijáhal Iudic.19.F. Hoc eſt impius, & abſq; iugo. Eſt enim compoſitum ex beli quod eſt abſq;, & hol iugum quo nomine appellatur q legis iugum ferre nō uult pro quo Targhum fere ſemper transfert riſhál.i. impietatem. Diuus uero Hierony. nūc apoſtatam, nunc diabolum, nunc inſipientē, nunc iniquum, interdum in utilem transferre Prouerb.6. Vir Belijá hal.i. impius, uel abſq; iugo.

¶ Belmá Iudith.7.A. Hoc eſt uetuſtas, aut confuſio quædam, & ſic eſt compoſitum ex bel ut habes in Bel, & mah quod eſt quid, & aliquid, uel in uanitate, aut in uanum ex be quod eſt in, & lema chaldaice quod eſt uanitas, ſiue uanum.

¶ Belſan alˢ Belſár lege Bilſán, Hez.2.A. & Neche.7.E. Hoc eſt in lingua quaſi bilſón à bi quod eſt in, & laſón lingua quod in regimine genitiui facit leſón pſalmo.119.& à laſón, ideſt lingua doloſa, ſignificat etiam promontorium, ſcopulum ſic dictum quod ſit inſtar linguæ Icho.18. Contra leſón, ideſt promontorium, uel ſcopulum maris. Vel in accuſando, aut detrahendo, aut in accuſatione, uel detractione à laſán quod eſt accu-

ſare, detrahere. Prouer. 30. Ne talſén, id eſt, accuſes ſeruum domino ſuo. ¶ Belſár, in Belſán.

¶ Belſathím, al's Belſatin. al's Abelſatím, al's Abethſachím. Nume. 33 F. lege Abelhaſittim, i. luctus, ſiue uallis, aut planicies ſpinarum. Eſt enim compoſitum ex abél, & ſithím q̄ habes in Abél, & Sethim. ¶ Belthecē lege Eltecen.

¶ Belthesaſár in Balthaſár.

¶ Ben. pri. Para. 15. B. hoc ē fili⁹, ut in Banai.

¶ Benabinadáb, 3. Reg. 4. B. hoc eſt filius patris mei ſpontanei, aut uoluntarij, uel liberalis. Eſt em̄ compoſitum ex ben quod eſt filius, & abi quod eſt pater meus, ut habes Abiáh, & nadáb ut in Nadáb.

¶ Benadáb lege Benhadád 3. Regum. 20. A. & 15. D. & 2. Para. 16. A. & Hamos. 1. B. Hoc eſt filius uberis, ſeu mammæ, & ſic eſt compoſitū ch ben quod eſt filius, & dad qđ eſt uber, ſeu mámilla, uel filius celeuſmatis ex ben prædicto, & hadád, quod habes in Hadád.

¶ Benail. 2. Para. 17. B. lege Benchail, hoc eſt filius exercitus, aut fortitudinis, uel diuitiarū. Eſt enim compoſitum ex ben, quod eſt filius, & cháil quod habes in Abichail.

¶ Benchéſeth in Beneſeth. ¶ Benchúr, in Ben hur. ¶ Bendácar, al's Bédachár, al's Ben dechár ſcribe Bendécher. 2. Regum. 4. A. hoc eſt filius tranſfoſſionis, ſiue cōfixionis. Eſt em̄ compoſitum ex ben, quod eſt filius, & décher à dachár quod habes in Badachár. ¶ Bene in Bane. ¶ Beneiahacan, in Baneicar.

¶ Beneſeth, al'as Beneſed lege Bencheſed. 3. Reg. 4. A. hoc eſt filius miſericordiæ, aut opprobrij, ex ben filius, & cheſed miſericordia, & opprobriū. pſal. 17. Facieus cheſed, id eſt miſericordiam. Leuit. 20. Qui acceperit ſororem ſuam cheſed, id eſt opprobrium eſt.

¶ Bengáber, lege Benghéber. 3. Reg. 4. B. hoc eſt filius uiri, uel fortitudinis, aut potentiæ. Eſt enim compoſitum ex ben filius, & ghé ber uir, & potentia, & habés in Gáber.

¶ Benhennon, lege Benhinnóm in Geenna.

¶ Benhur, lege Benchur. 3. Regū. 4. A. Hoc eſt filius nobilis, aut optimatis, aut albedinis. Eſt enim compoſitum ex ben filius, & chur, ut habes in Hur. ¶ Beni, ſiue Benni in Bani.

¶ Beniamin, lege Biniamin triſſyllabum. Gene. 35. C hoc eſt filius dexteræ ex ben filius, et iamín dextera; ut habes in Iamín.

¶ Beniamin. 2. Paralipom̄. 31. C. & Hezr. 10. lege Miniamin, ut in Miamin.

¶ Bennoi, al'as Bennui, ſcribe Binui Hezræ 8. G. & 10. D. hoc eſt conſtructum, ſiue ædificatum, aut ædificatio à banáh, quod eſt ædificare, ut habes in Banai, quaſi diceret, Bannúi.

Iudic. 6. Altare, quod bannui, id eſt ædificatum erat, uel filiatio à ben quod eſt filius.

¶ Bennoni, al's Benoni, & hoc rectum. Gen̄. 35. C. hoc eſt filius doloris mei, ut eſt interpretatum eodem cap̄. Eſt enim compoſitū ex ben quod eſt filius, & oni dolor meus ab on, ut habes in On & Honám.

¶ Bennui in Bennoi.

¶ Bennó, hoc eſt filius eius à ben, quod eſt filius, ut in titulo pſal. 3. A facie Abſalóm benó, id eſt filij eius, uel ſui.

¶ Benzoéth, lege Benzochéth. pri. Paralip. 4. D. hoc eſt filius ſeparationis, uel fortitudinis, aut contritionis, aut elationis, uel ſupbiæ. Eſt enim compoſitum ex ben quod eſt filius, & zochéth, de quo in Zoéth.

¶ Benui, al's Bennui in Bennos.

¶ Beón, al's Baan, lege Behón. Nume. 32. A. hoc eſt in afflictione, uel reſponſione, aut cantico, à be quod eſt in, & hon ab hanáh, quod eſt affligere, reſpōdere, canere, humiliare: uel behón dicitur quaſi bahauon, id eſt in iniquitate, uel deprecatio, aut inquiſitio earum à bahàh, ut in Gelboe.

¶ Beor, lege Behór, Gene. 6. D. & Numeri 22. B. hoc eſt incendium, uel inſipientia, aut incendendo, uel inſipienter agendo, aut incēde, uel inſipienter age à bahár, ut in Bará, uel in cute, aut pelle ex be, quod eſt in, & hor cutis. Leui. 13. Behór. i. in cute cuius fuerit &c.

¶ Berá i Baſá. ¶ Berách i Barachél ¶ Berachah in Baracha. ¶ Berachiáh in Barachiá.

¶ Beraméth, al's Berchaméth, lege Beerramoth. Iehoſ. 9. A. id eſt puteus excelſorum, aut coralium. Eſt enim compoſitum ex beér quod eſt puteus, ut habes in Beera, & ramóth quod eſt excelſa, ut habes in Ramoth, uł coralia, aut ſerica, ut q̄dam prodiderunt, & hoc qn̄ habet áleph poſt res litterā Iechez. 27. Byſſus, & ramóth. i. coralia, aut ſerica, uel declaratio excelſorum, aut declarauit excelſa à beér prædicto &c. ut in Beera.

¶ Berchos, al's Bercos, lege Barcón Hezræ 2. C. & Neche. 7. E. hoc eſt fulgur eorum, uel fulgura eos à barác ut in Barách, uel fili⁹ ſurgens, aut ſurgentis, uel triticum, aut puritas ſurgentis. Eſt enim compoſitum ex bar, de quo habes in Bariona, & com à cam quod habes in Adonicam.

¶ Béred in Barád.

¶ Beri. pri. Paralipom̄ 7. G. id eſt filius meus aut triticum meum, aut puritas mea, à bar ut in Bariona, uel electus meus à barāh quod eſt eligere, ut in Bethbara.

¶ Beria, ut in Baria.

¶ Berith. Iudicum.9.F. id eſt fœdus, uel pactum. Geneſis.9. hoc eſt ſignum berith, id eſt fœderis.

¶ Bernice, al's Beronice, ſed primum eſt rectum. Scribitur enim Actuum.25.D. βερνίκη ideſt Bernice, ſi græcum ſit nomen poteſt interpretari grauis uictoria, uel pondus uictoriæ, ut nonnulli interpretantur, & ſic dicitur quaſi barnici à baréo quod græcis eſt grauo, & barós pondus, grauitas. Nici autem, ſiue nice eſt uictoria à uicáo quod eſt uinco, ut habes in Nicolaus. Poteſt etiam dici Bernice quaſi phernice, ideſt ferens uictoriam, græcis enim phero eſt fero, & nici ut dictum eſt uictoria. Macedones enim Φ in β ſæpius mutant. Si uero ſit hebraicum, poteſt interpretari puritas innocentiæ à ber, ut in Beri, & nachi quod eſt innocens.

¶ Berodach in Merodach ſecundo.

¶ Beroea. Actuum,17.E. ſcribitur βέροια Beroea, ſiue ueroea, & poteſt interpretari grauis, uel ponderoſa, uel ferens ut in Bernice, ut quibuſdã placet à quo & βεροιαῖος Baroeæus ſiue baroenſis.

¶ Beromi, lege Barchumí.2.Regum.23.D. hoc eſt fugerunt quędam, uel aquam, & ſic dicitur à barách quod eſt fugere, ut habes in Baria, & mi quod eſt quis, ut habes in Míchaél, uel à máim quod eſt aqua, uel fili' caloris mei, uel iræ meæ, & ſic deducitur à bar, quod habes in Bariona, & Chamám quod eſt caleſcere, ut habes in Iemái, uel à chamáh quod eſt iraſci, uel in dilectione mea, aut me diligente, uel in miſericordia mea, aut me miſerante, & ſic deducitur à ba, quod eſt in, & rachám quod eſt diligere, miſereri, ut habes in Raam.

¶ Beróth lege Beeróth. Deutero.10.B. et.2. Regum.4.A. hoc eſt putei, uel declarationes, ut in Beera, & Geneſis.26. & omnes beeróth, ideſt putei quos foderunt &c.

¶ Berothá, lege Beróthah. Iechez.47.C. hoc eſt electio, uel puritas, aut claritas. Poteſt enim deduci à baráh. uel barár, ut in Beri.

¶ Berothái, al's Beroth, ſed prius eſt rectum. 2.Reg.8.B. hoc eſt electiones meæ, uel puritates, aut claritates meæ, ut in Berotha.

¶ Berothí, ſiue Berothites pri.Parali.11.G. hoc eſt electio mea, aut puritas, uel claritas mea, uel electus, purus, clarus.

¶ Berothí, al'as Berothites, lege Beerothi, aut Beerothítes.2.Regũ.4.A. hoc eſt puteus meus, aut declaratio mea, ut in Beróth, & in beerath, & ſic et' plurale Berothitæ lege Beerothím, uel Beerothitæ.2.Regũ.4.A. hoc eſt putei, uel declarationes.

¶ Berſa lege Birſáah, habet enim haim in fine. Ge.14.A. hoc eſt dũ impie ageret, uel in impietate, aut in cõdẽnãdo, uel in cõdẽnatiõe, aut cũ ipietate, et ſic eſt cõpoſitum ex bi quod eſt in, cum, dum, & raſaah, quod eſt impie agere. Pſal.17, Nec raſahathi, ideſt impie geſſi à deo meo, & Iiób.10. Dicam deo ne tarſihéni, ideſt condemnes me, uel impium iudices me.

¶ Berſa, al's Berſan in Bethſan.

¶ Berſabe, al's Berſabee ſcribe Beerſábah. Gene.21.D. & Iehoſ.19.A. hoc eſt puteus iuramenti, aut puteus ſeptem, ex beér, quod eſt puteus, ut habes in Bera, et Sébah quod eſt iuramentum & ſeptem. Gene.5. Sébah, ideſt ſeptem annis &c. Et rationem nominis habes. Gene.21. ubi dicitur. Idcirco uocauit nomen loci illi' Beerſábah, quia ibi niſbehú. i. iurauerunt ambo. Prior ergo interpretatio eſt melior, quãuis, & puteus ſeptem póſſit interpretari propter ſébah, ideſt ſeptem agnas, quas præbuit Abrahám ipſi Abimélech, ut habes eodẽ capite. ¶ Berſabee, al'as Bethſabee.2. Regũ.11.A. et.3. Regum.1.C, lege Bathſábah, ideſt filia iuramenti, uel ſeptem. Eſt enim compoſitum ex bath, quod ẽ filia, & ſabáh de quo dictum eſt in Berſabe, & ſi litera ſin habeat punctum in ſiniſtro corrup interpretatur filia ſaturitatis.

¶ Berſabee. pri. Paralipom.3.B. ſcribe Bathſúah, hoc eſt filia diuitiarum, aut diuitis, uel ſalutis, aut clamoris. Eſt enim compoſitum ex bath, ideſt filia, & ſúah, qđ habes in Abiſúah.

¶ Berſan, in Bethſan primo.

¶ Berzelai, alias Berzellai ſcribe Barzillái.2. Regum.17.G. hoc eſt ferrum meum à barzél quod eſt ferrum, uel filius uilitatum mearum à zalál quod eſt uileſcere, ut habes in Zelpha, et bar filius.

¶ Beſái cum ſadi. Hezræ.2.A. & Neche.7.C. ideſt oua mea. Ieſahiáh.59. Beſé, ideſt oua aſpidum ruperunt, & ſic eſt iod inter beth & ſadi, uel humiditates meæ, aut humores mei, a baſás quod habes in Boſés, uel in nauibus meis, & ſic deducitur a be quod eſt in, & ſi quod eſt nauis, ut habes in Siba primo, aut in deſertis meis. Nam ſi locum ſignificat deſertum.

¶ Beſái, al's Beſaia, al'as Beſee, lege Beſái, & ſcribitur cum ſámech. pri. Paralipom.2.C. & Hezræ.2.C. Hoc eſt concalcatio mea, aut concalcatores mei, a bas, ſiue bus, quod eſt conculcare. Prouerbiorũ.25. Anima ſaturata tabus, ideſt calcabit fauum. Zechar.10. Boſim, ideſt cõculcantes lutũ. ¶ Beſechat in Baſchath. ¶ Beſee in Beſái ſecũdo.

¶ Beſellā: lege Biſlám Hezræ.4.B. hoc eſt ī
retributione, uel ī retribuēdo ex bi quod eſt
in, & ſelám, ut ī Salém, uel coxit eos, aut co
que eos, & ſic deducitur à baſál quod eſt co-
quere. Exo.23. Non tebaſſel.i.coques hædū.

¶ Beſeleel, ſcribe Beſalél. Exo.3.A.& Hez.
10.D. hoc eſt in umbra dei ex be quod eſt in,
& ſal pro ſel, ideſt umbra, & el quod eſt de⁹.

¶ Beſer in Boſor.

¶ Beſlúth, alias Beſloth, alias Beſroth, ſcri
be Baſlóth Hezræ.2.C. hoc eſt in umbris, aut
in coquēdo, acſi diceret Biſlóth, & ſic dedu-
citur à ba quod eſt in, & ſelóth umbræ, uel à
ſaláh quod eſt coquere pri. Regum.2. Da mi
hi carnē ad ſelóth, ideſt coquendū ſacerdoti,
uel chaldaice in oratione, aut in orando.

¶ Beſodia lege triſyllabice Beſodiáh Neeh.
3.D. hoc eſt in ſecreto, uel cōſilio domini. Eſt
enim compoſitum ex be quod eſt in, et ſod ſe
cretū, & conſilium ut habes in Sodi, & iáh
quod eſt dominus ut in Abiiáh.

¶ Beſór pri. Regum.11. ideſt annunciando,
aut annūcia à baſár quod eſt annūctare, euā
gelizare. 2. Regū.1. Ne tebaſſerú. i. annūcie-
tis, uel in muro, aut boue aut contemplando
ex be quod eſt in, & ſor murus, & bos. 2. Re
gum.6. Maſtauit ſor. ideſt bouem, uide & in
Abiſúr.

¶ Beth.i. domus pſal.26. Vt habitē in beth:
ideſt domo domini.

¶ Bethacharem, alias Bethcharem ſcribe
Bethhacchérem, aut Bethhaccharem, Neeh.
3 D.& Ireméiáh.6.A. hoc eſt domus uineæ ex
beth quod eſt domus, & chérem uinea Nūe-
ri.16. Dediſti nobis poſſeſſionē agri, & chá-
rem.i.uineæ.

¶ Béthach in Bethe.

¶ Bethagla, lege Bethchagláh, ſiue Beth-
chogláh hoc eſt domus ſolemnitatis, uel agni
ci ex beth qđ eſt domus, & chag ſolemnitas,
& agnus qui uidelicet in ſolemnitate īmola-
batur ut habes ī Chagghí, et iah quod ē ei fœ
mineo genere.

¶ Bethaiſimóth, alias Bethieſimoth, alias
Bethſimóth, alias Bethſimón, alias Betheſi-
moth, ſcribe Bethhaieſimóth Nume.33.E.&
Iehoſu.12.A.& 13.C.& Iechez.25.B. hoc eſt
dom⁹ ſolitudinum, aut deſolationū ex beth
qđ eſt domus, & ieſimóth ſolitudines, aut de
ſolationes à iaſám quod hab:s in Ieſimúth.

¶ Bethaloth, al's Bethelpalóth, alias Bethle
baboth, alias Bethlabaoth, ſcribe Bethleba-
óth Iehoſ.19.A. hoc eſt domus ad ueniendū,
aut ingrediendū ex beth domus, & lebaoth
à ba, ſiue bo quod eſt uenire, ingredi, uel do-
mus cordis literæ, ut nōnulli interpretantur
ex beth prædicto, & leb cor, & oth litera, uel
domus leenarum à labi, ſiue lebiáh qđ eſt lee
na.

¶ Bethamím, alias Bethonim lege Betho-
nim Iehoſ.13.C. et ſcribi ſicū ther.i. terebīthi
aut uētres, ut nōnulli īterp̄tant à bothoni qđ
ē terebīthi, ut ē Gen̄.45. uel a béthen qđ ē uē
ter. ¶ Bethamóth ſcribe Bethhazmáueth
Neeh.7.D. hoc eſt dom⁹ fortis, duræ mortis,
ex beth domus, & haz fortis, ſeu durus⁹ ha-
bes Hazzí, & máueth mors ut habes Chaſar
máueth.

¶ Bethanám ſcribe Bethchanán.3. Reg. 4.
A. hoc eſt domus gratiæ. aut doni, uel miſeri
cordiæ, aut domus largita eſt, uel gratifica-
ta eſt, aut miſerta eſt ex beth multoties me-
morato, & chanám quod habes in Chanám.

¶ Bethanara, al's Bethnera, alias Bethnem-
bra, al's Bethananira ſcribe Bethnimráh Nu-
me.32.G.& Iehoſ.13.G. hoc eſt domus pardi.
Eſt enī compoſitū ex beth domus, & nimráh
quod habes in Nemra, uel domus cōmutata
ex beth, & mir quod eſt mutare pſal.14.& nō
iamír.i.mutabit, uel domus amaritudine affe
cta ex beth, & marár qđ eſt amaritudine affi
cere ut habes in Mara.

¶ Bethanáth ſcribe Bethhanáth Iehoſ.19.
C. hoc eſt domus reſponſionis, aut affli ctiōis
uel humilitatis, aut paupertatis, uel obedien
tiæ ex beth, & hanáh qđ habes in Hanáh.

¶ Bethania lege Bethhaniáh triſyllabū mat
the.21.B.& 26.A. hoc ē dom⁹ exauditiōis do
mini, uel obedientiæ domini, uel reſponſio-
nis domini ex beth, & aniiáh ab hanáh quod
habes in Hanáh. Poteſt etiā interpræ tari ſim
pliciter domus exauditionis, uel reſponſio-
nis, &c. ut Bethhanáth.

¶ Bethanim, al's Bethanim ſcribe Ethanim
3.Reg.8.A. hoc eſt fortes ab Etham quod ba
bes in Ethán. Et eſt nomē menſis, ut habes eo
dem capite.i.ſeptember.

¶ Bethanoth, ſcribe Bethhanóth Iehoſ.15.
G. interpretatur ut Bethanáth.

¶ Bethphage Matthæi.21.A. hoc eſt domus
oris uallis ex beth domus, & peh os, & ghe
uallis. ¶ Bethaphaleth, al's Bethphalech, al's
Bethphelech, al's Bethphéleth, lege Bethphá
leth Iehoſ.15.E.& Neeche.11.D. hoc eſt dom⁹
liberationis ex beth domus, & pháleth libe-
ratio ut habes in Phaléch, ſiue Pháleth.

¶ Bethaphua lege Bethtapuách Ieh.15. D.
ideſt domus mali, ſiue pomi ex beth dom⁹,
& tapúach malus arbor, & pomū, ut habes
in Thapuách, ſiue Taphuá. ¶ Bethár alias.

Betharán,lege Bethharán Nume,32.G.Hoc eſt domus montena,aut montis, uel conceptionis ex beth domus,& harán ab harár mons ut habes in Aharón,uel haráh quod eſt cōcipere ut habes etiam in Aharón.

¶Betharaba,ſcribe Bethhaharabáh Ieho.15.D.&.G.ideſt dom' planiciei,aut deſerti, uel ſolitudinis,aut ſalicis,ex beth domus,& harabáh quod habes inHaráb,ſiue Harabus Iehoſ.3.In mare haharabáh.i.ſolitudinis;& Ieſahiáh.35.exultabit harabáh.i.ſolitudo.

¶Betharám,ſiue Betharan in Bathár.

¶Batharám ſcribe Bethharám Iehoſ.13.C. ideſt domus celſitudinis,aut excelſi ex beth ſæpius memorato,& ram quod habes ĩ Abirám,uel domus mōtis eorum ex beth,& harár,uel haráh,quę habes in Bathár,ſed prior interprætatio eſt melior.

¶Betharapha,al's Bethraphá,& hoc rectū pri.para.4.B.i.domus ſanitatis,aut medicinæ ex beth,& raphá quod habes in Raphá, & Raphaél.¶Beththaſan in Bethſán.

¶Betháuen Iehoſ.7.A.i.dom' iniquitatis, aut mēdacij,ſeu doloſi,&afflictiōis Eſt:m̄ cōpoſitum ex beth domus,& áuen qđ eſt iniquitas,mendacium,labor pſal.5. Qui operātur áuen.i.iniquitatem, & Hamos.5.& Bethel erit in áuen.i.afflictione,uel domus idoli,& ſic exponitur à plæriſq; illud Hoſeæ.10. Et diſperdentur excelſa áuen.i.idoli.

¶Betháuen Iehoſ.8.lege Bethél quod ſuo habes in loco.

¶Bethbará,al's Bethbera,lege Bethbaráh Iudic.7.G.Hoc eſt domus electionis,aut puritatis,uel filij,aut frumenti,uel comeſtiōis ex beth domus,& baráh à bar,uel barár,uel baráh quæ habes in Bariona,& Berí.

¶Bethberái,lege Bethbirí pri.paral.4.E. Hoc eſt domus creationis meæ,aut creantis me,ſeu creatoris mei,aut pinguedinis,aut exciſionis meæ ex beth memorato,& birí à bará cum áleph in fine quod eſt creare,& excidere,& impinguare Gen̄.1.In principio bará.i.creauit,& Iehoſ.17.Vberethá.i.& excides tibi ſpacia Iudic.3.Erat autem Heglón bari,ideſt pinguis.

¶Bethbeſſe pri.Macca.9.F.& ſcribi debet per unicū.ſ.Gręce em̄ ſcribitur ἐπὶ βεθβασι ideſt cōtra Bethbaſen,& cōiter interpræta domus pudoris,aut erubeſcentiæ ex beth.i. domus,& baſé à bas quod eſt pudore affici, & erubeſcere ut habes in Baſchamá.

¶Bethbirí in Bethberai. ¶Bethchanán in Bethanan.¶Bethchorón in Bethorón,

¶Bethchar.i.domus agni,aut agnitionis, uel foſſionis ex bet memorato,& char quod habes i Carchemis.¶Bethdagón Iehoſ.9. B.Dicitur quaſi Bethdaghán hoc eſt domus frumenti ex beth,& daghán Gen̄,27.Abundantiam! daghán.i.frumēti,ut domus piſcis eorum ut nun ſit loco mem à dagháh quod ē piſcis,uel domus doloris Daghón em̄ chaldaice eſt dolor Vnde pſalm̄.114.Pro iaghón quod eſt dolor Targhū habet daghoná.

¶Bethé ſcribe Béthach.2. Reg.8.B.i.fiducia,confidentia,ſpes à bathách qđ ē, fidere,cōfidere,ſperare pſal.27.In ipſo bathách ideſt ſperauit cor meū Gen̄.34.Venerūt ad ciuitatem Bethach.i.confidenter.

¶Bethél Gen̄.11.&.31.A.i.domus dei ex beth qđ ē dom',& el;de'.¶Bethél lege Bethhaelí Neche.11.D.Hoc eſt domus dei mei, aut domus fortitudinis meæ ex beth,& elí ab el quod habes in Abiél.

¶Bethél lege Béther,ſiue Báther Canti.2. D.Hoc eſt diuiſio à bathár quod eſt diuidere Gen̄.15.Aues non bathár.i.diuiſit.¶Bethemélech,al's Bethémeth,al's; Beémec lege Bethhahémec,Iehoſ.16.B.Hoc ē dom' uallis ex beth domus,& hémec uallis Gen̄.14.Et conuenerunt ad hémec,i.uallem.

¶Béthen Iehoſ.19.B.i.uenter pſal.21.Eduxiſti me de báthen.i.uētre.¶Betheraí,alias Bethberáí ut in Bethberái.¶Betheſimóth i Bethaiſimóth.¶Bethgádar al's Bethghadér,& hoc rectum pri.para.2.G.Hoc eſt domus maceriæ ex beth domus,&; ghadér maceria,ſiue ſepes Iechez.22.Ghodér ghadér, ideſt ſepiens ſepém,uel maceriam.

¶Bethghamúl Ierne.48.D.Hoc ē domus retributionis,uel ablactati ex beth,& ghamúl quæ habes in Beth,& Gamúl.

¶Bethhaharabáh in Betharaba.¶Bethharám in Betharám.¶Betharam in Bathár.

¶Bethhanáth,& Bethhanóth ĩ Batanáth, & Bathanóth.¶Bethhaieſimóth in Bethaieſimóth.¶Bethiá lege Bithiáh pri.pa.4. G.Hoc eſt filiatio,aut filia dn̄i,uel deſolatio dn̄i ex bath,& iah q̄ hēs ĩ Bathuél,& Abijáh

¶Bethíeſimóth ĩ Bethaiſimóth.¶Bethlabaóth,alias Bethlebaóth ĩ Bathalóth.¶Bethleem ſcribe Bethléchem Gen̄.48.B.i.domus panis,uel cibi ex beth,& léchem q̄ hēs ĩ Beth,& lehem.¶Bethleem ſcribe Behelthehém Hez.4.in Beeltheem. ¶Bethleemita,ſiue Bethleemita ſcribit Bethhalachmi pri.Re.16.A.Hoc ē dom' panis mei,ſiue cibi mei ex beth,& léchem qđ ē panis,cib', & cū ꝓ noīe primæ pſonæ facit lachmi,ſiue lachami.pſal.110.Quia oblit' ſum comedere

lachamí: ideſt panem meum.

¶ Bethleemítes, pri. Para. 20. lege Halachmi cui⁹ noīs interp̄tationē hēs in p̄cedēti dictione.

¶ Bethmacha ſcribe Bethmahacháh. 2. Reg. 20. E. Hoc eſt domus fixionis, aut fixa, aut cōtritionis, ex beth, & mahacháh à mahach qđ eſt frigere, & conterere. pri. Reg. 26. Et láceā ei⁹ mehucháh: id eſt fixam in terram, & Leui. 22. & mahúch. i. contritus, uel compræſſus.

¶ Bethmaón lege Bethmehón, hoc eſt dom⁹ habitaculi, uel habitatiōis, ex beth & mehón quod habes in Maón.

¶ Bethmarchabeth, al's Bethmarchabóth, et hoc rectū. Ieho. 19. A. & pri. Para. 4. E. hoc eſt domus curruum, ſiue quadrigarum. Eſt enim compoſitū ex beth dom⁹, & marchabóth curtus nūero multitudinis. Exo. 15. Marchebóth, ideſt currus Parahonis. &c.

¶ Bethnemrá in Bethanará. ¶ Bethnerá, al's Bethananirá in Bathanará. ¶ Bethoním in Bethamím. ¶ Bethorón lege Bethchorón Ieho. 10. C. et. 16. A. ideſt dom⁹ iræ, aut principatus, ſeu nobilitatis, uel albedinis ex beth ſæpius memorato, & chorón à charáh qđ eſt iraſci, ut habes in Charán, uel à chur, ſiue chor quod habes in Hur.

¶ Bethorón. 2 Reg. 2. Lege Bithrón hoc eſt diuiſio à Bathár quod habes in Bethél ſecūdo uel poſteritas. Nam bathár chaldaice eſt poſt; uel in exploratione ex bi quod eſt in, & terón à tur qđ eſt explorare. ¶ Bethphage Matth. 21. hoc eſt domus oris uallis ex beth dom⁹, & peh os, et ghe uallis. ¶ Bethphaléth, al's Bethphaléch, al'as Bethpheléth lege Bethpháleth, ut in Bethaphaleth. ¶ Bethpheſes, al's Bethphaſes, lege Betphaſés. Ieho. 19. B. ideſt dom⁹ cōtritionis, ſiue diſperſiōis, ex beth domus, et phaſés, ſiue paſés cū ſadi, quod eſt conterēdo diſpergere, ut habes in Haphiſés.

¶ Bethpheor, al'as Betphogor ſcribe Bethpehór. Ieho. 9. C. i. dom⁹ apertiōis, uel aperiētis ex beth domus, & pehór ut in Baalpheor.

¶ Bethraphá in Betharapha. ¶ Bethſabee in Berſabee ſecundo. ¶ Bethſacháth in Baſcháth. ¶ Bethſaída. Matthei. 11. C. & Luc. 10. C. & Ioannis. 5. A. id eſt domus effuſionis. i. locus ubi aquæ pluuiales confluūt: ut nōnulli interp̄tant ex beth dom⁹, & ſaida à ſad cū litera ſin quod chaldaice eſt effundere, ut hēs Gene. 8. & 37. in Thargum. Sed diuus Hieronymus in cōmentarijs Hoſe. & Iechez. interpræatur domus uenatorum, ex beth domus, & ſad cum ſadi, quod eſt uenari, ut habes in Sidón à quo ſaid dicitur uenator, & uenatio. Irme. 16. Mittam ad uos ſaiadim, ideſt uenatores. Gen̄. 27. Adſudſáid, ideſt uenandum uenationē. Significat etiam ſáid eſcam, ut Neche. 13. In die qua uenderent ſaid, ideſt eſcam, unde poteſt interpræ tari domus uenationis, uel eſcæ.

¶ Bethſames, al's Bethſemis, al's Bethſémes, & hoc rectum, quāq̄ propter accentū finalem & ſuſpenſiuū e mutatur in a, & dicitur Bethſámes. i. domus ſolis. Nam beth eſt domus, & ſémes ſol. Exo. 16. Cūq̄ incaluiſſet ſémes. i. ſol. Ab hoc nomine fit Bethſamita qui hebraice dicitur bethhaſimſi. pri. Reg. 6. C. ideſt domus ſolis mei.

